



S. GREGORIVS

S. HIERONYMVS

LAELII BISCIOLAE MVTINENSIS

SOCIETATIS IESV

HORARVM SVBSECIVARVM

Tomus Primus

LIBROS VIGINTI CONTINENS.

IN QVIBVS PLERAQVE EX PHILOLOGIA, ET ENCYCLOPÆDIA, ET OMNIBVS FERE scientiis, ac tribus præcipuis linguis Hebræa, Græca, Latina, non vulgaria explicata, adnotatis, emendatis, enucleatis plurimis omnis generis scriptorum locis:

QVORVM OMNIVM TRIPLEX INDICVLVS, VNVS CAPITVM, ALTER AVCTORITATVM Græcarum, tertius rerum ad faciliorem inuentionem.

Cum gratia & priuilegio sacræ Cæs. Maiest.

INGOLSTADII,

EX TYPOGRAPHEO ADAMI SARTORII.

S. AMBROSIVS

S. AVGVSTINVS

S. IOHANNES



Anno M. DC. XI.










CANDIDO LECTORI SALUTEM.

PRODIT in lucem primus hic subseciua-
rum horarum mearum tomus, quem
triginta ante annos confectũ eo con-
silio apud me, atque apud maiores
meos detinui, vt, quando secundæ, ac posteriores
curæ sapientiores fiunt, is limatior, vtiliorque daret
se in legentium manus. plerique viri docti in hac se
palęstra exercuerunt veteres, ac noui, auideque eo
rum labores excepti, sępeq; recusi. at ipse post insti-
tuti mei munera, quibus pene omnibus defunctus
sum, quidquid ocij subripere potui id nouę huic s[illegible]
pellectili Dei sapientia iuuante, & eruditissimi r[illegible] xi-
mè transacti sæculi commẽtariis apis Mat[illegible] more,
modoq; perlegendis impendi, & succ[illegible] ortasse de-
licatiores, ac sapidiores libaui, & è [illegible] cherrimis flo-
ribus sertum contexui. Quam[illegible] rem vt de thesau-
ro æternę sapientię hęc mih[illegible] onata fuerunt, ita ipsi
reddo, dicoq; auctori [illegible] nirum salutis nostrę D. Ie-
su, sub cuius nomine vt reliqua omnia, ita bonarum

artium studia continenter tractat Societas nostra. Varietas & vbertas, quę in huius operis lectione sapientibus viris hactenus probatæ fuerunt, reliquis, vt spero, deinceps probis, ac doctis hominibus probabuntur. Ceterum dum septuagenarius secūdum Tomum describendum librariis committo propediem in lucem edēdum, ipse mecum D. Iesu age gratias, eumque obsecra vt hinc cum eruditione, pietas etiam, quæ ad omnia valet, in legentium animos deriuetur. Bene vale.



FACVLTAS R. P. PROVINCIALIS MEDIOLANENSIS:

Ego BERNARDINVS ROSIGNOLIVS Societatis IESV in Prouincia Mediolanensi Præpositus Prouincialis, potestate ad hoc mihi facta ab Admodum Reuerendo Patre Nostro CLAVDIO AQVAVIVA Præposito Generalí, facultatem concedo, vt Tomus Primus Horarum Subsceiuarum à Patre LÆLIO BISCIOLA Mutinensi Societatis Nostrę Theologo, & aliàs Professore sacrarum & humanarum literarum, eiusdemque Societatis Patrum iudicio iam approbatus, typis mandetur. In Monte regali. V. Ianuarij, M. D C. X.

BERNARDINVS ROSIGNOLIVS.

AD LECTOREM.

DE SVBCESIVIS HORIS R. P. LAELII BISCIOLII SOC.TIS IESV, DISTICHON.



Irarìs? mirare magis, nam LAELIVS horis
Paucis, innumera quod rapuere refert.

Aliud ad eundem.

Quidquid vbique viget, suprema quod abstulit hora
In propriis Horis LAELIVS vnus habet.

Aliud ad eundem.

In subcesiuis congessit LAELIVS Horis
Præteriti quidquid subsecuere dies.

Epigramma ad eundem.

In subcesiuis euoluit LAELIVS horis
Quidquid præteriens omnibus hora tegit
Ne stupeas, omnes namque est vir factus in horas
LAELIVS egregius BISCIOLIVS sapiens
Si sapis euolues cunctas has protinus Horas
Quisquis nosse omnis temporis acta cupis.

DE P. LÆLIO BISCIOLIO.

QVot subcesiuas euulgat LAELIVS horas
Secula tot renouat, tot sibi secla parat.
Fallor, in exiguis dum ludit LAELIVS horis
Nominis æternum parturit hora diem,
Donabit Musis tempus cum LAELIVS omne
Aeterno forsan tempore vnius erit.

AD AVCTOREM STEPHANVS THES RVS.

MVta vinam Helenam tunc reddit imagine Zeuxis
Cum varia varium colligit arte decus.
Dædala tunc dulci distendit nectare tecta,
Cum thyma, cum rorem sedula captat ap
At tu cum verses ter magna volumina, AELI
Et cuncta è cunctis nobiliora leg
Quale opus effingis? meritò cum v ile quidquid
Contineat, mundi nobile men erit.

DE HORIS SVCCISIVIS P. LÆLII BISCIOLÆ.

Svccisas horas, succiso à tempore, profers:
Tempora, in exiguo tempore, magna refers.
Magna tibi ingenij vis est, sapientia magna,
Horula vt in parua grandia secla loces.
Multa vidente, & magna, citò, tua lumina, LAELI,
Abdita, prisca, procul, vix adaperta, vident.
Multa vident: quæ longè absunt, præsentia ponunt,
Factaq́; ad imperium sunt noua, prisca, tuum.
Te regem horarum dicam, qui tempora in annos
Parua vocas longos, & noua, prisca, facis.
Quid si tu solidas LAELI succideris horas?
Aeternum dicam feceris hoc spatium.

NICOLAI BOTTI.

Ad easdem horas.

Sponte sua veniunt tardis incessibus horæ
Quid mirum? pondus commoda magna ferunt.

Aliud.

Tarda venit, quereris: sed venit gratior hora,
Prompta, satis veniens fertilis hora boni.

P. BERNARDI SOLABELLÆ.

Liber ipse ad Lectorem.

Aurea secla cupis? sed iam sunt lapsa: Quid? immò
Adsunt. Si illa capis, me lege, & illa dabo.

Ad Lectorem.

Cuncta licet sint hic, quæ iam dixere Priores,
Tu hoc vnum ex tantis collige: Doctus abi.

ΕΙΣ ΤΑ ΤΟΥ ΛΑΙΛΙΟΥ ΒΙΣΚΙΩΛΙΟΥ βιβλία ἐπίγραμμα.

Ἄνθεσιν εἰαρινοῖς, καὶ φυταλιαῖς θαλεούσαις
ΛΑΙΛΙΟΣ ἀρτιφύει κῆπον ἀγαλλόμενον.
ἐνθάδ' εὐστεφάνων πρασιῶν δροσόεντα μέτωπα
Α[...]ῶς κρίνα, πῶς κάλλθλω, πῶς ὑάκινθον ἔχει.
Αἰ[...]ευέδμοις πῶς νήδυμος ἔμπλεος ἀήρ
Εἴσιθι πᾶς μ[...]ολονέοι τέρψεσιν ἀμβροσίαις.
Οὐκ εἶς φ[...]εράπων, πλέξον στεφανίσκους
[...]ν τούσδε μόρος πέλοιτο.

Στεφάνου τοῦ Μενόχου ἐξ ὀνομαίας τοῦ Ιωνοῦ.



INDEX CAPITVM LIB. XX. HORARVM SVBSECIVARVM, LÆLII BISCIOLÆ SOCIETATIS IESV.

Libri I. Cap. XXII.

Libri Secundi.

VII. *Iul.*

Libri Tertij.

Libri

Liber Quartus.

Liber Quintus.

Libri

Libri Sexti.

Libri Septimi.

XIII. *Pa-*

Libri Octaui.

Libri Noni.

V. ζωφο-

Libri Decimi.

XVIII. Ni-

Libri Vndecimi.

Libri Duodecimi.

Libri Decimitertij.

XI. An-

Libri Decimiquarti.

Libri Decimiquinti.

Libri Decimisexti.

VIII. *In*

Libri Decimi septimi.






CANDIDO LECTORI SALVTEM.

PRodit in lucem primus hic subseciuarum horarum mearum tomus, quem triginta ante annos confectũ eo consilio apud me, atque apud maiores meos detinui, vt, quando secundæ, ac posteriores curæ sapientiores fiunt, is limatior, vtiliorque daret se in legentium manus. plerique viri docti in hac se palęstra exercuerunt veteres, ac noui, auideque eorum labores excepti, sępeq; recusi. at ipse post instituti mei munera, quibus pene omnibus defunctus sum, quidquid ocij subripere potui id nouę huic supellectili Dei sapientia iuuante, & eruditissimi proximè transacti sæculi commẽtariis apis Matinę more, modoq; perlegendis impendi, & succos fortasse delicatiores, ac sapidiores libaui, & è pulcherrimis floribus sertum contexui. Quamobrem vt de thesauro æternę sapientię hęc mihi donata fuerunt, ita ipsi reddo, dicoq; auctori nimirum salutis nostrę D. Iesu, sub cuius nomine, vt reliqua omnia, ita bonarum

artium

artium studia continenter tractat Societas nostra. Varietas & vbertas, quę in huius operis lectione sapientibus viris hactenus probatæ fuerunt, reliquis, vt spero, deinceps probis, ac doctis hominibus probabuntur. Ceterum dum septuagenarius secũdum Tomum describendum librariis committo propediem in lucem edẽdum, ipse mecum D. Iesu age gratias, eumque obsecra vt hinc cum eruditione, pietas etiam, quæ ad omnia valet, in legentium animos deriuetur. Bene vale.




FACVLTAS R. P. PROVINCIALIS MEDIOLANENSIS:

Ego BERNARDINVS ROSIGNOLIVS Societatis IESV in Prouincia Mediolanensi Præpositus Prouincialis, potestate ad hoc mihi facta ab Admodum Reuerendo Patre Nostro CLAVDIO AQVAVIVA Præposito Generali, facultatem concedo, vt Tomus Primus Horarum Subsciuarum à Patre LÆLIO BISCIOLA Mutinensi Societatis Nostrę Theologo, & aliàs Professore sacrarum & humanarum literarum, eiusdemque Societatis Patrum iudicio iam approbatus, typis mandetur. In Monteregali. V. Ianuarij, M. DC. X.

BERNARDINVS ROSIGNOLIVS.

AD



AD LECTOREM.

DE SVBCESIVIS HORIS R. P. LAELII BISCIOLII SOC.TIS IESV, DISTICHON.



Irarìs? mirare magìs, nam LAELIVS horis
Paucis, innumera quod rapuere refert.

Aliud ad eundem.

Quidquid vbique viget, suprema quod abstulit hora
In proprius Horis LAELIVS vnus habet.

Aliud ad eundem.

In subcesiuis congessit LAELIVS Horis
Præteriti quidquid subsecuere dies,

Epigramma ad eundem.

In subcesiuis euoluit LAELIVS horis
Quidquid præteriens omnibus hora tegit
Ne stupeas, omnes namque est vir factus in horas
LAELIVS egregius BISCIOLIVS sapiens
Si sapis euolues cunctas has protinus Horas
Quisquis nosse omnis temporis acta cupis.

DE P. LÆLIO BISCIOLIO.

QVot subcesiuas euulgat LAELIVS horas
Secula tot renouat, tot sibi secla parat.
Fallor, in exiguis dum ludit LAELIVS horis
Nominis æternum parturit hora diem,
Donabit Musis tempus cum LAELIV somne
Aeterno forsan tempore vnius erit.

AD AVCTOREM STEPHANVS THESAVRVS.

MVta viuam Helenam tunc reddit imagine Zeuxis,
Cum varia varium colligit arte decus.
Dædala tunc dulci distendit nectare tecta,
Cum thyma, cum rorem sedula captat apis.
At tu cum verses ter magna volumina, LAELI,
Et cuncta è cunctis nobiliora legas.
Quale opus effingis? meritò cum nobile quidquid
Contineat, mundi nobile lumen erit.

DE HORIS SVCCISIVIS P. LÆLII BISCIOLÆ.

Svccisas horas, succiso à tempore, profers:
Tempora, in exiguo tempore, magna refers.
Magna tibi ingenij vis est, sapientia magna,
Horula vt in parua grandia secla loces.
Multa vident, & magna, citò, tua lumina, LAELI,
Abdita, prisca, procul, vix adaperta, vident.
Multa vident: quæ longè absunt, præsentia ponunt,
Factaq; ad imperium sunt noua, prisca, tuum.
Te regem horarum dicam, qui tempora in annos
Parua vocas longos, & noua, prisca, facis.
Quid si tu solidas LAELI succideris horas?
Aeternum dicam feceris hoc spatium.

NICOLAI BOTTI.

Ad easdem horas.

Sponte sua veniunt tardis incessibus horæ
Quid mirum? pondus commoda magna ferunt.

Aliud.

Tarda venit, quereris: sed venit gratior hora,
Promta, satis veniens fertilis hora boni.

P. BERNARDI SOLABELLÆ.

Liber ipse ad Lectorem.

Aurea sæcla cupis? sed iam sunt lapsa: Quid? immò
Adsunt. Si illa capis, me lege, & illa dabo.

Ad Lectorem.

Cuncta licet sint hic, quæ iam dixere Priores,
Tu hoc vnum ex tantis collige: Doctus abi.

ΕΙΣ ΤΑ ΤΟΥ ΛΑΙΛΙΟΥ ΒΙΣΚΙΩΛΙΟΥ βιβλία ἐπίγραμμα.

Ἄνθεσιν εἰαρινοῖς, καὶ φυταλιαῖς θαλεούσαις
ΛΑΙΛΙΟΣ ἀρτιφύει κῆπον ἀγαλλόμενον.
Δέρκεο εὐστεφάνων πρασιῶν δροσόεντα μέτωπα·
Πῶς κρίνα, πῶς κάλθην, πῶς ὑάκινθον ἔχει.
Ἄσθμασιν εὐόδμοις πῶς ἥδυμος ἔμπλεος ἀὴρ
Αἰσθήσεις δονέει τέρψεσιν ἀμβροσίαις.
Εἴσιθι πᾶς μουσῶν θεράπων, πλέξον στεφανίσκους
Οὐκ οἶος φθείρειν τούσδε μόρος πέλεται.

Ἀπεφάνετο τοῦ Μετοχὶ ἐξ ἐπιμείας τοῦ Ἰωσῦ.

INDEX



INDEX CAPITUM LIB. XX. HORARUM SUBSECIVARUM, LÆLII BISCIOLÆ SOCIETATIS IESU.

Libri I. Cap. XXII.

Libri Secundi.

Libri Tertij.

Liber Quartus.

Liber Quintus.

Libri Sexti.

Libri Septimi.

Libri Octaui.

Libri Noni.

Libri Decimi.

XVIII. Xi-

Libri Vndecimi.

Libri Duodecimi.

Libri Decimitertij.

XI. *An-*

Libri Decimiquarti.

Libri Decimiquinti.

Libri Decimisexti.

Libri Decimi septimi.

Libri Decimi octaui.

Libri Decimi noni.

Libri Vigesimi.





LAELII BISCIOLAE MVTINENSIS, E SOCIETATE IESV, HORARVM SVBSECIVARVM

LIBER PRIMVS.

Ordinis in militia ratio ex Homero venuſta comparatione à Xenophonte illuſtrata, & ad alia pleraque traducta explicatur.

CAPVT I.

A PRÆCLARE ſanè facis, dices, qui legis, cum eius rei argumentum tractandum ſumens, cuius nullus omnino ſuapte natura debetur ordo, ab ordine tamen auſpicaris. Immò herclè præclarè facio, quòd hic eſt proprius huius argumenti ordo, ordine carere.

1. Quo me cunque rapit tempeſtas, deferor hoſpes,

Scripſit Horatius ad Mœcenatem, 1. ep. lib. ep. 1.

Nunc agilis fio, & verſor ciuilibus vndis,
Nunc in Ariſtippi furtim præcepta relabor,
B *Et mihi res, non me rebus ſubmittere conor.*

Ordine tamen lege, & experieris eo te voluptatis bono fruiturum, quo fruerere, ſi rem ordine ſuo illuſtrem videres. Quoniam igitur permagni
C intereſt, quomodo ab Imperatore acies inſtruatur, prudentiſsimè munus hoc Neſtori vni omnium Græcorum ſapientiſsimo attribuit Homerus: ſic enim ab eo diſpoſitam 2. & 4. Iliad. lib. deſcribit his verſibus *A* quos ita doctus iuuenis è Societate noſtra conuertit Iul. Cæſ. Iſnardus,

Aduerſa currus, equiteſq; in fronte locauit,
Plurimus inſtruitur pone, bonuſq; pedes,
Hoc munimen erat, medium tenet agmen ineptus,
Seu nolens vt amet prælia, ſiue volens.

Cuius laudis ſocium ipſi adiungit in Catalogo, Athenienſium Ducem Meneſtheum, quem his verſibus commendat ab eodem conuerſis. *B*

D *Ductor erat natus Petreo Patre Meneſtheus,*
Cui nullum vidit Phœbus ab arce parem,
Qui ſcutatam aciem, qui poneret ordine equeſtrem.
Nelides ano grandior vnus erat.

Cuius virtutis commendationē agens rem ſuam Athenienſium legatus ad gentem ſuam vniuerſè videtur tranſtuliſſe, 7. Herod. lib. coram Syracuſio Gelone verba faciens. *C* eorum optimum dixit Epicus Homerus ad Ilium profectum in inſtruendo, ordinandoque exercitu: eadem virtute ita excelluiſſe Pyrrhum Epirotarum Regem E ſext. Frontinus cap. 3. lib. Stratag. 2. narrat & Procles apud Pauſ. lib. 4. ſiue in Meſſen. vt nullum vnquam eo melius exercitum collocaſſe apud Africanum Scipionem teſtatus ſit Annibal. Quæ eadē Alexandro Macedoni, qui dictus eſt Magnus, à ſcriptore Græco, quem Suidas adducit in voce, Δαημονέστατος. Arrianum ſuſpicor lib. 6. Aſcenſus circa finem, aſsignatur, peritiſsimus diſponendi aciem armandiq; & exornandi. *D* & à Xenophōte Cyro Perſæ, eius Pædiæ lib. 6. ad Neſtoris F videlicet Homerici imitationem: ſic enim politiſsimus Auctor ſcribit. Ita explicata phalange neceſſariò primi ſunt maximè ſtrenui, ac poſtremi; qui in medium coniiciuntur valde infirmi. eandem rationem mutuatus ab Homero Vegetius literis conſignatam reliquit libro 3. de re milit. cap. 10. quanquam Plin. lib. 7. cap. 56. ordinem exercitus Palamedi tribuit; & Aeſchylus hunc de ſe ita loquentem inducit, & ordinum ductores, & exercitus principes, & Centuriones inſtruxi, & annonę ſcientiam definiui, ientacula, prandia, cenaſque eligere tertio loco: *E* niſi malis prandia, cenas, G commeſſationes transferre: nec tamen iſtius peculiaris diſpoſitionis Auctorem facit. Et ipſe Neſtor 2. Ilia. lib. cum prædicit Agamemnoni certam de Troianis victoriam, ſi copias rectè collocatas, mox contra eos eduxerit, vniuersè loquitur.

Gentiles ſepone viros ſepone Tribules,
Genti vt præſtet opem gens, tribuſq; tribus. F

Iure itaq; ſuo lib. de inſtruenda acie ad Adrianū Cæſarem Græcoromanus ſcripſit Aelianus, primus omnium, quos nouerimus, Poëta Homerus acierum inſtruendarum ſcientiam tenuiſſe videtur: *G* & merito queritur Syphax extremo: 24. lib. T. Liuij, cum equis in bello ſit habilis, Pedites H nō habere: cum hominum multitudine regnum

abundet, quòd armandi, ordinandique, & instruendi eos, artem ignoret; Q. ei Statorius Magister à Romanis datur. Itaq; eandem ob causam, quam Homerus expressit, & Xenophon, commendatus à Liuio postremo prçlio Annibal, quo & victus fuit, quod singulari arte aciem eo die instruxisset, Elephantis in prima acie constitutis, vt ordines, spem Romanorum turbarent, tum auxiliaribus, ne liberum haberent receptum fugæ, tum Carthaginensibus, & Afris, vbi omnis
I spes erat. Quanta verò sit huius rationis exercitus explicandi commoditas, egregia similitudine Xenophon citato Pædiæ lib. & 3. ἀπομνημ. Socrates exponit. Postremo hoc tantum loco vtar, quia copiosior: rem dixerat Socrates esse præclaram, aciei ordinãdæ scientiam tenere. Nam multum interest inter ordinatas, & confusas copias, quemadmodum lapides, & lateres, & ligna, & tegulæ, si confusè disiecta sint, nullum vsum habent: at cum ea, quæ nec putrescunt, nec liquescunt, vt lapides, ac tegulæ, loco imo, & in superficie collocantur, in medio vero lateres, ac ligna,
K quemadmodum in ædificatione domus componi solent, tum videlicet res efficitur magni pretij, hoc est domus, nam & in bello fortissimi quiq; primo, vltimoq; loco sunt collocandi, pessimi verò in medio, vt ab illis ducantur, impellantur ab his. Nam & ratio collocationis adiungitur, & explicatio versuum Homeri; tametsi Xenophon in suo Hipparchico aliam tenet collocandi equitatus viam, qua in medio etiam robusti, & fortes collocantur, videlicet, vt ferrum ferro exacuatur. Et Romani alia vsi dispositione, in primo Vexillo Triarios collocabant, qui miles erat spectatæ virtutis, in secundo Rorarios minoris roboris, in tertia Accensos minimæ fiduciæ, quos in extremam aciem coniiciebant. T. Li-
L uius lib. ab vrb. cond. 8. & sæpè ordo variatus. Vt idem Liuius lib. 1. & 22. cum de pugna loquitur ad Thrasymenum & Cannas, extremo ferè libro id ostendit, Triballos quatuor in acie turmas instruere hoc ordine narrat ex Nicolai collectaneis de moribus Ioannes Stobæus sermone 52. vt prima sit infirmiorum, altera fortissimorum, tertia equitum, postrema mulierum, quæ videlicet, si vertantur in fugam ceteræ, retineant conuiciis, sanè prudenter. Mihi etiam minimè dubium est, quin benedicendi Magistri ab isto Homerici exercitus ordine collocationem sumse-
M rint argumentorum. Atque ita Quintil. scripsit Instit. orat. lib. 5. cap. 12. quam fuisse præcipuam Q. Hortensij apud Romanos virtutem docebit Cicer. 1. lib. Accusat. in C. Verrem. Hæc illa est dispositio, quam ornatissimis, & breuissimis verbis idem notauit Cicero in oratore ad M. Brutum, de firmissimi a alia prima ponet, alia postrema, inculcabitque leuiora. Atque ab hoc siue ordinandi exercitus munere, siue etiam ordinandę Reip. sępenumero Homerus vocat Reges κοσμήτορε, & cum 3. Il. librũ ab hoc versu fuisset exorsus,

Verum vbi instructi fuerunt cum ducibus singuli: H N
non immeritò vetus Schol. adnotauit; bellum maximè recto ordine seruato bene succedit: I quæ notatio confirmatur omni genere historiæ cum sacræ, tum profanæ, vt mihi non sit necesse vllum peculiare exemplum afferre. Non dissimilis illa apud Thebanos collocandi exercitus ratio ab Epaminonda tradita, quam ipse accepit à Rammane, tanquam à Prçceptore militię, & eo sene, à quo ipse iuuenis penderet, & prouectus fuisset; vt in præceptis bene gerendæ Reipublicæ docet Plutarchus. Pammenes enim Homerum in eo reprehendere erat solitus, vt rei amatoriæ
ignarum; qui tribus tribubus, curias adiungeret O
curiis, cum oporteret, vt aiebat, amatorium Amasio opponi, vt tota Phalanx animato quasi vinculo deuincta conspiraret: cuius rei meminit idem Plutarchus in 1. Symp. lib. q. 2. hac oratione, & in Erotico, & Max. Tyrius 8. serm. quo docet, quæ vis fuerit amatoria Socratis. Statuebat ergo amatores milites, & Adolescentulos armatos in acie, vt necesse esset illos pugnare sub oculis eorum, qui amabantur; rursusque amatos, vt virtutis amantium imitatores: sic enim latiuè Maximus. cum daret arma amatoribus, & amasiis Epaminondas, cohortem instituebat amoris validam, & inexpugnabilem, & ad defendendum aptissimam, & quæ non posset effringi, ea pars
exercitus ita constituti, vt apparet ex codẽ Max. P
& Athenæo lib. 13. cap. 5. ἱερὸς λόχος, id est sacra cohors, siue Phalanx dicebatur: Thebis ab Epaminonda constituta, quam tamen à Gorgia Thebis institutam Polyænus lib. 2. notauit. legi & in Hispanicis historiis Elisabellam Hispan. Reginam, cuius, & mariti opera Boëticæ, Granata nunc dicitur, regnum in potestatem venit Hispanorum, solitam in bello cum militibus prçcipuis amatas ab eis feminas ducere ad eum vsque locum, in quo manus erant conferendæ, vt sub earum oculis quisq; ederet virtutis, ac fortitudinis suæ exempla clariora; id quod noster Areostus cant. 27.
in pugna Rodomontis, & Mandricardi imitatus Q
est; Apud Romanos quidem secundum militiæ vinculum habebatur singulorum amor inter sacramenti religionem, & deserendi nefas, vt obseruat Alex. 1. dierum genialium lib. cap. 20. vt merito Liuius 45. lib. ab Vrb. cond. moneat non satis fidum esse exercitum inter se incognitorum ex multis generibus hominum. Ac Plato quidem cum Geometriam 7. de Repub. lib. ad Rempublicam plurimum conferre docet, non tam ad hunc ordinem respexit, quàm Xenophon in
suo Oeconomico, dum vxorem instituit, quæ fa- R
cile, & sapienter domum regere, & rem familiarem tueri possit, multis exemplis ostendens, nihil esse in rebus humanis ordine neque præstantius, neque vtilius. Addendum ex Virg. 2. Georg. vtilitatem ordinis, aut iucunditatem potius in plantandis arboribus etiam ex hoc ordine militari amplificante, canit enim,

Indulge ordinibus, nec secius omnis in vnguem
Arboribus positis secto via limite quadret:
Vt sæpe ingenti bello cum longa cohortes
Explicuit legio, & campo stetit agmen aperto, &c.

S Nou valde huic Homericæ dispositioni similis comparatio, qua excellens Atheniensium Dux Iphicrates exercitum humano corpori conferebat apud Plutarchum initio Pelopidæ, vt capiti responderet Imperator, acies ipsa pectori, ac thoraci, manibus pedites, pedibus equites. *K* Iam vero nihil mirum videri debet, si, cum Cyrus à Lysandro commendetur, summus videlicet Imperator, & ordinandæ militię peritissimus, quod eandem quoq; in agricultura fuerit laudem consecutus, vt & Xenophon tradit in œconomico, & ex eo Cicero in Catone suo: etiam Plutarchus T producto illo symposij loco, & in Pauli Aemilij vita narret, Aemilium cum debellato Perseo Macedoniæ Rege conniuia agitaret in Macedonia, vtereturq; admirabili quodam in apparandis epulis ordine, dicere consueuisse, eiusdem esse, & armatam aciem quàm maximè formidabilem, ac metuendam, & conuiuium quam maximè iucundum instruere, Liuius 45. libro ita vulgo dictum ipsius ferebat, & conuiuium instruere, & ludos parare eiusdem esse, qui bello vincere sciret. Quamobrem apud Dionysium in Thesmophoro, vt recitat lib. 9. cap. 25. Athen. insignis est cuiusdam coqui vaniloquentia suam artem in disponendo conuiuio, Imperatoris arti in collocando exercitu superbè comparantis: neq; enim coquum illum esse, qui obsonium condire sciat, sed qui etiam quo modo sit apponendum, non ignoret. Imperatorem vtiq; vocamus, inquit, vt latinè redditur, qui regendos exercitus accepit, qui prudenter in administrandis rebus potest versari, & quod ex vsu est, perspicere: Hic Imperator est verus: alius autem qui ducit copias: Sic quod ad nos spectat, parare, discindere, condimenta coquere, ignem sufflare quiuis potest: Itaque obsonij parandi sciens, eiusmodi vir fuerit: coquus verò aliud est quidpiam. Considerandus locus, tempus, conuiuator, & conniua denique: quando, & quem piscem mercari expedit, & tempore de omnibus coquus consilium capiat. & alterius apud Alexidem in Milesiis, vt idem eodem lib. refert cap. 5. qui ordinem solum pœne omnis rei culinarie ducem profitetur. Xenophôtis hæc V sunt verba latinè reddita. Hunc Lysander cũ admiraretur ob arborum pulchritudinem, & quod æqualiter essent omnia consita, quòd ordines arborum recti, quòd angulis accuratè factis ornata omnia, quòd odores multi, ac suaues comitarentur obambulantes, hæc admirans, equidem inquit, admiror horum omnium pulchritudinem, Cyre, multo autem magis te suspicio, qui singula aptè dimensus es ac disposuisti. Aristoxenus apud Stobæũ ser. 41. hoc inter cetera egregia Pythagoreorum apophthegmata commemorat de ordine aiebat oportere à puero mox cibum ordine prębere, quod ordo, & proportio honesta res est, atq; vtilis; confusio, & immoderatio turpis, & perniciosa. Sanè, vt acerrimus aduotauit rerum optimarum Iudex Arist. lib. pol. 4. cap. 13. X de re agẽs militari, vt nos; inutilis est, inquit, belli apparatus carens ordine; circa quæ nullus apud veteres ordo, experientia nulla; quòd in equitibus vim sitam esse putarent belli: *L* quo vero modo ignota ordinãdi peritia antiquis, si antiquissimus eam tradidit Homerus? hic desidero Arist. memoriam. egregiè verò œcon. Xenephon. bene instructus exercitus res est amicis aspectu gratissima, hostibus infestissima *M* quod & nostræ diuinæ celebrant literæ illis verbis; Cant. 6. Terribilis vt castrorum acies ordinata, addit Musa Attica Z eodem libro, nihil verò est aut conducibilius, aut pulchrius inter homines atque ordo. *N*

Vita, fabula, & ludus, Ciceronis, Senecæ, Epicteti, aliorum verba exemplis, ac literis multorum explicata.

CAPVT II.

IN commendanda extrema hominis ætate tã multus est Cicero, vt nimius pœnè videatur. Itaq; cum Cato initio Dialogi de senectute dixisset, vehementer sapientiam laudari suam, subiecit, eam laudem naturæ esse tribuendam, neq; enim putandum, cum ceteræ ætatis partes benè descriptę A sint, extremum actum tanquam ab inerti Poëta esse neglectum. Deinde, cum de præmiis, quæ senes essent consecuti, loqueretur, quibus, inquit, qui splendidè vsi sunt, ij mihi videntur fabulam ætates peregisse, nec tanquã inexercitati histriones in extremo actu corruisse. Fabulæ partibus ætatis partes prudẽtissimus senex confert, & eum, qui bene vitæ spatia percurrerit, censet quasi exercitatum histrionem eam partem summa cum laude expressisse, quam natura dedisset. Esse porB rò varias, ac multiplices huius vitæ fluxæ, & mortalis conditiones, ac sortes, quasi alicuius fabulæ diuersas, ac dissimiles inter se personas, & actiones eleganter, atq; vtiliter Stoicus Epictetus. siue in illius enchiridio Arrianus ita declarat, cap. 23. Recordare in fabula te histrionem esse, qualem magister eligeret; si breuem, breuiter; si longam, diu te histrionẽ futurum; si, vt mendicum referas, libuerit, si claudum, vel principem, vel priuatum, conare, vt aptè imiteris; tuum enim est, quæ tibi attribuitur persona, eam concinne reddere, alienam verò eligere alterius. Planè, & Philosophicè, & Christianè: affine est, quod est cap. 59. adiungit. si personam acceperis supra vires tuas, in eo ipso fuisti ineptus, & quod explere poteras, omisisti; *A* & huic siue conferendus, siue præfe-

rendua Stoicua alter latinus, hoc est, Seneca epist.
78. quomodo fabula, sic vita, non quamdiu, sed
quàm bene acta sit, refert: nihil ad rem pertinet,
quo loco desinas; quocunq; voles, desine; tantum
bonam clausulam impone. Aliter vitam homi-
num nescio quis minimè malua Auctor fabulæ
D compsrsuit; Fulg. 4. Vti fabulæ nec vera sunt, nec
verisimilia, compari modo vita nostra nec veri-
tatis quidquam, nec certitudinia habet, nisi illud,
quo certius nihil, hominẽ Bullam esse: quomodo
in Zenone lib. videlicet 7. Laërtius sapientem hi-
strioni perito similem esse tradit, quod siue Ther-
sitæ, siue Agamemnonia personã induerit, vtran-
que referat præclarè, quod longa oratione sua, &
Bionis sententia lib. περὶ ἀναρχίας Telea apud Stob.
serm. 5. sic exponit, vt bonum histrionem, quam-
cunque ei personam dederit poëta, eam necesse
est aptè reddat, sic virum bonum, quamcunque
ei sors accommudauerit; Nam & ipsa, Bion in-
quit, vt poëtica, nunc primi, nunc postremi acto-
ris locum assignat, sic vt aliss regia attribuat, ali-
E as mendici; ne igitur velis, cum primus sis actor,
postremi locum inuadere: secus enim indecorè
facies; tu quidem rectè praes, ego verò, inquit il-
le, pareo: & tu quidẽ multis, ego verò vnius tan-
tum pædagogus sum; & tu quidem cùm sis copi-
osus, liberaliter da; ego verò cum fiducia à te ac-
cipio, non cadens animo, non me abiiciens, neq;
de mea sorte conquerens. tu rectè vteris multis,
paucis ego: neque enim alimur sumptu magno,
nec magnum capimus ex sumptuosis fructum;
paruo ac vili modestè, ac temperatè licet vti, in-
ducitq; Prosopopœiam Bionia de paupertate: &
F homilia quadam adhortatoria Arrianus, quam
producit Ioan. Stob. serm. 95. facit Socratem ita
cum Archelao differentem; si mea mihi non suf-
ficit facultas, ipsi ego sufficio; sic & ipsa mihi: pla-
nè subtiliter exemplo demonstrat, siue compa-
ratione Histrionum. An non vides expressam à
Polo histrione œdipodis Tyranni personam non
minus concinnè, quàm eiusdem in Colono exu-
G lis, ac mendici? Neq; verò generosus vir Polo erit
deterior, ita vt impositam sibi à numine perso-
nam, nequeat aptè referre; aut Vlixem imitari,
qui licet pannosus, nihilominus tam inter cete-
ros eminebat, quam cum erat purpuratus. Sic &
Petronius Arbiter ingenio vir præstanti, quod ta-
men spurcissima scriptione contaminauit in Sa-
tyricis, quæ maiorem partem prosa oratione
scribuntur, interdum etiam versu, de falsis ami-
corum formis conquestus, lamentationem qua-
tuor versibus claudit, quibus vitam esse Comœ-
diam declarat.

Grex agit in scena Mimum, Pater ille vocatur,
H *Filius hic, nomen diuitis ille tenet.*
Mox mihi ridendas inclusit pagina partes,
Vera redit facies, dißimulata perit.

Egregio verò distichoPalladas argutissimus epi-
grammatum scriptor illam Epicteti sententiam
expressit lib. Græcorum epigrammatum 1. tit. 13.
εἰς βίον.

Vita quid est? iocus, & ludus, vel ludere disce I
Curis sepositis, vel cruciare miser. B

Quod distichon alij attribuunt Luciano; rursus
eodem lib. tit. 83. ludus fortunæ est hominum vi-
ta C & ibidem, quod est Agathiæ.

Magna tibi agenda gratia, ô fortuna illustrium
Auctor actionum, quod pariter illudas omnibus. D

ludibrium fortunæ sæpe Liuius dicit, & propte-
rea fortunæ non eredẽdum apud eundem lib. 30.
Annibal cum Scipione loquens profitetur: sic A- K
ristoteles dixisse traditur, hominem esse inter ce-
tera fortunæ ludicrum, τύχης παίγνιον, ipsius nem-
pe vitæ cursum, & actiones; ludo etiam, sed tesse-
rarum, siue aleç, auctore Plutarcho in consolatio-
ne ad Apollonium, similem fecit hominum vi-
tam Plato lib. de Rep. 10. & Socrates apud Sto-
bæum serm. 123. & in Adelph. Terent. act. 4. sc. 1.
cum politissimè scripsit, ita vita est hominum,
quasi cum ludas tesseris, si illud, quod maximè
opus est, iactu non cadit, illud quod cecidit for-
te, id arte, vt corrigas. Similis est aleæ ludo vita L
hominum, & accipiendum quidquid in ea acci-
derit, non secus atque si iecisses aleam: neque e-
nim denuò iaci potest, aut resumi iactus, ex quo
prouerbium natum, omnem aleam iacere. E sa-
pienter item Polyb. lib. 5. histor. conuersionem
rerum humanarum hac præclara comparatio-
ne describit suffragiorum videlicet, quæ in pu-
blicis consiliis dari solent, cum de Apelle sermo-
nem habet, qui iuuenem regebat Ptolemæum
Regem ipse Rex potius, postea cum liberis, om-
niq́ue domo, & amicis occiso: Cum, inquit, in- M
gredi statim ad Regem, vti consueuerat, vellet,
ianitor quidam expectare eum iussit, occupa-
tum esse in præsentia Regem dicens. Apelles no-
uitatem rei admiratus, hæsitabundus aliquam-
diu constitit, mox mœstus, atque inops con-
silij, inde profectus est, reliqui omnes repentè
ab eo discesserunt, vt tandem solus cum pro-
priis pueris domum sit reuersus: quam pauca
temporis interualla homines in excelso fastigio
collocant, & eos rursus ad extremam miseriam,
& calamitatem redigunt, atque eos maximè,
qui in aulis Principum vitam agunt? Hi enim N
similes sunt suffragiis, quæ in publicis consiliis
dari solent. Nam vt illic pro eorum qui consu-
lunt voluntate, quæ modo ænea fuerunt, mox
aurea dantur: ita qui regias Principum sequun-
tur, pro regis voluntate nunc beati, mox mise-
ri fiunt; quæ dissimiliore, quàm superiores, sen-
su, vt similiore Euripides supplicibus, Certa-
men est vita mortalium, in qua nunc his bene
res cadunt, nunc illis, ludit verò Deus, quasi vi-
delicet nostris malis delectetur; F Vt & Sopho-
cles Antigona. G quod etiam argumentum in
sua Necyomantea Lucianus in ludo iure ludens
ingeniosè pertractat; Aristoteles quoque non O
malè

malè Theatro comparauit, in quo ferè fit, vt pes-
simi quique honoratiore loco sedeant: vt Pytha-
goras mercatui. Sed præclarè declarat Menan-
der politissimis versibus apud Ioannem Stob.
serm.120, Mercatum esse puta quendam, de quo
est sermo, tempus, & quidem popularem, ac so-
lemnem, in quo turba, concio, fures, aleatores,
exercitationes: si primus discesseris, diuertes
P meliore viatico, nemini infensus discesseris; qui
verò plus traxerit moræ, fessus periit misera se-
nectute persunctus, ac sæpè egens, vexatus in ho-
stes incidit, in insidias aliunde, infelici abreptus
fato; Arbiter in Satyr. breuissimè comprehen-
dit, quod hodie non est, cras erit: sic vita trudi-
tur. Nam & qui Rotæ similem esse dixerunt, eo-
dem fermè respexisse videntur; & ferè apud om-
nes gentes fortunæ simulachrum in globo, siue
rota stantis, hoc significat quasi omnia sursum,
deorsum voluentis, & de omnibus, atque in om-
nibus ludentis, cum prosperis, tum aduersis.
omnino autem Tragœdia est vita nostra, aut co-
Q mœdia, aut potius vtrumque: Tragœdia, quòd
quæ nobis bona vitam beare videntur, ea tan-
dē sempiternæ sint infelicitati: Comœdia, quòd
qui vagientes, & lugentes in hanc quasi scenam
introimus, sæpe etiam egredimur læti, & gestien-
tes: Verius vtrumque, quòd neque semper tri-
stes sumus, neque semper hilariter viuimus: se-
cunda cum aduersis, cum secundis aduersa in
omni ætate, conditione, gradu, vitæ denique ge-
nere miscentur. Iure vt in hac scena, & Democri-
ti persona, & Heracliti sit admittenda, neque his
duobus vacare vnquam possit hæc vita. Et sapi-
enter ad vtrumque Græcum illud Hexastichon
R ad ridendum, & ad flendum inuitat lib. eod. ac
tit. quod ita Bartholomæus Simoneta doctus vir
latinum fecit.

Desle hominum vitam plusquam, Heraclite, solebas,
In lacrimas totos solue age nunc oculos,
Concute maiori splenem, Democrite, risu
Et toto resonans ore cachinnus hiet,
Vita fuit nunquam post condita sæcula mundi
Et risu pariter dignior, & lacrimis.

S aptè conclusit, quanquam non assecutus ple-
nam priorum quattuor versuum sententiam:
Plautus Capt.

Fortuna humana fingit: artatque vt lubet:

quod secularium sortium domina fortuna, vt ait
lib. de Pall. Tertullianus. grauiter autem Virg. de
fortuna Aeneid. 11. cecinit,

——Multos alterna reuisens
Lusit, & in solido rursus fortuna locauit.

quia τύχης ἀπείρητος ὁρμὴ, impetus huc, illucque
deferens, vt ille dixit 4. Epig. lib. εἰς τύχ. & non
malus Poëta Ioan. Ant. Campanus lib. epistol. 7.
T Nucerino scribens Episcopo,

Dat fortuna manus, quibus est nocitura, secundas,
Ridet, vt alliciat, porrigit, vt capiat.

Cui Plinium in Panegyr. Traiani adiunge sic lo-
quentem. Habet has vices conditio mortalium,
vt aduersa ex secundis, ex aduersis secunda no-
scat; occultat vtrorumque semina Deus, & ple-
rumque bonorum; malorumque causæ sub di-
uersa specie latent: ita pro Vortuna Fortunam
recentiores dixerunt Romani, quæ dicta Pinda-
ro φερέπολις Ouidius seu potius Pedo ad Liui-
am.

Fortuna arbitriis tempus dispensat vbique V
Illa rapit iuuenes, sustulit illa senes.
Quaque ruit, furibunda ruit, totumque per orbem
Fulminat, & cæcis cæca triumphat equis.

Hinc Seuerinus Boëthius 2. de consolatione lib.
prosa. 1. Hæc nostra vis est, hunc continuum lu-
dum ludimus, rotam volubili orbe versamus, in-
fima summis, summa infimis mutare gaudemus.
Ascende, si placet, sed ea lege, ne vti cum ludicri
mei ratio poscet, descendere iniuriam putes. præ-
clarè, & Boëthio dignè. Sic P. Fulgentius 2. My- X
thol. libro non longe à fine, Ixionis cum Iunone
congressum allegoricè interpretatur, pro qua
nubem complexu tenuerat suo. Ixionem dici vo-
luerunt, quasi Axionem, quæ dignitas est ἀξίωμα:
Dea vero regnorum est Iuno. Ergo dignitas re-
gnum affectans nubem meretur, id est regni si-
militudinem. Regnum enim illud est, quod pe-
renniter duraturum est. At verò cui temporis fu-
gitiua vis inuidet, pinnatisque celerrima rapti-
bus nomen carneæ felicitatis, figuras potius, quā
veritatem ostendens, ventositatis inanem spe-
ciem præsumit. Deniq; Beatonius augur (emen-
do P. Vatinius) dicere solitus erat, diuersarum Z
Vrbium honores somnialiter peragi vrbicario
mimologo. Quamuis vtrumque nil agere dixe-
rit, tamen hoc Romæ præstare visus est, quòd ex
parte quidem veros honores, sed risorios, sed ci-
tius fugitiuos: Credo enim de Philosophi Theo-
phili sententia legerat dicentis μῖμος ὁ βίος, id est,
mimus vita. Addit Ixionem paruo tempore ce-
lere Regnum adeptum, dehinc Regno expul-
sum, vnde & ad rotam damnatum, quòd omnis
rotæ vertigo, quæ superiora habet, modò deii-
ciat. Ergo ostendere hinc voluerunt, quòd om-
nes, qui per arma, ac per violentiam Regnum af-
fectant, subito erectiones, subito elisiones susti- Ab
neant, sicut rota, quæ stabile non habet aliquan-
do cacumen. Hæc vitæ nostræ conditio Sultano
Agarenorum in Africa Principi, & in Campania
Regis Gallorum captiuo notissima risum ex-
cussit, & libertatem dedit: quod in Basilio Mace-
done Constantinopolitano Imperatore Ioan- Bb
nes Curopalata, Zonaras tomo Chron. 3. & Ce-
drenus in compendio historiæ adnotarunt. To-
tum Sultanus biennium ridere nunquam visus
fuerat, præmium Galliæ Rex pollicetur ei, à quo
primum nuntietur risisse: risisse tandem vnus re-
nuntiat, & testes visus adhibet; risus caussam ex
eo ad se accersito rogat Rex; Sultanus respondet.
Rotas currus fortè fortuna prætereuntes vidi,
atque animaduerti, quæ ima erat loco, attolli;
quæ sublimis, & elata, deprimi: & hanc esse vitæ,

ac felicitatis humanæ, inconſtantis videlicet; ac
Cc variæ imaginem cogitaui, ſimulq́ue riſi, quod
rei tem fluxæ, atque caducę cauſa tantopere effe-
ramur, & mecum ipſe reputaui, fieri aliquando
poſſe, vt qui ſeruus abiectè, & humiliter nunc vi-
uo, futurus deinceps liber ſim, atque honoratus:
orationi reſpondit euentus. Rex enim ſapienti
hominis reſponſo delectatus liberum eſſe iuſsit,
& menſæ ſocium. At ille, vt Afer, ita vafer, Afri-
cano planè commento Capuam, atque Bene-
uentum Regi ademit, atque in Patriam, & ad Im-
perium ſuum ſaluus, & incolumis reuertit. Simi-
le exemplum narrant captiui Regis apud Seſo-
ſtrim Aegypti Regem, quod recitauit Cagano
Dd Hunnorum Regi legatus Mauritij Imperatoris,
vel potius Priſci eius Ducis, Theodorus Medicus
vir prudens, narrant, inquam, Paulus Diaconus
17. lib. rerum Romanarum; & Nicephorus lib. 18.
hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 29. quod tamen Cyri
captiuo cuidam regi ſub quadriga vincto attri-
buit Cedrenus, & Pomp. Iætus in Iuſtiniani vita
idem de Gilimere Vandalo captiuo, & coram
Ee Imperatore cachinante. Idem ſenſit de homi-
num vita, & ſcripſit tanquam de ſcena Muſonius
Stoicus Philoſophus, apud Stobæum 1. ſerm. de
virtute, ex Bione, vt videtur, vt bonus hiſtrio be-
ne prologum, bene medium fabulæ, bene par-
tem agit poſtremam: ita vir bonus, & vitæ initia
bene, & progreſſum, finemq́ue inſtituit *H* & lon-
ge ante Socrates apud eundem ſerm 3. Vt in a-
ctione poëtica primas in agendo partes non di-
tiſsimum tenere oportet, ſed prudentiſsimum,
ſic in vita. *I* Deinde argutus ſcriptor, ſed inqui-
Ff natus, L. Apuleius lib. 3. Floridorum; cum repen-
te, inquit, domi ſuæ interiiſſet Comicus Phile-
mon, peracta eximia quadam ad actum vſque
tertium fabula, cuius finis poſtridie à populo
expeteretur, & expectaretur, nec ille tamen adeſ-
ſet, renuntiatum fuiſſe Philemonem Poëtam, qui
expectaretur, vt fictum argumentum in theatro
finiret, iam domi veram fabulam confeciſſe.
Enimuero iam dixiſſe rebus humanis valere, &
plaudere, ſuis verò familiaribus dolere, & plan-
gere: heſternum illi imbrem lacrimas auſpicaſ-
ſe, Comœdiam eius prius ad funebrem facem,
Gg quam ad nuptialam perueniſſe. Proin, quoniam
Poëta optimus perſonam vitæ depoſuerit, recta
de auditorio eius ad exequias eundum; legenda
nunc eius uſſe oſſa, mox carmina: venuſtè, & ad
verba Ciceronis, & Epicteti accommodatè; eo-
dem plane ſenſu Auguſtus Cæſar moriturus pri-
moribus vrbis mandauit, vt morienti plaude-
rent, riderentq́ue, ita vitam humanam, vt ridi-
culam rem iudicans, ſic narrat Cedrenus in com-
pend. Græca eius verba adferrem, ſi neceſſe eſſet;
& hac in re pulcherrimum extat illuſtris olim vi-
Hh ta, & ſcriptione presbyteri Iſiduri Peluſiotæ lib.
epiſt. 2. epiſt. 105. ad Serenum, monentis, vt in ſe-
cundis rebus ob oculos nobis miſericordiæ po-
namus argumenta, & ſubitas mutationes rerum
humanarum, cum animo noſtro reputemus,
nec plus iuſtè efferamur: & verò cum vel pecca-
mus, vel præter animi ſententiam, res gerimus,
imbecillitatis earundem rerum recordemur: no-
limusq́ue res noſtras Dei inſtar immortales, ac
fixas eſſe; extrema ſunt epiſtolæ verba: prima epi-
ſtola verba continent γνώμην. Secundæ res pluri-
mis magnam perniciem attulerunt. *K*

Album colorem lucis eſſe portionem, Nigrum contra priuationem: in illo diſtrahi oculum ex Homilia diſci, priùſquam à Philoſophis, iſto cogi in ſe. A

CAPVT III.



XTREMI duo colores ater, atque al-
bus oculum, à quo inſpiciuntur, nō
mediocriter offendunt, qui coloti-
bus inter hos duos extremos con-
ſtitutis valde recreatur, quæ ratio? ſanè quia cum
à mediocritate ad extrema receditur, ſenſus, qui
modo, aut moderata conſtitutione qualitatis
conſtantur, à natura ſua diſcedunt; nam & extra
ſe, vt ſic dicam, albi coloris aſpectu diſsipatur o- B
culus, &, vt loquuntur Philoſophi, diſgregatur: at
verò nigri præſentia nimium in ſe cogitur. Ad-
de, quòd, mea quidem ſententia, niger, aterq́ue
color tenebrarum eſt ſimillimus, ac noctis in ſe
habet plurimum, quæ oculi functionibus, maxi-
mè humani vehementer aduerſatur: At albus pe-
nè lux ipſa eſt, quæ nimio ſplendore oculi tem-
perationem differt, ac diſtrahit: media eſt ſcilicet C
oculi conſtitutio, certisq; terminis circumſcri-
pta: quare oculi acies, vt paulo ante dicebam, re
mediocri, ac leni, quę quidem ei occurrat, refici-
tur, & confirmatur: excellenti, & immoderata he-
beſcit, atq; corrumpitur: Vehemens, inquit ſum-
mus Philoſophus Ariſt. 3. de anima lib. text. pen.
ſenſibile lædit ſenſum: Nam alia quidem ſenſibi-
lia eo, quod nimium eſt, non corrūpunt animal,
cuiuſmodi ſunt color, ſonus, odor, ſed ſenſuum
tantum inſtrumenta, niſi ſi ſecundum accidens
contingant. *A* Hinc etiā fit, vt in viridi, ac rubro,
modo ne plus habeat ignei iſte, fuſci ille, ſiue ni- D
gri, ceteriſque coloribus, qui medio ſunt inter
album, atque atrum loco, oculus acquieſcat,
eorumq́ue obtutu recreetur: quam rationem
his verbis Ariſt. explanat ſectione 31. Probl. q. 20.
cum inueſtigat, cur virentium, herbeſcentium-
que rerum aſpectu oculi melius habeant: quam-
quam in idem recurrit hæc ratio: tum, quòd in
alba, & nigra minus poſſumus aciem intendere
oculorum; quòd hi colores noceant oculis; me- E
dij ex his recreent; tum, quòd, vt corpora vehe-
menter laborantia, deterius habent, cum medio-
criter exercentur, melius: ita oculorum aſpectus
cum in ea incurrit, quæ ſolidiora ſunt, vt colores

extremi funt, afficitur malè; cum figitur in hu-
midioribus benè, quoniam liberius quodā mo-
do vagatur, & gratius, si libuerit, immoratur; ta-
lia sunc viridia. Album verò portionem lucis
F esse, aut certe cum luce magnam cognationem
habere: idem ostendit libro de ortu animal. 3.
cap. 6. ὁ δ' ἀὴρ, inquit, διαφανέστερος λευκότητα ποιεῖ, aër
translucidus candorem efficit, licet candidus ab
albo differre splendore videatur, quem ei addit,
vt constat in niue, margarita, argento polito; est
enim splendor lumen in polita superficie; pro-
pterea multas herbas, atque humida æqualis su-
perficiei, aliaque multa leuia splendere. Iul. Cæs.
Scal. exerc. aduersus Card. 142. n. 3. notat; qui præ-
G clarè, vnde ex putridis, & politis scintillarū spe-
cies, & omnino splendor nascatur, exponit exerc.
174. idem Arist. sibi consentit Sect. 8. Probl. q. 1. &
2. Meteor. cap. 3. extremo, Album fieri ab igne
scribens, & solem candidum nominans: ibi enim
sic, quod candidum cum igne communicat, B
hic sol, qui maxime calidus videtur esse, apparet
albus, cum tamen igneus non sit; C quamquam
& ignis multis rebus nigrorem inducit, & can-
dorem alia ab igne. & Themist. 1. de Anima, al-
bum profitetur esse ex ignis permistione in ele-
H mento pellucido: quod Scaligero non placet ex-
erc. 325. n. 11. extremo, qui & n. 10. ab effectu no-
minatum putat candidum, quia confundit vi-
sum, χανῶ, χαδῶ, χάος, permista illa rerum confu-
sio, quam rudem, indigestamque molem appel-
lauit Ouid. 1. Metamorph. ratione vocabuli, meo
iudicio, longè petita. Sed hic Scaligeri est mos
penè omnia Latina verba, ac nomina à Græcis
deducendi. Ideoque Arist. cap. 4. lib. de sensu, &
I sensibili, nigrum priuationem albi, vt aliis item
locis fatetur. Ac sanè omnium consensu niger
est priuatio, albus est habitus. Quamquam acu-
tissimè paucis verbis contra disputat idem Sca-
liger exerc. 125. n. 9. & illud fortasse Latina vox lu-
cis indicat, quæ à Græca λευκὸν deriuata videtur:
quòd si à voce λύκη, vt sentit Macrob. lib. Satur. 1.
cap. 17. sumpta est. quid aliud est, quàm λεύκη in-
teriecta littera E! immo verò vocem λευκὸν ipsi
Græci natam ἀπὸ τοῦ λεύσσειν, quod significat videre,
K iudicarunt. Eustathius maximè, & qui etymolo-
gicon magnum concinnauit Blastus, seu quiuis
alius, certè vir doctus, licet interdum putidus:
immo etiam λευκὸν iidem Græci pro lucido; cla-
ro, limpido sumunt: Sic enim Hymno in Iouem
Callimachus vocauit Erymanthū λευκότατον τῶν
ποταμῶν, vt Virg. *Sulphurea Nar albus aqua*, cecinit
1. Georg. & apud Homerum λευκὸν ὕδωρ schol. in-
terpretatur διαυγὲς lucidum, & perspicuum. & ταλ-
γειν λευκόν, λευκὸν εἶχεν orationem, versum diluci-
dum, & clarum, vt lexicographi adnotarunt:
quomodo sententias Albutij inter dicendum
simplices, apertas, vocales, & splendidas, optimè
Pollio Asinius albas vocabat, auctore Seneca ini-
L cio ferè ipso 4. lib. controu. Nam & serenum ma-
re, aut serenitas maris γαλήνη ab albore dicta la-
ctis, quod γάλα Græcis est, origine è Syro ducta.
Gal enim vndam significat Syrorum genti pro-
pter liquiditatem, & λευκῷ epitheto ab Homero
Vlixeæ 10. exornatur, vt μέλανος etiam procellæ,
siue turbato, agitatoque mari tribuitur, id est ni-
gri, quod sanè pro obscuro accipitur, hinc & Me-
lanidis Veneris templum Paus. in Arcad. & Co- M
rinth. & Bœot. hoc est lib. 8. lib. 2. lib. 9. Vt & με-
λαινίς Hesychio, quod Veneris opus ferè fiat in te-
nebris, & Iliad. 9. δνοφερὸν ὕδωρ exponitur ab Eu-
stath. nigrum ex caliginis similitudine. Itaque
initio Schol. Iliad. 14. redditur causa, cur alium
colorem aqua in summis partibus, alium in infi-
mis præferre videatur, hoc est in his nigrum, in
illis album, & quasi lucidum, interpretantium,
μελάνυδρον, βαθεῖαν, καὶ σκοτεινήν, hoc est profundam,
& obscuram: nigrescendi enim caussa profundi- N
tas: in summo aquæ candent, quòd plus solis ra-
diis illustrentur. D Non ignoro tamen pura ele-
menta, & quæ inter se nullam externam mistio-
nem sunt passa, nullo esse colore prædita, quan-
do physicorum ea sententia est, sane verissima,
non in primo genere qualitatum colores esse re-
ponendos, sed in secundo, quod scilicet ex ad-
mistione primarum conflatur; neque enim se-
cundæ, quas vocant, qualitates, puris elementis,
quæ simplicia sunt, rectè queunt assignari: ta-
metsi doctissimus Scaliger 8. n. exerc. 335. quatu- O
or primarios colores in elemētis videtur statue-
re. Iam verò non ignorauit Hom. hanc esse in
oculo afficiendo vim coloris albi, cum sæpe ver-
bo μαρμαίρειν vtatur pro lucere, & splendorem ia-
culari. quod quidem verbum à diuisione est tra-
ductum: Sic enim eruditissimus obseruat Por-
phyrius in quæst. Homericis 8. Iliad. Non pri-
mi, inquit, Philosophi definierunt albo colore
aspectum dissipari: prior indicarat Homerus
pro splendere vsurpans verbum μαρμαίρειν, quod
partiri significat, ac diuidere, ex quo & discerne-
re: Vnde quod non diuidit, quia obscurum, di-
citur ἀμαυρὸν; lucem item nominauit δαΐς à verbo P
δαίειν quod est diuidere, & quæ lucem concipi-
unt faces, δᾷδας. Verba sunt Porphyrij. E Adde,
quòd Græcis, Homero maximè, est familiare pro
albo, & candido dicere μάρμαρον. Vt Iliad. 3. & Ili-
ad. 14. ὅπλα καὶ μαρμάρεα & substantiuè pro saxo
candido μάρμαρον vsurpare solet, vt est Iliad. 11. &
Vlixeæ 9. marmor candens à reliquis scriptori-
bus Græcis μάρμαρον appellari solet; quod enim
candet, etiam splendet, hinc μαρμαρυγὴ quasi μαρ-
μαρέα αὐγὴ candida lux, radius candens; vt Latini
Poëtæ pro albo, & candido sæpe leguntur mar-
moreum vsurpasse: Sic Virg. 4. Georg. mar-
moream ceruicem dixit, & marmo-
ream manum Pontanus
alicubi.



De Dæmonio Socratis quid ſentiendum, ſternutationis ſuperſtitio ex veteribus enucleata.

CAPVT IV.



E NOSTRIS ſcriptoribus vetuſtiſsimi
Tertull. Cyprianus, Minutius Felix,
& Cælius Lactantius, cum de Socra-
tis dæmonio loquuntur, non viden-
tur admodum conſentire cum his, quæ Plato,
aliique exterui ſcribunt, præter Xenophontem.
Certum eſt ex omnibus habuiſſe illum à pueritia
A Dæmonem quendam, vel Genium; in quem ve-
rò vſum, & finem, non ita certum. Plato enim
moriturum Socratem in Apologia loquentem
inducens, ſic habet: Vox enim illa Dæmonis va-
ticinatrix, ſemper mihi ſuperiore tempore fre-
quenter omninò offerre ſe conſueuit, ac in rebus
quidem leuiſsimis ſe opponens, ſi quid minus
rectè facturus fuiſſem; nunc verò mihi ea, quæ
videtis, acciderunt, quæ profectò putaret aliquis
extrema eſſe malorum: ſed mihi neque domo
exeunti mane Dei ſignum aduerſatum eſt, neque
dum in iudicium veniebam, neque in aliqua
B ſermonis parte, dum verba faciebam, quamuis
alias frequenter, dum loquerer, in medio ſermo-
nis curſu conſueuit inhibere: nunc autem hac
in re nuſquam vel agenti, vel loquenti eſt aduer-
ſatum, ex quo mortem eſſe bonam Socrates con-
cluſit. Hæc ita eſſe altera pro Socrate Apologia
Xenophon oſtendit, vbi etiam interpretatur Dæ-
moniũ eſſe Dei vocem, quæ, quid facto ſit opus,
indicet, ac multo melius, quàm qui Deorum
vim, & poteſtatem auibus tribuunt, quod in au-
guriis fit, & in auſpiciis; ex eo etiam demonſtrat,
C tum quod Delphicus Apollo nullum pronun-
ciauit Socrate eſſe aut liberaliorem, aut iuſtio-
rem, aut ſapientiorem, tum verò quòd nemo illo
minus corporis voluptatibus vacarit, à nemine
vnquam vel dona, vel mercedem acceperit, ne-
mo vnquam ita ſe præſentibus accommodarit,
vt alio non indigeret, & nunquam à boni inue-
ſtigatione deſtiterit; & longe apertius initiò pri-
mi ἀπομνημ. lib. Deum quendam dicebat, à quo
doceretur, quæ facienda eſſent, quæ non facien-
D da; quo fretus ſuos etiam familiares moneret,
quæ amplectenda ipſis, quæ vitanda eſſent: & ſub
finem 4. lib. Socratem narrat dixiſſe, cum medi-
taretur defenſionis exordium aduerſus delato-
res, ſe à Dæmonio interpellatum, quaſi præſtaret
tunc temporis eum de vita decedere. ſed redeo
ad Platonem, apud quem in Theage ita loquitur
Socrates. Adeſt mihi diuina quadam ſorte Dæ-
monium, quod me à pueritia eſt ſequutum, quæ
vox quædam eſt diſſuadens quod ſum facturus,
ad faciendum verò prouocat nunquam: quod
E ſi quis interdum amicorum mecum ſua conſilia
communicat, defertur illi vox diſſuadens, & me
exequi non permittens: adducit in exemplum
Charmidem Glauconis filium, qui vim expertus
fuerat iſtius vocis. quod etiam renarrat c. 1. lib. 8.
Ael. Ergò Socratem conſtat ex iis, quæ Plato ſcri-
bit, vocis illius impulſu nunquam excitatum ad
bonum, ſed à malo tantummodo reuocatum,
cum Xenophon ad vtraque valuiſſe diſertis ver-
bis teſtetur locis allatis, & cum eo noſtri ſcripto-
res conſentiunt. Tertull. Socratis vox eſt, inquit, F
in Apologetico c. 46. Si Dæmonium permittat,
hoc rectè; ſciunt Dæmonas Philoſophi Socrate
ipſo ad Dæmonij arbitrium expectante, vt ait
ibidem cap. 22. vniuersè magis: peſsimum reue-
ra pædagogum: lib. de Anima cap. 1. interpreta-
tur, & cap. 39. ſpiritum Dæmonicum nominat.
B. Cyprianus lib. de Idolorum vanitate. Socra-
tes inſtrui ſe, & regi ad arbitrium Dæmonis præ-
dicabat. Lactantius lib. 2. de origine erroris c. 15.
Socrates eſſe circa ſe aſsiduum Dæmona loque-
batur, cuius nutu & arbitrio ſua vita regeretur.
Minutius in Octauio eos ſpiritus Dæmones eſſe G
Poetæ ſciunt, Philoſophi diſſerunt, Socrates no-
uit, qui ad nutum, & arbitrium aſsidentis ſibi
Dæmonis vel declinabat negotia, vel petebat:
Plus ergò tribuunt iſti huic malo Genio, quàm
ipſe Plato: nam vitæ, morum, & actionum Socra-
tis arbitrium illi Dæmonio attribuunt: At iuxta
Platonem à malo reuocanti Socratem, non pro-
uocanti ad bonum; vt etiam Aug. hoc ſermone
declarat 8. lib. de Ciuitate Dei, cap. 14. ex quo ge-
nere numinum numen ſibi Socrates habebat
adiunctum, & amicitia quadam conciliatum, à
quo perhibetur ſolitus admoneri, vt deſiſteret H
ab agendo, quando id quod agere volebat, pro-
ſperè non fuerat euenturum. Conſtat id etiam ex
Apul. Madaurenſi lib. de Deo Socratis, & Maxi-
mo Tyrio duobus ſermonibus de Dæmone So-
cratis. Nec dubium mihi eſſe poteſt, malum
hunc Genium, & ex ordine Cacodæmonum fuiſ-
ſe: tametſi Deum vocant illi veteres, & apud eos
ipſemet Socrates. Sed talis eſto Deus, qualis Del-
phicus Apollo, cuius oraculo apud Chærophon-
tem celebratus fuit Socrates. Planè exiſtimo ex
eo genere extitiſſe, qui Genij familiares dicun- I
tur, & à nobis Italis Tollati; interdum tamen
mihi venit in mentem ſuſpicari immemorem
Platonem fuiſſe, qui ab hoc Dæmone, Deum ipſe
nominat, impulſum ſe fatetur, vt cum Alcibia-
de diſputaret, cum ante vetuiſſet bis, in Alcibia-
de 1. Initio ipſo dialogi, quòd tot Alcibiadem
annos non compellarit, huius rei cauſa non hu-
mana fuit, ſed diuina quædam oppoſitio, cuius
vim poſtea cognoſces: quæ cum non aduerſetur
amplius, acceſsi ad te, & ſpes me bona tenet fu-
turum; vt neque poſthac aduerſatura ſit. A Non
deſunt qui naturalem Socratis propenſionem K
ad hoc, vel illud pro ipſius Dæmonio ſumant, hic
ab Ariſtotele impetus dicitur, id eſt ὁρμὴ, à Ptole-
mæo numen, quòd videlicet ad futuros euentus
quemque impellit, vt obſeruat Annibal Roſellus

comment.

comment.in 4.lib. Pimandri Trimegistici 6.q.3. cap.1. At Plutarchus lib. de Genio Socratis, Terpsionem Megarensem narrat existimauisse, non alium hunc fuisse Dæmonem, quàm eius, atque aliorum cum eo sternutationem. si enim à dextra sternuisset ipse, aut alius, solitum accingere se ad agendum: sin verò à sinistra, ab agendo desistere, vt hinc etiam appareat aliter hunc sensisse quàm Plato, non modo scilicet vetitum ab agen-
L do Socratem, sed agere etiam iussum à Genio, adiungit videri sibi hoc Dæmonium fuisse cuiusdam mutæ vocis significationem. Sed esse probabilius, quòd ego dixi me putare, Priscos Ecclesiæ scriptores imitatus, familiaritatem Socrati intercessisse cum vno ex iis Dæmonibus, qui viderentur esse hominum generi amiciores, demonstrat eruditissimus Medicus, & Philosophus Iacobus Carpentarius in 13. caput Instit. Alcinoi ad doctrinam Platonis, cum è Platonicorum doctrina, & moribus, ac Plotini vita à Porphyrio descripta
M colligit, solitos Platonicos longe familiarius cũ Dæmonibus, quos Deos nominarent, diutiusq; versari, quàm reliquorũ sectarum Philosophos; quam sententiam veram esse indicat lib. Strom. 1. Clemens Alexa. Egregiam verò amicitiam. At quoniam in sternutationis incidi mentionem, non omittendum, eam medium quoddam nomen à veteribus habitam, quo videlicet modo aliquid mali portenderetur, modo boni, vt adnotauit Interpres Theocriti in eos versus ex Thalysiis. *Simichide amores sternuerunt.*

Miser enim tam amat Myrto, quàm ver capra amat.

B Sæpius tamen in bonam partem accipiebatur,
N vt indicat Arist. 11. cap. 1. libri de historia animalium, sternutamentum vocans signum augurale, & vnum ex spirituũ omnium generibus sacrum, & sanctum, C & magis declarat in Probl. Sect. 33. quæst. 7. & 9. præsertim si dextrorsum quis sternuisset, vt in 7. Iliad. lib. ob seruauit Eust. Quamobrem, vt Græcos Latinis præponã, idem Theocr. in Helenæ epithalamio, *Fortunate*, inquit, *sponse bonus tibi aliquis spartam eunti absternuit vir.* D & Vlix. 17. Hom. Penelopam fingit ob Telemachi sternutationem gaudio perfusam, *Telemachus valdè sternutauit, risit vero Penelopa.* E Vbi Eustath. in hãc rem plurima. Sic etiam de Acme, & Septimio Catullus.

O *Hoc, vt dixit, Amor sinistra, vt ante*

Dextra, sternuit approbatione.

Mox addit:

Nunc ab auspicio bono profecti,

Mutuis animis amant, amantur.

Nec abest Propert. ab hac indicatione li. 2. eleg. 3.

Nam tibi nascenti primis mea vita diebus

Aridus argutum sternuit omen amor.

Et Hispanicum etiã nunc vulgus, tametsi Christianum, pro omine sternutamentum habet. Ita-
P que Iouianus Põt. 4. de sermone lib. cum è silentio interdum risum gigni docuisset, exemplo hoc declarat; hortabatur homo minimè malus Petrum Compatrem ad vxorem ducendam; has inter adhortationes, qui pone eum stabat inconis, argutius cum sternuisset, nihil ipse respondit; tum ille, quid, malum, & amico, & honesta suadenti non respondes? Ad ea tum Compater. Nec mihi, inquit, nec vxori malè auspicaturus sum; cum enim è duobus coniugium, vt scis, cõstet, Hispani quidem augures vbi vnum sternutamentum tantum fuerit, & malum illud, & portentosum profitentur. Meis igitur nuptiis infe- Q
lix absit auspiciũ. definit Arist. cit. 11. cap. 1. lib. de Hist. anim. πνεύματος ἀθροιζομένου. Vt 4. quæst. sect. 33. probl. spiritus densioris, & constipati exitum. Non inuolùendum silentio, sternutationis frequentiam pro morbo haberi, quo sæpè fit, vt vitanda sit hominum frequentia. Hippocrates lib. 7. Aphor. 52. Sternutamentum fit ex capite cerebro calefacto, siue humectata inani capitis parte: quòd aër, qui intus continebatur, extra erumpit; R
sonum autem edit, quoniam angusta via exit F qui Hippocratis sermo, vt Galenus notat, de eo sternutamẽto est, cuius ortus principium est naturæ motus spiritum, vt ita dicam, flatuosum de capite depellere conantis: humorem enim calor rariorem efficit, & in flatus redigit, quos natura subinde sternutamentis expellit. Neq; enim per se humor faceret sternutationem; quidam enim, prouocãtes nares pennis sternutant E quo morbo ab se liberatum iuuenẽ Florentinũ cur. 3. cent. 4. tradit Amatus Lusitanus, qui præ sternu- S
tandi frequentia, ne sui quidem affectus rationem poterat reddere. Addamus, si placet, remedia quasi Medici. Arist. Probl. 1. lib. 30. Paratum ad sternutandum, si oculum fricuerit, vel omnino leuari, vel sternutamentum minui: ratio? quia flatus fricatione illa dissipatur, vel ad oculum defertur; ita loquitur ex Gazæ tralatione. Cur perfricato oculo sternutare cessamus? An quod ob eam rem humoris respiratio moneatur? La- T
chrymam enim oculus perfricatus emittit; sternutamentum humoris copia excitatur. An, quia plus caloris minus corrumpit, absumitque, oculus autem perfricatus plus caloris sibi adquirit, quàm nares contineant: quamobrem etiam si quis nasum perfricuerit, ipsum sternutamentum desistit. Repetit 2. Prob. li. 33. addens exemplum, siue similitudinem, quemadmodũ minor ignis ab ampliori obruitur, atque absumitur. Aëtius cap. extremo lib. 6. Si ab vtraque parte nasi iuxta magnos angulos oculorum venas digitis com- V
primas, sedari sternutationem; H quam pati cos maxime docet; qui maximè sunt mulierosi, cum, quam amant mulierem, intuentur. Sed illud naturale remedium, quod est ex Ocimo: Aegineta Anisum, Ocimi stipulam contusam, & ea, quæ odorem emittunt, præsens esse remedium sternutationis voluit, lib. 3. cap. 24. præter alia: neque enim stipula contusa est remedium, vt Medici quidam hic intellexerunt, sed stipula contusa Ocimi, sic enim habent Græca, & Latina bene X

conuer-

conuersa,vt & Aetius cap.vlt.6 lib. 1. Idem repe-
tit Haliabas, siue Isach Israëlita, succum, inqui-
ens. Ocimi à proprietate sternutationes tollere;
sed hi aduersari videntur Dioscoridi ca.135. lib.2.
qui semen Ocimi haustum, immo etiam herbam
scribit adducere sternutationem frequentioré,
sed premendis oculis imminui. Auicennæ ta-
men doctrina possunt conciliari. qui 2. Can. lib.
cap. de Bedarungi. id est Ocimo, ipsum, inquit,
odore suo sternutationes mouet, quæ si fiunt ca-
lore, vel re alia pungente, Ocimum fugiendum,
quod si quid obstruat, Ocimo vtendum, quoni-
am incidit, & quæ angustiora, & arctiora sunt, a-
perit, &, vt barbarè dicam, subtiliat. At meo iu-
Y dicio in alterutro aptius est Ocimum sternuta-
tioni ciendæ, quam sedandæ. Sanè Zethi Simeon
lib. περὶ δυνάμεων τροφῶν, nihil de ea proprietate,
indicat tamen, sed vix, cum scribit. Basilica Oci-
ma modicè sunt calida, olfacta caput, & cor iu-
uant. *1* Nam quæ Mathæolus de Ocymo cum
Ypsilon, & Ocimo cum iota differit, quia nullo
certo auctore nituntur, silere potuisset, & hoc fa-
cultatis Ocimi discrimen inter Dioscoridem,
aliosque Medicos potius expedire. Certè sem-
per ὤκιμον, non ὤκυμον scribendum: Sic enim
Z Theophrastus, Plin. Varro, cæteri herbarij: mul-
to minus ὄξιμον, scribendum. Tractauit hoc de
sternutationis auspicio argumentum Alexa. ab
Alexa. lib. 2. Genialium dierum cap. 26. quem
cum hæc adnotauissem legi, & recens ab Tira-
quellio eruditissimo I.C. illustratum fuisse vehe-
menter sum gauisus reducendis ad suos quibus-
que fontes locis opere sanè laborioso, atque fru-
ctuoso.

A *Verbi interrogandi vsus apud Ciceronem ex veteribus Græcis exponitur.*

CAPVT V.



M. Cicero lib. de fato aduersus fatum
disputans. Nec nos impediet, in-
quit, illa ignaua ratio. quæ dici-
tur: appellatur enim quidam à
Philosophis ἀργὸς λόγος, cui si pareamus, nihil est
omninò, quod agamus in vita. Sic enim inter-
rogant. Si fatum tibi est ex hoc morbo conua-
lescere, siue Medicum adhibueris, siue non, &c.
rectè genus hoc interrogationis ignauum, at-
que iners nominatum est, quod eadem ratione
B omnis é vita tolletur actio. Interrogandi verbū,
interrogationis nomen, cum nulla hic interro-
gatio sit, cum interroget nemo, quid hic signifi-
cet, quærendum est. Nonus doctus interpres in
hunc librum adnotauit Ciceronem dixisse in-
terrogant, quoniam is interrogat, cui respōden-
dum est, vt respondendum est ita differenti; si fa-
tum tibi est ex hoc morbo conualescere, &c. Sed
hoc fortè sit verum: At Cic. ad vsum, & notioné
Græci verbi allusit, quia qui aliquod argumen-
tum, aut quæstionem instituebat disputandam,
Græcè ἐρωτᾷν, & ἐρώτημα, ipsum disputare, & ipsam C
quæstionem appellabant; quod is vidit, qui Se-
xti Pyrrhonia Latina fecit Gallus homo; & Græ-
ci οὗτος ἠρώτα dicunt pro, hoc argumento vteba-
tur, siue ita disputabat. Quare Cic. Græcos imi-
tatus, vt solet, verbo vsus est interrogandi. & hūc
λόγον vniuersè à Græcis dictum, propriè ἐρώτημα
interrogationem reddidit, cum & rationé prius
ignauam, ἀργὸν λόγον esset interpretatus: quanquā
vir hic non iniuria dubitat, num pro ratio legen-
dum sit oratio, quòd huius sedem illa occuparit
in libris Ciceronis. Aures da sexto lib. Pirrhon. D
cap. 13. vtenti verbo συνερωτᾷν pro ἐρωτᾷν. cum di-
sputat, vtrum demonstratio sit. ex quo, & eius-
modi colligunt rationem: si est demonstratio, est
demonstratio. Si non est demonstratio, est de-
monstratio, vel est demonstratio, vel non est de-
monstratio, est igitur demonstratio. & ex eadem
vi argumentationis inferunt hanc rationem; quod
ex oppositis sequitur non modo verum est, sed
etiā necessarium: opponuntur autē hæc sibi ipsis
mutuo, est demonstratio, non est demonstratio,
ad quorum alterutrum sequitur, quod sit demōstra- E
tio, est igitur demonstratio. en tibi ἐρωτᾷν, & συνε-
ρωτᾷν, de eo dici, qui syllogismo, & ratiocinatione
vtitur. Cicero verbo ad verbum interrogare cō-
uertit: & ἐρωτᾷν fortasse vocarūt, quod is, qui syl-
logismo est vsus, vel per syllogismū aliquid pro-
posuit, solitus esset interrogare, id sibi tanquam
verum concederetur, an non: vel dicebatur ἐρωτᾷν
primo, cum orationis eius, qui ratiocinationem
instituebat, principium erat interrogatio: exem-
plū est lib. 2. Diog. Laërt. 3. in Stilp. Aiunt ipsum
de Minerua Phidiæ talem instituisse rationem.
Num Minerua Iouis filia Dea est? cum affirma- F
rent, qui audiebant, esse Deam, intulisse, sed ista
nō Iouis est, sed Phidiæ: cum admitterent, dixis-
se, non igitur hæc Dea est. & in Aristippo, cum
Theodorum decepit, & cum Theodorus licere
probat turpia quædam, ac fœda committere, ibi
enim διερωτᾷν, hic τοιούτους λόγους ἠρώτα: tales conficı-
ens rationes, argumentabatur, & in Euclide de
Eubulide Milesio, qui & plurimos in Dialectica
modos argumentādi inuenit, mentientem, &c.
& in Diodoro, rationibus quibusdam Dialecti-
cis à Stilpone tentato, & in Mened. Alex. initio G
ferè 1. lib. Top. quos Antipater syllogismos fecit
vnius tantum propositionis, non sunt syllogis-
mi, sed imperfectè interrogantur, id cōcludunt,
vt respiras, viuis igitur; Dies est, lux igitur est.
quia deest vis syllogismi: antiquissimus Plato
sic etiam locutus in Menone, cum exponit, quid
sit magis Dialecticæ respondere: est fortè hoc
magis dialecticè, non tantum vera respondere,
sed etiam per illa, quæ is, qui interrogatur, se sci-
re confiteatur. Vt male interpres, meo iudicio,
qui interrogat, cōuerterit, nisi si tibi placeat ma-
gis vniuersè accipere hoc loco, vt in Euthyphr. H

cum ait, necesse enim, vt qui interrogat interrogatum consequatur. & in Cratylo, interrogare, & respondere scientem aliud ne tu nominas, quã Dialecticum? & διαλεκτικοὺς fuisse docet Heroas, hoc est, aptos interrogando, & respõdendo. Simplicius ex Platonico mistus, & Peripatetico proœmio suo in Epictet. Enchiridion ab Arriano collectum, Socratis argumentationem producens, qua non corpus esse hominem, sed animã colligebat; argumentari solitum ait ex hac di-
I nisione Socratem, quoniam hominem vel animam esse, vel corpus, vel vtrumque simul sit necesse. Neq; vero à scopo declinaueris, si suspicere ex more Socratis argumentandi per interrogationes frequentissimas ipsam argumentationem, & ipsum argumentari nominatum.

Tres in 2. Demosth. Olynth. Latini Interpretis errores deprehensi: vocis ἔργον vis non vulgo cognita.

CAPVT VI.

Latinus quidam Olynthiacarum Demosthenis orationum tralator
K in summi Oratoris interpretatione verborum ac sententiæ sæpe dormitat: tria modo locos erit satis adnotasse, quos iste parum attente legit. id tempus nunc instat, vertit ille omnia hæc verba: καιροῦ μὲν τοι, ὦ A. A. περὶ τούτου πάρεστι φιλίππῳ τὰ πράγματα. Sed alia tamen est clarissimi Oratoris sententia; hoc scilicet loco sunt res Philippi sitæ, ea est rerum à Philippo gerendarum occasio, hic rerum eius articulus, hic rerum ipsius status; nostro idiomate diceremus; In questo termine si ritrouano pure, à questo termine sono ridotte, o stiuate le cose di Filippo. Alter est locus, ὅσῳ γὰρ ἑτοιμότατ' αὐτῷ δοκοῦμεν χρῆσθαι τοσούτῳ μᾶλλον ἀπιστοῦσι πάντες ὑμῖν, quibus verbis excellens orator partem claudit admonitionis, & consilij sui. Nam quia legatos mittendos esse consuluerat negotiorum magis, ac rerum pondere, quam verborum & promissorum onustos, quod omnis oratio, & illa maximè, quæ ex
L ore Atheniensium mitteretur, si res abesset μάταιόν τι καὶ κενόν, &c. haberetur, producta verba subiecit in hanc sententiam; quod quo proniore, ac liberaliore nos vtimur oratione, & magna nobis pollicemur, ac sæpe numero alios promissis pascere videmur, eo minus omnes nobis credunt; & falso tamen hic tralator verba Demosthenis in Philippum torquet. Quo enim maiore animo
M hostem inuademus, eo magis ei diffident omnes: & poterat nihilominus Oratoris sensum consequi ex Commentario Vlpiani Rhetoris sic loquentis, quoniam facile, inquit, & promtè pollicemur, non autem exequimur, iure omnes nobis diffidunt. A Tertius locus est, οὔτε ἐπὶ τοῖς ἔργοις, οὔτ' ἐπὶ τοῖς αὐτῶν ἰδίοις ἐώμενοι διατρίβειν. Sic Latinè vnus. Nec concediTur ei spatium ad suane-

gotia administranda, aut res suas curandas. Alius, vt nec rei dare operam, nec viuere domi suæ
sinantur; quæ interpretationes animum meum N
implere non possunt. Nam, neque negotia administrare, & res suas curare inter se differunt, & differre tamen debent hoc loco; & quid sit, rei dare operam, non intelligo. ἔργον vocem ego aliquando accipiebam pro publica administratione; ἴδια verò pro rerum domesticarum cura, vt isti fortasse sumunt, nec tamen se sumere indicant. Mihi postea eandem orationem Patauij
publicè explananti visus est aliò respexisse De- O
mosthenes; dicere enim voluit tam durè tractatos, ac dirè vexatos assiduis expeditionibus, atque ita bellicis laboribus fractos Philippi subditos, vt neque rei domesticæ vrbanæ dare operã, neq; suburbanæ, & rusticæ, hoc est agris colendis, ipsis concederetur. Apud Græcos enim ἴδια res est familiaria; τὰ ἔργα verò agri cultura, opus, & exercitatio agri colendi. Itaque vetus Schol. ad illum versum Vlix. 2.

> Αὐδὲ δ' αἰὲν ἔχει πατρώϊα ἔργα.

Interpretatur:

> Ἔργα, τὰ γεωργικά.

Et alio libro 14. ad illum versum:

> Τοῖος ἔα ἐν πολέμῳ, ἔργον δέ μοι οὐ φίλον ἔσκεν.

Quo Vlixes Eumæo Bubulco loquitur, nec qui versu reddidit, intellexit:

> *Sed non Mauortia cordi,*
> *Bella mihi fuerant.*

Et 2. Iliad. in Bœotia illo versu:

> Οἵ τ' ἀμφ' ἱμερτὸν Τιταρήσιον ἔργ' ἐνέμοντο.
> Ἔργα νῦν τὰ γεωργικὰ, ἐν ἄ. ἐγχώριον. P

Sic Apollonius Argon. lib. 4. de imbre:

> Ὅσσα βοῶν κατὰ μυρία ἔκλυσεν ἔργα.

Qui Boum infinitos consuluit labores, quin & Xenoph. 3. παιδείας lib. ἐνεργασίαν ius arandi nominat, & agricolendi. Labores Boum Virg. dixit primo Georg. & Aristophanes Vespis, ἐργασίωνα vocat γεωργὸν, si fides est habenda veteri scholiastæ, vt loca culta ἐργάσιμα dicuntur à Theophrasto de plantis, vt & à Latinis, opera, & operari. Sic enim à multis Exod. 20. accipitur hoc verbum,
vbi Latine habemus, sex diebus operaberis, & Q
facies omnia opera tua, Græcè est ἔργα imperatiui modi, quasi ab ἐργάω in vulgatis codicibus; in Complutensi tamen editione est ἐργᾷ quasi præsentis temporis, vt sit pro futuro ἐργάσῃ ego non puto ad opus rusticum vocem hic esse restringendam, sed communius accipiendã pro quocunque exteriori, ac seruili, vt Theologi dicunt, opere, quod lege diuina Hebræis interdicebatur. Pro opere tamen, & labore agri colendi a-
pud Esaiam cap. 5. idem verbum in voce passiua R
sumitur: Vbi enim vulgata editio habet, Decem enim iugera vinearum facient lagunculam vnã; Græca lectio est ad verbum οὗ γὰρ ἐργῶνται δέκα ζεύγη βοῶν, ποιήσει κεράμιον ἕν. Vbi operantur decem iuga Boum, faciet lagunculam vnam, hoc significat sanctus Vates, sterilem futurum, & infructuosum

agrum

agrum Iudæorum, ita vt ex tot terræ iugeribus cultæ vix laguunculam vnam vini sint percepturi: & sic reddit 2. lib. Paraphrast. Hier. Osorius, decem
S
enim iugera vineæ Batum vnum efficient, & qui sementem fecerit, vix decimam partis seminis exarabit. & septuaginta Interpretes Iob. 1. Vbi de ipsius diuitiis est sermo, Hebræo textui addunt, καὶ ἔργα μεγάλα ἦν αὐτῷ ἐπὶ τῆς γῆς. id est rura ei magna erant in terra: S. Aug. adnotat. in Iob. & cap. 13. lib. 2. retract. ad verbum legit. opera magna erant ei super terram. In hac verò istius Demosthenis
T
loci explicatione his Vlpiani verbis maximè confirmor, οὐ συγχωρούμενοι γεωργεῖν, ὅτι τῶν ἰδίων περιέχειν. hoc est, cum non concederetur ipsis, aut rem rusticam, aut res suas priuatas curare. Et vero etiam Latine opus vsurpant, cum de re agunt rustica Latinissimi scriptores sine adiecto agri, vel iuris, vel simili. Ter. Heaut. a. 1. sc. 1. *Quod in opere faciundo operæ consumis tuæ, &c.* Menedemum senem Chremes senex amicè monet, quòd eum in fundo conspiceret fodere, aut arare continenter, aut aliquid ferre. Cic. in Cat. numquam vllo in agro maiora opera fiunt senibus absentibus. Cato, Varro, & longo post eos interuallo. Iun. Col. & Pallad. Cato quidem cap. 2. de villico, roget, quid operis siet factum. item, quæ deinde opera fieri velit. cap. 5. opera omnia maturè conficias, face: Nam res rustica sic est, si vnam rem serò feceris, omnia opera serò facies. quod Itali diceremus Tutti si lauore. Et operarios vocat, qui agro colendo incumbunt, cap. 1. V. & aliis. Varro lib. 2. de re rust. in procemio; qui in agro versantur in aliquo opere faciundo. & cap. 10. de mulieribus pastorum, eas mulieres firmas esse oportet, non turpes, quæ in opere, vt in multis regionibus, non cedant viris, vt in Illyrico. Colum. cap. postremo lib. 1. de bubus, vt diutius perennent, non confecti vexatione simul operum, & verberum. Mox de aratore, in re rustica nullo minus opere fatigatur prolixior. Si quis contra senserit, mea nihil interest; Ego sequor quod vero propius accedere video. Hæc enim mihi solet esse ἀσφαλής: quam cæteri viam sequantur: ὁ φερτὴς ἐπιπολαιότης. ἴδια verò esse res priuatas, cui dubium esset, næ is mihi videretur nihil Græce, aut parum admodum scire; hinc mos natus Herodiani lib. 3. ἰδιώτην opponendi τῷ ἄρχοντι vt τῷ στρατευομένῳ Demosthenes Philip.
V
4. & τῷ πόλει Thucydides lib. 1. & 4. & 2. de Repub. Plato: iure vt contra Ctesiphontem Aeschines dixerit ἢ πόλις, ἢ ἰδιώτης, ἢ ἔθνος, & quod tum publice dicimus Latinè, tum priuatim, sæpè τοῖς πόλεσι, καὶ ἰδιώταις Græci dicunt, quare vita priuata ὁ τῶν ἰδιωτῶν βίος eodem loco à Demosth. dicitur, & lib. 3. de Vita Mosis à Philone βίος ἰδιώτης, καὶ ἀπράγμων. vt alia omittam, quæ ex lexicis per te
X
ipse colliges: Xenophon item Cynegetico opponit ἔργα, id est campos, & culta loca montibus. est & alia vocis ἔργον notio, qua, qui rem turpem honesto vocabulo tegere volunt, libenter vtuntur: extare hunc morem in legibus Solonis Plutarchus adnotauit, vt enim rem obscenam significaret, dicere erat solitus ἐν ἔργῳ, respondet nostro Idiomati Italico. Sulfatto, o nell'atto, in flagranti crimine Iurisperiti, & Theologi dicunt, sed communius; qui etiam mos retentus fuit l. quod ait D. de Adult. hoc Lucianus honeste quidem, sed apertius tamen dixit ἄρθρα ἐν ἄρθροις ἔχοντες, membra in membris habentes; & T
qui decimumtertium caput Danielis conuertit in historia Susannæ, opus ita accepit, cum illa dixit; Melius est mihi absque opere incidere in manus vestras:

Ita T. Lucr. lib. de nat. 2. nomen res vsurpat,

Ipsaq; deducit dux vitæ dia voluptas,
Vt res per Veneris blanditim sæcla propagent,
Ne genus occidat humanum

Item:

Aut iuuat egrediens genitalis per Veneris res;

Et lib. 5.

Nec potuere cupitum ætatis tangere florem,
Nec reperire cibum, nec iungi per Veneris res.

Imitatus est 2. lib. de tem. am. clarissimè Ouid.

Ille quidem Veneris rebus surgente puella, &c.

Quin etiam legibus vsitata dictio Vlp. in l. quod ait lex. 23. ad l. Iul. de adult. & contra Neæram Demosthenes turpem quæstum, ac meretricium nominauit; vt & prostibulum ἐργαστήριον: non permittit lex in his adulterum capi, quæ mere- Z
tricio viuunt, vt operi obsceno, atque turpi quæstui vacantes, a qua notione Italicè etiam tenere, o far bottega dicimus: ἐργάνη item γυνή, vt adnotauit Eustath. Meretrix appellatur. Quod etiam Italicè dicimus; in quel fatto, ἔργῳ voce exprimunt, in Alex. ἀναβ. lib. 6. Arrianus de insidiis τὰς τῶν μισθοφόρων factis Philippo Indiæ Satrapæ, τοὺς μὲν ἀποκτείναντες, τοὺς μὲν ἐν αὐτῷ τῷ ἔργῳ. id est ipso insidiarum actu, ipsa coniuratione, interficientes, alios vero captos postea mactarunt; potest etiam explicari il fatto d'arme.

Mare, Flumen, ac Paludem nominari ab Homero, aliisque; humore astra, nòn pasci, veterum scriptorum locis explicatis.

CAPVT VII.

VNDA omnium fluminum, & aquarum est origo, id tanquam Princeps, A
& summum genus simpliciter ita nominatur: Itaque Hesiodus mare, qui Oceanus dicitur, quod vastissimum est omnium, appellauit illo Theogoniæ versu, sed perfectum tamen:

θαλάσσης πλήθοντος ἀτρυγέτοιο.

Immo & Paludem illo de Oceani Nymphis, quas λιμνάδας vocat.

Αἵ ῥα πολυπτώρκες γαίας, καὶ βένθεα λίμνης.

Homerus item vtroque nomine afficit:

Βαθείης βένθεα λίμνης.

Iliad.12.

B *— Τόδε τεύχεα ἵκετο τέκμωρ*

Αἰγάς, ἔνθα δέ οἱ κλυτὰ δώματα βένθεσι λίμνης

Χρύσεα—

Opidum est Eubœæ insulæ Aegæ. Il. vlt.

Ἔνθορε μείλανι πόντῳ, ἀνεστονάχησε δὲ λίμνη.

Explicauit hunc versum Arist. 1. Mereor. quem & citauit. vbi Olymp. de Mœotide palude loquitur, quæ absorpta fuit, & deinde circa pontum apparuit, vt iam dulcis aqua inde scatutiat, meus tamē text. sic habet. *Ἀλλ' ἔγε ὑπὸ τὸ χώματος, λίμνη*
C *ἣν καλοῦσιν οἱ ἐκεῖ θάλατταν*, addit Olym. sic nominatam illam paludem mare, vel à magnitudine, siue amplitudine, siue quod stat, & immobilis est; nam tale est mare, vel quòd olim foret mare, sed cum influerent in eam flumina, & grandem materiam ingererent, partem maris terram fecerunt aggeris in modum. hinc, & litus factum, ac dictum propter plurimum terræ ingestum cumulum: eodem modo AEgyptus, qui olim ma-
D re erat, flumen euasit propter nouam, ac nonam materiam cœnosam ingestam: inde enim & nomen accepit, vt idē Olymp. seqnenti docet *προσέξει* immo & aliis locis, quod mare erat, fieri terram Arist. docere: Nam & Herodotum, inquit, propterea donum appellauisse Nili AEgyptum: eadem paulo post repetit.

Vlix.3.

Ἠέλιος δ' ἀνόρουσε λιπὼν περικαλλέα λίμνην.

Vlix.8.

Αὐτὰρ ἐπεὶ ποταμοῖο λίπεν ῥόον ὠκεανοῖο.

Vt iure suo Schol. in primum Iliad. adnotarit. *ὁ δὲ ὠκεανὸς ποταμὸς ἐστὶ καθ' Ὅμηρον.* Oceanus Homeri sententia est fluuius. Nam & Iliad. 5. Oceanus
E fluuius Homero fluuiorum pater omnium vniuersam terram ambitu suo circumfluens. A Hos principes imitati sunt Iuniores alij. Callimachus hymno in Apoll.

Καλῇ ἐν ὠγυγίῃ περιηγέος ἕζετο λίμνης.

Nicander Theriacis:

Τὴν ἀπὸ Θρηϊκίης νομέες ποταμοῖο φέρουσι

Ὃν πόντον καλέουσι—

Eurip. Hippol. act. 1. vbi chorus ita de amore loquitur:

Φοιτᾷ γὰρ διὰ λίμνας, χερσόντι.

Et act. 3. de Neptuno:

Ὁ παντομέδων πορφυρέας λίμνης.

AEschylus de Apolline Delo abeunte in Eumenid.

F *Λιπὼν δὲ λίμνην, Δηλίαν τε χοιράδα.*

Vt in Delo item sua Callimachus:

Χρυσῷ δὲ τροχόεσσα πανήμερος ἔρρεε λίμνη.

Ita Paus. lib. 5. Ingredi Iordanem fluuium scribit in paludem, quæ mare mortuum nominatur, qnomodo & in sacris literis: eius hæc verba. *Διαδύεται ἐς τὴν λίμνην καλουμένην θάλασσαν νεκράν.* quemadmodū Virg. Stagnū AEneid. 10. nomē mari dedit.

—Medij per maxima Nerei,

Stagna viam scindens,—

Et noster Epicus Ariostus cecinit ex hoc more:

Solcando di Nettunno il vasto fiume,

Et Scaliger. Homerum, ac cæteros imitatus primo suo hymno.

Oceani flumo vigiles persusa lacertos, G

Vbi tameu pro aqua videtur fluuius accipi. Et merito ad Callimachi locum vetus Interpres *λίμνη ἡ θάλασσα, διὰ τὸ περιέχειν κύκλῳ.* addit tamen *ἡ λίμνη τις ἐν Δήλῳ περιφερής.* certe Arist. 2. lib. Mereor. stagnantem facit aqnam maris, *τὸ τῆς θαλάττης ὕδωρ οὐ ῥυτόν, ἀλλὰ σύστημον.* nou enim fluit mare, sed stat. & 1. eiusdem inscriptionis lib. Vbi enim extra pulsum à fluminibus mare plenius efficitur, H discedens, aridam necesse est, vt efficiat; Vbi autem plenum fluentibus aqnis exarescebat, affusum rursus stagnans hic fieri. & ad citarum Iliad. 14. versum Eustathius obseruat, palus more Homeri mare, quod non effluat fluminum instar, sed stet, vt stagnans, scil. vnde Græcè palus, & litus acceperunt nomen. ex qno item habes Etymon *λίμνης*, & *λιμένος*, quia *λίαν μένει*. & Plin. proœmio lib. 32. propter vim teciproci æstus inenarrabilem verti scribit totum mare in flumen. Et qnidem nullum omnino mare per se mouetur, ac proprio sibi motu, sed aut luuæ vi, aut angustia terrarum aut fluuiorum concursu, atque interuentu. Contra verò P. Virg. AEneid. 1. Fluuio I maris nomen attribuit, hoc est Timauo.

Vnde per ora nouem vasto cum murmure montis,

It mare præruptum, & pelago premit arua sonanti.

Vbi Seruius Honoratus ex M. Varrone obseruat, Mare vocari ab incolis, vt 1. Meteor. Arist. Vbi de fluuiis agit, narrat esse sub Caucaso paludem, siue stagnum, in quod multi, & magni decurrunt fluuij, sic vt Mare nominent Accolæ vt supra monui. Græcos poëtas Auctor Lucianus imita- K tus dialogo qui *χάρων*, siue *ἐπισκοποῦντες*, inscribitur, fingit Charontem ex altissimis montibus orbem terrarum vndique circumspectantem de toto mari, qnod terram ambit, dicere, videre se terram multam, & stagnum quoddam ingens circumfluere. B Omnes isti loquendi modi fortasse per Tapinosim Rhetoricam possunt explicari, vt ab Henrico Glareano in sua Heluetia duos lacus appellatos amnes Acronium, & Venetum excusat, qni eam commentario illustrauit suo Osualdus quidam Lucerinus: Sic enim Lau- L reatus Poëta de Rheno canit,

—Longe effusus in amnes,

Acronium, & Venetum—

Tametsi in vniuersum ingens aquæ Copia amnis vocabulo significatur. Itaque idem Glareanus in Panegyr. suæ Heluetiæ de vrbe Tigurina scribit:

Et super incumbit squamosis piscibus ingens,

Amne lacus—

Obseruauit Io. Brodæus varia doctrina vir. 2. Miscell. lib. cap. 17. & primum se obseruasse putat

M ab Homero mare Paludem vocari, sed longè ante ipsum lib. 1. Geograph. Strabo narrat. ex qua notatione Pausaniæ dubitatio refellitur in Atticis, hoc est lib. 1. qui narrans cælatos in phiala quadam AEthiopas ad significandum amnem Oceanum, ad quem accolant hi populi, docet nullum esse Oceanum flumen, sed tantum mare extremum, cuius sint accolæ AEthiopes, qui nullum omnino habentamnem, vt nec habent Nasamones; Non intellexit vetus hic, & doctus scriptor etiam Oceanum à Poëtis antiquisimis vocatum amnem. Maronem quoque idem Brodæus putat ita loquutum eo versu 1. AEneid.

N *Conuexa polus dum sidera pascet.*

Sic enim legi vult, non, polus, contra omnium librorum fidem: quam tuetur, & defendit lib. Aduers. 5. cap. 5. Adrianus Turnebus vir doctissimus, & acutissimus, & pro ea Brodæo responderi potest Virg. id affirmare. quod etiam si ex maris vaporibus alantur astra, tamen in polo, id est in cælo, cui inhærent, pascuntur: aut certè, quod illo spiritu, quem liber eiusdem operis 6. commemorat, alantur.

—Titaniaque astra
Spiritus intus alit,—

Non enim inficior ali, ac nutriri Poëtarum opi-

O nione astra mari, & omninò aquis; Nam & Lucanus 9. lib. suæ Pharsal. ait:

Sed rapidus Titan ponto sua lumina pascens,

Quamquam lib. 7. negauisse apparet illo versu:

—Attraxit nubes non pabula flammis.

Qui ali repetiit lib. 10. cum Achoreum ita loquentem facit de exundatione Nili, sed ex eius, quem inducit, opinatione:

Nec non Oceano pasci Phœbumq., Polumq.,
Credimus,—

Et omniū antiquissimus Lucretius magis Physiologus, quàm Poëta lib. 1.

P *Flumina suppeditant, vnde æther sydera pascit.*

Et rursus:

Et solis flammam per cæli cærula pasci.

Quem imitatus est eo versu Virg. Idem fortasse Callimachi in Delo sensus fuit, cum de Celtis loquens, ita canit.

—Η᾽ λοίσθιοι
Τέρμον ὑπὲρ πλῶσι τοῦ ὕδωρ βουκόλοντο.

Nisi hoc cecinit metaphora vsus à Pastore sumpta greges, & armenta pascente. & Seruius Illustris Grammaticus ad illud citatum Virg. car-

Q men. Pasci aquis maximis sydera, id est, cælestes ignes, inquit, Physici docent, & Suidas voce ἄγκυρα. & πῦρ. Nutriri autem ignea, cæteraque astra: Solem quidem ex magno mari pigrā quandam facem: Lunam autem ex aquis aptis ad bibendum ex stellis mistam, & quasi hærentem terræ. ac Plin. apertius lib. 2. cap. 9. Sol magno mari, luna aqua dulci mista aëre. ac finitima terræ, reliqua astra terra: Nam & aërem, ex humidorum exhalationibus veteres quidam conflatum existimauerunt: hinc illud veteris in Homerum Scholiastæ Iliad. 15. Quoniam ex humidorum exhalatione fit aër C & Anacreon lepi- R dissima quadam Oda, qua se & vt Bibacem commendat, & ad bibendum excitat:

Et potat Æquor auras,
Phœbusq. potat æquor,
Ipsumq. Luna Phœbum. D

Senserunt & hoc Stoici, vt apparet ex 2. de Nat. Deorum Ciceronis lib. Ergo, inquit, cum Sol igneus sit, Oceanique alatur humoribus, quia nullus ignis sine pastu aliquo posit, permanere, necesse est, aut ei similis sit igni, quem adhibemus ad vsum, atque victum: aut ei, qui corporibus animantium continetur. Nam ex sententia Stoicorum, hunc aëra, inquit, rursus amplectitur immensus æther, qui constat ex altissimis S ignibus; & ex æthere igitur innumerabiles flammæ existunt, quarū est Princeps Sol omnia clarissima luce collustrans, &c. Sic Anaxagoras, Zeno, Epicurus, Lucretius, &c. & ante hos AEgyptij, vt in thesauris Porphyrius obseruat. Dicebant enim, cum Oceani humorem concipiunt stellæ, descendunt, & retrogrediuntur, donec humore iterum percocto ascendant: q̃ commentum ab Auicenna lib. de cælo. & mundo re- T fellitur: licet in suo quadripartito Ptolemæus lunam propterea faciat humidiorem, quòd vapores è terra ad eam, vt viciniorem, tollantur; & Saturnum omnibus ficciorem, quod longissimè ab his vaporibus distet. Nec dissimilis est Manilij 1. Astron. lib. opinatio de ignis alimento, sic enim canit:

Ignem flatu alit vicinis subditus astris.

Io. item Bocc. poëticè in Comœdia Nymph. Hor. Iebo la luce sua, che nell' humido mate honra si pasce, & in terra pigliādo il cibo, quale à sua deita pare. Magis hic miror à nonnullis Theo- V logis hanc opinionem fuisse admissam; Nam Petrus Episc. Laodicen, cuius ego Commentarios in 4. Euangelia Græcè in membranis manu scriptis legi, quem Codicem mihi doctissimus, & humanissimus Iurisconsultus Vidus Panciroius Patauij commodarat. illum scilicet Marci cap. 13. locum, καὶ αἱ δυνάμεις αἱ ἐν τοῖς οὐρανοῖς σαλευθήσονται. Partim explicat ex hac veterum Stoicorum sententiā. Nonnulli quærunt, quæ sint illæ virtutes X cælorum quæ commouebuntur, quibus respōdendum ex dictis, Magna luminaria obscuranda vel ex plurimo conflagrationis fumo, vel quòd non pascuntur amplius vaporibus. Sicque non reddituta suum lumen marcescente astrorum splendore, cum, quod relictū est terrestre in altum tolli nequeat, & sedem in cælis retinere: eleganter, & presse is, qui venerabilis cognomen ob excellentem eum pari sanctitate doctrinam meruit, Beda in 24. cap. Euang. secundum Lu- Y cam, totum hoc argumentum explanauit. Aliter, inquit, absorbet terra sitiens aquam, aliter radius solis candens: illa indigentia, iste potentia: potentiam vocat vim illam, qua sol pollet

ad se attrahendi, attollendique vapores, & absumendi. Quin & Arist. veteres istos Physiologos irridens, solem, ac flammam ali humore opinantes, docet non ali flamma, sed fieri per continentem humidi in siccum mutationem, namq; alias efficeretur, vt nó solum nouus in dies euaderet sol Heracliti iudicio, sed etiam continenter, renouaretur semper: hoc enim concludit e-
Z ludens eos 2. Meteoror. quoniam si alitur eodem modo, quemadmodum illi dicunt, manifestum est solem non solum, vt Heraclitus affirmat, nouum esse quotidie, sed semper nouum continenter: Vide in eum librum commentarium optimum boni Philosophi, atque interpretis Aristotelei Olympiodori. Atque ad hoc Heracliti figmentum se alludere indicant Poëtæ, cum nouum solem, vel nouos soles plerunq; canunt, nisi simplicius accipiamus pro recens orto sole, iterumque post occasum Oriente.

Ergò: *Conuexa palus dum sidera pascet.*
Vt Brodæus legi vult, ex tot veterum sententia defendi potest.
At: *Conuexa polus dum sidera pascet.*
Vt omnium librorum est lectio, & esse debere iure meritissimo vult Turnebus, & longe videtur propius vero.

Strabonis locus de Homero enarratus; εἰρεσιώνη quid olim fuerit, quid ei nunc respondeat.

CAPVT VIII.

LIb. 1. Geograph. Strabo in ea repre-
A hensione, quæ tota aduersus Eratosthenem scribitur, ait, τὸ μὲν οὖν ἅπαντα ζητεῖν προσποιεῖν αὐτῷ προσαπτόντων ἄντις δοίη τῇ φιλοτιμίᾳ, ὡς ἂν εἴποι, φησὶν ὁ Ἵππαρχος, Ἀττικὴν εἰρεσιώνην περιαρτᾶν, καὶ ἃ μὴ δύναται φέρειν, quorum verborum hæc, meo quidem iudicio, sententia est, quærere ab Homero omnia, aut illi adscribere conari, hominis est arrogantis, & ambitiosi: non secus, ac si quis, vt ait Hipparchus, Atticam Eresionem putet arguendam. quòd poma, ac pyra nequeat proferre. Ita qui penitus om-
B nem disciplinam, atque artem exigat ab Homero, quæ si desit, cum reprehendat, arrogantem esse. Interpres minus aptè ad Geographi, vel Hipparchi sensum exprimendum ita conuertit. Veluti si quis, vt inquit Hipparchus, Eiresionem, id est ramalia obiurget Attica pendentibus quaqua versum omnis generis pomis, quorum verborum vt dixi. & obscura sententia est, & non integra. Deinde ramale proprie est antiquus, & annosus ramus. Per. Sat 1.

Vt ramale vetus va grandi subere coctum
Et: *Sed cum lapidosa chiragra,*
C *Fregerit articulos veteru ramalia fagi.*

Et Ouid. 8. Metam.

Multi fidasque faces, ramaliaque arida tectis,
Abstulit—

Quare vt Hipparchi sensus nobis constet, quid sit Eiresione, conabor explicare. & Aristophanis quidem Glossographus Vespis à Venustissimo Comico vult intelligi aridos ramos, ἀπὸ ξηρῶν κλάδων, quæ tamen non est eius vocis propria significatio. Xylander in Theseum Plutarchi frõdem lemniscatam interpretatur, ramalia Strabonis tralator. Non malè ramum oleaginum lana obuolutum, qui ad ianuas suspendebatur in D
honorem Apollinis, interpretabere: Verum Latina voce vna reddi non potest; quid tamen significet, variè prisci Grammatici exposuerunt, vt legere potes apud Glossographum Aristophanis Equit. & Pluto. Suidam in Lex. voce δαφνί-νον. Eustarhium in 20. Iliad. librum. Pausaniam in Atticis, id. lib. 1. Lutatium in 2. & 12. Theb. Statij: de qua etiam carmen Homerus cecinit, vt in eius vita, is, qui Herodoti nomine circumfertur, auctor testatur: horum quidam ramum oleaginum exponunt lana obuolutum, quem circumplecterentur diuersarum arborum fructus, & ex E
eo omnis generis fruges penderent, quem quidem certis πυανεψιῶνος, id est Iulij, siue Octobris potius diebus, ante fores templi Apollinis ex Pythici oraculi præcepto ad arcendam vel pestem, vel famem, vel vtrumque collocare, siue suspendere consueuerant. Idque per puerum puberem, ἀμφιθαλῆ, siue cuius vterque parens viueret: Dixi verò Octobris potius, quoniam hic F
mensis Autumnalis erat frugibus iam comportatis, & conditis, vt ex Theseo Plut. & Apollonij apud Harpocrationem verbis patet: edebantque eo mense festis diebus fabas, id est κυάμους, vel πυάμους, vnde nomen mensi, quo festo ἄγεται, vel πλέκεται Eresione: alij hoc modo exponunt: solitos Athenienses per suos pueros eum ramum præ domorum foribus collocare, eique nó modo fructus è terra, sed etiam panem, & Cotylam mellis, atque olei, & alia id genus appendere, & singulis quibusque annis mutare: & puberem puerum circum circa accinere hos versiculos, quos & Gentianus Heruetus in 4. Strom. Cle. G
Alex. & Lapus in Theseo Plutar. Latinos fecnnt, & Xylander quòd eorum varia sit lectio, emendat.

Eiresiona ferens ficus, & pinguia farra,
Et pateram mellis cum fructu dulcis oliua
Fecundum calicem, sopiaris vt ebria somno.

A Quem etiam circumferrent quibusdam festis diebus versibus cantandis, quibus, ἀφορίαν deprecarentur, id est, sterilitatem. Itaque is ramus Symbolum erat εὐφορίας, id est, abundantiæ, & af- H
fluentiæ rerum, vt Amalthææ cornu, vnde cornu copiæ nominata: eam intelligit vetus Comœdiarum scriptor Eupolis his versibus:

Suspendamus & nos bis duplices
Erisionas, & annunciemus aduenientes. B

Et Sophocles ab Alex. Clem. 4. Strom. lib. cita-
tus, Suidas διακόνιον quidam interpretantur pla-
centæ ſolum, τὴν τοῦ πλακοῦντος κρηπῖδα. At Mene-
cles in Gloſſocomo de ea hæc habet. Athenien-
ſes Apollini eam, quæ dicitur Eiriſiona, dum fa-
ciunt, pinſentes lyram, πλάτloντες, & ramum, &
alia circularia bellaria. Corrigi poteſt ex verbis
Ameniæ διακόνια declarantis fuiſſe Apollini ſacta
I bellaria τῷ ἀπόλλωνι πλακούμενα πέμματα. Vt πλάτ-
τοντες videatur legendum, & tunc non habet hic
locum vox λύραν niſi quidpiam ſignificet præter
muſicum inſtrumentum, & fortaſſe percutien-
tes πλάτloντες λύραν, lyram, erat inter ritus canen-
di, ſiue pulſandi cum deferretur, aut offerretur
Eireſione: huius etiam vſus apud Græcos fuiſſe
videtur in fungendis legationibus: quo docti
quidam viri pertinere arbitrantur, quod de Lo-
crenſium legatis T. Liuius narrat lib. 29. ab Vrb.
cond. in velamentis ſupplicum ramos oleæ mo-
K re Græcorum porrigentes flebili voce humi pro-
cubuiſſe: hinc lib. 7. Dion. Halicar. hunc priſco-
rum morem illuſtri exemplo confirmat. & Diod.
Siculus in vita Philippi Magni Alexan. parentis.
Quanquam credo hoc ab iſtis factum more an-
tiquiſsimo à Troicis vſque ducto temporibus,
vt ramus oleæ, quaſi pacis index, ac ſignifer ob-
tenderetur ab aliis, qui eam quærerent.

—Paciferæ ramum prætendit oliuæ.

Summus Poëta canit Aen 8. & lib. 11.

Centum oratores prima de gente Latinos,
Ire placet, paciſque manu prætendere ramos.

Et paulo ſuperius:

L *Iamq; Oratores aderant ex vrbe Latina,*
Velati ramis oleæ, veniamq; rogantes.

Ouid 1. de Pont. eleg. 1.

Adiuuat in bello pacatæ ramus oliuæ.

Stat. 12. Theb.

Vittata, & laurus, & ſupplicis arbor oliuæ.

Qui mos ex eo natus videtur, quod longè ante
ſæculum Troianum, ſignum attulit diuinæ cum
hominibus pacis Columba Noëho, eiuſque fa-
miliæ oliuæ ramum ad arcam deferens, vt ſacra
noſtrarum literarum monumenta teſtantur;
Gen. 8. tametſi ille Locrenſium habitus, & ritus
illud potius Homericum reſpicit Iliad. 1.

M Στέμματ' ἔχων ἐν χερσὶν ἑκηβόλου.

Ἱκετίους κλάδους, id eſt, ſupplices ramos appellauit
Euripides: & Aeſchylus ita Eumenidibus lo-
quentem inducit Oreſtem, ſiue potius de Ore
ſte Phœbadem. Video habentem oliuæ altè ge-
nitæ ramum lana maxima ſobriè coronatum
candēti vellere; C quæ verba Eireſionem viden-
tur indicare, & in ſupplicibus.

Ἱκετῶν ἐγχειρίδια ἱεροστέπτους κλάδους.

Supplicū pugiones. ramos ſanctè coronatos, &
λευκοστεφεῖς νεοδρέπτους κλάδους.

Alba corona redimitos recens auulſos ramos. &
Soph. Oed. Tyr.

N Ἱκτηρίοις κλάδοισιν ἐξεστεμμένοι.

Supplicibus ramis coronatum nominat, vt Eu-
ripides item ſupplicibus. Supplici ramo ad
meum accidens genu:

Ἱκτῆρι θαλλῷ προσπίτνουσ' ἐμὸν γόνυ.

Cum infulis, & velamentis Teios Oratores ad
Romanos miſiſſe commemorat T. Liuius lib. 33.
ad Vrb. cond. quæ diſertis verbis præter alios
Cornelius Tacitus lib. 13. Annalium, flagitatæ
pacis vocat inſignia, cum de Viennenſibus lo- O
quitur: Non diſsimilis ab Eireſione qui vocatur
à Sophocle in Oedipo. Tyr. Laurus πάγκαρπος,
& πάγκαρπον ſpectaculi genus, de quo Imperator
Nouella de Conſulib. ff. ac primum quidem,
quaſi omnium arborum fructibus concinnata
Silua. Sophocles Electra θύματα πάγκαρπα fruges
omnis generis Diis ſolitas offerri, videtur ap-
pellare; Tolle tu ſacrificia aſsiſtens mihi ex om-
ni frugum genere Regi huic primitias. D Heſy-
chius reddit melius, quam Schol. Plin. item cap.
4. lib. 25. de Radice Panacis Aeſculapij ſcribens,
hac auulſa, inquit, ſcrobem repleri vario genere P
frugum religio eſt, ac terræ pauimentum, red-
dens videlicet hunc Theophr. locum de ritu her-
barum colligendarum. E Nam & placentæ ge-
nus ſic appellatum fuiſſe apud Athen. lib. 14. cap.
19. & apud Euſtathium Mendeſius Harpocrati-
on, & Anticlides oſtendunt. Qui verò doctiſsi-
mus vir in Caſsianum annotationes ſcripſit. cap.
14. Coll. 5. Pancarpum declarat ſpectaculum fu-
iſſe hominum cum beſtiis depugnantium, quæ
tamen rara eſt huius vocabuli notio: ac prioris
quidem ſimilitudine Chamæleo niger I. apud Q
Dioſcor. lib. cap. 9. dictus exiſtimatur Pancar-
pos, quod inſtar animantis eiuſdem nominis
omnium terrarum, in quibus ſeritur, aut plan-
tatur, colores referat: & cum Neleus ad Eireſio-
næ ſimilitudinem oraculo Dianæ iuberetur ſta-
tuam erigere ἐκ παγκάρπου ξύλου, ipſe ex quercu
erexit, de qua varios fructus offenderat penden-
tes. teſte Callimachi interprete. Hinc ductum
illud Tertul. cap. 13. aduerſus Valent. quam pro- R
pius fuit de Atticis hiſtoriis, Pancarpiam vocari
à tam ocioſis auctoribus nominum; ridet opi-
nor Soterem Valentini; quæ Pancarpia familia-
ris etiam Alexandrinis fuit, vt lib. 14. indicat A-
thenæus: Heſychio autem ἔγκαρπα ſunt triticeæ
ſegetes ſectæ, & demeſſæ, vt mirer Suidam ἔγκαρπον
ſolum explicare ἔγκυον, id eſt, grauidam, citan-
tem ex veteri ſcriptore teſtimonium: Similes
autem Pancarpo dici Pantomimi poſſunt, qui S
varias in Theatro vno, eodemque actu perſonas
exprimebant, vt ad viuum Aurelius Caſsiodo-
rus vlt. epi. ad Symmachum 4. lib. variarum de-
ſcripſit. Pantomimo, cui à multifaria imitatione
nomen eſt; idem corpus Herculem deſignat, &
Venerem; Feminam præſentat & Marem; Re-
gem facit, & militem; ſenem reddit, & iuuenem;
vt in vno credas eſſe multos tam varia imitatio-
ne diſcretos; hos Tiberij ætate prodiiſſe Suidas
affirmat; quos tamen, quod ei mirandum in
modum diſplicerent, Roma eiecerit, vt adiun-

gic

T git 58. lib. Dio Chrysost. Vox item ἔγκαρπον locum hsbet in fabricis, lib. 4. cap. 1. Vitruuius, Cymatiis, & Encarpis pto criuibus dispositis frontes ornauerant: putat Adrianus Turnebus lib. Aduers. 11. cap. 4. esse ornameota capituli columnarum palmites, aut tamos cum suo fructu habentia, aut etiam atbustulas fructuosas, quæ à Græcis δενδροέγκαρπα vocantur, aut frondibus, & ramis implexos, innexosque fructus. Philander in eum locum Vitrunij, optimè intelligit, ornaV mentum florum, frondium, ac pomorum implexum, contextum coronario luxu foliis flores, & fructus intercursantibus; cuiusmodi sunt quæ serta, & Corollas triumphales Galli vocaut, inquit, nos Itali ghirlande, & Festoni à festiuitate, siue festo die. Enucleauimus vim vocis εἰρεσιώνης, hæc itaque mens est Strabonis, & Hipparchi, iniustè facturum eum, qui hunc ramum reprehenderet, quòd non omnis generis daret fructus, & fruges: neque enim quæ ex eo pendent, vt ex suis plantis, ac truncis natiuis pendent, sed X aliunde appositæ, & adiunctæ sunt. Ita iniquus est, qui omne doctrinæ genus requirit ab Homero summo licet Poëta, quòd illius ars propria sit poësis, quæ verò aliarum propria sunt artium, & disciplinarum, ab eo in suum poëma traducta, ea velle ad vnguem tradi, ac tractari, hominis est arrogantis, aut insipientis. ex quo sapienter à Seneca pronunciatum lib. de ira 2. ad Nonatum cap. 10. Cum naturæ vitijs irascendum non Y esse demonstrat. Quid enim si mirari velit nun in siluestribus dumis poma pendere? Quid si miretur spineta, sentesque non vtili aliqua fruge compleri? Porrò dici εἰρεσιώνην Suidas tradit, παρὰ τὸ εἶρος, id est à laua; quanquam si lana, quid ferè complicetur, ἀπὸ τοῦ εἴρειν, est dicta, non erit alienum à ratione, si etiam εἰρεσιώνην ab eodem verbo ductam existimemus, id est, à nectendo, & conuoluendo, videlicet, quod circum hunc ramum conuoluerentur variæ fruZ ges, aut prius lana, tum circum lanam fructus. Iam verò, vt moris est apud nos, veteres etiam illi diebus festis suorum Diuorum Templa, siuè potius Dæmoniorum ramis, & fasciis ornare erant soliti. Tertull. in Apol. bis, terue, & 2. lib. ad vxorem. quinimmo, & priuatarum domorum postes; ex hoc enim more cecinit Lucanus 2. lib. Pharsaliæ.

Festa coronato nunc pendent limine serta.
Infulaque in geminos discurrit candida postes.

Iuuen. Sat. 6.

Ornentur postes, & grandi ianua lauro.

Corn. Tac. lib. ann. 3. de Cn. Pisone, quem suspectum habebat Tiberius Cæsar, & ad necem cuëAa git, fuit inter incitamenta inuidiæ domus foro imminens festo ornatu. Panegyricus Theodosij, quid portas virentibus sertis coronatas, quid aulæis vndantes plateas, accensisque funalibus auctum diem referam? Vbi & alius mos indicatur festiuæ celebritatis, publicæque lætitiæ, accensio videlicet funalium, ac cereorum. Cuius & ampla vestigia in Arrianico Epict. lib. 1. & 2. quem amplifica ex iis, quæ cap. elect. 3. collegit Bb diligentissimus, & eruditissimus vir I. Lipsius, & lib. 3. Var. lect. cap. 22. hæc nos Christiani dicimus festoni circa ianuas Basilicarum; circum aras, & imagines diuorum, qui mos etiam veterum fuit Christianorum, vt apparet ex tertio Natali S. Felicis, quem piè & eleganter S. Paulinus Nolæ Episcopus celebrauit his versibus.

Aurea nunc niueis ornantur limina velis.

Mox:

Limina ceratis adolentur odora papyris.

Et Natali Sexto:

—Pulchra tegendis,
Vela ferant foribus, seu puro splendida lino, Cc
Siue coloratis textum fucata figuris,
Hi leues titulos lento poliant argento,
Sanctaq; præfixis obducant limina lamnis.

His enim adiungit aulæorum ornamenta, & id genus reliqua, quibus tamen interdicebatur domos suas laureis coronare in gaudiis publicis Principum Ethnicorum, quod habet Martinus Braccarensis in Collect. Synod. cap. 73. Sed Dd Calendis tantum Ianuarij, quod is dies magnis superstitionibus coleretur. Nam & strenæ vetantur cap. 1. Conc. Antisiod. quæ nunc tamen vsu retinentur. Sed vniuersè magis eiusmodi domorum ornamenta vetita fuisse constat ex cap. 35. Apolog. Tertull. & cap. 13. de cor. mil. & quidem diuinitus, vt idem testatur cap. 15. lib. de Idololatria; quanquam progressu temporis mos concessus Christi cultu amplificato, & in Dei, ac sanctorum honorem translatus, ex eoque laudatum à B. Hieronymo ep. 3. Nepotianum.

Commemorabile Eustathij cuiusdã Græci in gratiam Imperatoris sui facinus.

CAPVT IX.

GRAECORVM, qui se falso, & ambi- Ee tioso nomine Romanos, cum Romani vix quidquam habeant, appellant, sub Imperatoribus Constantinopolitanis multæ conscriptæ sunt historiæ ob styli, & dispositionis inelegantiam parum dignæ, quæ manibus terantur, in pretio tamen habendæ ob quorundam vel præclara, vel praua facinora, quæ commemorant. Memotabile quoddam ex multis, quæ Io. Curopalatæ historiam legens adnotaui, illud fuit, & verè audax facinus, quod fecisse narrat in Basilio Romani filio, qui post Io. Zimiscem Byzantium texit imperium, Eustathium quendam patritium cognomento Daphnomilem Achridis, quæ

vrbs erat Bulgarorum regia, Præfectum: quod me tanta admiratione affecit, vix vt iam mirari desierim. Bulgaros nationem Thraciæ finitimam debellarat Basilios, cum vno prælio plus, aut circiter quindecim mille hominum captis oculos effodisset, & singulis sexagenis cœcatorum ab vno monoculo duci iussis, & ad Bulgarorum Regem Samuelem remissis, tam diro, atque atroci spectaculo eum Regem paucis post diebus ad mortem compulerat: Supererant aliquot eius gentis reliquiæ, eas ille bello persequi non desistebat, & nouis in dies cladibus affligebat: cum Ibartes vnus ex ea gente vir strenuus, & fortes multos ex Imperatoriis caperet, & occideret, & qoo mious gens illa debellaretur, impediret: receperat se in montem quendam asperum, & accessu difficilem, Brocoto nomen erat, inde copias cogere, & finitima loca ad seditionem sollicitsre; & Bolgaricum Imperium spe deuorare: Hunc ergo Basilius putauit persequendum, vel, vt superaret, vel, vt arma deponere cogeret, prius tamen amicè mooitum: literis itaque bominem cohortatur, ne, cum totam iam Bulgariam ipse ceperit, solus Dei voluotati tepugnet, aut suæ gentis Imperium somniet, quam nullo modo posit subiungere: Ille modo hæc, modo illa respondere & varia in dies causari, & rem in longum producere. Eostathios Achridis Præfectus, quod intelligeret victoriam de Ibarze Imperatori cordi esse, occasionem rei bene gerendæ cum duobns fidelissimis seruis communicat, & se se ad Ibarzæ pernitiem comparat. Fortè per eos dies festus agebatur Assumptionis Deiparæ dies, com Ibarzes io more habetet finitimas gentes conuiuio excipere: eò non vocatus accurrit Eustathius, quis sit, loci custodibus renunciare iubet, seque Principis venisse conuiuam: adsertur Ibarzi nuotius, hostam ad se vltro venire miratur, & hostis se potestati committere: venientem humanitet excipit, benignè amplectitur, & sedere iuxta se imperat. Sublatis mensis io sua quisque hospitia conuiuæ dilabuntur; qoi reliqui aderant, cos vt sedere inbeat, Ibarzem precatur Eustathius: tum quasi de rebus necessariis secretò loquuturus, vt secedant: hic nihil suspicatus Ibarzes, immo sperans Eostathium defectionis socium futurum, manu prehensum in bortum densis arborum ordinibus consitom, vndè ne vox quidem posset exaodiri, lætus deducit. Hic solum Ibarzem adoritur Eustathius, humi deiicit, geoibus in pectus incombit, maoibus præfocat per proximos duos famulos, quos aduocarat, tuoiea ei os obstruit, ne domesticorum opem posset implorare, otulos eruit, cœcatum ex borto in aulam dncit, & inde io conclaue domos cum famulis strictis gladiis se recipit. Cognito mox à domesticis, & amicis Eustathij facinore, infinita hominum multitudo confluere, alij gladiis armati, atque hastis, alij instructi arcubos, lignis, lspidibus, accensis facibus, alij materiam incendio aptam comportando accurrete, clamare, vociferari, occidantur, lspidibos obruantur, lacerentur, comburantur impij, & facinorosi, oemo parcat nefariis. Hic suos desperata salute Eustathius hortatur, vt fortes sint, neuè forori sese multitudinis dedant, sed ad extremum vsque vitæ spiritum se impigrè defendant: ad eam ipse ex fenestra iodicto manu silentio breuem hanc habuit orationem. Nullæ mihi, ô Viri, cum Domino vestro intercesserunt inimicitiæ, simultas nulla, vt ipsimet iure fatebimini, qui eum Bulgarum esse iotelligitis, me autem Romanum, nec ex iis qoidem, qui vobis sunt viciniores, Macedonem, siue Thracem, verum ex minore Asia, quæ à Bulgaria quantopere distet, probè ipsi nostis. Itaque cogitate, me non consilio, & sponte mea, sed necessitate compulsum, hoc facinus aggtessum: nunquam eoim me in tam apertum, ac manifestom periculum temerè coniecissem: obediendum fuit, ô Viri, Imperatoris mei iussis, eius me Imperium compulit ad hoc facinus; ipsi ego, vt Minister, fidelem operam strenue nanaoi; mihi vitam auferre potestis; tanquam in cauea conftrictus in vestra sum potestate: Mihi tamen auferri non patiar inultò; eam pertinacissimè cum famulis tuebor: quod si occubuerimus, quod sanè video futurum, qui tanta vndique multitudine claudimur, felicem verò, ac fortunatam hanc mortem reputabimus, quod non longe à vobis absit, qui iustas nostri sanguinis pœnas repetat: cui an diutius resistere queatis, vos ipsi decernite. Hæc cum moltitudo audiuisset Imperatoris perculsa meto, alius alio dissipatur; Maiores natu, ac prodentiores, collaudato Imperatoris consilio, sese dediderunt. Eustathius liber, ac secorus cœcum Ibarzem ad Imperatorem dedocit, quem benignè, & liberaliter exceptum, & ob animi virtutem, ac fidem collaudatum, Dyrrhachij Prætorem mox creat, attributa ipsi vniuersa Ibarzæ in custodiam traditi supellectili. Ita narrat Curopalates boc factum tam singulare, tam illustre, vt io rebos veterum Græcorum ac Romaoorum vix voa sit, quæ huic posit comparari. Idem factum in suo Compend. Hist. Georg. Cedr. narrat, Ibarzam tamen vocat captum illum ducem, noo Ibarzam.



Vetus Romanorum in fœdere iciendo Græcorum persimilis mos ex Hom. & Liuio, & modus loquendi modo Hebræorum similis.

CAPVT X.

NON hoc ago, vt fœderum genera, quæ quidem apud veteres Romanos in vsu fuerunt, persequar: tria certè T. Liuius facit lib. 5. cap. 34. in oratione Menippi legati Regis Antiochi, & eruditè ciuis meus Carolus Sigonius exponit 1. de iure ant. Ital. lib. cap. 6. præter Alex. lib. dierum gen. 5. cap. 3. & itidem Tiraquell. Hoc ago, vt quæ formula à T. Liuio traditur lib. 1. iciendi fœderis, quæ certè vetustissima est, ea videatur esse, vti pleraque alia, à Græcis petita. Narrat ergo, cum bellum esset inter Romanos, Albanosque, ita fœdus ictum fuisse, vt de tota re per tergeminos fratres Horatios, & Curatios duello decerneretur; interim sic precatur, aut imprecatur potius M. Valerius Fecialis. Audi Iupiter, audi Pater patrate Populi Albani, illis legibus P. R. prior non deficiet, si prior defexit publico consilio, dolo malo, tum ille. Diespiter P. R. sic ferito, vt ego hunc porcum hodie feriam, tantoque magis ferito, quanto magis potes, pollesque. Id vbi dixit porcum saxo silicé percussit. Ante quæ verba dixerat Liuius fœdera alia alijs legibus, ceterum eodem modo omnia fiunt, vt mirum videatur Polybium, Plutarchum, Festum nunquam meminisse porci, sed lapidis tantum manibus iactati, fortassè, quòd alia recentioribus temporibus inuecta feriendi fœderis ratio fuisset, magis communis, & vniuersa: nam vbique reperiri lapides possunt, porci non vbique possunt; B. Aug. c. 6. Dialect. fœderis nomen dictum scribit, quod res fœda non sit: alij à fœditate porci deriuant. Huius rationis Cic. pro L. Corn. Balbo, & I. C. L. postliminij. §. 1. ff. de capt. & postlim. meminerũt ex qua, ij, qui adagia collegerunt, notum volunt prouerbium. Inter sacrum, & saxum, quo vsi sunt Plautus Capt. & Apuleius lib. 11. Asini aurei, cum quid faciendum, nec tamen suppetunt vires ad faciendum; quę fœderis forma priscorum Heroum videtur fuisse propria, quam his versibus 3. Iliad. Hom. expressit. Ita conuertit nescio quis Germanus.

Iupiter omnipotens, pater optime, maxime Diuum
Cælicolæq; alij facite, vt qui fœdera primi
Hæc violata dabunt cum tota gente suorum,
Cum natis, cum vxoribus, agnatis, & amicis,
Cumq; suo genere intereant, terræq; recumbant.
Non secus ac vinum telluri infunditur atra.

Namque, vt apud T. Liuium imprecatio fit in violatorem fœderis, vt is cædatur, quemadmodum porcus cæditur, sic apud Homerum, vt ceruix, ac cerebrum ipsius humi dispergatur, sicut vinum in terram funditur: quod Heroës illi, sic enim canit Hom.

Ἀφυσσάμενοι δεπάεσσιν ἔκχεον,

Haurientes poculis effundebant. Confer etiam, quæ persequitur T. Liuius, cum iis, quæ post hos versus in Hom. leguntur, & verè nos dixisse deprehendes, magnam esse in hac ratione fœderum cognationem, ita Virg. 8. Aen.

Iouis ante aras, pateraq; tenentes
Stabant, & cæsa iungebant fœdera porca.

Extrema verò imprecationis pars apud Homerum: vt violatoris vxor ab alieno viro opprimatur, diræ sunt antiquissimæ: in sacris enim litteris Iobus vir non minus sapiens, quàm patiens sibi ita imprecatur cap. 31. Scortum alterius sit vxor mea, & super illam incuruentur alij; vt postea Deut. 28. Deus præuaricatori minatur, vxorem accipias, & alius dormiat cum ea, & quemadmodum sacri scriptores, vt honesta voce rem turpem, id est concubitum afficerent, vocauerunt Ascensum in lectum; Genes. 49. Ascendisti cubile patris tui, ait Rubeni filio Iacobus; dormierat enim cum Bala concubina eius. Genes. 35. ita hic loquendi modus tritissimus est Poëtis Græcis, Homero præsertim, atque Hesiodo, apud quos sæpe legimus procumbere, lectum conscendere, λέχος εἰσαναβαίνειν, ad lectum ire, ἐς λέχος ἐλθεῖν.

Ferri vsum Troianum seculum præcessisse, à Magij calumnia defensus Aristot. in poët.

CAPVT XI.

HIERONYMVS Magius non modo iuris, ac legum, quas profitebatur, sciens, sed varia etiam doctrina excultus, multa præclarè tractauit in illis Miscell. libris, quos aliquot ante annos edidit, ac lib. quidem 3. cap. item 3. verè scribit, apud antiquos in vsu tibialia, siue ocreas ad munimen fuisse; adducitq; locum ex Iliad. Homeri 18. lib. vbi ita de Achillis armis,

Τεῦξε δέ οἱ κνημῖδας ἑανοῦ κασσιτέροιο.

Tum pulcro ocreas ex ære nitentes, siue tenui stanno fecit, peltro Italicè dicimus, & stagno; atque obseruat ἐν φαείδυ; quod licet hæc vox κασσίτερος stannum propriè significet, Arist. tamen in Poët. pro ferro accipit, cum arma antiquitus non fierent ferrea, sed ærea, aut etiam stãnea propter ferri penuriam. Certè Athenæus ensium meminit, & Tibialium ex ære, citato Alcæo: Addo ego in templo Salomonis, ac tabernaculo Mosis nullam rem ferream fuisse, nec clauos quidem, paxillos, malleos, sed omnia ærea, Vbi alioqui fuisset vtendum ferro 3. Reg. 7. At ego longè aliter sentio, Aristotelemque immeritò notari existimo; parco tamen Iurisconsulto: profero verba Aristotelis de poëtica docentis variis posse mo-

dis excusari Poëtas in iis, quæ minus propriè,
aut verè ab ipsis videntur enunciari. atque inter
ceteros hunc locum apponit, & exemplis de-
clarat, Poëtas vulgi sermonem, communemque
consuetudinem sequutos, verba sunt. *A* Hæc
vero iuxta morem loquendi soluere nimirum
oportet, vt aqua temperatum vinum dicunt es-
D se; ex hoc & factum est, siue Poëta cecinit, ocreas
recens laborati stanni, & ærarios, qui ferrum
exercent. Perspicuè verò eos versus intelligit,
qui sunt libro Iliad. 21. *B* & eos protulit Victo-
rius in commentario suo, siue Iliad. 18. vt pro-
fert Robort. & Magius minus bene. *C* Sic ergo
vulgò ex ære, aut ferro conflata, stannea dice-
bantur, quem morem sequutum esse Homerum
placet Aristoteli; at non placet Magio κασίτερον
eo loco pro ferro accipi ob allatam rationem.
E Sed parum vidit Iurisperitus, nec animaduertit
iam belli Troiani temporibus, & multò ante fu-
isse in vsu ferrum: constat id ex Homero ipso lib.
Iliad. 11. Vbi Pisander, & Hippolochus Antima
chi filij supplices Agamemnonem rogant, ne se
interficiat, sed à Patre pretio redimi patiatur: Ita
enim loquuntur,

Nam Pater ampla domi locupletis munera gaza
Æris, & argenti, fuluiq́ recondidit auri. D

Adde versus lib. 7. quos Neapol. citat Alexand.
lib. dierum Genialium 4. cap. 15. aliud argumen-
tum tractans, quod si Hesiodus de tertio se-
F culo in ἔργ. καὶ ἡμέρ. quod ipse χάλκειον vocat, ca-
nit.

Τοῖς δ' ἦν χάλκεα μὲν τεύχεα, χάλκεοι δέ τε οἶκοι.
Χαλκῷ δ' εἰργάζοντο, μέλας δ' οὐκ ἔσκε σίδηρος.

His erant ænea quidem arma, æneæque domus.
Aere quidem operabantur, nigrum autem non-
dum erat ferrum: non negat quarto seculo,
quod θεῖον nominat, & belli Troiani ætate vi-
guit, fuisse vsum ferri; neque debet Magius exi-
stimare, Hesiodum de hoc etiam tempore in-
G tellexisse, quod de æreo cecinit, licet postea di-
cat,

Νῦν γὰρ δὴ γένος ἐστὶ σιδήρεον.

Quin & Ouid. 1. Metamorph. postremam facit
ætatem ferream, in qua sanè Troiana secula in-
cludi puto, quòd illa iam mala in orbem terra-
rum emanauissent, quæ describit, & Apoll. Ar-
gon. σίδηρον lib. 2. nominat: at priora Troianis fue-
runt Argonautarum tempora. Ac nescio, quàm
verè scripserit auctor Schol. Græcorum in lib. 1.
Argon. Apoll. ad illum versum

Χαλκείῳ πελέκει κρατεροὺς διέκερσε τένοντας.

Aerea securi validos secuit tendines, hoc est cer-
H uicem amputauit, seu collum, reprehendens A-
pollonium commentariis adnotantem ferrum
æs nominatum, cum ignorarit vsum fuisse æris
ferro nondum inuento, vt & cecinit Hesiodus,
Mars item Græcè à ferro Ἄρης dictus. Mars vero
antiquior Troia. Suidas Ἄρης propriè σίδηρος, &
Diod. Sic. lib. 17. Bibl. Dactylos Idæos ferrum
primo excudere adortos, cum à Deorum matre
didicissent, narrat. Sed hi Troianum seculum
antecesserunt, vt & Chalybes, per quos, inquit,
Ammianus Marcellus libro 22. erutum, ac do-
mitum primitus ferrum; quod & 1. Georg. ca-
nit Virgilius,

Et Chalybes nudi ferrum, virosaq́ Pontus I
Castorea.

Et 2. Argon. Apoll. canit eos ferrum permutasse
rebus ad vitam necessariis. Sed ferrum produ-
centem asperam terram colentes emtionem re-
cipiunt vitæ necessariam. *E* Hos ab Homero in
catalogo nominatos ἀλιζώνων referunt Stepha-
nus de vrbibus & Strabo lib. Geograph. 12. πάλ-
δαι ἐξ ἀλύβης, ἤτοι τῶν χαλδαίων μετονομασθέντων, ἀντὶ τοῦ πάλ-
δαι ἐκ χαλύβης. longè ab Alybe; scriptura videli-
cet transmutata, longè ex calyba, qui postea
sunt Chaldæi nuncupati; & quia Homerus ad- K
iecit,

Ὅθεν ἀργύρου ἐστὶ γενέθλη

Vbi est argenti vena; & Strabo quoque adiun-
xit, ex terra autem metalla, nunc quidem ferri,
prius autem etiam argenti, ἐκ δὲ τῆς γῆς μέταλλα νῦν
μὲν σιδήρου, πρότερον δὲ καὶ ἀργύρου. At hi florentes Tro-
iæ seculo illustres erant: quanquam mihi du-
bium non est, hos Chaldæos non esse, cum Hi-
storici, & Geographi Chalybas ad Thermodon- L
tem fluuium constituant, & Ponticam gentem
esse affirment. Dionysius Afer in περιηγήσει post
Tibarenos statuit, Mosynœcis Xenophon subii-
cit. Plinius in Ponticis locat; Strabo iuxta mi-
norem Armeniam, & Ptolemæus tamen in Assy-
ria Chalybonem opidum agnoscit haud procul
ab Euphrate, & Chalybonitidem regionem.
Certè qui Pontum nunc habitant ferrum Temir
appellant, vt & Tartari, quasi Græca origine, qua
τέμνειν dicitur scindere, quod ferri maximè pro- M
prium, inquit, 107. exercit. Iulius Cæsar Scali-
ger, Cassiodorus lib. var. 1. epist. 30. Belus, inquit,
ferreum gladium primus produxit, à quo & bel-
lum placuit nominari, si credere dignum est;
quin etiam antiquissimus Rex Aegypti Vulca-
nus dicitur apud Suidam voce Ἥφαιστος, elaboras-
se arma bellica, & rustica instrumenta κατασκευά-
σαι ἀπὸ σιδήρου ὅπλα πολεμικὰ καὶ γεωργικὰ ἐργαλεῖα, qui
tamen Troianis fuerunt temporibus superio- N
res. & Plinius lib. 7. cap. 56. Cyclopas tradit, qui
sanè Troiano sæculo sunt vetustiores, fabricam
ferream inuenisse, adducitque Hesiodi testimo-
nium asserentis, quòd ex Diod. paulò ante retu-
limus, Dactylos Idæos ferrum in Creta inuenis-
se, hinc illud Virgilij Aeneid. 8.

Ferrum exercebant vasto Cyclopes in antro.

Clemens Alexand. ex priscis Græcis 1. Strom. lib.
Cemnim, & Damnæum nominat, qui in Cypro
primi ferrum inuenerint. quid? quod Gramma-
tici, & Scholiastæ apud Homerum sæpe χαλκὸν
pro ferro dici volunt; & ferream hastam χάλκεον
ἔγχος non æream, sed ferream interpretantur &
cum 2. Iliad. Thersitem facit exprobrantem A-

gamem-

gamemnoni Græcorum Imperatori, quòd haberet plens ferro, siue ære tabernacula, χαλκῶ κλισίας, quærentes, cur maximè χαλκῶν commemorauit, non respondent, quia ferrum non inueniretur, aut nullus esset vsus ferri; sed quoniam apud antiquos in magno erat honore æs, P ἐν γὰρ τοῖς ἀρχαίοις (...) τίμιος ἦν χαλκός. quomodo in Tabernaculo Mosis, & Templo Salomonis nihil erat ferreum, vt omnia essent ex ære ornatiora, vt paulò ante dixi: & ad illud Iliad. 3. ipso fermè initio.

Αὐτὰρ ὁ λῦτο ... χαλκῷ.

Polita, & scuta ferro, à vetere metallo fuisse: aiunt enim primum æs repertum, & ad illud eiusdem lib.

Η. καὶ ἀπὸ σφαγὰς ἀρνῶν τάμε νηλέϊ χαλκῷ.

Et abscidit Bomschos agnorum crudeli ære, abusiuè scilicet ferro, quoniam prius æs, quàm Q ferrum inuentum, & Hom. quod 1. Ilia. celebrat, χαλκοβατὲς δῶ, æream domum idem Vlix. 14. ferreum σιδήρεον cœlum dixit: neque hoc mirum videri debet pro ferro æs dici, cum etiam pro argento sumatur: Ecce tibi Poll. lib. ... 9. cap. 6. testimonium, vulgi, & vulgarium vsus æs argentum dicere, vt non habet æs, debet æs, F adferens etiam ex Petsis auctoritatem Epicharmi: & Istiuè etism ita omnes accipimus. Non ignoro esse viros doctos, qui Virg. 2. Aeneid. de Neoptolemo dicentem.

—*Et luce coruscus ahena,*

R Respeaisse velint Heroics tempora, quibus ferrum insolens, & inusitatum fuisse testatur Hesiodos, qui tamen paucis ante versibus ab eodem Virgilio corriguntur, fettum nomioante.

Aggressi ferro circum.

Vt perspicuè fallitur Pauf. lib. 3. fine in Lacon. 36. doceos in quodam responso per hominum perniciem non ferrum Heroum seculo, sed æs accipiendum, & Heroum arma ex ære fuisse, & argumento probat eorum armorum, quæ adhuc suo tempore visebantur. Atque, vt finiam, sacrarum etism litterarum monimentis est certissimum, rem fuisse antiquissimam, ferrum, & illud con- S uincit, quod Gen. 4. legimus. Sella vxor Lamech genuit Tubalcain, qui fuit malleator, & faber in cuncta opera æris, sc ferri. quem primo antiq. Iud. lib. cap. 4. artis ferrariæ præceptorem fuisse primum Iosephus scriptum reliquit. Rectè igitur nomine ... ferrum vult Aristoteles intelligi: neque obstat homini totius antiquitatis scientissimo, quod incautè Magius obiicit, & manifesta est coniectura, quod citatum ab Aristotele versum ex Homero sequitur alter versus,

T ... χαλκὸς ...

Edidit sonum, & resiliit ferrum, siue æs: non resiliisset vero à stanneis armis, quæ sunt molliores materiæ. Ergo pro metallo metallum accepit Homerus, vel stannes dixit, quæ stanno erant obducta, vt nos Itali dicimus imbrunita; & ego quomodo arma stannea esse possint, non video, quippe quæ, vt è molliore conflata materia facilius traiiciuntur, & contunduntur: ictibus ærea, V & ferrea commodissima fiunt, quæ tamen stanno inducontur, & poliuntur: & ex Aristotele tamen libro œconomicorum 2. Sciendum nummos ex stanno cusos à Dionysio Syracusano: idem Pollux eiusdem libri cap. 9. indicat, cum ex Dionysii testimonio scribit, stannum Siracusis argenti loco habitum. Neque Tzetzes errat, licet eum Magius errasse putet. Chalybe etiam scies adiungitur ferro ad efficacism exfionis, quem etiam aliquot locis Aquitaniæ, effodi notat exercit. 106. num. 1. Scaliger. ferrumque fortè vocant incolæ: Nam ex grauiore ferro dorsa fa- X bricant gladiorum, æs verò primum in Italia fusum tradit Cassiodor. cap. 15. lib. var. 7. com Pauf. lib. 3. cit. primum fuisse Theodorum Samium referat, qui ferrum fundere docuerit, & ex eo signa facere. Miror sanè ad nostrorum vsque Patrum memoriam, quo tempore sb Christophoro Columbo Ligure inuenta orbis noui Insula Hispaniola, nullum in ea fuisse vsum, aut noti- Z tiam ferri. Itaque ad scindendum vtebantur silice, & ex nostrorum hominum narrationibus vti, scimus Peruanos securibus æreis: quod legi 2. par. historiæ Perusnæ cap. 28. eius, quam scripsit Petrus Cietius Leo Hispalens. Varias autem ferri vtilitates eleganter, & breuiter Cassiod. 3. Var. cap. 25. recensuit, & cap. 18. lib. 7. cum de armorum scribit vsu.

Aliquot in Poëtica Aristot. emendati loci.

CAPVT XII.

PLERAQVE sunt in Aristot. Poëtica mendosa loca; quædam notauit Robort. alia Victorius, nonnulla Castelaetrius, postremo etism Riccobonus. Mihi hæc animaduersa manuscripti libri præsidio, vbi legitur. Συλλαβὴ δ' ἐστὶ φωνὴ ἄσημος συνθετὴ ἐξ ἀφώνου, καὶ φωνὴν ἔχοντος, καὶ γὰρ τὸ χ. ἄνευ τοῦ ἄλφα συλλαβή, καὶ μετὰ τὸ ἄλφα, οἷον τὸ χα. Syllaba est vox non significans conflata ex muto, & vocali: Nam planè mendum est, cum asserat, tam esse syllabam χ. quàm χα quod est absurdissimum: quia non potest syllaba ex duabus mutis, vel ex B muta, & semiuocali confici, quoniam enunciari non potest: syllabam autem, cum sit pars dictionis: enonciari est necesse: alioqui si syllabæ non enunciarentur singillatim per se, nec dictio ex syllabis composita simul posset enunciari: sic igitur legendum, non enim χ. sine à syllaba: mox ait Aristot. Coniunctio est vox non significans, quæ neque impedit, melius, neque mutilat, siue imminuit, Σύνδεσμος δ' ἐστὶ φωνὴ ἄσημος, ἣ οὔτε κωλύει, &c. ex vetusto etiam codice restituendum κωλύει, nam

C illa prior pulcherrimum videtur sensum Aristotelis corrumpere, quem efficit posterior: quatenus enim vocatur σύνδεσμος, vel coniunctio, posset aliquis suspicari, an coniungeret, seu interpellaret, & mutilam faceret, si tolleretur, vocem aliquam significantem, quæ ex pluribus vocibus, id est syllabis esset composita: Vox enim vna significans ex pluribus vocibus non significantibus, id est syllabis componitur: ait ergo coniunctionem, vt δὲ, δή, μὲν, γάρ, quæ nec mouit significationem vocis, aut conglutinat, nec efficit, paulò pòst πέφυκε καὶ δ' αὐτὴν restitue ex manu D scripto πέφυκε καθ' αὐτὸν ponitur per se: item paulò ante ἣν μὴ ἁρμόττει restitue ἣν non, quam, sed si, vt ἣν μὴ reddatur, nisi conueniat, id est, collocari aptè possit io principio. Nam coniunctiones hæ, μὲν, ἤτοι, δή, τοί, δαί.&c. semper in medio sermonis collocantur, vt ἐπει, ἀλλά, ὅπως in principio: Corruptus est item coonexus huic locus. Liber Mediceus corrigit, ipse etiam corrigendus, E sic enim legit optimè, si vnius, & litteræ, & accentus labeculam absterseris, legens pro σημαντικὴ δὲ, σύνθετος ἐκ πλειόνων μὲν φωνῶν μιᾶς, σημαντικὴ δὲ φωνή. Vox expers significationis ex pluribus quidem vocibus, sed significantibus vnam facit vocem. B exemplum etiam confirmat hanc emendationem τὸ ἀμφί, τὸ περὶ, καὶ τὰ ἄλλα. illa enim dictio quæ est qoidem ἄρθρον, sed ex pluribus, duabus scilicet vocibus significantibus, quę sunt ἀμφί, περί, καὶ τὰ ἄλλα, conficit vnam diuersam vocem significantem. Vbi F nota tres adferri ab Aristot. coniunctionis explicationes, vt triplicem illius vim aperiat. In sequenti etiam definitione ἄρθρον, καλῶς in καλῶν est mutandum: in qua diligenter inquirendum, quid sibi Aristoteles velit articuli exemplis propositis, φημί, περί, &c. quæ, quid sibi velint, iure se non perspicere confitetur Robortellus: mox in descriptione casus, vulgo πάθους, vel πάθουν legitur, cum legi debeat ex manu scriptis omnibus πτῶσις. Vbi Aristoteles nominis, & verbi ca- G sus esse dicit. mox οἷον, τὰ τὰ ὑποκριτὰ ex M.S. omnibus redde ὑποκριτικά. quæ lectio confirmatur loco Aristotelis de interpr. io quo tamen videtur sibi Aristoteles contrarius: hic enim sermonem de aliis generibus orationis ad Histrionicam referre videtur, quæ poëticæ inseruit, in libro verò de Interpretatione Poëtices, & Rhetorices id esse officium scribit, ait enim, ceteræ quidem igitur missæ fiant orationes; est enim cognitio magis propria Rhetoricæ, & Poëticæ. οἱ μὲν οὖν ἄλλοι ἀφείσθωσαν, ῥητορικῆς γὰρ ἢ ποιητικῆς οἰκειοτέρα ἡ σκέψις. Sed absit, vt à seipso dissentiat tan- H tus scriptor: Igitur dicendum, hoc orationis genus, quatenus scribitur, pertinere ad Poëticen, & Rhetoricen, quatenus verò pronunciatur, & exprimitur, ad Histrionicen, perquā magis elucet eiusmodi orationis vis, in qua inest vel precatio, vel mandatum, vel vetatio, vel detestatio cum gestu, atque ore exprimitur Histrionum, quàm si muta in libris legatur. Hoc dixit Aristoteles secundum rationem repræsentandi, id enim est κατὰ τὸ ὑποκριτικὸν tametsi quadamtenus, attinet ad Poëticen, & Rhetoricen, E vt profertur. Rursus non valdè longè ab hoc loco exemplum metaphoræ ex Homero producit.

Ἀπὸ ψυχὴν ἀρύσας τέμων ἀτειρει

id est, ferro animam auferens peremit, vulgò αἰρύσας. sed legendum ἀρύσας, & mox τὸ μὲν ἀρύσαι M. S. habet ψυχὴν ἀρύσας si legatur in Homero, vt in libro Poëticæ, M.S. habetur, & paulò pòst ἀρύσαι sanè vetustior erit traostatio, quia haurire ponitur pro perimere, vt 2. Aen.

Inimicus, & hauserit ensis.

Ælij Spart. & Lampridij loci ex Cic. imitati: vnus Cic. ex Eupoli expressus, alter in 2. Philip. emendatus.

CAPVT XIII.

NEMINIT in vita Pescennij Nigri Aelius Spart. epistolæ cuiusdam à A Seuero Imper. ad Rogonium Celsum missæ, in qua perditos mores, & lasciuiam militum ipsius, corruptamque exercitus disciplinam acerbius increpat: eius hæc hæc verba sunt maxime illustria. Milites tui vagantur Tribuni medio die lauant, pro Tricliniis popinas habent, pro cubiculis meritoria, quæ sanè mihi scripta esse videntur ad eius Cic. loci B imitationem, qui est 2. in M. Antonium Philipp. quo in eius luxum maximus orator acerbissimè inuehitur: huius in ædibus pro cubiculis stabula, pro tricliniis popinæ sunt: quod eo magis adducor, vt credam, quia Imperatorem hunc doctissimum fuisse litterarum studiis Historici scribunt, & Mathematicas omnes disciplinas tenuisse, eximiumque oratorem, ac Philosophum fuisse. Idem Cicero vt in Clodium dixit pro domo sua, hoc tu pro scriptore, pro consiliario, hoc C ministro omnium non bipedum solum, sed etiam quadrupedum immanissimo, Rempublicam perdidisti; sic & Lampridius inducit Alex. Cæsarem dicentem: Nuper certè, Patres, meministis, cum ille omnium non solum bipedum, sed etiam quadrupedum spurcissimus, id est Heliogabalus, Antonini nomen præseferret. Rursus 3. de orat. lib. Cicer. Quid Pericles inquit, de eius dicendi copia sic accepimus, vt cum contra voluntatem Athenienfium loqueretur pro salute patriæ, seuerius tamen id ipsum, quod ille con- D tra populares homines diceret, populare omnibus, & iucundū videretur, cuius in labris veteres comici, etiam cum illi maledicerent, quod tum Atheuis fieri licetet, leporem habitasse dixerunt, tantamq; in eo vim fuisse, vt in eorum mētibus,

qui audiissent, quasi aculeos quosdam relinqueret. Eupolin Comicum expressit sic loquentem in Δήμοις. A id ipsemet Cicero in Bruto sic loquens, indicat. Non, quemadmodum de Pericle
E scripsit Eupolis, cum delectatione aculeos etiam relinqueret in animis eorum, à quibus esset auditus: alibique repetit Plin. lib. 1. epist. ad Corn. Tacitum. Primum versiculum ita citat. B Quintil. lib. 2. cap. 16. Isocratem refert comprehendisse finem artis, cum diceret Rhetoricen persuadendi opificem; id. πειθοῦς δημιουργόν. neque enim mihi persuaserim eadem vti declaratione, qua Ennius M. Cethegum suadæ medullam vocat: eandem Periclis laudem Demonacti Philosopho Cyprio in eius vita Lucianus attribuit hoc
F sermone 10. Hæc omnia cum lepore, & Venere ipsa, & faciebat, & dicebat, vt semper illud ei comicum conueniret, suadelam in labris ipsius sessitauisse. Quod verò prioris loci primis verbis de Pericle commemorat Cicero, vt cum contra populares diceret, maximè popularis ipse videretur, in eo summam est commendationem assequutus. Sic enim de eo Plin. lib. 7. Natur. hist. cap. 30. Te dicente legem Agrariam, hoc est alimenta sua, abdicauerunt Tribus, te suadente,
G Roscio Theatralis auctori legis ignouerunt, notatasq; discrimine sedes æquo animo tulerunt, te orante proscriptorum liberos honores petere puduit, quod & Cicero suo testimonio in L. Pisonem confirmat; & Plutarch. in Cicerone. Idem Cicer. 2. in M. Antonium inuectiua sic. Venisti è Gallia ad quæsturam petendam; aude dicere prius ad Patrem tuum venisse, quàm ad me. In quibus verbis magnum inest, meo iudicio, men-
H dum. Non possum intelligere, quem hic Antonij Patrem voceret: quidam imperitissimè C. Cæsarem, qui postea Dictator fuit, accipiunt; sed is bellum gerebat in Gallia, vnde nuper discesserat Antonius. Nec M. Antonius Creticus intelligi potest, à quo moriente puerulus fuerat relictus. Non L. Lentulus Vitricus; nam eum in carcere Consul Cicero strangularat: & in hac tamen scriptura mendosissima codices omnes, quos quidem mihi legere contigit, legi autem plurimos, consentiunt. Itaque existimo Parentem tuum pro Patrem tuum legi debere, vt M.
I Antonij matrem intelligamus: ea erat Iulia lectissima fœmina: nisi ita dicamus, hærendum est in hoc scopulo, & cum Mediolani hoc ipsum cum Paulo Manutio communicanissem, ipse respondit, omnino sibi ita videri.



Cor esse Deo præcipuè sacrandum vetusto Persarum & aliarum Gentium more, & scriptorum opinione.

CAPVT XIV.

Lex Genti Iudæorum à Mose, Deo mandante, perscripta eum præsertim cultum, qui extrinsecus elucebat in ratione ceremoniarum; Deo ipsi adhibendum ostendebat. Huius absolutio doctrina Christi, lex scilicet noua in orbem illata terrarum animi, mentisq; functiones maximè deposcit, & id religionis, ac pietatis genus, quod animis præcipuè continetur: quamobrem offerre cor Deo, animumque sacrare præ ceteris iubemur. Id quod intellexisse Persas Gentem alioqui barbaram, & à vero Dei cultu abhorrentem, immo exteriori etiam fecisse ritu Strabo demonstrat libro 15. cum de Ipsorum in operando ratione ita scribit, eum Magus (erat sacrificulus Persarum) membratim carnes diuiserit in singulos, abeunt nulla relicta Diis parte, quòd affirment nulla egere Deum hostia, præterquam animæ: & quidem mox caussa redditur, cur id faciant. Idipsum vsurpare in suis sacrificiis ex Atma prouincia Indos narrat prima parte historiæ Peruanæ: capit. 19. & 56. Petrus Cretius Leo, cum vorato reliquo corpore hostium bello captorum malo Dæmoni Cor offerunt. Id si, quemadmodum lingua fatebantur illi, & ceremonia significabant isti, reapse præstitissent, nae cum illis actum fuisset optimè. De eo multa præclarè Philo libro περὶ φυτουργίας. Præclarè Eubulus Comicus in se male Dionysium fingit de mortalibus conquerentem. Quod sanguinem sibi, vesicamque sacrificent, cordis autem ne superficiem quidem, sic lib. Strom. 7. Clem. Alexan. A ante dixerat omnino verè, & sanctè. Nullius igitur indiget Deus, nec voluptate capitur, nec est lucri, aut pecuniæ cupidus, cum plenus sit, & cuilibet, quod ortum est, & egens, omnia præbeat: neque sacrificiis, nec donariis, nec gloria, atque honore Deus inuocatur, seu placatur, nec eiusmodi aliis rebus allicitur, sed solum viris honestis, ac bonis apparet, qui iustum nunquam prodiderunt vel propter intentatum metum, vel propter promissa magnifica: & in eandem sententiam pleraq; dignissima, quæ legantur, & cogitentur attentissimè. Atque hæc caussa est, cur Plato in Alcibiade 2. scribat, graue enim quid foret, si ad dona, & ad sacrificia nostra respiciant Dij, non autem ad animum. B Idem Xenophon ἀπομνημον lib. 1. nec dissimile quod mouet Schol. in 1. Iliad. Hom. lib. ad illud carmen,

Μίκτοιτε λοιβῆς ἠδὲ κνίσης τύχοντες αἰγῶν τελείων.

Hac oratione delectari magis Deos propriis hymnis, quàm sacrificiis, nam internæ magis

nobis sunt laudes, quàm victimæ. C quod argu-
F mentum sapienter Poëtæ, in eo magis Philoso-
phi, quàm Poëtæ, pertractarunt. Martialis Epi-
grammatum scriptor lib.10. epig.73.

Non quacunque manu victima cæsa litat.

Quòd videlicet animum numen inspiciat, non
rem ipsam, propterea in eo præcesserat.

Vilior hæc nobis alio mittente fuisset.

Ideoque Euripides dixit, Diuis, qui parua sacri-
ficant, esse religiosiores iis, qui Boues ipsis ma-
ctent. D Conuenit cum Martiali siue Sabinus,
G siue Ouidius, siue neuter in epistol. Acontij ad
Cydippen.

Non boue mactato cælestia numina gaudent,
Sed quæ præstanda est, & sine teste fide.

Ouid.eleg.41. de Ponto.

Vt desint vires, tamen est laudanda voluntas,
Hac ego contentos auguror esse Deos.
Hæc facit, vt veniat Pauper quoque gratus ad aram,
Et placeat cæso non minus agna boue.

Hæc nimirum causa, cur Deos cecinerint veteres
H Poëtæ coli, ac placari pura conscientia, & quære-
re non quantam, aut quàm numerosam victi-
mam adferas, sed vt te sistas manu immuni, id
est munda à scelere. Horat. oda 17. lib.2.

Reddere victimas, Ædemq; votiuam memento,
Nos humilem feriemus agnam.

Et tota Oda 23. lib.3. rursus Ouid.2.Fast.

Pietas pro diuite grata est,
Munere, non auidos Styx habet vna Deos.

Rursus:

Nec quæ de parua pauper Diis libat acerra,
I *Thura minus grandi quàm data lance valent.*
Agnaq; tam lactens, quàm gramine pasta Falisco,
Victima Tarpeios inficit icta focos.

Tibullus item lib.1. eleg.1.

Vos quoque felicis quondam, nunc pauperis agri,
Custodes fertis munera vestra lares.

Et alibi id lib.4. ad Mesallam.

Paruaq; cælestes pacauit mica, nec illis
Semper inaurato Taurus cadit hostia cornu.

Et disertis verbis Cato paruus.

K *Si Deus est animus, nobis vt carmina dicunt*
Hic tibi præcipuè sit pura mente colendus.

Et Persius Satyra 2.

Quin damus superis de magna quod dare lance
Non possit magni Mesallæ lippa propago,
Compositum ius, fasq; animi, sanctosq; recessus
Mentis, & incoctum generoso pectus honesto,
Hoc cedo, admoueam templis, & farre litabo.

L Iure itaque Plautus Rudente inducit Arcturum
prologo sic proloquentem.

Atq; hoc in animum scelesti inducunt suum,
Iouem se placare posse omnibus hostiis,
Et operam, & sumptum perdunt; atque id
Ideo fit, quia nihil ei est acceptum à periuris,
Supplicij facilius pius à Diis supplicans,
Quam qui scelestus est, inueniet veniam sibi.

Hinc Alcib.2. Socrates narrat quærentibus cau-
M sam Atheniensibus, cur à Lacedæmoniis vince-
rentur, Vatem respondisse, plus Acclamatio-
nem sibi placere Lacedæmoniorum quàm sacra
omnium Græcorum. Acclamationem preces in-
telligebat puras, & iustas. E Sic enim & Zaleu-
cus proœmio legum apud Stob. serm.42. Cum
Deos esse colendos dixisset, Vnumquemq; stu-
dere, inquit, oportere, vt ita comparet animum
suum, purus vt sit ab omnibus vitiis; neque enim
colitur Deus ab impuro homine, neq; placatur
sumtibus, aut capitur tragicis spectaculis prauo-
rum hominum instar, sed virtute, & instituto a-
ctionum honestarum ac iustarum. quomodo e-
tiam Charondas dixit, Cum nemine, qui sit in- N
iustus, communicare Deum: nemo malus Deo
carus F ex eo etiam Plin. in Paneg. ad Traianum
Cæsarem. Animaduerto enim etiam Deos ipsos,
inquit, non tam accuratis adorantium precibus,
quàm innocentia, & sanctitate lætari, gratiorem-
que existimari, qui delubris eorum puram, ca-
stamq; mentem, quàm qui meditatum carmen
intulerit: Nostra scilicet dona prodesse Deo nil
possunt, quæ τιμὴ, γέρα, & χάρις dicuntur, vt ait
Platonis Euthyphro. Quod egregiè Censorinus
de die Natali in proœmio attigit. Idipsum ad Ni- O
coclem Socrates, cum eum fuisset cohortatus, vt
suorum exemplo maiorum Deos coleret, præ-
scribit; subiecit tamen, existima verò hoc esse o-
ptimum sacrificium, & maximum cultum, si te
quam optimum, atque iustissimum exhibeas.
Vt Plato Theæteto. Deus nusquam nequa-
quam iniustus est, sed vsquequaque iustissimus;
& ipsi nihil est similius, quàm cum quispiam no-
strum quam iustissimus est. Quomodo etiam P
Caius Cestius apud Tacitum lib.3. Annal. disse-
rit Principes quidem instar Deorum esse, sed ne-
que à Diis, nisi iustas preces supplicum audiri. &
verè Isæus, puto maximum sacrificium esse quo-
tidie se, vitamque suam mundam, ac modestam
præstare. Quamobrem præclarè Alex. Clem. eo-
dem Stromat. lib. scripsit. Maximè enim diuina,
ac Deo similis statua est viri iusti anima, in qua
præceptorum obedientia ædificatur, & colloca-
tur rerum omnium mortalium, & immortalium
Dux, rexq; & genitor bonorum omnium, quod
item grauiter, & eleganter attigit lib.1. falsa re-
lig. cap.20. Lact. Firm. His consentaneè Cicero 2.
lib. de leg. Castè iubet lex adire Deos, animo sci-
licet, in quo sunt omnia, casto, & puro. Christus
hoc maximè docuit Euangelio suo: Nam Ioan. 4. Q
præcipuè animo Deum adorandum Samarita-
næ mulieri aperuit. Itaque vanus sim ego, si testi-
monia velim ex nouo, atque veteri instrumento
proferre, quæ penè sunt innumerabilia, hoc pie-
tatis genus animo inclusum præscribentia, & ce-
lebrantia. Nihil enim, vt ait Firm. Lactant. cap.1.
lib.6. sancta, & singularis illa Maiestas ab homi-
ne desiderat, quàm solam innocentiam, quam si
quis obtulerit Deo satis piè, satis religiosè lita- R
uit. & cap.2. Merito Persius huiuscemodi super-
stitiones suo more deridet; Sat.2.

quan-

——quanta mercede Deorum,
Emeris auriculas pulmone, & lactibus vnctis

sentiebat videlicet non carne opus esse ad placandam cœlestem Maiestatem, sed mente sancta, & iusto animo, & pectore, vt ipse ait, quod naturali sit honestate generosum. de quo & cap. 55. copiosè. quò refertur, quod obseruauit in collect.
E apud Io. Stob. 9. Damascenus Nicolaus, apud quandam Indicam nationem rei sacræ præesse sapientissimum, non autē sacrificantem, nec aliud poscere Deos, quàm Iustitiam. Hoc imitatus Iouinianus Pontanus sui charontis initio, qui Dialogus multa continet, quæ iure debeant reprehendi: eorum ergò beneuolentiam, inquit, scilicet Diuorum, nō thure, & extis magis, quàm rectè agendo, prudenter consulendo, iustè imperando conciliare studebam mihi, ait Aeacus: Cui Minos respondet, Deorum profectò est.
F Deorum, vt dicis, ista benignitas, quos non hœdorum sanguis, aut frugum primitiæ placatos faciunt, sed innocentia, veritas, castitas, fides, cōtinentia, quæ sunt illorum munera, quibus qui vtantur, iis consilia ipsi sua aperiunt, seque inspiciendos præbent. At tametsi qui veri erant Dei scientes Iudæi pecudum sacrificiis numen adorarent, adorabant tamē etiam mente, quamquam non sola, vt malè Tacitus lib. 3. Annalium: & Dio in Pompeio, crediderunt: sic Prou. 23. Præbe, fili mi, cor tuum mihi: & 6. Deut. Diliges Dominum Deum ex toto corde tuo. Non inuoluendum silentio Stilponis quod narrat somnium Plut. lib. de profectu in virtutibus, & ex Chrysippo Athen. lib. 7. cap. 8. qui explicatius declarat. In somnis ille sibi visus fuit videre, & audire Neptunum secum expostulantem, quòd ei bouem non immolasset, vt mos erat sacerdotum, se nihil
G territum respondere, quasi puer de me quereris, quòd pecuniam fœnore nō acceperim, vt vrbem nidore complerem, sed pro rei meæ tenuitate sacrum tibi operatus fuerim: quo responso delectatum Neptunum subiisse, eique porrecta dextra pollicitum copiam imbrium Megarensibus eius ipsius gratia concessurum: videlicet non quid, sed quo animo facias numen inspicit. Benè sanct. Greg. Dominus cor, & non substantiam pensat, nec perpendit quantum in eius sacrificio, sed ex quanto proferatur: & lib. Mor. 12. Corda pensare Deum scribit, non opera, cap. 20.

Persimilis Græcorum atque Italorum phrasis, Xenophon à Socrate in prælio conseruatus.

CAPVT XV.

A ARISTOTELES libr. ethic. ad Nicomachum 9. cap. si latinorum sectiones sequamur 7. Id quod beneficio affectum fuit, beneficorum opus esse scribit, beneficiatum, & benefactorem barbari nominant. *A* scilicet, vt tamquam opera sua, eos in quos ipsi benefici fuerunt, ament; hoc verbum summus in Theologorum Schola Magister S. Thomas 2. p. sui vol. 2. de Re Theologica q. 26. art. 12. explicans: vnde consueuit, inquit, dici de aliquo, iste est factum illius, quæ verba ad eum morum spectant, quem nos vernacula sermone retinemus, vt cum aliquem diu sub alte- B
rius disciplina, siue in obsequio vixisse, aut ope, ac studio ad honores euectum fuisse, volumus indicare, dicamus, che egli è creatura del tale, è tale. Quod de Aulicis, & Cardinalibus crebro vsurpamus: ita Campanus 4. epist. lib. Barbarè factorem suum vocat Pium 2. Pont. Max. à quo is Episcopus factus, & magnis, ac multis fuerat beneficiis ornatus, ἔργον Arist. dicit, facturam barbarè Sanct. Thomas; quæ loquendi ratio etiam C
apud Platonem reperitur, 1. de Repub. lib. Vbi Socratem admirantem, qui fieret, vt Celaphus immodicè suas opes non amaret, quas magno labore adquisiuisset: vbi pecunias vocat ἔργον eorum, qui eas lucrati sunt, quem locum placuisse Aristoteli constat, cum & in 4. suum librum ethicum & in 9. transtulerit auctoris, ac Magistri suo tacito nomine: verba sunt Platonis, qui vacant pecuniis corrogandis eas curant, vt suum opus. *B* & in Symp. apud eundem fatetur Dio- D
tima, eos post se filios Homerum, & Hesiodum reliquisse, qui immortalem ipsis gloriam pepererunt, hoc est carminum libros: ne igitur mirere, si suum quisque germen suapte natura habet in honore; alia vtens metaphora germinis: *C* simile, quod Seneca ep. ad Lucilium 34. scripsit. si agricolam arbor ad fructum producta delectat, si pastor ex fetu gregis sui capit voluptatē, si alumnum suum nemo aliter intuetur, quam vt adolescentiam illius suam iudicet, quid euenire credis iis, qui ingenia educauerunt, adulta subi- E
to vident? assero te mihi, meum opus es. Minimè miror Xenophontem tam multa in aureo illo volumine, ἀπομνημ. & in Apologia scripsisse de Socrate, eumque ab iniuriis, & calumniis vendicare, conari, quando si gratus ipsi vellet esse, debuit ei, præ cæteris Socratis Auditoribus, hic labor incumbere; vt qui Socratis beneficio non animi ornamenta solum, verum etiam vitam, libertatemque retineret: Nam eo prælio, quo ad Delium in Tanagræorum finibus, vt Pausanias F
narrat lib. 1. hoc est in Atticis, A Macedonibus, vt opinor, fusi, fugatique Athenienses fuerunt, lapsum equo Xenophontem sublatum humeris è periculo Socrates eripuerat: Auctor est in Socrate libr. 5. Laert. Diog. quam rem longè clarior Strabonis narratio confirmat libr. Geograph. 9. & ille quidem belli causam opponit Amphipolim, & simpliciter sublatū à Socrate Xenophontem narrat: hic autem etiam quo ordine esset vterque in excercitu, & quàm longa via hunc ille humeris gestauit, non obscurè significat. Ab vtroque tamen Athenæus lib. 5. cap. 12. dissentit,

H negans eo prælio Socratem militasse : consentit
tamen Lucianus oratione 2. ἀληθοῦς ἱστορίας. sic scri-
bens, in Elysiis campis, fortiter se gessit, & Socra-
tes in dextro cornu constitutus, quàm cum ad-
huc apud Delium pugnaret. D vt & Plutarchus,
qui altero aduersus Epicureum Colotem lib.
eorum meminit, quæ Socrates ad Delium, &
Potidæam armatus gessit. sed quid hos produ-
co ? cum ipsemet Socrates ita loquatur apud
Platonem in Apologia. Magno me, ò viri Athe-
nienses, scelere obligarem, si quem locũ, in quo
me illi statuerant, quos præfeceratis mihi Duces,
& in Potidæa, & in Amphipoli, & ad Delium. Et
in Lachete, atque Lysimachi patrem, inquit, in
pugna ad Delium cessisse, & terga vertisse.

In Poemate, atq; oratione plus verba, quàm sententias valere Aristotelis opinione.

CAPVT XVI.

PLVS ne virium habeant in soluta, &
vincta oratione sententiæ, an verba,
dubitari iure potest; nam sine sen-
A tentiis inanis est, & vana omnis ora-
tio ; & sententiæ quantumuis licet optimè ex-
cogitatæ & collocatæ sine aptis verbis non mo-
uent, non persuadent, non oblectant, aut certè
parum: cum dico sententias, & verba, intelligo
διάνοιαν. & ἑρμηνείαν; sic enim in Poetica vocat A-
ristoteles, qui fert pro verbis sententiam in pede-
stri oratione, id est, pro λέξιν vt in suis vocat Rhe-
toricis, sic vt plus possit in continua oratione
B λέξις ἄνευ διανοίας, quàm διάνοια apta. & benè com-
posita sine ornata dictione: quod tamen non ex
rei natura oriri, sed propter improbitatem re-
rum publ. & huius ipsius habendum esse curam:
non vt rei consentaneæ, sed vt necessariæ: διὰ τὴν
μοχθηρίαν τῶν πολιτειῶν: eiusque ἐπιμέλειαν ποιητέον,
οὐχ ὡς ὀρθῶς ἔχοντος, ἀλλ' ὡς ἀναγκαίου. quæ enim ora-
tiones scribuntur plus valent propter dictionẽ,
quàm propter sententiam, vt 3. libr. Rhetorico-
rum. atque hoc, ratio eius est, quod ante scripse-
rat, eos redire victores, qui hanc præ cæteris fue-
rint consecuti vim, & præstantiam ornatè poli-
teque dicendi, versando s. περὶ λέξιν, quod qui fa-
C cere maximè valent, præmia noua consequun-
tur; quod enim addit, vt & oratores, qui actione
excellunt, puto eò pertinere, quod video non
animaduertisse Victorium, vt præstantiam scri-
ptæ orationis peti velit ex elocutione, non sola
tamen, sed etiam vt dicitur, & recitatur, ex actio-
ne videlicet, cui tam multum Demosthenes at-
tribuit, vt ei primas, secundas, tertias daret; qua-
D re eodem 3. lib. habet hæc verba. Poetæ, qui res
vanas dixerunt propter dictionem visi sunt hanc
sibi laudem comparauisse. ἐπεὶ οἱ ποιηταὶ λέγοντες εὐήθη
διὰ τὴν λέξιν ἐδόκουν πορίσασθαι τὴν δὲ τὴν δόξαν. Probat
etiam hoc signo, quod Poetæ fuerint primi, qui
se ad hoc studium conuerterunt orationes po-
liendæ, & conformandæ: quod sibi propositam
haberent imitationem, tamquam finem, ad
quam plurimum nomina conferunt; quoniam
suapte natura quædam sunt imitationes, vt Pla-
to etiam docuit in Cratylo, præsertim cum voce
pronuntiantur: quæ est vt ibi notat Aristoteles,
omnium artium nostri corporis maximè ido-
nea ad imitandum, πάντων μιμητικώτατον τῶν μορίων
ἡμῶν. & cui primas in hac re Cic. 3. de oratore assi-
gnat: nomina enim imitationes sunt. B Idem E
videtur de Poetica oratione sensua fuisse Aristo-
telis, certè de Epopoeia non ambigerem: In tra-
gœdia, & Comedia μῦθον, id est, fabulæ, & συ-
στάσει πραγμάτων, id est, constitutioni rerum
quam esse tamquam Tragœdiæ animam οἷον ψυ-
χὴν docet, primas & principes partes attribuit
Aristoteles in Poet. cuius verba ita sunt explican-
da, ne aduersentur verbis ex tertio eius Rhetori- F
co libro productis, vt fabula artificiosè, & orna-
tè scripta, & recitata intelligatur: cum Aristotele
consentit Cicer. libris de orat. & in orat. ad M.
Brutum. & Dion. Halicar. περὶ συνθέσεως ὀνομάτων.
dicens, οὐδὲν ὄφελος εἶναι διανοίας χρηστῆς, εἰ μή τις αὐτῇ
κόσμον ἀποδώσει καλῆς ἑρμηνείας. nihil efficere, aut iu-
uare sententias electas, nisi accesserit politæ di-
ctionis ornamentum. G

Aristotelis loca duo parum à Gaza animaduersa, & à Gesnero; Geopon. alter locus contra nonnullorum translationem emendatus.

CAPVT XVII.

QVAE sic Aristoteles 3. de Historia a-
nimalium, cap. 21. scribit A ea lati-
na fecit hoc modo Theod. Gaza: G
nonnulla etiam flatuosa pastu exhi-
bita copiam efficiunt lactis, vt fabæ largius datæ
ouibus, capris, bobus, capellis; faciunt enim, vt
vbera demittantur ; iudicium autem futuræ
copiæ lactis, cum ante partum vbera spe-
ctant deorsum. Hic Gaza vim illorum ver-
borum καὶ κυάμων πλῆθος ὀλίγον non videtur as-
secutus; & moneri tamen poterat Alberti Ma-
gni verbis, qui 3. de Animalib. lib. tract. 2. cap. vlti-
mo, quasi digito hunc Aristotelis locum desi-
gnat. Adhuc autem inflatiua pascuorum quæ-
dam lac multiplicant, vt faba, & lupini, quæ con- H
ueniunt vaccæ, & capræ. Signum autem multitu-
dinis lactis est declinatio vberis ad inferius ante
partum, non enim dicit Philosophus copia vale-
re fabam ad multum lactis efficiendum, sed na-
tura, quod sit φυσώδης, id est, flatuosa, & adeò fla-
tuosa, vt vel parua copia fabarum ouibus data,
&c. in ipsis copiam lactis gignat, quod scilicet
flatu abundet, & inflationem creet. Idem Gaza
hæc Arist. 5. de hist. animal. lib. cap. 2. verba. B sic
enim ex Aldina filij impressione lego. Ita côuer- I
tit: Feles nô parte posteriore se ineunt. sed mas

ftat, fœmina fubiacet. funt porrò in eo genere fœminæ ipfę natura libidinofę, & falaces. Itaque Mares ad coitum ipfæ frequenter alliciunt, inuitant, coguut, puniunt etiam, nifi pareant. legit verò, vt nunc legitur in Codice Bafilienfi καὶ συνόντας κολάζειν, vifus eft fibi Gaza verbo alliciendi
K non affequutus vim verbi προσάγειν, nifi alia duo addidiffet de fuo, inuitant, cogūt. Quidam in magno fuo de quadrupedibus volumine fufpicatur effe legendum ὀκλάζειν, quod ingeniculare dicunt, qui latinè loqui volunt: quoniam inter coeundum in terra fe fubiiciunt. & Gulielmus Budæus in vtriufque linguæ commentario ὀκλάζειν effe propriū fcribit iumētorum in crura incumbentium, vt facilè attribui poffit Felibus genua flectentibus. Ac Plin. quidem lib. 10. c. 63.
L Feles coire tradit mare ftante, fœmina fubiacēte. quod tamen nihil iuuāt iftius fufpicionem: quando etiam quæ fubiacent in coitu animalia, vt Canes, Vaccę, Afinę, (quę, non tamen ὀκλάζειν) benè ergò codex Manutij Aldinus habet κνίζειν vel κλάζειν, nam idem vtrumque fignificat, id eft, clamant; quod experientia eft compertū; cauffa eft clamoris, tum quod maris retinētis vnguib. pungantur fœminæ, tum maximè quod femen immiffum eft calidifsimum. Tertiò, fi verum eft, quod mihi retulerunt quidam, quia penis Cati
M eft afper, ideoq; affricatione Catæ vuluam lancinat: quæ tamen ratio effet vera, vt & prima, fi fœmina tantum clamaret; fed clamat etiam mas indens. Illa verò cauffa eft, vt ab Ariftotele diffentiat Aelianus c. 27. li. 6. de Animal. cum fcribit à Fele fœmina maris cōfuetudinē vitari, quòd hic femen emittat penè igneum, & genitale fœminę
N adurens. Aliud verò eft, quod Arabum Turiomoro, id eft, Capromontano Albertus lib. de Animal. 5. tract. 1. ca. 2. attribuit, clamare eum tempore ad congreffum apro mares ad ipfum coitū innitando; tametfi citatus auctor magni volum. non videtur intellexiffe: qui, quod Ariftoteles dedit Feli, putat Albertum dediffe Capro. Hæc etiam in Geopon: verba Florentini c. 6. l. 19. malè conuerfa à Iano Cornario, nullum enim fua conuerfione fenfum effecit. Hordeum autem fupra hoc, quod pinguefacit, etiam ad generatio-
O nem indifferens animal facit. αἱ δὲ κριθαὶ πρὸς τὸ πιαίνειν καὶ κατὰ τὴν γέννησιν οὐ διαφορεῖν ποιοῦσι τὰ ζῶα. Andreas Lacuna fenfum quidem exprimit fua translatione, is tamen parum eft aptus. Neque enim, inquit, faginantur fues, vt facilius pariant. Cum porius diuerfum cōtingat, vt & difficilius pariant, & penuriam etiam lactis patiantur, quæ pinguiores funt animantes; vt de porcis fcribit Plin. l. 8. c. fed vnius vocis mutatio dilucidiorem efficiet totam hanc orationem. legendum enim prò γέννησιν, id eft, generationē, γεῦσιν, id eft, guftū,
P & faporem. Hordeum valet non ad faginandum modò, fed etiā vt gratioris, fiue iucundioris fint guftus fues, vt οὐ διαφορεῖν fignificet excellere. & præftare: Nam & διάφορος præftans eft, & excellēs.

Tametfi non ignoro apud veteres bonos auctores longè aliud fignificare διαφορεῖν: aut verò in Geoponicis multa nouata reperiuntur, inufitata multa, & barbara, quod ea ex parum eleganti. bus auctorib. concinnata funt, hoc eft, pofterioribus, cum iam Græcæ linguæ nitor defloruiffet. & noftræ quidē huic emendationi lib. 2. de re ruft. c. 4. fuffragatur Varro, cum ita fcribit; Hoc pecus alitur maximè glande, deinde faba, & bordeo, & certo frumento, quę res non modò pinguetudinē efficiunt, fed etiam carnis iucundum faporē.

Solo metro Poëta non efficitur. Dialogus in Poëtico genere adnumerandus.

CAPVT XVIII.

POETAM metro non effici, fed argumento, Ariftotelis videtur effe fententia, lib. fuæ Poëticæ. Si enim, inquit, des metrum Herodoti hiftorię æquè erit hiftoria, atq; nunc liberè fcripta. Neq; Empedocles eft Poëta, fed Phyfiologus: quare Poëta erit pedeftri fcribens oratione abfq; metro, fi imitetur, & fingat. Ei videtur aduerfari Marcellinus, qui in Thucydide quofdam referiens, qui in numero Poëtarū Thucydidem cenfebant propter vfum, & frequētiam dictionum, ac translationum Poëticarum, eo ipfo pro Poëta non effe habendum confirmat, quia metro vfus non eft; διὰ γὰρ τὸ ὑψηλὸν ὁ Θουκυδίδης, καὶ ποιητικαῖς πολλάκις ἐχρήσατο λέξεσι, καὶ μεταφοραῖς τισί. propter grande genus dicendi Thucydides multas vfurpauit fæpè dictiones Poëticas, & metaphoras quafdā. De tota verò ipfius hiftoria aufi quidā decernere, ipfam hiftorię formā nō pertinere ad Rhetoricā fed ad Poëticā; hinc conftat, quod non incurrit in vllum carmen: quod fi quis repugnet nobis, quoniam pedeftris oratio non eft omninò propria Rhetori, vt neq; Platonis Dialogi, dicimus hiftoriam capitibus diuifam effe. Huic 2. fuæ Poëticę lib. 2. c. Scaliger confentit, tum quia in albo Poëtarum Empedoclem reponit, Lucretium, Aratum, Nicandrum, Theognidem, Lucanum, & fimiles, qui abfque imitatione, aut non magna cœleftia, naturalia, moralia verfu tractarunt. Deinde quoniam putat initio Poëtas non à fingēdo, quia fictis vterentur, & fabularentur, fed à faciendo verfu nuncupatos. Tertiò, quoniam exiftimat Ariftotelem acrius, quàm decebat, eeufuiffe, cum verficatores à Poëtæ nomine fubmouit. Sunt autem verficatores, qui carmen pangunt abfque fabula, aut imitatione. Ac fanè aduerfatur communi mortalium notioni appellantium, & habentium pro Poëtis eos, qui carmina etiam in rebus veris abfque imitatione fingunt. Doctus vir Franc. Robert. ita colligit in Poëtica Ariftot. vt hunc nodum diffoluat. Poëfis aliquando eft tamquam quoddam fimplex, ali- A B C D

quando tamquam quoddam compositum, seu
E cõflatum ex pluribus. si simplex, ex imitatione,
non ex metro poësim constituit; quoniam imitatio separatum genus facit, non metrum: maxima enim vis ipsius est in imitatione: si conflatum ex vtroque, etiam Poësis oritur, quod mihi non λῦσαι θυμῷ: ex quo enim poësis est cõflatum quid, non modo ex his duobus potest cõflatum dici, sed ex variis etiam generibus metrorum, vt de Hippocentauro Chæremonis tradit in Poët. Arist. appellans μικτὴν ῥαψῳδίαν ἐξ ἁπάντων τῶν μέ-
F τρων. mistã compositionẽ, siue futurã ex omnib. carminibus; si quis, quid sentiam, ex me quærat, ego pro perfecto habeo Poëtam, qui vtrumq; faciat, & imitans, & versus pangens: quòd si quis imitatur, nec versum facit, hic plenus nõ est Poëta, quemadmodum neq; is, qui versum facit, nihil imitans: in hoc posteriore ordine Parmenidẽ statuo, Empedoclẽ, Phocylidem, Theognidem, Lucretiũ, & similes; In priore Dialogorum scri-
G ptores, vt Platonẽ, Xenophontẽ, Lucianũ, Ciceronẽ, Pontanum, quem etiam fuisse viri doctissimi, & omni scientiarum genere cultissimi Iacobi Mazzonij, sensum gauisus sum, cum legi multis post annis, quàm hęc scripserã, summariũ quod appellat, siue eius deductionẽ defensionis Comœdiæ Dantis, quam Italicè edidit ingeniosissimã & eruditissimã: quamobrem Robertello non longè ab initio Poët. Arist. assentior, cũ post Sophronis, & Xenarchi Mimos τοὺς Σωκρατικοὺς λόγους, Arist. nominat, Dialogos intelligit: nõ quòd primus eam rationẽ scribendi inuexerit Socra-
H tes, qui tamen poëmata scripsit: Primus enim Alexamenes Teius dialogos scripsit, vt apud Athenæum testatur Arist. l.11.c.21. in libro de Poëtis, ita scribit Arist. igitur nec adstrictos metris, qui vocãtur Sophronis, mimos, dicamus esse sermones, & imitationes: vel Alexamenis Teij primos ab eo scriptos Dialogos Socraticos. sed quoniã imitantur: & in hoc genere præ cæteris Socrates
I præstitit: vnde & ab eo nomen acceperunt. Ergo dialogi, quia imitantur, genus sunt poeseos, & quidẽ sub Epico reponendum. Aliàs, auctore in Poet. Arist. Nihil haberemus commune, quo nominaremus Sophronis, & Xenarchi mimos, & sermones Socraticos. Nisi Epopeia fieret etiã sine metro: ex quo Plutar. lib. 7. c. 8. symp. narrat. Platonis Dialogos à pueris consueuisse recitari, vt ab histrionibus Tragœdias. Quod genus scriptionis nimium abiecit humi Lucianus, neq; in eo se Mimum solummodo præstitit, sed etiam Momum: quod ipse tamen excusare videtur in
K dialogo πρὸς τὸν εἰπόντα προμηθεὺς εἶ. Crates etiam Atheniensis primus fabulas liberè scripsit, hoc est, metrorum vinculo solutas, prorsa oratione comœdias exhibens: Non displicet Mazzonij coniectura sic suspicantis partim prorsa oratione, partim versu scriptos mimos, instar Martiani Capellæ & consolationis Seuer. Boethij.

Quam variè mens animi sit oculus veterum opinione sapientium, & Philonis Hebræi verbis declaratum.

CAPVT XIX.

ILLA vnum proportione dicuntur, quæ inter se comparantur, vt aliud A
ad aliud, sic Arist. 4. li. Metaph. κατὰ ἀναλογίαν, vnum dicuntur, vt verba eius proferam; ὅσα ἔχει, ὡς ἄλλο πρὸς ἄλλο: Quæcunq; se habent vt aliud ad aliud; id hoc exemplo declarat primo suo Topico libro, vt visus in corpore, ita mens in animo; vt alterum in altero quodam; sic aliud in alio, vt, quemadmodum visus in corpore, sic mens in anima; ὡς ὄψις ἐν σώματι, οὕτω νοῦς ἐν τῇ ψυχῇ. Quod etiam repetit primo
B suo Ethico, vbi de Idea disputat, l. c. 13. siquidem in pueris, & beluis habitus naturales insunt, sed sine mente videtur esse perniciosi, cæterum tantum inspici videntur, quòd quemadmodum in corpore valido, quod sine visu mouetur, cõtingit, vt validè etiam labatur, quòd careat visu: sic & accidit hic: si enim mentem in agendo acceperit, excellit: Nam & 3. de Rhetorica lib. ex nescio quo vetere scriptore, mentem, inquit, vt lumen accendit in anima Deus. τὸν νοῦν ὁ θεὸς φῶς ἀνῆψεν ἐν τῇ ψυχῇ. Veterum sententia hæc fuit sapientissimè ab eis pronuntiata. Quid enim menti nõ erit assignandum in homine, quæ hominẽ, quà homo est, constituit, immò etiam θεῖον, hoc est, C
Deum quemdam efficit, de quo celebris extat Trochaicus versus Epicharmi apud Arist. probl. 33. sect. 11.

Νοῦς ὁρῇ, νοῦς ἀκούει, τἆλλα δὲ κωφὰ καὶ τυφλά. (caeca.
Mens videt, mens audit, reliqua verò natura sua sunt

Eum lege item in Plutar. libello de fortuna, illustratum veterum doctrina, & sua, vt quid possit mens in nobis instar solis in orbe toto demonstret. Et à Phocylide eadem λόγος dicitur θεοπνεύστου σοφίης. Oratio à Deo inspiratæ sapientiæ; iure vt responderit Philosophus nescio quis rogatus, D
quid esset Deus, & quid esset homo, Deus est homo immortalis, & homo est Deus mortalis. θεὸς ὢν ἄνθρωπος ἀθάνατος: καὶ ἄνθρωπος θνητὸς θεός. Et à Platone in Philebo, communem hanc existimationẽ sapientum fuisse traditur, mentem esse terræ, ac cœli Reginam: ὡς νοῦς ἐστὶ βασιλεὺς ἡμῖν οὐρανοῦ καὶ γῆς. Neq; ignorauit Sophocles in Creonte, cuius filius Hœmonem sic facit loquẽtem: omnes Dij inserunt hominibus mentẽ, quæ omnes superat pecunias. A Eamdem sententiam Platonicam Philo libr. de ebrietate paulò secus vsurpauit; E
Ignorationis siquidem, inquit, contraria scientia, sunt quodammodo oculi, & aures animæ: opinor ad Epimachi versum respiciẽs, vt breuius dixit, lib. Allegoriarum legis, lumen animæ est eruditio φῶς ψυχῆς ἐστιν ἡ παιδεία. & lib. de Noe, alia

compara-

comparatione significat, quantum oculo mens præstet, hoc est, oculo corporis oculus animi, quanto igitur, inquit, præstat anima corpori, tanto & mens oculis. libro item de opificio Mosis, non oculo, sed pupillæ mentem cōfert, ex eorum qui abditas rerum causas inquirunt, opi-
F nione: Homini Deus excellentē quamdam largitus est animę animam, tamquam in oculo pupillam. hanc enim qui diligentius rerum vires, & naturam indagarunt, oculi oculum esse dixerūt, quasi totus animus sit oculus, cuius oculi pupillæ mens habeat, & locum, & functionem: in qua comparatione S. Augustinus c.14. lib. de quant. animæ, tantillæ oculi partis vim miratur tanta cōprehendentis, dimidiū scil. cœlum, cuius ineffabile spatium est. Animum verò, qui cætera no-
G rit omnia, non nisi per intelligentiā se videre. Idē lib. Soliloq. 1. c. 6. Nam mentes quasi sui sunt sensus animæ. Disciplinarum autē quæq; certissima talia sunt, qualia illa, q́ sole illustrantur, vt videri possint. Ego autē ratio ita sum in mentib', vt in oculis est aspectus. Mox oculus animæ mens est ab omni labe corporis pura, id est, à cupiditatib. rerum mortalium remota, atq; purgata. & cap. 6. lib. de immortalitate animæ, ratio, inquit, est
H aspectus animi, quo per seipsum, nō per corpus verum intuetur. & cap. 27. lib. de quantitate animæ. Itaq; cum ille mentis aspectus, quem rationem vocamus, coniectus in rem aliquam, videt illam, scientia nominatur. Huius verò tam receptæ apud antiquissimos sophos opinionis caussam eleganter, & sapienter concleat ex libro sanè Philone dignissimo, hoc est, eruditissimo, & grauissimo Philosopho, ac Theologo, quo non mutari diuinitatē ostendit: verba si quis requirat, hæc sunt de hominis præstantia differentis:
I Videamus autem quanam re cęteris animantib. excellat homo: hic igitur eximium donum sortitus est mentē, quæ omnium naturas corporū simul & rerum solet cōprehendere: Nam quemadmodum in corpore princeps pars est oculus; in vniuerso verò lucis natura: eodem planè modo, quo in nobis imperium tenet, mens est, propterea sola mens omnium, quę in nobis sunt, interitū non experitur. quibus etiam luci similem vult esse mentem, vt & lib. de Mundo: Vt enim in corpore, quod maximè est princeps, visus est, & in hac rerum vniuersitate lucis natura: eodem
K modo, quo in nobis primatum obtinet, est mens: hæc enim animi est visus suis circumfulgens splendoribus, quib. multa, ac densa caligo, quam rerum ignoratio superfudit, discutitur. & quæ sequuntur præclara, & eximia: & lib. de sacrarum legum Allegoriis, ori, siue faciei, id est, τῷ προσώπῳ, eleganter cōparat, & eius cōparationis illustrem adfert ratione ex illo Gen. 2. & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ. In faciē
L quidem naturaliter inspirat, quoniam in ea sensus omnes fabricabantur: hęc verò maximè pars totius corporis animata fuit, & spiritu impleta: moraliter autem sic: quemadmodum primaria, & princeps corporis pars est facies, sic animi mens. & citato lib. de opificio Mosis, eamdem oculi, ac mentis, ē diuerso tamen, explanat cōparationē: quod est mens in anima, hoc est, oculus in corpore: cur ita? vterq; etiam inspicit, illa quidem, quæ intelligentia cōprehenduntur, hic autem, quæ sensu; & mens quidem vsum præstat scientiæ ad ea cognoscenda, quæ corpore vacāt; oculi autem lucis ad cōprehensionem corporatorum, quod quidem multorum etiam bonorū M
auctor est mortalibus, eximiè autem maximi, q; est Philosophia. Quod mens est in anima, hoc est, oculus in corpore: vterq; enim intuetur: illa quidē intelligibilia, hic verò sensibilia. Eget verò mens scientia, vt cognoscat ea, quæ expertia sunt corporis; oculi verò, vt corporata, luce: q; quidem multorum, aliorumq; bonorum hominibus est caussa, potissimū boni maximi, quod est Philosophia: & lib. de somniis. Mens, sicut sol in vniuerso, in nobis gerit principatum, radios N
vbiq; suos extēdens; & quodammodo caput est animi. Postremò sapientissimus Auctor eodem lib. de opificio, persimilem esse tradit mentē Rectori orbis terrarum Deo. Tam mihi visæ sunt grauis, & politi scriptoris insignes, & præclaræ sententiæ, vt veterem Aristotelis, & cæterorum Philosophorum ipsis producēdis illustrare placuerit. Plato in Alcibiade 1. nō longè à fine, oculum esse animam, & pupillæ aciem sapientiam tradit, si se illa cupiat nosse, in seipsam intueatur, O
oportet, vt oculus, vt se videat, in oculum: alibi, Mentem esse oculum animi tornatilem, quo se, quocunq; velit, possit conuertere: Vide lib. 7. de Rep. Nulla corporis parte melius videmus alterius animum, quàm oculo, qui idcirco à quibusdam animi est platea nominatus: quò refer quæ 6. Epidem. sect. 4. & 2. Epidem. sect. 5. & 6. scripsit Hippocr. & in Physiogn. Aristoteles, priore illo loco Alcib. ita Plato. Nec dissimile, quod à veterib. alicubi dictum legi, vt mens est artis speculū, sic & oculus speculū naturæ. His adde viciná cōparationē eorū, q locū illū in vrbib', & ꝓuinciis P
attribuunt Regi, & Principi, quem in corpore dedit oculis natura, quem in cœlo soli, tamquā mundi oculo, & in homine menti. Itaque Aegyptiis oculi pictura adiecto sceptro, Principis erat Hieroglyphicum, immò etiam Dei, vt Principis omnium: quod egō à S. Cyrillo didici 9. aduersus Iul. lib. & Macrobius 1. Saturnal. c. 21. solem mundi esse oculum declarat, vbi & hoc Hieroglyphicum refert. Soli etiam Cassiod. c. 5. l. de anima. Animam componit his verbis. Vita igitur corporis susceptæ animæ præsentia est. Mors autem eius ꝓbatur abscessus. Sic diem dicimus lustrante sole, qui cum discesserit, nox vocatur. & cap. seq. si non virtus eius, id est, calor Q
tantum membra vegetaret, incisum digitum nō poterat condolere: sicut nec sol probatur quidquam sentire, si eius radios secare tentaueris.

S. etiam Ambr. in Psal. 118. lit ii. vers. 2. argutè scri- R psit, oculum esse mentem carnis, quod quemadmodum, vt ego interpretor, animus mente videt, ita caro non aliter nisi oculo: rursus corporis oculus, meo quidem iudicio, etiamsi maximè videat, cæcus tamen est, nisi mentem habeat sociam, vt quid illa sint, quæ videt, dispiciat, atq; intelligat; & hoc idem est videre sapientũ, illud insipientũ: Ac de iis, qui cum oculis præditi sint, & videant, non tamen vident, vt intelligant: Rectè Psal. 92. dicitur. Vir insipiens non cognoscet, & stultus non intelliget hæc: & sapiens libri sapientiæ auctor cap. 13. Vani autem sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei, & de his, quæ videntur bona, non potuerunt intel- S ligere eum, qui est. Nam hinc videtur initium cultus idolorum habuisse; & hęc est causa, cur ita Ambrosius scripserit in 6. lib. Hexaemeron cap. 9. nam & ipsi sensus cõmunes nobis sunt cæteris animantibus, sed tamen non eadem his cęteri animãtes industria vtuntur. Erigit Bucula ad cœlũ oculos, sed qd spectet, ignorat; erigũt ferę, erigunt aues, omnib. est liber aspectus, sed soli inest homini eorũ, quæ aspicit affectus interpres; & T quæ pluribus ipse commemorat. Neq; immeritò Magnus Gregorius lib. 9. Moral. c. 23. & lib. 31. c. 34. Mentem Aquilæ conferendam putauit, quę irreuerberata acie solis radios intuetur, propter hoc mentis acumen dispicientis, & comprehendentis, quò penetrare oculus quantumuis licet acerrimus non possit. Non tacendum quod legimus eccles. 3. in editione Cõplutensi, quæ magnam apud omnes auctoritatem promeretur n. 28. Pupillam non habens, carebis luce, intelligẽtiæ autem expers ne profitearis, nec differenter Vatablus, pupillis orbus lumine carebis, cognitionem itaq; cuius expers es, ne profitearis. Quo loco significat pupillę in oculo quasi locum esse in mente cognitionem, siue in professione cognitionis: nequit enim oculus lucem percipere, nec vniuerso eam corpori impertiri potest, si careat pupilla, in qua sedes est videndi, ita qui caret cognitione, abstineat necesse est à docendo: Nam mentis, q̃ est oculus, cognitio est pupilla: atq; huc sapientis hoc pręceptũ refertur, vt q̃ cognitionis est expers, abstineat à professione doctrinæ. Gręca litera sic habet, κόρας μὴ ἔχων ἀπορήσεις φωτός. γνώσεως δὲ ἄμοιρος ὢν, μὴ ἐπαγγέλλου. cuius nullum apparet in latina versione regiorum Bibliorum vestigium; pulchrè verò Arist. 1. suo lib. Polit. docet, quo imperio animus regit corpus, animum, siue appetitum mens eodem gubernat.

Num Ceruæ cornutæ, vt Cerui; & quod in eo discrimen scriptorum: lepori vnde nomen Lat. Græc. Hebræis.

CAPVT XX.



ERTIO de part. animalium lib. c. 2. summus Philosophus Arist. pro certo habet Ceruas non esse præditas A cornibus, vt certè habendũ: appingi tamen eis cornua Poëtarum carminibus. Ael. 7. lib. de Animal. ca. 39. Pindari Schol. in 3. Olymp. B odam. Raph. Volater. 25. Philologiæ lib. tradunt. Euripides enim in Iphigenia, Ceruã, quam domuerat Hercules, prodit cornutam fuisse: quod etiam affirmat lib. 5. Diod. Siculus, sed aureis cornibus, & eximia velocitate, vt propterea tanquam eximium, ac difficile certamen eam capere Herculi ab Eurystheo fuerit imperatum: Cornutam Ceruam Mycenas viuã inferre. τὴν κεράστην ἔλαφον εἰς Μυκήνας ἔμπνουν ἀνεγκεῖν. sic & Sophocles, quẽ ita cum aliis Poëtis excusat in Poët. Arist. vt reprehendat tamen, ac leuis peccati reum, quoniã errauit κατὰ συμβεβηκός, per accidens, ignorans, quod cerua fœmina cornua nõ habet, C ὅτι ἔλαφος θήλεια κέρατα οὐκ ἔχει. Vt & reprehendit Iul. Pollux c. 12. l. 5. Homerum laudans, cecinit enim Soph. quæ lac Telepho dedit, Ceruam κερόεσσαν, id est, cornutam. & Pindarus Oda producta, aureis cornib. id est, χρυσόκερων. excusat & Scholiograph. Pind. Oda cit. iudicans id non esse ἐκ τῶν ἀδυνάτων. sic & Anacreon, A vt Latinus alter Poëta Valerius Flaccus lib. Argon. 6.

Omine fatidicæ Phytus mouet agmina Ceruæ, D
Ipse comes setis fulgens, & cornibus aureis.

Alter item. id. Silius. lib. 3.

& altos
Æripedis ramos superantia cornua Ceruæ.

& hi Græci Callimachus hymno in Dianam. Antipater; & Leonidas 6. Epigr. Anthol. lib. Chil. lib. 2. cap. 56. Tzetzes. Tertio pedes ceruam cornibus auratis tenuit, quam sacrauit Dianæ Taygetæ, aureoq; Epigrammate verticem ornauit. Idem 5. lib. cap. 22. post pugnam cum cerua, quæ cornua habebat aurea, hospitio exceptus fuit à E Philocentauro. Aliis quoq; ceruis attributa cornua non huic soli. Ignotus apud Suid. Poëta voce κεραὴ, cecinit. B Quemadmodum eripuisti è mari Damin, ô Regina, ita eripe à paupertate, tibiq; hostiam auratis cornib. ceruam offeret. Ne Italicos referam Poëtas: sed quid ego Poëtas adduco? Ecce tibi ipsum Aristotelem duob. locis, altero de admirandis auditionibus, siue potius Antigonum, n. 78. & ceruas in Epiro fodere sub terram cornu dextrum addit, & ad multa vtilissimum esse, & earum multis in cornibus visam succreuisse hederam. altero de hist. animal. 9. c. 5. F Ceruæ abiiciunt cornua, & quasi abiectis armis, cauent, ne videantur. & repetitur n. 5. de admir. audit. sed tantum in Achaia; sibi ergo summus non constat Philosophus in re præsertim manifesta, ac nota, & in quam totus incubuerat? μὴ γένοιτο. aperta est via ipsius explicãdi, ne fortè imperitus labatur in errorem; ergò cum is de fœ-

minis

minis ceruis priuatim sermonem babet, distin-
ctionis caussa vtitur articulo fœminini generis,
cum de maribus, masculini: aliis verò locis vel
semper, vel ferè cum res vtriq; sexui communes
G tradit vtitur genere fœminino, vt ἡ βοῦς, ἡ ἄρκτος.
ἡ ἔλαφος: quæ ratio Poëtas non defendit, cum se
de ceruis fœminis loqui disertè pronuncient. At
Pollux quidem ab Hercule captum fuisse vult
ceruum non ceruam: & ceruus aureis cornibus
ab Hercule capt⁹. καὶ ἔλαφος ὁ χρυσόκερως ἐν τοῖς Ἡρακλέους
ἄθλοις. Potest etiam hic error excusari, quod mini-
mè sit compertum in iis regionibus, vbi nō sunt
cerui, num differant cornibus à fœminis mares;
ferè autē intelligendū fœminas iis carere, cū ob-
seruetur, vt mirandum, quasdā babuisse natura,
H vt quæ à Scalig. 3. lib. suæ Poët. c. 4. & infra à Mat-
thæolo referuntur; qualem suo tempore captam
in Gallia, testatur Scaliger, quasdam miraculo,
aut fictione Poëtica, vt quam cepit Hercules, q̄
ostēdit altera fictio aureorū videlicet cornuum.
Zenodotus, ne Poëtæ viderentur ignorasse cer-
uorum naturam, putauit sibi in Anacreonte ex
κερόεσσαν faciendum ἐρόεσσαν. At certè non aptè ad
genium Poëtarum cornutas ferè cōcinentium:
Nam & in Euripide mutanda esset alia vox κερῶ-
σσαν, idem significans, vt & alia χρυσόκερων in Pinda-
L ro: & q Zenodotum sunt sequuti ab Aristopha-
ne Byzantio, vt loco cit. Ael. obseruat, reprehen-
duntur. Igitur vel danda est hæc licentia Poëtis,
non quid verum, sed quid pulchrum videatur,
consectantibus; & quid mirandum; vel existimā-
dum, ceruas reperiri cornib. armatas, sed raras,
qualē Poëtæ celebrant Herculeam; quemadmo-
dum Libycis Elephantis, & Aethiopicis fœmi-
nis cornua, siue exertos dentes esse scribitur,
quos tamen soli habere solent mares. Certè do-
ctissimus P. A. Matthęolus pro comperto habet,
K visas aliquando cornigeras ceruas non absq; na-
turæ ꝓdigio, nec leues adducit coniecturas ex
cornib, ceruæ, quæ cornua Augustæ Vindelico-
rum apud Antonium Fuggerum visuntur; & a-
pud Gulielmum Bauariæ Ducem, vt alieno etiā
ipsis colore inuentæ ceruæ, i. candidæ. Qualem
Q. Sertorij ceruam Plin. l. 8. c. 32. ꝓdidit, & qua-
les a se visos Romæ ceruos, testatur Paus. in Ar-
L cad. siue lib. 8. Iam verò certum carere fœminas
cornibus, vt etiam Schol. Hom. Iliad. 3. in illud
ἔλαφον κεραὸν, exponat. Fœminæ enim ceruorum
non emittunt cornua. Quare ita Arist. scripsit 2.
cap. part. animal. lib. 3. Quibus autem natura est
inutile eminentiam habere cornuum, his alterū
auxilium natura adiunxit; vt celeritatem ceruis:
nam magnitudo illa, & varia cornuum discctio
magis nocet quàm iuuet. Iam verò indagāda est
ratio, cur nō habeant, cum & ipsæ superiore par-
te oris dentatæ non sint, vt cerui, & omnia corni-
M gera. Audiamus 3. l. de part. animal. Arist. cit. Cur
autem ceruis desint cornua fœminis, cum præ-
ditæ sint, vt mares dentibus, caussa est, quod v-
trisq; natura sit cornigera: ablata verò cornua
fœminis, quòd ne marib. quidem vllum præter
vsum, licet minus ob robur mares iis offendan-
tur. Notatione tamē dignissimum, quod obser-
uat Hier. Cardanus lib. de subtil. 10. Cōmune vi-
deri animantibus plura, quàm duo cornua ha-
bentibus, vt fœmina cornibus careat: Quamob-
rem creditum est à Plinio dentium materiam in N
cornua non transire, cum fœmellæ, quæ priuatæ
sunt dentib. superioris mandibulę anterioribus,
non habeant cornua. Duplex à Cardano ratio
traditur à fine, & efficiente; Nam cum matres in
aluo fœtum gerunt, leuitate opus habent, & agi-
litate, igitur essent ipsis tam grandia, & tam ra-
mosa impedimenta. Accedit, quod genus est a-
nimantis timidissimum, fœmina maximè; igi-
tur ipsis cornua non essent vsui, immò verò da-
mno, quòd non possent tam facilè fugere; quæ O
Aristotelis est ratio. Tertiò, deest ipsis calor, qui
materiam cornibus suppeditet, & ea extrudat
simul, atque extendat; non secus enim ac barba,
& capilli in hominum genere, sic in ceruorum,
ad ornatum facta videntur cornua. Id quod et
iam constat in pecoribus, in quibus cornuti ma-
res, fœminæ sine cornibus. Fœminis tamen in
quibusdam Libyæ solitudinibus in genere ouil-
lo cornua sunt, cum Aselli, & Arietes magnitu-
dine careant: tametsi, inquit, in iugis frigidissi- P
marum regionum etiam fœminæ sunt cornibus
præditæ propter vehemens frigus, quo natiuus
confirmatur calor, qui gignit, & extrudit cor-
nua. Sed quid Cardanus dicet de boum genere,
quibus etiam fœminis cornua, vt maribus? Mi-
rum quod ab Ael. scribitur, porcos in Aethio-
pia cornutos esse, vt Apros. Plin. in India, c. 52. l.
8. Quin etiam Ael. lib. 12. c. 20. Tauros priuatos
cornibus ex Democriti testimonio commemo-
rat, quoniam non habent foraminosum caput,
sed solido sunt osse, vt non possit confluxum hu-
morum admittere, quæ est caussa, cur sint sine
cornibus. Addit aliam caussam, quòd venæ sub Q
hoc osse, vt tenuiores, & infirmiores minus, aut
nihil sumant nutrimenti. Tertia est ratio, siccitas
ceruicis earum animantium, quæ mutilæ sunt:
ex quo Arabicis bobus maxima enasci cornua
scribit propter copiosum humorem, qui cōfluit.
Age iàm bestiæ meticulosissimæ, velocissimæ, &
maximè cornutæ adiungamus timidissimam, &
velocissimam, & maximè auritam, hoc est, lepo-
rem: Exponendum à qua naturæ proprietate
nomen acceperit. Plerique Græci à magnitu-
dine aurium putant, nam pro reliqui corporis R
portione maximas omnium habet animan-
tium. Quamobrem iure Poëtæ epitheto auri-
torum afficiunt, ὦς enim pro οὖς Dores vsurpant,
& λα particula auget notionem vocis, cui
adiungitur: inde factum vocabulum λαγὼν,
λαγὸς, λαγωός. Alij à summa vigilantia, qua ex-
cellit hoc animal, vt oculis etiam apertis dor-
miat, aut dormire videatur, λάειν enim est vide-
re: hinc per circumlocutionem δερκοίνεα σαίνοντα

vocauit Leporem Nicander thereut. ac si cu-
S bans, id est, dormiens videat; ex quo Lepus apud Aegyptios, vt vigilantiæ symbolum pingebatur, vt ait Callistratus apud Plut. symp. lib. 4. q. 8. Xenophon quidem in Cyneget. scribit clausis eum palpebris vigilare, dormire, apertis. nisi placeat dictum, quasi λάγνον, id est, lascinium, & salacem: Nam ꝓpterea Veneri, amoribusq; dicatus erat ꝙ laté atque eruditè Pierius Valer. l. Hierogl. 15. explicat. Isidorus à cursu deriuat lib. orig. 12. c. 1. quia leuipes animal, & velociter currit. falsè addit Græcè procursu λαγὼς dicitur, nisi ita explice-
T mus ductam vocē à celeritate bestię, qua pręstat, id est, ab λα, & ἄγειν, id est, ab agitandis valdè pedibus, cuius originis auctorē non habeo, quem producam: à Lacedæmoniis tamen lepus dicebatur ταχίνας, latinè velocē, aut celerē dixeris, latina vox etiam græca est, quod veteres Aeoles, ac Bœoti, aut Siculi, vt Varro scribit c. 13. 3. l. de re rustica, ita dicerent; quamquā ipse ab vrbe vocem mutuatos putat Siculos, quod ipsi Romæ orti; mea tamen sententia vetustiores Romanis sunt
V Siculi. Quid ni dictus lepus à Græco λαγὼς, vt in quibusdam Italiæ locis etiam nunc legora dicitur? Quod autem Varro commemorat loco cit. à Præceptore suo L. Aelio didicisse nominatum à celeritudine, quasi esset leuipes, etiam reperit Isidorus, ad leuitatem, referens, siue læuorem, quia molliter incedit, non enim sentitur inter ambulandum pilosa pedum planta, vt ait Perottus in Cornucopia: idcircò enim & δασύπους dicitur,
X licèt hæc vox propriè cuniculum significet: sed pro eodem veteres quidam acceperunt. Hebræis est Arneueth, quod lateat ob timiditatem, siue quoniam omnium insidiis appetitur, à verbo Atau, vt & cuniculus Sciaphan, quasi à verbo Isaphan, quod est se abscondere: nam & græcè πτὼξ nominatur à timendo

— πόδας ταχὺς ἐκ ὑπάδε πτὼξ.

canit Hom. Iliad. l. 17. vbi Schol. ἀπὸ τοῦ πτώσσειν. Ael. lib. 7. c. 19. de animal. Id est, à pauendo; quos certè Poëtæ vocant πτώχας ... [illegible] ... cum Scaliger tamen, nescio quàm rectè 4. de cau. ling. lat. lib. cap. 98. πτώχα tamquam adiectiuum pro pauido olim sumptum suspicetur, cum vsus postea pro substantiuo acceperit.

Qui Barbari nominarentur olim, & nunc sint appellandi, diuersa scriptorum loca enucleata.

CAPVT XXI.

A DECLARAT Strabo lib. γεωγρ. 14. vnde natum sit, vt populi, atque homines quidam appellarentur Barbari, & quis appellationis istius vsus extiterit. Barbarum ab initio per nominis fictionē sic appellatū, quòd difficulter, & durè, asperéq; loquerentur, ita, cum omnes qui crassiore essent lingua, sic Barbari dicerentur, aliarum gentium visæ sunt eiusmodi linguæ, quæ videlicet non essent Græcorum. Itaq; primum iniuriæ, & contumeliæ gratia Barbari dicti, postea verò Græci, natio paulò arrogantior, & nimium sibi placens, eam vocem vsurparunt, postea vt gentili cōmuni appellatione distinguentes à Græcis. Quam- B
obrem omnes in vniuersum gentes Barbari vocati Græcis exceptis, hoc sibi gens ista cęterarum despicientissima arrogauit, non ab alia ipsi tributum est. Idem factitare solitos Aegyptios narrat Herodotus lib. 2. aduersus eos, qui ipsorum lingua non loquerentur, hinc illa totius hominum multitudinis distributio, siue partitio apud eundem Geographum extremo primo libro in Græcos, & Barbaros, εἴς τε τὸν Ἕλληνας, καὶ C
βαρβάρους, à vetustissimis vsurpata scriptoribus. Thucyd. lib. 1. in oratione Archidami. Interim nostras res instruere conductis sociis, & Græcis, & Barbaris, in quem scholion vetus: opponitur enim Græco Barbarus, ἀντίκειται γὰρ τῷ Ἕλληνι ὁ βάρβαρος, ex ipsomet Thucyd. initio ferè lib. 1. quasi Barbarus esset, qui Græcus non esset; quo fit, vt lib. 2. dicēs, quosdam Amphilochios græca vsos lingua, subiiciat, alios esse Barbaros, οἱ δ' ἄλλοι Ἀμφίλοχοι βάρβαροί εἰσι, videlicet, quòd Græco neque sermone vterentur, neq; iure. sic Xenophon in symp. & propterea admirabilis, & celebris futu- D
rus inter Græcos, & Barbaros. expeditionis Cyri Minoris lib. 1. Clearchum Lacedæmonium facit eodem modo partientem, & 5. Hellen. καὶ ἑλληνικὰ, καὶ βαρβαρικά. & Plato ita loquitur in Politico, vt si quis genus hominum partito conatus partiri, partiatur, vt multi eorum, qui hic sunt, partiuntur. Græcum quidem genus, vt vnum addā ab omnibus separatim auferentes, omnium aliorum generum, quę sunt infinita, & non mista, & linguis distincta vnum facientes nomen, scil. Barbari, huius vnius appellationis gratia vnum
etiam genus esse expectant. sic in Minoe, & in E
Menex. & alibi. Idem in Cratylo cum testatur multa vocabula à Barbaris accepisse Græcos, id est, ab iis, qui Gręci non essent, sic Thucyd. lib. 6. Egestanos in Sicilia populos nominat Barbaros, ita enim apud ipsum Nicias loquitur tamquam non de Egestanis in Sicilia Barbaris hominibus pugna sit. Quod mihi permirum videtur, cum Siculi pro Græcis haberentur, vt Græcè loquebantur. nisi putemus Siciliæ populū fuisse partim Græcum, partim Barbarum, vt videtur Niciæ respondens Alcibiades indicare: & Rex
Persarum, qui Regis, & Regis magni βασιλέως μεγάλου nomine olim intelligebatur, ætate maximè F
Demosthenis, & paulò ante etiā intelligitur, cū βασιλεὺς βάρβαρος dicitur. Arist. seu alius de admirādis Aud. num. 76. eos, ꝗ in Adria habitāt, Barbaros vocat. vbi hæc de auib. Insulæ Diomedeæ. Aues has dicunt, si descendant eū in locū Græci, quiescere; si Barbari accolę, auolare. Et apud Aeschylum Persis, ipsi Persæ, Persarumq; Regiuę de

sua

C ſua gente cum verba faciunt, βαρβάρως, βαρβάρων φωνὴν, καὶ νῦν ſe Barbaros nominant; Plut. item ad Apollonium propenſiores ad luctum eſſe tradit BarbarosGræcis: qui etiam q.22. Rom. quærens, cur Ianum Itali bifrontem putẽt, adiungit, cum traiecisſet in Italiam, & fixiſſet domicilium inter eiustetræ Barbaros, & linguam mutauiſſe, & viuendi morẽ. Italos hic vocat Barbaros, q tamen de Gallis Capitolium obſidentib. q. 98. Barbaros à Romanis ſeparat: Barbaros, qui iam ſuperauerunt muros Capitolij. Cum & Romanos rerũ Dominos, & maximè ciuiles habuerint Græ-
H ci in numero Barbarorum: apparet ex Polybio lib. 9. in oratione Lyciſci Acarnanis ad Lacedæmonios, & l. 11. in oratione ſociorum Philippi ad Aetolos Romanorũ ſocios: & ex T. Liuio lib. 2. in orat. legatorum Athenienſiũ ad Aetolos. ſed miraris, q legis. Minimè mirabere cũ leges ipſos latinos ſeſe hoc nomine dehoneſtare. Plaut. de ſua Comœdia deGræco in latinum cõuerſa prologo Aſinariæ, Marcus vertit Barbarè, i. Latinè; & in Moſtell. ſcil. quæ incipit. Melius anno hoc.

Non hac Pultiphagus opifex opera fecit Barbarus,

I i. Italus: & apud eundem Capt. ſcil. quæ incipit, Miſer homo eſt. Lex Barbarica Romana eſt, quomodo & in Tisbi, Elias notat Iudæos, q in Italia ſunt, nominari ab ipſis Iudæis Barbaros, Iohazim. Nam & Ioſeppus lib. 1. c. 31. antiq. Qui poſt Ianum, inquit, regnauit Latinus, qui illuſtrauit linguam Barbarã: vnde & ab eo lingua Barbara appellata fuit Latina. Vt iam nec Cenſorij Catonis, nec noſtra iuſta ſit aduerſus Græcos querela, quòd nos Barbaros dixerunt, & ſpurcius nos, quàm alios, Opicorum appellatione fœdant: ſic
K enim ille epiſtola ad filium. Cum ipſi ſe Latini ſic vocent; iuſta tamen ex ea parte, quòd cum Græci Romanorũ imperio ſubiecti fuiſſent, & literarum gloria apud eos defloreſceret, & ad Romanos cum præſtantiſsimo politiæ genere tranſiiſſet, perſeuerarunt tamen in Romanis Barbaris appellandis, vt appellat Galenus lib. de tuenda valetudine 1. c. 10. vt homini gentis vitio nimirum ſuperbo iuſtè ſuccenſendũ ſit, appellet ſeipſe Barbarum, qui non Græcus ſit, ſed Pergamenus, Aſianus, ſcil. Redeo ad priora. Philoſtratus 12. ep. armatós cõmemorat Barbaros quidẽ
L armis. Græcos verò galeis. Hoc etiam ſequitur Ammonius de differẽtia, & ſimilitudine dictionum: ſic enim inquit; Barbarum ſiquidẽ eſt nomen nõ Græcanicum. Sapienter tamen Alexander ille Macedo præſtare dixit Virtute, & Vitio hæc diſtinguere. βέλτιον εἶναι ἀρετῇ καὶ κακίᾳ διαιρεῖν ταῦτα. Et Anacharſis ingenioſè (erat hic natione Scytha) cum Athenas veniſſet, atque à Solone, vt Barbarus ſalutaretur, reſpondit, eſt per Iouem & Solon Anacharſidi, vt Soloni Anacharſis Barbarus; Narrat hoc Laertius magis vniuersè, l. 1.
M in Anacharſi. Idem, referẽte Alexandrino Clem. 1. Strom. lib. aiebat; Mihi Græci omnes Scythæ ſunt. Athen. l. 12. c. 5. communius, quàm Ariſto-
teles de Admir. Audit. omnes, qui ad occidentẽ ſolem habitant Barbaros appellat, Aegyptios apud Herod. l. 2. qui ſe nolunt dici Barbaros, ſed exteras nationes omnes, tamen R. Salomo in Pſ. 80. Barbaros nominat, quoniam lingua ſancta non vtuntur: omnes ergo nationes præter Hebræam barbaræ: ſanè ipſi ad linguas omnes extendunt, ita Belahaz ipſis eſt Barbare, hoc eſt, vernaculè, nempe Italicè, Germanicè, Gallicè, Hiſpanicè, Perſicè, Africè, &c. peculiari verò mo- N
do quadam ratione olim Barbari nominati ſunt Phryges, quod obſeruauit Adr. Turneb. c. 18. l. Aduerſ. 8. Nam & in Helenæ Encomio Iſocrates ſic nominat. Inueniemus enim Græcos expeditionẽ communi ſententia publicã ſuſcepiſſe aduerſus Barbaros, ac tum primum in Europa erectum contra Aſiam trophæum: poſt illud verò bellum tantum accepiſſe incrementi genus noſtrum. Et apud Virg. Aeneid. 2. Aeneas Troianus, & Phryx patriæ ſuæ Barbari nomen accommodare non veretur.

Barbarico poſtes auro. O

i. Phrygio. & 11. Idem Poeta de Cybelę ſacrificulo.

Inſignis longè Phrygiis fulgebat in armis
Pictus acu chlamydem, & barbara tegmina crurum.

& in Ciri.

Iactaq; barbarico Cybeles antiſtita buxo.

id. tibia Phrygia. & Horat. 1. ep. 1. ep. 2. ad Polliũ,

Græcia barbariæ lento colliſa duello.

& Oda 9. Epod.

Sonante myſtum tibiis carmen lyra,
Ac Lydium, illis barbarum, P

id eſt, Phrygium. & Lucr. lib. 2. barbaricas veſtes dixit Phrygias. quomodo Euripides quoq; loquentem cum Rheto ſic facit Hectorem. Tu huic genitus, Barbarusq;, Barbaros nos tantam partem prodidiſti Gręcis. & in Oreſte ſeruum Phrygem ad eius prouolutum pedes, adoro te Rex legibus Barbaricis. & in Iphig. Thoantem de ſua gente pronuntiantem: quamquã alicubi à Barbaris Phryges diſtinguuntur. Euripides ſub Hecubæ perſona: nec Troiana, nec Græca, nec verò Barbara mulier, quę peperit; Nec indoctè obſeruat Galeottus Martius cap. 6. de promiſcua doctrina, Barbarię nomine Aphricam olim dictam per excellentiã: ſic enim interpretatur eo Ciceronis loco 2. de nat. Deorum. Auditum eſt Pan- Q
theras, q̃ in Barbaria venenata carne caperẽtur, remedium quoddam habere, quo cum eſſent vſæ: nõ morerentur. & 1. Tuſcul. Antiquus Poeta.

Aſtante ope barbarica,

id eſt, Phrygio Imperio, vt iure in Cod. de excuſat. Artificum, Barbaricarij repoſuerit Alciatus pro Barbacarij, cùm aliquando Myrobrecharij emendaſſet: ſunt verò Barbaricarij, qui Barbaricas intexunt veſtes, alias Phrygiones, quorũ ars eſt ex auro, & coloratis filis in veſtibus varias animantium, plantarum, vaſorũ, & id genus rerum formas exprimere. Hinc Apul. lib. Aſini 10. R
& in modum Paridis Phrygij Paſtoris in Barba

ricia

ricis amiculis humeris defluentib. pulchrè in-
dusiatus adolescens; sic Alciatus in tres poster.
Cod. libros; quæ consuetudo retinetur nostris
etiam temporib. ab Italis. & Hispanis Aphricam,
præcipuè eius partem maritimã Barbariã vocã-
tibus, vt Tunigi de Barbaria, Tripoli di Barbaria:
eũ olim Phrygia peculiariter hoc vocabulo ferè
censeretur: Nam diu Troiæ, & in Phrygia versatũ
Menelaum, qui Orestis patrocinium susceperat,
S Tyndareus apud Eurip. Oreste, propterea redar-
guit hoc sermone. Barbarus es factus diu inter
Barbaros moratus. βεβαρβάρωσαι χρόνιος ὢν ἐν βαρβά-
ροις. Sic Tzetzes in omnigena historia. Nec mihi
dubium, quin aliquot etiam Grçciç populi Bar-
bari dici. & possint. & debeãt, si verum est, quod
initio capitis ex Geographo attulim⁹, sic dictos
Barbaros propter asperitatem, & crassam quam-
dam orationis pinguedinem: Certè Thessali, &
Bœoti pro Barbaris à Grçcis olim habiti, & Stra-
tonicus vtrisq; barbariores Eleos pronuntiauit
T apud Manutiũ ex Plut. 6. Apoph. l. & ab hoc lin-
guæ, & ingenij vitio ductũ ꝓuerbiũ. sus Bœotia.
& ab Hom. Vlix. 8 narrat Eustathius Lemnios
vocari ἀγριοφώνους, eadem planè ratione, qua Caras
βαρβαροφώνους, Strab. lib. 14. More Carum Barbaris-
mum transtulerunt in artes gracè loquendi, siue
Græcanicas. Nostri verò scriptores, ne infinitos
penè externos Græcos, & Latinos nominent. bi-
partitam illam mortalium diuisionẽ obseruant,
& tradunt, Iust. Mart. Apolog. 2. pro Christianis,
qui cum ratione viuunt, Christiani sunt, & habẽ-
tur pro impiis, vt inter Gentiles Socrates, & He-
raclitus, & ipsis similes: Inter Barbaros autem A-
braham. Ananias. A Orig. 1. lib. comment. in
epist. S. Pauli ad Rom. Græci, inquit, duabus ap-
pellationib. omne hominum genus censuerunt,
V vel Græcum esse dicentes vnumquemq; vel Bar-
barum, & eorum fuerat ista distinctio eo cap. 1. à
sanctissimo Apostolo vsurpata, vtq. Græcus non
esset. Barbarus haberetur, quod scilicet cum le-
gibus vterentur Grçci, reliquos, qui sine legibus
viuerent, Barbaros putarent; quasi verò nõ ante
eos, & quidẽ à Deo acceptis, Iudæi viuerẽt, quos
propterea ipsis Græcis nõ immeritò S. Aposto-
lus anteponit: quam ob causam æquior fuit illa
trita apud Hebræos omnis generis hominũ par-
X titio, vt alij dicerẽtur Hebræi, populus videlicet
Dei, alij vnica maximè cõmuni appellatione vo-
carentur Goim. i. Gentes. Euseb. quoq; Cæs. c. 6.
l. 1. Euang. demonstr. & ad extremum cap. Ado-
rat itaq; omnis Deum, qui super omnia est Bar-
barus & Græcus. quæ & omnib. hominib. Græ-
cisq; & Barbaris custodienda tradens, apertè q d
esset Christianismus, declarauit. En tibi duobus
summis capitib. omne mortalium genus cõpre-
hensum, & cap. 7. eiusdẽ lib. clarissimè omne ve-
rò genus hominum Barbsrorum pariter, & Græ-
corum bono frui doctrinæ Euangelicæ. B S. ve-
rò Ambros. apud S. Paulum ad Rom. 1. Græcorũ
nomine eos intelligit, qui Gentiles sunt, sed Ro-
mani, siue natione, siue adoptione. Barbaros au- Y
tem vult accipi pro iis, qui Romani nõ sunt, nec
Gentiles sunt. Postrema verba ego non capio,
nisi Græcos intelligat nomine Gentilium. Qui
etiam ad Coloss. 1. Scythas distinguit à Barbaris,
quod vt idem interpretatur S. Ambros. peiores
sunt Barbaris. i. crudeliores, qui eò feritatis pro-
cesserint, vt pro cibo carnib. humanis vesceren-
tur, cum prius mulieres eorum virorũ lege vsæ
fuissent, quas Amazonas appellauerunt. Porrò Z
Græci recentiores eandem in loquendo, & scri-
bendo legem obseruant. Nam de Francis Agá-
thias de bello Gothico, & sanè hi mihi, & si cæte-
ra Barbari, moribus tamen videntur quàm opti-
mis præditi, & mirandum in modum ciuiles, nec
habere quidquam quod à nobis faciat alienos
præter vestitus Barbariem, & vocis innatæ sonũ,
ac linguæ. & Nicetas Choniata 2. de vita Manuë-
lis Constant. Imperatoris lib. Venetos Barbaros
vocat, nec tamen fortassè tam ob genus, & ori-
ginem, quàm ob illud ingens detrimentum, &
insignẽ cladem, qua sui Imperatoris Manuelis
Euboicam classem affecerant traducto per ludi- Aa
brium Aethiope, tamquam eorum Imperatore,
quod ꝓ Barbaro ipse habuerit, sed potuit dignã
Barbaris pœnã infligere mox Imperator. Redeo
ad nostros Theologos. in quibus, qui excellunt,
statuunt bifariam diuidi Barbarum, vel secun-
dum quid, vtar enim eorum vocib⁹, qui scilicet
extraneus est, quoad aliquem; qua ratione Italis
Barbarus diceretur Hispanus: contra Hispania
Italus: vel simpliciter, q. scilicet est extraneus à
cõmunitate hominum, quatenus ratione nõ re- Bb
gitur. Quare Barbari propriè dicerẽtur, q nullo
rationis imperio, nullo legis præscripto viuunt,
quales eos existimare possumus, qui in Brasilia
vitã ritu ferino traducunt, & id genus plurimos
in vtraq; India. Itaq; Barbari nomẽ in eos trans-
ferimus, qui sunt feris, & ab hominis natura a-
lienis moribus: quo fit, vt Arist. 1. suo pol. ca. 1. ex
Poëtarum auctoritate decernat. cum Poëtæ af-
firment βαρβάρων Ἕλληνας ἄρχειν. Idem natura Barba-
rum & seruum esse. Barbaris Græcos imperare Cc
iustum. & lib. 3. c. 10. de Regnorum generibus o-
stendit Barbaros dominatum ferre, δεσποτικὴν ἀρ-
χὴν ὑπομένοντες τῶν Ἑλλήνων. faciliusq; Barbaros Bar-
baris, hoc est, Asiaticos Europeis. τοὺς περὶ τὴν Α-
σίαν τῶν περὶ τὴν Εὐρώπην, quandoquidẽ sunt na-
tura sua ad seruiendum ꝓcliniora earum inge-
nia gentium δουλικώτεροι τὰ ἤθη φύσει: tempus etiã
fuit, cum omne hominum gen⁹, aut pars maior, Dd
duob. nominib. appellaretur Romanorum sci-
licet, & Barbarorum, Cassiod. enim in pulcherri-
mo illo Regis Italiæ Theoderici Edicto, quod ho-
mo Gallus Petrus Pithœus vir sanè doctus edi-
dit, sæpè ita loquitur, vt cap. 34. Nemo aut Roma-
nus, aut Barbarus rem petit alienam. cap. 43.
Nullus ad potentem Romanum, aut Barbarum
propriæ quolibet titulo transferat actio-
nes, & cap. 44. Nullus se potens Romanus, aut

Barbarus

Barbarus tanquam defensor, aut soffragator ne-
Ee gotio misceat. & edictum postremo claudit, à
victis tam Barbaris, quàm Romanis sumus pro-
futura complexi: quæ omnium Barbarorum,
siue Romanorum deber seruare deuotio. Saluia-
nus item libr. 4. de vero iudicio, & prouidentia
Dei, omne hominum genus duum facit gene-
rum: Alij enim sunt Romani, siue Christiani,
Barbari alij, qui rursus duplices sunt. sic enim
scribit. Duo enim genera in omni gente omniũ
barbarorum sunt, id est, aut hęreticorũ, aut pa-
ganorũ, mox: nam cum omnes, vt ante iam di-
ximus, Barbari, aut pagani sint, aut hæretici, sic
inter paganos numerat Saxones, Francos, Gepi-
Ff das, Hunnos, Alemanos. Inter hæreticos Syricos
reponit Gothos, VVandalos. Ex iis intelligi-
mus, quid propriè Barbarismus sit, quam variè
sumatur. scilicet Epiph. initio sui Panarij scribit
Barbarismum appellatum id tempus, quod ab
Adamo intercessit vsque ad eluuionem terrarũ
sub Noeho, quo decem γενεαὶ comprehendun-
tur: quæ annis bis mille ducentis sexaginta
duobus finem acceperunt. & in epist. ad Aca-
Gg tium, & Paulum Presb. illi pręfixa libro, quatuor
constituit quasi parentes, & fontes omnium hæ-
reseon: quorum primus est Barbarismus, quo
Idolomaniæ continetur origo. Cur verò ita sit
dictus, idem exponit in Anacephalæosi 80. hæ-
reseon, vt & principio libri de hæresibus Ioan.
Damasc. quòd eorum temporum mortales ha-
berent neminem, cui tanquam Principi obedi-
rent, neque omnes idem sentirent, sed quod sibi
quisque statuisset, id legis instar pro animi libi-
Hh dine seruare, & hoc est barbarum esse gente, siue
origine. At barbarismus in scriptione, & verbis
est obscuritas linguæ ex verbis externis, & pere-
grinis orta, quę vix intelligitur, cui glossas Arist.
tribuit in Poet. atque à solœcismo distinguitur à
quibusdam, & benè, à quibusdam confunditur,
& malè. De qua re Eustathius in lib. 2. Il. Hom.
vbi multa de Barbari nomine, & re Barbarismi,
qui Barbarismum sic definit, ἁμαρτίαν τῆς προφο-
ρᾶς περὶ λέξιν ἢ τόνον γινομένην. Peccatum prolatio-
nis in dictione, vel accentu, vt solœcismum in
constructione sententiæ, saluam, & incolumem
Ii orationem lacerans. περὶ σύνταξιν ἐννοίας σῶον λόγον
αἰκίζοντα. vt hinc excusare Gellium possimus cap.
20. l. 5. profitentem se verbum hoc Barbarismus,
& orationis vitium hoc nomine affectum apud
nullum nobilem Grecum scriptorem inuenisse,
vt scilicet opponitur solœcismo, quomodo non
sumpsit Aristot. sed vt Paulus 1. ad Corinthios cap.
14. pro obscuritate sermonis externi, cuius scili-
cet est ignotum & peregrinum idioma, vt Naso
de Tristibus lib. 5. eleg. 11.

Barbarus hic ego sum, quia non intelligor vlli,
Derident stolidi verba latina Getæ.

Kk Et hanc notionem inter alios complexus est
Quinctilianus li. 1. cap. 9. vnum in gente quale
sit, si quis Aphricum, vel Hispanum latinæ ora-
tioni nomen inserat, vt ferrum, quo rotæ vin-
ciuntur, dici solet Canthus, & cap. 14. vocat glos-
semata, interpretaturque voces minus vsitatas,
siue interpretationem linguæ secretioris, quas
Græci glossas vocant. quod si quæras, vnde vox
hæc βάρβαρος ducatur, ego ingenuè fateor me
ignorare, nisi verum sit, quod somniarunt qui-
dam, quos imitatur Strabo loco allato, Peregri- Ll
nos homines cum Athenis linguam Græcam
addiscerent, subinde in pronuntiatione Græca-
rum dictionum solitos incurrere in hanc vo-
cem βάρβαρ, ex quo postea, qui duriore, & crassio-
re lingua homines erant, Barbari sint nomi-
nati, vel, quod scribunt alij, solitos, qui
horum τερατολογίαν imitarentur, per iocum.
ac ludibrium Barbaro avn care: siue tertio, quod
aduersus Cardanum de subtil. Iul. Cæsar Scalig.
exerc. 31. adnotauit, solos Numidas legitima vo- Mm
ce Arabica el barbar, quæ murmur significat,
appellari, quod scilicet inculto vtantur sono.
Ipse à desertis dictos putat, quia Bar. desertum
est Arabicè, cum Aphri regionem, nationemque
Arabum Barn aru dicant, id est, noxam, vel ma-
litiam festinantem. Veterum more hoc seculo
illi esse Barbari nobis videantur, qui à Christi le-
ge & cultu abhorrent, vt Turcæ, vt Mauri, vt So-
phiani, & qui naturæ legem refugiunt, & passim
bestiarum more vagantur, vt bona pars Indorũ,
& Tartarorum, Europœorum, & Asiaticorum; & Nn
hæc si mores spectes, non linguam solum; nam
Barbarum non locus sed mos facit. lingua verò
Barbari etiam inter Christianos aliqui dicendi
vitio, scilicet linguæ, & orationis laborantes. Ac
vereor, ne etiam more, qui cum Baptismo lustra-
ti fuerunt, præter hoc sacrosanctum signum,
Christiani ferè nihil habent, quales in Moschis,
Suetis, Noruegis, Russis, Gothis, & id genus Oo
Christianis sunt innumerabiles; omninò qui-
cunque rudis, dicitur Barbarus. Hinc Nænium
præstringens Plautus in Milite act. 1. scen. 5. vsum
columnari verbo barbaro, vt coniicitur ex Fe-
sto, voce Barbaros, nam hoc columnari Poetæ
esse inaudiui Barbaro. correctior videtur liber
aliûs impressionis. nam os columnatum, quod
Alciatus intellexit de Palat. sacrarum largit. non
intellexisse videtur doctissimus alioqui vir Her-
molaus Barbarus in coroll. Plinij. significat etiam
improbi esse moribus, aut certè non humanis,
& ciuilibus, quomodo videtur accipi illo Hera- Pp
cliti dicto Philosopho dignissimo apud Stob.
serm. 4. non excultos ad humanitatem, & virtu-
tem. Mali fiunt oculi, atque aures stultorum ho-
minum, qui Barbaros habent animos. κακοὶ
γίνονται ὀφθαλμοὶ, καὶ ὦτα ἀφρόνων ἀνθρώ-
πων ψυχὰς βαρβάρους ἐχόντων.



Lex Pudicitiæ à parum pudico Principe lata, quæ apud Stat. & Mart. & quæ clepsydræ apud veteres ratio.

CAPVT XXII.

A TA ferè naturæ hominum vitio
comparatum est, vt ea velis esse in a-
liis recta, ea iusta, in quibus tu vehe-
menter pecces. Exemplum Impera-
toris Domitiani lex esto, qua pro honestate mo-
rum, & corporum castimonia diligentissimè ca-
nit ipse à castitate plurimum abhorrens, vt qui
libidinis esset nimiæ, sic, vt Suet. teste cap. 22. &
assiduitatem concubitus. veiut execcitationis
genus κλινοπάλην, id est, lecti pugnam, ac palæstrā
vocitaret: & Dio narret effusæ in pueros libidi-
B nis fuisse. Hoc est, quod siluarū lib. 4. Stat. versu,
qui via Domitiani inscribitur, explicatur. atque
ab eo institutū. Cos. 4. & Ruso. 3. tradit in chron.
Cassiod. quo videlicet Imperator est cceatus,

Qui fortem vetat interire sexum
Et censor prohibet Mares adultos
Pulchra supplicium timere forma.

Et argutissimi Martialis plurimis versibus illu-
C stratuc, quibus laudat, ac dilaudat Domitianum
lib. 6. epigramm. 2.

Lusus erat sacræ connubia fallere tadæ,
Lusus & immeritos execuisse mares.
Vtraque tu prohibes, Cæsar, populisq́; futuris
Succurris, nasci quos sine fraude iubes.
Nec spado iam, nec Mœchus erit te præside quisquam,
At prius, ô mores, & spado Mœchus erat.

Et epigram. 4. exaggerat.

Censor maxime, Principumq́; Princeps
Cum tot iam tibi debeat triumphos,
Tot nascentia templa, tot renata,
D *Tot spectacula, tot Deos, tot vrbes*
Plus debet tibi Roma, quod pudica est.

Iudicat epigram. 7. ad Faustinum Thelesinæ de-
cimas carpens nuptias.

Iulia lex populis ex quo, Faustine renata est,
Atque intrare domos iussa pudicitia,
Non usum, aut certè non plus trigesima lux est
Et nubit decimo cum Thelesina viro,
E *Quæ nubit toties, non nubit adultera lege est;*
Offendor Mœcha simpliciore minus.

Scilic. castissimus erat hic Poeta omniū, qui scri-
pserūt impurissimus, vt repetitas decies nuptias
pro adulterio haberet, vt vel secundas habuit a-
pud nostros, in hoc tamen à nostris, id est, à ca-
tholicis desciscens, & ab ecclesiæ more, & institu-
to seiunctus. Sept. Tertul. de pudic. & exhortat ad
castit. eludebant videlicet legem Iul. de adulte-
rio. mulieres adulteræ mox post repudium alteri
F nubentes viro, & vel intra mensem pluribus,
quod ægrè se ferre hoc epigram. Martialis in-
dicat, hinc de suo seculo, Senecæ querela libr. de
beneſ. 3. cap. 16. à fœminis annos non consulum,
sed maritorum numero censeri. eandem legem
insinuat epigr. 19. in Zoilum.

Sancta Ducis summi prohibet censura, vetatq́;
Mœchari, gaude Zoile —

lib. verò 9. epig. 7. legem per suas partes explana-
uit.

Tibi summe Rheni domitor, & Parens orbis G
Pudibunde Princeps, gratias agunt vrbes,
Populiq́; habebunt: parere iam scelus non est,
Non puer auari iam scelus ope Mangonis
Virilitatu damnat mœret erepta,
Nec quam superbus computet stipem leno,
Dat prostituto misera Mater infanti,
Qui nec cubili fuerat ante te quondam,
Pudor esse per te cœpit, & lupanari.

Rursus epigram 9.

Tanquam parua foret sexus iniuria nostri
Fœdandos populo prostituisse Mares,
Iam cura lenonu erant, vt ab vbere raptus H
Sordida vagitu posceret æra puer,
Immatura dabant infandas corpora pœnas
Non tulit Ausonius talia monstra Pater,
Idem qui teneris nuper succurrit ephebis
Ne faceret steriles sæua libido viros,
Dilexere prius Pueri, Iuuenesq́; senesq́;,
At nunc infantes te quoque, Cæsar, amant. I

Itaque in epistola, quam præponit 8. libr. ego ta-
men, inquit, illis non permisi tam lasciuè loqui,
quàm solent. cum pars libri, & maior, & melior
ad Maiestatem sacri nominis tui allegata sit. Me-
minerit non nisi Religionis purificatione lustra-
tus accedere ad templa debere; & id profiteci se
demonstrat epigr. ad suum librum. Idipsum lib.
9. indicat epigr. 29. quo epitaphium latini hi-
strionis continetur, dum ipsum modestiæ lau-
dat, eoque nomine gratum Domitiano facit.

Sed nihil à nostro sumsit mea vita theatro,
Et sola tantum scenicus arte feror. K
Nec poteram gratus Domino sine moribus esse
Interius mentes suspicit ille Deus.

Et epigr. ad Cæsarem Domit 85. Hæc omnia fa-
cilè percipiuntur: sed & clari Historiographi
Tranquilli verbis illustrare non pigebit. sic enim
in Domit. cap. 8. Interdixit Histrionibus, scena si-
ne publica esset, vt ego accipio, impudicitiæ, &
morum corruptelæ schola, intra domum qui- L
dem exercendi artem iure concesso. Hanc legem
non commemorat Mart. sequentes laudat, ca-
strari mares vetuit: spadonum, qui residui apud
Mangones erant, pretia moderatus est; De sequē-
tib. nullum verbum Mart. nisi in vniuersum. Pro-
brosis fœminis lecticæ vsum ademit. Incesta ve-
stalium virginum à patre suo quoque, & fratre
neglecta, variè, ac seuerè coercuit; posteriora
more veteri. Nam cum ocellatis sororibus, item
Varonillæ liberum mortis permisisset arbitriū,
corruptoresque earum relegasset, mox Corne-
liam virginem Maximam absolutam olim; de
hinc longo interuallo repetitam, atque conui-

ctam defodi imperauit, ſtupratoresque virgis
in comitio ad necem cædi, excepto Prætorio vi-
ro, cui dubia etiamnum cauſſa, & incertis quæ-
ſtionibus, atque tormentis de ſemet profeſſo
exilium indulſit. Pluribus hanc hiſtoriam Pli-
nius narrat lib. epiſt. 4. ad Minutianum; & Cor-
neliam Maximillam nominat, & ſocios ſceleris
celerem equitem Romanum, & Licinianum vi-
rum Præturium, & illum quidem virgis cæcidit,
N hunc exilio puniuit. Et Amm. Marcell. teſtimo-
nium lib. 18. Horum, & ſimilium, inquit, tædio
iuuat veterem laudare Domitianum, qui licet
patri, fratrique diſsimilis, memoriam nominis
ſui inexpiabili deteſtatione perfudit, tamen re-
ceptiſsima inclaruit lege, qua minaciter inter-
dixerat, ne intra terminos iuriſdictionis Ro-
manæ caſtraret quiſquam puerum. Euſebius
item in Chron. Tres ab eo Virgines Veſtales vi-
uas infoſſas tertio Imperij anno obſeruat. San-
ctiones maxime laudabiles quis negat? ſed Prin-
cipis nulla laude digni; immò acerbiſsimam re-
prehenſionem promerentis. Nec diſsimilis fuit
O à Caio Scatenio Trib. Pleb. lex in eos lata, qui aut
alienam pudicitiam ſollicitaſſent, aut ſuam ipſi
proſtituiſſent: quorum pœna primum pecunia-
ria fuit decem millium, Auctore Quinctiliano
lib. 4. cap. 2. & lib. 7. cap. 4. ſed ob culpæ atrocita-
tem à Conſtantino, & Conſtante Chriſtianis Im-
peratoribus gladio vltore puniri cœperunt. L.
cum vir nubit C. ad L. Iuliam de Adulter. quam
commemurat Aurelius Prudentius Hiſpanus
Poëta, ac Chriſtianus hymno 10. in Romanum
Mart.

Licet ſeueram victus, & ſcatiniam.

P Et lib. de Monog. Tertullianus cap. 12. poſt Iuue-
nalem Satyr. 9. & Suetonium in Domitiano cap.
citato eam Scantiniam multi nominant, vt Scā-
tinium auctorem, ſed malè. Fuit & Iuliæ legis ca-
put aduerſus hoc nefandæ Veneris flagitium, vt
indicat Suetonius in Auguſto cap. 34. & Horat.
Oda 5. lib. 4.

Mos, & lex maculoſum edomuit nefas.

Vt in ſemeſtrium lib. 4. cap. 1. Titaquell. intelli-
git, ſed ita, vt non Nero ſolum, & ante eum Tibe-
rius, deinde Domitianus contaminatiſsimi Im-
peratores, ſed Traianus quoque laudatiſsimus
perfregerit, & Scatiniæ perpetuò reus extiterit,
ac Iuliæ. Hinc Iuuen. Illud Sat. 2. querentis publi-
cam morum corruptelam etiam in iis, quorum
Q debuerunt adminiſtratione leges & conſeruari,
& defendi.

Quod ſi crepantur leges, ac iura, Citari,
Ante omnes debet Scatinia.

Declarat in Traiano Dio: Nihilque omnino erat,
quod non optimè exerceret, vini dumtaxat ap-
petens, & in Adoleſcentulos pronus citra ca-
lumniam habitus eſt. Vtpotè qui nunquam ex
eo turpe aut mali quidquam fecit: nam qui vi-
num vſque ad ſatietatem biberet, ſobrius tamen
erat, neque in crimen prægrauante vino impul-
ſus eſt: & in maſculorum amoribus ita ſibi tem-
perauit, vt nihil per vim, dum voluptati obſe- R
quitur, moliretur. Egregiam planè boni Impe-
ratoris laudem, ſi volentes tantum pueros ha-
buit in deliciis: ac ſi reperiri poſſet, qui non in
omnibus aſſentiretur Imperatori: Sed tam fuiſſe
in id vitium præcipitem illud indicat, quod nec
Adriano pepercit filio conſobrini ſui: Sic enim
de eo Aelius Spart. Fuitque in amore Troiani, &
Iulianus Apoſtata in perſona Sileni acerbè eum
perſtringit ſic ſcribens. Silenus Traianum con-
ſpicatus, ſic eſt locutus. Hoc maximè tempore
ſumma cura adhibenda eſt Domino Ioui, quo
illi cuſtodiatur Ganymedes. Nec tamen hęc tam
ſancta lex, & pudica ſanctè à Domitiano lata, id
ob amorem pudicitiæ, ſed in odium, atque inui-
diam fratris ſui Titi, quem exſectos in deliciis
habuiſſe Dio tradidit in breuiario Xiphilini i-
pſo pœnè Domitiani initio. Etſi Earinum Eunu-
chum amabat, tamen quod Titus exſectos quo-
que dilexerat, vetuit in eius contumeliam, ne T
quis in poſterum intra fines Romani Imperij
caſtraretur; ſic enim Xiphilin. in eo. En tibi, cur
in Deorum conuiuium nolit Troianum admit-
ti. Veterum oratoribus in cauſis agendis mo-
rem certum temporis ſpatium præſcribentem
reuocarunt ad mentem verba illa Poët. Ariſtot.
quibus certum longitudinis Tragœdiæ termi-
num inquirit, ſi enim quemlibet oportet agen-
da Tragœdia decertare, decertaret plane ad cle-
pſydram; certum videlicet, & conſtitutum tem-
poris interuallum, vt olim, & alias dicunt, ſcilicet
ſactitatum. A Verum non inuenio niſi extortam V
ex hac lectione ſententiam Ariſtotelicæ oratio-
nis, quam quidem lectionem ſecutus mihi vide-
tur Ant. Riccob. in tralatione Poët. Ariſtot. for-
taſſe propter explicationem barbari interpre-
tis Auert. & Græcæ linguæ inſcientiſsimi, cuique X
defuerant Codices emendati, & fideles; & eum
ego audio Riccobonum, inquam, natum fuiſſe
Græcæ linguæ peritum, etiam ſi in latinum con-
uerterit Rhetoricam, & Poëticam Ariſtotelis
audacia nimis periculoſa, & nomini tralatoris,
& profectui legentium: Ergo ſi [illegible] vocem ex-
pungamus, vt eius loco [illegible] legamus, planus
erit ſenſus Ariſtotelis verborum, qui de longi-
tudine agens Tragœdiæ, eam poſſe biſariam in-
telligi docet, vel ſecundum ludorum naturam,
ac ſenſum, vel ſecundum actiones ipſius: ſi ſe-
cundum ſenſum, & conditiones ludorum veli-
mus loqui, nihil prohibet, quin ei clepſydra im-
ponat magnitudinem, vt tot videlicet horis fi- Y
niatur, tot expleat, non plures ad præſcriptum
clepſydræ; id quod, ſi ſpectatur actionis natura,
non conueniet Tragœdię. Ita etiam Madius legit
Robort. Victorius, Paccius, & ego ſanè textum
Græcum vidi nullum, qui non legeret [illegible]: ſic-
que conuerto cum Madio. Si enim in ludis ha-
beri Tragœdias centum opus fuerit, vtique ad
clepſydram, vt olim non ſemel ſactitatum di-

cunt, haberi dicunt. Vt olim ad rationem horo-
Z logiorum ex aqua in foro, vel curia disceptaba-
tur, faciebat id per clepsydram, & dicebatur is
dies Græcis, ἡμέρα διαμεμετρημένη. quo scilicet in iudi-
ciis publicis accusatori, & defensori præscribe-
bantur horæ, Aeschines in Ctesiphontem Tres
in partes distribuitur dies: Prima enim aqua in-
funditur accusatori, legibus & populi Imperio.
id. prima clepsydra his assignatur. Altera aqua
reo, siue accusationem propulsanti. Tertia verò
pœnę, quę infligenda sc. reo fuerit. Demosthenes
Aa de falsa leg. surgens dicat in mea aqua ἀναστὰς εἰ-
πάτω ἐν τῷ ἐμῷ ὕδατι. hoc est, occupet, quod mihi
datur more, siue lege tempus ad dicendum. Rur-
sus idem ibidem apertius morem, cuius Aristo-
teles meminit, confirmans. Cum enim nouas
caussas, tanquam fabulas, easq; sine testibus ad
præstitutam diem accusator viuens, &c. ad eam
scilicet horam; vel tempus, quod expletur cle-
psydræ effluxit. B Sic & Latini Cicero 2. Tuscul.
Cras ergo ad clepsydram dicemus. & in Bruto,
Bb & 2. de orat. Ascon. Ped. in argumento orationis
pro Milone lege Pompeia, Tres horæ defensori,
duæ accusatori dabantur. Quod institutum Pli-
nius improbat libro epist. 4. ad Vrsum. & lib. 1.
ad Pompeium Falconem, silentium clepsydra
indici. Egeram horis tribus, & dimidia, supera-
rat sesquihora. Nam cum ex lege accusator sex
horas, nouem reus accepisset, ita diues, &c. &
Martialis lib. 6. ad Cecil. epigr. 35.

Cc *Septem Clepsydras magna tibi voce petenti*
Arbiter inuitus, Cæciliane dedit.

Et in Cinnam lib. 8. epigr. 7.

Sex modo Clepsydras ingenti voce petisti
Quatuor, ô quantum, Cinna tacere potes.

Legendus item Aristophanis Schol. Vespis, &
Auibus, & Bud. in Pand. annotat. post. præter
nostrum Raderum in Martialis priorea. versus
ex antiquis, & nouis scriptoribus. Hinc à Philo-
strato in Adriano Sophista Rhetores appellati
οἱ ἀπὸ τῆς κλεψύδρας. descripsit vas ipsum hac ora-
tione L. Apuleius, initio ferè tertij de Asino au- Dd
reo libri. Accusator quidam ad dicendum assur-
git, & ad dicendi spatium vasculo quodam inui-
cem coli perforato, ac graciliter fistulato, atque
per hoc guttatim defluo infusa aqua ad popu-
lum sic orat. Philosophicè autem Auerroës in
Paraphrasi Poët. Vnde ortum sit hoc inuentum,
exponit hac oratione. Sermones enim Rhetori-
ci, qui vsurpantur in causis aduersariis, cùm non
habeant præscriptam à natura longitudinem,
fuerunt necessario ope huius instrumenti, per Ee
quod sensim defluit aqua, dimetiendi. Est &
fons Clepsydra apud Pausan. hoc est in Messen. lib.
4. ad iugum Ithomes, vbi arx Messeniorum, quæ
nominis caussa, docet. Iam illud est prodigio-
sum in flagitio Meretricem quandam Clepsy-
dram vocatam, at manum de tabula, &c. spur-
cissimam vitæ sordem, quam silentio defugia-
mus, vt Astyanassam, cuius Tatianus meminit
orat. ad Gent. & alias plerasque, ne impuri-
tatis aliquid ex fine huius libri ma-
net ad sequentem.





HORARVM SVBSECIVARVM LAELII BISCIOLÆ SOCIETATIS IESV

LIBER II.

Varia, & multiplex hominum vitæ distributio, ætatumq́ partitio ex varia Priscorum, recentiumqúe doctrina.

CAPVT I.

A VT varia μακραίωνα secula, multiplicesque numerantur ætates, ita eius ἀνακεφαλαίωσις siue ἐπίτομα μικρόκοσμος, homo vitam diuersis ætatum gradibus distinctam accepit, quibus vel inchoaret vitam, vel in ea consisteret, vel ab ea declinaret. Tanta verò est caducæ istius, fluxæque vitæ imbecillitas, commutatio tanta, vt sapientibus multis, multis nationibus oblata fuerit occasio variè, & multipliciter ætatis hominum spatia partiendi. Tres quidam constituerunt ætates. Iuuentutem,
B Perfectam ætatem, senectutem: Vt Arist. 3. Rhet. lib. his vocibus νεότητα, ἀκμὴν, γῆρας quæ etiam ætatum discrimina Ser. Tullij Censio definiuit, Pueritiæ ad annos 17. Iuuentæ ad 46. & supra hos senectæ apud Q. Tuberonem 1. hist. lib. in Agellio lib. noct. Att. 10. cap. 28. Quam partitionem Lacedæmonij sunt secuti in sua illa triplici chori serie, cuius Plut. meminit in Lycurgo, & in Instit. Lacon. & lib. Quomodo se citra inuidiam laudare quispiam possit. & Diogenianus in collect. Adag. qua includebantur senes, Iuuenes, Pueri, &
C vocabant τριχορίαν, cuius auctor Tyrtæus fuit; vt lib. 4. ca. 15. Pollux retulit his verbis, Trichoriam, hoc est tres pro numero ætatum choros, siue classes Laconum, Tyrtæus constituit, puerorum, virorum, senum. A Vocabuli ratio fuit hæc tripartita ætatũ ratio. Hinc Plut. in Lycurgo. Cum tres pro trium ratione ætatum chori, siue ordines diebus sollemnioribus instituti forent, ordo quidem senum primus auspicabatur canens,

Nos olim fuimus iuuenes robusti.

D Ordo virorum, seu vigentium respondens aiebat:

Nos vero sumus, & si vis, experimentum sume:

At verò tertius ordo puerorum dicebat.

Nos autem erimus, & quidem multo meliores.

Polluci secundus, τῶν ἀκμαζόντων ordo ita loquitur,

Si autem vis, inspicito.

Εἰ δ᾽ ἐθέλεις, αὐγάσδεο.

Homero hæc diuisio probata, quem tamen variè explicatum lego. Nam tres hominis ętates vixisse, Nestorem tradit, opinione quorundam, trecentos annos, cuilibet ætati 100. annis attributis, aliorum nonaginta, quòd singulis ætatibus triginta putent annos deputari.

Priorem celebrant partionem Tib. lib. 4. eleg. 8. & Ouid. 12. Metam. Posteriorem probat Eustathius in 1. lib. Ilia. at Didymus in Schol. eiusdem libri, vt Porphyr. de quæstionibus Hom. ac Suidas ita loquens τριγέρων, τρεῖς γενεὰς βιούς, τουτέστιν ἐνενηκοντούτης. Senex est, qui tria secula vixit, hoc est nonagenarius. & Plutar. de oraculorum silentio. Xenophon in Aequiuocis. Auson. in Grypho. & plerique alij. E

Aliis placuit quatuor esse gradus, vt Pythagoræ, tempora humanæ vitæ pro ratione quattuor anni temporum, distinguenti. Cuius hæc sunt apud Laërtium lib. 8. verba: puer, ver. adolescens, Aestas: iuuenis, Autumnus: senex, hiems: B Vt Aristoteli. Galeno in Defin. Medic. facienti primam quidem τῶν νέων. I. Iuuenum. Secundam, τῶν ἀκμαζόντων, I. vigentium. Tertiam, τῶν μέσων. I. mediorum: Quartam γερόντων. I. senum, vt Eratosthenes apud Stob. serm. 115. probat Ouid. 15. Met. lib. F

Quid non in species secedere quattuor annum
Aspicis ætatis peragentem imitamina nostræ?
Nam tener, & lactens, puerique simillimus æuo,
Vere nouo est tunc herba nitens, & roboris expers
Turget, & insolida est, & spe delectat agrestes,
Omnia tum florent, florumq́ coloribus almus
Ludit ager, neq́ adhuc virtus in frondibus vlla est;
Transit in ætatem post ver robustior annus,
Fitq́ valens Iuuenis, neq́ enim robustior ætas G

Vlla, nec vberior, nec qua magis ardeat vlla est.
Excipit Autumnus posito feruore iuuenta,
Maturus, mitisq; inter iuuenemq; senemq;
Temperie medius, sparsus quoque tempora canis.
Inde senilis hiems tremulo venit horrida passu,
Aut spoliata suos, aut, quos habet, alba capillos,
Nostra quoq; ipsorum semper requieq; sine vlla
Corpora vertuntur. nec quod fuimusue, sumusue
Cras erimus.

I Tametsi non ignoro, docente Cornelio Tacito
de moribus Germanorum. Tres tantum anni
partes Germanos fecisse, Hiemis, Veris, Aestatis,
quæ intellectum, ac vocabula apud eos habere
scribit: Autumni proinde nomen, ac bona igno-
rare. Indicat antiquissimis temporibus ita cre-
ditum. Diod. sic. ca. 2. lib. rerum antiq. 1. narrans
Aërem dici Palladem, & Iouis filiam, & Virgi-
nem, quia non corrumpitur, & sublimi, excelso-
que est loco; ex quo è Iouis natam cerebro: ean-
K dem nomen habuisse tergeminæ, quod in tria
annus diuidatur tempora, ver, æstatem, hiemem.
Id paulò ante retulerat de Osiride, qui sol est, I-
side, quæ luna Aegyptiis, qui circumeat orbem,
nutriat, atque augeat vniuersa, & tria anni tem-
pora inuisibili motu perficiat.

Probat Adriani Cæsaris, & Stoici Epicteti dia-
logismus. Prima cella tepidaria, vnctuaria infans
natus perungitur. Secunda cella Sudatoria, Pue-
ritia est. Tertia cella Assa perseuerantia, Iuuen-
tus. Quarta cella frigidiaria, senectus.

Probat L. Florus 1. lib. qui quattuor vrbis Ro-
mæ ætates describere se profitetur, vt humani
corporis, suis ætates singulas curriculis distri-
buens.

L Probat Seneca, & ex Seneca Lactantius Fir-
mianus cap. 15. lib. 7. non inscitè Seneca Romanæ
vrbis tempora distribuit in ætates. Primum e-
nim dixit Infantiam Rege Romulo fuisse, à quo
& genita, & quasi educata sit Roma. Deinde Pue-
ritiam sub cæteris Regibus, à quibus & aucta sit,
& disciplinis pluribus, institutisq; firmata. Mox,
cumque esset Adolescentia eius fine Punici belli
terminata, tum deniq; confirmatis viribus cœ-
M pisse iuuenescere. Paulò pòst: Donec Regibus
euuctis, & nationibus subiugatis, cum iam bel-
lorum materia deficeret, viribus suis malè vte-
retur, quibus se ipsa cōfecit. Hæc fuit prima eius
senectus. Verum, vt est in Prouerbio. Bis pueri
senes; ex senectute ad infantiam recidisse demō-
strat, cum bellis, inquit, lacerata ciuilibus, atque
intestino malo pressa, rursus ad regimen singu-
laris Imperij recidit, quasi ad alteram infantiam
reuoluta.

Probat B. Aur. August. epist. ad Marcellinum,
quæ est quincta, quo loco sanctissimus pariter,
N atque doctissimus scriptor mutata rerum con-
ditione summi Dei non mutari prouidentiam
tradit, hoc exemplo inter cetera prolato. Quo-
ties nostræ variant ætates? Adolescentiæ pueri-
tia non reditura cedit, Iuuentus adolescentiæ
non mansura. Succedit finiens iuuentutem se-
nectus. Senectus autem morte finitur. Probat &
noster in conuiuio subtilissimus Dantes.

Probasse Euripidem illo suo responso appa- O
ret, cum ab Arcesilao reprehensus, quòd Iuue-
nem oscularetur Agathonem. Ne mirere, dixit,
nam pulchrorum Autumnus quoq; pulcher est.

Videntur etiam probasse Persæ, vt colligi po-
test ex 1. Cyri Pædiæ Xenophontis libro, cum scri-
bitur, eorum forum nomine liberum, in quat-
tuor partes fuisse distributum. Vnam quidem
pueris, alteram iuuenibus; tertiam perfectis vi-
ris; quartam iis, qui ætatem militarem transgres-
si fuissent, attributam. Forum, quod vocant libe-
rum in quattuor partes diuidi. Vnam pueris at- P
tribui. Puberibus alteram. Tertiam viris perfe-
ctis. Postremam iis, qui ætatem excederent mili-
tarem. & ex lib. 8. illius initio sermonis, quem ad
filios Cyrus moriens habuit. Mihi verò, cum
puer essem, videor non minimum tulisse laudis
fructum ex iis, quæ in ætate illa habentur pro
bonis: & cum ad pubertatis annos perueni, in Q
iis, quæ adolescentiam ornant; & cum vir sui, in
iis, quæ decent viros. & verò progressu temporis
videbar augeri mihi vires in dies recognoscere;
vt nunquam expertus sim senectutem meam in-
firmiorem iuuentute vllo fuisse tempore, sic ille
totum vitæ suæ cursum Persica ratione diuisit.

Probauit & Galenus lib. de rotiua morbi tem-
poribus, ipso initio dicens. Prima ætas genera- R
tionis principium. Secunda incrementi. Tertia
vigoris. Quarta, declinationis, in defin. med. eo-
dem ferè modo, ætates quattuor sunt. Prima, iu-
uenum. Secunda, vigentium. Tertia, mediorum,
seu consistentium. Quarta, senum, & qua sint
temperatura docet.

Veteres plerique Medici recensent quinque.
Infantiam, Pueritiam, Adolentiam, Iuuentutem, S
Senectutem. Hos M. Varro est secutus, sed ita, vt
singulæ ætates tripartito diuidantur. Quarum
prima pars Viridis, Secunda, Adulta, Tertia, Præ-
ceps dicatur.

Item Cicero lib. de luctu minuendo, si modo
est Cicero, qui superioribus annis, cum hæc scri-
psissem, in lucem exiit, quo auctore me latet. In-
fantiam enim nominat, adolescentiam, constan-
tem ætatem, ac senectutem, singulatum miserias,
& ærumnas eleganter, & doctè commemorans.

Consentit L. Annæus Seneca lib. epistolarum T
epistol. 50. siue 59. vt est in editione Mureti. Pun-
ctum est, inquit, quod viuimus, & adhuc puncto
minus; sed hoc minimum specie quadam lon-
gioris spatij natura diuisit, aliud ex hoc Infan-
tiam fecit, aliud pueritiam, aliud adolescētiam,
aliud inclinationem quandam ab adolescentia
ad senectutem, aliud ipsam senectutem: in quam V
angusto quot gradus posuit?

Nec dissentit Irenæus homo Apostolicus s.
contra hæreses lib. cap. 42. Quinque ætates, in-
quit, transit humanum genus. Primum infans.

Deinde puer; deinde paruulus, & post hoc iuuenis, deinde senior, ac diuersis rebus accommodat: Sic B. August. 26. cap. lib. de vera religione, referens etiam ad spiritus profectum, vt & in Psal. 127.

X Inter Medicos Ioannes Fernelius li. 3. de Temperamentis cap. 10. Nona quadam via quinquenarium numerat ætatum. Primum enim facit Adolescentiam in annum 25. producens, & hinc nomen habere docens, quòd tum corpora ob humoris copiam plurimum adolescant, cuius maior, minorque copia plures illius ordinis secernit.

Y Infantium ætas omnium humidissima ad tertium, quartumúe annũ. Hinc ad decimum Pueritia. Inde ad decimum octauum Pubertas. Ad vigesimum quintum Adolescentia, commune nomen. Secundam floridam, quæ ad trigesimum quintum, vel quadragesimum annum excurrit, & Iuuentus est, cuius propria agilitas, venustas, ferocia. Huius nullam agnoscit partitionem.

Tertiam, constantem, & naturam, sui vbique similem, quæ temperata sit ad annum vsque vix
Z quinquagesimum. Quartam ad sexagesimum quintum, ingrauescentem, & præcipitantem, quæ prima est senectus, frigidum, & siccum efficiens corpus, sed frigidum minus. Postremam, quæ vitam claudit, ea est decrepita ætas, quæ & vltimum senium dici solet, frigidissima, & maximè sicca.

Aa Sed Franciscus Valesius lib. 1. Medicarum, & Philosophicarum controuersiarum cap. 8. Simplicius primam facit ætatem pueritiam ad 14. annum, cum pueri incipiunt pubescere; vt Gal. in 3. Aphor. 27. Secundam, pubertatem ad 25. annum; vt Hippocr. indicat 5. Aphor. 7. Tertiam, iuuentutem, siue florentem ætatem ad 25. annum, vt significat Hippocr. 3. lib. Prognostic. Quartam, consistentem, quæ inter iuuentutem est, & ad 50. annum porrigitur, vt in 1. lib. Aphor. 13. Galenus ait.

Bb Reliquæ sunt senectutis, quæ ad quattuor reuocantur nunc coniungendis his duabus vltimis ætatibus, cum Galenus in 3. Aphor. 31. scribat duplices esse senes. Primi enim senes sunt consistentes. sic interpretatur Nicol. Leon. Senes à senioribus nonnulli Hippocratis sectatores di-
Cc stinguunt: nomen seniorum vltimæ ætati tribuentes, & hoc perpetuum esse existimantes. Senes autem in priori ætate statuentes, quæ media est inter iuuenes, & seniores. Nunc Adolescentium nomine intelligendis etiam Iuuenibus, vt 13. Aphor. 1. sect. Hippocrates facit.

Non desunt, qui sex faciant, vt eloquentissimus pater Ioannes Chrysostomus homil. de 11. capite libri Iudicum, de Iephte, accommodans sex mundi ætatibus. Et S. Augustinus libro 1. de Genes. contra Manichæos cap. 13. cum sex huius
Dd seculi ætates docet, sex diebus illis significari, quibus rerum vniuersitatem condidit Deus; vt primordia generis humani sint, quasi infantia seculi ab Adam vsque Noë. Secunda ætas pueritia, ab hoc ad Abraham, & de singulis aptissimè, vt in tanto Doctore per te legere potes. & ep. 110. grauitatem nominans ætatem quinctam, postremam senectutem.

Et Prosper Aquitanicus eum imitatus par. 1. Ee de promiss. & prædict. Dei cap. 7. Finis igitur diluuij, inquit 601. anno Noë terminatus finem mundi significat, post sex, vt dictum est, ætates seculi, & breue Antichristi spatium. Tot enim ætatibus, & hominis longæui vita protenditur, donec ab infantia recurratur senium.

Sic B. Ioannes Eutychius, Bonauentura dictus, in prologo sui Breuiloq. Theol. non pauci, nec viles Astrologi septem conficiunt, & ad se- Ff ptem referunt inerrantes stellas. Infantiam enim subiiciunt Lunæ, pueritiam Mercurio, adolescentiam Veneri, iuuentutem Soli, perfectam ætatem Marti, senectutem Ioui, ætatem decrepitam Saturno; quorum princeps Ptol. est 4. ἀποτελ. lib. Quadripartitum nunc vocant, quibus cum Macrob. 1. comm. in somn. Scip. lib. cap. 6. & extat Hippocratis testimonium lib. Iulij Censorini de Natali die.

Hinc Fulgentius Carthaginensis lib. Mythol. Gg 3. ad Catum, in Peleo narrat, Nuptiis Pelei, ac Thetidis Deos omnes adfuisse vocatos à Ioue: quæ quidem Nuptiæ hominis procreationem indicant, quòd scilicet vana superstitione delusi Ethnici putarent, singulis in homine membris, ac partibus singulos præesse Deos, vt capiti Iouem, oculis Mineruam, Iunonem brachiis, Neptunum pectori, cinctui Martem, renibus, & inguini Venerẽ, Mercurium pedibus, vt Dromo- Hh crides in Physiologicis scripsit. Vnde & Homerus ait 2. Iliad. oculis, & capite Ioui similis fulminatori, cinctu Marti, pectore Neptuno: Nam & Tiberianus in Prometheo ait, Deos singula sua homini tribuisse.

Sic etiam S. Augustinus egregiè lib. de Genes. contra Manichæos primo cap. 23. cum septem etiam faciat ætates, septem procreationes mundi diebus accommodat. Eundem sequitur nume- Ii rum Iul. Pollux cap. 1. lib. ὀνομασ, &c. Solon apud Philonem Iudæum libro de mundi opif. & Clem. Alex. 6. Strom. ex Hermippo Berytio in decem quasi partes vitam hominum dissecuit, & singulas septenario annorum numero docuit mutari.

Hæc partitio Artemidori quoque fuit lib. 5. ὀνειρ. producentis Medicorum testimonium ex aliquorum sententia, inquit, septem comple- Kk ctitur generatio, siue ætas annos: ex quo & Medici venam non secandam iis præcipiunt, qui duarum sunt ætatum, hoc est annorum 14. quòd egeant etiam tum sanguine, nec nimium habeant: vt altera quoq; partitio in tres gradus, quorum quilibet triginta contineat annos.

Versus porrò Solonis, vt Græcè nescientibus

Ll fiat satis, latinos dabo ex versione Gentiani Herueti hominis Galli, sed in Italia ob excellentem doctrinam me adolescente cogniti. sic igitur iste cum latinum facit Alex. Clementem.

Infans septenos postquam compleuerit annos
Producit dentes vallus vt oris erunt.
Postquam septem alios Deus huic concesserit annos
Fit pubes, semenq́ huic genitale datur.
Verum septem aliis postquam annis creuerit ætas,
Mm *Densa seges barbæ contegit orta genas*
Additus est illi cum septenarius alter
Vir tum virtutis fortia signa dabit.
Sed monet adueniens vxorem ducere quintus,
Posteritatis & hunc tum meminisse suæ.
Sollers ingenium, firma, & prudentia sexto est,
Nn *Stulta nec hunc deinceps facta videre iuuat.*
Septimus accessit cum septenarius, atque
Octauus, lingua pollet, & ingenio.
Nono aliquid possunt, sed iam minuuntur in illo
Vires, queis peragunt fortia facta viri.
Sed decimus cum alios septem perfecerit annos,
Maturam mortem tristia fata dabunt.

Eo fortasse melius Lilius Greg. conuertit, vt leges par. 6. gl. 1. in 6. l. connub. Tiraquel. n. 43. notasse hunc videtur Arist. Polit. suo septimo cap. 16. extremo, aliosq́; Poëtas, vt μετρῶντας. vt ipse loquitur,
Oo τῶν ἑβδομάσι τὴν ἡλικίαν. & sequenti cap. 17. quod est postremum, quod potius naturæ sequenda sit distinctio, οἱ γὰρ ταῖς ἑβδομάσι διαιροῦντες τὰς ἡλικίας ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ λέγουσιν οὐ καλῶς: hoc est, qui septenariis ætates partiuntur, ferè non bene dicunt: quanquam Germanus Valens in 4. Georgicorum legi vult οὐ καλῶς, quod valdè vereor, vt sit verum, oportet verò diuisionem, siue partitionem sequi
Pp naturæ ait, δεῖ δὲ τῇ διαιρέσει τῆς φύσεως ἀκολουθεῖν. quare potius οὐ καλῶς est rectum.

Quod etiam indicat verbis, quæ antecedunt, quibus demonstrat esse duas ad disciplinarum perceptionem idoneas ætates, vnam post septimum annum ad pubertatem: alteram à pubertate ad annum vigesimum primum: quam iterum obseruarat 3. de Rep. Plato, notans dictum illud Solonis, aut ei similem sententiam, senesco verò semper multa addiscens,

Qq *Γηράσκω δ' αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος.*

Aliam sequuntur Iurisconsulti rationem, qui non tam ipsum naturæ cursum, quàm ciuilem vsum considerant. Apud eos enim prima est infantis ætas ad septimum annũ, tum pupillaris in duodecimum in feminis producta, in maribus in decimum quartum: tum pubes, in quam ætas
Rr prætextati incurrit, quia vsq; ad decimum septimum annum pueri ingenui prætexta induebantur; deinde in virilem mutabant. Puberem ætatem excipit iusta ætas, quæ vigesimo quinto anno inchoatur, quæ & legitima dicebatur, hoc est ad capiendos Magistratus legibus apta. Sequebatur Iuuentus vsque ad senectutem i. ad septuagesimum annum.

Hæc non vnius, sed plurimarum legum testimoniis comprobarem, nisi molestior foret hæc Ss legum, Codicum, Digestorum, Paragraphorum, atq; his similium citatio. Habes collecta in Alberici Dictionario verbo ætas, quod locupletius edidit nuper Illustris I. C. Decianus.

Néq; omittam hoc loco tripartitam senectutis, quæ postrema ætas est, diuisionem à Galeno traditam lib. de conseruanda valetudine cap. 12. Primam crudam facit, è qua dicuntur ὠμογέροντες Tt qualem inferni nautæ Acherontis 6. Aen. quam etiam viridem nominat:

——sed cruda Deo, viridisq́; senectus,

Quæ videlicet robusta est, & potius ad iuuentutem, sed constantem ætatem vergit, τῶν δυναμένων ἔτι πράττειν τὰ πολιτικὰ, qui possunt Remp. tractare. Secundam circiter annum sexagesimum, qui videlicet medium obtinet senectutis gradum. τῶν μέσην ἡλικίαν ἐχόντων ἢ γέροντες. à qua dicuntur γέροντες: Tertiam decrepitam, à qua nuncupantur πέμπελοι, quasi iam de pōte deiiciendi, & ad loca Vu senta situ, vt Virgil. loquitur, Aen. 6. & funebrem pompam mittendi, capulares latinis dicti, quod capulo, hoc est feretro mox efferendi, τυμβογέροντες, βαθυγήρω, & ἐσχατογήρω etiã nominati. Sic enim Suid. exponit, immò Galenus ipse 5. eiusdem descriptionis libro, cum, qui hanc attigit ætatem, nominant πέμπελον, quòd videlicet amãdandus Xx ad orcum sit, vt affirmant, qui etymologiis delectantur.

Esto vice Coronidis, quod scripsit Plin. 11. c. 38. longissimo, de quo monuit me Georgius Magnettus præstãtissimus Philosophus & Medicus, meique amantissimus. Augeri cor per singulos annos in homine, ac binas drachmas ponderis ad quinquagesimum annum accedere, ab eo detrahi tantundem, & ideo non viuere hominem vltra cētesimum annum defectu cordis Aegyptij Yy existimant, qui quidem omnis ætatis humanæ cursum tripartitò diuidit, hoc est in crescentem, & in consistentem, & in declinantem: sanè aptissimè, sed vniuersè, summum hominis vitæ eius, inquam, qui bene sit constitutus natura, & ratione viuẽdi, vnde postea regrediatur mortem versus, tricesimum quintum esse annum, nõ malus Philosophus, qui bonus Poëta, in Dantes com. postremo Odæ sui conuiuij scripsit accepto ex cursu vitę liberatoris nostri Iesu argumento, qui 34. vitæ anno elegit mori.

Agonales dies, ac ludi qui, num Circens. & Cereales iidem: defensus cõtra Viuem Politianus partim, partim cum Viue reprehensus.

CAPVT II.

IANVARIO mense Romę solitas Agonales ferias celebrari Varro præter ceteros tradit lib. 5. de lat. linguæ, eius nominis non vna, sed multi- A

plex

plex ab eo ratio assignatur, aliisque, & Grammaticis, & Historicis, cui rei explicandæ si operam darem, ludere mihi operam viderer. Hanc vnam verissimam affero, quod in re diuina facienda Victimarius, siue Popa stricto iam in bestiæ B ceruicem gladio incumbens Regem sacrorum soleret interrogare. Agon? i. Mactone? qui quidem ritus festæ diei nomen dedit; cuius verbi vsum tantum apud Senecam, hic est Pater, 3. contron. lib. putauit Angelus Politianus, & scripsit inueniri cap. 60. suorum Miscell. cum & apud Senecam filium reperiatur. Illius verba hęc sunt. Etiam quibus animaduertere in damnatos necesse est, non dicunt, occide; non morere, sed lege age, crudelitatem Imperij verbo mitiore subducunt.

C Rursus 1. contron. lib. Suasoria 12. Asinium Pollionem inducens loquentem. cum filius ceruicem porrigat, Carnifex manum tollat, deinde respiciat ad patrem, & dicat Agon. quod solet fieri in victimis. Huius hæc lib. de Ira. 1. cap. 16. Et illa solemniā verba, seuera magis, grauique, quàm rabida voce concipiam, & agi iubebo nō iratus, sed seuerus. Et certè fuisse celebrem hunc morē ex versibus Ouidij apparet, qui ab eo quoq; ci-D rantur: nam disertis verbis hanc Ceremoniam ita describit, vocemque Agon. in ea vsurpatam docet. Sic enim primo Fast. 6.

Nominis esse potest succinctus caussa minister.
Hostia cœlitibus quo feriente cadit.
Qui calido strictos tincturus sanguine cultros
Semper agat ne rogat, nec nisi iussus agit.

Nec dissimilis mos ille in sacris, immò idem, quem à Numa institutum exponit hoc sermone E in Coriolano Plut. Cum enim Principes, vel Sacerdotes quidpiam tractant sacræ rei, præco magna voce clamans præit, Hoc age. Vox autem significat hoc fac, iubens, vt sacris intendatur, nec interea aliud quidpiā agatur. Et in Numa, quorum etiam unum vestigium quoddam retinentes, cum princeps aut anguria exercet, aut rem sacram facit, clamant, hoc age.

Antias certè apud Macrob. lib. Saturn. 1. cap. F 4. Agonaliorum repertorem Numam Pompilium refert, quorum verborum alio videtur spectare sensus ex Plutarchi sententia, quàm Ouidius indicet, & Senecæ duo. Et consentire videtur Plutarcho Muretus 17. cap. lib. 14. Var. lect. Donati lectionem in Phorm. Terentij defendens. Hoc age, dicens esse loquendi genus, quo silentium imperatur, contra Faërnum, qui aliter Terentium declarat; vt fauete linguis Latinè; G Græcis σιγᾶ πᾶς λαὸς ἔσω: Sed alio tamen sensu vsurpauit Cassius Chæreas, cum primus C. Caligulam gladio feriret, adhortans cęteros coniuratos ad monstri cædem. Hoc age; Auctor Suet. in eo c. 8. Quē morem innuebant, q aliquem interfecerant, iussi, factū esse, q imperasset, dicētes, vt est 1. li. an Tac. & Suet. in Tiberio, & Claud. Sed posteriore vsus videtur Tert. 4. in Marcion. li. c. 7.

Mos item Vestalium erat certo die monentiū H Regem sacrorum, ne sacra negligentius tractaret, his verbis. Vigilasne? Vigila. Vt Seruius adnotauit in 10. AEneid. Virg. ad illud. *–Vigilasne Deum gens?* Alias Varro apponit caussas, alias Festus, quas multi recitant, sed omnium doctissimè Syntagm. Deorū 17. Lilius Giraldus docens consueuisse bis hæc festa celebrari, 1. Aprili mense 12. Cal. Maij, & Ianuario 5. Idus, de quo & Ca- I lendarium ethnicum. Longè verò aliud sunt Agones Capitolini, per quos Domitianus Cæsar V. sui Imperij anno annos inposterum esse numerandos instituit: Quilibet verò Agon instar Olympiadum 4. annos continebat. quod disces ex c. 14. lib. Cēsorini de Natali die. Quolibet etiā Agonali transacto, anno 5. qui sequentis esset Agonalis primus, celebrabatur quinquennale certamen, inde enim Agon dictus. De quo ca. 4. sui Domitiani Tranquill. scribit, & quidem in K Ionis Capitolini honorem: quorum etiam meminit Clem. Alexa. 1. Strom. Certamen vocans, quod Romæ exhibuit Domitianus.

Neque tamen nego, quin etiam significet locum certaminis, ac ludi, itemque Coronam, siue multitudinem spectantem: Et quidem iure Grāmatici, vt locum significat ludorum 1. Circum, deducunt ἀπὸ τοῦ μὴ γωνίαν ἔχειν. Liber est enim Cir- L cus ab angulis: Nam haud placet ἀπὸ τοῦ ἀγείρειν ā cogendo, siue congregando nominatum: potius ἀπὸ τοῦ ἄγειν, siue ex fabula, ab Agono Pelopis Auriga peritissimo. Consule Lud. Cæl. Rhodiginum. cap. 3. lib. 18. Antiq. lect. 20. vt de Agonistice cap. 30. lib. 13. Eruditissimus Patrum nostrorum sęculo vir Ioan. Lud. Viues in cap. 20. lib. 7. de Ciuitate Dei, qui essent Cereales ludi exponens, M perstringit Angelum Politianum, qui de iisdem ludis cap. 85. suorum Miscell. disseruit, quasi eosdem esse Cereales, ac Circenses opinantem.

Ego allucinatum puto Viuem; non enim Cereales eosdem, & Circenses putat, sed hoc tantū notat, ludos Cereris dictos Cerealia, quibus equorum cursus in circulo exhibebantur: non tamen alios fuisse veteres ludos Circenses, Conso primum, i. Neptuno, sacros ex Romuli insti- N tuto. Scimus enim Circum fuisse campum, in quo varij ludi celebrabantur cōmuni nomine Circenses appellati, quòd in Circo fierent; peculiaribus tamen quilibet ludus vocabulis nominabatur, vt Lupercales, Magni, Romani, Consuales, Cereales, Megalesia.

Quanquam Consuales Magni, & Romani iidem: erant enim varij dies variis assignati ludis, O ac Diis, in quorum scilicet honorem celebrabantur. Vide Gulielmum Godolæuium in 1. lib. Liuij in L. Tarquinio Prisco, & ibidem Glareanum in summa legum ipsius. & Scalig. sui hist. cap. 22. & hoc ille modus verborum Taciti lib. 10. indicat. Tandem statuere Circensium ludorum die, qui Cereri celebrantur, &c. alio scilicet die ludi exhibebantur etiam Circenses

1.in Circo,& à Circo dicti in alius honorem Dei.
P Mox. vtque Circensium Cerealium ludicrum.
perstringendus ipse Viues in cap.22.lib. 1. de Ci-
uitate Dei, qui Seruio consenserit tradenti dictos
Circenses, quod ensibus circumdarentur, quod
etiam habet Casiod.ep.51.lib.3.Nam cum rudis
vetustas non ædificasset loca huiusmodi ludis
apta, inter enses,& flumina eos agebant, vt igna-
uis vtrinque præsens esset periculum.
Q At lib.1.Liuius,& 3.Dion.Halicarn.L.Tarqui-
nius Priscus Circum maximum designauit lu-
dis spectandis, cum verisimum sit nuncupari
Circum, quia rotundus erat locus, vnde ludi
spectabantur; siue Circulus esset plenus, siuè di-
midiatus. Certè Casiod. loco allato quasi Cir-
cuenses appellatos, licet ab ensibus putet. Quod
verò multi scribunt, Circensium inuentorem
primum in Elide Asiæ fuisse Monadium, credi
R ei non potest. Quod item Valerius Antias apud
Liuium Megalesia primo fuisse ludos scenicos
prodit, Magnæ matris Deûm æde dedicata, no-
stræ huic obseruationi non repugnat; Vide Cæl.
lib.Antiq.lectionum 8.cap.7. & 8.de iis Circen-
sibus 3.var.lib.Casiod. ep. 51. partim benè, par-
tim malè quædam obseruat.
S Magni ludi, & Megalesia differebant, vt tra-
dit Io.Saxo in 22. lib.Liuij, vt apparet ex 29. lib.
eiusdem. Vide Alex.cap.26.5.lib.dierum Genia-
lium cum adnot.Tiraq. Nota vero Sabellici pri-
mam in T.Liuium adnot.de Neptuno,& Conso,
quasi diuersis Dionysij opinione: iisdem sen-
tentia Plut.& Seruij, qui& adnotatione in lib.33.
Liuij notat, Circenses etiam Plebeios ludos vo-
cari à Valerio, eosdemque fuisse Circenses, Ple-
beios, Magnos.
T Cur vero Plebei dicerentur, Asconius Pedia-
nus indicat, cum post exactos Reges tradit pro
libertate, & reconciliatione plebis institutos;
quanquam Dionysius significare videtur fuisse
Circenses, quos Romulus, cum raptæ fuerunt
Sabinæ, celebrauit: meritò tamen ab eodem Vi-
ue reprehenditur Polit. quod scripserit, Cerea-
les hos ludos primum C. Memmium Aedilem
V Curulem fecisse; cũ longè antè Memmium nar-
ret T.Liuius factos anno 17.secundi Punici belli
ex S.C.à Dictatore Gn.Seruilio Gemino, & Ma-
gistro Equitum Aelio Pæto. Sic ille lib. ab Vrb.
cond. 30.
Aediles autem Cereales idcirco nominati, quod
rei frumentariæ procurandæ erant Præpositi, vt
videre potes 6. Dionys.Halicarn.lib. Apul. lib.1.
Metam.sæpè apud Liuium, vt 10.& 10.lib. Addu-
X cit tamen Sigon.in lib.30.Liuij nummos argen-
teos, in quibus legitur C.Memmius, C. I. Quiri-
nius, Mem. Aed. Cerealis primus fecit. Nec mi-
nore idem Polit. eiusdem reprehẽsione dignus,
quod suspicetur illum Memmium, qui cum L.
Domitio Prætor fuit, & suffragatorem in peten-
do consulatu Cæsarem habuit Dictatorem, &
& qui Aedilis Curulis Cerealia curauit, esse, ad
quem T.Lucretius de rerum natura scripsit, vel Y
eius filium; cum tamen illo Adolescentulo Lu-
cretius iam decessisset 1. Gn. Pompeio, & M.
Crasso 11.Coss. verius parentem, siue Auum fuis-
se possumus existimare.
Lambinus putat 1. Lucretij lib. Memmium
Gemellum, qui Prætor in Bithynia fuit,& postea
Athenis exulauit, vt perspicere licet ex M.Tullio
ad eum epist. lib. 13. & satis probabiliter Hub.
Gifanius ostendit in vita T. Lucretij præposita
ipsius poëmati à se purgati mendis & notis illu-
strati.
His notis adde præclaram Iac. Ræuardi eru-
ditissimi I. C. animaduersionem solitum popu-
lum suis expensis Cirenses exhibere, lib. Var. 5.
cap. 14.

Quæ Animantium genera in se mutuo sæuiant, ipsis magis hominem.

CAPVT III.


NIMANTIA omnia tribus esse clas- A
sibus distinguenda constat, quædã
enim in aëre versantur, quædam hu-
mi ambulant, aquas nonnulla co-
lunt. Simplicius dicerent Philosophi aërea, ter-
restria, aquatilia: in quibus quanta sit varietas,
& dissimilitudo, omnium optimè docuit 1. de
hist. Animalium libro, & cæteris de hoc argumẽ-
to libris Arist. Magna eorum pars vim inter se, B
feritatemq; exercent, antiquissimus Poëta He-
siodus lib. quem inscripsit, ἔργα, ϗ ἡμέραι ad fra-
trem Persen, ita cecinit. 1.

Pisces, atq; feræ, volucresq; per aëra nantes
Se comedunt, quod eos non tangat notio iuris. A

Quos versus etiam Plut. adducit lib. de solertia
Animalium, cum demonstrare conatur, non li-
cere hominib. in bestias iniquè sæuire. & Porph.
lib.1. περὶ ἀποχῆς τῶν ἐμψύχων, & Clemens Alexa. ex- C
tremo 1.Strom. lib. Ac de auibus quidem antè
ostenderat, αἴνῳ quodam sanè venusto, & elegan-
ti, Accipitris Lusciniam vorantis Aesopus &
Plin. scripsit cap. 34. lib. 10. Dissidia Aquilæ, &
Oloris, & aliarum nonnullarum Auium, qua-
rum inter se mutua sit vis, immò & Arist. lib. 9.
hist. Animalium cap. 1. Aquilam ab aquila vora- D
ri, Cycnum ab Cycno.
Plut. lib. de odio, & inuidia. Bellum inter se
gerunt Aquilæ, & Dracones, Cornices, & no-
ctuæ, Aegthialli, & Acbantillides, sic vt ne san-
guinem quidem eorum misceri dicant, cum ma-
ctantur. & si miscuerit quispiam, priuata, ac pro-
pria quadam vi defluit separatum. Repetit de
his, aut similibus lib. 9. cap. 1. Arist. vt mirum sit,
eum hoc argumento vti lib. de hist. Animal. 6.
cap. 7. ad probandum Cuchlum non esse Acci- E
pitrem, quia ab hoc ille deuoretur; quod nulla
auis suo in genere solet facere.

Hinc

Hinc Hom. Iliad. 12. graui & pulchra compa-
ratione inducit Draconis, & Aquilæ pugnam, &
ex eo Virg. lib. 11. Cum pugnantes Venulum, &
Tarchontem facit, & Sophocles Antigona, vbi in
gratiam Thebanorum Victorem facit Draco-
nem, quandoquidem & hic. & Euripides multis
locis δρακοντοφυῶν canunt Thebanos, vt eos fabu-
F læ docuerunt. Arist. loco citato, dissidet, Aqui-
la cum Dracone. conuertit Theod. Gaza, vesci-
tur enim Aquila Anguibus. Ichneumo cum
Phalangia venatur enim Phalangias Ichneumo.
Poterat idem de Ciconia dicere, atque ibide,
& Nicander Ther. in hunc supra modum excan
descens Regia ales Aquila ex aëre aduolat: verú
inuitum bellum gerit cum genis suis, q̃ primum
in silua pascentem conspexit Draconem. *B* Ve
G rum Draco, & Aquila alterius generis sunt. Per-
spicuè Arist. lib. 9. hist. Animal. cap. 1. de Cycnis.
se mutuò comedunt Olores præ cæteris auibus.
& Sidonius Apoll. in Panegyr. ad Auitum Au-
gustum.

Quid volucrum studium? dat quos natura rapaces,
In vulgus propè cognatum, quis doctior isto
H *Instituit varias per nubila iungere lites,*
Alite vincit Aues.—

Ac certè, quàm sint minorum auium maiores a-
uidæ, ideoque rapaces, experientia in Miluis,
Coruis, vulturibus, & his omnibus, quæ aduncis
sunt vnguibus, & rostro, docet. Quanquam Plut.
93. quæst. Rom. Auium iustissimam vulturem
scribit: & si in aëreis reponimus Araneas, & hæ
mutuò se persequuntur: ex quo illi apud Suid.
bellissimi Senarij, Ignorat aranea, quos educet
I filios, qui educati matrem occidunt postea. *C*
In terrestribus obseruat Plin. 8. lib. cap. 11. Ele-
phantes, ac Dracones in India in se desæuire;
Rursus Elephantos, & Rhinocerotas plurimi
tradunt, maximè AEl. li. 13. cap. 44. De illis idem
48. cap. lib. 5. & 21. cap. lib. 6. & 22. Cerui item, &
serpentes hostes sunt capitalissimi. AEl. libr. 8.
K cap. 6. & lib. 2. cap. 9. & Oppianus Venat. Odium
mutuo irreconciliabile habet omne genus Ser-
pentum, & Ceruorum: Vbique verò inuestigat
in montium cauis ceruus audacem reptilem. *D*
Magis vniuersè AEl. locis productis. Notat aë-
riorum, & terrestrium multorum inimicitias.
Huc referendum, quod de Hyænis tradit lib.
8. cap. 30. Plin. Mares in eo genere timere libidi-
nis æmulos, ideoque grauidas custodire, & na
tos mares castrare morsu: hoc ad Onsgros tran-
stulit P. Angelius Bargæus 3. Cynegiticon lib.
L non longe à fine his versibus elegantissimis.

At si forte marem labentem aspexit ab Aluo
Æstuat, atq; omnem morsu spem prolis ademit
Et multo auellens genitalia vulnere fœdat.

Idem etiam de leporibus appetentibus Vene-
rem.

Ac nisi protinus amplexu excipiantur, & omnes
M *Concubitu sedent incendia fusa per artus*
Et scelere, & furiis nimium crudelibus acta
Quos vtero tulerunt decies sex ante diebus
Ilicet absumptos fœtus in viscera condunt.

Sic Vulpes in gallinas inuolant, in Agnos, & Bo-
nes lupi: Feles etiam domesticæ, & canes suos
catulos vorant, quod est amplius, Molossi Me-
litæos, & Scorpiones interimuntur à fœtibus,
mox atq; eos excuderunt. Sic & Araneæ, vt Arist.
docet, & ex Suida notaui. Venio ad aquas, in N
quarum incolis piscibus eminet hæc sæuitia.
Hesiod. in suo Scuto.

Delphines hac, illacq; ferebantur piscibus inhiantes,
Natantibus similes, duo autem sursum
Efflantes argentei Delphines depascebant mutos pi-
sces,
Sub his ærei trepidabant pisces. E

Arist. 8. de hist. Animal. cap. 2. ex interpretatio-
ne Gazæ, omnes pisces, inquit, suo tempore de O
uorant feturam. & cap. 2. lib. 9. magis vniuersè
docet maiores inire cum minoribus prælium, &
à maiore, ac robustiore minorem, infirmiorem-
que vorari, quanquam lib. 8. scripserat securos
esse pisciculos, cum maiores sequuntur magnos,
quoniam tum minuti negliguntur. Hinc Virg.
in Ciri de Scyllæ transformatione.

Sed tamen externam squammis vestire Puellam
Infidosque inter teneram committere pisces P
Non statuit; nimis est auidum pecus Amphitrites.

Et propterea Oppianus ἁλιευτ. lib. 1. Cephalos &
Cestreos esse δικαιότατον φῦλον ἀμφιτρίτης, iustissi-
mum genus maris, cecinit, quòd soli omnium
piscium piscibus abstineant, quod etiam asse-
uerat Arist. lib. 8. cap. 2. de hist. & Plin. extremo Q
capite lib. 9. inimicitias aquatilium commemo-
rat, vbi Congrum, ac Murænam ait caudas inter
se prærodere: quod ipsum adnotarat Arist. li. 9.
cap. 2. hist. Vt & Mugilis caudam vorari à lupo,
quod etiam apud Plin. eodem loco Nigidius te-
statur. Cum tamen statis mensibus concordes
sint.

Plin. lib. 8. cap. 25. Occidi, non tamen vorari
Crocodilum à Delphino testatur. & Athen. ex
Pancrate lib. 7. cap. 6. ab eodem Pompilum vo-
rari, non impune tamen: Polypum tamen sua si
bi acetabula deuorare falsum. R

Plut. libro de solertia animal. & Arist. 2. cap.
lib. 8. de hist. an. notat à Muræna, & Congro sibi
metuere, verius scribit hic non omni vero tem-
pore, sed hieme tantum vorare Polypum sua a-
cetabula credi lib. de comm. notitiis aduersus
Stoicos narrat ille. Huius tamen ingenium, at-
que astum in captandis piscibus describit AEl.
lib. 1. cap. 1. var. hist. eundem extimescit Astacus, S
vt idem scribit cap. 22. lib. 6. de hist. animal. & lo-
custam vincit, vt idem notat cap. 25. lib. 9. de hist.
animal. & cap. 38. lib. 10.

Quamobrem natura minores ex his contra
vim maiorum prudentia quadam, & versutia in-
struxit. Admirabilem enim Pinnæ, ac Pinnoteris,
siue Pinnophylacis concordiam in venanda pi-
sciculorum præda, industriam, idem Plinius eo-

dem

dem lib. cap. 42. & Plut. de solertia animalium
T describit. Et ante vtrumque Chrysippus Solen-
sis apud Athen.lib.3.cap. 7. de qua & AEl. lib. 5.
cap 29. Pastinacæ item in deprehendendo Mu-
gili omnium piscium velocissimo, aliisq; pisci-
bus, cum ipsa sit piscium tardissima, solers inge-
nium exponit.

Nec omittendus AEgyptiæ ranæ astus in ea
pernicie cauenda, quam ipsi continenter Hy-
drus intentat. Ob quod AEl. 1. de var. hist. lib.
V cap.3. σοφὸν τι χρῆμα vocat. Sic enim ipse: neque
enim aliis verbis explicarem, quàm ipsius, vt na-
tione Romani, ita lingua, ac scriptione Græci
elegantissimi. Sed ne bilem moueam ignaris
Græcæ linguæ, Latinè sic loquitur. Eximia qua-
dam pollet sapientia AEgyptiarum genus rana-
rum, & longè cæteris antecellit; Nam si in Hy-
drum inciderit Nili alumnum hæc rana frustum
X demordens arundinis obliquum gestat, & mor-
dicus tenet, nec quantum potest, dimittit. Ita
Hydrus Ranam vna cum arundine nequit vo-
rare. Quod tam magnam rem ipsius os nequeat
comprehendere, quãtam efficit arundo, ex quo
vincunt Hydrorum robur sua prudentia ranæ.

Atque ab hac maximè natiua piscium in se fe-
ritate illud natum, quod à prophanis scriptori-
bus sæpe legimus vsurpatum, à sacris tamen an-
Y tè ipsos, nam 1. cap. Abacue bis repetitur, & faci-
es homines, quasi pisces maris, & quasi reptilia
nõ habentia Ducẽ, hoc scilicet significat, quem-
admodum inter pisces, qui nullum habent Prin-
cipem, qui ius ipsis dicat, à quo in officio conti-
neantur, qui plus potest viribus, premit, ac vexat
inferiorem, sic inter homines euenire, quasi non
sit, qui ius, & æquum tueatur, vt infirmiores di-
strahantur, & opprimantur à fortioribus, nam
Z propterea dictum ante fuerat. Quare respicis
contemptores, & taces conculcante impio iu-
stiorem se? & B. Ambrosius 2. de Abraham Pa-
triarcha lib cap.8. ad illum locum Gen. 15. De-
scendentesque aues super cadauera.

Magis vniuersè meminit istius animantium
inter se ipsas feritatis, & rationem his planè ver-
Aa bis reddit. Naturaliter autem violentiores, po-
tentioresque viribus super infirmiores irruunt,
& quasi corporibus mortuis incumbunt, ex im-
prouiso frequentius irruentes. Quam eandem
lanienam piscium inter se bis celebrat, quan-
tum legisse recordor. Oppianus in Halieut. &
longe antè Hom. Iliad. 21.

—Ceu viso Delphino sæpe minores
In latebras fugiunt pisces, quos deuorat omnes
Quoscunq; assequitur, sic sunt formidine capti. F

Scilicet Troes. & ex Margopoli Varronis extant
Bb versus apud Nonium à Victorio lib. Var. lect. &
Iunio lib animaduersorum correcti. hi.

Natura humanis omnia sunt paria.
Qui pote plus vrget. pisces vt sæpe minutos
Magnu' comest, vt Aues enecat Accipiter.

Quo modo Brennus Senonum Regulus rogan-
tibus legatis Romanorum, cur obsideret Clusi-
um, iure naturali hoc facio, respondit, quo infir- Cc
mus potiori cedere iubetur, quo etiam pecudes
vtuntur: Dominantur enim Tauri, Leones, A-
quilæ, quia cæteris viribus præcellunt: quo vos,
Romani, subegistis Fidenates, Veios, Ardeates,
Volscos.

Plut. in Camillo. T. Liuius lib. 5. refert Simpli-
cius, ius tamen hoc naturæ eleganter, & doctè
Aristides expressit oratione ad Rhodios; sed ra-
rum esse, vt eiusdem generis animantes se mu-
tuo vocent, aut lædant, nisi irritatas. Plin. lib. 7.
in procemio: & Iuuenal. Sat. 15. Sapienter pro- Dd
dunt, ac politè, nec tamen omnino verum, vt
ostendimus. Vt vt sit, hæc feritas, & laniena pi-
scium maximè abiit in prouerbium, cum de mu-
tua hominum feritate agitur.

Itaque Polyb. lib. 5. Philippum, atque Antio-
chum narrat mortuo Ptolemæo, cuius infantem
filium isti, sanguine licet coniuncti, è medio tol-
lere cogitarant, tam immaniter inter se AEgypti Ee
Regnum distribuisse, vt trito vulgi tenerentur
dicto. Vita piscium. Inter quos eiusdem generis
piscium interitus minorum esca fit, atque ali-
mentum maiorum. & S. Irenæus lib. 5. cap. 24.
dum regna condi à Deo, non à Diabolo decer-
nit; Ne se, inquit, alterutrum homines more pi-
scium consumant; hæc enim caussa est in feris
feritatis istius:

Ἐπεὶ οὐ δίκη ἐστὶν ἐν αὐτοῖς. Ff

Itaque sanctè Iulianus Imperator, vt à Georgio
Cedr. in comp. historiæ scriptum legi. ad sena-
tum verba faciens, & quantopere ab iniuria in-
ferenda cauendum esset, docens, pauperiorum
maximè: Solis namque piscibus, inquit, moris
est, vt validior, ac maior deuoret minorẽ. Quod
Abacue dixit, quasi reptilia non habentia Prin-
cipem; tanto enim verè in hominem sæuius ho- Gg
mo sæuit, quàm in Bestiam, Bestia, quanto hæ ra-
tione carent, ac Principe, qui ius rationis tuea-
tur. Hunc ad cædem minimè natura instruxit,
vt lib. 3. in procemio Plin. egregiè scribit: illis de-
dit arma ad furorem exercendum, idque præ-
clarè Phocylides poëmatio illo suo Parænetico
docuit.

Arma vnicuiq; dedit Deus naturam aeripetam.

Hoc est diuinam:

Auibus quidem magnam celeritatem, & robur leoni-
bus,
Taurisque in sponte natis cornibus, & Apibus aculeos
innatum tutamen dedit.
At ratio propugnaculum est mortalibus.
Verum diuinitus inspiratæ sapientiæ ratio optima est.

G Quod Anacreon Oda sua 2. in Mulieres, aliud
agens, transtulit; Hinc natum illud Doctorum
sermone tritum prouerbium. Homo homini lu-
pus ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ λύκος, & aliud, serpens ni Ii
voret serpentem, non euadet Draco, H nec abest
Euripidis dictum à Theopompo citatum, bene
felicem aliena comedere, I & in commortuis

Alexis apud Athen. Ita aliena deuorare res est
dulcissima.

K Hinc rectissimè in superiores Hesiodi ver-
sus Proclus adnotauit hæc, Datum aliis, se vt mu-
tuo vorent, infirmioresque cibus fiunt poten-
tiorum, hominum verò generi natura, inseuit
Kk insipsum; quo fit, vt non modo, qui Anthropo-
phagi, & Canibales in India, & Brasilia, & Hiero-
nymi ætate, qui Scotiam incolebant, vsque ad
delicias humana carne vescentes, his bestiis, quã
hominibus similiores existant, sed Sicarij, sed
Latrones, sed Assasini Ecclesiastico è Persia vo-
cabulo petito nominantur, & id genus homi-
nes.

Ll Quod pulchre Theophilus vetus Ecclesiæ scri-
ptor 2. ad Autolycum lib. expressit, Raptores, &
homicidæ similes feris carne vescentibus: Nam
potestate, qua valent, vorant imbecilliores: &
Christianus Philosophus Athenagoras Atheni-
ensis in legatione sua pro Christianis ad M. Au-
relium, & Commodum Imperatores, Christia-
norum accusatoribus hoc obiicit, tanq̃ iniustis-
simis, & violentissimis: hæc in nos malitiosè ia-
Mm ctant adulteri, & puerorum amatores, qui Eu-
nuchi sumus, & vnas tantũ agnoscimus nuptias,
ipsi instar piscium viuentes: nam hi fortiores de-
biliores sui generis inuadunt, & deuorant. Nam
& hoc peius esse in hominibus idem Hesiod. ibi-
dem cecinerat, cum addidit, hominibus ius de-
dit, rem longe præstantissimam. L Illud enim
Nn conuenienter faciunt naturæ suæ mutæ animan-
tes, repugnanter suæ homines.

Hinc Cicero eleganter in consolatione, præ-
ter naturales hominis miserias, ex eo enim ad-
uentitias peiores esse tradit, quod sæuiant in se
mutuo homines; nullum enim aliud, inquit, in
toto terrarum orbe genus animantium reperi-
es, præter vnum hominem, quod in proprium
genus, atque in seipsum sæuitiam exerceat suam:
id illustrat, & amplificat Dicæarchi testimonio
Oo eo in libro, quem de hominis inscripsit interitu,
& Satyricè Iuuenalis Sat. 15.

Sed iam serpentum maior concordia, parcit
Cognatis maculis similis fera, quando leoni,
Fortior eripuit vitam Leo? quo nemore vnquam
Expirauit Aper maioris dentibus Apri?
Indica Tigris agit rabida cum Tigride pacem
Perpetuum, sæuis inter se conuenit Vrsis.
Ast homini ferrum letale incude nefanda
Pp *Produxisse parum est—*

Et post pauca:

Aspicimus populos, quorum non sufficit ira
Occidisse aliquem, sed pectora, brachia, vultum
Crediderint genus esse cibi—

Et Cassiod. 2. var. lib. ep. 19. Theoderici ad Go-
thos, & Romanos, aduersus quosdam, qui Do-
minum suum Stephanum contrucidarant. Proh
dolor, inquit, Pietas in auibus reperitur, quæ ab
humana conditione deseritur: Vultur ipse, cui
vita est cadauer alienum, tantæ magnitudinis
corpus, nec exiguis aliquibus probatur infestus.
Sed magis Accipitrem vitam plumigerarũ ani- Qq
um persequentem alis cædit, ore dilaniat, pecto-
re suo periclitantibus nititur subuenire; & ho-
mines parcere nequeunt, cuius se genus esse co-
gnoscuntur, ille non vult extinguere, quo pote-
rat vesci: serui maluerunt occidere, qui eos su-
perstes consueuerat enutrire. Fiat ergò pastus
pij vulturis, qui necem potuit crudeliter deside-
rare Pastoris; tali potius sepulchro recipiatur,
qui Dominum reddidit insepultum. Rr

Quo pertinet Nicetæ Choniatæ lamentatio
deplorantis necem Isaacij per summam iniuri-
am à fratre Alexio Imperio, atque oculis priuati
in hunc modum: Angelus Isaacius deiicitur Im-
perio, & exuitur potestate, prius oculis priuatus
ab iis, quos vice oculorum, vt duces sibi futuros
opinabatur, hoc est à fratre, quem vnicè ama-
bat: quod si aqua suffocat, quid nos bibemus
mortales? M Tales fuerunt Phalaris, Apollodo-
rus, Echetus, Mezentius, Tyranni veteres; Tales
Ecclesiæ hostes Maximinus, Decius, Diocletia-
nus, Licinius, Dacianus, Nero primus omnium, Ss
innumeri alij.

Talis sub Augusto procos. Asiæ Volesus, qui
cum trecentos vna die securi percussisset, vt Se-
neca scribit lib. de ira. cap. 5. incedens inter ca-
dauera superbo vultu quasi magnificum quid-
dam, conspiciendumque fecisset, Græcè procla-
mauit. O Rem regiam, talis Annibal, quem di-
xisse ferunt, cum fossam humano sanguine ple- Tt
nam vidisset; ô formosum spectaculum.

Talis A. Vitellius, qui cum adisset Campos, in
quibus à suis legatis fuerat pugnatum contra
Othonem, horrentes quosdam cadauerum ta-
bem detestabili voce ausus est confirmare; opti-
mè olere occisum hostem, & magis ciuem, vt
Suet. in eo scribit. c. 10.

Tales Turcarum Principes Otomanni, qui
domestico fratrum, & consanguineorum cruo-
re ferè stabiliunt Regnum, vt contra Persarum Vu
morem fecit Ismaël Tamæ Sophi successor, & fi-
lius æmulis octo fratribus è medio sublatis, ali-
isque omnibus tum consanguineis suis, tum et-
iam alterius fratris sui Aideris studiosis; ꝙ ipsi
magnum apud suos conflauit odium, vt Italicè
prudens belli inter Turcas, & Persas ætate nostra Xx
gesti scriptor Io. Thom. Minadolius prodit.

Talis inter Christianos fuit Romanus Eceli-
nus barbaro potius, quam Italico solo dignus
Carnifex, qui duodecim millia ciuium Patani-
norum ad vnum omnes vno compulsos loco
trucidari iussit. Talis Io. Basiliades Moschorum
Princeps, qui nullo alio penè vitæ solatio recrea-
batur, quàm cædibus suorum, quas descripsit
Alexander Guagninus Veronensis in Moscho- Yy
uiæ descriptione, quem etiam habitu Monachi
cum sociis item Monachis à prandio, canonicis
horis absolutis, solitum narrat, spectare cædes
eorum, quos diuerso mortis genere præceperat

necari. Tales omnes, qui crudelitate nobiles in omni gente fuerunt, quos per te ipse cognosces Plutarchum, AElianum, vel Maximum, Fulgosum, Sabellicũ, Volaterranum, Textorem, Eborensem, & qui vitæ humanæ Theatrum nuper cõcinnauit, ac priscos, ac nouos historicos legẽs.

Iam verò sancti Patres, & Imperatores spectaculorum vsum, & ludos gladiatorios non aliam ob causam tantopere execrantur, quàm propter hanc mutuam hominũ plusquam ferinam carnificinam, vt Tertull. Cyprianus, Lactantius, Constantinus, Theodosius.

Nec tacendum, Cardani sententia, omnium crudelem maximè esse hominem; quia calidissimus est, qui tamen eleganter, & grauiter à Iul. Cæs. Scalig. confutatur exerc. 274. cum esse hominem quouis pistilentiorem serpente paucis ostendat exerc. 33.

Plut. item lib. 8. Symp. q. 8. iniustè homines facere docet, cum piscium genus infestant, nullo ab ipsis accepto damno, & in plerisque aliis animantibus idem poterat affirmare. Quod enim mortalium genus ab Agnis, ouibus, paruis quibusdam auibus patitur detrimenti? Sed Pythagoræ symbolum illud exponit ἰχθύων μὴ γεύεσθαι pisces non gustandi, eorum interpretationem refellens, qui piscium imperatam ab eo abstinentiam putabant, vt animantium ab hominis natura semotorum, & quæ generis essent peregrini: Nam ob hoc ipsum vescendum fuerat piscibus, quòd immane sit, ac ferinum eiusdem generis animal vorare, potius quam externi. Ergò nolebat, inquit, offendi illam bestiam; quæ nec læderet hominem, nec verò lædere posset: Nam, & hæc caussa est, cur Phæaces ipsos, non modo Græcos induxit Hom. lib. Vlix. 13 piscium abstinentes; quanquam etiam varia genera sunt piscium fera, & hominum generi aduersa, quales nunc memini esse canes, ac lupos marinos, qui humana carne vehementer delectantur.

Penè omiseram insigne hostilitatis exemplũ inter Asinum, & Aegithum auem, nam rudente illo, huius oua, & pulli intereunt. Notat hoc Volaterranus 25. vrb. comment. lib. ex cap. 74. lib. 10. Plinij, quem tamen non videtur intellexisse, & inter Polypum, & locustam: hæc enim si cum illo reti comprehenditur, mox emoritur, vt scribit AEl. cap. 38. lib. 7. de animal. Et Arist. lib. de hist. animal. 8. c. 2. Vt hoc argumentum illustres, consule præter veteres illos Aristotelem, AElianum, Oppianum, Athenæum, Plinium, etiam nostros B. Io. Chrysost. Homil. 36. in Ioannem, Suid. in voce Σίφων, &c. Volaterranum lib. 25. citato; Rhodig. lib. antiq. lect. 24. extremo cap. 21. Pierium Valerianum 27. Hieroglyph. lib. in Polypo, & 28. in locusta. Victorium lib. var. lect. 6. cap. 8. ex Polyb. & Varrone. Scaligerum exerc. 24. de subtil. ad Card. & 189. n. 5. Io. Brod. lib. 3. Miscell. cap. 28. M. A. Muretum lib. Var. lect. 2. cap. 9. ex Hom. Opp. AEl. &c.

Cur Poësis Historia præstantior ex Aristotelis sententia: Tragœdiæ finem non necessario infelicitate concludi.

CAPVT IV.

PRAEFERT Arist. in Poët. rem suam agens historiæ poësim, non idcirco, quòd metro hęc scribatur, re videlicet operosiore, sed quòd magis cõmunia spectet, quàm historia: cum enim ostendisset non differre vtramque metro, sed in hoc est differentia, inquit, quod hic quidem facta dicit, Poëta verò qualia fieri oportet. quocirca res magis Philosophica, & digna studio Poësis, quã historia. Ἀλλὰ τούτῳ διαφέρει τῷ τὸν μὲν γενόμενα λέγειν, τὸν δὲ οἷα ἂν γένοιτο. διὸ καὶ φιλοσοφώτερον, καὶ σπουδαιότερον ποίησις ἱστορίας ἐστί. A

In quo vis est ꝓbationis? Credo in hoc. quoniam Philosophia omnium nobilissima est disciplinarum, velle Aristotelem docere. quo magis, ac propius ad Philosophiam quælibet accedit scientia, & facultas, eò esse nobiliorem, vt nobilissimo similiorem. Similiorem autem esse Philosophiæ Poësim, quam sit historia; cur autem? quoniam Poësis magis vniuersa, & communia sectatur Philosophiæ instar. Philosophus enim, vt in Porphyrij voces egregius obseruat explicator Ammonius, non equos vult cognoscere, sed equum tantum, id est, non hunc, vel illum, sed ipsam speciem, quæ vniuersa est, & communis pluribus: sic & Poëta non effingit Vlixem, aut Achillem, qualis est, sed cuiusmodi esse deberet; his enim indiuiduis imitandis prudentissimum virum, & heroëm fortissimum celebrat. B C

Quomodo Plato in Sophista Pictores ait debere Ideam semper intueri, & pulchriora omnia pingere, quàm sint: quo etiam præcepto suum Oratorem instituit summus Orator Cicero in Oratore ad Brutum: At historia res, & actiones persequitur singulares, & cuiusmodi sint, hic, vel ille Dux, Senator, Imperator, Consul, Dictator, Iphicrates, Cato, Pompeius, Cicero, Fabius, enarrat. & quid hoc, vel illo prælio acciderit, quomodo hæc, vel illa pugna commissa sit, Cannensis, Salaminia, ad Trebiam, ad Thermopylas, commemorat. D E

Sed ecce tibi Aristotelis explicatorem Aristotelẽ, mox enim subiungit, Poësis enim quæ magis vniuersa sunt dicit, historia verò singularia. mox. Singularia, quid exempli caussa fecerit Alcibiades, quid ei contigerit.

Illud verò σπουδαιότερον, quid significat, non declarauit. Robortellus, Paccius, vertit præstantius, i. ergo studio dignius, siue artificiosius; opinor, vt indicet magis esse artificiosam: Plus arte, F

quæ

quæ studium requirit, Poësim constare, quàm historiam; quoniam, vt primo Rhetorico docuit, Ars nulla considerat, vt Medicina, quid sanum Socrati, vel Calliæ, sed quid huic, siue tali, his, vel talibus, sicut & Dialectica; vel certè quid magis serium, quoniam etiã φιλοσοφώτερον, quanquam ego mallem historiã scire scribere, quàm pangere poëma, & omninò vitæ mortalium vtilior, quàm Poësis historia, dicat quidquid velit Aristoteles.

Communis est opinio mortalium etiam Doctorum, cum Tragœdia fit, finem eius debere semper esse miserum, & infelicem: verè sic ferè fit. iure tamen suo Tragœdia hoc non requirit, vt contra artem fuerit Tragœdiæ, si principia calamitosa fingas, secundos fines, & faustos.

Exemplo sint Sophoclis, & Euripidis principum Tragœdiæ Dramata, eiusdem nominis, hoc est Electra, in qua infelicitas mutatur in felicitatem: Sic Orestes Euripidis felicem habet exitum: habet Iphigenia in Tauris, & in Aulide: immò & Hippolytus, Io, Andromache, Helena, Rhesus, si modo est Euripidis, & Alcestis maximè, & ferè quæcunque habent ex Deo machinæ solutionem: vt mirer, quo modo scripserit in Poët. Arist. Euripidem in eo reprehendi, in quo est præcipuè commendandus, quòd pleræque ipsius Tragœdiæ desinunt in miseriam; πολλαὶ αὐτοῦ τραγῳδίαι εἰς δυστυχίαν τελευτῶσι.

Deinde Aristotelis testimonium, quod affirmo, confirmat scribentis magnitudinem Tragœdiæ tunc pro iusta habendam, cum rerum commutatio aptè fiet, vel ex felicitate in infelicitatem, vel contra.

Itaque, vt semel definiam, idoneus est magnitudinis Tragœdiæ modus is, ex quo verisimiliter, aut necessariò ex progressu rerum mutatio fit ex infortunio in secundam fortunam, vel cõtra. Tametsi verissimum, quod Apsinus Rhetor scribit, multum inesse perturbationis affectus in Poësi Tragica, τὸ πάθος πολὺ μὲν ἐν ποιήσει τραγικῇ, quod quidem etiam in Ciuili, & Oratoria scriptione suum habeat locum: hanc vocat ipse παθητικὸν λόγον: nam etiã si finis Tragœdiæ sic felix, & fortunatus, necessariò tamen res atroces debet continere. Scalig. 3 Poët. lib. cap. 97.

Cur Mithridates, & quis, Dionysius appellatus, qui miscendi vini mos, & ratio, à veteribus vsurpata.

CAPVT V.

COELIVS Rhod. 29. antiq. lect. lib. ca. 17. cur Mithridates illustris Ponti Rex, is, quì cum totos 42. annos bellum Romani gesserunt, & per Pompeium debellarunt, Dionysius appellaretur, exponit, opinor ex Athenæo, aut Plutarcho; Victorius quoque lib. var. lect. 7. cap. 4. ostendit ex Athenæo, vocatum fuisse Deum, neque tamē Liberũ, siue Dionysium magis, quàm alium. At Muretus var. item lect. lib. 1. cap. 2. Omnium elegantissimè, & politissimè, citatis etiam Græcis Plutarchi verbis ex lib. 1. Symp. q. 6. quo magis existimo illum, quæ eius est modestia, ex Plutarcho accepisse, quam in Rhodigino legisse. Nemo tamen veriorem attigit rationem ea, quam ego in Clem. Alex. Protreptico didici, sibi videlicet hoc nomen artogasse, vt plerosque alios, ob diuinitatis cupiditatem, mox inter cæteros Mithridatem Ponticum recenset, Dionysium se nominantem.

Hinc (scil. quod priuati plerique alius alias ob causas Diui nuncupati) puto motos Reges veteres has fabulas despicientes, liberè, propterea quod ab hominibus nullum impenderet periculum, seipsos Deos pronunciauisse, ea ratione docentes, illos quoque per gloriam factos esse immortales.

Rex Põti Mithridates cognomine Beneficus, qui alienam Cappadociam inuasit, & successit ei Mithridates filius, Dionysus, & Eupator appellatus, cuius testimonio Appiani sermonē in Mithridatico addendum existimaui, qui & Dionysij, & Eupatoris cognomine eum Regem ornatum fuisse tradit; & postremum quidem cognomen sæpè in Strabone legitur: vtroq; autem nonnulli etiã AEgypti Reges Ptolemæi fuerunt affecti, vt contra Euergetæ nomine huius Eupatoris Mithridatis Pater Mithridates poti⁹ fuit, vt Appianus in Mithridatico, & lib. 10. Strabo scribit, quorũ quæ origo fuerit, mihi nõ constat, nisi ad Ptolemæos refugiã, quorũ Philopater dictus, alter patris occisor, cõtraria vitio appellatione.

Ex hoc mendũ aufer ex vita Demetrij à Plut. scripta, & Latine à Don. Aciaiolo reddita, cum Pompeium, qui Philopater est nuncupatus, quadraginta remorum nauem fieri iussisse, narrat; manifestè enim pro, Pompeius, reponendum Ptolemæus, vitium tamen existimo non tralatoris esse, sed typographi; multis quidem placuit Dionysium, hoc est, Bacchum siue Liberũ, vt pro L. Flacco vertit Cicero, propter bibacitatem, nominatum, quòd esset bibacissimus, & bibacissimos vehementer probaret, & ad bibacitatem propositis præmiis inuitaret.

A qua vanitate & stultitia non abfuit M. Ant. Triumuir, quem iure summus Orator Cicero 2. Philipp. vt ebriosum insectatur, nam & ipse Dionysius, siue Liber Pater, voluit appellari, & statuis suis id nomen subscribi, quem cum eo nomine salutarent Athenienses, addiderunt, se illi despõdere Mineruam, rogareque, vt duceret, quod scribit Suasoria 1. Seneca & Dio; lib. 48. ille ducturum se respondit, sed Dotis nomine mille ipsis talenta imperare. & se ipse Bacchum iuniorem appellauit, & ab aliis appellari voluit; & cum præter

hæc & alia, ipſi deſpondiſſeut Minernam Athe-
nienſes; admittere ſe dixit.& dotis nomine ipſos
centum millia aureorum perſoluere: ſanè caſti-
gata illorum adulatione, non minus acerbè,
quàm prudenter.

Illud aduotatione dignius, quod ex Straboue
obſeruat lib.de anima Tertull.cap.46.Mithrida-
tem ex ſomuio Pouti potitum, & hoc lib. eius 7.
G narrari Pamelius notat; cum hoc tantum in eo
legatur, Reguum ipſi à Pariſade traditum, ac ne
gry quidem de ſomuio vllo.

Hic mihi veteris illina oraculi venit iu men-
tem recordari, iubentia Dionyſinm mari eſſe
mergendum; quo iudicabatur, iufuudendã eſſe
vino maris aqnam, quod ipſius quaſi præſidio
purius ac firmius viuum efficeretur; ex quo vini
Thalaſsitæ apud Plin.nomen,cap.8. lib. 14. uam
& apud Atheu.lib.1.cap.23.Dionyſij ad mare fu-
ga hoc ſignificabat; affirmant quidam, & Bacchi
ad mare ſugam ſignificare vini ſactiouem olim
cognitam; ſuaue euim vinum eſſe infuſa maris
H aqua. Ideoqne veteres Baccho Delphiuum ap-
pingebaut, qnòd vinum aqua maris dilutum ſa-
cillus ac diutius conſeruaretur; id quod ſe ab
Agricola Patruo Columella didiciſſe fatetur,
lib.12.cap.21.& 22.De quo & Cato cap. 24. & 106.
de re ruſtica, & Dioſcorides cap.20.lib.5.

Athenæus verò ſic loqultur apud Euſt. in lib.
n.41. Vina diligentius miſta aqua maris crapu-
lam impediunt, & ventrem ſoluunt, mordicant
ventriculum, nec inflationes efficiuut, & confe-
I runt ad uutritionem, ex quo more Plautus Ru-
dente act. 2. pœnè extremo luſit qnaſi vinis Græ-
cis Neptunns nobis ſuffudit Mare, & Horat. lib.
2.Satyr.ep.poſtrema ſcripſit.

—Procedit fuſcus Hydaſpes
Cæcuba vina ferens, Alcon Chium maris expers.

Blaſov appellatum narrant Geoponici auctores:
& hac infnſione qnandam viuo ſaporia gratiam
accedere, & Plntarchus cum quærit q. 10. natu-
ral. Cur vino aqua maris infundatur. reſpõdens,
prodncit oracnlum olim piſcatoribna reddi-
tum, quo iubebantur mari Bacchum immerge-
re; neqne abeſt Allegoriæ via adiecta ſabulæ,
quam narrat Euſtathius ad illud Homeri Iliad. 9.

K *Nam tibi multa domi iucundi eſt copia vini*
Martia per lati quod miſit Thracia ponti
Æquora, Achiuorum conuectum nauibus altis. A

Item ad illud 6.Iliad.

Δρύαντ⊛ ἦε κρατερὸς Λυκοοργός.

Declarans cur Thracia dicatur Martis terra, vt à
Virg. 4.Georg.

—Rheſi Mauortia tellus

Propter furores ac bella, quæ Thrax Lycurgus,
cnm vellet pacare Bacchum, perſecutus eſt, do-
nec Bacchus, id eſt, vinnm incidit in mare ex fu-
ga, iuxta allegoriam ſugiens, ſi licet ita loqui,
propter immoderationem: ex eo ſiquidè tem-
pore, quòd miſtum fniſſet aqna, in amore omni-
um eſſe cœpit, & ciuile effectum eſt, atque ita adi-
tu facilè, & non proſequendum: cuius pars vi- L
nnm aqua maria miſtum à veteribus dictum *τε-*
θαλαττωμένος.

Obſeruandum non ex vino, ſed ex nimio vi-
uo, hoc eſt, ebrietate, rixas, & bella oriri docuiſſe,
cum vinum moderatè potum, iuuet plurimum;
ita Eubulus Com.apud Athen.lib. 2. ſic loquen-
tem Bacchum vini præſidem indncit. Sententia
horum eſt verſuum; Tres eſſe viui cyathos vti-
les, plures verò pernicioſos, cum primus ſanita-
tia ſit: amoria, & voluptatis alter; ſomni tertius;
quartns contumeliæ; quintua clamoris; ſextus
laſciuiæ; ſeptimus liuorum; octanus voratoris;
nonus iræ; decimns fntoris: Addit vero nihil
hoc eſſe mirum, quoniam in exiguum vas ſi plu- M
rimum inſundas viui, ſubuertit ipſum.

B Vide quomodo interpretetur ſabnlam Bac-
chi in mare ſe præcipitantis, & à Thetide atque
Euryuome ſuſcepti Gloſſographus, Iliad. 6. eſt
vero *ἀπαρύχυτον, ὅτι μέμικται θάλασσα*, à ſerui furto
exortum ſic menſuram explentis; Vide Cato-
nem de re tuſtica cap.112.lib.8. Geop. cap. 23. ex
Berytio. vniuersè autem de aqua vino miſcenda
Plntarchus agit lib. de ratioue tuendæ ſanitatis,
prndenter & doctè. Potus autem vini, res eſt vti-
liſsima, pharmacum ſuauiſsimum, obſonium
iucundiſsimnm; ſed ſi aqna temperetur; longè
magis ſi in tempore uon dilntum ſumatur; ſi ta
men diluatut, aut ſi inter vina diluta per ſe ſola
bibatur aqua, vtiliorem efficit vini diluti potio- N
nem, & ſuadet, vt ita aſſueſcamus, vt extra quoti-
dianam victua ratiouem, duos, treſue cyathoa
addamus, quibus viui vis leniatur, & ad aquæ
potum corpus exerceatur, ne poſtea, cnm neceſ-
sè fuerit, aquam bibere, uouitas, & inſolentia,
corporis offendat conſtitutionem: cum item
ſole æſtuamus, aut rigemus præ ſrigore, ſine di-
cendo vehementius ſatigati ſnmus, & omuino
poſt ſudores, & deſatigationem bibi maunlt a-
quam, aut vinũ dilutius, qnod eo tempore aqua
ſit aptior ad reſocillandam ſenſim, recreandam- O
que uaturam: vehementi enim, ac veloci effica-
citate vini meri corpus faciliua commouetur, &
agitatur, & quodammodo exaſperatur.

Tametſi ego nnm conſtanter hoc ſit verum,
vehementer ambigo, quòd ſciam omnem ab
extremo ad extremum progreſsionem eſſe per-
nicioſam qnòd uimis atrox intercedat inter ma-
gnum ſrigus, maguumq; calorem pugna. Quid?
ſi in maximo rigore frigidam bibamus, nonne
maiore corpus rigore conficimus? Probo igitur
magis vinum dilutum, qnàm puram aquam: ta-
metſi contra Propertius vniuersè canit lib. 2. ad
Cynth.eleg.penultima.

Ah pereat quicunq; meracas repperit vuas
Corrupitq; bonas nectare primus aquas. P

Hoc eſt, vino; Cum etiam veteres Baccho ſobria
ſacrare, *Διονύσῳ νηφάλια θύειν* in more haberent,
qnòd aqna vino amica ſit, ant eſſe debeat, qui-
bus ſacris neſas habebatur bibere vinum, & om-

uino vtilius est vino vti diluto: eidemque Plutarcho iure visus est non sapere Lycurgus Dryantia filius, qui, vt è medio vinolentiam tolleret, vites omnes amputauit, cum ei liceret fontes propius admouere, & insanientem Deum, Deo sobrio, vt Plato dicebat, restinguere, aut moderari; quicquid enim est in vino noxæ, aufert aqua, non aufert, quod est vtile. Hinc vulgatus versiculus:

Q *Compedibus Venerem, vinclis constringe Lyæum.*

Et idcirco Plutarchus idem 3. Symp. q. 9. Plures Baccho assignari Nutrices prodit, quia pluribus lympharum mensuris est mansuefaciendus, hoc est, vinum diluendum: laudans citatum Platonis dictum, & eleganter, atque ingeniosè accõmodans Reipublicæ gubernationi ex prudentia seniorum, & ardore iuniorum temperatæ; Videntur ipsi etiam veteres duas quidem Ioui nutrices attribuisse, Baccho autem plures, quòd hunc Diuum pluribus aquæ mensuris, cicurare, & quodammodo instituere mitiorem ipsum, & prudentiorem efficere oporteat, quamque hoc salutariter fiat, ostendit historia, quam lib. 4.
R Athen. notauit hac oratione, cum videlicet ab Amphictyone docti fuissent vini, & aquæ temperationem: tunc enim rectus est Bacchus, nec vacillat, aut ad prolapsionem inclinat, cum vinum diluitur, & modicè bibitur, id quod lib. quoque 2. repetit, ex quo Meleager Epigr. Anthologia lib. 1. εἰς οἶνον.

Bacchus vt è flammis puer exiluisset in vndis
Traxerunt nymphæ horridum adhuc cinere.
Hinc iunctus Nymphis est Bacchus gratus, at ignem
Ardentem capies hunc nisi miscueris. C

Scitè ad fulmen, ac tonitru alludit, quo Semele Bacchi mater icta interiit; & facete Pluto Aristoph. Mercurium conquerentem inducit, mi-
S stum sibi vinum dari. Hei mihi ob calicem æqualiter permistum; D Vbi Schol. οἴνου καὶ ὕδατος.) Vini & aquæ: Purior enim hæc mystio: iocatur autem de cauponibus; Quæritur verò, cur aliis quidem Diuis mera exhibetur libatio; at Mercurio temperata: & respondemus, eum ab vtrisque honorari, scilicet, viuis ac Manibus, quod imperet vtrisque. Porrò de caus. natur. Plut. q. 10. quærit, cur Vino infundatur aqua maris, & cur datum piscatoribus oraculum, Bacchum immergendum mari? Scilicet, quòd calor impediat perfrigerationem, vel imminuat vires vini, auraqueas, & flatuosas partes sistat, & attenuet, quæ sunt terreæ. Ego propterea institutum arbi-
T tror, quod rationis, & orationis præses Mercurius, quibus vehementer merum officit. Itaq; sapienter Alphonsus Rex Aragonum, cum ex eo quispiam rogaret, cur vino dilutissimo sitim extingueret. Vino obscurari sapientiam respondit. Et cum alius, cur vsq; adeo reprehenderet, & damnaret ebrietatẽ, furorem, ac libidinẽ ebrietatis esse filias dixit, vt 2. lib. de reb. ab eo gestis narrat Antonius Panor. Quamobrem omniũ gentium more prodidit li. 4. reru antiq. c. 2. Diodorus Siculus Deum sospitem bibenti optati, cum purũ in cena vinum miscetur: cum verò post cenam V
aqua mistũ, Iouem nominari seruatorem, quod puri vini potus ad insaniã redigat, aqua mistus, eam prohibeat, afferens lætitiam & voluptatem. Nec male Plut. 2. li. Symp. q. 1. Sicut in lubrico, inquit, ij subuertunt, qui tantũ in transcursu attingunt, Ita in vino, quamlibet orationẽ minus aptè prolatã, facilè peccandi occasionẽ præbere: Eustath. lib. Vlix. 9. post. Athen. Græcã illam cantiunculã,

Et quinq; bibe, & tria, vel non quatuor, E

refert non ad numerum cyathorum in bibendo, sed ad vini, & aquæ temperationẽ: tria enim ait significare, vnius vini cyathi cum duobus aquæ mistionem: quinq; duorũ vini cum tribus aquæ: quatuor, totidem vini quot aquæ, quod æquale æquali, ἴσον ἴσῳ dicitur, & priores quidẽ duas vini X
confusiones, & aquæ, hominũ & sanorum, & bilariorum: tertiam insanorum, ac furiosorum: Si autem merũ bibatur, adferre Paralysim, Athen. paulò differenter ex Anacreontia versibus, indicantis duos aquæ cyathos quinque vini cyathis admiscendos, aut duobus, vnũ F Aristoph. Equitib. vbi Scholiastes, optima verò temperatio, vini duæ portiones, aquæ tres, cuius mistionis Auctor Minerua, opinor; quia sapientiæ conuenit, Apud Hesiod. ἔργ. καὶ ἡμέρ. sunt qui Craterem exponant, vas in conuiuiis fuisse, vino diluto plenum vt Oenochoem, quasi calicẽ, vel cyathum, quo ex Cratere bibituri hauriebant. Vt verò meri potio cauenda, ita nimia dilutio, ne cõtingat auditi, quod Y
ex Pherecrate Athen. producit lib. 10. ad coruos abi, ranis te oportet miscere, ἔρρ' ἐς κόρακας, βατράχοις οἰνοχοεῖν. neq; tamen audiendus in Aristij Tragici Cyclope, quem apud Athen. Chamæleo refert in Satyris, Polyphemus, increpans Vlixẽ, quod aquam misceret vino, perdidisti vinũ infundens aquam, ἀπώλεσας τὸν οἶνον ἐπιχέας ὕδωρ. & apud eundem Vlpianus, tu nobis qui ab hara nomen accepisti, vinum perdidisti aqua miscens, nonnihil tamen adfert noxæ maioris vinum liberalius dilutum, quàm merum: quoniam in posterũ diem grauidine caput afficit: reddit hãc causam Probl. 3. sect. 3. Arist. quod vinum suaptè natura crassius ac- Z
cessione aquæ subtilius efficitur, & ob id angustos capitis meatus citius ingreditur, & ad ipsum vim suã transmittit, ac difficilius concoquitur.

Cum primus autem Oeneus vitem acceperit à Baccho, auctor Apollodorus lib. Bibli. 1. hac oratione, Oeneus Calydonis Rex primus à Bac- C
cho accepit plantã vitis, ex eoque fortasse Græci nominarint οἶνον, vt Nicander apud Athen. tradit initio lib. 2. Primus tamen hanc aquæ cum vino temperationẽ vtiliter Staphylus docuit, vt refert Plin. c. 57. lib. 7. qui istius mistionis varietatẽ tradidit lib. 24. & 23. ea κρᾶσις dicitur à Græcis. Aa

De vino miscendo ex veteribus sæpe Athen. lib. 1. c. 29. li. 2. c. 2. lib. 10. c. 6. 7. 8. aliisque. Ex quo iure à Iustino Philosopho, & Mart. in oratione

pro Christianis ad Antoninum Pium, sacrum altaris vinũ, in quo ex instituto Alex. 1. Pont. Max. & exemplo Christi IESV liberatoris nostri, modicum aquæ solet infundi, vocatum est κρᾶμα; dilutam potionem Celsus nominat, etiam si maior aquæ fuerit portio extra sacrificium tamen.

Plut. de ratione valetudinis conseruandæ, κρᾶμα 1. Vinum aqua mistum, etiã si maior sit aqua, infusa, quàm vinum, vinum tamen vocamus. Hæc mistio in Christianis placet Alex. Clem. c. 2. lib. 2. Pædag. multo magis sola aqua; legendus
Bb in hoc argumento Hieron. Mercur. cap. 18. lib. variar. lect. 1. præter plerosq; barbatos, & politos medicos. Num verò aqua vino infundenda, vt Scaligero placet exerc. 101. n. 4. de subtil. An vinum aquæ, vt Cardanus melius putat, & ego in more habeo, disputatione res digna, nisi fortè superstitiosa est: quæ verò Io. Manard. epist. 3. lib. 14. epistolarum medicinalium, agit de temperatura vini, non de temperando aqua vino, sed de vi, ac natura est vini.

Qui & quot olim Romæ Prætores, Pomponij I.C. error: num in eo Liuius à seipso dissideat.

CAPVT VI.

A  fine principium sumam. Nobilissimus Rom. Hist. scriptor T. Liuius lib. 3. ab V. C. Fuere, inquit, qui interpretarentur, eadem hac Horatia lege, Consulibus quoque, ac Prætoribus, quia eisdem auspiciis, quibus Consules crearentur, cautum esse: Iudicem enim Consulem appellari; quæ refellitur interpretatio, quod his temporibus nondum Consulem Iudicem, sed Prætorem appellari mos fuerit. Ea lex Horatia lata fuit anno V. C. 305. ab Horatio Consule, sed idem
B Liuius lib. 7. ita narrat. Annus hic erit insignis noui hominis Consulatu, insignis nouis duobus magistratibus, Prætura & Curuli Aedilitate: Hos sibi Patricij quæsiuere honores, pro concesso Plebi altero Consulatu, at hic annus erat 388. siue 389. vtroq; loco videtur esse dissidium, cum lib. 3. Prætor nominetur, qui tamen lib. 7. primus creatur. Primus autem Sp. Furius M. eius, qui quinquies Dictator fuit, filius, Camillus, sic enim in voce πραίτωρ Suidas.

Conciliandi rationem optimi scriptoris, scriptor optimus Cicero docet, qui 3. de legib. lib. eundem fuisse aliquando Prætorem, Iudicem, &
C Consulem indicat hac oratione. Regio imperio duo sunto. iique præeundo, iudicando, consulendo Prætores, Iudices, Consules appellantor. Immo, & primò Prætores indicat appellatos. à præeundo, quod Varro consentit 2. lib. de vita Pop. Rom. quòd præessent populo, vt lib. 3. de ling. Lat. Cõsules aliquando nominatos Iudices.

Itaque cum olim Consul etiam Prætor appellaretur, vt manifestò priore loco indicat Liuius, vnusque & idem foret magistratus: Postea Prætoris nomen Consuli ablatum, & nouus creatus magistratus, qui diceretur Prætor: quomodo secundus Liuij locus accipiendus, eoque tempore non nomen Prætoris, sed gradus noui magistratus institutus. Nam & Asconius comm. in D
3. Verr. & Festus lib. 11. ac Nonius ex testimonio Varronis omnem Magistratum, cui parebat exercitus, notant Prætorem nuncupatum: quod postea me legisse memini 2. lib. subsec. lect. I. C. Antonij Concij cap. 19. Lege item Reuardum lib. 1. suppnt. iur. c. 9. lib. 2. c. 1. lib. 3. cap. 34. & aliis locis.

Consules verò vt hoc obiter adiiciam, dicti, quòd senatum consulerent, vt ait Varro apud Non. Cassiod. à consulendo, id est, prouidendo, quòd consulerent Reip. vt ait Cicero de legib. vel. quòd à Ciuibus consulerentur, vt Attius, & mansit Prætoris nomen Consulib. vsque ad Decemuiros exactos, teste Zon. hoc est, ad Coss. L. Valerium, & M. Horatium.

Qui verò numerus Prætorum fuerit, non norunt omnes, magna enim mutatio huius Magistratus fuit. Anno V. C. 388. Vnus tantum Sp. E
Furius Camillus: additus alter anno 510. Peregrinus dicebatur, quòd plerumque inter ciues, & peregrinos ius diceret. Epit. 19. Duo alij additi anno 520. vt in Siciliam, & Sardiniam, redactas in Prouinciam cum imperio mitterentur Epit. 20. Superatis postea Hispaniis anno 557. duo iterũ adiuncti: ita in vniuersum ad id tempus Prætores fuerunt sex, è quibus duo Iuri dicundo præerant: reliqui in Prouincias mittebantur, expertes iudiciorum: id mansit donec quæstiones perpetuæ anno 605. constitutæ L. Censorino. Nu. Mamilio Coss. Tunc enim Patribus visum, vt toto magistratus sui anno Prætores in Vrbe manerent, è quibus duo more prisco F
ius dicerent: Reliqui quatuor publicis iudiciis præessent; tum eo anno exacto, iidem in Prouincias Prætorias sorte mitterentur.

Auxit deinde quæstionum publicarum numerum L. Cornelius Sulla, auxit item Prætorũ, non tamen, vt quot quæstiones essent, totidem etiam Prætores crearentur. in quo celebris I. C. Pomponius falsus, qui decem institutos fuisse putauit, vt Dionis testimonio mox constabit: Plures enim quæstiones apud eundem Prætorem sæpè exercebantur. Itaque duos tantum addidit: sic ad Ciceronis ætatem non plures, quàm G
octo, Prætores fuerunt: nec te moror colligendis ex ipsius scriptis testimoniis.

Primus decem instituit C. Cęsar Dictator, quo pluribus bellorum sociis honorem eum gratificaretur; Testatur hoc Dio lib. 42. vt remuneraretur plures ipsorum, Prætores decem in sequẽtem annum promulgauit, & sacerdotes, ac si lege is foret mos; vt ex eo falli Pomponiũ intelligas,

nec diu is numerus stetit sub Cæsare, nam biennio post creauit quatuotdecim, anno post sexdecim, & id in multos annos, vt Dio scribit li. 43.

Successit Augustus, & ipse inconstans, & varius; Anno enim 731. retraxit numerum ad decem, vt est apud Dionem, atque ita sanxir Augustus, & Prætores decem instituit, quòd non necessarij essent plures hoc numero. Anno deinde 764. propter turbam competitorum, creauit H sexdecim, hoc est, vt posteriotibus deinceps multis annis, quemadmodum Dio 56. lib. declarat, duodecim duntaxat crearet; quod indicat 1. Ann. lib. Tacitus de Tiberio loquens, candidatos Præturæ duodecim nominauit, numerum ab Augusto traditum: videlicet si posteriora eius tempora respicias: nam ad priora Pomponius respexit, sexdecim tradens constitutos: nec iuramento diu stetit Tiberius, non se excessurum numerum duodecim, quandoquidem quindecim ab eo postea creatos Dio prodit lib. 58. & aliquando sexdecim, vel vno, duobusue plures, pauciores que, φαινῇς vocat Dio Prætores; nam & Claudius Imperator aliàs quatuordecim, aliâs octodecim, interdum medio inter hos numero, vt Dio narrat lib. 60. legit.

Canteri explicatio versus Epimenidis & Virgilij lectio repudiata.

CAPVT VII.

A LATINE, & Græcè bene doctus, & diligens bonorum Auctorum Corrector Gulielmus Canterus minus mihi videtur cautè vulgatam tot sæculorum, & doctorum interpretatio-nem illorum verbotum repudiare, quę sunt eius versus Epimenidis postrema, quæ S. Paulus epist. B ad Titum cap. 1. refert.

—Γαστέρες ἀργαί, ventres pigri:

Videre scilicet, non potest, quid in ventris pigritia magnopere sit reprehendendum, & cum venter in malam partem sumitur, nihil ferè solere adiici aliud.

Vt omittam cum eo Theologicè disserere, qui vulgatam editionem, vt vocant, non probet: Velim Canterus mihi dicat, cur magis pro auido, & voraci hic ἀργὸν sumi debeat, quam pro inerte, & pigro. Hoc, inquit, μάργος significat, γαστέρες μάργοι dicere Epimenides volebat, si id ratio carminis tulisset: quasi verò aliter versum, aliisque C verbis pangere non potuisset, quæ hoc significarent: & si ἀργὸς illud hic significet, quod vult, non etiam additum sit ventri aliud, vndè in malam partem capiatur.

Non videt, quid in pigritia ventris possit reprehendi: At vidit sapiens ille Romanus Agrippa Menenius apud Liuium lib. 2. inducens familiam membrorum hominis laborantium, quæ in ventrem, vt ignauissimum, conspirarat: at vidit Laudunensis Anselmus siue alius in Glossa interlineari, qui exponit, gulosi, & ideo pigri: At viderunt omnes ad vnum Græci eius epistolæ interpretes: quod verò ait μάργος, auidum significare, atque edacem, equidem non reprehendo, sed eum tantum doceo μάργον propriè significare amentem, insanum, vesanum, stolidum, vt docet D Eust. in 5. Iliad. lib. & Vlix. 10. Ex quo γαστρίμαργος, non est simpliciter ventri deditus, atque abdomini, sed insanè deditus.

Hinc Hesychius ventre insani γαστρίμαργοι, τῇ κοιλίᾳ μαινόμενοι, & ex antiquo scriptore Varinus Camers, circa ventrem furens γαστρίμαργος, ὁ περὶ γαστέρα μεμηνώς, nostri vitæ Christianæ attentæ, atque remotæ à communi populi vsu veteres institutores γαστριμαργίας spiritum hoc modo nominant, Cassianus in primis, qui integrum de eo 5. librũ conscripsit; quomodo Hesiodus ἐγχεσίμαργον nominat, quem Poëta quidam Latinus, ense furentem cecinit, id est, bellicosum, & in armis strenuum.

Ex qua ratione egregiè stolidi hominis, & ad E nullam rem apti Cognomen Margites, ex quo Homerico poëmati nomen; indeque prouerbium, vt pro stolido Margites dictus sit Græcis, immo etiam Italis: nam hoc est, quod Italicè dicimus Margutto, Puleij, opinor, Tusci poëtæ Cantibus celebratus, pro insigniter guloso, & inepto, quales apud priscos scriptores agnonimus Meletidem & Corœbum de quo adeundi bi scriptores Arist. lib. Ethic. 6. Lucianus in amoribus, & Hermotimo Eustath. in 10. Vlix. librum Schol. Aristophanis auibus, Zenodotus in collect. eiusdem etiam meminit in Alcibiade 2. Plato interpretatus Homeri de illo versum, Margitem quidem scire multa, malè autem scire omnia.

Adde, quòd quemadmodum Vlix. 18. Hom. F Γαστέρα dixit κακοεργόν, sic ἀργὸν Epimenides, ille, quod improbè facere doceat ingluuies, hic, quòd nihil benè facere, languere otio, & consumi; & certè alterum alterius caussa est; nam ex copia ocio datur occasio: quamobrem Ezech. 18. oraculum est diuinum, hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, superbia, saturitas panis, & abundantia, & ocium ipsius, & filiarum eius. Ociũ verò si ames, ames & gulam & Venerem necesse est. Ex quo præclarè Mantuanus Poëta Christianus, lib. 1. de suorum temporũ calamitate, nostrorum dixisset, si Vates fuisset. G

—Fædaq; libidinis vsum,
Et Veneris concedit item conuiuia ventris,
Ingluuiem laudat, sic lentus pectora torpor
Occupat, & pigras ita vincit inertia mentes, &c.

Et, 1. de remedio amoris, Ouid. 17.

Quàm Platanus riui gaudet, quàm Populus vnda,
Et quàm limosa canna palustris aqua,
Tam Venus ocia amat—

Et sibi in membris corporis, maximè vicinę partes venter, & pudenda, Veneris instrumentum. Non est etiam quod libentius ἀργοὶ legat, quàm

ἀργαί, licet ab eo ftare videatur Fauorinus, nam
H præterquã quod declinatur fem. genere ἡ γαστήρ, τῆς γαστέρος, itaque & in ἔργα καὶ ἡμέρ. Hefiod. de apibus alienum laborem in ventrem demetunt fuum; Et condens ventre bubulo:

Ἀλλότριον κάματον σφετέρην ἐς γαστέρ' ἀμῶνται.

——καλύψας γαστρὶ βοείῃ.

Sic & Epimenides non inelegantior Hefiodo, fed ἀνακόλουθον eft legere ἀργαί: Certè etiam fi daremus, Poëtæ tamen non femper quod ἀνακόλουθον eft, amant, qui per omnes vagari dialectos, & dicendi formas confueuerunt; at neque Atticus magis fuerit Ariftophane Epimenides, & ille tamen Vefpis ἐν ἀλλοτρίας γαστέρι dixit ἐσθίει. Obiter nota Virgilium 4. Georg. indicaffe verfum He-
I fiodi citatum, cum cecinit:

Ignauum fucos pecus à præfepibus arcent.

Et vocem ἀργὸν explicaffe. Illud potius obferuandum fuerat Cantero ex Theophylacto θηρία κακὰ, non fimpliciter malas interpretari ipfum, fed venenatas, quæ fcilicet virus obloquendo veritati offunderent: & iure poft κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί poni: nam tritum Græcis eft prouerbium, mala fera venter eft, ὡς μέγιστον θηρίον ἡ γαστήρ. Idem Canterus cap. 8. eiufdem libri, menda in plerifque Poëtis, & acutè deprehendit, & rectè corrigit, apud quos fæpè omnia pro omina legitur. Sed ille tamen Virgilij verfus Pharmaceutria extre-
K ma, *Credimus? an qui amant ipfi fibi fomnia fingunt?* vt eft ab ipfo correctus eum culpa vacuum effe non patitur; Sic enim ex codice M. S. legendum putat; Omina fingunt; Tametfi ex Luciano in Pfeudomante fcio, à fpe, & metu diuinationem, & auguria fuiffe orta, nec enim neceffe eft ita corrigere, etiam fi ex fide fcripti codicis corrigat, qui mihi codex potius videtur effe mendofus; vt ego fæpè in tales, qui multis fcatebant mendis, incurri.

L Primum enim duplex effet in eo verfu licentia, in, qui amant, & fibi omnia, quòd abfq; certa caufa dare liberalitatis eft nimiæ: Deinde quòd rem vulgatam, & communem amantium affectionem, & morem exprimere voluit, cum fomnia fingere fibi amantes canit: Nam & Ouid. alicubi dixit: *Somniat omnis amans.*

Et Theocrit. vt ex Bucolicis interpreter Bucolica Ecloga 9. Paftorem fic loquentem facit; Ego verò certè quæcunque in fomnis apparent, multas quidem oues, multafque Capras:

Ἐγὼ δ' ἦτοι ὅσσ' ἐν ὀνείρῳ

Φαίνονται πολλὰς μὲν ὄϊς, πολλὰς δὲ χιμαίρας.

Et illuftretur quod dico, illuftri quidem, fed minus cafto, at ignoto Adolefcentis cuiufdã fomnio, qui cum miferè fcortum nefcio quod deperiret, neque eo tamen potiri daretur, inter dor-
M miendum potitus eft fomnians, tum fcortum mercedem fibi ab Adolefcente flagitat folui, negat folutionem adolefcens, quod non reipfa, fed fomnio potitus effet: apud AEgypti Regem caufa defertur, is iudicat, fono pecuniæ fatisfaciendum fcorto, vt ipfum fatisfecerat amatori fomnio; Narrat Alexa. Clem. 4. Strom. paulo aliter iudicium hoc Bocchoridis fuiffe; & quidpiam fimile AEl. lib. var. hiftor. 12, cap. 63. commemorat, cui fimilis altera fertur vulgo narratio Cauponis, qui à viatore mercedem exigebat odoris carnium affatatum, ad quem panem comedisfet: ingeniosè viator odorem carnium repofuit fono numorum.

Hanc hiftoriam Io. Andreas in gloff. ad cap. N
Ad noftram, de confuet. Alijq; & Bart. de verb. oblig. l. 1. verf. Pone, quod furiofus, & recentiores narrant de fatuo quodam Parifienfi, qui litem eo modo compofuit, inter Tabernarium & egenum, vt aiunt ipfi, qui panem fuauius comederat ad fumum, ac nidorem fuæ culinæ; quam nõ poterant Cato, Gratianufue, iuftius definire.

Crimina item in fomnis commiffa à C. Caligula, punita videtur affirmare Tacit. lib. ann. 11. non ita longè poft principium ἀκέφαλον, faltem ab eo punitos, qui in fomnis Pampineam Coronam, albentibus foliis vifam affirmarunt, interpretatumque tradiderunt, vergente Autumno, mortem Principis oftendi; confentit præfagio O
fomnij, Artemid. lib. 1. c. 79. docens, coronam Pampineam, feu in vite, & Dionyfiacos artifices fignificare & mortẽ, ac vincula ꝓpter Pampinos implicatos, & inflexos; & q̃ in fomnis quifpiã vidiffet, ac fe vidiffe dixiffet, ipfi perniciẽ attuliffe.

Marcell. comes lib. 15. narrat apud Conftantium Mercurio folemniorum Comite præfertim inftigante. Mercurius, inquit, folemniorum Comes, quòd vt clam mordax canis interna vitia fubmiffius agitans, epulis, cœtibufq; fe crebris inferens, fi per quietem quifquam, vbi fufius naturale agatur, mendofus locus, vidiffe aliquid amico narrans, id venenatis artibus coloratum P
pelus patulis Imperatoris auribus infundebat: & hoc homo tanquam inexplicabili obnoxius culpæ, graui mole criminis pulfabatur: hæc augente vulgatius fama, tantum aberat, vt proderet quifquam vifa nocturna, cum ægrè homines, dormiffe fefe præfentibus faterentur externis; mœrebantq; docti quidã, quòd apud Atlanteos nati nõ effent, vbi memorantur fomnia nõ videri; quod vndè euenit, rerũ fciẽtifsimis relinquamus.

Idem Theocritus alia Ecloga pifcatorem inducit fomniantem fe pifcem aureum expifcatũ. Neq; habet Canteri emendatio locum, etiam fi fuperioribus verfibus omina quædam Virg. cõmemorarat, fiue qui apud eum loquens induci- Q
tur Paftor. *Afpice, corripuit tremulis altaria flammis, &c.* Quæ Germanus Valens, doctifsimè illuftrat. Nolo obliuifci notationis ab hoc loco nõ abhorrẽtis verfum Epimenidis citatum ab Apoftolo depromtũ, fiue ex libro oraculorũ ipfius, id eft, τῶν χρησμῶν, quẽ repente inter dormiendũ Poëta factus, vt alio libro docebo, cõfcripfit: fiue ex Callimachi hymno εἰς τὸν Δία, vt quofdã voluiffe notat eruditifsimus Pater S. Hier. in hunc S. Pauli locũ.

Veri-

Verisimilius est quod ipsi placet ibidem, & in epistola Romano oratori Magno scripta, ex proprio auctore Epimenide excerptum: quod etiam
K B. Chrysostomus scripsit Homil. 3. in eam epistolam. & B. Epiphanius li. 1. sui Panarij, ac S. Augustinus contra Aduersarium leg. & Prophet. lib. 2. & ita necesse est sentire; cum dicat Apostolus, Quidam ex illis proprius illorũ Propheta, εἶπέ τις ἐξ αὐτῶν ἴδιος αὐτῶν προφήτης, hoc est Cretensis: Cretensis vero Epimenides fuit, Callimachus Cyrenæus. Hos sequitur in Schol. Margin. Franciscus Vatablus.

Vocis ἐλεύθερος etymologia, & res voce significata antiqua doctrina illustratur.

CAPVT VIII.

A VOX ἐλεύθερος, liberum significat, modi quidam loquendi Græcorum, & Latinorum Etymon, & apertè confirmant, & mirificè illustrant, Veteris doctrinæ collector Suidas ἐλεύθερον describit ἐλεύθοντα ὅπου ἐρᾷ, id est, euntem, quò libet. Itaque nescio quis manumissus Arrianici Epicteti lib. 3. ita loquitur, eo, quo volo, venio, vnde volo, & quo volo, πορεύομαι ὅπου θέλω, ἔρχομαι ὅθεν θέλω, καὶ ὅπου θέλω. Non valdè dissimiliter antiquiores Soph. Antigona, & Menãder. Te quidem ipsum defers quo vis, extra grauem accusationem liberum, A Iucunda res mori ei, cui viuere non licet, vt libet; quod apertè significat Plautus, Men. act. 5. sce. 7.

Mea quidem hercle causa liber esto, atq; abito, quo voles.

B Et Cicero 13 Philip. Nihil moror saluos esse, atq; ite, quò iubet. Quod etiam in Manumissionibus nominatim solebat adscribi; hinc seruitutis species est. non posse à loco discedere, vt habetu. D. de lib. Ho. exhib. l. 2. & speculator non multum, inquit, distat à seruo, cui nõ datur facultas libera recedendi, quò velit; Tit. de conduc. & locat. §. 5. quod si quis. Demonstrant hoc exilia, relegatio-
C nes, deportationes, carceres. Tametsi Cicero in Parad. penultimo, & 1. de officiis lib. libertatem propriè definit, Potestatem viuendi, vt velis; Vt & Iustin. de iure person. initio ac Florent. L. libertas D. de statu hom. ex quo Sat. 5. Persius.

Vindicta postquam meus à Prætore recessi,
Cur mihi non liceat iussit quodcunq; voluntas.

Et pro Plancio Cicero, de Tabella data populo: Frontes aperit omnium, mentes detegit, eamq; libertatem dat, vt quod velint, faciant; promittant autem quod rogantur: Propius ad etymologiam Arbiter Petronius in Satyricis.

D *Hoc amo, quod possum qualibet ire via.*

Ad definitionem autem Ciceronis eadem Satyr. idem Persius.

An quisquam est alius liber, nisi ducere vitam
Cui licet, vt voluit? licet vt volo viuere, non sum
Liberior Bruto?

Quare suo primo Rhetorico Aristot. Liberum enim in vita agenda non pendere ab alio, B quo respicit ipsum prouerbium, quod significat, alterius arbitrio, more, ac nutu viuere, quæ certè seruitus est maxima. Terentius act. 1. sce. 2. Heautontim.

Hunccine erat æquum ex illius more, an illum ex eius more viuere?

Nec dissimile illud Iuuenal. Sat. 5.

Aliena viuere quadra.

Ex quo sibi viuere, sua frui libertate, esse demõstrat Ouid. eleg 4. 3. de Tristib. E

Vsibus edocto, si quidquam credis amico,
Viue tibi, & longè nomina magna fuge.
Viue tibi, quantumq; potes prælustria vita;
Sæuum prælustri fulmen ab arce venit.

Itaque Cicer. 1. de officiis eum qui, vt vult, viuit, beatum esse prædicat, & S. Augustinus de diuersis quæstionibus 83. q. 51. quatenus sapiens est, & Deo similis. Hoc sanè amplius est, quàm liberum esse. Lixam autem, qui videlicet serulle in exer- F
citu munus obit, Festus dictum putat, nescio an verè, quòd ei liceat, quod libuerit, sc. quia extra ordinẽ est militiæ; cum alij à liguriendo appellatum velint, minus fortasse verè. Superiore autem Persij loco vindicta dicitur virga, vt in Top. Cic. Seuerinus Boëthus aduotauit, quæ cum manu mitteretur seruus, eius capiti imponebatur, quæ & festuca ab eo nominatur.

Non in festuca victor quam gestat inani.

Κάρφος λεπτὸν festucam tenuem, in Publicola, & de sera Num. Vindicta Plut. appellat; extat versiculus Euripidis.

Quisnam est seruus? cui moriendi cogitatio nulla. C

Quo Cicero vtitur 9. ad Attic. lib. Plutarchus de legendis poëtis, & 4. Strom. Clemens, qui exem- G
plis confirmat Pueri Spartiani ab Antigoni milite capti, qui cum liberalibus in muniis pareret, ne pareret in sordidis, quæ seruorum sunt propria, Clamans, non seruiam, caput parieti illisit: Mulierum Dardaniarum, quæ in amne liberos suffocarunt, hoc elogio addito, Non seruietis: Calani Indi respondentis Alexandro, non compelles inuitum facere, quod nolim: Dirissimum tormentum est ignis, at eo superiores nos sumus; quæ & citat Seneca epist. 78. ac Philo libro quòd omnis probus liber, qui alia item H
congerit, & præclarè exponit allatum versiculum; Laudatur à quibusdam hic Senarius.

Quis seruus est, mortem qui potest temnere?

Intellexerat videlicet ipsius auctor, nihil æquè posse animum seruitute premere, atque moriendi metum propter vitæ cupiditatem. Cogitare autem oportet non modo liberum à seruitute esse, qui mortem contemnit, sed etiam qui paupertatem, infamiam, frigus, & ea omnia quæ vulgus iudicat esse mala, Nam & Plutarchus loco allato addidit, hoc est, subaudiendum eadem eum dicturum de labore, ac de morbis; & Seneca epistola citata; Nam vita, inquit, si moriendi vir-

tus abest, seruitus est, & Spartani voce pueri declar st.

K Hic de ciuili, & naturali libertate, quæ corporum est potius, ac rerum externarum; at vera libertas, qua verè sumus liberi, illa est, de qua liberator noster Ioan.8. est locutus. Si filius vos liberauerit, verè liberi eritis, quod egregiè à beato Augustino explicatur tract.48. in Ioan. & aliis locis innumeris, qui & lib. de moribus Manich. ex eo concludit, sic seruit ergo anima, quæ istam libertatem nondum est assequuta, de quo & consule S. Ambrosium epist.7. ad Simpl. & lib. de Ioseph Patriarcha, & Clementem Alex. 4. Stromat.

I quæ enim corporum est libertas, ea ferè in seruitutem delabitur, quod pulchrè dixit 8. libro de Repub. hac oratione Plato, Nimia enim libertas, non in aliud videtur mutari, quàm in seruitutem nimiam, ἡ γὰρ ἄγαν ἐλευθερία ἔοικεν εἰς οὐκ ἄλλο τι, ἢ εἰς ἄγαν δουλείαν μεταβάλλειν.

Atque vt pudeat Christianos in corporum libertate conquiescere, negligentes animi; En quid eos Seneca docet epist. Si, siue 52. ad Lucilium, Quæ sit libertas, quæris? nulli rei seruire, nulli necessitati, nullis casibus, fortunam in æquum deducere, quo die intellexero eam posse, nihil poterit; libro de vita beata cap.15. In Regno nati Deo parere libertas est.

L Sapientissimè hoc, illud insipientissimè immo impiè cap.15. lib. de ira, quo vel præcipitia, vel laqueos, vel arbores, vel ferrum, quibus tibi vitam præripias, esse iter ad libertatem monet: quocunque perspexeris, ibi malorum finis est. Vides illum præcipitem locum? illo ad libertatem ascenditur. Vides illud mare? Vides illud flumen? illum puteum? libertas illic in imo sedet. Vides illam arborem horridam, infelicem? pendet inde libertas. Vides iugulum tuum? guttur tuum? cor tuum? effugia seruitutis sunt. Mox

M quæris quod fit ad libertatem iter? quælibet in corpore tuo vena? & cap. extremo 2. lib. de Tranquil. ad Serenum. Non est autem libertas nihil pati: fallimur. Libertas est, animum opponere iniuriis, & eum facere se, ex quo solo sibi gaudenda veniant, exteriora deducere ad se, &c.

Hoc non omnino impiè, sed tamen impiè, quia plusquam Pelagianicè: Sapientius, tametsi non omnino perfectè. Zeno apud Laërtium in eius vita lib.7. ἐλευθερία ἐστὶν ἐξουσία αὐτοπραγίας, vt δουλεία στέρησις αὐτοπραγίας. Libertas est facultas actionis per se conficiendæ, seruitus priuatio ipsius, Vera enim libertas est, non tam actionis per se ipsum instituendæ, quam bonæ actionis Dei munere facultas. Cicero in Parad. paulò secus vertit: Nam actionis libertatem per se periculosam esse, cui vitium adiunctum sit, eximiè Plutarchus de Principe indocto hoc sermone declarat; Pote-

N stas cum vitiositate coniuncta, neruos addit perturbationibus; Illudque verè Dionysius dixit: tum demum se potiri imperij dulcedine, cum, quod vult, celeriter exequitur. nec omnino verè. Huic enim nisi imperet ratio, & legum metus, sc Dei, næ iste erit perditissimus, quoniam addit calcaria perturbationibus, malitia.

Virgilij locus quem ex Ciceron. est imitatus: alter Ciceronis contra quosdam emendatus.

CAPVT IX.

IN ea posterum Aeneæ commemoratione, quem ad finem 6. Aeneid. sub Anchisæ persona Virg. instituit, cum ad duos Africanos maiorem, & minorem venisset, quorum alter Africæ tributum imposuit, alter Carthagini finem, ita canit: A

Quis Gracchi genus?

(C. & Tib. fratres Gracchos intelligit) aut geminos,

Duo fulmina belli

Scipiadas, cladem Libyæ?

Quibus versibus sine dubio Ciceronem est imitatus in oratione pro L. Cornelio Balbo, in qua, cum in mentionem Cn. & Pub. Scipionum incidisset, quorum alterum Parentem habuit, superior Scipio, alterum Patruum, & cum, inquit, duo fulmina nostri Imperij subito in Hispania B

Cn. & P. Scipiones extincti occidissent. Nonnullo tamen discrimine, nam vt Cicero fulmina dixit Imperij; sic Virg. belli: vt ille comparationem accommodauit duobus Cn. & P. Scipionibus, sic iste duobus PP. Scipionibus Africanis, quod illa verba significant cladem Libyæ. Silius item lib. 7. Virgilium imitatus Poëta Poëtam, quem pro Deo penè colebat.

Heu vbi nunc Gracchi? aut vbi nunt sunt fulmina gentis Scipiadæ?

Et lib.4 Georg. de Cæs. Octauio: C

Cæsar dum magnus ad altum

Fulminat Euphratem bello?

Cic. verò fortasse Lucretium ita scribentem lib.3.

Scipiades belli fulmen, Carthaginis horror.

Perspicuè de Africanis intelligit. Eodem modo Petrarca noster cap.1. Triumphi famæ de aliis cecinit bellatoribus eximiis, eadem vsus comparatione, adiiciens alteram.

Lucio dentato, & Marco Sergio, à scena

Quei tri folgori è tri scogli di guerra.

Eodem Lycophro similitudinis ornamento Achillem affecit, vocans eum πρηστῆρ δισσῶν μάχης: Presterem autem esse formam fulguris, Meteorologica tradunt. Nec prætereundum, singularem orationis vim, aut potius sublimem, grandem, incitatam, efficacem orationem solere fulmen appellari; vt enim fulmen omnia quantumuis licet aspera, ac dura vi sua penetrat, & vehementi quodam impetu cadens fertur, sic efficax oratio, atque elata facilè subit animum, & vehementissimè mouet. Cic. 9. epist. lib. ad Pætum epist. 172. Ain tandem? insanire tibi videris quòd imitere ver- D

borum

borum, meorum, vt scribis, fulmina? & orat. ad Brutum de mediocri, ac temperata loquẽdi forma verba faciens, & cum tenui conferens, ac sublimi: Nec acumine, inquit, posteriorum, nec fulmine vtens superiorum. Quo etiam nomine Ciceronis eloquentiam Silius lib. 8. celebrat.

E *Implebit terras voce, & furialia bella*
Fulmine compescet linguæ.

Et Aurelius Prudentius eandem metaphoram traduxit ad vim prædicationis euangelicæ, in euertendo simulacrorum cultu significandam.

Torquetur Apollo, inquit in Apotheosi,
Nomine percussus Christi, nec fulmina verbi
Ferre potest: agitant miserum tot verbera linguæ.

Sic & Comicus Aristophanes, longè ante Ἀχαρνεῦσιν de Pericle, qui olympius idcirco est appellatus, scripsit, ἤστραπτεν, ἐβρόντα, ξυνεκύκα τὰ πάντα, seu potius τὴν Ἑλλάδα, vt etiam Plin. citat lib. epist. 1. ad F Cornelium Tacitum, & in vniuersum, quicquid vehemens est, & concitatum, ab oratoribus, & Poëtis fulmen vocatur Cicer. 2. Tuscul. extrema, non modo stimulos honoris, sed etiam fulmina fortunæ contemnamus. Silius lib. 11. acrem oculorum Annibalis aciem exaggerans, cum apud eum Pactuius filium deterret ab cæde, quam meditabatur,

Tune illa viri, quæ vertice fundit,
Fulmina pertulerit

Idem narrans li. 23. Liuius Pacuuium Calauium nominat patrem, Perollam filium. Verba sunt historici, quæ Poëticè reddidit Silius. Vultum ipsius Annibalis, quem armati exercitus tremũt, G quem horret populus Romanus, tu sustinebis? Sic & apri dens, fulmen dicitur, & eius dentis vulnus fulminis ictus est. Ouid. 8. Metam.

Dentes æquantur dentibus Indis.
Fulmen ab ore venit, frondes afflatibus ardent,
Fertur vt excussis elisus nubibus ignis.

Et rursus lib. 10.

Fulmen habent acres in aduncis dentibus, apri.

Nam & Plin. scribit lib. 8. cap. 52. Indorum aprorum dentes esse cubitales, immo non dentes, sed cubitales dentium flexus geminos ex rostro: Mart. lib. 11. epig. 39.

Fulmineo spumantis Apri sum dente perempta,

Et lib. 13. propterea scripsit epigr. 98.

Dente timetur Aper, defendunt cornua taurum.

Illius dẽtes graphicè opp. 3. cyneg. lib. descripsit quibus itidem totidem à fronte, ceu vituli, cor- H nua exerunt, neque tamen hanc ob caussam dicantur fulmina, sed, quòd vt vehementissimo impetu feruntur in terram fulmina, &, quicquid tangunt, adurunt, sic & vi maxima fertur aper ad feriendum, & ictus eius dentium igneus est, ita vt adurat, nec cicatrici illatæ remedium afferri possit vllum, eaq; est caussa cur difficillimam ac periculosam Aprorum esse venationem Xenophon lib. de venatione tradat.

Cic. in orat. ad M. Brutum. Itaq; Caria, Phrygia, & Mysia, quòd minimè politę, minimeq; elegantes sunt, adsciuerunt aptum suis auribus, optimum quoddam; & tanquam adipatæ dictionis genus. Sectio est integerrima, & quæ Maioragio, I Victorio, Manutio, aliisque doctis probatur, tametsi aliter in Sebastiani Gryphij codice, ex emendatione Victorij, legatur, cum tamẽ ex eiusdem Castigatione in Antonij Griphij libris rectè habeatur, & vehemẽter Ludouicus Strebæus non malus interpres dissentiat, ac repugnet; sic enim scribit.

Arbitror adipale, non adipatæ scripsisse Ciceronem, quia cum posuisset hoc epitheton opimum, recta loquẽdi ratio poscebat adipale coniungi, non orationis filum in casum patritium, male detorqueri, sic enim rectum fuerat: adsciuerunt aptum suis auribus optimæ quoddam & tanquam adipatę dictionis genus. Cur autem ab K adipe non dicamus adipale, vt à lege legale, à ceruice ceruicale, à trabe trabale, à dape dapale? nam claui trabales, & cœna adipalis est dicta. Verum ipsi respondeo, quod tamen non ignorauit, Nonium veterem Grammaticum, adipatæ legisse: sic enim ait: adipatũ veteres honestè pro pingui, & succulẽto, & opimo posuerunt; & hoc vtitur Ciceronis testimonio. Ergo veterem dictionem eleganter vsurpauit, vt & Iuuenalis Sat. 4. postrema.

Liuida materno feruent adipata veneno.

Deinde adipale, siue adiposum non ostendet a- L pud bonos latinitatis auctores: Quãuis doctus adagiorum collector in prouerbio, Pontificalis cœna, dicat, alicubi se legisse, adipales cœnas, & adiposas Hermolaus Barbarus c. 20. li. 10. in Plin. Adde familiarem esse Ciceroni hunc orationis contextum, qui nõ placet Strebæo: Cuius exempla legendo Cicerone multa occurrent ei, qui Strabus non sit; & cum hęc scripsissem deprehendi Turnebum libro Aduers. 2. cap. 7. probantem hanc lectionem: adipatę dictionis genus, inquit, Cicero dixit, genus pinguis elocutionis, & in- M suauis, & inconcinnæ ab adipatis cibis translatione ducta, id est, adipe iunctis & opimatis: pingue sonans, nescio quis dixit de eo, qui vteretur hoc genere dictionis: Adeps verò est, quod nos dicimus, il grasso, & la songia, rerecto verbo, quod ante Italos Græci vsurparunt ἀξούγγια: Vide Plin. cap. 9. li. 28. nat. hist. Ea quo modo à seuo differat Arist. 2. lib. cap. 5. de partibus animalium tradit.

Idem Iudicium Geographi de Poëta, quod de Oratore, Catonis: infrequenti vsu numerorum in dicẽdo Isocrates & Cicero conciliantur.

CAPVT X.

A CATONEM Censorium, eum qui optimus orator, optimus senator, optimus Imperator est habitus, quique Romanorum primus nonnulla

scripsit

scripsit de ratione dicendi, tantum oratori tribuisse; Quintilianus est auctor li. 12. cap. 1. vt cum definiret virum bonum dicendi peritum: quam eius definitionem latè nimis oratoriæ fines extendentē, idem optimus dicendi magister mordicus retinuit professus initio suarum institut. orat. se illum instituere perfectum oratorem, qui esse, inquit, nisi vir bonus potest: itaq; non modò quod Cato dixit, tum, qui sit orator, virum
B bonum esse oportere existimauit, sed ne futurū quidem oratorem, nisi virum bonum: talemque esse à Virgilio effictum 1. Aen. lib. his verbis.

Tum pietate grauem, ac meritis si forte, virum quem Conspexère, silent, arrectisq́; auribus adstant.

Habemus igitur, inquit Fabius, ante omnia virum bonum. post hæc adiecit, dicendi peritum.

Ille regit dictis animos, & pectora mulcet.

Exaggeratius & acerbius Seneca lib. declam. 1. in prologo ad Nouatum, Senecam, & Melam filios. Erratis optimi iuuenes, nisi illam vocem, non Marci Catonis, sed oraculi, creditis. Quid enim
C est oraculum? nempe voluntas diuina hominis ore enunciata: & quem tandem Antistitem sanctiorem inuenire sibi diuinitas potuit, quàm Catonem, per quem humano generi non præciperet, sed conuicium faceret? ille ergo vir, quid ait? Orator est, M. Fili, vir bonus, dicendi peritus: ite nunc, & in istis vulsis, & expolitis, & nusquam nisi in libidine viris, quærite oratores: meritò talia habent exempla, qualia ingenia: quis est, qui nunc memoriæ studeat? quis, qui non dico magnis viris, sed suis placeat? Hæsit huic sententiæ Cassiodorus libro suo de Rhetorica, quam ante istos Plato docuit, cum in Gorgia scripsit. Necesse est igitur Rhetoricum hominem esse iustū; Iustum autem iusta velle: cum quis futurus sit
D rectè peritus Rhetoricæ oportere iustum esse, & rerum iustarum scientem; ἐξ ἀνάγκης τὸν ῥητορικὸν δίκαιον εἶναι, τὸν δὲ δίκαιον βούλεσθαι δίκαια ... ; quem locum citat Fabius lib. 2. cap. 16.

Confirmat Plinius eandem sententiam lib. 3. epist. ad Hispullam, de eius filio erudiendo; proinde fauentibus Diis trade eum præceptori, à quo mores primum, mox eloquentiam discat, quæ malè sine moribus discitur: vt verissimum sit, quod Atalaricus Rex, apud Cassiod. lib. var. 8. scripsit ad Aratorem: Probatum est, quid vtilitatis habeat moribus armata facundia: nam sicut perniciosum est, doctos praua suadere, sic
E salutare munus, cum veritatis terminos disertitudo nescit excedere; & S. Hieronymus epist. ad Oceanum de vnius vxoris viro. Definiunt Rhetores, inquit, oratorem, qui sit vir bonus dicendi peritus, ante vita, sic lingua irreprehensibilis quæritur, vt doctus meritò suscipiatur: perdit enim auctoritatem docendi, cuius sermo opere destruitur.

Eadem Strabo vir veterum litterarum scientissim᷑, & singularis Homeri admirator de Poëta sentit: Cùm enim contra Eratosthenem disputans Poëtarum nomen, & famam tueretur, quæ lacerabatur ab eo, doceretq́; neminem esse Poëtam, qui ad rectam viuendi rationem posset excitare, vel eam ipse imitari, nisi eius esset parti- F
ceps, ac planè esse dissimilem artium mechanicarum, & poëseos naturam, hæc subiecit. At illa quidem fabrorum & ferrariorum virtus, nihil habet aut honesti coniunctum, aut grauis; Poëtæ verò virtus cum virtute hæret viri; nec fieri potest, bonus vt sit poëta, qui non prius vir sit bonus: nimis omnino de poësi honorificè, de Poëta seuerè. Si enim vera est, vt Catonis, sic Strabonis, opinio, vix vllus erit in rerū natura orator, Poëta vllus. Vtrumq; igitur est falsum, & à summorum Oratorum, ac Philosophorum sensu abhorrens: nihilque habere cum eloquentia, & Poësi commune oratoris, & Poëtæ mores existimo, quippe qui extra artem sunt.

Tametsi Aristot. in Rhet. & alij plurimum, ad oratoris præstantiam mores docent conferre, ob G
existimationem videlicet, & auctoritatem artificis; quod Plato, Plinius, B. Hieronymus, Cassiodorus, intelligi voluerunt. Verum hæc ego fusè in prælectionibus meis in orat. Ciceronis ad M. Brutum.

Argutè verò Plinij sententia Herennius Senecio Catonis hoc de oratore dictum, in Regulum, vertit in contrarium, orator est vir malus, dicendi imperitus. Non mehercule, inquit Plinius, Cato ipse tam bene verum oratorem, quàm hic Regulum expressit: Quis verò hic Regulus fuerit, Plinius describit multis locis, maximè lib. epist. 4. A. lepido scribens.

Quærit lib. var. lect. 2. Victorius in hoc genere H
scriptionis vario, ac multiplici laudabiliter versatus, An ea caussa, propter quam Cicero in orator. ad M. Brutum dicit Isocratem sibi à numeris temperasse in senectute, cum ipsius verbis Isocratis in oratione ad Philippum Macedonem conueniat; & concludit, videri id potius fecisse iam ætate confectum propter laborem, quem in tam longæua ætate sustinere non poterat, quàm quòd existimaret eam scribendi rationem vitio non carere. Ego verò in his verbis Isocratis, de ornata illa, & numerosa, & quasi calamistrata oratione, οὐδ᾽ ἂν ἐν δυνάμει διὰ τὴν ἡλικίαν, quorum nihil possum amplius propter ætatem, duas caussas intermissorum numerorum includi puto, ambasque à Cicerone expressas fuisse contendo. διὰ ἡλικίαν enim, mihi videtur significare, & I
hanc vim habere, vt propter longæuitatem & grauitatem ætatis, neque se eum laborem ferre posse, nec verò velle iudicio iam maturiore & sapientiore voluerit affirmare: quia his verbis δι᾽ ἡλικίαν & experientiæ iudicium, quod extremā sequitur ætatem, & ingens labor, cui tam affecta ætas sufficere nō potest, videtur contineri: quan-

quam

quam potius verba laborem significant: vtramque tamen caussam Cicero expreſsit.

Quàm verò fuerit Iſocrates plus nimio orationis numeroſæ ſtudioſus, vt eius orationes nõ obſcurè demonſtrant, nõ modò in eius vita Plutarchus, & Halicarnaſſeus narrant, ſed idem etiam Plutarchus damnare videtur, lib. de Gloria Athenienſium extremo, cum dolet eum tres penè olympiadas conſumpſiſſe in Panegyrico ſcribendo. Vbi etiam aduotandum, cum variè ſumatur vox ἡλικία ſæpè pro adoleſcentia & florenti ætate, ſæpè pro ingraueſcente, ac ſenili, ibi accepiſſe Iſocratem in hac poſtrema notione, vt dici ſolet vir ætate grauis: Herodiano ἀνὴρ τῶν ἐν ἡλικίᾳ σεμνός. Luciano, propter ætatem delirare. ληρεῖν ὑφ' ἡλικίας.

Calones qui, Lixæ, Bari, Barones, Vallus, & Vallum in militia more præſertim Romano quid.

CAPVT XI.

QVi exercitum ſequebantur in militiam, à Romanis, Calones, appellati ſunt ἀπὸ τῶν ξύλων, id eſt lignis, quaſi lignatores, qui & Clauatores dicti, Græcè κορυνῆται: illud Nonius Marcellus de proprietate ſermonis, hoc & illud Pompeius feſtus lib. 3. & 4. tradunt. Calones militum ſerui dicti, quod ligneas clauas gerebant, nam Græci, ligna, ξύλα vocant, item calcei lignei, fortè quos nos dicimus Cipelli, ò Zoccoli: ſic & caculam ἀπὸ τῶν ξύλων obſeruat appellari in Dictionarij Compendio, quod Carolo Regi Paulus Pontifex confecit ex viginti voluminibus Feſti, ſeruum militis ex Plauti teſtimonio quod fuſtibus, clauiſq; ligneis ad tutelam Dominorum armari Caculæ ſolerẽt, quod mihi non perſuadebit: verior eſt nominis ratio, quàm alio libro à me explicatam leges.

Is quoq;, inquit, idem qui eiuſmodi telo vtitur, clauator à Plauto appellatur: hinc illud, Vegetij de exercit. militari cap. 6. lib. 3. Itemque clauas ligneas duplicis æquè ponderis pro gladiis Tyronibus dabant, eoq; modo non tantùm manè, ſed etiam poſt meridiem exercebantur ad palos: & rurſus contra illum palum, tanquàm contrà aduerſarium Tyro cum crate illa aut claua, velut cum gladio ſe exercebat, & ſcuto. Et Cato maior apud Ciceronẽ de ſenectute: ſibi habeant igitur arma, Iuuenes, ſibi equos, ſibi haſtas, ſibi clauam, ſibi pilam, ſibi venationem; quanquam hæc loca, non de lignatoribus & calonibus, ſed de Tyronibus, & omnino militibus accipienda. Occurrit vox paſsim in hiſtoricis, vt Tito Liuio, C. Cæſare, Q. Curtio, & Cicerone alicubi, vt 3. de Nat. Deo: Horat. ep. 14. lib. 1. qui & vocis indicat notionem.

Inuidet vſum

Lignorum & pecoris tibi Calo argutus & horti

Perſius Sat. 5.

Sambucam citius Caloni aptaueris alto.

Scilicet ruſtico & inepto. Quanquam Seruius illuſtris Grammaticus in 6. Aeneid. à latino verbo deducit. Calas enim, inquit, dixerunt antiqui fuſtes, quos ſerui portabant in comitatu Dominorum, dum in expeditionem vadunt: ſed & Calæ vox Græcæ eſt originis: eoſdem lixas dictos eſſe apparet; quanquam lixæ propriè erant, qui aquam ad exercitum deferebant, quam veteres lixam vocauerunt: ex quo elixum diximus, aqua coctum: lix etiam cinis dicitur, vel humor cineri miſtus, nũc lixiuium id genus vocatur: repudiauimus enim ſuprà aliud Feſti etymon, vt & illud eſt repudiandum illorum qui à Lyco deriuant, quem aiunt ſecutum Herculem.

Varro de vita Patrum lib. 1. Proinde, vt elixum panem & farre, & aqua frigida fingebant, ſic Nonius, iungit vtrumq; nomen, Tac. lib. ann. 17. Caput Galbæ per lixas, caloneſq; ſuffixum, laceratumq;. Dicti etiam Varrones: citat hæc verba ex membranis quibuſdam veteribus, Simo Boſius ad epiſt. 11. lib. 5. ad Att. Cic. Varo, id eſt, fatuo & ſtulto: Vari, lingua Gallorum: Vnde Varones dicuntur, ſerui militum, qui vtiq; ſtultiſsimi ſunt: ipſe emendat, nec niſi iure, ligna Calonum: nam Varos eodem penè ſignificatu, nempe pro amitibus & furcellis, quibus retia attollebantur, vſurpauit Lucanus hoc verſu Pharſal. lib. 4.

Diſpoſitis attollat retia Varis.

Exponiturque hoc nomen in veteri interprete huius Poëtæ, qui nondum editus ſeruabatur apud Ioſephum Caſsianum Senatus Burdegalenſis Præſidem: Vari ſunt furculæ, qui Caſſes ſuſtentant: olim item Ambactus Gallorum idiomate vocabatur ſeruus, & eo vtitur etiam pro equite Cæſar libro de bel. Gal. 6. Ab his Varis dictus eſt Valius, quaſi Varillus, quem Calones ferebant: eodem modo Varones à Varis dicti, vt ἀπὸ τῶν ξύλων, Calones: qua voce vtitur ibi Cicero; & cum Pithœus in ſubſeciuis apud Cic. pluribus in locis quaſi interdicto ſedem retinuiſſe ſcripſiſſet, & apud Perſium vult retinere Sat. 5. vel libris veteribus vindicias ſecundum ipſum dicẽtibus, nam quo loco impreſsi habent:

Vare reguſtatum

Illi rectius videtur, Varro reguſt. licet vitij etiam nomen ſit in animo: nam idem diſsimili forma loquendi, recto dixit viuere talo: vtitur & Lucilius apud Feſtum eadem plenè ſignificatione pro tardo & ſtupido.

Varonum, & rupicum ſquarroſa incondita roſtra.

Quo verſu Cicero notat Epicureos, qui plus palato ſapiebant, quàm animo: quemadmodum & in epiſt. famil. ad Pætum: ex quo fortaſſe abiectiſsimos, & ſordidiſsimos homines Barones appellamus, vt Romæ Baroni de Campo de Fiora, & qui ferè in ſcalarum S. Petri gradibus, totos dies colligunt ſtipem. Et Horat. lib. 1. ſerm. Satyr. 7.

Durus homo, atque odio qui posit vincere regem,
Confidens, tumidusq́; adeo sermonis amari
Sisennas, Varros vt equis præcurreret albis.

Intelligit Obertus Pisanius rusticos. Barros alij legunt. nil mirum: nam mutuas sibi operas hæ duæ litteræ B & V præstant sæpissimé. P. Marsus homo & doctus, & pius, qui Romæ floruit patrum nostrorum memoria, non malus Ciceronis explanator, ad illa eius verba in 2. de fin. bon. & mal. Hæc cum loqueris, nos Barrones stupemus, sic ille legit, tu videlicet totum ipse rides; exponit vastos quosdam homines, & sola corporis mole graues, vt sunt Barri. i. Elephantes, quorum vox Barritus dicitur: quæ mihi explicatio ridicula videtur. Verius quod adiungit, Byrrhones esse latrones à Byrrho nominatos Horatij
I ætate notissimo, quem in sermonibus commemorat lib. 1. Sat. 4.

Vt sis tu similis Cæli, Byrrhiq́; latronum.

Illud verissimum quod etiam adiunxit per simplex r. Barones potentes & Principes dicuntur, & Baronia, Principatus, confirmat Cicer. testimonio 9. epist. ad Atticum apud Barones te in maxima gratia posui: quam significationem nullo modo in Cicerone admitto, apud quem ad Atticum mercenarios milites interpretatur B. Isid. cap. 4. lib. orig. 9. à βαρὺ qui Græcè est fortis, inquit, pro fatuis accipiunt alij.

K Geraldus Lilius 9. suo dialogo pro adscititiis militibus sumit, non ordinariis: ex qua notione alia nata per metaphoram, vt qui non auctores in propria facultate in aliam migrarunt, à Cicerone aliisque nominentur Barones: cum Alciat. lib. parerg. Ego, inquit, Βάρωνας id. Verones, seu Dorica imitatione, Varones, populi sint in Hispania apud Flauium, de quibus & Martialis, qui vt nunc Germani, solebant Principibus apparere, & excubias facere, quos & verisimile est eligi solitos prægrandi corpore, quamuis mente stolida, quod huius est militiæ proprium: Locus est Cæsar. lib. 4. de bell. ciuili Cassius semper
L Berones, & Victorius ad nut. in Cicer. Baronem reponit; Translata quoque ab I. C. in hanc vulgatam notionem: nam de his multa in Feudis; sed inuoluunt, non exponunt, qui à muliere studiis dedita Philosophiæ deducunt, & fatuos interpretantur Philosophos, næ ipsi mihi fatui videntur.

Admitto in legibus vetustissimis Saliorum, Longobardorum, Alemannorum, & Ripuariorum, in quibus Baronis nomen pro viro passim videtur positum, vt ab altero sexu distinguatur, quo modo Hispani loquuntur Varoni; nam &
M in vetere Latinogræco Lexico Varo vertitur ἀνήρ. hinc nostra Baronum appellatio, id est, illustrium infrà Comites, suprà priuatos nobiles, virorum.

Iam quod legitur in Panegyrico, qui dictus fuit Maximiano Augusto. Quicquid infrequens Ambiano & Bellouaco, & Tricassino solo, Lingonicoq́; restabat, Baro cultore reuirescit, mendo non caret, & pro Baro Vario reponendum meo iudicio, nisi quis malit Ambarro: nam & T. Liuius lib. 5. Senones, Ambarros, Heduosq́; coniungit, & Cæsar 1. Bel. Gal. Ambarres Heduorum nominat consanguineos: Illius autem Panegyrici scriptor videtur significare voluisse ex Britan- N nica victoria Lingonas, & Tricassinos cultores accepisse, quod planè indicant sequentia. Hic obiter nota, Hesiodum 2. parte ἔργ. καὶ ἡμερῶν domum καλιὰν appellauisse ἀπὸ τῶν ξύλων illis versibus. Neque enim ociosus vir replet domum, nec dilator, diligentia verò opus auget.

Οὐ γὰρ ἐτωσιεργὸς ἀνὴρ πίμπλησι καλιήν,
Οὐδ' ἀναβαλλόμενος, μελέτη δὲ τὸ ἔργον ὀφέλλει.

Vbi Proclus, propriè eam dicit, quæ fit ex lignis; cum enim lapides nondum inuenti essent ad ædificationem, his vtebantur ad extruendas domos, vt & nunc καλιὰν vocat eam quæ ex foliis fit, quæ & καλιάδες dicuntur, quòd quasi nidi sunt mortalibus, Credo ego propriè rusticanas domos nominari quas latinè Casas dicimus, Itali- O cè Casoni, siue Casali, vt Virg. ecl. 2. dixit.

Atque humiles habitare casas, & figere ceruos.

Sanè apposité, nam & cerui furculæ sunt quibus tecta casarum foliis, calamo, atque arundine, & paleis substructa sustentantur: Nec ignoro aliud esse καλιὰν & καλιὸν, apud Dionys. Halicarn. lib. ἀρχαιολογίας. 3. Nec desunt qui velint sortem, id est, κλῆρον, quasi κλάδον ἀπὸ τῶν ξύλων appellatam, quòd priscis illis temporibus potissimus erat vsus lignorum ad faciendas sortes in quibus suum si- P ue symbolum siue tesseram incidebant: fons certè omnium scientiarum Hom. Iliad. 7. hoc indicat, eorum singuli per sortem declararunt, & in galeam iniecerunt.

Οἱ δὲ κλῆρον ἐσημήναντο ἕκαστος,
Ἐν δ' ἔβαλον κυνέῃ.

Ex quo, nescio an rectè, Schol. colligit Heroas illos litteras ignorauisse, ex quo apparet ignaros fuisse litterarum Heroas. quod verò superioribus versibus dixit Hesiodus, vt hoc obiter notem, id est quod Prouerb. 10. Salomon præcipit, egestatem operata est manus remissa, manus autem fortium diuitias parat; & 14. Vbi non sunt Boues, præsepe vacuum est, vbi autem plurimæ, segetes, ibi manifesta fortitudo Bouis: sic 12. & 19. exhortans ad agriculturam & laborem. Iam verò Cassiod. ex Cn. Cornuto lib. de orthograph. Q cap. 1. prodidit à Varrone Vallum exponi stipitem, ex stipitibus enim Vallum fiebat. S. Isid. lib. orig. 15. cap. 9. Vnde interuallum, spatium, quod est inter capita Vallorum. certè Vallus firmior est palus, quo vitis alligatur, quod qui ordine voces colligunt, Virgilij, & aliorum testimoniis confirmant. Virg. 1. Georg.

Vallos primus sub tecta referto.

Item:

Exacuunt alij Vallos, furcasq́; bicornes. Et 2.
Et acuto robore Vallos.

Quos

quos septimo Aeneid. sudes præustas appella-
uit: nam idem esse vtrumque notat ibi Seruius.
σταυρὸν videtur appellauisse vltimo Iliad. & Vlix.
14. Hom. loquens hic de stabulo porcorum, ibi
de Achillis tabernaculo, quare & Thucyd. & Xe
nophon, aliique σταύρωμα vallum dixerunt, id
R est. castrorum munimentum, quia fit ἐκ τῶν σταυ-
ρῶν, id est, vallis, seu palis humi depactis, vt ait
Varro: effertur & neutro genere: interdum et-
iam significat vannum genere masc. Priores duæ
notiones passim in Cęsare, ac Liuio reperiuntur:
quas vt intelligamus, adnotandus est, militaris
ille mos Romanorum, quo maximè ad labores
ferendos milites exercebantur: apparet enim
Legionstio militi, vsitatum fuisse in itinere, non
solum arma ferre, sed etiam vallum, id est, stipi-
tes, siue palos ad exstruendum vallum: quin et-
iam cibaria: nec solum dimidiati, sed sæpè inte-
gri mensis, & si quid ad vsum vellt, sic Cicero 2.
Tuscul. addens scutum, gladium, galeam in one-
re Romanos milites non plus numerare, quàm
S humeros, lacertos, manus: Arma enim membra
militia esse discere. Horat. Epod. Oda 9.

Romanus (eheu posteri negabitis)
Emancipatus fœminæ,
Fert vallum, & arma miles & spadonibus
Seruire rugosis potest.

Sic ergò vallum pro palo ad extruendum val-
lum hi accipiunt. Quo etiam modo Liuius lib. 3.
de bello Aequorum & Romanorum. Dictatore
L. Quinctio Cincinnato. Tum quicunque ætate
militari essent, armati cum cibariis in quinque
dies coctis, vallisque duodenis ante solis occa-
sum Martio in Campo adessent; quibus ætas ad
militandum grauior esset, vicino militi, dum is
T arma pararet, vallumque peteret, cibaria coque-
re iussit: sic iuuentus discurrit ad vallum peten-
dum; sumpsere, vnde cuique proximum fuit:
prohibitus est nemo: Idem lib. 25. cum Cn. Sci-
pio fugatus à Pœnis fuisset in Hispania: circum-
spectare, atquè dubitare Dux cœpit, si quomo-
do posset vallum circumiicere: sed erat adeò nu-
dus tumulus, & asperi soli, vt nec virgulta vallo
cædendo, nec terra cespite faciendo, aut ducen-
dæ fossæ, aliiue vlli operi apta inueniri posset:
Paulò post: cum apta deficeret vallo exstruendo
materia, vt tamen aliquam imaginem valli ob-
iicerent, clitellas illigatas oneribus, velut stru-
V entes ad altitudinem solitam, circundabāt: quo
loco vtraque elucet acceptio: vt prima illo loco
epit. 57. de Africano obsidente Numantiam: o-
mnia deliciarum instrumenta recidit, duo mil-
lia scortorum à castris reiecit, militem omni die
in opere habuit, & 30. dierum frumentum ad se-
ptenos vallos ferre cogebat: ægrè propter onus
incedenti, dicebat, Cum gladio te vallare scietis,
vallum ferre desinito.

Altera significatio lib. 10. de L. Scipione ad
Aquiloniam Samnitium. Ad vrbem Scipioni,
maiore resistitur vi: non quia plus animi victis
est, sed melius muri, quàm vallum armatos ar-
cent. Nam lib. 8. cum de A. Cornelij exercitu ad-
uersus Samnites penè oppresso sermo est, cum
subitò aduenêre Samnitium legiones tanta fe-
rocia, vt vallum vsque ad stationem Romanam
inferrēt: fortassè dubium esse potest, vtra aptior X
significatio sit: mihi secunda videtur, vt illo loco
lib. 44. de L. Paulo: Dilatæ pugnæ militibus ra-
tionem reddente; Patria altera est militaris hæc
sedes: vallumque pro mœnibus, & tentorium
suum, cuique militi, domus, ac penates sunt. Et
illo lib. 26. in oppugnatione nouæ Carthaginis:
His ab tergo vallum obiectum. Mox non obie-
cit vallū Imperator Romanus, Scipio, videlicet.

Dubia item illo loco Plinij lib. 34. c. 14. Hinc
& cespitum natura, castrorum vallis accommo-
data, contra fluminum impetum aggeribus, &c.
sed aptior prima.

Omitto, ne sim longior, testimonia Cæsaris. Y
Non omittam tamen ex disciplina Romanorū
in Cæsaris exercitu, legionarium militem, ten-
toriorum, vallorum, fossarum, opificem fuisse,
tametsi in eius exercitu, magnus esset numerus
calonum, lixarum, mercatorum; sed qui ligna,
aquam, & vasa parando cibo, instrumenta operi
castrensi necessaria, ferrent. Illud permihi mirū
videtur de cibariorū onere menstruo. lib. 44. Li-
uius in bello Maced. de Q. Marcio Prætore di-
misso, Consul menstruum iusso milite, secum
ferre: & epit. 57. Dierum viginti duorū Pompeia-
ni in Hispania. Nam & Pescennium Nigrum au-
ctor est Lampridius, Vinum & Pistores à castris
remouisse, iussisseque omnes aceto, & bucellato
contentos esse; & Iulianum, Marcellinus lib. 17. Z
bucellatum in viginti dies, humeris militum
imposuit. Videtur autem à Bucea dictum, quæ
frustulum est panis, Boccone, quantum scilicet,
commodè bucca potest capere.

Tranquillus in Augusto cap. 76. Post horam
primam noctis duas bucceas manducaui, hoc
est, fetta; Inde buccella Martiali, & alijs. Atque
hic militum admirabilis, & continens labor, vna
ex caussis est, quas L. Paulus, loco citato, produ-
ctæ in aliud tempus pugnæ cum Macedonibus
reddit. A longo itinere fatigatum, inquit, & o-
nere fessum, madentem sudore, ardentibus siti
faucibus, hosti obiicias recenti. Itaq; iure Virg. AA
Libyci Pastoris labores, cum Legionarij militis
laboribus comparauit, vt obseruat extrema 2.
parte, de C. Cæsaris militia quidam, quod vter-
que dies, & noctes ambulet, portet arma, tectū,
protinusq; stet expeditus in opere. Locus est 3.
lib. Georg. qui sic habet.

Sæpè diem noctemq; & totum ex ordine mensem,
Pascitur, itq; pecus longa in deserta sine vllis
Hospitiis; tantum campi iacet: omnia secum
Armentarius Afer agit, tectumq;, laremq;,
Armaq;, Amyclaeumq; canem, Cressamq; pharetram:
Non secus ac patriis acer Romanus in armis
Iniusto sub fasce viam cum carpit, & hostem

Ante expectatum positis stat in agmine castris.

Bb Extat apud Polyb. l. 17. elegans valli descriptio,
ex qua constat, primum vallum fuisse stipitem
ramosum, in summa aggeris parte defigi soli-
tum ad aggerem confirmandum, & loricas ex-
truendas: quod cùm ex cæteris auctoribus sit
perspicuum, maximè tamen certum est ex Cæ-
sare: nam lib. bell. ciuil. 1. cum ita scripsisset fos-
sas transuersas viis perducit, atque ibi sudes, sti-
pitesq; præacutos defigit, mox adiungit. Moni-
ti à Brundusinis, vt vallum cæcum, fossasque ca-
neant, subsistunt. Et lib. 7. quò qui intrauerant,
seipsi acutissimis vallis induebant. Deinde val-
lum superiorem fuisse partem aggeris, qui ex il-
Cc lis vallis, & viminibus interiectis cõstabat; Idem
lib. 1. de bel. ciuil. Vallo muniri vetuit, quod emi-
nere, & procul videri necesse erat; Et lib. 3. Erat
eo loco fossa pedum 15. & vallus contra hostem,
in altitudinem pedum 10. tantundemq; eius val-
li agger in latitudinem patebat.

Interdum cum deficerent stipites, vtebantur
armis longis pro vallo: hinc lib bell. Hisp. Hir-
cius. Pro cespite cadauera collocabantur, scuta
& pila pro vallo insuper occisis & gladij, & mu-
crones, & capita. Tertiò ex Polyb. agnoscimus
valli Romanorum, & Græcorũ discrimen: Tam-
etsi locus videtur esse imperfectus & mutilus;
Dd nã primũ Græci nõ gestãt suũ vallũ labori ferẽ-
do inepti: Romani autẽ gestant: Græcis videtur
esse illud optimum vallum, quod est maximè ra-
mosum: Romanorum autem vallum, ad summũ
quatuor habet surculos, atq; ita facilior eius ge-
statio: Tertiò ita defigunt in munitione vallum
Græci, vt facilè possit reuelli. Romani autem de-
figentes ita circumplicãt inter se, vt difficillimè
possit reuelli, & cętera, quę fusè Polyb. describit.

Vallum autem quàm variè fieret, docet pau-
cis Alex. Neap. lib. dierum genialium 1. cap. 12. &
illustrat Andr. Tiraquel. suis in Alexandrum
semestribus; & c. 20. quid secum milites ferrent.

Silentiarij munus, quod: Num Illustre: Zonaræ, & Dorothei expẽsa verba: Dignitatũ tituli qui.

CAPVT XII.

A DOCTA Cœlius Rhod. lib. antiq. lect.
21. cap. 46. eos imperitè sentire de-
prehendit, qui Romæ Silentiariorũ
familiam volunt floruisse, idq; ex 2.
Procopij de bello Persico lib. quem Alciatus, &
Brodæus, aliiq; citant, vt exponant, quænam Si-
lentiarij sit dignitas, quod officiũ. Porrò Silen-
tiarius erat minister ad ea quæ sunt quietis Prin-
cipis, ita voce latina vocatus à silentio, quod in Prin-
cipis curia, siue Palatio, siue apud Principem
procurabat, vt domesticus & arcanorum Prin-
B cipis conscius. Quod autem Iustinianus Silen-
tiarios vocat, nunc spectabiles, nunc Clarissi-
mos, auguratur Io. Brod. in 4. Epigr. Antholo-
giæ lib. εἰς εἰκόνας ἀνδρῶν ἀγαθῶν. Inde constare in
summo eos dignitatis culmine constitisse, neq;
hoc dubium esse ait: Addit etiam pro argumen-
to ex Suida Anastasium ex Silentiario Impera-
torem factum. Hoc ex Zonara posset refelli, nisi
mos Iustiniani in ipsis honorificè cõpellandis,
obstaret: his enim temporibus propior, quibus
hæc nomina in vsu erant, quæ Silentiarij digni-
tas esset, docere melius potest.

Sic ergo Zonaras 3. Chron. tomo, sub initiũ
Imperij Anastasij Dicori: Ita occiso crudelissi-
mè Zenone Ariadna Anastasium Dicorum, qui
Silentiarius erat (est verò magistratus hic abie- C
ctior) ad Imperium sustulit.

Ex quibus verbis apparet, Silentiarij munus
abiectum, atque humile fuisse: nisi, contra fidem
Codicum, velimus addere negationem illi Pa-
renthesi, cum & Dorotheus 23. sua διδασκαλίᾳ Si-
lentiarium in palatio reponat inter honora-
tiorem militiam πολυτίμου στρατιᾶς, sic vt legatur in
Zon. ὁ τῶν χαμαιζήλων, de qua re consultus à me
Patauij eruditissimus, atq; humanissimus ætatis
nostræ I.C. Vidus Pancirolus, respondit, in ma-
gno pretio habitos, & multis immunitatibus
vsos, quòd apud Principis personam essent; vo-
catosque spectabiles, qui gradus erat proximus
Illustri. Docuit etiam fuisse genus militum ad D
Principis aulam excubias agentium, ne qui stre-
pitus agitarentur; eorumque fuisse munus vela
tendere ad palatij fores Principi.

Scribit hæc Constantinus de administratio-
ne Imperij, per vela quæ à Silentiariis traheban-
tur: quasi genus esset ostiariorum siue cubicula-
riorum, nam ibidem scribitur, intra velum pen-
dens ad cubiculum, vel in cubiculo; De quibus
videtur Claudianus eo loco intelligendus lib. in
Eutropium primo, loquens de officiis Eunu-
chorum in aula:

Sacroq; adhibere silentia somno.

De his Suet. Claud. c. 10. prorepsit ad solarium
proximum: interq; foribus prætenta vela se ab- E
didit. Et Lampr. in Aligab. subitò militum stre-
pitu exterritus, in angulum se condit, obiectuq;
veli cubicularij, quod in introitu cubiculi erat,
se texit. Sin. ep. 80. non crepuit subindè ostium,
non alleuabatur velum, manifestè indicat esse
quas nos Itali dicimus, portiere & spalliere, ò
Tapezzarie: Rursus in Alex. Lampr. salutabatur
quasi vnus de Senatoribus patente velo, admis-
sionalibus remotis: Inde I.C. dicunt caussas co-
gnoscere leuato velo, id est, palam omnibus ad-
missis L. V.C. de naufrag. & 13. annal. Tac. Vt ad-
staret abditis à tergo foribus velo discreta. Indi-
cat hæc lapis vetus Romæ Ti. Cl. Thallus;

Præpositus Velariorum Domus Augustanæ: F

& Iuuen. Sat. 4.

Pueros ad velaria vastos, &c.

Erant & alia vela in cenationibus arcendi fri-
goris, & ornatus caussa: de quib. Seneca 4. quæst.

nat.lib.penè extremo. Et Tertul. de hab. mul. c. penult. Huc refer quæ de velis regiis adnotauit celebris I.C. Iacobus Ræuardus lib.5.variorum, c.11.de velis regiis.

In Synodo 5.Constantinop.coll.1.Theodorus nominatur vir spectabilis Silentiarius ante religiosissimum vestrum conspectū, missus à piissimo,& Christianissimo Imperatore; qui & à Patriarcha Magnificus nuncupatur. Extat de Silentiariis Rubr.C.de Silent.de Decur.qui & dicuntur excubias agere eod.tit.l.3.quòd ad fores obseruarent: Notat in 11. Taciti librū Doctissimus Alciatus,quatuor fuisse in iure ciuili Dignitatū ordines.Illustrium,Spectabilium,Clarissimorū, Perfectissimorum; qui aduot. in 3.post.lib.Cod. ex recentiorū sententia, nominat Illustres, Spectabiles,Clarissimos; Superillustres eximit lib. Dispunctionum 3.c.4.& de verb.signif.ad legem 100. Ex his autem Præfectos, qui scilicet Præfecturis præsunt, spectabiles fuisse, de quibus Ausonius in Eidylliis.

Præfecturarum titulo tenuere secundo.

In quo mihi gradu fuisse videntur Silentiarij: tametsi ratio horum ordinum aliquando variauit,vt his erit notum,qui Græcorum Imperatorum,qui Byzantij tenuerūt Imperium, historias legerint,& legum, iurisq; Christiani libros: & à Principib.horum titulorum prærogatiua etiam in Italia variè fuit cōmunicata.vt certū ex variarum libris Cassiodori: Nam l.7.traditur formula spectabilitatis.& Clarissimatus,quæ sunt 37.& 38. Neq; verò vllum est argumentum Silentiarij ordinē fuisse maximum,aut in maximis, quòd ab eo ad Imperium euectus fuerit Anastasius:neque enim in ea euectione spectata ordinis dignitas fuit,sed Ariadnæ Reginę voluntas & studium erga ipsum.

Quod autem obseruauit Alciatus,etiam Pardulfus Prateius pulchro suo iuris Lexico tradidit verb. Dignitatū species.Hoc est recentiū Imperatorū ætate,quatuor fuisse Rectorū formas, alios enim appellatos Clarissimos, alios spectabiles,alios Perfectissimos,alios Supremos, & Illustres:nam titulus eminentissimi dabatur Præfectis Prętorio,Magistris militię,Patriciis etiam, sed magna tamen varietate l.2.c.de sent.ex peric. recit.l.3. Cod.de exact.tribut.l.10. neq; sumi potest magnum saltem certum,& constans ex titulo argumentum. Nam qui illustris ab inferiori nominatur,vix Magnificus nominabitur à superiore: vt nunc Celsitudinis titulus Regulis aliquot à priuatis tribuitur; ab Rege, siue Imperatore,ne Excellentia quidem tribuetur.

Mos veterum & recentium de seipsis in tertia persona tanquam de aliis loquendi. Pindari locus animaduersus.

CAPVT XIII.

VETVSTISSIMA est consuetudo ab Heroicis vsq; ducta temporib⁹,de se ipsis,quasi de aliis in tertia persona loquēdi ac scribēdi:loquentiū exēplū est Achillis apud Hom.Iliad.1.q. ita de seipso loquitur; siquando Achillis desiderium capiet filios Achiuorū,id est,mei, *A* quem etiam versum Hesiodi Scholiasta producit, & ex eo tractū prouerbiū,Achillea precatio. Ἀχίλλειος εὐχὴ. cùm queruntur viri præstantes ac strenui indignè se tractari, & imprecātur,opera vt sua indigeant aliquando:Cuiusmodi fuisse orationē Camilli in exiliū pulsi,narrat in eo Plutarch⁹,& ante ipsum Liuius l.5.Vnde illud *B* Suidæ votū precatus est Achilleū Camillus,vt aliquando eos Camilli incesseret desiderium,atq; id ipsis non multò post euenisse.sic Iliad.2.Vlixes sibi malè precatur,nisi supplicio afficeret insolentiam Thersitæ.

—— Nec viuus Vlixes
Telemachi pater esse ferar,si non ego totum,
Si te non totum spoliatum vestibus istu &c. C

Moxq; vt appareat ipsum de se loqui,licet ita loquatur ac si de altero diceret.subiungit

εἰ μὴ ἐγὼ σε λαβὼν ἀπὸ μὲν φίλα εἵματα δύσω.

Et ex antecedenti versu allato est certū. Scribentium est exemplū in Theog.Hesiodi, Canens.n. se pangendorū versuū peritiā à Musis didicisse,q aliquando Hesiodum præclarā docuerant artē Poëticæ,ac de se loqui, tum ipsum nomen Hesiodi demonstrat,tum qui versus adiungitur;

Me quem primum allocutæ fuerunt Deæ

Vbi & Schol.Hesiodum,hoc est,me:de se verò loquens.ac si de alio loqueretur. *D* Ecce tibi morē Poëtarū; Historicorū habes ipsis initiis Herodoti,ac Thucydidis historiarū,& illis Xenophōtis verbis 1.l.de Cyri expeditione. Videns ipsum ex Græcorū exercitu, Xenophon,id est,ego qui scribo. *E* Sic C.Cæsar Dictator.res à se gestas literarum monumentis consignans, & Italicus. egregius scriptor Franciscus Guicciardinus.

Iam verò antiquior etiam Heroibus mos iste fuit,vt ex sacris Hebræorū libris cognoscimus: & præ cæteris Gregorius verè Magnus animaduertit,copioseq; explicauit 2. c. Proœmij in Iobi expositionē,sic enim inqt. Mos est sacri eloquij, vt ipsi qui scribunt, sic de se in illo quasi de aliis loquantur:id q plenū esse arcani cuiusdā mysterij sequētibus mox verbis exponit. Moses enim de se ait Num.22.Erat Moses mitissimus super omnes homines,q morabantur in terra: Hinc Io. dicit 20.Hic est Discipulus ille,quē diligebat Iesus:Hinc Lucas ait 22.q cùm ambularent duo ex discipulis in via,Cleophas.& alius: quem profectò alium, dum tam studiosè tacuit, vt quidam dicunt,nisi seipsum fuisse monstrauit?

Scriptores igitur sacri eloquij,quia impulsu sancti spiritus agitantur,sic de se in illo testimonium,quasi de aliis proferunt: spiritus ergò san-

F ctus per Mosem loquutus est, de Mose: Paulus quoq; quia de se ipso loqueretur insinuat, dicēs; An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur, Christus? Nos item patrio nostri idiomatis more præsertim cùm admiramur, aut aliquē subsannamus, de nobis ipsis quasi de aliis tertia persona sermonem instituimus: hoc magnam sermoni vim confert, insignemque ornatum.

Cùm Pindarus Fabellam cocti in Lebete Pelopis à Diuisq; Cerere excepta: vorati retulisset, verè esse fabulā credi volens, subiecit oda Olymp. I. G Epodo. I. ἦ θαύματα πολλά, vt nunc quidē in omnibus libris legitur, quos ego viderim, Basiliensibus, Tigurinis, Francofordiensibus, Parisiensibus, Venetis, cui lectioni Interpretes cōsentiunt: nam quidā vertit, sanè miraculū sunt multa: alter à voce longius mirū ꝓfectò nimis videri potest.

Ac certe Pindarus ea verba subiecit fabulosæ, & monstro simili narrationi, vt indicaret sæpè mortales maiorē habere fictis reb. fidem, quàm veris, F vt quæ sequuntur apertè docēt, ob quæ, reddi pauca illa possent: certè hæc siue reuera hæc, præstigię sunt, ac imposturę: hoc enim θαῦμα significat in numero saltem multitudinis, hinc verbum θαυματουργεῖν optimis auctorib. in vsu, & H θαυματουργὸν, & θαυματουργία. & θαυματοποιία Xenophōti, Isocrati, Demostheni, Luciano, si modo istis iure hic comes potest dari: pro Præstigiatoribus Præstigiarorum figmentis. & pro præstigiis vti, & sequentia, quæ attuli, verba cōfirmant: quibus quidem vtitur Pindarus ad Poëticæ commendationem, quòd dicendi ac fingendi venustate efficiat credibilia, quæ à vero distant longissimè.

At nos vetius vtimur, vt ostendamus Poëtas fabularum quasi delinimentis, & pręstigiis mortalium animos, atq; oculos præstringere, vt pro veris habeantur quæ ipsissima sunt mendacia: sic I enim ait. sed gratia sc. Poëtices, quę omnia facit, q̄ blanda mortalib. afferens honoré etiā ꝙ est incredibile, solertia efficit esse credibile, G idq; in sermone de Diuis vehemēter dedecere ostendit.

Altera est nihilominus verborum illorum apud Pediasimum Hesiodi Scholiasten lectio, quā veriorem esse declarat sensus apertior, quamquā non diuersus, nam in Hesiodi scuto ad illud; sanè miracula, inquit multa, siue miranda solent euenire, & quæ omnem fidem excedunt, sæpè multa narrantur, H nec desunt tamen qui in Hesiodi loco legunt θῶϋμα Ionicè.

Defensi à viri Docti reprehensione Poëtæ: num Quinctil. verè docuerit necessariò Poëtis intelligendis Astrologiam requiri.

CAPVT XIV.

A QVONIAM Poësim inuentam fuisse tradit, nec malè, qui à me sæpè laudatur, & laudabitur, interdum etiam redarguetur homo doctissimus ad populares animos oblectandos, & carminis iucunditate demulcendos, idcircò putat subiectā Poëtis materiam illam tantummodò esse, quę vulgò à populo facilè percipi queat, eiq; nō mediocrē adferre voluptatem; earum videlicet rerum quæ cōmuni sunt vsu tritæ, & eueniunt quotidiè, ac B de quibus frequens est in populo sermo, vt quæ è fabulis notis, vulgarisq; historiis petuntur.

Quamobrem à Poëtica facultate argumenta, ac diuisiones rerum à more cōmuni abhorrentes, & à populi intelligētia remotæ, vt quæ scientiis, atq; artibus subiiciuntur, sunt remouendæ: quæ ratio præter alias facit, vt Poëtæ nō sint, q de cœlo, atq; syderibus, de rerum principiis, ac natura, de Deo, Diuisq; carmina panxerunt: cuiusmodi veteres illi fuerunt Gręci, & Latini, Parmenides, Empedocles, Nicāder, Aratus, Lucretius, Samonicus, Manilius, & Nostri, Apollinarius, Nazanzenus, Nonnus, Damascenus, Pontanus, C Vida, Sanazarius, aliiq; efficere etiā arbitratur, vt reprehēsione digni habeātur Ouid. & Lucanus.

His addas licet Valerium Flaccum, Papinium & Claudianum, qui nō rarò peccant in eo, quòd ex intimis Astrologiæ caussis, atq; principiis, quæ vix eruditissimis patent, dierum, & noctium, Veris, atq; Aestatis, ac similium descriptiones instituunt, vt & Dantes noster in Comœdia. Neque enim, inquit, fieri potest, vt ea re delectetur populus, quam non intelligit; At poësis tota ad populi delectationem est comparata. Itaq; qui præ- D cipuā in Poëtica laudē tulerunt, Clarissimi viri, Homerus, atq; Virgil. nunq̄ in hac re sunt lapsi.

Ego sic existimo, tametsi fortassè prima Poëseos initia ex voluptate sunt orta, adiunctas tamen ei augendæ ꝓgressu temporum alias caussas, siue docendi, siue laudandi, vt quę parænæses dicuntur, & hymni, atq; odæ: siue describendi, vt quę de venatione, de piscatu, de aucupio ab Gratio, Oppiano, Bargæo conscripta fuerunt, siue etiam ostentandi ingenij caussa, vt qui de reconditis à natura rebus Poëtica dictione conati sunt disputare, quę minimè versui aptæ atque habiles videbantur, vt certa naturæ lege, nominumq; appellatione constrictæ: Deinde vetus fuit Poëtarum mos, sua per se poëmata recitandi, vel per rhapsodos: ac tum maximè cauendum erat, ne E minus esset populare poëma.

Cùm autem scribi cœptum absq; recitatione, nihil videtur fuisse necesse, vt voluptatem, tamq̄ finem, semper Poëtæ, sibi proponerent, & ab eruditiore, atq; reconditiore tractatione abstinerēt, nisi fortè putamus aut Lucretium Poëma suum de natura rerum recitauisse, aut Hesiodum de re rustica siue satyras, sermonesq; suos Horatium; Oppianum tamen doctissimos suos Cynegeticon, aliosq; libros recitauisse lego, & in singulos versus singulos aureos nummos à M. Philosophi F Cæsaris vxore Faustina donatum, ex quo aurei versus iure nominati dicuntur: Certè non videtur Poëticam suam, quam ad Pisones dedit, recitauisse

tauisse Horatius, aut enim scribebatur sapienti-
bus, aut oratione ab vsu cõmuni valdè seiuncta.
Plinij tamen ętate idem seruasse institutum, Poë-
tas, lib. eius epist. 1. ad Sosium Senecionē constat:
queritur enim frequentes olim, & libentes con-
uenisse ad eos, qui recitabãt, cùm magnum Poë-
tarum prouentum annus attulisset, pigrè, & cun-
ctãter coire, & ante finē recedere, alios dissimu-
lanter, & furtim, alios simpliciter, & liberè: quo-
modo & tempore Senecæ: qui epist. 122. Monta-
num Iulium narrat carmen suum recitauisse.

Hæc nisi vera sunt Alexandram, siue Cassan-
G dram Poëmata Lycephtonis obscurissima è nu-
mero Poëmatum eximamus, quamuis de re o-
mnibus nota loquantur. Iure fortassè Ouidius
redarguendus, cùm & Poëta sit, & ab eo habea-
tur: non autem Lucanus, qui non est Poëta, sed
Historicus; quamquam nec historia à more vul-
gari est remota.

Et ex his constat Quinctilianum nobilem
Rhetoricæ Doctorē immeritò argui, qui neces-
sariam intelligendis Poëtis voluit esse, Philoso-
phiam, & Astrologiam: quod mihi præceptum
videtur esse tum vtile, tum verissimũ: nam & de
iis Poëtis qui scripserunt, traditur, & de natura
ipsa facultatis Poëticæ est sermo: quæ enim ab il-
lis astrologicè, & physicè conscribuntur, ea nul-
lo modo percipientur, absque istarum præsidio
disciplinarum; & ea vis est poëtica, vt ad hæc ob-
H scuriora argumenta ptractanda applicari possit.

Quamquam si propriè, & angustè velimus lo-
qui, sicut is Poëta nõ est, q ἁρμονίᾳ caret, ac ῥυθμῷ,
sic nec qui μιμήσει: tamen quemadmodum vir hic
eum non seiungit à classe Poëtarum, qui scribit
fabulosa non ἔμμετρον, ita nec videbitur is seiun-
gendus, qui metro vera canit, quod vulgò olim
existimatum fuisse, non valdè longè à principio
suæ Poëticæ notat Aristoteles, licet non probet,
qui post multa non metro, sed re separat ab hi-
storico, Poetam; quòd hic describat verisimilia,
& ficta, ille vera, & facta.

Sed certè, vt qui fabulosa scribit, libera ora-
tione, partim est Poeta, partim non; sic qui vera,
I carmine. Fabij verba si requiris hęc sunt à primo
inst. orat. lib. c. 5. Nec si rationem siderum igno-
ret, Poetas intelligat, qui, vt alia mittam, toties
ortu, occasuq; signorum in declarandis tempo-
ribus vtuntur; nec ignara Philosophiæ, cùm pro-
pter plurimos in omnibus ferè carminibus lo-
cos, ex intima quæstionum naturalium subtili-
tate repetitos, tum vel propter Empedoclem in
K Græcis, Varronem, ac Lucretium in Latinis, qui
præcepta sapientiæ versibus tradiderunt.

Eadem quoq; ratio faceret, vt Dithyrambicos
Poetas, & ferè Tragicos ex albo delendos Poeta-
rum suspicaremur, tum propter amplitudinem
orationis, & dicendi maiestatem in his; tum pro-
pter compositarum, ac decompositarum vo-
cum obscuritatem, quæ priorum est propria: ne-
que enim hæc vulgus & populus capit: si non ca-
pit, nec delectabitur: At quisnam vnquam v
trosq; Poetas negauit esse? Hæc ego aduersus il-
lum probabili ratione duxi afferenda, quam-
quam non aduersus illum sunt, qui rationem se
in omnibus profitetur sequi.

Duplex imitatio Silij, ex Hom. & Virg. Lucretij item ex Empedocle de Mari, & fulmine.

CAPVT XV.



VOD breuissimè, & elegantissimè A
calamitates Troiæ euersæ exagge-
rans, initio 2. Aeneid. lib. Virg. Ae-
neam suum inter narrandum dixis-
se fingit,

— Quis talia fando
Myrmidonum, Dolopumue, aut duri miles Vlixi,
Temperet à lachrymis?

Perpetuus Virgilij imitator Silius, is videlicet
Poeta, quem narrant solitũ Maronis tumulum,
vt religiosissimum templum sæpè adire, ac vene-
rari, non infeliciter expressit, cùm de ruinis Sa
gunti Vrbis erga Romanos fidelissimæ, 2. belli
Punici lib. his carminibus meminit.

Quis diros Vrbis casus, laudandaq; monstra, B
Et fidei pœnas, & tristia facta priorum,
Temperet euoluens lacrimis?

Nec minus illud Homeri 2. Iliad. lib. cum fingi-
tur οὖλος ὄνειρος dormientem excitare Ducem to-
tius Græci exercitus Agamemnonem; & ad
sumenda primo quoque tempore, arma, quasi
hortari;

Dormisne, armipotens Atrei clarissime fili,
Tota nocte virum regem dormire pudendum est. A

Expressit hac oratione, qua excitari fingitur à
Mercurio Annibal ad bellum contra Romanos
post Saguntum euersam persequendum lib 3. C

Turpe Duci totam somno consumere noctem,
O Rector Lybiæ: vigili stant bella Magistro.

Quanquam frigidius hic, quàm Græcus. Cùm
nuper quoque egregium Agrigentini Empedo-
clis admiratorem non minus quàm Epicuri T.
Lucretium magna animi voluptate in Deside
riano, quæ villa est amici mei modesti hominis,
& prudentis Benedicti Alemannij legerem, v-
num atque alterum obseruaui locum, quibus
eximiè duas illius, & Philosophi, & Poetæ, Philo-
sophus, & Poeta, exponit opiniones, alteram de
maris natura; de fulminis alteram: Empedocles
enim, mare vocauit sudorem terræ, vt est 2. Me- D
teor. Arist. lib. c. 3. ipsum ridentis. Eodem modo
risu dignum, si quis affirmans terrę sudorem esse
mare, arbitretur se quidpiam dixisse clari & a-
perti: consentaneè ad poesim fortassè hoc affir-
marit idoneè: est enim res poetica translatio,
non tamen idoneè ad naturæ ipsius cognitio-
nem: Lucr. lib. 2. de natura rerum.

Sed quòd amara vides, eadem quæ flumina constant,
Sudor uti maris est, minimè id mirabile habendum.
Vbi vox amara non tam amarorem significare mihi videtur, quàm salsedinem: cùm præsertim E sudor non tam amarus, quàm salsus sit: quamuis autem non terræ, sed maris nominet sudorem, Mare tamen ipsum sudorem esse terræ sanè non sui ipsius intelligi vult. Nec longè ab hac metaphora Antrocydes vir sapientia clarus, vinum, terræ sanguinem vocauit. Alexandro Magno sic scribens apud Plinium cap.5. lib.14. Vinum potaturus Rex, memento te bibere sanguinem terræ: ridiculum illud quod scribit Plutarchus lib. de Iside & Osiride: in Aegypto ante Psammetichum vinum bibi non solitum, quòd putaretur ex cadaueribus Gigantum terræ permistis enatas vites.

Illud impium, non modò peruersum, vt B. Augustinus, de moribus Manichæorum lib. 2. cap. F 16. nominat: Vinum putare fel principum tenebrarum, quod putabant Manichæi, cum vuis comedendis non parcerent: de quo & cap. 46. lib. de Hær. ad Quod vult Deum: quibus non dissimiles Seueriani apud Epiph. hær. 45. vitem dicentes è semine diaboli in specie serpentis germinasse, cuius acini velut veneni guttæ sint: hinc vinum turbare mentem, & instigare ad Venerē: sic à vino penitùs abstinebāt: Veriùs Aristophanes apud Athenæum lib. 10. cap. 15. Vinum lac Veneris dixit illo versu,

Iucunda res ad potandum, vinum, Veneris lac. B

Melius Galenus, & vulgus, Vinum lac esse Senū, Sic & colocynthis, quæ plenior est, vt Mesue notauit, fel terræ à Persis nominata, vt quæ inanis à G Plinio cap.3. lib. 2n. appellata σίμφ. malè autem à Gaza centaurium maius, fel terrę nominatum, cùm potiùs mel fuisset appellandum; Gustu acre cum leniculæ dulcedine scribit Gal. lib.7. simpl. 18. legarur magnum Gul. Rouil. vol. hist. plant. l. 11. cap. 9. deprehendit Nicolaus Leonicenus, de Plinij & Medicorum erroribus lib. 2. c. 3. cùm hoc nomen centaurio minori ob eximiam illius amaritudinem conueniat. Idem Empedocles fulmen, seu fulgurationem ex eo fieri opinabatur, quòd ignis superueniret nubes, vt cognoscitur ex eodem Aristotelis lib. c. 9. quam sententiam his versibus reddidit lib. 6. Lucretius,

— Et ignis
Semina conuoluere è nubibus, atq; ita cogunt,
Multa; —

Et mox.

H *Hoc etiam fit vti de caussa mobilis ille*
Deuolet in terram liquidi color aureus ignis,
Semina quod nubes ipsas permulta necesse est
Ignis habere.

Neq; aliter opinor, hæc isti, siue Philosophi, siue Poëtæ, siue vtrumque, quàm quo modo alij excuti ignem è silice explicarunt: quorum sententiam poëtica phrasi Virgil. indicauit 6. Aeneid. lib.

— Quærit pars semina flammæ
Abstrusa in venis silicis —

Nam silicem thesaurum ignis æternum possumus appellare cum Scaligero exercit. aduersus I Card. 16. verbum verò illud, siue participium ἐμπεριλαμβανόμενον, vetus Aristotelis interpres conuerti ignem, q intercipitur à solis radiis: significantius opinor verteretur, ignem, qui, vi, atq; efficacitate radiorum solis intra nubes cōcipitur, & comprehenditur, id quod etiam demonstrat verbum ἐγγίνεσθαι, quo vtitur Aristoteles ad explanandam Empedoclis opinionem: nec plenè paulò ante nos reddidimus, per verbum superuenit.

Iure, Genus demonstratiuum à Quinctil. nominari, quod à Græcis ἐπιδεικτικὸν appellatur contra Scalig.

CAPVT XVI.



[T]ertia Rhetoricę generis, quod in laudatione, & vituperatione consistit, A Græcum esse nomē, & veteres Græci, & Latini Rhetores, consitentur ἐπιδεικτικόν: de quo ita Cicero in Orat. ad M. Brutum: sed quoniam plura sunt orationum genera, eaq; diuersa &c. eiusque totius generis, quod grecè ἐπιδεικτικὸν nominatur, quod quasi ad inspiciendum delectationis caussa, comparatum est. Et M. Fabius instit. orat. l.3. c.4. Est igitur, vt dixi, vnum genus, quo laus, ac vituperatio cōtinetur, sed est appellatum à parte meliore, laudatiuum idem alij Demonstratiuum vocant, vtrumq; nomen creditur ex græco fluxisse, nam & ἐγκωμιαστικόν, & ἐπιδεικτικὸν dicunt: sed mihi ἐπιδεικτικὸν non B tam demonstrationis vim habere, quam ostentationis videtur, & multum ab illo ἐγκωμιαστικῷ differre. Quibus verbis huius nominis explicat rationem, & superiora Ciceronis verba illustrat: nam quod ait Cicero, ad inspiciendum delectationis causa cōparatum est: hoc iste sic, non tam demōstrationis vim habere, &c. q enim cōparātur ad delectationē, & fiunt, vt inspiciantur, hoc est, cum admiratione spectentur, ea ferè ostentationem captare volunt: certè demonstrationem Græci Philosophi, ac Dialectici, non tam ἐπίδειξιν quàm ἀπόδειξιν vocant. C

Nam & lib. 1. idem Quinctil. cap. 11. si verò, inquit, in ostentationem comparetur declamatio, sanè paululum aliquid inclinare ad voluptatem audientium debemus: nam & in iis actionibus, quæ in aliqua sine dubio veritate versantur, sed sunt ad popularem aptatæ delectationem, quales legimus Panegyricos, totumq; hoc demonstrationum genus, permittitur adhibere plus cultus, omnemq; artem, quæ latere plerumque in iudiciis debet, & non confiteri modo, sed ostentare etiam hominibus in hoc aduocatis, &

quæ sequuntur, &c. ex ostentatione sumpta Comicorum.

Hic Scaliger, quem ego hominem in omni doctrinæ genere penè singularem admirari soleo, à Quinctiliano, & Cicerone, & à veritate ipsa abest longissimè, putans esse in hoc non leue Quinctiliani peccatum: Cuius verba ex capite sui histotici 1. nõ pigebit adscribere. Nihilo melius, inquit, ἐπιδεικτικὸν vox à Quinctiliano accepta pro ostentatione, quin fortasse hoc vocabulo carent Græci ad ostentationem significandã: sanè ab ea tantùm abest, vt apud Philosophos pro simplicissima, atque exactissima ostensione receptum sit.

Quæ sanè mihi nimium facilè videntur prolata, pace dixerim doctissimi, & acutissimi, & acerrimo iudicio præcellentis viri: nam præterquam quòd Budæus litteratorum doctissimus affirmat in eruditissimis græcę linguę commentariis ἐπιδείκνυσθαι tam agenti, quàm patienti notione accipi pro ostentare, ingenij specimen prębere, artis edere documentum, idq; exemplis veterum, & quidem grauium scriptorum confirmat; id ego apud Platonem, quem auctorem! Deus bone, non semel, sed sæpiùs diligenter obseruaui, & apud alios complures quorum mihi testimonia idcircò duxi accuratè colligenda, quòd res agatur cum vtriusque linguæ peritissimo homine, & omnium disciplinarum cognitione præstantissimo.

Igitur in Gorgia Plato sub initium de Sophistarum sermonibus ad ostentationem comparatis, παρ' ἐμοὶ Γοργίας καταλύει, καὶ ἐπιδείξεται ὑμῖν. apud me Gorgias diuertit, & iactabundè, vel potiùs ornatè explicabit, id aptè ad ostentationem vt paulò ante, multa enim & præclara Gorgias nobis paulò ante ostentauit; & postea, nihil perinde melius quàm si ipsum interrogemus, ô Socrates, hoc enim vnum erat ipsius demonstrationis, siue ostentationis, quasi cuiusdam gloriosæ explicationis caput, quæ neque Mars. Fic. videtur intellexisse. In Hippia maiore de eodem Gorgia; & apud populum optimè dicere. & priuatim ad ostentationem loqui, & cùm adolescentibus versari; & de Prodico altero Sophista, in senatu loquendo magnam gloriam est assecutus, & priuatim magnificè dicendo; & in symp. ad ostentandam teneritudinẽ numinis; quibus locis nisi ostentare, ostentationemq; significent, nescio quid significare possint.

Platoni succedat Xenopho condiscipulus Attica Musa. qui 2. lib. κύρ. παιδ. de quodam ludi genere differens, quo qui exercebantur sibi mutuò ferulis plagas infligebant, & qui ictus perpetiebantur, id sibi ludum non videri affirmabant, id est, acceptas ostentabant plagas.

Succedat his æqualis Isocrates, quantus orator? in Euagora non longè à principio, & in fine Panegyr. cùm niteretur ostendere non rectè eos sentire, qui orationes illas quæ ad ostentationẽ comparatæ sunt, & fucum auditoribus faciunt, præponunt iis quæ rem ipsam probant: priores vocat λόγους γεγραμμένους πρὸς τὴν ἐπίδειξιν. & apertissimè in oratione ad Philippum: orationẽ tibi sum missurus, nõ ostentationis & laudationum plenam, propter bella à te fortiter gesta.

Isocrate senior Thucydides lib. 3. cùm docere vellet magnum nauium apparatũ habuisse Athenienses, contra quam hostes crediderant, prętervecti Isthmum sese ostentabant, vt Valla conuertit vetustissimis recentiores succedunt.

Plutarchus in C. Cæsare, fortè Afer quidam saltationem ostentabat, & ad miraculum vsq; canebat tibia. Et in Antonio de Classe Octauij cõtra ipsum, quę constabat nauibus, neq; tam altis, neq; tam amplis quales erant Antonij ad ostentationem aptiores & pompam, sed agilioribus & celerioribus, quæ cõmodiores sunt ad pugnã. Eiusdem seculi politissimus scriptor Arrianus, nouus Xenophon appellatus, de quorundã militum egregio ad Halicarnassum ausu, verba faciens lib. 1. ostentationem sui roboris; & lib. 2. de impedimẽto immẽsi exercitus Darei in angusto locati; Nec poterat splendorẽ sui exercitus ostẽtare. quod hic aliud significare certè non potest.

Nec Lucianus est aspernandus qui in ἐρωτικῷ de orante Mercurio, dixit, ostentans nugas suas: Et lepidè in Dialogo Mausoli ac Diogenis; Diogenem ita loquentem facit de Mausoleo, id est, Mausoli sepulchro; Tumulus verò, & pretiosi illi lapides ad ostentationem fortassè, atq; ambitionem digni qui hospitibus inspiciendi exhibeantur. In vita Demonactis; maximè aduersabatur iis, qui non ad veritatem, sed ostentationem philosophabantur. In Toxari; ostentationẽ ostẽtare.

Adducatur & Alex. Aphord. illustris Aristoteleæ philosophus familiæ. non longè ab initio libri de fato. Est autem scriptionis nostræ propositum non ad ostentationem inclinans, sed ad inquisitionem, & ad rerum propositarum exactiorem notitiam; Profitetur his verbis disputationem suam non ad ostentationem comparari, sed ad eius rei, qua de agitur, enucleatiorem notitiam. Quæ sanè Luciani, & Alexandri loca sunt clarissima & certissima: vt illud Serini græci veteris scriptoris testimonium, quod si legerent Matronæ, cognoscerent, quod earum sit ornamentum ex Ethoicæ istius matronæ facto.

Vxor Phocionis ostentanti cuidam mulieri mundum suum muliebrem aureum, ac pretiosum, meus, inquit. supra quàm dici possit splendidus ornatus Phocio est, egens quidem, ac tenuis, sed vigesimum iam annum Atheniensium in bello Imperator. Cui adde ex eodem apud Stob. serm. 73. Spartanam quandam, mulieri ornamenta ei sua ostentanti, vicissim demonstrasse ei liberos suos, meum, dicentem, hoc est, ornamentum.

Nec alienum ab hac significatione illud prouerbium in fatuos, seu vanos, & arrogantes

qui minima te. sed insolita efferuntur, quamquam hic non est ἐπιδεικτικὸν, sed ἐνδεικτικόν.

Indoctus vestem indutus eam demonstrat omnibus.

Bracas interpretatur sic: Diod.lib. Bibl.5. Hesychius item ἀγωνίσματα exponit ὀχλικὰς ἐπιδείξεις, id
M est, populares ostentationes. quod primo lib. Thucydides significauit hoc sermone, scilicet ostentationis plenam orationem, qualis solet esse Sophistarum: quæ notio non parum iuuatur his Annei Senecæ verbis lib. Declamat.4. non longè à principio, immò Labieni Rhetoris ab eo citati, declamationes Asinij Pollionis ἐπιδείξεις appellantis: nam illæ ferè ad ostentationem ingenij solent haberi: inuenitur etiam apud Eustathium ex vetere Grammatico, inter cæteras notiones accipi pro ἐπίδειξιν, qui enim decertat, is vitium suarum, roborisque specimen, dat, ingenium & vires ostentat, hoc est, ἐνδεικνύμενος, vt iure suo Nicetes choniata 3. de Imperio Isaacij Angeli libro scribere potuerit ad exprimendum
N ipsius luxum, similem se Pauoni solitum ostentare.

Quod item ait vocem ἐπίδειξιν pro simplicissima, atque exactissima ostensione à Philosophis accipi, mallem dixisset ἔνδειξιν. Tametsi enim interdum fortasse, vt vult, accipiatur ἐπίδειξις, multò freqnentius tamen ἔνδειξιν, nouit hæc qui libros Aristotelis ἀναλυτ. ὑστέρων legit, & Acad. Cice. quemadmodum rarò ἔνδειξις pro ἐπίδειξιν dicitur, id est, ostentatione.

Modestini & Callistrati aliorumq; J.CC. de pueri, & filij nominum significatione explicata sententia.

CAPVT XVII.



A EGEBAM aliquando Modestini veteris I.C. librum excusationum secundum, & in ea verba incideram; filiorum appellatio etiam ad posteros extenditur, A cùm in mentem venit explicare, quid hac de re sensissent cæteri Iurisprudentes, & præter hos veteres etiam sacri scriptores. Ergò Modest. Verba, lib. de verb. & rer. signif. 50. c.4. sic vertuntur: Natorum appellatio, & ad Nepotes extenditur, quibus idem significatur; atq; id quod est à Callistrato scriptum lib. 2. quæst. l. 220. Liberorũ appellatione, Nepotes, & Pronepotes, cæterique, qui ex iis descendunt, cõtinen-
B tur: Hos enim liberorum appellatione lex 12. tabularum comprehendit; & quod à Paulo text. 12. lib. 38. Pandectarum lib. 10. Parentes vsq; ad Tritauum apud Romanos proprio vocabulo nominantur: vlteriores, qui non habent speciale nomen, Maiores appellantur: Item liberi vsque ad Trinepotem, vltra hos, Posteriores vocantur: nõ eodẽ tamen modo, interpretes adiungunt: quoniam ex vi nominis, ac proprietate, filij, qui, scilicet ex viro, & vxore nati sunt, ex interpretatione etiam Nepotes, & inferiores his: De quo Bart. C
& Bald. l. Gallus, §. Instituens, & Alciat. lib. suo eleganti de verb. signif. commentario l.56. l.84. l.101. & 120.

Quare Vdal. Zasius, in quodam suo de substitut. tractatu, more ætatis nostræ, inquit, cùm nominantur filij, addi etiam Nepotes ad tollendas cauillationes, & multa de hoc argumento præclarè Albericus in Diction. iuris, à Deciano & Castellio illustratus.

Notandum autem, filiorum nomen angustius ferè sumi, quàm liberorum, sic Dec. cons. 567. n. 4. & 5. Ideoq; magis comprehendere fœminas; quod discrimen incertum esse puto in veteribus latinis Iurisconsultis: Itaq; liberorum appellatione, vt & filiorum, Nepotes, Pronepotes, sic deinceps omnes cõprehendi, vt Paris. docet volum. D
2. consiliorum, cons. 36. num. 4. & cons. 38. nu. 7.

Vnde filiorum appellatione, omnes liberi intelliguntur, vt ex legibus demonstrat Albericus. Hac tamen appellatione cum certa qualitate non veniunt hi nepotes, qui illa qualitate carent. Decius cons. 443. nu. 24. neque in odiosis, idem cons. 445. num. 52. Cùm Innocentius contra sentiat in C. ad extirpandas de fil. presbyt. Neque cum propriis nominibus filij sunt nuncupati; Idem Dec. cons. 465. num. 6. Neque cùm filius reperitur in primo gradu, in quo vera sit dispositio. Paris. volum. 3. cons. 14. num. 16. maxi- E
mè in onerosis; & cons. 20. num. 56. nec cùm nondum erant concepti nepotes, eodem cons. num. 58. neque cùm fit relatio ad certos, idem ibidem num. 57. vniuersè, an, quando, quomodo, quare filiorum appellatione veniant Nepotes, explicat optimè Io. Crottus l. omnes populi, num. 152. D. de Iust. & iur. Alex. volum. 1. cons. 9. Dec. cons. 95. num. 5. Et quoniam in veterum legibus nunc venire Nepotes appellatione filiorum, nunc non legimus: varias adducit solutiones Albericus, ne sibi iura aduersentur.

Cur autem filiis liberorum datum sit nomen, eam esse causam puto, quam assignauit Pa- F
pias, vetus Grammaticus, & ex eo Archid. 20 q. 4. vt à seruis distinguantur, & quoniam de libero nati matrimonio.

Iam verò etiam ἐκγόνων nomine Nepotes, & posteriores indicauit Modestinus, quomodo Hesychius ἔκγονα, inquit, τέκνα τέκνων. & ἔκγονος, Latiùs etiam pro ἔκγονος pro posteris vsurpatur à bonis auctoribus, vt Platone in Timæo, & epistol. 7. & in Timæo quidem latissimè accepit, & latissimè Cicero conuertit sic de vniuersitate, Reliquos quos fratres inter se. Agnatosque vsurpare, atque appellare solemus. & eorum, vt vtamur veteri verbo, Prosapiam. Grammatici hæc probant. Nam apud Latinos Auctores, Nepotes non modo qui ex filio, filiaque nati sunt, sed etiam Nepotum filij, & alij posteri intelliguntur: qua for-

ma

ma Virg. Homerum imitatus, cecinit Aeneid. 2.

Et nati natorum, & qui nascentur ab illis:

Sic enim ille 20. Iliad. lib.

καὶ παῖδες παίδων, τοί κεν μετόπισθε γένωνται.

Ex quo Plato 2. de Rep. lib. filios filiorum aiunt
genus post se relinquere pij & ritè iurantes. Sed
quæres; Nùm filiorum appellatione etiam filiæ,
& Neptes intelligendę sint. Respondet contineri
Albericus filias. D. de Testa: tute. l. si quis ita. Et
de verb. signif. l. Iusta, l. Quisquis. l. Seruus. l. li-
berorum; Et Castellius adducit textum in §. 1. in
Authent. de non elig. secundo nupt. & l. filij app.
H D. de verb. signif.

In certis autem casibus quomodo veniat, quo-
modo non, explanat Decius 480. cons. n. 1. & seq.
& 495. n. 14. 15. & 114. 115. 568. 570. Cephal. cons.
45. Paris. cons. 34. 48. 2. volum. num. 1. ibi. Hic, nu.
4. & seqq. Et rursus Decius cons. 95. num. 5. ad fi-
nem vsque. Sed veteres consulamus. Iabolenus
lib. 7. l. 116. de verb. signif. affirmat de filia, Procu-
li sententiam probans, Labeonis refutans; habe-
tur & alius locus l. 16. D. de Testa. tutel. & l. 122. D.
de verbor. signif. Cum tamen filiæ appellatione
nunquam filius intelligatur: id quod etiam con-
firmat illud siue Grammaticorum, siue Iuris-
consultorum, axioma.

Genus masculinum concipit fœmininum:
I quod quomodo accipiendum, locis allatis De-
cius ostendit: & olim filiis in dandi, & auferendi
casibus etiam pro fœminis dicebatur, vt ex En-
nio, ac Planto demonstrat lib. 7. Priscianus, de
dat. & abl. plur. 1. declin. cùm postea filiabus v-
surpatum fuerit.

Neptis etiam aliquoties nomine filiæ, non
semper, intelligitur, vt eruditissimus deducit Al-
ciatus ex Ancharano, Alexandro, & Iasone, atq;
aliis, de verb. signif. l. 122. Et indicat eodem com-
ment. ad l. 220. Nec tacebo tamen eos, qui lati-
nissimè loqui volunt, ortum ex sorore, non Ne-
potem, sed sororis filium dicere.

Porrò quatuor esse filiorum ordines, tradit
K Lucas à Penna l. filios num. 4. C. de Decur. lib. 10.
Sunt enim Vnigeniti, Primogeniti, Medij, Mini-
mi; solidior est diuisio, quæ rei substantiam quo-
dammodo attingit: Filiorum, siue Liberorum,
alij sunt legitimi, alij naturales, alij, adoptiui:
Octo tamen filiorum species Christoph. Porcus
Instit. de adop. recenset, id est, adoptiuorum, ar-
rogatorum, legitimorum, naturalium, spiritua-
lium, nothorum, spuriorum, vulgò quæsitorum.

Nunc Pueri, varia est notio enucleanda. Pau-
lus lib. 2. ad edictum l. ibi. Pueri appellatione, in-
quit, etiam puella significatur: nam & fœminas
puerperas appellant ex partu, & Græci commu-
niter ὁ, καὶ ἡ παῖς, declinant, vt est passim legere in
L optimis scriptoribus apertius lib. 2. epist. l. 204.
Pueri appellatio tres significationes habet:
vnam, cùm omnes seruos Pueros appellamus:
alteram, cùm puerum contrario nomine puellæ
dicimus: tertiam, cùm ætatem puerilem demon-
stramus. Priorem S. Ambros. obseruat 1. libr. de
Abraham Patriarcha cap. 9. ad illud Gen. 24. Et
vocauit puerum seniorem domus suæ: nostra
versio habet. Dixit ad seruum seniorem domus
suæ. Disce hinc, inquit, quod etiam senioris æta-
tis, seruuli, pueri dicuntur à Dominis, vel à qui- M
busq; prioribus; Vnde & quidam Poëta hoc se-
quendum putauit Ecl. 1.

Pascite, vt ante, boues, Pueri, submittite Tauros.

Scilicet pueros, seruos dicimus, non ætatem ex-
primentes, sed conditionem: Sat. 5. Persius;

I puer, & strigiles Crispini ad balnea defer.

Et sæpiùs sat. 6.

Vngue puer caules, mihi festa luce coquatur,
Vrtica. —

His concinunt qui volunt παιδὸς nomine conti-
neri seruos, ancillas, liberos, omnes denique
Domesticos, præter patrem & matrem: Cuius
rei præclarus extat de verb. signif. commentarius
Alciati ad l. 204. & pro dignitate tractat in com-
mentario suo eiusdem tituli, verbo, Pueri appel- N
latione Pratelus. filiusfamilias pressius quidem,
atque angustius sumi vulgò solet: sed, vt Iuris-
consulti statuunt, hæc vox etiam latiùs patet,
cùm sit iuris nomen, & is dicatur, qui est in pote-
state alterius, siue liberos habeat, siue non ha-
beat: vt Paterfamilias pro eo qui est sui iuris.
Apparet lib. 1. Decret. Bonif. tit. 19. qui est de Pro-
curatoribus. ad c. 5. §. 2.

Altera est pueri notio, quæ nescio an vsitata
sit, apud Græcos Auctores, & Latinos propha-
nos, Pueros appellandi, qui profecta sunt ætate,
& viri iam sunt. In sacris aliquoties legitur. Io. O
21. Christus ita suos Discipulos compellat; Pueri,
nunquid pulmentarium habetis? Græcis est,
παιδία, quæ vox infantem significat, siue Pueru-
lum, aut filiolum. Euthymius ita vocasse tradit,
iuxta consuetudinem, non quidem suam pecu-
liarem, sed generalem: moris enim erat, inquit,
ita operarios appellare, propter illorum robur,
ac strenuitatem ad labores. Ego Venetiis, ac Pa-
tauij audiui se vocantes hoc nomine, cùm se vi-
cissim ad nauigandum hortantur nautæ, etiam
viri, ac senes. Putto.

Verùm hæc Euthymij notatio non videtur
vera: non enim παιδία dixisset, quæ vox potiùs
teneritudinem quamdam significat, sed vel νεα-
νίας, vel νεανίσκοι, vel υἱοὺς, vel παῖδας: si tamen verè in-
terpretatur Euthymius iam παιδίου notio ad
primam refertur ex his, quas Paulus Iuriscon- P
sultus assignat, nisi malis ita nominatos, quasi
seruos, quod operi vacarent, quod seruis con-
uenit. Dion. Carth. significati hac voce notat,
non ætatem, & indiscretionem, sic enim ipse
loquitur, sed simplicitatem, puritatem, & in-
nocentiam, vt Psalm. 68. de se Christus di-
xit. Ne auertas faciem tuam à Puero tuo. Et
Actorum 4. Conuenerunt aduersus sanctum
Puerum tuum Iesum. Et Isaiæ 9. Ecce ego,
& pueri mei, quos dedit mihi Dominus:

quomodo

quomodo 1. Reg. 13. ſcribitur: Filius vnius erat anni Saul, cùm regnare cœpiſſet, id eſt, puer & fi-
Q lius, ſiue puero, & filiolo par, innocẽtia, & morũ integritate, vt B. Greg. exponit; quã notionẽ diſerto ſermone S. Paul. expreſsit 1. ad Cor. 14. Nolite pueri effici ſenſib⁹, ſed malitia paruuli eſtote.

Magis arridet mihi Caietani explicatio, q pueri ꝑ filioli dixiſſe Chriſtum voluit, vt blando nomine Diſcipulos ſibi cariſsimos aſsiduo totius illius noctis labore fruſtrà conſumtos recrearet, & conſolaretur, quos itẽ mœror occupabat propter paſsionem eius. Confirmatur vſu Chriſti ſic appellantis Diſcipulos ſuos etiam ante paſsionẽ; Marc. 10. Filioli, quàm difficile eſt confidentes in pecuniis in regnum Dei introire, vbi Græca vox eſt τέκνα, ac fortaſſe olim fuit παιδία, vt Io. 13. Filioli, adhuc modicum vobiſcum ſum, pium videli-
R cet ſuũ, ac benignũ erga ipſos amorẽ exprimens.

Nec eſt altera ſignificatio ſiue vſus vocis παῖς aſpernandus, qui à Græcis putatur deriuatus, & ipſi tamen acceperint ab Hebræis. vt. cùm V. G. Achiuos volũt ſignificare, nõ ſimpliciter Ἀχαιούς, ſed παῖδας Ἀχαιῶν dicunt: millies hanc dicẽdi formam vſurpauit Homerus quomodo & παῖδες ἰατρῶν pro Medicis, & ἀσκληπιαδῶν, ῥητόρων, συγγραφέων, ποιητῶν pro Rhetoribus, Hiſtoricis, Poëtis. quin & παῖδες δυστήνων ꝓ δύστηνοι dicuntur ab eodẽ Iliad. 21. & in Bibliis Hebræis, filij hominum ſæpè pro hominibus, filij Prophetarum pro Prophetis ſu-
S muntur. S. item Auguſtinus c. 5. lib. contra Adimantum obſeruat filij nomen in ſacris litteris trifariã ſumi. Natura, vt Iſaac dicitur filius Abrahæ; Doctrina, vt filios ſuos vocat Apoſtolus, qui ab eo didicerunt Euangelium: quæ fortaſſe notio apud Iuriſconſultos non reperitur. Et imitatione ſicut filios Abrahæ nos vocat Apoſtolus, quia eius imitamur fidem, & Chriſtus confirmauit dicens, Io. 8. ſi filij Abrahę eſtis, opera Abrahę facite. His duob. poſterioribus modis iidem Hebręi à Chriſto nominãtur filij Diaboli, q electione, ſiue adoptione, & quaſi natura filij erant Dei.

Symeonis Medici Syri verba perpenſa, Giraldi conuerſio repudiata, Raphani vis, & natura ad ructus.

CAPVT XVIII.


A EXTAT Symeonis Antiocheni Magiſtri cognomẽto Σηθί Medicus, liber græcè ſcriptus, ſanè diligenter & eruditè hoc titulo, σύνταγμα κατὰ στοιχεῖον τροφῶν. quem ille obtulit Gręco Imperatori Michaëli Ducæ: hunc latinum fecit doctiſsimus vir Gregorius Giraldus: & legendo mirificè delector, cùm præſertim in animum induco græca cum latinis cõferre: vbi agit περὶ ῥαφανίδος, id eſt, de radicula ferè primis verbis. ὡς ἐξ ὧν, inquit, εἰκάσαι ὁ Γαληνὸς, ἔστι τεκμαίρεσθαι. Giraldus ita latinè, De quibus, vt ait Galenus, coniectari licet. Non eſt plenè aſſequutus ſenſum auctoris, quoniam non exprimit ex iis capi coniecturam, quę Galenus ſcripſit, vt verba Symeonis indicãt,
ſed tantùm ſua conuerſione facit teſtimoniũ ab eo Galeni citari, adiungit Galenum citãs Sethi. B

Giraldus ita. Miraturq́; nonnullos poſt cibũ eas exhibere, cùm concoctionem potius impediant, quàm faciant: B benè, ſed non plenè, non enim cõuertit illa verba ἀνάγουσι ἄνωθεν τὴν τροφὴν, quib. ratio aſsignatur, cur aptiores ſint radiculæ πρὸς ἀνάδοσιν, quoniam ad ſuperiora ſtomachi attollunt cibum. Hic nõ niſi ꝓbabiliter mancum eſſe vult, & corruptum Symeonis textum, & ex Pſello hoc modo reſtituit. Sed ſcribit Oribaſius, poſt cibum ſi ſumantur ventrẽ ſubducere: ſi verò ante cibum ſumantur, vomitum inducere, cùm eis peculiarius ſit ad ſuperiora cibũ agere. Quo C
modo illa reddit ἀνάγουσι ἄνωθεν τὴν τροφὴν. Hoc ego tantùm in Oribaſij cõpendio Medicinæ ad Euſtathium filium legi Raphani bucellas tenuiſſimas cum Oxymelle, ſiue Helleboro conſulere ad vomitum ciendum.

Matthæolus in caput 104. lib. 2. Dioſcoridis, imperitiam quorumdam admiratur Medicorum vel ſumentium vel præſcribentium poſt cœnam Raphani vſum ad faciliorem cibi concoctionem, & teſtem aduocantium experiẽtiam, cùm ipſe ingenuè fateatur nõ ſine magno valetudinis detrimento conſuli: at non legerat Symeonem ita ex diuerſo ventris affectu conci-
liantem, vt latinè vertit Giraldus Ferr. in quibus D enim ventriculus facilè ſubducitur, nec eſt flatuoſus, & non ſupernatat cibus: his dandæ ſunt ante cibum radiculæ: ſi verò ventriculus inflatur & ſupernatat cibus, & difficili eſſe aluo contingit, his proferendæ ſunt poſt cibum: B & certè hic eſt mortalium ſenſus, ipſum Raphanum non concoqui, niſi magno negotio, & longo tempore: cùm tamen iuuet ad reliqui nutrimenti cõcoctionẽ poſt quod adhibetur: quamquam in hoc, vt in pleriſque aliis, rudis & indoctus ſenſus noſter. Omninò Raphanus, vt grauis, ad inferiora propellit reliquos cibos.

Sequitur Symeon Giraldus ſic. ſunt verò radiculæ difficilis corruptionis, atque ideò ructus olidos efficiunt: par eſt igitur iis abſtinere, qui poſt eorum vſum eructant, quando hæ & reliqua
cibaria ſecum corrumpunt. εὔφθαρτοι, id eſt, facilis E corruptionis, ipſe contrario ſenſu, difficilis vertit: & contrarium eſſe ſenſum apparet ex conſequentibus, nam ex eo facilè corrumpi vult demonſtrare Symeo, quod aliis impertiunt hunc ſuum affectum, ipſis facilè corrumpendis: niſi δύσφθαρτοι legerit; aut librarius tranſlationis latinæ errarit: & ſanè cum olidos ructus efficiant εὔφθαρτοι eſſe debebũt: vbi notandum, Apium genus eſſe agreſtis Raphani, ἄγριον ἰχεῖ Græcis eſt. Plin. l. 26. c. 8. Pirũ non malè cõuertit Gaza, quod Piri formam præ ſe ferat: eius & vis, & natura, vt pars ipſius ſuperior vomitũ prouocet, inferior

aluum

aluum ciear, de quo Leonicenus Vicetinus lib. 2.
F de error. Plinij & Medicorum c. 2. aliqua & Mar-
cellus in cit. cap. Dioſc. & lib. 3. à cap. 67. ad 71. &
Gul. Rouil. hiſt. Plant. l. 5. c. 36. ex antiqs, & nouis.

Ructus porrò ventriculi affectio eſt, vt Me-
dici dncent, & ſummus Philoſophus Ariſt. ſect.
33. Probl. 1. 5. 9. 17. fit enim tuctus, vt ait, cum ven-
triculi humor recaleſcens inflatur atque conco-
quitur, ex quo reddit cauſam, cur nec iumenta,
nec cornigera, nec aues ructent, ſcilicet, ex ven-
tris ſiccitate: nec ruminantia, quia plures habēt
ventres, in quibus humor conſumitur, qui, cum
in flatum vertitur, vel efficit ructum, vel crepitū.
Declarat multis auctor eius voluminis Medici,
quod Philonium inſcribitur, Barbarus quidem,
ſed doctus, lib. 2. c. 70. de otis, & anhelitus fœto-
re, & lib. 4. c. 11. de eructatione: & hoc recentior
Alcomaris in arte medica de medendis humani
G corporis malis cap. 69. ex Galeno 5. de locis affe-
ctis lib.

Cum enim concoctionis opus in partibus
ore ventriculi inferioribus, fiat, neceſſe eſt hanc
ipſam partem malè affectam cauſſam eſſe crudi-
tatum: ſic ex tribus concoctionis vitiis triplex
oritur genus ructus, eſt enim βραδυπεψία, id eſt,
cōcoctio diminuta propter tarditatem, δυσπεψία,
id eſt, deprauata propter alterationem in exter-
nam qualitatem, &, vt ſic dicam, innaturalem,
ἀπεψία, id eſt, ipſius priuatio cōcoctionis omni-
moda ex caloris defectu: primam conſequuntur
ferè multi ructus, quandoq; aridi: ſecundam o-
lidi: tertiam acidi: quamquam deprauatæ con-
H coctionis indicia ſunt inſuaues ructus, qui mo-
do hunc, modo illum, ſaporem præ ſe ferunt
multipliciter ingratum, & iniucundum.

His adiunge fumoſum ructum, qui calida
gignitur intemperie ventriculi, vt acidum frigi-
da. Gal. lib. 3. de cauſ. ſympt. flatuoſus autem ſpi-
ritus qui in ventriculo gignitur, ore excernitur,
aut ſede: qui ſede excernitur, vel eſt ſonorus, vel
cæcus, ſiue ſilens: quod ſi neutra patre emittitur,
affectus oritur inflationis ἐμφυσήματος diceret
Galenus loco citato, & 14. Metho. πνευματώσεως
γαστρὸς, diceret Paulus Aegin. lib. 38. Conſule quæ
cum breuiter, tum politè ſcribit atq; eruditè Io.
Fernelius c. 3. l. 6. de partium morbis & ſympto.
ex quo potes colligere ferè ἀπεψίαν, id eſt, cru-
I ditatem, cauſſam eſſe ructuum, & variorum
pro varia cruditate, aut crudelitatis gradi-
bus: id quod etiam Ariſt. docet ſect. 10. Probl. 4.
cum ait, flatus, ructusq; crudorum fœdius olere:
& cruditatem excrementi mali eſſe odoris cauſ-
ſam: ex quo efficit, pinguia, oſſa, pilos, nunquam
fœdum odorem emittere: quoniam pinguia
ſunt concocta, oſſa, & pili humore carent.

Animaduertendum autem ex Galeno lib. 4.
de facult. ſimpl. Medicam. c. 14. & lib. 3. de ſympt.
cauſſ. c. 1. acidum ſaporem fieri à calido, quod
coquere incipiat, nec perfectam mutationem,
ſiue alterationem poſsit adferre: Hinc enim 2. de
temperam. lib. cap. 8. Ventriculus, inquit, ſi benè K
coquit, temperatus eſt: ſi nō benè coquit, intem-
peratus: ſi fumoſos aut nidoroſos, vt medicè lo-
quar, edit ructus, igneus in eo eſt calor: ſin aci-
dos, infirmus & imbecillus: quare aphoriſmus
Hippocratis primus lib. 6. ſic habet: In diuturnis
leuitatibus inteſtinorum, id eſt, λειεντερίαις, ſi ru-
ctus acidus fiat, qui prius nō erat, ſignum bonū:
cur? dices; quia initio ventriculus viribus deſti-
tutus, cibos ita crudos emitteret per ſedem, vt
fuerant ingeſti in ventrem.

Cū autē omnes herbæ, radicesq́;, quæ magis
q̄ minus, malè à ſtomacho ſeu vētriculo coquā-
tur, moueant neceſſe eſt flatus, ac ructus freqnē-
tes, & quæ crudiores, maximè olidos: quib. cien-
dis aptiſsimus eſt Raphanus pre multis aliis her-
bis, & radicibus; Quare Plin. l. 19. c. 5. ei vim mirā
ineſſe ait laxandi ructum: ſi cum oliuis drupis L
comedatur, rariorem fieri, minusq́; fœtidum.

Non omittam quod grauiter ſcripſit Amatus
Luſitanus Centuria 2. curat. medicinal. in ſchol.
curationis 23. Valdè enim illuſtrat hunc Symeo-
nis, quem tractamus, locum. Nititur hic de Ra-
phano diſsimiliter ſcribentes Dioſcoridem &
Galenum conciliare: Nam Gal. c. 70. lib. 2. de ali-
men. facult. eos Medicos, & idiotas carpit, qui à
cena iuuandæ gratia concoctionis, crudas ra-
diculas eſitant: Dioſcor. autem lib. 20. c. 103. eas à
cibo ſuadet edendas, quoniam ſic ingeſtæ magis
cōferunt digeſtioni, cum p̄ſumptæ in ſtomacho
cibū ſuſpendant, & vomitiones concitēt, δεῖ δ' αὐ- M
τὴν ἐπιλαμβάνειν μᾶλλον συνεργοῦσι τῇ ἀναδόσει, hoc .n.
verbum ſignificat accipere poſt alios, ſcil. cibos.

Adde Auicen. qui lib. ſui can. 2. cap. de Ra-
phano, eſt malus, inquit, ſtomacho, faciens eru-
ctare, & poſt cibum lenit ventrem, & facit cibum
penetrare. Ergo Amatus, ſe hos medicos aliquā-
do conciliaſſe obſeruat, vt didicerat ab hoc Sy-
meone: Poſtea vidit nihil eſſe diſcriminis inter
eos, nunquam enim, vt ait, Galenus radiculis vi-
res tribuit cōcoquendi, immò in eos debaccha-
tur, qui ipſis ad concoctionem iuuandam veſce-
bantur: quomodo & Dioſcorides ſcribit, eas pa-
rum eſſe ſtomacho vtiles, argumento eſt, quòd N
aqua maceratæ ipſam faciliimè corrumpunt.

Sed obiicies diſertis verbis Dioſcoridem ſcri-
bere, veſcendū eſſe poſt cibū radiculis, quòd ita
magis conferant digeſtioni. Ego verò in hoc er-
rorē fuiſſe illorū puto, q diſſentire inter ſe Gale-
nū, & Dioſcoridē ſunt ſuſpicati, ꝙ pro cōcoctio-
ne digeſtionē ſumpſerunt, vt ferè, q Medicorum
Arabū ſcholā imitantur: omninò malè, aliud .n.
eſt digeſtio, aliud concoctio, hæc enim illā ante-
cedit: nam digeſtio attractio eſt, vel diſtributio
concocti & confecti alimenti, & in ſanguinem
conuerſi in omnes corporis particulas, quam
natiuus efficit calor. ita lib. definit. Galenus, ſi O
modo eius eſt, q tamen lib. 2. de facult. aliment.
& lib. ꝙ animi mores corporis temperationem
ſequantur, à vi cōcoctrice manifeſtè diſtinguit.

Sic

Sic & illud Arabum axioma de Raphano, Raphanus digerit & non digeritur, est explicandum, distribuit, non distribuitur: nam suo acumine distribuit: quoniam autem ex eo genere est ciborum, qui diu in stomacho durant, & magna cum difficultate concoquuntur: non distribuitur. Propterea verbo ἀναδίδωσι vsus est Dioscorides, quæ distributionem, digestionemque significat, vt ex Galeno apparet, & ex Alexandri Problematis. Sunt alia Dioscor. verba ἐν τοῖς αἰσθήσεις ὀξυτέρας, sensus acuunt, reddidit optimè Giraldus, melius quàm Barbarus, exquisitiores sensus existimantur præstare.

Addit Sethi, ὅτι Ἰνδοὶ αὐτῶν τούτους ῥίζας λέγουσι, ὅτι τὴν διάνοιαν εὐσύνετον ποιεῖν. Sic Giraldus: Indi autem radiculas aiunt ingenium ac industriam homini efficere; hoc non malè: sequentia non probo, mentemque, quæ æquo animo perferat iniurias, ac damna: quoniam Suidæ ἀσύνετος, sine συνετός, idem est quod ἀσύνετος, auget tamen significationem vocula εὖ.

Est verò συνετός, homo prudens, & νοήμων, vt Græci dicunt, hoc est, intelligens, & qui mente, atque ingenio facilè assequatur, ad quod se applicat: Nam & Eustathius in Homero sæpè συνετούς reddit per ἀγχίνους, & Suidas εὐσυνέτους reddit per σοφούς, & ἱερεῖς, vt significet eum esse διανοίᾳ εὐσύνετον, cui facillimè sint aperta, & cognita, quæ mente vult cõprehendere, nam & εὐσύνετον inter cætera est, quo tendas felicirer peruenire, & de eo dicitur, qui rem quasi collimauit, & in coniectando plurimum valet: id quod indicant & penè cogunt antecedentia verba Dioscoridis, quòd sensus ὀξυτέρας, vnde fiat perspicacior animus, & ad intelligendum promptior: sic & procliuius ad aliquid, & facilis εὐσύνετος, & εὐεπίφορος dicitur: immò quod in rem aliquam latinè dicimus incũbere; Græci συνετέλειν dicunt, vt intelligentiam, & animi notionem, itemque mentis applicationem, & quasi conatum συνεπιβολήν, vt eruditè in suis comment. Budæus ostendit.

Nomina quartæ declinationis contractorum à plerisq; in obliquis perperam declinari, & Vrbani regulam de nominibus in σιον desinentibus reprehensione dignam esse.

CAPVT XIX.



LIb. 7. Priscianus vetus Grammaticus, quem suo tempore Constantinopol. Doctorem fuisse Aurelius Cassiod. 12. libri de ortograph. sui cap. testatur, cum de tertia declinatione præcipit, antiquissimi, inquit, & Græcam in o productam desinentiam per hanc dictionem proferebant, vt Sappho, Sapphonis, Dido, Didonis. Cæsar Scaliger lib 4. cap. 83. & 84. sic ducendum, si veteres sequamur, affirmat: verum hoc fortasse fuerit apud antiquissimos illos oscè loquutos, Cascos, & Opicos, quorum iam lingua pro barbara ætate habebatur Ciceronis.

Idem Probus in Catholicis, Græca nomina in o terminata, & græca ratione vs facere in genitiuo, & nis. Dido, Didûs, Didonis: verum isti nunquam apud bonos latinitatis auctores Didonis, Didoni, Didonem, Didone, & similes aliorum similium nominum casus ostendent: Nam vt Phocas vetus Grammaticus hoc docet lib. de nomine, & verbo ita loquẽs: o littera finita propria sunt generis fœminini, quæ translata in linguam latinam, nihilominus Græcam declinationem obtinent, vt Dido, Manto, Erato, Calypso, Themisto: Declinantur enim hoc modo, Dido, Didois, Didoi, Didoem, ab hac Didoe.

Errant enim qui Didonis, & Mantonis genitiuum dicunt, & vocis asperitas, & veterum auctoritas, eiusmodi declinationem repudiant: ac magis etiam in hac sententia cõfirmor, quòd eam à Doctissimo, & Eloquentissimo viro Io. Petro Perpiniano Romæ in Collegio Nostræ societatis scio fuisse defensam: quare loco citato Scaliger adiungit, sin cultioribus sæculis obsequamur, in aliam mox formam esse redigenda: nec dissentit longè ab initio libri de Grammatica S. Ang. tradens peregrina hæc nomina in o, vt Dido, Iuno, Io, Alecto, Celæno, Clio, Manto, genitiuum facere in vs, Didus, Iunus, &c.

Quamquam ego ab hoc numero nomen Inno remouerem, quia peregrinum non est, sed latinum: quare Virgilius passim inflectit latino more, vt & Cicero, qui Græca eiusdem terminationis, & declinationis, nunquam eodem modo inflectunt: itaque legendo Pausania, obseruaui eruditissimum virum Romulum Amasæum hæc sequi, vertendis eiusmodi nominibus in latinũ idioma, lib. enim 1. Gorgo, & Ino in accusatiuo casu profert, in genitiuo Inus, & lib. 2. in accusatiuo casu Pheno, rursus lib. 1. Pithus in genitiuo, & lib. 3. Morphûs, & lib. 8. Callistûs, vt in accusatiuo, lib. 3. Cleo, lib. 4. Enyo, lib. 8. Erato, lib. 10. Celæno & Themisto, lib. 6. Maltho, in nominatiuo, & accusatiuo, lib. item 8. Calypsoë in ablatiuo: in accusatiuo, & datiuo Agno.

Auditor quidam meus, cum Mediolani anno 1561. docerem præsente fratre meo Io. Gabriele, nescio quem auctorem legens, & Iasonis nomen productè enuncians, monitus, vt correptè efferret, defendebatur à fratre meo mihi obiiciente Vrbani præceptum de producendo, cum Poëtica licentia corripiatur: vt sequenti anno eamdem emendandi rationem sequuto, ingeniosus adolescens, qui me Perusiæ audierat, eumdem opposuit Vrbanum Poëtarũ in ea voce corripienda licentiam adnotantem.

Ego verò firmius, quàm vnquam, hæreo sen-

tent

tentiæ meæ, putoq́; Iaſonem correptè, non productè efferri debere, nec in eo vllam eſſe licentiam Poëtarum, ſed naturam hoc ſyllabæ, ac litteræ, poſtulare, quam Poëtæ ſunt amplexi, & verò debeant omnes amplecti. Nam in omnibus primum ſumma fide Græcis codicibus, Iaſon in obliquis penultimam cum ο μικρῷ habet, ſic Italici, Gallici, Belgici, Germanici omnes Græci codices habent act. Apoſt. cap. 17. 2. Machab. cap. 2. & 4. ſemper Ἰάσων in obliquis Ἰάσονος, Ἰάσονα, ſcribitur: In Suida quoque & Heſych. Sch. Il. Hom. 7. φασὶ τὸν Ἰάσονα, & alio loco de Medea Suid. ἥτις ἀπαγαγοῦσα ὑπὸ τὸν Ἰάσονα, rurſus in voce Ἀπολλώνιος. Sic in li-
G bris Bibl. Apollod. ſæpè, ſæpiſsimè lib. [illegible]. Xenopho: ſic omnes ſcribunt. Quo fit, vt rectiſsimè homo doctus propter infeliciſsimæ ſectam religionis deplorandus, ac diligens Typographus, in huius nominis obliquorum antepenultima, accentum ſoleat inſcribere, vt conſtat ex ſacris Bibliorũ codicibus, & ab eo excuſis hoc modo Iaſonis, vt in ea ſyllaba, non in penultima quieſcendum eſſe demonſtret, vt & frater eius Carolus, eo nec indoctior, nec in cudendorum librorum ſcientia minus induſtrius, ſed religionis inſtituto longè felicior.

Deinde regula Vrbani quæ libro 4. legitur in quinta declinatione nominum impari ſyllabo-
H rum his verbis expreſſa: deſinentia in σων, per ω μέγα declinantur χάσων χάσωνος, δράσων δράσωνος: Ἰάσων verò Ἰάσονος παρὰ τῷ ποιητῇ. minus eum fuiſſe in legendis cuioſcunq; generis ſcriptoribus diligentem probat: nunquam enim dixiſſet Iaſon verò Iaſonos, apud Poëtam, ſed apud Poëtas: immo etiam apud ſolutæ, & liberæ orationis ſcriptores, vt oſtendi: apud quos etiam pleraque in σων deſinentia in obliquis per ο μικρὸν non per ω μέγα leguntur: certè Vrbani regulam non conſtare docent hæc nomina κρείσσων, ἐλάσσων: quæ κρείσσονος. &c. per ο faciunt non per ω: ſic Αἴσων Αἴσονος Iaſonis patris nomen; Orpheus Argon.

Δεσπόζων ἤπειρα πελασγίδος Αἴσονος υἱέ.

Rurſus:

Ἰθύντορ ἀγάπησο, καὶ ἀγλαὸς Αἴσονος υἱός.

Rurſus:

Αἰνόποτμος μέλεα, καὶ Αἴσονος ἀγλαὸν υἱόν.

I Ouidius epiſt. 5. lib. de Ponto 1.

Aſpice in has partes, quod venerit Æſone natus.

Et:

Illo, quod ſubiit Æſone natus opus.

Et 7. Metamorph.

Et caſu ſolito formoſior Æſone natus

Mox:

Tamen illis Æſone natus

Obuius it.——

Vnde Iaſon patronymicè dictus Aeſonides pro nomine Iaſonis. Proferamus Poëtas, vt inconſideratè dixiſſe appareat Vrbanum παρὰ τῷ ποιητῇ, pro ποιηταῖς. ποιητῶν, Hoc eſt Homerum prætereo, quoniam eum producit Vrbanus: cæteri in medium veniunt Epici, Orph. Argon.

Τέρψε μὲν ἐν ἀπάνεσσι Ἰάσονος ἱμερόεν αἰεί. K

Paulò antè.

Πυρσῷ δ' ἐκέλευσεν Ἰάσονα λαμπάδα θέσθαι.

Et:

Παχνώθη δ' ἄν θυμὸς Ἰάσονος, αὐτὰρ ἔμολγε.

Et:

Οἱ τότε γ' αὐτὸς ἔνιπεν Ἰάσονα κοίρανον εἶναι.

Heſiod. non longè à fine Theog. de Medea.

Καὶ ῥ' ἄγε δμηθεῖσ' ὑπ' Ἰάσονι ποιμένι λαῶν

Μήδειον τίκτε παῖδα——

Tragici ſuccedant, vnus pro omnibus, referatur Euripides prologo Medeæ.

Ἔρωτι θυμὸν ἐκπλαγεῖσ' Ἰάσονος.

Rurſus:

Δόμον δὲ πάντα συγχέασ' Ἰάσονος.

Et aliàs ſæpè. Inter latinos pro Valerio, pro Statio, pro Seneca, abundè vnus ſufficiet Horatius cum Propertio & Ouidio: Ille ergo oda Epodon 3. de Medea.

Ignota Tauris illigaturum iuga,

Perunxit hoc Iaſonem.

Trimetri ſunt Iambici. Propertius lib. 2. eleg. po- L
ſtrema.

Hæc quoque perfecto ludebat Iaſone Varro.

Ouid. 7. Metamorph.

Multaq́; perpeſſi claro ſub Iaſone, tandem,

Mox:

Quem niſi crudelem non tangat Iaſonis ætas.

Rurſus:

Nempe tenens quod amo, gremioq́; in Iaſonis hærens.

In epiſt. Hypſiphilæ Iaſoni.

Dona feram templis, viuum quod Iaſona perdam?

Igitur vera non eſt Vrbani regula, vel exceptio. Ac ſanè mirum, ſi per ω ſcribi hoc nomen deberet, in penultima obliquorum, & eſſet longa ea ſyllaba natura ſua, nonquam longam reperiri in Poëtis: certè eſt argumento non longam eſſe, ſed breuem.

Theramenes cur Cothurnus, cur Cius; Timotheus num Cononis filius.

CAPVT XX.

THERAMENEM oratorem ab Athe- A
nienſibus Cothurnum appellatum, veteres prodiderunt, propter ancipitem in gerenda Rep. viam, quam ingreſſus fuerat. διὰ τὸν περὶ τὴν πολιτείαν ἀμφοτερισμόν. Et explicauit in prouerbio, Mutabilior Cothurno: adagiorum collector, quia genus erat calceamenti Tragici Cothurnus, qui vtriq; pedi commodè aptabatur: Theramenes autem incõſtans, & leuis ſubindè partes, & factiones muta- B
bat, duabus quaſi ſellis ſedens, vt Ciceroni ne ſcio quis obiecit.

Ex quo hæc intelliguntur Ariſtophanici Scholiaſtæ verba in nubibus de Prodico loquentis, præceptor hic erat eius qui cognomen habe-

bat Cothurni, qui socius fuit triginta Tyrannorum, quod & cum triginta Tyrannis faciebat, cum tamen esset popularis, hoc enim subintelligendum, vt percipias, cur sit appellatus Cothurnus: & Ranis aliter explicat, sunt qui dicant, quoniam cothurnus viris, & feminis aptus est: adferens primam rationem ex Xenophonte.

C Xenophun in rebus gestis à Græcis lib.2. cothurnũ, scribit, ambobus pedibus quadrare: ex quo & Theramenes cothurnus dicebatur, quod se accommodare occasionibus posset: eo enim Xenophon loco hanc Therameni inconstãtiam, & leuitatem obiiciens Critias, semper eum meditatum fuisse dicit, qua ratione socios in perniciem, atque interitum vocaret, & impelleret: adiungitq; eum propter inconstantiam multis ex oligarchia, vt sub populo perirẽt, plurimis ex democratia, vt ab optimatibus necarentur, auctorem fuisse: defendit se quidem aduersus Critiam Theramenes, sed frustrà ad supplicium rapi iussus, quod sibi ipse prædixerat, domo egressus, quæ mox corruit; quod narrat cap.21. lib.9. var. hist. Ael. qui & Isocratem suam caussam agere nõ permisit, vt auctur est in Isocr. Plutarchus.

D Incurrit miser in alterum pœnæ genus earum trium, quas ipse Athenas inuexerat, aut stipiti alligatum cruciari: aut succum Cicutæ sorbere: aut in exilium agi. Cicutam enim ipse bibit: Vnde prouerbium, Tria Theramenis cauenda. Rursus Schol. ad illud eiusdem comœdiæ, Flecti ad mitiores partes, viri est dextri. & ait Theramenis: mordet verò ipsum, quòd nullo negotio mutaretur, & se accommudaret tempori: Hunc propter morum varietatem vocabant cothurnum: cum alterutrum gubernandę Reipub. statum sequeretur, se accommodans temporibus, & quod
E sibi vtile videbat fore prę fide eligeret: quẽ Ceum fuisse videtur dicere, cum ipse se cum Chiis faceret Chium, vt apparet ex eadẽ comœdia, in qua cum eum Euripides κομψὸν dixisset, resumit Dionysius: Theramenes & sapiens vir, & in omnibus grauis, qui si fortè in mala incurrisset, aut propè esset, vt incurreret, mox emergebat. & notat sch.

Didymus autem dixit, quòd potest meminisse ꝓuerbij non Chius, sed Cius, quòd videlicet vari' erat, & mutabilis, & sequeretur occasiones, & se meliori semper adiũgeret parti. Cous verò esse dicebatur, & cothurnus: dictumq; citat Luciani Dialogo, qui ἑταῖραι inscribitur: illam verò allusionem in vocibus Chios, & Cios quæ patriæ causa videtur facta, alia vox cothurnus ostendit
F ad eius mores traducendam: nam κίω est eo, seu vado, ac propterea κῖος dictus, quod nunquam consisteret in eadem sententia, & moribus, sed huc, illuc progrederetur, modò cum his sentiens, modo cum illis: si κῖος scriberetur, fortè sic dictus contumeliæ causa, ꝓpter auersam, & ἄῤῥενον Venerẽ, quasi catamitus, sectus latinè: κείω enim & κίω est scindo, siue findo: sed ἀνέχω tamen, quoniam Theramenes orator hic Atheniensis fuit.

Ceus verò nominatur alter Theramenes à Suida, professione Sophista, immo à Plutarcho, in quem fortasse Magistri Prodici patriæ nomen, quę Chios erat, traductum. expedire tamen mihi videtur hanc meam ἐποχὴν idẽ Suidas, qui Coon dictum tradit, & indicat, cur non Chius sed Ceus G
fuerit appellatus, sapiens Theramenes, & ad omnia versutus, & dexter, qui nunquam malè iaceret, vt in Talorum ludo, sed assequeretur quod vellet: sumta enim metaphora à ludo Talorũ, in quo iactus vnioni respondens, dicebatur Chius, qui verò senioni respõdebat, dicebatur Ceus, vel Cous: canem illum, hunc senionem latini vocãt.

Theramenes quasi in vita ludens, leuis & inconstans moribus, & sententia Chius, non Cius appellatus Talorum more semper æqualiter cadens: nam inde etiam prouerbium Chios ad Coon, quod non omnino bene videtur explicasse doctus adagiorum collector, lege Adr. Iun. lib. animadu.2.cap.4. vbi de talorum, & tesserarum iactu. In difficultate gerendæ Reip probare videtur Plutar. in præcept. polit. hanc Theramenis H
indolẽ, siue ingenium, cum scribit, illi esse Theramenis cothurnum induendum, vt cum vtrisq; conueniat, & neutri parti se applicet: vtrisque opem ferre vt communem.

Probat item Cicer. epist. fam. lib.1. epistola illa ad P. Lentulum pulcherrima suæ rationem sententiæ reddens, quòd quem reum prius accusarat, postea defenderit, & cum Crasso in gratiam redierit. Sic enim scribit. Accepisti, quibus rebus adductus quamq; rem, caussamq; defenderim: quiq; meus in Rep. sit pro mea parte capessenda status. De quo sic velim statuas; me hæc eadem sensurum fuisse, si mihi integra omnia, ac libera fuissent. nam neq; pugnandum arbitrarer contra tantas opes; neq; delendũ, etiam si id fieri posset, summorum Ciuium principatum; neque permanendum in vna sentẽtia, conuersis rebus, ac bonorum voluntatibus immutatis; sed temporibus assentiendum. NVNQVAM enim præstantibus in Rep. gubernanda viris laudata est in vna sententia perpetua permansio. sed, vt in nauigando tempestati obsequi artis est, etiam si portum tenere nequeas: cum verò id possis, mutata velificatione, assequi, stultum est eum tenere cum periculo cursum, quem ceperis, potius quàm, eo commutato, quò velis, tamen peruenire: sic, cum omnibus nobis in administranda Rep. propositum esse debeat, id quod à me sępissime dictum est, cùm dignitate otium; NON idem semper dicere, sed idẽ semper spectare debemus.

Cicer. 1. de officiis ita scribit: Quod idem fecit Timotheus Cononis filius, qui cùm belli laude non inferior fuisset, quàm Pater, ad eam laudem doctrinæ, & ingenij gloriã adiecit: & 3. de oratore lib. Aliisne igitur artibus hunc Dionem instituit Plato, aliis Isocrates clarissimum virum Timotheum Cononis præstantissimi Imperatoris filium, summum ipsum Imperatorẽ, hominemq;

doctiſsimum? Græci Athen. lib. Diphoſoph.13.
cap.t3. & lib.10. cap.3. cum reprehenderetur Ti-
I motheus Athenienſium Dux, quòd talem habe-
ret matrem, ſcilicet Amaſiam, Threſſam Gente,
ei gratias, inquit, habeo, quod per illam Cono-
nis ſum filius.

Plut. in vita L. Sullæ Dictat. quibus in rebus in-
quit illud Timothei Cononis filij nequaquam
paſſus eſt; in vita Iſocratis, Auditores habuit fer-
mè centũ, in quibus alij multi etiam Timotheus
Cononis filius, cum quo & multas peruagatus
eſt vrbes, componens epiſtolas, quę à Timotheo
dabantur ad Athenienſes: ex quo talentum ex
prędа Samia ei elargitus eſt: Eruditio li.6. ſymp.
& de ſacratis genio, ipſe Iſocrates in ep. quam ei
ſcribit: Tibi autem congratulor, primum quidẽ
K quòd melius pręſenti vtare potentia, quàm fece-
rat parens tuus, & prudentius. Opinor autem e-
tiam ea quæ de parente celebrantur tuo, maxi-
mam fidem planè efficere, vt prudens eſſe videa-
re, & ceteris præſtare. Opum enim abundãtiam,
quæ ſine tyrannide parari nequit, pater multa
violentia, & magnis odiis partam tibi reliquit,
qui ſanè alter quàm Cono eſſe non poteſt. Sic in
Areopagitico περὶ μὲ τὴν εἰρήνην, ſcilicet patris, ναυ-
μαχίαν, ᾗ μὲ τὴν παιδείαν ſcilicet filij στρατηγίαν.

Quare Cælius errat antiq. lect. li.9. cap.18. qui
Timotheum hunc fortunatiſsimum Athenien-
ſium Ducem, Cononis appellat patrẽ, & quidem
præfractè; & ea ipſi attribuit, quę attribuunt oẽs
Timotheo quidem, ſed Cononis filio non patri.

L Errat Vlpianus autẽ Cælium, qui ita in 2. De-
moſth. olynthiacam ſcribit ad illa prę̨ſtantiſsimi
Oratoris verba. Vt euenit nobis ſub Timotheo
contrà Olynthios: ſic dux erat Athenienſium pa-
ter Cononis Ducis: *L* & ſubiicit quod à cæteris
de Cononis filio dicitur. At Pauſanias cũ Vlpia-
no facit, ac Cęlio. Ego verò non tanti Pauſaniam
facio, vt is ſolus euertere debeat Iſocratis, Cice-
ronis, Athenæi, Plutarchi, aliorumq; præſtãtium
auctorum teſtimonia: quin etiam falli Cęlium in
citando Pauſania reor: non enim celebrem illum
Timotheum Cononis patrẽ fuiſſe dicit, ſed ab-
ſolutè nominat Timotheum Cononis patrem,
M qui Conon etiam de nomine Timothei patris ſui
filium appellarit ſuum Timotheum, eum ſcili-
cet, qui fuit excellens armorum virtute, & ſcien-
tia litterarum Dux Athenienſium: Pauſaniæ loca
ſunt in Lacon. ſiue lib.3. & in Arcad. ſiue lib.8. Le-
go autẽ lib. eius 1. ſiue in Atticis propè porticum,
Cononi, eiuſque filio Timotheo ſtatuas Athenis
poſitas: & rurſus in eodem lib. & 3. Cononem, &
Timotheum, qui poſt Miltiadem, & Cimonẽ pri-
mi, pater & filius res magnas geſſerunt, ſepultos.

Litem componat Aemilius Probus ca.13. ſuo-
rum Imperatorũ: Timotheum docens celebrem
illum, acceptam à Patre Conone gloriam auxiſ-
ſe, & quos patriæ muros ex hoſtium præda reſti-
tuerat Auus, id eſt, pater huius Timothei, eoſdem
nepotem Cononem, filium videlicet Timothei,
ex re ſua familiari reficere coactum, cum patrem
Timotheum condemnaſſent.

De L. Craſſo, & M. Antonio oratoribus, Ciceronis iudicium cuiuſmodi: Innocens, & ineptum nullo verbo aptè ſignificari Gracè.

CAPVT XXI.

Varivs eſſe videtur, & multiplex, & à A
ſe ipſo diſſentiens, M. Cicero, cum
de L. Craſſo, & M. Antonio ſummis
oratoribus, verba facit: vt modo hũc
illi, modo illum huic, præferre credi poſsit. Lib.
Tuſc. q.5. Vocat M. Antonium eloquentiſsimum
omnium, quos audierit: De eo in orat. M. inquit,
Antonius, cui vel primas eloquentię Patrum no-
ſtrorum tribuebat ætas, vir natura peracutus, &
prudens. Alibi tamen Antonio pręfert Craſſum. B
In Bruto. Equidem quanquam Antonio tantum
tribuo, quantum ſupra dixi, tamen Craſſo nihil
ſtatuo fieri poſſe perfectius: erat ſumma graui-
tas, &c. Et 2. de orat. Cęſar de Craſſo. Docebo ſus,
vt aiunt, oratorem illũ, quẽ cum Catulus nuper
audiiſſet, fœnum, aiebat alios eſſe oportere. Et in
3. quod item nos poſtulamus, non à te quidem,
qui nobis omnia ſumma tribuis, ſed à cæteris,
qui hæc in manus ſument, vt maius quiddam de
L. Craſſo, quàm quantum à nobis exprimetur,
ſuſpicentur.

Ego igitur ſic ſtatuo, Ciceronem palmam tri- C
buere eloquentiæ Craſſo, ſecundum ab eo Anto-
nium collocare. Nam in 5. Tuſcul. tantoperè lau-
dat Antonium, vt ipſius deplorare interitum iu-
ſtius videatur: vel iis quos audierat, quod verius
eſſe puto, ipſum anteponit: eum antè Cicero au-
dierat, vt ex 2. lib. de orat. procemio cognoſci po-
teſt: Craſſum verò, vel non audierat, vel certè de
illo iudicium ferre non poterat: cum penè puer
eſſet. In orat. vbi Rhetoris perſonam ſuſtinet, cui
conceſſum eſt vel in hiſtoriis mentiri, vt idem in
Bruto declarat, fortaſſe mentitur: cum pręſertim
à M. Bruto iuuene refelli non poſsit, eiusq; teſti-
monio vti velit, ac Bruto gratificari, qui diuer- D
ſum genus dicendi, quod Cicero elegans non
putabat, ſequebatur, Antonij ſtylo ſimilius. In
Bruto ſanè, vt Hiſtoricus, maximè T. Pomponio
Attico præſente, qui ipſum, vt ſenex, mentien-
tẽ, poterat arguere, quod ſentit, exponit, L. Craſ-
ſum longè ſibi amplius probari, vt elegãtiorem,
& politiorem: qui propterea de orationis orna-
mentis, 3. de orat. lib. diſputans inducitur: atque
hanc ob cauſam Atticus lib. de claris oratoribus
ordine præponit Antonio Craſſum, vt & reapsè
præponendum putabat. Quid? ipſemet Anto-
nius 2. libro de orat. iudicat, neminem omnium
tot, & tanta, quot, & quanta erant in Craſſo ha-
buiſſe ornamenta dicendi.

E Itaque, vt vno verbo dicam, Cicero in orat. videtur mihi aliorũ sententiam referre, non suam, seseq; loco, & orationi accommodasse: In Bruto verò pronunciasse, quid sentiret. Idem M. Cicero non longè ab initio 2. lib. de orat. cum de inepto loqueretur, & qui diceretur ineptus, explicaret; hoc vitio inquit cumulata est eruditissima illa Græcorum natio: Itaque quod vim huius mali Græci non videant, ne nomen quidem ei vitio imposuerunt. Vt enim quæras omnia, quo modo Græci ineptum appellent, non reperies. Et 3. Tuscul. quæst. lib. eosdem carere vocabulo, quo significetur innocentia, confitetur. Quæ Angelus Polit. 1. Miscell. cap. probat.

F Cælius verò, ac Budæus pro Græcis contra Ciceronem pugnant, neq; possunt in animum inducere tam vberem, ac ditem verborum nationem vllis esse vocabulis orbatam. Ille igitur antiq. lect. lib. 7. cap. 8. Hoc vult esse ἀπειροκαλίαν ab ἀπείρου, quod inexpertum significat, ex quo ἀπειρόκαλος, qui nulla sit boni, aut pulchri experientia, insolens, inquit, & ineptus; quod tamen verbum nec cum Ciceronis conuenit explicatione, nec latini assequitur vim. Confer modò cum inepti significatione, quam Cicero assignat, & id esse verissimum deprehendes; vt etiam ex Arist. 4. suo Ethico vitium hoc μεγαλοπρεπείας opponente.

G Budæus verò pertinacius in comment. linguæ Græcæ, falsitatis accusans Ciceronem, cum ἀπράγμονα id significet, vt ἄκακον innocẽtem, & quidem plena significatione: Et primo de Asse lib. præter duo allata nomina, tam putat esse significãs ἀβέλτερον, σκαιὸν, μάταιον, ἀφυῆ, ἀτοπώδη, apud illos, quàm apud nos ineptum. In quo mihi nimia copia suspectus est Budæus: & ista nomina partim excedunt ineptiarum vitium sua notione, quia latius quædam patent: partim vitij attingunt partem, non exprimunt naturam totam: immò hæc vt simul colligas omnia, non explent vim latini vocabuli, quod facilè perspicies si singulorum vocabulorum in auctoribus Græcis vsum obserues.

H Neq; adducar vnquam, vt Ciceronem suspicer voluisse eam notam Græcæ linguæ falsò inurere, cui erat addictissimus, quam singulariter & eximiè diligebat: prius Græcos scriptores peruolutarat, prius eorum vim verborum apud se diligenter examinarat, quam sententiam ferret: neque erit vllus qui neget à Cicerone Budæum, ac Cælium Græcas potuisse literas edoceri, tametsi earum peritissimos.

Itaque & contra istos pro Cicerone pugnat ac strenuè pugnat Franc. Floridus in Apologia in linguæ latinæ calumniatores, quæ sanè & ingeniosa est, & docta, plenaq; solido iudicio: quam multis post annis legi cum hæc scripsissem: in qua etiam diuinationem melius à nobis ex Cicerone vocatam docet, quàm à Græcis μαντικὴν & melius hæc duo inter se distincta insaniam, & furorem, quorum illam ipsi μανίαν, hunc μελαγχολίαν minus plenè vocant.

I Ciceronem rursus egregie defendit aduersus eundem Budæum, & Ioan. Argyropylum in voce [illegible]. Quinetiam doctissimus inter Græcos historicus, & Rhetorio Nicæus lib. 55. ingenuè fatetur Græcam linguam vi vocabuli, quo significetur latina vox, Auctoritas, carere. ἑλληνίσαι γὰρ αὐτὸ καθάπαξ ἀδύνατόν ἐστι. cum recentiores voce αὐθεντία vtantur.

Verbi Litare origo & notio: Epicteti præceptum Martialis versibus illustratum: Plinij locus emendatus.

CAPVT XXII.



IN Plauti Pœnulo, act. 2. sc. vnica, ita Leno quidam loquitur.

Si hercle istuc vnquam factum est, tum me Iupiter
Faciat, vt semper sacrificem, neq; vnquam litem.

A Perspicuè demonstrat aliquod esse inter hæc duo verba discrimẽ, ita vt sacrificare sit minus, quàm litare: quod Laurentius Valla, qui interdum superstitiosior est, debuerat obseruare. Ergo sacrificare est, cæsis victimis veniam petere, auctore Nonio: Litare verò est propitiare, & votum impetrare, id est verè, & reapse numen placare: itaq; hoc finis est illius. T. Liuius lib. 7. belli Punici. Per dies aliquot hostiæ maiores sine litatione cæsæ, diuq; non impetrata pax Deûm, & in C. Cæsare

B Suetonius cap. 81. Deinde pluribus hostiis cæsis cum litare non posset, id est, sacrificium ritè perficere, introiit in curiam spreta religione. Ciceronis locus est clarissimus 2. de Diuin. lib. Cum enim tristissima exta sine capite fuerint, quibus nihil videtur esse dirius, proxima hostia litatur sæpe pulcherrimè: vbi igitur illæ minæ superiorum extorum? aut quæ tam subito facta est Deorum tanta placatio?

C Cùm verò verbi sacrificare etymon apertum sit, non est apertum verbi litare. Ego quidem à verbo Græco λιτῶ, & λίτομαι, quod idem est quod λίσσομαι, id est, supplicare, deduci puto, siue à precibus, vt docet Pompeius Festus, quas Græci λιτὰς vocant, vnde & λιτανεία: tamen apud Nonium Varro litare interpretatur, quasi lutare, id est soluere. Habes, inquit, qui, & cuius rei causa fecerit Hecatomben: in quo ego, vt puto, quoniam luere est soluere, lutaui: sic enim hoc dicitur, vt Maxumus pro Maximus. Ex quibus verbis inanem esse arbitror Honorati Seruij in illud 4. Aen.

Tu modo posce Deos veniam, sacrisq; litatis
Indulge hospitio.

D Commentarium: ait enim debuisse Diis litatis dici: nõ enim sacra, sed Deos sacris litamus. Quare distinguendum, vt scilicet intelligamus sacris, id est, per sacra, litatis, supple, Diis, aut potius sacrificiis ritè per sactis. Nec magis placet explicatio Nonij, qui, litatis, exponit, impetratis. Itaque sacris litat s est, hostiis, seu victimis ritè cæsis, & immo-

immolatis: nec tam sæpè Dij litari dicuntur, quàm sacra litare:& hoc, vt litare hostias criticissimum est Propert.lib.4.eleg.1.

Parua saginati lustrabant compita porci,
Pastor, & ad calamos exta litabat ouis.

Solinus cap.10. Polyhist. litatum numen dixit, & eius verba ostendunt nostram explicationem esse verisimam,& nullo inflagrante, id est, sacrificium inflammante litato numine, fit incendi-
E um: Lact.4.instit.diuin.lib.cap.27.Cum Diis suis immolant, si adsistat aliquis signatam frontem gerens, sacra nullo modo litant.

Nec responsa potest consultus reddere vates, &c.

Intereq; Victor Giselin',homo sanè doctus Schol. suis in L.Aur.Prudentij hymnum περὶ στεφάνων, inducit in animum litare quoties sibi casum accusantem adsciscit, significationem habere communem, id est, hostias ritè immolare: cum non habet, tum demùm idem esse quod est Græcis καλλιερεῖν. vt perspicuum esse putat ex allato à no-
F bis Plauti loco. Nam καλλιερεῖν est exorasse Deos, victimis,& in extis læta,ac secunda promitti. Xenophon τῇ δ' ὑστεραίᾳ Ξενοφῶν ἐθύετο, καὶ ὁλοκαύτει χοῖρον τῷ πατρῴῳ νόμῳ, καὶ ἐκαλλιερεῖτο lib.7. Cyri ἀναβ. Postera die sacram rem fecit Xenophon,& patriæ more porcum immolauit, ac litauit. litatũ quidem est, reddidit optimè Romulus Amasæus: Theocritus tamé [illegible] siue βουκολιασταῖς, quod est εἰδύλλιον 5. vsus est pro sacrificare simpliciter. A optime omnium quid sit litare declarat Sig.lib. 2. de ant.iure prouinc.c.6. Eleganter Martialis,argutè,ac sapienter lib.6.epigram.29. Cupiens genus consolationis aliquod Meliori adhibere ob immaturã eius liberti Glauciæ formosi adolescentis,ac modesti mortem,dignum non ridiculo,& lascino Poëta, sed graui Philosopho præceptum reliquit, hoc disticho, expressum.

G *Immodicis breuis est ætas, & rara senectus:*
Quicquid amas cupias non placuisse nimis.

Immodica vocat raras dotes, & excellentia tum animi, tum corporis bona, quibus abundasse Glauciam dixerat,& hoc ipso, &, quod antecessit, epigrammate, diuerso licet metro.

Castus moribus, integer pudore
Velox ingenio, decore felix,
Bissenis modo mensibus peractis
Vix vnum puer applicabat annum.

Adiungit elegantem argutiam:

H *Ni fles talia, nil fleas viator.*

Faceto huic, & lepido Poëtæ,seuerus stoicus doctusq; philosophus manum porrigat, vt fit eius præceptum illustrius. Hoc enim in cæteris Epicteti insignibus documentis, quę plurima collegit Arrianus in Enchiridio,reposuit,vt in vita agenda appetitum omnem quantum fieri potest, anferamus, aut circumcidamus: & addit in vno quoque eorum, quæ aut iucunda sunt,aut vtilia, aut cara, memento cogitare, quale quidque est initio à minimis sumpto. Si ollam diligis, dic, ollam diligo:ea enim confracta minimè perturbaberis: si filium, aut vxorem diligis, dic te hominem diligere, nam mortuis ipsis, non mœrebis. Hoc scilicet est quod Martialis ait. Quicquid amas, &c.

Huc spectat diuinum illud Biantis, siue sapien-
K tis alterius dictum. μηδὲν ἄγαν. Ne quid nimis, quod sanè si perficeretur,satis esset ad mores hominum benè formandos. Ergo prudenter ætate nostra religiosissimus Imperator Ferdinandus, cum eximium Venetorum donum, vitream scilicet arcem,seu castellum,honoris gratia Principibus quibusdam viris, qui ad eum ipsius salutandi caussa, aduenerant, iussisset ostendi, ac timidè admodum responderent familiares, effractum fuisse,lenissimè ipse respondit, Vitreum erat: quasi diceret, nihil esse aut mirandum, aut dolendum, fuisse confractum: id omnes omnino mortales, in quocunq; euentu, quantumuis licet aduerso,& sæuo cogitare,ac meditari deberent: quod eleganti versiculo Mimus Laberius expresit.

Fortuna vitrea est, quæ, dum splendet, frangitur.

Dum miseret Plinium, atq; etiam pudet ærumnarum vitæ istius mortalis, & caducæ, duobus eas exemplis Græci hominis,& Romani demonstrat Anacreontis politissimi Poëtæ, vuæ acino strangulati, & Fabij senatoris Romani vno pilo, dum lac hauriret, interemti. Iure: vt alter, Plinius libro epist.4. ad Fabium Valentem, si compares annos, inquit, exiguum tempus; si vices rerum, æuum putes: quod potest esse documento, nihil desperare, nulli rei fidere: cum videamus tot varietates, tam volubili orbe circulagi. Ergo prior L ita lib.7. cap.7. aut etiam, vt Anacreon Poëta, acino vuæ passæ: vt Fabius senator in lactis haustu vno pilo strangulatus.

Alij legunt pro Prætor, Poto in, non malè, sed optimè tamen legetur, vt vidit, qui in emendandis libris Lynceus est, Iacobus Cuiacius I. C. senator Populi Romani, in quibus verbis non leuis energia, atque emphasis latet, quasi dicat, tantus vir, & vnus ex tam nobili populo Princeps: Eò enim miserius illud mortis fuit genus, quò, qui interiit, nobilior vir fuit: Certè vox Prætor intrusa videtur ex modo scribendi, veteribus familiari per notas P.R. sic etiam corrigit, quod in eodem scriptore legitur procemio li.19. Aesta- M te verò proxima Valerius Marianus ex Prætoriis senatoribus à Puteolis,&c. substituit è P.R. senatoribus, quanquam non video, cur non etiam rectè posit senator Prætorius dici, qui videlicet Prætoris munus gessisset, vt dicitur vir Prætorius, vir Consularis. At manum de tabula, & coronidem liber hic sumat.





HORARVM SVBSECI-VARVM LAELII BISCIOLAE MVTINENSIS SOCIETATIS IESV

LIBER III.

Paucisne philosophandum, an multis: Ciceronis, & Luciani diuersa sententia, vtraque illustrata.

CAPVT I.

NEOPTOLEMVS apud Enniū, quod
A Cicero initio 2. Tusc. quęst. lib. commemorat, philosophari quidem sibi, inquit, necesse esse, sed paucis:
nam omnino haud placere. Cuius iudiciū partim quidem Cicero probat, partim dignum existimat reprehensione, si de re ipsa sermo habeatur, non de homine, qui multis vitæ occupationibus distineatur: sic enim scribit. Ego autem, Brute, necesse quidem mihi esse arbitror philosophari: nam quid possum præsertim nihil agēs, agere melius? sed non paucis, vt ille: difficile enim est in philosophia pauca esse nota, ei, cui non sint, aut pleraque, aut omnia: nam nec pau-
B ca, nisi è multis eligi possunt: nec qui pauca percepit, non idem reliqua eodem studio persequatur: sed in vita tamē occupata, atque, vt Neoptolemi tum erat, militari, pauca ipsa multum sæpè prosunt, & ferunt fructus, si non tantos, quanti ex vniuersa philosophia percipi possunt: tamen eos quibus aliqua ex parte interdum aut cupiditate, aut ægritudine, aut impetu liberemur. Hæc Cicero.

C Luciano autem magis probatur Neoptolemi sententia, & eleganti comparatione demonstrat, eum verè, & sapienter loquutum in Dialogo de hæresibus, vbi veterum philosophorum dissectas sectas irridens, & eum simul, quî cum disceptabat, Hermotimum, sic loquitur sub Lycini nomine, veneno, philosophiam conferētis, eiusque studium veneni potioni. Volo autem etiam tibi simile aliquid aliud de philosophia gustanda adferre: nec me putes eam conuiciis lacerare, si dixero, exitiali esse illam veneno similem, vt cicutæ, aconito, & id genus aliis: Nam hæc etiam si letalia sint, mortem non statim adferunt, si quis ex ipsis modicum quid abradens summis vnguibus degustet: verum si non tantum quantum, & quomodo est necessarium ad mortem D
consciscendam, & cum quibus sumendum sit, non moreris: & verò tu existimas satis esse tantillum, vt vniuersorum adipiscare scientiam.

Adhibet nonnullas alias comparationes, quę si animo integro, & veri amante legantur, & intelligantur, prodesse Christianis philosophis valerent plurimum, vt cum veterem Platonicorum, & Aristoteleorum philosophiam & docent, & discunt, gustare tantum, & delibare inducerent in animum, non etiam deuorare auidè, & se tanquam optimis, & delicatissimis cibis implere, aut quasi generoso vino ebrios fieri: ad serium studium, vt Christiani, traducentes, quod E
ille impiè ad ludibrium, & contumeliam eleganter, & facetè composuit: quemadmodum igitur non est vitæ hominum pestilens, & lethalis modica veneni portio hausta, ita nec modicum philosophiæ studium perniciem animis adfert vllam: vt verò haustum immodicè venenum, vita priuat, sic nimia opera in philosophicis disciplinis posita, est perniciosa.

Verissimè profectò locutus est, homo cæteroqui parum verus, & valdè mendax & dicax. Nam veteres quoque Catholicæ Patres Ecclesię, Christianis hominibus parum vtile, ne quid acerbius dicam, esse philosophiæ studium nimium diligens, & accuratum docuerūt: id quod alia similitudine idem eodem libro scriptor expressit, F
videlicet eorū, qui circulum obeuntes, ad idem semper initium reuertuntur, vt de impiis cecinit pius Psaltes Psal. 11. In circuitu impij ambulant: Cum enim bene beateq; viuendi rationem se tradere profiteantur, atque ad Deum ipsum mortalium genus perducere, subinde in res procreatas reuoluuntur.

Quanquam quod veneno simpliciter philosophiam comparet, non est ferendum, quæ, & donum est Dei, vt Plato, & inuentum, vt Cicero

lib.1. Tusc. quæst. scripsit, & ipso se nomine ipsa defendit: qui enim fieri potest, vt venenum sit amor, & studium sapientiæ, quod Philosophiæ significat nomen, cum venenum adferat mortem, amor sapientiæ vitam? Vltimum certè vitæ
G instrumentum Seneca nominat epist. 17. & 94. Deorum immortalium munus esse docet, quòd viuimus; Philosophiæ, quòd bene viuimus. Et Cicero Tusc.quæst.lib.5. vitæ ducem appellat.

Tametsi ex notatione vocabuli lib.3.cap.2. argumentum sumit Lactantius Philosophiam reprehendendi, aemq; non esse sapientiam comprobandi. Qui enim, inquit, sapientię studet, vtique non sapit, sed vt sapere possit, studet: in cæteris artibus studium quid efficiat, & quo tendat, apparet: quas eum discendò aliquis assecutus est, iam non studiosus artificij, sed artifex, nominatur. Et post pauca. Si ergo Philosophia sapientiam quærit, nec ipsa sapientia est; quia necesse est aliud esse quod quærit, aliud quod quæritur: nec quæsitio sapientiæ recta est, quia
H nihil potest inuenire: Ego verò ne studiosos quidem sapientiæ Philosophos esse concesserim, quia illo studio ad sapientiam non perueniunt. Et cap. 16. demonstrata vanitate Philosophorum abiiciendam omnem Philosophiam colligit, quia non est studendum sapientiæ, quod fine, ac modo careat, sed sapieudum est, & quidem maturè. Aptè meo quidem iudicio, & argutè ad frangendam Philosophorum audaciam, & temeritatem. Philosophiæ beneficio promittentium mortalibus æqualitatem cum Deo, vt ex Seneca.lib. de motibus, constat: non aptè ad rei veritatem aperiendam.

Quo modo verò Patres, ac magistri Ecclesiæ Philosophiam siuè reprehendant, & Christianis
I interdicant, siuè commendent, & permittant, explicare non huius est scriptionis, ac instituti. Multa illi tradiderunt. præsertim Alexandrinus Clemens, & Cæsariensis Eusebius; multa noui, recentesque Theologi, & maximè eleganter, atque eruditè Canariensis Episcopus lib. 9. & 10. locorum Theologicorum.

Illud certè dolendum, ac lugendum, Christianos homines tantum operæ ac studij in vetere Philosophia, à qua certissimum aberat fidei lumen, collocare, vt præ illa doctrinam omnem, quæ sacris inclusa est libris, videantur auersari, & ad sacerdotes, aut monachos tantum spectare existiment, & vel ad vltimum vsque spiritum Aristotelis, Platonisque libros conterere, nullo gustu Theologicorum: quales nostra memoria,
K atque ætate scimus fuisse Pomponatios, Buccaferreos, Portios, Melioratos, Vicomercatos, & id genus doctos homines. Quid? Stultitiæ hoc genus est extremæ, quo laborauisse video, non è multitudine paucos, sed ex paucis nonnullos. qui in Ecclesiæ administratione tenent gubernacula; qui, vt Latinè, & liberè dicam, Episcopi sunt, quasi tradita cælitus doctrina, quam Prophetæ, quam Apostoli, quam vtrorumque Magister, & Doctor Christus Dei filius enuclearunt, indigna sit, in qua tractanda versentur.

Noui ego Patauij, cum Theologiæ operam darem, florentissimæ in Italia vrbis Archiepiscopum, ætate iam prouecta, doctum hominem, ingeniosum, acutum, grauem, qui cum si de Theologia, deque diuina sapientia, sermonem L
velles conferre, frontem obducere, supercilium attollere, manifestis indiciis auersari huiusmodi orationem vidisses; at si cum eo quidpiam de modalibus, de conuersionibus, de mistionibus, de maximo, de minimo, de proportionibus, & gradibus actionis, passionis, reactionis, repassionis, communicare in animum induceres, exhilarare vultum, exultare, triumphare gaudio.

Noctes, & dies Senex hic, & grauis Archiepiscopus totus erat in explicanda ratione modalium, scribebat de eo argumento, rescribebat, cum hoc atq; illo conferebat, huius explicationem reprehendebat, illius commendabat, nec sibi vnquam satisfaciebat, & in eo tamen conquiescebat. si quid aliis videretur sibi inuenisse M
probabilius, quod mox etiam mutabat: institutitem de caussa, atque origine risus tractationem, in qua quoniam aliorum omnium veterũ, ac recentium Philosophorum confutans opiniones sibi visus erat tem ipsam, quasi acu, tetigisse, ita sibi placebat, vt magnum Turcarum Imperatorem dicere posses eum ad Christi fidem, religionemque adiunxisse.

Hi Christiani, & Sacerdotes vituperandi, horum damnanda Philosophia, quibus Aphrodiseus est Petrus: Auerrois est Paulus: Aristoteles Christus: Plato non diuinus, sed Deus: in hos maiore, quam fieri possit, acerbitate verborum parum Philosophis. ac Philosophiæ amici inue- N
huntur Tertull. & Lactan. Firm. quanquam non verbis sunt increpandi, sed verberibus puniendi.

Pulchrè item apud Sto. Aristo. Elleboto, seu veratro confert studium Philosophiæ, quod nimis anxium, atque subtile, perdit ingenium, sicut Elleborus in puluerem redactus suffocat, qui crassior, purgat: sic ille Serm. 80. Extremo: ὁ ἐλλέβορος ὁλοσχερέστερος μὲν ληφθεὶς, καθαίρει. εἰς δὲ πάνυ μικρὰ τριφθεὶς, πνίγει. οὕτω καὶ ἡ κατὰ φιλοσοφίαν λεπτολογία, quæ sanè comparatio in hoc valet optimè.

Hic vt meam etiam interponam sententiam, multis Philosophandum libentius assentirer, & quidem toto vitæ spatio, si Philosophia ad benè, beateque viuendum vteremur: quo modo Menœceo suo scribit Epicurus lib. 10. apud Laërtium ex translatione Ambrosij. Neque Iuuenis quispiam dum est, inquit, philosophari negligat, neque senex cum sit. philosophando fatige- O
tur: neque enim intempestiuus vllus est, neque ad animæ sanitatem tempus non habet idoneum: qui autem dicit, aut nondum philosophandi tempus esse, aut tempus præteriisse, ei similis

qui dicit ad beatam vitam aut non adesse tempus, aut non amplius esse.

Philosophandum igitur, & Iuueni, & seni: illi quidem, vt senescens in virtutibus vigeat præteritorum gratia: huic, vt Iuuenis vna & vetulus sit, quod futurorum careat metu. Meditandum ergo quæ faciant beatam vitam. Siquidem si adsit illa, omnia suppetunt: sin verò absit, agimus omnia vt illam habeamus. Næ felirem Epicurũ, si quod verbis, ac literis mandauit, re, & facto præstitisset: hoc enim modo sancti illi veteres P Heroes Ecclesiæ in Philosophiæ studium incubuerunt, Dionysius, Heraclas, Pantænus, Clemens. Athenagoras, Iustinus, Basilius, Nazanzenus, Nyssenus, Augustinus, Hieronymus, Hilarius ac cæteri: quorum pars maior philosophati dixerunt, sese Deo totos addicere, & in rerum natura, eiusque procreatore dies, noctesq; contemplando versari: vt & B. fecit Aquinas, & Bonauentura, & qui se istis similes esse maluerunt, quam Aristoteli, aut Platoni.

Inscriptio tumuli Sardanapali apud plerosque mutilata, integra reponitur.

CAPVT II.



A VERBA sunt Ciceronis 5. Tusculan. quæst. lib. ex quo Sardanapali opulentissimi Syriæ Regis error agnoscitur, qui incidi in busto iussit.

Hæc habui, quæ edi, queq; exsaturata libido
Hausit, at illa iacent multa, & præclara relicta.

Sic etiam Clemens lib. Strom. 2. Primum tantũ versum refert lib. de fortuna, & virtute Alexandri Plut. non erant hæc totum Sardanapali Epitaphium, sed vulgò vsurpabant hæc sola duo carmina, quòd tutius sententiam Epitaphij continebant. Hoc indicat Strabo lib. 14. & Chœrili fuisse notat, ea verò non græcè, sed Chaldaicè, si- B ue Assyriacè tumulo inscripta lib. 12. vt & Arrianus lib. 2. ἀναβ. Alexandri priore loco, ita Strabo: & quidem, circumferuntur hæc de eo carmina. *A* Posteriore loco idem hanc in Anchiala plenã esse. Inscriptionem ferunt Assyriorum litteris talem esse: Sardanapalus Anaxyndaraxæ filius Anchialam. & Tarsum vna die condidit. Tu verò hospes ede, hibe, lude.

Cum te mortalem noris, præsentibus exple
Delicijs animam: post mortem nulla voluptas:
Namq; ego sum puluis qui nuper tanta tenebam:
Hæc habeo quæ edi, &c.
Hoc sapiens vitæ mortalibus est documentum.

Ita interpres Strab. *B* Arrianus autem iter Ale- C xandri post Parmenionem describens de Anchialo ita loquitur: Proximum erat muris Anchialæ sepulchrum Sardanapali, & super eo ipse stabat Sardanapalus complicatis inter se manibus, quasi ad strepitum efficiendum compositis, & inscriptum erat ipsi Assyrio charactere Epigramma. & quidẽ Assyrij dicebant versum esse: hęc verò erat sententia. quam indicabat carmen. Sardanapalum Anaxindaraxæ filium exædificasse vna die Anchialum. & Tarsum: Tu verò hospes ede, bibe, & lude, nam reliqua omnia humana nihili esse. vel non esse hoc digna, indicans strepitum, quem manuum in se complexarum sonus efficit: & illud lude nomine Assyrio aiebat expressum magis exstare. Athen. lib. 8. cap. 4. & cap. 12. addit hæc verba νῦν δ' ἴσθιε. Sed & citatu D 8. lib. diuersam ex Chrysippo inscriptionẽ producit: magis diuersam lib. 12. in lapidea columna, Chaldaicè exaratam. Eustathius lib. Vlix. 3. ad illud Homeri:

Ἄλξεται ἔνδοθι θυμός.

Quomodo acceperit vocem θυμὸς Sardanapalus exponit quasi Græcè esset loquutus Rex iste: Detestabilis verò Sardanapalus alia mente intelligens huius loci Hom. θυμὸν, hoc est, χόλον dixit, probè guarus, quod natus es mortalis animum tuum auge delectatum cõniuiis, &c. quod apud auctorem Dipnos. reperitur. Syriæ autem vocauit Regem impropriè Cicero, qui nõ Syrorum, sed Assyriorum Rex erat: quanquam & E Syriam pro Assyria vsurpatam alicubi memini.

Non abest ab hac inscriptione mos ille Sardanapalicus locupletum AEgyptiorum, cuius lib. 2. meminit Herodotus, & Plutarchus lib. de Iside, & Osiride, quo circumferebatur à cœna in loculo mortuus è ligno fabrefactus, & singulis ostendebatur conuiuis, hac oratione adiuncta. In hunc intuens, bibe, & oblectare, talis post mortem futurus: Sapientes ipsi futuri, si id ad moderationem aliquam, siue tristem, & salutarem de morte cogitationem fecissent. Sed hæc stultitia erat ebriosorum decantata carminibus Poëtarum, vt Anacreontis, & Horatij.

In quem sensum citare videtur Plutarchus de virtute motali Hemistichion illud Theocriti F Cyclopis ἐρωτομανίας elegantissimè celebrantis, ἀγεῖτο δὲ πάντα πάρεργα, Iudicabat verò omnia pręter rem. Et bellissimè interpretatur de ἀκολάστου alicuius, & Sardanapali persona edere, bibere, Venereis vti: Reliqua appendices omnia ego voco, quæ scilicet πάρεργα. *C* Cyclops Theocriti decantat.

Illud verò sapienter factum, vt Sardanapali tumulo statua esset imposita hominis forma, specie digitorum concrepantium, quasi vitam hanc rem nihili esse indicantis: Eadem conueniunt Physconi Ptolemæo, Heliogabalo, & similibus, quos nisi insignes libidinum fuissent, vt lib. de Pallio Tertull. scribit, alias Reges neminem cogniturum.

Qualem fuisse Andronicum Comnenum Cõ- G stantinopolis Græcorum Imperatorem scimus, in quem simile Epitaphium hominem cæteroqui sæuissimum quadrare iudicat Nicetas Choniata 2. de eius Imperio libro, cum eum narrat,

quo

quo maximè tempore Sicula classis, & exercitus Gulielmi Regis terra, marique ipsius vastaret prouincias, inter scortorum greges versari, nec aliter meretrices, & amicas in itinere præcedere consueuisse, quàm Gallus, gallinas, aut hircus capras, siue vt Bacchus Thyadas, aut Mænadas.

Præclarum verò Herculē, aut Herculis æmulum in quinquaginta Thestij filiabus vna nocte constuprandis valentem: gaudebat, vt hoc tantum Græcè apponam: iuxta, siue more Sardanapali
H dissolutionibus qui tot habere, quot vorauit, & contumeliosè gessit sepulcrali appinxit litteræ.

Cui similis Federicus Ciliæ Comes, bipedum omnium, & quadrupedum inquinatissimus, Christianus licet, qui similē apparauit sibi Sardanapalicæ tumuli inscriptionē, auctore Pio II. hoc est, AEnea Siluio in Bohemica historia. Simile illud Simonidis 3 Anthologias Epig. li. tit. 6. εἰς ἄνδρας ἐκ Φθισίμων, de Rhodio Timocreonte; ita reddidit Latinè Volaterr.

Multa bibens, tum multa vorans, malè deniq; dicens
Multis, hic iaceo, Timocreon Rhodius. D

I Non minus argutè quisquis sequens Epigramma composuit de homine valetudinario. Ita Corn.

Pauca vorans, & pauca bibens, mala plurima passus,
Serò obij ah tandem, vosq; valere precor. E

Aduersus hoc Sardanapali Epitaphium, seriò est iocatus Crates Philosophus, vt notauit ex Plutarcho Cælius lib. antiq. lect. 9. cap. 15. Hæc habeo quæ didici, quæ commentus sum, & cum Musis præclara doctus. F Et M. Antonius apud Rabirium Poëtam sapientius dicere solitus erat.

Hoc habeo quodcunq; dedi. —

Auctor est Seneca 6. de beneficiis lib. cap. 3. Obseruandum postremò vera esse carmina hexametra ab illis verbis, ταῦτ' ἔχω vsque ad vocem
K ἀνθρώπων partem Epitaphij Sardanapali, vt apparet eodem Epigr. lib. tit. 7. εἰς ἀρχαίων τινας. Cuius intuens vitam, siue tumulum iure dixeris trophęum esse de fortunę bonis positum cum Plut. de fort. Alex. lib. 2. siue, vt Crates dixit statuam in Delphis auream Phrinæ meretricis videns, trophæum esse lasciuię Gręcorum.

Occulta vis morbi, aut furoris ad interitum præcipitio cogentis, exemplis illustrata.

CAPVT III.

A QVOD obseruat Rhodiginus lib. antiq. lect. 23. cap. 32. Et postea Brodęus lib. 5. Miscell. cap. 27. Lugdunensibus fęminis, exemplo sanè calamitoso, accidisse, vt se, cum nullū extaret in ipsis argumētum vllius morbi, in præaltos puteos deiicerent. Possum ego aliis exemplis nouis, & priscis confirmare.

Romæ cum Philosophię operam darem anno 1562. Pij IV. Pontificatu, similis furor Stephanū quendam cognomine Agricolam hominē Germanum comprehendit, eoque adegit vt in mare Adriaticum Venetias nauigans, repentino è Celoce saltu se demergeret, cum nullā antè id temporis significationem dedisset furoris, quem casum tam tristem, atque opinatum viderunt præ cæteris aliquot nostri sodalitij fratres.

Pari actus furore Belga quidam in Cardinalis Cornelij Veneti aula solitus versari; deambulabat hic cum amico in peristylio Palatij, ac subito tactus œstro, in puteum se præcipitem dedit, cum tam sanæ antè fuisset mentis, vt elapso proximo die animum facta exhomologesi à peccatis expiauisset. B

Quod verò simpliciter ait Cælius, mulieres illas Lugdunenses se præcipitasse in puteos, Brodæus ita scribit, vt non hoc solum fecerint; sed aliis etiam mortis generibus vitam sibi eripuerint. Eodem pertinet quod longè antè T. Lucretius lib. 6. de illis cecinit, qui Peloponnesiaci belli sæculo peste consumebantur.

In fluuios partim gelidos ardentia morbo
Membra dabant. —

Videlicet ex Thucydide lib. 2. Iucundissimum C
ipsis erat in gelidam seipsos aquam iniicere, id quod in puteis plerique eorum, qui negligentius custodiebantur, fecerunt. A Cuius etiam meminit Claudius Galenus lib. de vulgaribus morbis, & alibi. Nec dissimilis alia, quam se curasse narrat lib. Quod animi mores sequantur temperationem corporis, cap. 5. Vt, quæ lues Patrum nostrorum memoria Neapoli in Gallos sub Carolo VIII. dirè grassata est, quod lib. hist. 2. Franciscus Vicciardinus ad finem commemorat, hoc tamen discrimine, quòd istius indicia pestis agnoscebantur, non illius furoris.

Similior fuit Lugdunensium furori is, qui D
Crotonienses Virgines, vt refert Petrus Crinitus 3. de honesta disciplina lib. cap. 9. & is, qui Milesias inuasit, vt est apud Plut. lib. de claris mulierib. exemplo 21. & lib. de anima, apud Agellium lib. 15. noct. Att. cap. 10. quæ repentinæ mortis incensæ cupiditate, se strangulabant; neque ab hac insania vllo alio poterant remedio coërceri, quam Virginum, quæ iam sibi mortem consciuerant, cadaueribus nudis in medio foro relictis; quam paulò secus Polyænus lib. 8. stratag. 10. narrat. Tantum ignominiæ valuit metus. Lege simile quiddam, quod ab Arist. in artibus scriptum, Venetorum Doctissimus obseruat Hermolaus Barbarus ad 15. caput, 36. lib. Plinij.

Par item fuit Præti filiarum à Melampode cu- E
ratus furor, quem 2. suæ Bibl. libro Atheniensis descripsit Apollodorus, & qui Argiuas corripuit à Melampode item sanatus, vt narrat in Co-

rinth. siue lib. 2. Pausanias, qui eas non sinebat domi consistere, sed palantes cogebat per agros vagari: nam & similem Lacedæmoniarum furorem Bacis depulit, vt 8. hist. lib. de Philippi rebus gestis, Theopompus apud Aristoph. Schol. εἰρήκ tradit. Erat autem Bacis χρησμολόγος ia, cuius 8. lib. meminit Herodotus. Huc ea confer quæ de aliis scripsit fœminis AElianus lib. 3. var. histor. cap. 42.

Quod autem Virgines facilius in furorem vertantur, & se præcipites dedant, naturali tribuitur affectioni, & malo, ab auctore libri de Virg. morbis, qui inter Hippocraticos coniicitur: nec verò iniuria: propter menses enim à
F quibus non purgantur, vt nuptæ, cordi viciniora loca, ex acuta inflammatione, ac putredine comprimuntur; quare consulitur, sanguis vt detrahatur, & quamprimum nuptui dentur: audi scriptoris non indocti verba: B Nam & verè notat post liberationem mali decipi à vatibus, seu diuinis eas Virgines, vt vestes suas Dianæ cōsecrent, & quidem pretiosiores: intellexit esse genus superstitionis: C & verè est, quoniam non offerebantur Deo vero, sed Dæmonibus.

Calani Indorum Sophi oratione Hesiodi versus illustrati: Seculorum varietas ex eodem; & Ouid. ac Sibylla Virg. quædam sumpta ab Hesiodo.

CAPVT IV.

A EXCELLENS Indorum Philosophus, & historiarum monimentis illustris Calanus, ita cum Onesicrito Alexa. Magni magno Nauarcho disputat, vt affirmet primo sæculi à Deo conditi tempore rerum omnium copiam mortalibus affluxisse. cum omnia, vt nunc puluere, sic olim referta essent farina: & fontes alij aqua, alij oleo, alij vino, alij lacte, alij melle scaterent. Verum ὑπὸ πλησμονῆς καὶ τρυφῆς εἰς ὕβριν excidisse. Hæc narrat Strabo lib. 15. Ita plane Hesiodus ἔργ. καὶ ἡμέρ. Fratrem suum Persen illo versu præstringit, F καὶ scilicet rerum copia, & affluentia κοτεσάμενος τίνυται καὶ δίκην. sequitur Calanus A Hesiodus ita. B

Hos veterum victus occultauêre superni
Inq; polo retinent cælestes. &c.—

Vt Nicol. Valla conuertit, & infrà. C

—Innumeraq; etiam mortale vagantur
Per genus infanda species, quibus æquor & omnis
Terra infecta tumet, &c.

Calanus D Hesiod. de aureo sæculo: Bonaque omnia ipsis erant. Et statim. Qui scilicet custodiunt iura. E Tandem ita Calanus orationem absoluit: Homines ob satietatem ad delicias petulantes effectos; quæ exosum Iouem aboleuisse vniuersa, & vitam laboriosam induxisse: rursum bonorum omnium successisse copiam, cum virtus, ac temperantia quasi postliminio in medium venisset: nunc ad satietatem, atque iniurias C
omnia sic redacta vt periculum sit, ne omnia deleantur. F Et Hesiod. de sęculo ferreo.

O vtinam non me quinta cum stirpe creassent,
Fata, sed ante mori, seu post licuisset oriri.

Mox sęculi sui deprauationem, & corruptelam deplorat.

Ferrea nunc ætas, quam cura, & mille labores
Nocte, dieq; premunt, paullatimq; illius instant
Exitio: sic Diis placitum, sed prospera tanto
Fata etiam venient aliquando in turbine rerum,
Nec minus hæc infanda hominum delebitur ætas.

Aratus Phęn. aureum tantum, argenteum, & aheneum triplex, videlicet, fecit sæculum; quartum ferreum; addidit translator Cicero his versibus Hesiodum imitatus:

Ferrea tum vero proles exorta repente est, D
Ausaq; funestum prima est fabricarier ensem,
Et gestare manu, victum domitumq; Iuuencum,
Sæuior ingenio, & ad horrida promtior arma:
Non scelerata tamen, de duro est vltima ferro.

Vt & Ouid. illis versibus:

Tertia post illam successit ahenea proles.

Philosophorum princeps Plato, lib. de Rep. 8. efficit octo, vt cum fortasse sequens Ariostus noster, & prius Iuuenalis Sat. 13. cum canat.

Nona ætas agitur, peioraq; sæcula ferri,
Temporibus quorum sceleri non inuenit ipsa
Nomen, & à nullo posuit natura metallo.

Qui rem sequuntur ipsam, non fabulas, vel in sex, aut septē partiuntur sæcula, vniuersum huius mundi cursum, cum octauum in cœlo futurum sit, Beatorum: Siue etiam in octo, vt Sibylla fecit, ac Suid. Priorem partitionem, Damascenus, vt vulgatā amplectitur, lib. 2. de orthodoxa fide αἰώνων nomine, in quem explanatorem lege Stapul. & Suid. Paulo aliter voce Phalec, vt prima fuerit ætas ab Adamo ad Noë: Secunda ab hoc ad Phalec: Tertia ab hoc ad Abraham: Quarta ab hoc ad Mosen: Quinta ab hoc ad Dauid: Sexta ab hoc ad transmigrationem Babylonis: Septima ab hac ad Christum: Octaua ab hoc ad extremum iudicium: cum Sibylla ipsis imponat vocabula à metallis. Prima enim auri est: Secunda electri: Tertia argenti: Quarta æris: Quinta ferri: Sexta plumbi: Septima stamni: Octaua rursus auri.

—Et toto surget gens aurea mundo.

Ex ea cecinit Maro noster Ecl. 4. lege ad finem Sibyllæ versus.

Idem argumentum Lucianus persequitur in his, quæ inscribuntur, τὰ πρὸς Κρόνον, καὶ ἐπιστολαὶ κρονικαί, quæ ad Saturnum & epistolæ Cronicæ. Et Seneca Epist. 91. ad Lucil. primi temporis describens felicitatem, adducensq; illa Poëtę carmina: E

—Nulli subigebant arua coloni:

Et in

Et in Oct. si modo ille, act. 2.

—Rursus vt stirpem nouam
Generet, renascens melior, vt quondam tulit.
Iuuenis, tenente regna Saturno Poli.
Tunc illa virgo numinis magni Dea,
Iustitia Cælo missa cum sancta fide,
Terras regebat mitis humanum genus,
Non bella norat, non tuba fremitus truces,
Non arma gentes cingere assuerant suas,
Muris nec vrbes, peruium cunctis iter.
Communis vsus omnium rerum fuit,
Et ipsa tellus læta fœcundos sinus
Pandebat vltro, tam piis felix parens.
Et tuta alumnis. alia sed soboles minus
Conspecta mitis. tertium solers genus
Nouas ad artes extitit: sanctum tamen,
Mox inquietum, quod sequi cursu feras
Auderet acres, fluctibus tectos graues,
Extrahere pisces rete, vel calamo leui,
Decipere volucres crate, Ceruos aut Leues
Tenere laqueo, &c.
Sed in parentis viscera intrauit sua
Deterior ætas, eruit ferrum graue,
Aurumq́; sæuas mox & armauit manus.
Partita fines regna constituit, nouas
Extruxit vrbes: tecta defendit suis
Aliena telis, aut petit præda imminens:
Neglecta terras fugit, & mores feros,
Hominum cruenta cæde pollutas manus
Astræa virgo siderum magnum decus.

Ante hos Lucretius lib. 5. canit hac versuum grauitate, vt recitem paucos:

Nec robustus erat curui moderator aratri
Quisquam, nec scibat ferro molliries arua,
Nec noua defodere in terram virgulta, neq́; altis
Arboribus veteres, &c.

Quo ptinet illud maximi Tyrij de amore. Serm. 11. Erant olim, vt ainnt, instar Epicurei victus alimenta hominibus fagi, pyra, & eam ob causam rumor sparsus fuerat, ferre terram spōte sua, fructus: quod qui ex natiuis cibis vitam sustentarent, nullus esset ipsis agri colendi necessarius la- F bor. Et nostra materna lingua Actius Sincerus Sansz. in Arcad. Ecl. 6. Nec mihi est dubium, à Calano, atque Hesiodo partim descriptam fuisse Paradisi, quem terrestrem vocamus, amœnitatem, quam isti leuiter subodorati fuerant, aut leuis ad eos fama peruenerat ex AEgyptiorum, & Chaldæorum, Hebræorumque voluminibus: nisi verò ea scribi putet quispiam, quæ de regione vulgò celebrantur, quàm Italicè Cucagna nominamus: cuiusmodi esse Cyclopum agrum narrante Circi Vlixe profitetur apud Plut. Gryllus lib. quòd mutæ animantes ratione vtantur: In eo enim neque arante, neq; serente, neq; plantante quoq; sponte sua Tellus vberrima fruges profert. Tale Christi Regnum mille annorum spatio sub finem mundi duraturum Cherintus finxit Hæreticus, auctoribus Dionysio Alexa. & Caio apud Euseb. cap. 22. lib. hist. Ecclesiast. 3. nec dissimile, quanquam honestius fecerunt, falsò G tamen, qui Papiæ sunt opinionem secuti Catholici viri, & omnium dilucidissimè Cœlius Lact. 7. Diuin. instit. lib. cap. 24. & longissimè B. Irenęus lib. aduersus hæreses 5. cap. 33. 34. 35. 36. Hos vero, quos commemorauimus, ætatum, ac sæculi gradus sunt; qui velint ex mystica Nabucodonosoris statua à fabulatoribus expressos, quam in somnis visam Daniel est interpretatus, quæ à capite aureo desinebat in pedes fictiles, vt cursus temporum semper in peius est delapsus: quod Ode 6. lib. 3. cecinit Horatius, & longè antè Cilix Aratus in Phænom. & antiquissimus omnium Hom. sic enim hic.

Pauci etenim nati similes genitoribus, at qui
Plures peiores patribus, pauci meliores. G H

Medius its:

Vt verò ex auro geniti liquere Parentes H
Peiorem sobolem, vos autem deteriorem.

Primus its:

Ætas Parentum peior Auis tulit
Nos nequiores, mox datura
Progeniem vitiosiorem?

Græcos verò ita rudi Minerua conuersos legi lib. 12. de signis Catholicæ Ecclesiæ cap. 14. Thomæ Bozij, qui sanè libri omnibus mortaliū linguis essent couertendi, vt quantus sit Catholicæ splendor Ecclesiæ, quanta dignitas & felicitas orbis intelligeret, & ex ipsius esse familia ambi- I ret: nunquam ego melius animo comprehendi Christianæ Reipub. amplitudinem, quàm his libris legendis, quos esse omni hominum generi vtilissimos & dico, & prædico. Obiter notaui pauca de Hesiodo à Virgilio mutuata, quæ cum his communicabo, in quorum manus hæ lucubratiunculæ, quantum existimo, non ineruditæ venerint. lib. Georg. 1. de armis Agricolarum.

Cæditur, & Tilia antè iugo leuis, altaq́; fagus,
Stiuaq́; quæ currus à tergo torqueat imos,
Et suspensa foci exploret robora fumus.

Hesiod. ante Virg.

Vomis & inflexi, &c.

Ligna enim fumo accipiendo suspenduntur ad ipsorum explorandam soliditatem, ac robur: K nam si rimas egerint vi fumi, debilia sunt: sin integra durent, firma, & plurimis vsibus idonea: huius tamen postremi versus alia potest esse sententia, vt docui in meis in Hesiodum notis. Virg.

—Pater ipse colendi.
Haud facilem esse viam voluit, primusq́; per artem
Mouit agros, curis acuens mortalia corda.

Hesiod. de ætatibus.

Κρύψαντες γὰρ ἔχουσι θεοὶ βίον ἀνθρώποισι.

Certè hoc verissimum. Vitā enim hanc nostram maximis laboribus, assiduisque ærumnis trahi docet experientia, præpotentis Dei execratio Gen. 3. commemorata facit: Et de eo veterum testimonia extant quamplurima. vt Epicharmi, vt Xenophontis 2. ἀπομνημ. lib. vt Orphei περὶ λίθων. in diebus fastis ac nefastis. Virg. L

Ipsa dies alios, alio dedit ordine Luna
Felices operum, quinctam fuge, &c.

Sic Hesiod.

Ἤματα δ' ἐκ Διόθεν πεφυλαγμένος, &c.

Virg.

—Annua magna
Sacra refer Cereri, lætis operatus in herbis.

Hesiod.

Εὔχεσθαι δὲ Διὶ Χθονίῳ, Δημήτερί θ' ἁγνῇ.

Virg.

—At rubicunda Ceres medio succiditur æstu
Et medio tostas æstu terit area fruges,
Nudus ara, sere nudus.—

Hesiod.

Πληϊάδων Ἀτλαγενέων ἐπιτελλομενάων, &c.

Virgil.

M *Ante Iouem nulli subigebant arua coloni, &c.*

Et 4. Eclog.

Non rastros patietur humus, non vinea falcem,
Robustus quoq; iam Tauris iuga soluet arator.

Hesiod.

Ἔργα βοῶν ἀπόλοιτο, καὶ ἡμιόνων ταλαεργῶν.

Quod in præterito ennnciauit Hesiodus in futuro cecinit Maro Virg. AEneid. 7.

Saturni gentem haud vinclo, nec legibus æquam
Sponte sua, veterisq; Dei se more gerentem, &c.

Hesiod.

Οἱ μὲν ἐπὶ Κρόνου ἦσαν, ὅτ' οὐρανῷ ἐμβασίλευεν.
Ὥστε θεοὶ δ' ἔζωον ἀκηδέα θυμὸν ἔχοντες.

Hæc etiam imitati videntur Ouid. 1. Metam.

—Natos sine semine flores
Mox etiam fruges tellus inarata ferebat, &c.

N Horat. Oda 16. Epod.

—Arua beata
Petamus arua, diuites & insulas
Reddit vbi Cererem Tellus inarata quotannis,
Et imputata floret vsque vinea.
Germinat & nunquam fallentis termes oliuæ,
Suamque pulla ficus ornat arborem.
Mella caua manant ex ilice, &c.

Quæ Elysiis campis Græci, & Latini vates designarunt, siue insulis fortunatis; de quibus variæ auctorum feruntur celebres sententiæ. Herod
O lib. 2. ad Thebas mentitur fuisse, & affirmat auctor horum carminum:

Αἱ δ' εἰσὶ μακάρων νῆσοι, τόθι περ τὸν ἄριστον
Ζῆνα θεῶν βασιλῆα ῥέη τέκε τῷδ' ἐνὶ χώρῳ

Sunt beatorum Insulæ, vbi præstantissimum Iouem Deorum regem Rhea peperit in hoc loco; adulatores hi aut ciuium Thebænsium, aut Iouis: Gloss. Lycophr. ad illum versum hoc notat; Epigrammatum scriptor, vt adularetur, Thebas esse dixit insulas fortunatas: at verò Thebæ nõ sunt insulæ. Videtur sui oblitus Herod. qui in Thalia beatorum insulas esse in AEgypto scripsit: nec tamen oblitus, nam & Thebæ in AEgypto sunt: Straboni melius visum esse Canarias lib. 3. vt Plutarcho in Sertorio, & longè antè Euripidi, si habenda fides eius Scholiographo extrema Helena. Sanè Canariæ in Oceano: In Oceano verò fuisse has insulas trita opinio: Ex qua sic cecinit Epod. cit. Hor.

Nos manet Oceanus circum vagus, arua beata, &c. P

Et prior eo Pind. 2. Od. Olym.

Ἔνθα μακάρων νᾶσον
Ὠκεανίδες αὖραι περιπνέουσιν.

Vbi beatorum insulam Oceani perflant venti. Prior Hom. Vlix. 4.

Ὠκεανὸς ἀνέμων ἀναψύχειν ἀνθρώπους.

Qui & eodem loco campos Elysios constituit, à quo Virg. dissensit, vt apparet 6. AEneid.

Ἀλλά σ' ἐς Ἠλύσιον πεδίον, καὶ πείρατα γαίης
Ἀθάνατοι πέμψουσιν, ὅθι ξανθὸς Ῥαδάμανθυς.

Qui Latinè per Ph. Beroaldum sic loquitur, aut per Interpretem Strab.

Elysium in campum, terrarumq; vltima tandem
Dij te transmittent, stat flauus vbi Rhadamantus,
Existitq; viris vbi vita facillima durans. Q

Et alios huius sententiæ auctores citat productus à me Lycophr. Interpres, Hesiodum, Dionem, Philostratum, Procopium, nescio quam commemorans anilem fabulam, olim tamen creditam, mortuorum animas Britanniam versus iter arripere, ibique absque naulo, à piscatoribus transuehi in fortunatorum insulas: vt iam minus elaborandum sit ei, qui Claudianum interpretatur, quo loco fingit Vlixis nauẽ ad eam insulam cursum direxisse, vt cum Manibus posset colloqui. Scio Platonicos aliter de mortuorum animis Philosophatos, & de insulis beatorum, in quibus recipiuntur, vt Christophoro Marcello scribens Fr. Diacetus, exponit: quos fortè sequitur Luc. lib. Pharf. 9. qui ad lunæ or- R bem collocasse videtur, cum ita canit.

Semidei manes habitant, quos ignea virtus
Innocuos vita patientes ætheris imi,
Fecit, &c.

Et qua Saturnium sæculum felicissimum fuisse multis in suo politico Plato demonstrat: adiunge alteram hic notam, Hesiodum quinque sæcula, seu ætates enumerare, γένη vocat ipse: primum, χρύσεον, secundum, ἀργύρεον: tertium, χάλκεον: quartum, θεῖον: quintum, σιδήρεον. Ouidium autem quatuor. AEtatem primam, facit auream: secundam, argenteam; tertiam, æneam: quartam, ferream: Diuina illa, quæ Heroum fuit, prętermissa, sub prima fortè, aut secunda censuit reponendam. Hesiodo tamen consentiens Si- S bylla quinque describit hominum genera siue γενεάς, vt constat ex primo 7. χρησμῶν, lib. sic aggreditur:

Incipiens à prima generatione distinctam habentium linguam
Hominum. Vsq; ad postremas prædicere singula.
Quæcunq; olim facta, quæcunq; consecuta sunt, quæcunq; futura. K

Ac in primo quidem genere numerantur ij, qui primum iusti cum fuissent, eos cupiditas incessit peccandi: Secundò, qui iustitia præstiterunt. Tertiò, qui superbia, & feritate infames fuerunt.

Quartò, qui sanguine, ac cædibus delectati sunt. Quintò, Gigantes, malorum architecti omniũ, omninò mortalium generi intolerabiles: in quo sæculo vnum modo Noë iustum recenset. L
T Sed Palęphatus ι. τῶν ἀπίστων lib. ferreas ætates, atque æreas negat vllas fuisse: quas tamen elegantissimis versibus Aratus in Phæn. & ex eo in sua interpretatione Cæsar Germanicus in signo Virginis canit, & Cicero, ac cæteri qui Aratum Latinum fecerunt.

Homeri versus Galeni doctrina enucleati, quis Boëthus, cuius sæpè idem meminit.

CAPVT V.

A Diuturna illis de vsu particularũ humani corporis libris Claudius Galenus, tantum est inter Medicos, & Philosophos laudis, & commendationis assecutus, vt nullus magis: oculo certè fuit Lynceo, ingenio perspicaci, acri iudicio, in fabricæ humani corporis sapientissimè à natura constitutæ molitione, & consideranda, & per suas etiam minutissimas partes explicanda. His ego libris legendis nullum finem facio: tam mihi videntur doctè, grauiter, ingeniosè, prudenter conscripti.

Nuper cum legerem cap. 14. lib. 4. vbi docet, venam cauam, quæ toti corpori sanguinem dispensat, necesse omnino fuisse, vt recta ad cor ferretur, & per phrenas penetrans ascenderet, egregiè Homeri locum interpretatur: demonstrat enim illatam venæ huic noxam totius corporis venis communem futuram, quòd ea, seu vulnerata, seu diuulsa mors, atque interitus ipsius animalis velox, & subitus consequatur, idque ipsum Homeri testimonio confirmat, ipsius ingenium, & doctrinam miratus, qui hoc intellexerit.

B Locus est Vlix. 9. quem indicat Galenus: scribit Poëta egregius Vlixem virum sagacissimũ vitæ Cyclopis, qui portentosa erat corporis statura, insidiari, eique mortem intentare, neque in aliam corporis partem ensem fingit adacturum, quam qua Hepar transuerso est septo coniunctum, & planè fecisset, si spes vlla fuisset ipso trucidato, amouendi à specu ingentis, quod ille ostio obiecerat, saxi: vsque adeo fidebat illius partis vulneri, vt si inflixisset, ne puncto quidem temporis fugientem potuisset ille animam retinere; Versus Homeri sunt quibus suum de Polyphemo Cyclope mactando consilium Vlixes aperit: A hoc verò Latinè significant hi versus anatomica ratione pleni: Quem quidem ego
C cogitaui generoso animo propè accedens, ensem acutum trahens à femore vulnerare ad pectus, vbi phrenes hepar habent, ambabus percutiens manibus. Sed altera me cogitatio prohibebat. Illic enim periissemus graui morte, &c.

Sæpe quidem libuit ferro, dum sterteret ille
Percussisse iecur; vulnusq; infligere cordi:
Sic mihi sæpe quidem lateris, quo munior, ensem
Stringere suadebant fortissima pectora Marte,
In pectusq; illi ruere hic per vulnera mille
Qua iecur aduersa dirimunt præcordia sepe:
Ast alio casu mutat sententia pectus,
Hic iacuissemus mœsta tum funera morte,
Inq; ferum exitium cessissent fata Gigantũ.

Ita reddidit Simo Lemnius Rhetus. Quorum verborum partem posteriorem iam habes conuersam, priorem ita reddidit Latinè Nicolaus Regius. Nam si recti steterimus à phrenibus necesse est hepar pendere; quo fit vt periculum paruum non fuerit, ne vehementioribus motibus promtè abrumperetur, repenteque animal interiret: Copulatur enim hepar non solis phrenibus ibi, sed etiam cordi per phrenes: nam venam illam cauam, de qua iam sum locutus, toti corpori cum sanguinem distribueret, omninò quidem erat necesse ad cor pariter ascendere: alium autem transitum commodiorem cum non D
haberet, necessariò phrenas penetrauit, vt quæ mediæ inter vtrumque viscus sitæ sunt: Non igitur conueniebat alia quidem vincula venæ ipsi, alia autem visceri comparare, sed vnum durum, & crassum indumentum simul cauæ venę, simulque cõmune ligamentum ad diaphragma tum venæ ipsi, tum toti visceri fecisse præstiterat. Momentaneus igitur in primis hic locus futurus erat, noxaque venæ eius loci, omnibus, quæ in toto sunt animali, venis communis erat futura, non aliter, quàm si quando truncus arboris adfectus sit: Neque alia opus est interpretatione, quàm Galeni verbis, quæ debuerat Eustathius tanta vir eruditione ad horum enucleationem attulisse.

Quis ille fuerit Boëthus, qui à Simplicio, & E
Philopono excellentibus, sed inimicis, Philosophis, & eximiis Aristotelis interpretibus, sæpè citatur, ferè nesciunt, qui Aristotelea in scholis profitentur, & illorum commentarios manibus terunt. Mihi videor posse ex Galeno, aliisque planum facere. Pictor certè non est, cuius meminit Plinius cap. 12. lib. 33. Et quem cum Acragante & Mye facit Mentori proximũ, cuius extare opus tradit apud Lyndiam Mineruam. Et cap. 8. li. 34. Anserem eximiè strangulantis Pueri statuam: Non, malus ille Poëta, & peior ciuis Tarsensis, qui propter decantatum Philippicæ victoriæ carmen, magnis auctus fuit honoribus ab Antonio Triũuiro, vt habet 14. lib. Geograph. Strabo.

Non clarissimus vir Seuerinus Boëthus, Orator, Poëta, Philosophus, Theologus præstantissi- F
mus, qui corruptè vulgo dici Boëtius solet, cum Boëthius sit vocandus, ex antiquo marmore Derthonæ in Cœnobio S. Martiani, vbi legitur Boëthio, & Euthartico Coss. quod producit in 3. post. Cod. lib. Alciatus; nõ is, qui Præfectus Prætorio sub Valentiniano II. occisus fuit, nõ valde

diu ante Seuerini sæculum, quem recordatur in Chron. Cassiod. Non is istis antiquior, qui cum Strabone doctus Aristotelicam disciplinam vixit, cuius frater Diodorus, Sidonius vterque, vt idem refert Strabo lib. 16. Strabo enim floruit sub Augusto, ac Tiberio, ergo & hic Boethus: nõ igitur Galeni ætate potuit vixisse, qui sub Antoninis clarus erat. Non Boethus Stoicus apud Cicer. vtroq; de Diuin. lib. quem tradit præsensionum caussas elicere fuisse conatum, & verò persecutum cum Posidonio.

Sed alter fuit Aristoteleæ scholæ sectator, homo nobilis, quippè consularis, vt scribit Galenus tract. de propriis libris. cui & libros de voce quatuor dicauit, cum de hac ille, ac de respiratione Galenum consuluisset, vt in lib. de præcog. ad Postum. cap. 5. narrat: quo etiam hortante sex libros conscripsit de placitis Hippocratis, & Platonis, & vnum de vsu partium, quibus acce-
G ptis Boethus, ex vrbe in Palæstinam, quam cum Imperio obtinebat, discessit, vbi vitam etiã cum morte commutauit; quod idem refert citato de suis libris tract. cap. 1. & in Isagoge; lib. autem de præcog. ad Postum. filium illius Cyrillum secu-rasse commemorat, & vxorem cap. 8. & quo modo in morbum sæpius incidisse deprehenderit, lege eo capite: nam & ridicula est, & vaticinio similis deprehensio: vocat Flauium Boethum cap. 5. virum consularem: vsum præceptore Alexandro Damasceno, docto quidem in Platonicis, sed magis ad Aristoteleos propenso, aliosq; eius temporis doctos viros, ipsius consuetudine
H familiari delectatos: eiusdem beneficio se gratiam Cæsaris consecutum, post etiam Aurelij Antonini: ab eodem propter vxoris curam donatum quadringẽtis aureis nummis, id est, mille coronatis solaribus, vt Andreas Lacuna deducit in vita Galeni.

Hic ille est Boethus, cuius non pauci leguntur in Græcorum Epigr. Anthologia versus, vt ille in Pyladem saltatorem lib. 1. cuius & Galenus meminit de Præcog. ad Postum. Plut. lib. Symp. 5. quæst. 1. Epicureum Philosophum dicit fuisse, à quo fuerit aliquando conuiuio exceptus, & quem in libro de Pythiæ oraculo, disputantem inducit, & Geometram nominat, & in Epicuri castra fugam parantem: neque enim mihi videtur ab eo separandus, quem celebrat Galenus, cum nec tempora separent: Plutarchus enim, &
I Galenus simul vixerunt, senior tamẽ Plutarchus. Eundem esse puto, qui commemoratur à Diogene Laërt. lib. 7. qui in certis quibusdam decretis dissenserit à Chrysippo.

Obiter nota in legum Constitut. de Tabulariis, scribis, & Logographis, Boethus ab Imperatore dicitur adiutor Scribarum, subadiuuam quidam, adiutorium alij barbarè nominant, L. Vnicuique C. de prox. Sacr. Scrin. nam βοηθὸν idem est quod iuuare, & opem ferre.

Alphesiboea quid; Prisca diuitiæ quæ; Alpha vnde nomen.

CAPVT VI.

Vocis Alphesiboea explicatio suis A
numeris perfecta multa complectitur. Proclus Diadochus in hoc Hesiodi Hemistichion:

Μαρνάμενοι μήλων ἕνεκα.—

Obseruat diuitias veterum in pecoribus, id est, armentis, & gregibus fuisse, quod verè obseruat, & veterum testimonio Poëtarum Homeri, & Hesiodi, & nostrorum librorum auctoritate constat: hoc est diuinorũ Geneseos, Iobi, aliorumque, ac propterea pecuniam Latini à pecoribus dixerunt, vt & peculium, sed ratione diuersa, vt in semestribus Tiraq. docet. ca. 15. lib. 4. Οἱ γὰρ παλαιοὶ, inquit Procus, ἐν τοῖς τετράποσι τὸν πλοῦτον εἶχον. ex quo & vocem Ἀλφεσίβοια, declarat: Suas enim facultates in quadrupedibus veteres habebant.

Nam & Regum filij ante nuptias pascebant greges, & sponsis suis oues, & boues largiebantur, ex quo & Alphesiboeę, id est, vt Suidas interpretatur, εὑρετικαὶ βοῶν, Inuentrices boum, vt Didymus, siue alius quispiam sit, Homeri Schol. B
Iliad. 6. vbi παρθένοι vocantur Virgines Alphesiboeæ, honoratæ, siue pretiosæ, quòd propter formam inueniunt dotem siue dona maritalia. Eustath. in li. 15. Vlix. olim datos boues, non quodnis quadrupes, sed nobile, & excellens, aut potius vtile, & in pretio propterea habitum, qualis est bos, vt à nobis alio libro fusius explicabitur.

Ergò Alphesiboea ad verbum est boum inuentrix, sic enim fere plurimæ Grammaticorum glossulæ. Vnus ita, αἱ πολλοὺς βόας εὑρίσκουσαι ἀπὸ τῶν ἕδνων. Alius ita, ὅσαι εἰς πατρὸς βόας ἦλφον. Primus item alia ratione, αἱ βίον ἀλφαίνουσαι, id est, opes, ac diuitias, vitæ commodè traducendæ necessarias, siuè quibus abundans, & copiosa dos attribuitur, vel quæ opulentis, ac lautis viris nuptui dantur: nam idem auctor in 6. Iliad. exponens, ἑκατόμβοια, ἑκατὸν βοῶν ἄξια, centum bobus digna adiungit: non enim vtebantur pecunia: vndè Alphesiboeæ: Pecudes enim olim dabantur ante nuptias, donorum loco A vt non tam dos, quàm dona eo verbo, & more significentur. Nomen accepit à parte, cum videlicet, antiquitus in C
pretio essent boues. Ἀλφαίνειν enim inuenire est. ἀλφὴ pretium, vel honor, & α elementum, quod ante alia repertum fuerit, B vt hinc possimus Alphesiboeam interpretari, quæ boum muneribus ornetur, & honoretur & reliquarum Princeps habeatur.

Esse verò matrimonium genus emtionis, & venditionis, & συνάλλαγμα, vt à Græcis nominari, S. Io. Chrys. hom. in Matth. 74. scribit, nihil non

sciens

sciens I. C. Andr. Tiraq. ostendit in 4. l. connub. p. 4. gl. 1. latissimè. Eadem in lib. Iliad. 18. reperiuntur; tametsi ego ab hoc Schol. dissentio in eo, quod postea legi placuisse eruditissimis Lexicorum concinnatoribus, quod ab ἄλφειν primum elementum ἄλφα sit deriuatum, cum manifesta ratione ab antiquissima Hebræorum lingua, ad Græcam, & compluresalias nationes elemento-
D rum fere omnium deducta sit appellatio.

Nec enim placet Moschopuli docti quantumuis licet Grammatici, & grauis, qui ἄλφα dictum putat ab ἄλφειν, quòd ab eo reliqua sint elementa deriuata, ἄλφα, inquit, ἄλφω, τὸ εὑρίσκω. Ex ipso enim origo reliquarum litterarum: Potius igitur ab ἄλφα, ductum est verbum ἄλφω, vt etiam indicat Euripidis Schol. qui verbum ἀλφάνω, ab
E ἆ, deducit: Et S. Epiphan. lib. de mens. & pond. ita loquens; Quemadmodum apud Hebræos Aleph admonet puerum, vt discat; ita & apud Græcos ἄλφειν quærere contigit vocari, vnde onimirum etiam ἄλφα, ex Hebraica in Græcã transumtum est linguam.

Ammonius verò in conuiuio Plut. lib. 9. q. 2. & 3. Principem in elementis locum contendit à Cadmo tributum, quòd bouem Phœnices ἄλφα, nuncupent, in quo Græcos indere Scal. affirmat 1. lib. de caus. ling. lat. cap. 38. & Lampriæ accedit opinioni: cum hodie etiam à Syris, & Mauria, qui indè aduecti sunt, Taur Bos dicatur, translata à Cadmo in Græciam voce, cui ex sententia Hesiodi, non secundus, aut tertius, sed primus in rebus ad vitam necessariis locus debeatur: at Lamprias Plutarchi auus, primum locum Alpha meruisse volebat, quòd prima vox naturalis huius litteræ facultate proferatur: atque hinc primam esse vocem, aut sonum, qui ab infantibus, cum ex vtero prodeunt, edatur, & quod alia ferè elementa sint muta huius primi adiumento destituta.

Phœnices autem Græcarum litterarum inuentores fuisse, hoc est, maioris earum partis, Herod. lib. 5. Diod. lib. 6. Plin. lib. 7. cap. 56.
F tradiderunt, & magis vniuersè cecinit. Lucanus lib. Phars. 3.

Phœnices primi, famæ si credimus ipsi,
Mansuram rudibus vocem signare figuris, &c.

Quod etiam argumento est, profectas ab Gente Hebræorum; Phœnicia enim in Syria est Iudeæ finitima; quamquam vt ad ἀλφεσιβοίας redeam, etiam de nummis intelligere non repugnat; cum prisci illi mortales æreæ pecuniæ bouem insculperent, & iure Budæus ex antiquis lib. de asse, eiusque part. 5. monetæ genus fuisse tradat: verissimè. Plut. enim in Theseo scriptum reliquit impressum ab eo in numismate bouem: Excusitque nummum, imprimens bouis effigiem, vel propter Marathonium Taurum; vel propter Minois ducem; vel vt ad agrum colendum vocaret ciues: ex quo deriuatum Hecatombœum & Decabœum, ex quo profectum illud apud Pollucem lib. 9. c. 6. ex legib. Draconis, ἀποτίνειν δεκάβοια, καὶ βοῦν, apud Pausaniam lib. 3. in Lacon. locus, seu via hinc appellata ab domo Polydori celebris Lacedæmoniorum Regis emta, vt ego quidem existimo, pecunia: Licet Pausanias à bobus vocitatam affirmat, qui pretium fuerunt domus, quòd nondum nummus, argento, auroue signatus foret: qui tamen mos ad ea vsque tempora non peruenerat, vt potè antiquior: sed quid ego moror in Plutarchi, ac Pausaniæ testimoniis aduocandis, cum habeam antiquissimi Poëtæ Homeri, cum de permutatione armorum Diomedis, & Glauci lib. Iliad. 6. ita canit. G

—Tydidæ namq; rependit
Aurea ferratis commutans arma iuuencam,
Centenam, pretium pendentia ter tribus emtis,
Bobus.

Id est, aurea aereis, centenaria nouenariis, vt à Pandectis redditur, quæ scilicet tot, centum, vel nouem boum, siue eius nominis nummûm pretio æstimantur: nam Eustathius etiam Iliad. 17. H

Ἐννεάβοιον δέ τοι ἄλφειν.

Exponit εἶδος σταθμοῦ mensuræ genus, vel ponderis, vt & Vlix. 1. de patre Vlixis Laerte, qui Eurycleam emerat, Plin. quoque lib. 18. cap. 3. Seruium Regem primum ouium, boumque effigie æs signasse, quod apud Romanos intellige: qui & confirmat pecuniam à pecore dictam, vt & lib. 33. cap. 3. Hinc B. Aug. lib. de doctrina Christiana 1. c. 3. Totum, quod homines in terra habent, & quorum Domini sunt, pecunia dicitur, quia antiqui, quod habebant, in pecoribus habebant; & lib. de libero arbitrio 1. cap. 15. ad extremum, pecunia, quo vno nomine continentur omnia, quorum iure Domini sumus, & quorum vendendorum, atque donandorum habere potestatem videmur, vt & Cassiod. lib. var. 7. cap. 32.

Quæ & sententia est Iurisconsultorum. Proculus apud Paulum lib. 2. ad edictum. Pecuniæ appellatione rem significari ait: item ex pecude pendebatur multa: maximaque erat triginta I
boum; mediocris, duarum ouium; minima, vnius ouis: Deinde in pecunia cœptum est multari, & bos centusse; ouis, decusse, æstimata est; vide Agellium, & Pompeium Festum.

Hermogenianus quoque lib. 2. iuris epitomæ, pecuniæ nomine, non solum numerata pecunia, sed omnes res, tum soli, tum mobiles, tum corpora, tum iura continentur. Et Vlpianus lib. 42. ad S. C. non solum numeratam pecuniam complectitur, verum etiam omnem omninò pecuniam, id est, omnia corpora: quæ significatio indè sumta, quòd omnes res in pecuniam conuerti possunt, quod etiam sensit 4. Ethico Arist. & quoniam iumenta, propria erant veterum possessio, hinc à Græcis appellata, κτήνη à κτήσει, K
id est, possessione, tametsi nõ ignoro alios deriuare à verbo κτείνειν, quasi propriè ea sint quadrupedia, quæ mactari solent, ac immolari.

Dubium tamen relinquitur in verbis, quæ ex Glossographis produximus, an boues illi, dotis vicem obtinerent, an verò essent quæ ab Ouidio, dona iugalia, vocantur, quæ nempè sponsis dari solebant à sponso, & amicis sponsi antè nuptias: Sic enim Hesychius propriè, ἕδνα scripsit esse, quę dantur sponsis à procis, & Etymologus, quæ à sponso ante nuptias dantur sponsę dona, & consentaneè ad morem Homericum, cuius Poëtæ loca producunt Lexicographi, ne ego actum agam: id quod etiam indicat Pausanias lib. 3. cum de Penelopæ nuptiis agit, & lib. 4. ex Homeri testimonio de Iphidamante: Tametsi etiam φερνῆς notionem ad ἕδνα translatam sæpè repetiatur. Vide lib. 9. Poll. ὀνομαστικόν. cap. 6.

Philosophi, Rhetores, Mathematici, quoties Vrbibus pulsi, & cur; nonnulla scriptorum loca emendata.

CAPVT VII.

NEQVE a tam vilis & abiecta res est Philosophia, vt locum in Ciuitatibus, & hominum societate, non debeat A inuenire: neque tanti æstimanda, vt vitia Philosophiæ nomine, & colore tecta placere, ac probari possint: interdum tamen vel Philosophorum vitio, vel improborum nequitia, Philosophiæ nomē exhorruerunt plurimi, & ipsam in sectatoribus censuerunt indignam consortio mortalium: Dicendi videlicet, ac scribendi libertas eos offendit, quorum mores aut expressè, aut tacitè præstringebantur: quo factum vt libri etiam aliquando boni in gratiam Imperatorum Senatus decreto fuerint incendio consumti.

Primus Romanorum hanc ingenij sui pœnam sustinuit Labienus, vt narrat Seneca lib. 10. controu. in procem. idem Cremutio Cordo euenit, cuius libros per AEdiles Romæ crematos Tacitus lib. annal. 4. scribit, vt in vita Agricolæ, monumenta clarissimorum ingeniorum in comitio, ac foro, Triumuirorum ministerio, vsta: Et Valerius Maximus lib. 1. cap. 1. Numæ libros B Græcè scriptos ex auctoritate Senatus, per Victimarios igne facto in conspectu Populi à L. Petillio Prætore Vrbano incensos, & Lact. lib. 1. cap. 22. ex eo captans occasionem sacra Rom. deridendi. Quod olim Romani fecerunt, cum Philosophos quosdam, quales nominat duos, Alcium, & Philiscum, voluptatis assertores L. Posthumio Cos. Vrbe exturbarunt: Athenæus probat lib. 12. cap. 24. Pars apud illum edicti Regis Antiochi exstat, quo regno pellit Philosophos, & pœnam assectantibus decernit suspendij, assectantiumque parentibus grauissima quæque minatur. A Et Romæ ansam Comicis dicacissimarum reprehensionum dedisse Philosophos, vnus ille Plauti iocus abundè ostendit Curcul. vbi ita in eos inuehitur.

Tum isti Græci palliati, capite operto qui ambulant,
Qui ambulant suffarcinati cum libris, cum sportulis
Constant, conferunt sermones inter se tamquam drapetæ:
Obstant, obsistunt, incedunt cum suis sententiis;
Quos semper bibentes videas esse in Oenopolio.
Vbi quod surripuere operto capitulo caldum bibunt: C
Tristes, atq; ebriosi incedunt.

Act. 2. Scena 3. Idem de omnium Philosophorū natione testatur Agellius cap. 11. lib. noctium Attic. 15. Et ipse Athen: cap. 24. lib. 13. narrat enim ille, C. Fannio Strabone, M. Valerio Messalla Coss. edicto Prætoris cautum, immò etiam Senatus consulto, ne qui Philosophi & Rhetores Romæ essent, qui fuit annus V. C. 593. Verba verò edicti, tum his Coss. tum bis censoribus Cn. Domicio Aheuobarbo, L. Licinio Crasso habes initio lib. de claris Rhetorib. in Suet. Tranquill. vt anno postea 615. Cn. Calpurnio Pisone, & M. Popilio Lænate Coss. vt Chaldæi citra decimum diem abirent ex Vrbe, atque Italia, Cornelij Hispali Prætoris edicto, vt ait Val. Max. li. 1. cap. 13. alio item tempore, annitente maximè M. Portio Ca- D tone factum S. C. ne admitterentur in Vrbem, aut quamprimum amandarentur qui Romam venerant, duo celeberrimi Philosophi Atheniensium legati, Academicus Carneades, & Diogenes Stoicus, ad quos audiendos extra Vrbem magnus fieri cœperat Iuuentutis Romanæ Concursus, Auctor Plin. libro 7. cap. 30. Agellius item lib. 7. cap. 14. Et in Catone Maiore Plutarch.

Neque mirandū hoc placuisse Catoni, quem constat omne omninò Philosophię genus aspernatum, omnes Græcorum disciplinas, quorum tamen linguam sexagenario maior addiscendam sibi putauit, ambitione quadam pro nihilo duxisse: Nam & in quadam ad M. filium epistola: quandocunque, inquit, ista gens suas litteras dabit, omnia corrumpet. Verebatur homo circumspectus, & prudens, ne dediti Philosophiæ studio Iuuenes ex eo potius, quàm ex militia, & gubernatione Reip. gloriam quærerent: qui etiam librum eidem scripsit de ratione, quam in curandis familiæ morbis sequeretur, ne Hippocratem, aliosque medicos quærere cogeretur, & cap. 13. lib. de pallio Tertullian. eum censuisse in vniuersum Græcos vrbe pellendos tra- E dit.

Quamobrem Solinus argutè cap. 6. Polyhist. & Plin. lib. & cap. cit. notant Vticensem Catonem, vnum ex tribunatu militum Philosophum, alium ex Cypria legatione Romam aduexisse, professum plurimum se eo facto Senatui, & Populo Romano cōtulisse, quamuis Proauus eius sæpissimè censuisset Græcos vrbe pellendos. Anno deinde 721. M. Agrippa AEdilis,

auctore Dione extremo lib. 49. Astrologos &
impostores vrbe iussit abire, τὺς ἀστρολόγυς, καὶ τὰς
γόητας ἐκ τῆς πόλεως ἐξήλασεν. Rursus anno 761. in-
terdictum seuerè ab Augusto omni vaticinio, ac
prædictione, auctor idem lib. 56.

De Tiberio quoque Suetonius in eo, tit. 36.
expulit, & Mathematicos, sed deprecantibus,
atque artem se desituros promittentibus veni-
am dedit, anno scilicet sui Imperij II. Sisen-
F na Statilio, & Libone Coss. vt ait Cassiod. in
Chron. & libr. 57. Dio. de eo ita Cornel. Ta-
cit. libr. 2. Annal. Facta & de Mathematicis,
magisque Italia pellendis Senatus Consulta,
quorum è numero L. Pituanius Saxo deiectus
est. In P. Martium consules extra portam esqui-
linam, cum classicum canere iussissent, more
prisco aduertêre, vbi iure Iustus Lipsius obser-
uat, repetita potius edicta dicendum fuisse, aut
Senatus Consulta, quod probant, quę antecesse-
runt.

Hæc non stetisse Neronis Imperio, cum mul-
ta probant, tum illud quod 1. lib. hist. Tacitus
commemorat, multos secreta Poppęæ Mathe-
maticos, pessimum, inquit, principalis matri-
monij instrumentum, habuisse, & nouos mo-
tus, & clarum Othoni annum obseruationes si-
derum affirmasse. Genus hominum potenti-
bus infidum, sperantibus fallax, quod in Ciuita-
te nostra, & vetabitur semper, & retinebitur:
Hoc Taciti est de Mathematicis elogium.

A. quoque Vitellius Imperator, auctore Suet.
cap. 14. ita Mathematicis infensus fuit, vt cum
quisquam deferretur, inauditum capite puni-
ret: Edicto etiam omnes Vrbe, & Italia excedere
iuberet.

G Eadem contra eosdem Astrologos, & Philo-
sophos Domitiani Cæsaris seueritas extitit, vt
Suet. Agellius, Philostr. Euseb. & alij narrant:
quo tempore alios in Hispaniam, nonnullos in
Africæ, multos in Scythiæ desertas solitudines
fugisse, & celebrem Stoicum Epictetum Nico-
polim abiisse. Annus hic fuit V. C. 830. Salutis
nostræ 98. iuxta sententiam Orosij relegati in
Patmon insulam S. Io. Apostoli, quamquam an-
nus hic Domitiani siue nonus, siue decimus
Domini, scilicet 92. aut 93. videtur fuisse: Eiecit
autem omnes, præter vnum Musonium, qui eti-
am sub Nerone habitus fuerat in vinculis, &
grauia, atque acerba multa perpessus, vt Philo-
stratus scribit lib. 4. & 7. sui Apollonij, si modo
idem est, de quo vtrobique est sermo. Huius ta-
H men Imperatoris quædam decreta pro Archip-
po Philosopho Prusensi narrantur, quæ Nerua
etiam confirmauit lib. Epist. 10. Plinius tribus
ad Traianum epistolis. Hæc tempora Tertull.
intuens, Mathematicis vrbem, & Italiam inter-
dictam scribit cap. 9. lib. de Idol, vt & cælum An-
gelis eorum.

Mirandum est, Vespasianum, qui lenissimè
tulit Philosophorum contumaciam, vt ait in eo,
cap. 13. Suet. & qui erat Philosophorum aman-
tissimus, vt ait Philostratus lib. vitæ Apollonij
6. edictum de pellendis ab Vrbe Philosophis de-
disse, suadente maximè Martiano Syriæ Præside,
vt commemorat Dio. Idem aliis temporibus
factum Romæ, & alibi Suidas refert in voce ἐπί-
κουρος. Romæ quidem communi Senatus decre-
to propter luxum, & morum lasciuiam Epicu-
reorum; Messenæ autem in Arcadia, propter
eandem caussam, quòd Iuuentutis essent corru-
ptores, & propter mollitiem, & impietatem no-
mini Philosophiæ infamiæ aspergerent labé: ita-
que ante solis occasum, vt ex finibus Messenio-
tum discederent, imperatum: Vrbem quoque
ipsam, vt eorum consuetudine inquinatam, ex- I
purgarunt. Eadem constitit aduersus illos Ly-
ctiorum in Creta seueritas, tanquam Philoso-
phiam effæminantes; qui si decretis non pare-
rent, grauibus publicè, & probrosis afficerentur
suppliciis, vel vsque ad mortem: quæ fusius à
Suida commemorata Gręcè potes legere. For-
mam autem S. C. à Romanis facti habes in frag-
mentis Iurisconsultorum, quæ nuper èdidit Py-
thœus vir doctissimus, & habetur lib. 7. de off.
Proconsulis.

Seneca tamen lib. ad Albinam matrem de
consolatione, siue ad Heluiam, vt emendant viri
litteratè periti, cap. 10. queritur in ea vrbe, ex qua
aliquando Philosophi, velut corruptores Iuuen-
tutis abire iussi sunt, Apicium scientiam culinæ
professum. Certè iure interdum expulsi Philo-
sophi, & contemti: quanta enim ipsorum esset
improbitas, & nequitia, demonstrat Seneca lib.
Epist. 10. & Galenus lib. de præcogn. ad Postum. K
quanquam hic de Medicis potius loquitur. Ali-
os etiā nominat, qui male Philosophos habue-
rint lib. 13. Athen. &c. Et Sophocles quidam ex-
turbauit omnes Philosophos ex Attica: credo
vnum fuisse ex Archontibus Atheniensium. Ter-
tull. in Apologetico cap. 47. idem constituisse
narrans, laudat Spartiatas, Thebanos, Argiuos;
Et aduersus Marcionem lib. 1. cap. 18. Nam &
Mathematici, inquit, plurimum Marcionitę, qui
mihi videntur fuisse Genethliaci, vt apud Iuue-
nal. Sat. 14.

Nota Mathematicis Genesis tua—

Toti scilicet in ea parte, quam iudiciariam nō-
minamus, & colenda, & docenda occupati, qua
nihil est profectò superstitiosius. Et B. Epiph.
lib. de pond. & mens. Aquilam illum celebrem
sacrarum litterarum interpretem, non ob aliud
ab Ecclesia pulsum à Patribus affirmat, nisi
quòd geniturarum inspectionibus, & natiuita-
tum diuinationibus operam daret. Et S. Aug. in
Psal. 61. extremum, Mathematicum in Ecclesia
non recipi tradit, nisi præmissa publica, & solen-
ni pœnitentia, quòd esse ars ista non possit, ni-
si ex consortio cum Cacodæmonibus; de qua L
& lib. de ciuit. 5. cap. 7. & de Gen. ad lit. cap.
17.

Extant item in Iurisconsultorum libris, antiqua contra huiusmodi Mathematicos decreta lib.5.Sent.Pauli tit.21.quæ de salute Principis, vel summa Reip. Mathematicus, Ariolos, Aruspices, Vaticinatores consulit, cum eo, qui responderit, capite puniutur tit. 23. Consulentes de capite Dominorum crucifiguntur, Diuinatores in Metalla damnantur, aut in Insulam deportantur: quare Iulius Firmicus sibi consulens, cæterisque sui similibus, cap. postremo 2. Matheseos lib. Caue, inquit, ne quando de statu Reip. vel de vita Romani Imperatoris aliquid interroganti, respondeas: Non enim oportet, nec licet, vel de statu Reip. aliquid nefaria curiositate dicamus.

Eadem opinor caussa impulit Constantinum
M Cæsarem, vt lege vetaret, ne hoc genus hominum consuleretur, vt est C. de Mathematicis & Maleficis L. Nemo, ac ne in comitatu suo essent C. eod. L. & si excepta: & cur Diocl. & Maximin. C. eod. L. Artem. Damnabilem, & interdictam artem Mathematicam prædicent: Et Vlp. D. de inint. & famo: lib. L. Item illicitam. Nam & 1. Concilio Tolet. dicitur. Si quis Astrologiæ, vel Mathesi existimat esse credendum Anathema sit.

Sed priusquam supremam huic capiti manum impunam, fœdam ex Tranquillo maculam abstergam: Sic ille scribit cap. sui Vitellij 14. nullis tamen infensior, quàm vernaculis, & Mathematicis. Macula est in voce, vernaculis, quæ nihil ad rem facit, quod non attendit Beroaldus, & veraculis legi debet, aut veticolis. Vt enim olim veratrices dicebantur Magicæ mulieres, & Sagæ, sic & in hominibus, veraculi dicti, qui se dicere vera profitebantur. Hinc Apuleius in Asino li. 9.
N magnaque cura requisitam veratricem quandã fœminã, quæ deuotiunibus, & maleficiis, quoduis efficere credebatur, multis exurat precibus: nam & verare, est proprium vatum vocabulum: Ennius apud Agellium 18. lib. cap. 2.

Satin' vates verant ætate in agunda?

Ex quo etiam veratrum elleborum nuncupatum, quod eo insani purgabãtur, quoniam vera, vt dicerent, efficiebat: quanquàm alij à vertenda mente nomen accepisse volunt: Veratores autem, & Veratrices pro insanis habebantur: Vericoli, seu Vericolæ eandem ob caussam dicti, vt Iudæi cœlicolæ dicuntur apud Imperatorem, quia vt Iuuen. Sat. 14. ait.

Nil præter nubes, & cæli numen adorant.

Falsa videlicet opinione Ethnicorum: hinc & faticolæ, & faticolariæ viri, mulieres in Italia corruptè nunc appellati Fatucchiari & Fatucchiare, id est, Sagæ, & Magi: illa tamen Apulelj loco, nihil veteratricem prohiber legere. Ergò Philosophis, cæterisque litteratis hæc aduersa contigerunt: tunc quidem meritò, cum non vt Sophi viuerent, sed vt asoti: Scitè enim Saluianus li. 4.
P de vero ind. & prouidentia Dei, dixit, nihil est Philosopho turpius, vitia obscena sectanti, quia præter eam deformitatem, quam vitia in se habent, sapientiæ nomen plus notatur. Nunc autem immeritò, propter vanitatem Principum, auaritiam, libidinem, immanitatem, ἀμουσίαν: neque enim hic magnifaciendum puto, quod Plato voluerit à sua Republica Poëtas exulare: hoc enim variè, & multipliciter intelligi potest, & à nobis aliàs explicabitur.

Elegans notio verbi detergeo, alumnus quid significet, Diphthera, Rheno, Ariolus, Aruspex; quo differant seditio, & bellum.

CAPUT VIII.

DIVERSARUM erit hoc caput notarum mistura, quasi variorum generum Cinnus, copia, & varietate fortè non iniucundus. Elegans est verbi, detergeo, notio, nec vulgo doctis etiam, explorata, cum accipitur pro auferre, confringere, demoliri. Lucr. lib. 4. A

Nam certè iacier, ac tergeri multa videmus
Non solum ex alto—

Item:

—Et pabula amoris
Abstergere sibi—

Et lib. 5.

—Quoniam natura absterguit auctum.

Cæsar 1. de bello ciuili remos detergere pro cõfringere, aut abscindere, dixit. Tit. Liuius lib. 38. eodem modo vsus est, cum scripsit, asseribus falcatia detergebat primas, id est, auferebat, & deiiciebat, summas murorum partes, quæ, vt tori, eminent: Italicè Merli.

Nescio quid in mentem venerit oculato cæteroqui, & docto viro Laurentio Vallæ cap. 1. lib. elegantiarum 6. imperitiæ veterem Grammaticum Nonium notandi, qui Alumnum docuerit cum significare, & qui ab aliquo alitus est, & qui aliquem aluit, id est, actiuè, & passiuè sumi: ac in prima quidem notione cum Nonio sentit, dissentit in secunda, vt falsò tradita, & probat exemplis, quæ Nonius profert, confutatis, & secus explicatis, hoc est, ad primam significationem traductis: ego certè ambiguam video Nonij exemplorum esse explicationem posse: sed nihil ego Nonij exempla moror: debuerat vidisse Valla, non secunda notio aliis posset exemplis illustrari: ex Cicerone nulla habeo: habeo ad B defendendum Nonium, ex Plinio Seniore, & ex Cornel. Tacito, ille enim lib. 3. nat. hist. c. 5. de Italia: Terra, inquit, omnium terrarum alumna, eadem & parens nomine Deûm electa: Sanè, quæ terras omnes aluit, non quæ ab omnibus alita est terris, intelligenda. Tacit. de claris orat. si modò is est auctor. Est magna ista, & notabilis eloquentia. alumna licentiæ, quã stulti libertatem

vocant: perspicuè alere licentiam eloquentia dicitur: nam & Accursius satis sibi non constare indicat, quo sensu hæc Alumni vox accipi debeat L. Codicillis §. Qui Sempronium D. de vsu fruct. leg. §. L. Qui institu. quibus ex caussis man. non licet, & l. 1. C. quæ res, pignor. obl. scillicet, an de eo, qui alit, vel qui alitus est. Iure autem Nonius obseruat à Virg. 7. Aeneid. alumnum accipi pro filio, & 11. pro domino, quasi velit secundū hunc locum indicem esse significationis actiuæ, primum autem passiuæ.

Diphthera pellis est, propriè quidem caprarum vt aiunt Grammatici, quanquā vix eis credo: αἰγὸς enim propriè caprarum est, quæ & αἰγίς: itaq; non erit omnino vera Ammonij differentia μαλωτὴν inquientis esse propriè ouis pellem, διφθέραν caprarum: quare Plut. in problem. & Lu-
C cianus aliquoties διφθέραν λευκὴν, & c. vsurpant, & omne membranarum, ac pellis genus διφθέραν vocatam scribit Herod. lib. 5. cum narrat, Iones solitos nominare libros τὰς βίβλους, quòd olim, cum rara apud eos papyrus esset, vterentur pellibus caprarum, & ouium: addit, ob librorum penuriam, caprinis & ouillis pellibus vtebantur, adhuc mea ætate Barbari multi in eiusmodi pellibus scribunt. Et ex vetusto scriptore Suidas in diphtheris id. pellibus, eorum sententias scribens Hermio mittebat ad hostes. Et Plut. lib. de facie in orbe Lunæ, διφθέρας ἱερὰς, sacras membranas, & codices nominat, in quibus essent conscripta mysteria: qui etiam magna sanè metaphora, in Græcis quæst. διφθέρας χαλκᾶς æreas laminas vocarit, & Hesychius vniuersè διφθέραν exponit, pellē corium: nam & coriaceus saccus, id est, bulga nuncupatur à Plutarcho in 7. sap. conuiuio διφθέρα, vt ab Athen. libro 12. tentoriorum pelles, quæ loco sunt σκηνῶν in militia, διφθέραι:
D pelles tentorias in Claudiu dixit Pollio Trebell. quo modo vsus est Arrianus in Ἀναβάσει Alexandri lib. 1. cum transitum describit Istri.

Librorum etiam integumenta sic appellata. Luc. de mercede conductis. omnes enim exactè sunt similes pulcherrimis his libris, quorum quidem aurei sunt vmbilici, purpureæ verò exteriores pelles, siue integumenta, siue coria. Et apud Cyprios, teste Hesychio, & aliis, διφθεραλοιφὸς, γραμματοδιδάσκαλος exponitur, id est, Abecedarij magistri, non, vt Lilius Giraldus 16. de nauigiis cap. putauit, quod hac veste litterarum magistri vti solerent; sed quod in scribendo illinunt, atq; induerūt characteribus exaratis membranas, seu papyros, & in Laodiceno Concilio cap. 15. is qui ἐκ τῆς διφθέρας in Ecclesia legit, intelligitur, qui ex membrana, siue ex libro legit: qua etiam ratione Theodoretus in Eccles. hist. locutus est adnotante Budæo in comment.

Sic & Cic. 24. epist. 13. ad Atticum lib. 7. διφθερίας libros vocauit, quòd videlicet membranis, ac pellibus tegerentur: aut membranis constarent; Pollux item adhibet διφθέραν ad naues, vt &
E Suid. idemque esse cum alcomate, aut ferme, siue pellem scamno assutam ad repellendam maris aquam; siue lorum, quod remum continet, scalmo adiunctum: Et longè antè Herodotus Clio, admiratus est naues fluuiatiles ex corio, & pellibus fieri, quas cæsis circumponunt salicibus forma scuti διφθέρας στεγασμένας ἔξωθεν ἐδάφεος τρόπον; & βαίτη διφθερία dicitur Amalthææ capræ pellis, in qua res hominum Iupiter exararet: pastoricium ex pellibus indumentum Rhodig. lib. antiq. lect. 16. cap. 9. scribit. Verum sanè. At hoc non solum, vt demonstratum est: certè 4. libro apud Iul. Pol. διφθέρα sumendæ inter comica, & tragica indumenta cap. 18. & 19. διφθερίας χιτὼν inter comicas, tragicasque personas: & εἰσέλθης διφθερίας. qui ruri vitam senex degebat, & opus ibi faciebat, & cap. 45. lib. 10. καὶ βαίτας δὲ τὰς τῶν ἀγροίκων διφθέρας ἐν τοῖς γυναικείοις μίμοις ὁ Σώφρων ὠνόμασεν. & bætas rusticorum pellea in muliebribus mimis vocauit Sophro. F

Varro 2. de re rust. lib. vt fructum ouis è lana ad vestimentum, ita capra pilos administrat ad vsum nauticum & ad bellica tormenta (tomenta melius) & fabrilia vasa, & quædam etiam nationes harum pellibus sunt vestitæ, vt in Getulia, & Sardinia; cuius vsum apud antiquos quoq; Græcos fuisse apparet, quòd in tragœdiis senes ab hac pelle vocantur διφθερίαι: antiquissimum omnino vocabulum est διφθέρα, & vsus vetustissimus, cum etiam pelliceas tunicas à Deo factas Protoplastis nostris antiquissimus omnium scriptor Moses 3. Gen. narret: quare & pastoricium indumentum. Varinus ἐν τῷ δέρματι interpretatur ex Schol. Nub. Aristoph. quæ dicatur ab Hippocrate, immò & ab Atticis ἰσίλη. siue ἰξάλη nam ἴξαλος, est capræ, siue capri, aut hirci epitheton apud Hom. Gal. interpretatur in explicatione perfectæ capræ corium, vel pellia.

Etymon inuestigaui diu, nec inuenire potui, quod esset verisimile: mihi instar est monstri, quod magni etymologici scriptor comminiscitur: exponens enim διφθέραν βίβλον dictam coniectatur quasi διφέραν, hoc est, τὴν ἐν τοῖς δύο φέρουσαν γράμματα: ac si esset opisthographus, qui dicitur liber: quoniam ab vtraque parte membranæ scribebantur. G

Non est dissimilis à diphthera notionis Rheno, quæ tamen vox non nisi ad indumenta vsurpatur, & quidem ex villis non rustica solum sed vrbana etiam: 6. de bel. Gal. Cæsar, Gallos vti paruis Rhenonum indumentis tradit, quas Isid. lib. orig. definit. velamina humerorum, & pectoris vsque ad vmbilicum, atque intortis villis adeo hispida, vt imbres respuant, quos vulgò reptos vocant, eo quòd longitudo villorum quasi repetet: De quibus Sallustius. Germani intectum Rhenonibus corpus tegunt. Qui Grammatici à tegendis renibus dictos volunt, ij mihi ridiculi videntur. Isid. à Rheno Germaniæ fluuio nominatos probat, quòd iis illa natio frequenter vte-

H rerur, & quia Rhenum fluuium cum h. ſcribit Rhenonem ſequi eandem legem putar: Verum ſi fluuius cum h. non eſt ſcribendus, nec Rheno dicendum, ſed Reno.

Stultè autem facere qui Rhomam cum h. ſcribunt, obſeruat primo libro de cauſsis ling. lat. cap. 45. Scaliger: At ſtultius, qui etiam Rhenum fluuium: eius hæc ratio eſt. Neque enim, inquit, Germani ei elemento apponunt flatum vllum: leniſsimè enim ſua lingua pronũtiant, Iudicem Richter/& annulum Ring/& equum Roß/& alia: neque par eſt nobiliſsimę gentis fluuium à Græculis rationem nominis accepiſſe: ſed qua nunc voce pruinã appellant, fortaſſe aquam omnem gelidam, atque inde etiam Rhenum nominarint. Si Græca vocis ſit deductio à *ῥὴν ῥηνὸς*, quod ouem ſignificat, ſiue agnum, deriuabitur non à *ῥινὸς ῥινοῦ*, quod pellem: Vnde Hom. Iliad. 21. *ῥινοὺς ἀσπίδας* nominat, *ὅτι* ſcribit Schol. *ἐκ βοείων βυρσῶν οἷον*: neque enim Rheno diceretur, ſed Rhino, & cum adſpiratione, quemadmodum ſi deducatur à purgatione, Renus fluuius ſine adſpiratione ſcribendum: ſanè accolarum ſermone Reyn puros dicitur: purgatorem autem eſſe Renum, aliâs docebo.

I Quę verò gentes veſtibus ex pelle confectis vterentur, exponit cum Alex. Neap. dier. Gen. lib. 5. cap. 18. Tiraq. in ſemeſtribus ad ipſum. Hariolum ſcribit Don. vetus, & celebris Grammaticus in Phorm. Ter. act. 4. & quaſi Fariolum à fando putat appellatum: olim enim H. per F. pronuntiabatur, vt hanum pro fanum: qui nunc mos eſt Hiſpanorum, apud quos fecho, & hecho pro eodem vſurpantur, & ſimilia, & quod per h. iſti efferunt, Luſitani per f. pronuntiant, hablare, falare: hio, fio: nam & illi pro ferro, hierro; pro fumo, humo dicunt: vel à fatis quia ſcilicet quæ ſint fata, Deorum nempè voluntas, reſponſis tradunt: vel ab halando, quia halitu ſolent excludere velut mortalem animam, vt diuinam recipiant: amplectitur iunior Aldus in ratione orthographię, vt doceat per h. ſcribi, vt & vocis haruſpex: K qui ab haruga nominatur, nam haruga hoſtia dicitur ab hara in qua concluditur, & ſeruatur: hara autem eſt, in qua pecora cuſtodiuntur: propriè, vt ait Non. in qua porci: quæ deductio ita Pontano primo de adſpiratione lib. probatur, vt mirer, cur homo doctiſsimus ab hara deduci ſcribens, adiungat, quę auem ſignificat. Certè ab ara, in qua rem diuinam faciebant, non ſolum tempore, ſed etiam adſpiratione differt: ſi cum h. ſcribatur vtrumque vocabulum, quid mirum, ſi vtriuſque ratio deducatur ab harunga?

Quod ſi Ariolus, & Aruſpex, ſcribatur ſine h. vel ab arunga dicetur, id eſt, ab hoſtia, quæ ad aram mactatur: vel ab ara ipſa, à qua Iſidorus duci tradit lib. orig. 8. quòd circa aras idolorum nefarias preces emittant, & funeſta ſacrificia offerant, iiſque celebritatibus Dæmonum reſponſa accipiant: Et S. Greg. 6. lib. expoſit. in 1. Regum librum: ſed ſi ab ara, inquit, dicebantur Aridi, eo quod reſponſa percipere conſulendo conſueuerant, &c. quæ mihi magis propria videtur eſſe ratio, vt minus propria Aruſpicis, ſiue haruſpicis, quam idem tradit Iſidorus, quod quaſi horarum eſſent inſpectores: quia dies, & horas in L agendis negotiis, operibuſq; cuſtodiunt, & quid per ſingula tempora obſeruare debeat homo, intendunt: qui certè vel ab harungis inſpiciendis dicitur, vt extiſpex, ab extis inſpiciendis, vel ab ara in qua exta victimarum ad futurorum prædictionem inſpiciebant.

Quo differant ſeditio, & bellum, belle exponit, & verè Socrates apud Plat. Dial. 5. de Rep. hoc ſermone, Videntur mihi, vt & appellantur duo hæc vocabula, bellumq;, & ſeditio duplici ſelungi differentia: ſunt verò exterum, & domeſticum: quæ inter domeſticos eſt inimicitia, ſeditio eſt ac nominatur: quæ inter exteros bellum. Quid verò ſeditionem efficiat, lib. de leg. 6. explanat: Serui enim, ac Domini nunquam erunt amici: inæqualibus enim æqualia fiunt inæqualia, niſi modum accipiant: nam propter hæc vtraque replentur ſeditionibus Reſpublicæ: Verus enim, qui olim ferebatur ſermo, æqualitate gigni amicitiam, rectè ſanè atq; eleganter: ex ignoratione autem æqualitatis turbas oriri docet.

Nominis autem *στάσεως*, ratio quæ ſit, non eſt facile explicare: nomẽ ex eo fortaſſe inuenit, quod M pars vtraq; factionis, ſiue auctores, ſtent alter aduerſus alterum & quaſi ſuam ab alia quiſque habeat *στάσιν*, id eſt, ſtationem: longè autem difficilius eſt latinæ vocis naturam docere: idem in Sophiſta, non aliud eſſe *στάσιν* conficit in Rep. quam morbum in corpore: ita enim loquitur *νόσον ἴσως καὶ στάσιν οὐ ταὐτὸν νενόμικας*; mox, *πότερον ἄλλο τι στάσιν ἡγούμενος. ἢ τὴν τοῦ φύσει ξυγγενοῦς ἔκ τινος διαφθορᾶς διαφοράν*; reſpondet Theætetus *οὐδέν*. & 4. de Rep. lib. opulentia demonſtrat, atq; inopia ſeditiones gigni, rerumque nouarum ſtudium. *πλοῦτός τε, ἦν δ' ἐγώ, καὶ πενία· ὡς τοῦ μὲν τρυφὴν καὶ ἀργίαν, καὶ νεωτερισμὸν ἐμποιοῦντος, τοῦ δὲ ἀνελευθερίαν καὶ κακοεργίαν πρὸς τῷ νεωτερισμῷ*. Num aliud quid opinatus ſeditionem eſſe, quàm ciuis, quod natura cognatum, ex aliqua differentia, corruptionem? nihil. Opes, inquam, & egeſtas, quòd illæ quidẽ molliciem, & ocium, & rerum nouarum ſtudium ingenerent; hæc verò illiberalitatem, & improbitatem, præter nouarum rerum ſtudium.

Halterum, & Alcterum, quæ differentia, & quæ forma, ex eo quædam ſcriptorum loca emendata.

CAPVT IX.

A OMNINO Halteris, & Alcteris vox diuerſa eſt, diuerſaq; ſignificat; licet ab imperitis, vel imprudentibus confuſa. *Ἀλκτήρ*, is, qui auxilio eſt, dicitur

citur, vt ſępe Mars ab Homero, & Heſiodo, itemque alia. Vlix. 14. ἄκον κυνῶν ἀλκτῆρ, id eſt, telum ad arcendos canes Iliad. 18.

Αἰκέν τοι σὺν τευχῶν ἄρεος ἀλκτῆρες ἔσονται.

Heſiodo in ſcuto.

Θώρηκα δ᾽ ἀμφ᾽ ὤμοισιν Ἄρεος ἀλκτῆρα σιδήρου,

id eſt, ferrum arcens, & adiumentum præſtans, id eſt arma, Schol. ὑπερασπιστικοὶ τῶ πολέμου, à verbo ἀλκεῖν, vnde ἀλκτῆρες: ea vocantur adminicula, quibus nituntur ij, qui foſſam, vel latum aliquod ſpatium tranſiliunt; vt ſunt haſtæ, pali, furculæ: quod genus exercitationis ab Artemidoro cap. 59. 1. ὀνειροκρ. lib. vocantur ἀλκτήρια: qualia ſunt etiam, quæ manibus tenent libramenta, ac pondera funambuli: Sic L. Apuleius nominauit Alcteria ſui Aſini aurei, lib. 11. auxilia, quibus nomen dedit proprium Deæ ſummatis auxilians Prouidentia. Cum verò ἄλλεσθαι ſit ſalire, ſiue ſaltare, hinc dicuntur ἁλτῆρες, quaſi ſaltatorij, id eſt, B inſtrumenta ad ſaltandum accommodata: Et facillimum fuit propter ſimilitudinem, traducere vocem vnam in alteram, ſed ἀλκτῆρες videntur fuiſſe, cum foſſa, ſeu locus vacuus ſaltabatur, medium ſcilicet inter duos terminos plenos vacuum, vt vnus eſſet, à quo fieret ſaltus initium, alter ad quem, is, qui ſaltabat, perueniret, tunc enim opus erat, ne in vacuum decideret ſaltator, Alcteribus, vel adminiculis, quibus fulciebatur, ac librabatur in aëra ſaltantis corpus; Ἁλτῆρες verò, cum ſaltabatur quidem, ſed in loco, vt ego quidem puto, pleno, ac ſolido, vel cùm in latum fiebat ſaltatio: erant videlicet pondera, quæ manu C à terra ſuſtollebantur; iactabantur etiam: à quo verbo hallux latinis eſt dictus pedis digit', quòd ſuper proximum digitum ſaliat.

Obiicies nullum fuiſſe horum vſum in ſaltando, cùm his ponderibus maximè impediretur ſaltus, quòd pondere ſalientis corpus nimium premeretur. Ego reſpondeo, primùm, id fieri ſolitum non tam ad commoditatem ſaltus, quàm ad exercitationem corporis, vt ſaltans iis preſſus ponderibus, in ſaltando plus experiretur laboris, dum, & vires ad ſaltum quęrendę eſſent, & ad geſtationem, motumque ponderum.

Quod genus exercitationis propterea durum, ac vehemens ex Galeno, Antyllo, atq; aliis habitum fuiſſe demonſtrat Hier. Mercur. Medicus præſtantiſsimus, atque eruditiſsimus cap. 9. lib. ſuæ Gymnaſticæ 5. vtile tamen, ſed non omni, vt ego opinor; verum duræ, ac robuſtæ corporis D conſtitutioni: de quo genere fuſius agit cap. 12. lib. 2. adiungit ex doctrina Ariſt. Summi Philoſophi, & eius diſcipuli Theophraſti, illius quidem lib. περὶ ζώων πορείας, ca. 3. huius lib. περὶ κόπων, primum hoc tanquam iacto fundamento, eſſe aliquid in vtroq; genere mutationis, ac motionis, quo nitatur corpus ſe mouens, quod ſi ſubtrahatur, ſe non mouebit ver. gr. ſaltans, ſaltum propterea facit, quia ſibi ipſi parte ſuperiore nititur, & ſubiectam habet partem, cui pedibus inſiſtit: ex quo vſum Halterum deducit his verbis. Ratio eſt, quòd plus habent fulcimenti, nam quaſi nituntur Halteribus, licet ſint pondera: Halteres, inquit Pauſ. lib. 6. ſiue poſter. Eliac. ſalientium ſunt firmamenta: tametſi cauendum, ne pondere nimio vires corporis opprimant, ſed pro earum portione ſumantur: quam ob cauſſam Cælius Aurelianus lib. Chron. 5. cap. 2. in Ar- E thriticis monet, primo cerâ emolliant manibus, deinde manipulos teneant, quos Palæſtritæ Halteras appellant, eoſque primò cereos, vel ligneos cum paruo plumbo incluſo. Idem fermè Ariſtot. ſect. 5. Problem. 8. in hac quæſtione, cur maior ſentiatur labor, iactato manu inani brachio, quàm cum lapide. Inde Plut. lib. ſi gerenda ſeni Reſpublica, exercitij genus ſanis proprium Halteras eſſe indicat exercitationi corporis ægrorum opponens.

Hæc autem differentia eſt inter Alcteres, & Halteres, quod illi inter ſaliendû corpus minimè grauant, ſed iuuant, & quaſi dum geſtantur, geſtant, & ferè terræ infiguntur: Halteres verò tametſi corpori ſunt præſidio, vt ex Ariſtotele docui, premunt etiam, ſic tamen compacti, vt ab athletis tolli poſsint: & idcirco putat Philo ἐν τῷ περὶ ἰουδαίων διαλέξει, & ex etymologo citat Va- F rinus, ἀρτῆρες muta ρ in λ, id eſt, à tollendo, vel geſtando, geſtatores nominatos: ſic enim nominat Artemidorus libro 1. & παχυσκελὴ Manuum vocat.

Qua ſint forma, non conſentiunt auctores, & videtur cum temporum mutatione eorum etiam formæ facta eſſe mutatio. Methodius grammaticè, ad rem ipſam docendam non ſatis perfectè, quid eſſent, explicauit, cùm ita ſcripſit; Halteres ſunt opus quoddam, quo vſi ſunt, qui corpus eleuabant in gymnaſiis, à ſaltando, ipſum enim geſtantes, & circumferentes ſaltabant, C ſatis tamen ad Iani Cornarij in ſecundo Galeni περὶ τῶν. libro ſententiam explodendam confutantis, Budæum in Pandect. L. Athletas, opinantem Halteras pilas fuiſſe, ſiue maſſulas plumbeas, quibus vtraque ſe manu librarent, qui halmate, id eſt, ſaltu certabant, vt certius aſſilirent, quoniam, inquit Medicus ille, Halteribus non vtebantur ſaltatores, vtpote ineptis ad ſaltum, ſed Alcteribus, quibus adiuti commo- G dius ſaliebant: quem Ianum poſtea vidi etiam à Mercuriali reprehenſum cap. 11. lib. 2. ſuæ Gymnaſticæ.

Putauit, & indoctè putauit Ianus, fuiſſe maſſas lapideas, vel metallicas anſa, vel manubrio addito, quò ab athletis leuari commodè poſſent: quales ſunt, quæ vulgò vſurpantur in examinandis ponderibus. Et corrumpit Galeni, & Æginetæ Pauli nonnullos textus, vt citatos Ariſtotelis, & Lucianum in Anacharſi pro ἁλτῆρες ἀλκτῆρες reponens. Hic ego non repetam diſcrimen Halterum, quod ex Anthyllo apud Oribaſium tradit cap. 12. 2. ſuæ Gymnaſticæ lib. Mercurialis.

Eorum

Eorum figuram Cælius Rhodig. 14. antiq. lect. lib. cap. 4. fuisse vult, circuli dimidium oblongi, nec rotundi perfectè, hoc modo efformatos, vt manuum digiti inseri possent veluti per lorum fine habenam, aut ansam, & ea Pausania videtur accepisse lib. 5. id est, priore Eliacorum narrante, Smicythi cuiusdam dona, inter quæ & Agonis, id est, certaminis, ipsius tanquam Dei cuiusdam signum Halteras gestantis, id est, vt conuertit Romulus Amasæus, athletarum libramenta, circuli oblongiore figura illa quidem non prorsus in ambitum circumducta: nam qua parte manibus prensantur ansulas habent, intrà quas digiti, vti intrà clypeorum lora immittuntur. A quo parum aut nihil dissentit, Cælius Aurelius loco allato, cum Halteras vocat manipulos ex variis materiis, modo leuioribus, modo grauioribus confectos: nam manipulos propterea vocat, quia, vt Pausanias scribit, manu tenerentur per ansulas, intra quas digiti inserebantur: vt non videam, quid inter hos duos scriptores discriminis agnoscat Mercurialis: qui tamen rectè, vt opinor, adiungit, non solis manibus, sed etiam funiculis teneri solitos, qui quidem ipsis Halteribus, circumfusi essent: hoc enim est vero simillimum, & indicat eo versu Martialis lib. 7. epigram. 66. Halteres agili rotat lacerto. Quanquam Martialis meus ex Sebastiani Gryphij prælo habet, fortasse bene. Alternos facili rotat lacerto. & lib. 14. epigram. 49.

Quid pereunt stulto fortes Haltere lacerti?
Exercet melius vinea fossa viros.

Quod non est necesse fieri in transponendis, & mutandis ex vna in alteram manum Halteribus; nam ad iactandum secus fortasse eueniebat, quàm de quibus hi duo veteres Pausanias, & Aurelianus loquuntur, & tacitè nescio quis Satyricus. Iuuen. Sat. 6.

Et lassata manu ceciderunt brachia massa.

Illi sunt Halteres, quibus vult membra exerceri Galenus cap. 2. eatr. lib. 4. de composit. medicamentorum κατὰ τόπους. Si fuerit crus affectum, vt videlicet saltando corroboret: vt cursu eum vult exerceri, cuius superiores partes sunt affectæ: isti quibus corpus vult fatigari, libro de tuenda sanitate 2. cap. 8. ferè initio, & cap. 9. aut 10. cum à saltu distinguat, & capite 11. cùm ita loquitur. Sunt & qui depositis antè se Halteribus, qui vnius vlnæ spatio distent, ipsi medij se inclinant, & attollunt dextra quidem eum, qui ad sinistram est, contra sinistra, qui ad dextram: tum in suum vtrumque locum referunt, & hoc identidem faciunt iisdem vestigiis insistentes: ad hos etiam refertur is Halterum vsus, quo docet superiores corporis partes exerceri in his, qui imbecillioribus sunt cruribus capite tertio libro quinto.

Ex his iam perspicuum est pessimè eos facere, qui in iis Galeni locis pro Halteres, alteres putant reponendum, & capite maximè decimo cit. vt æquius assentiri debeamus Mercuriali, si quando ἀλητῆρες reperiatur, esse reponendum, ἁλτῆρες, cum vox prior, vix apud vllum scriptorem in hac notione inueniatur: quomodo existimo fieri iniuriam Luciano cum pro ἀλητῆρες in Anacharsi, ἁλτῆρες supponitur; cum hic ἀλητὴρ sit Orchesticæ, siue saltationis παιδιᾶς genus Sicyoniis, Ithacensibusque familiare, vt est apud Athenæum libro 14. cap. 12. fortè, quod vagum esset, & valdè mutabile: hoc enim est ἀλητεύειν; vel quòd nomen acceperit ab ἀλητεία, id est, mendicitate, siue erroribus Vlixis, vt non malè coniectatur idem Mercurialis: Erant etiam ἑλικτῆρες aliud, hoc est, mulierum circa aures ornamentum, cardines, aut inaures, apud Poll. lib. 5. ca. 16. & lib. 7. cap. 22. conuertit interpres.

Cur Cimon Atheniensis in exilium pulsus: an eius filius Miltiades: Ætates Comœdiæ tres.

CAPVT X.

ANDOCIDES in oratione, quam habuit aduersus Miltiadem, narrat Cimonem exilio damnatum tanquam legum, & iuris contemtorem, maximè verò, quod simul cum sua sorore habitabat, id est, rem habebat, huic nomen erat Elpinicæ. Et Plutarchus in eius vita famà creditum affirmat, & à quibusdam dictum, non clam, sed palam, contractis nuptiis cum ea fuisse, caussante rei domesticæ inopiam, ob quam dignum sua nobilitate maritum non inueniret: repetit libro de sera numinis vindicta, ad Principem ineruditum, & in præceptis connubialibus, quod Cimonis flagitium notat etiam S. Cyrillus 6. aduers. Iulian. libro & tandem exilij caussam reddit Schol. Arist. equit. ostracismi pœnam eum subiisse commemorans, quasi sorori suæ condormiret, & calumnia traductum apud ciues. At Plut. aliam exilij caussam esse voluit, quòd plurimùm studeret, faueretque Lacedæmoniis, & repetit in Pericle, & Suidas in voce κίμων.

Quod verò Probus in libello de vita Imperatorum, si modo is est auctor, ac non potius Cornelius nepos, quod se suspicari Paulus Manutius Mediolani aliquando mihi retulit, Cimoni turpe non fuisse sororem germanam in matrimonio habere, obseruat, falsum esse deprehendisse cap. 1. lib. var. lect. 7. videri potest M. A. Muretus, cuius argumento duplex addo testimonium, Athenæi & Plutarchi; hic enim scribit Cimoni datum ab inimicis probro concubitum sororis, eamque fuisse caussam cur in adolescentia malè audiret: non igitur verum hoc fuisse institutum Atheniensium, vt Probus ait. Ille autem lib. 5. cap. 14. solitum refert Alcibiadem ab Antisthene calegem nominari, quòd cum matre, filia, sorore, Persarum more, congre-

deretur:

deretur: & cap.13. lib.2. Cimonem contra leges cum forore sua rem habere consueuisse, quam deinceps concesserit Calliæ, reuocatum deinde ab exilio, ope ac studio Periclis, collocasse, vt reditus mercedem, cum Pericle.

Quæ postrema Athenæi verba accuratè sunt obseruanda; neque enim videntur vera: nam ex C Plutarcho, Pericle, ac Cimone Anum fuisse Elpinicem constat, cum in exilium frater abiisset Cimon: à populo enim capitis postulatus, iussusque Pericles eum accusare contrà uitente Elpinice, Pericles his eam verbis repulit. Maior es natu, ô Elpinice, quàm vt rem tantam posais impetrare. Insurgentes clamoribus, & populum exasperarunt, refricantes illa de sorore eius crimina, & studium obiicientes Lacedæmoniorum: in quæ illa quadrant Eupolidis decantata de Cimone carmina.

Malus ille quidem non fuit, sed negligens
Potator, atque Lacedæmone dormiens
Sæpè Elpinicem hanc dereliquit solam.

Idem cum subacta Samo, Athenas reuertisset, eiusque res gestas præ Cimonis fratris sui extenuaret Elpinice: hoc el versu Archiloche, respondit: Ne corpus vnguentia, Anus, tuum linias. At Minutius Felix in Octauio, Athenis morem, aut ius fuisse prodit, eum sororibus legitima connubia iungendi; quod etiam Schol. Aristot. Nebulis obseruat ad hæc verba: Qui inibat frater cum esset, ô, Hercules, ex eadem ma-D tre sororem: quoniam verò apud Athenienses fas est, docere ex patre sorores, ad amplificationem sceleris, adiunxit, ex eadem matre, scilicet vterinam; Num vero esset ὁμομήτριος Elpinica Cimonis, quærendum: quanquam absque controuersia erat.

Declarantur hæc ex Apocolocynthosi Senecæ à Turnebo 18. aduers. lib. cap. 3. Quære, quære sororem tuam: stulte stude: Athenis dimidium licet, Alexandreæ totum, Athenis sorores fuisse in matrimonio fratrum legimus. & Alexandreæ Ptolemæi suas sorores incestarunt: immo omnium sororum nuptias Aegyptij legitimas habuerunt libro de special. leg. Philo. At Aegyptius ridens vtriusque Atheniensis, scilicet, ac Lacedæmonij simplicitatem, & semiperfecta placita, laxauit libidinem, & auxit in corporibus, animisque insanabile malum intemperantiæ, permissa licentia ducendi sorores, si-E ne per alterutrum parentem, siue per vtrumque cognatis, &c. ita interpres. Athenis verò, vterinas non licebat; germanas licebat, eodem scilicet patre natas, non eadem matre. Idem Athenæus solo permittit sorores ex patre ducere, vetuit ex matre. Contrà, Lycurgus vterinarum nuptias permisit, germanarum incestas putauit.

Quæ autem leges, consobrinorum matrimonia concesserint, quæ vetuerint, Fornerius in notis lib. 7. var. Cassiodorus ad epistolam 26. & Iustus Lipsius commentario in 11. libro annal. Tac. obseruauit: vt mores, ac leges multarum nationum Alexand. Neap. libro primo capite 24. & ibidem Tiraquell. idem latius in 7. l. connub. gl. 1. p. 7. lib. de leg. connub. obiter not. ex Herodoto libro tertio, primum apud Persas Cyri filium Cambysem sororem suam vxorem duxisse ὁμοπάτριον, καὶ ὁμομήτριον, exinde omnibus Persis licuisse: Iure quæri potest, num Cimonis filius Miltiades fuerit, & quidem Plutarchus in Pericle indicat non fuisse, Cimonem tradens filios habuisse, quorum nomina non gentilitia, sed peregrina forent, hoc est, Lacedæmonium, Thes-F salum, Eleum, qui matre etiam Arcadica credebantur orti: & in Cimone patrem nominat Miltiadem, matrem Hegesiphylem, & lib. de amore filiorum, vt & Seneca lib. declam. 9. declam. 1. docens filium Cimonem Vicarium, se pro patris Miltiadis corpore, qui in carcere decesserat, dedisse, & à Callia redemptum, eique filiam collocasse.

Sed Pausanias in Atticis, hoc est, lib. 1. Cimonis filium Miltiadem facit his verbis, ex Domitij Calderini tralatione: Seorsum tumulus Miltiadis Cimonis filij, qui demum mortuus est, cùm prius Paron non tenuisset, eoque nomine in iudicium venisset: Et Herodotus lib. 6. Miltiadis patrem nominat Cimonem, ipsemet Plut. à seipso dissentiens lib. περὶ φιλοστοργ. ita loquens ὡς τὸν ἐυξυμάθοντα, Μιλτιάδην τὸν Κίμωνος.

Sed conciliantur ij scriptores à Suida, qui vtrumque affirmat in vocibus κίμων ὁ Μιλτιάδου, G & Μιλτιάδης ὁ Κίμωνος. ita ergo hic soluitur nodus: scribit in Cimone Plutarchus. Cimoni Miltiadis filio, auum fuisse Cimonem, eum qui ob stoliditatem, aut stuporem nomen inuenit Coalemi; quanquam proauum nominat Eustathius. Huius ergo Cimonis aui Miltiades Cimonis pater, rectè filius à Pausania scribitur, qui de aui nomine Cimonem filium nuncupauit: Sic ergo Pausanias lib. 2. siue in Corinth. Cimonem Miltiadis filium nominat, & lib. 3. hoc est, in Laconicis, Miltiadem Cimonis filium, atque ita celebris illius Ducis Miltiadis Cimon non minus celebris filius fuit, sed Miltiadis pater Cimon alius fuit nomine Coalemos: quare Valerius etiam Maximus lib. 5. cap. 3. & 4. celebrem Cimonem, celebris facit Miltiadis filium.

Alter ergo fuit Cimon Miltiadis pater, quem filium Stesagoræ facit Herodotus libro sexto qui coactus propter Pisistrati tyrannidem Athenis fugit, cuius filius Cimo fuerit, qui pro patre damnatus pœnam exsoluit, vt Cimonem auum, Stesagoram patrem habuisse intelligamus: huius item Miltiadis filium, quendam nominat Metiochum. Ibidem Herodotus non ex filia Holori Thracum Regis, quē Triremium Præfectum, & à Phœnicibus captum, atque ad Regem Persa-H rum

rum Darenum deductum, & humanissimè acceptum, atque habitum commemorat.

Tres omnino fuerunt ætates comœdiæ, vetus vna, cum apud Athenienses Imperium esset penes populum, cuius auctores Sannyrio, Eupolis, Cratinus, Aristophanes, Phrynichus, pleriq; alij, in qua magna reprehendendorum vitiorum licentia nominatis etiam personis: altera media, quæ ante nouam, vt Scaliger notat historico suo ca.7. extitit, nomen tamen non nisi post nouam, accepit, quia inter illam veterem, & hanc nouam intercessit, vtriusque habens aliquid. nam sublatus fuit ab eo chorus, cuius erant partes, quos liberet, conuitiis lædendi: Tertia fuit noua sub Alexandro, cum induci Athenis paucorum cœpit dominatus: Mediæ Principes extiterunt Philippides, Strato, Anaxilas, Mnesimachus, Alexis, & alij, vt in noua, illustres duo illi Philemones, pater, & filius, Menander, quo paulo senior Philemon pater: hic enim sub Alexandro, Menander sub Ptolemæo Lagi filio floruit, vt Suidas

I narrat: quibus quidem Cocalum fabulam Aristophanis, ad nouę comœdię inuentionē, filum, ac regulam fuisse, ex antiquis tradit Scaliger: hos duos ita comparat Demetrius περὶ ἑρμηνείας, vt Menandri fabulæ, potius in scena recitarentur, quòd magna erat in fabula dissipatio: Philemonis autem domi potius legerentur, propter insignem compositionis ordinem, ac dispositionē: sic illæ magis placebant in scena, magis istæ domi, Philemonem tamen prauis sui temporis iudiciis Menandro prælatum Fabius tradit lib.10. cap.1. qui omnium tamen consensu credi meruerit secundus.

Neque Robertello accedo, in sua explicatione de comœdia, nouæ auctorem facienti Menandrum, quæ laus est Philemonis: Paulò enim senior fuit Menandro. Idem commentario in Arist. Poët. obseruat, quoniam nomina imponere docet Aristoteles solere comicos, hoc verum esse in comœdia noua, non prorsus in vetere, in qua ferè natiua nomina retinebantur: nouam comœdiam Arist. temporibus nondum extitisse

K purat, sed Aristotelē eam omnino complexum, qualis futura erat, id scripsisse. Mihi satis est Philosophum fuisse Aristotelem, ne faciam vatem, ac diuinum: certè cum sub Alexandro, comœdias dederit Philemo, noua comœdia debuit fuisse, ætate Aristotelis, qui post Alexandri mortem vixit. Menandrum autem cum Aristophane præclaro confert libello Plut. præfert.

De vitiis verò atque origine comœdiæ omnis, acri vir iudicio, & eruditione singulari Iac. Mazonius, abundè scripsit lib.2. defensionis Dantis, quem Italicè conscripsit, cap.26. & 27.



Festi dies in natalibus Principum, qui, & quæ vota apud veteres.

CAPVT XL

IN Decennalibus, & Vicennalibus Imperatorum, quinquennalibus item, dies festi olim traducebantur. apparet ex Panegyrico Nazarij A
Rhetoris: fiebant enim in eis vota pro salute Principis 3. die post Kal. Ianuarias: constat id ex l. si calumnietur §. post Kalēdas D. de verb. signif. quando singulis annis vna libra auri in 72. solidis obrizis, ipso anni principio offerri consueuerat C. Theod. de oblat. vot. lib.7. in fine C. Iust. lib.12. tit.48. Hæc vera sunt Christianorum Imperatorum temporibus.

Sed veteres quamplurima vota pro Principe nuncupare consueuerant: iaciebant collectam, stipem ex voto nuncupato pro salute Principis in Curt. lacum, vt Alex. obseruauit lib.3. cap.22. dierum Genialium. Suet. in August. cap.57. Tertull. cap.12. de corona militis, verba, & ritum ea vota nuncupandi, exponit. Ecce noua votorum nuncupatio: quid videtur? prima in Principiis, id est, domo Principis. Secunda in capitoliis. Addit, hunc tibi Iupiter bouem cornibus auro decoratum vouemus esse futurum, vel potius facturum: quem Idololatreæ ritum fortassè in auri oblationem commutauit Constātinus Magnus. Et quidem anniuersaria celebrabantur ob diem Imperij, cum ad Imperium Princeps assumtus esset, de quibus L. omnes. C. de fer. Imperatori Vespasiano diem Imperij fuisse Kal. Iuliis, B
eumq; in posterum celebratum proditur. Item ob salutem Principis à sacerdotibus, & Coss. l. cit. si calumnietur: ea cura in Prouinciis erat Præsidum, qui commilitonibus, & prouincialibus præibant, vt lib.10. epist. auctor est Plinius: quanquam Tacitus lib.4. sentire videtur, ea vota non post 3. diem Kalendarum, sed Kalendis ipsis suscipi: & Tiberium ægrè tulisse narrat, quòd Pontifices, cùm proeius incolumitate vota susciperent, ipsis Diis, filios quoque Germanici commendassent: sed & lib.16. Thraseæ ab accusatore obiectum scribit, quòd principio anni solemne iusiurandum vitaret, & votorum nuncupationibus non adesset, quamuis quindecimuirali sacerdotio præditus. De interiurādo nullum nunc verbum, satis multa Iustus Lipsius, & eximia adnotauit notis suis ad hunc Taciti locum.

Votorum autem nuncupandorum ceremoniam, omnes pene celebrant historiographi, & C
præter hæc Taciti loca, illustre est illud 14. annal. lib. his verbis conceptum. Pontifices, eorumque exemplo cæteri Sacerdotes, cum pro incolumitate Principis vota susciperent. Suet. in Nerone cap.45. votorum nuncupatione magna iam ordinum frequentia, vix repertæ Capitolij claues: Plinius ad Traianum: solemnia vota pro incolu-

mitate

mitate tua, qua salus publica continetur, & suscepimus, & soluimus: quæ quidem solita in tabulis concipi & signari Suet. in Augusto cap. 97. indicat his verbis. nam se quamquam conscriptis, paratisq; iam tabulis, negauit suscepturum vota, quæ non esset soluturus.

Comprobantur hæc numismatum inscriptionibus, vt illa Imp. Cæs. L. Sept. Per. Aug. ex vno latere: & altero, vota publica suscepta. Item illa. Antoninus Pius Aug. ex altera, vota suscepta decennalia. Addatur tertia. Anton. Pius Aug. Cos. III. &, vota soluta Deo.

Concepta autem hęc vota, non Kalendis ipsis, D neque post tertium Kalend. sed 3. Nonas, Plut. in Cicerone tradidit, ac Iul. Capit. Plut. hac oratione. Editum in lucem dicunt Ciceronem prima die nouarum Calendarum, hoc est, Tertio Nonas Ianuarij, qua die nunc Magistratus vota faciunt, & sacrificant pro salute Principis. Capitolinus in Pertinace 3. Nonarum die. votis ipsis, tam autem erant solemnia, vt, cùm fierent, abesse omnis mœstitia deberet: hinc illud: Aelius Cæsar votorum caussa ab Adriano lugeri est vetitus. Addit in Apol. Tertull. cap. 35. tum solitos ciues focos, & choros in publicum educere, vicatim epulari, ciuitatem tabernæ habitu obolefacere, vino lutum cogere, cateruatim cursitare, ad iniurias, ad impudentias, ad libidinis illecebras. Siccine exprimitur publicum gaudium, per publicum dedecus? hæccine solemnes dies E Principum decent, quæ alios dies non decent? cùm ante dixisset, solemnia, eorum conscientia potiùs, quàm lasciuia celebrant: quibus verbis opponit Christianorum morem honestum immodesto Ethnicorum.

Ne tamen fallaris codicum errore. pro, choros, in Tertulliano, puta legendum esse thoros. tum quia mox sequitur, vicatim epulari, tum quia infrà eodem cap. dicitur. cultissimis, & superbissimis thoris, forum sibi diuidebant: sunt enim accipienda lectisternia, in quibus epulabantur, vt superius etiam, & cap. 4. lib. de Pallio, superbos dixerat Platonis thoros. Quod verò in principiis Imperij Iacobus Pamelius, intelligit de primo tempore, quo ineunt Augusti Imperium, nescio an defendi posit. Ego, vt dixi, puto accipiendum de Tabernaculo Principis in castris, quod principium dicitur: tunc enim ferè eligebantur in castris ab exercitu Imperatores. sicque prima vota pro illis nuncupari solita, in ipsis castrorum principiis suscipiebantur, hoc est, Principis tabernaculo, vnde vocabantur ad Imperium.

Solemnium item nomina accipienda, quæ fiebant incipiente anno, incipiente mense, vt idem loquitur Tertull. cap. 6. lib. ad vxorem.

Obserua item, cùm solemnia dicimus, tricennalia, quinquennalia, decennalia, & similia, F subintelligi vota, & quinquennalium quidem, quæ scilicet in quodlibet quinquennium suscipiebantur celebratis speciosissimis ludis, origo erat ex lib. Sybillinis. quorum præscripto temporibus Reip. difficillimis, ver sacrum vouebāt, si ad quinquennium proximum, res ita saluæ, vt tunc erant, forent: Cuius rei T. Liuius lib. 35. meminit, vt quinquennalium ludorum, & votorum in suis Panegyricis, Nazarius & Mamertinus.

Decennalium votorum rationem Dio in Augusto sic exequitur. Cùm Augustus Rempub. vellet restituere, omnibus reclamantibus, se non vltrà decennium imperaturum promisit: quo finito precibus populi adductus in aliud, atque aliud decennium distulit Imperium: ex eo mos relictus, vt qui successissent, tametsi perpetuam susciperent administrationem; singulis tamen G decem annis celeberrimos, & vouerent & exhiberent ludos, quasi renouationem sui Principatus: Primo decennio transacto in quinquenniū, deinde in alterum quinquennium, post in decennium imperium produxit, vt ostendit Comment. in lib. 5. Fast. ex Dio: Onuphrius: Quare quinto & decimo quoque anno reliqui Imperatores festos dies agebāt, quasi tunc Imperium renouarent, ea quinquennalia, & decennalia appellabantur, & erant solemnia festa, quæ finito decennio, primo die vndecimi Imperij, vel primi, vel vicesimi anni, celebrabantur, & sacrificiis continebantur, votis solennibus, ludis Circensibus, & Scenicis cum munere gladiatore.

Ante Commodi tempora dicebantur decennalia prima, vel secunda, vel tertia, quæ vndecimo, vel vicesimo primo, vel tricesimo primo Imperij anno celebrabantur. Post Commodum autem cœpta appellari decennalia, quæ primo: vicennalia quæ secundo: tricennalia quæ tertio Imperij decennio fiebant: Quinquennalia verò semper prima, secunda, tertia, quarta, quinta. Legimus in nummis Votis 5. Votis 10. Votis decennalibus 2. & 3. vel vicennalibus, & tricennalibus. Item sacris 10. sacris 50. vel festis 20. Multis, H quinquennalibus: Ex hoc more nata etiam Vicennalia & tricennalia quorum meminerunt Treb. Pollio. in vita Gallieni, & Marcell. Ammianus, Constantium scribens lib. 14. Arelate tricennalia celebrasse: Theatralesque ac Circenses ludos ambitioso edidisse apparatu. In nummis veteribus ita notantur Vot. 10. Vot. 20. Vot. 30. Erat etiam conceptio votorum priuata, cùm priuati quiq; vouerent quidpiam, si Principem superstitem reliquissent, vt in Aug. cap. 57. Tranq. ostendit.



Quinam Hippocrati καθεστηκότες: Peritus quis: Senecæ locus emendatus & explicatus.

CAPVT XII.



A Vm Galenus verba Hippocratis explanans 13. Aphor. 1. sect. sic scribat, senes facillimè ieiunium tolerant secundum eos qui consistunt, consistentes, dicit, qui mediam habent inter vigorẽ, & senectutem ætatem, ætate scilicet sunt constanti, minimum adolescentes, ex omnibus verò præcipuè pueri, scilicet minimum tolerant, & inter eos qui actionibus obeundis sunt promtiores, & 3. Aphor. 31. doctus senex dixerit, senes in priori ætate constituuntur, quæ media est inter iuuenes, & senes: mirandum cur Leon. Fuchsius 9. sui compendij capite scripserit eamdem agere ætatem eos, qui iuuenes sunt, & qui ætate vigent, & consistunt: & eò magis mirandum, cùm scriptum Hippocrates reliquerit, senes ieiunium facillimè tolerare, δεύτερον τοὺς καθεστῶτας, at iuuenes non ferunt secundo loco ieiunium post senes: differunt igitur iuuenes, & καθεστῶτες.

At dices καθεστῶτας non sunt dicendi consistentes: nam iuuenes consistunt primi senes subsistunt, quòd in vigore non stent, sed ad frigidiorem constitutionem delabantur. Nam &
B Hippocr. pr. Prognost. οἴδημα μὴ καθιστάμενον appellat tumorem, qui non sedatur, vel non subsistit: quasi eadem sit huius verbi καθίστασθαι ratio in morum duratione, & hominum ætatibus. Humani enim corporis vigor, quòd ad calorem attinet, iam deferuescit, cùm ab incremento ipsius cessat moles: nam solida membra corporis vsq; ad 30, aut etiam 35. annum fiunt, ita dicam corporatiora: & ita Galenus hominem tricenariũ, quasi plena iam & confirmata ætate ἄνδρα καθεστῶτα ἡλικίας nominat: cùm in morbis idem sit consistere, ac vigere; in quibus à vigore sit inclinatio, id est, remissio affectus, siue morbi: neque est in morbo alia magnitudo, quæ consistat, ex quo Leonicenus Aphor. 29. 2. sect. ἀκμαζόντων transfert, cùm consistunt, ac vigent, quia in morbis idem hæc duo valent.

C Sic Celsus morbum τὸν ἐπακμάζοντα consistentem vocat, ac subsistentem τὸν ἀκμῇ: qui imminuitur, & inclinatur ad sanitatem τὸν ἀκμάζοντα. Est enim in morbis ἀκμὴ plenus impetus, & morbus iam adultus: παρακμὴ morbus iam inclinatus, & senescens: ita vt tres hi gradus sint in morbis: Morbus enim increscit, consistit, minuitur, siue inclinatur.

Sed Galeno demus aures, vt quæ vis huius verbi sit, cùm de hominum ætate agitur, nos optimus doceat Magister: 4. enim de ratione victus in acutis morbis lib. comment. 52. ὅτε σημαίνει καθεστηκὸς τὸ βέβαιον: nam si subsistentes vellet Græcus significare ἱσταμένους diceret: sed consistentes à medicis dicuntur in hac ætate; nõ quòd consistat calor, & vigeat, qui certè iam deferuescit, sed quod, moles corporis, &, vt sic loquar, corpulentia, quæ ab incremento desistit, & nondum minuitur, firma ac stabilis manet: Ecce tibi caussam appellationis.

Nunc verba accipe Hippocratis, lib. 1. de ratione victus: Vir cùm steterit, corpore siccus, & frigidus, quandoquidem impetus caloris non ampliùs dominatur, sed stat corpus quiescens D
ab incremento & refrigeratum est. Itaq; non intelligitur ab omnibus, cur hæc ætas consistens dicatur.

Iam periti, ac docti significatio cùm confundatur, & vna vox pro alia sumatur: Nonius tamẽ iure obseruat apud Ciceronem, plus esse peritũ, quàm doctũ. Mihi videtur is esse doctus, q multa scit: Peritus, qui etiam docere possit, quæ nouit: nam & Grammatici volunt deduci à verbo antiquo perio, ꝙ significat aperio; quoniam quæ peritus nouit, aliis aperire, id est, alios docere faciiè potest, quod non necessariò doctus faciet: Fieri enim potest, vt quispiam doctus sit, hoc est, plurimarum cognitione rerum pectus refertum habeat, & minus tamen docendis aliis sit aptus. Aut certè peritus appellabitur, qui in Encyclopædia valet: doctus qui vno, aut altero genere doctrinæ excellit, & peritiã non doctrina solùm, sed & experientia parit: sic ab eodem verbo peri- E
tus & expertus, siue experiens deriuantur.

Itaq; apud Iurisconsultos tritissimus loquendi mos est, vt peritis in re qualibet credatur, id est, doctis, & expertis l. 1. in principio D. de inspiciend. verit. l. 7. mense D. de statu hominis, & propriè iuris videtur esse peritia, vt constat instit. de iur. natur. in principio, ex quo Iurisperiti, id est, Iurisconsulti dicti, & apud vetustissimos Iurisprudentes, qui ab experto noti essent, atq; obseruatione ritus patrij, leges, mores, consuetudines memoria tenerent, quid quaq; in caussa, quoq; in negotio ancipiti, ac maximè dubio, atq; difficili à maioribus vel iudicatum esset, vel constitutum, vel publicè etiam sancitum.

Tales sunt litteratè periti, qualem Cicero nominat L. Aelium, hoc est, vt ego puto, vel quoad ipsas etiam singulas literas legum, & antiquitatis doctum: cuiusmodi rerum peritos, c. 18. l. 15. Plin. nominat: ad quos pertinet l. Iurisperitos. D. de excusat. Locus est Senecæ in epist. 99. qua docet, componendum esse aduersus duritiam fortunæ animum, sed ita ne nimia formidine malo- F
rum ea præueniamus, &, vt ipse loquitur, antecedamus, semper videlicet timendo: quod qui faciunt mortales, eos & satageos à satagendo, vt nimium de suis malis sollicitos, nouo quidem verbo, sed non inepto, ad rem exprimendam, quæ deagit, ac sibi molestos dicit. Molestiam enim sibi, negotiumque facessunt illa sua, vt ita dicam

satactione,& immodica ,ruidentia, & cura. Pro satageoa tamen,mendosè legitur satagios. Quæ ista dementia est malnm suum anteedere?

Denique,vt breuiter ioeludam,qnod sentio; & istos satagios.ac molestos sibi,describam tibi, tàm intemperatores io ipsis miseriis, quàm sunt
G ante illas:plus dolet,quàm necesse est,&c. quod vocabulum si miraris,mirare item Iurisconsultos veteres,quibus si licuit abigeos dicere. cur non lieuerit Seoecæ satageos formare? Abigeos autem 47.DD.lib. Vlpianus & Marcellus dicunt, quos benè latinè abactores nomioant Apuleius, & Paulus cap.18.lib.sent.5. hoc est,illos, qui abigont è pascuis & stabulis, id est,abducunt armēta,& pecora. Quamqoam Albericus io Lexico ioris vocabuli ootionem ad omnes,q alienasurripiunt,latiùs extendit:sed ista est Iurisconsultorum notio liberior. Vide Laur. Vallam lib. eleg. 6.cap.14.

Plinij locus de Cornelio Balbo expensus: qui Ialysus apud Ciceronem.

CAPVT XIII.

A NTER varia Fortunæ exempla,quæ Plin.c.43.l.7.oatur.hist. recenset,ita de Cornelio Balbo. Fuit & Cornelius Balbus maior Consul,sed accusatus,atq; de iure virgarom in eum, Iudicum in cōsilinm missus,primus externorom,atq; etiam in Oceano genitorum vsus illo hoaore, quem maiores latio quoq; negauerunt:sic enim legendum est,& hanc esse veterom eodicum lectionē testatur in castigatioaibus Gelenius. Appellatur hic Balbus maior,vt ab altero seiungatur,cuius ipse patruus fuit; vbi sanè Hermolaus alocinatur, cæteroqui ocolatissimus, ac postea Dodecampius, cùm vult eumdem esse Balbum hunc, qui c.5.l.5. commemoratur à Plinio,& de Garamantis egisse triumphū dicitur, cùm huius fuerit fratris filius:eo enim loeo,inqoit, quippe Gadibus nato ciuitas Romana cum Balbo maiore
B Patruo, cuius hoc, qoem expendimus loco,fit mentio,data est: Addit etiam ingeniosam rationem Aonibal Codretus,oam si vtrobique idem esset,neq; hic triumphum,neq; illic consulatum omisisset:præsertim,cùm vtrobiq; fortunā eius, ac spleodorem nonè quæsitū accuratè recenseat.

Itaq; inre Volaterr.lib.Geogr.12.cùm de Garamantis,& Nasamonib. fuisset loeutus, omnia, addit,sanè armis Romanorū superata. per Cornelium Balbū,eius Coroelij Balbi fratris filium, qui Gadib.natus Ciuitate Romana donatus est, vt ait Plinius : Cousulatum autem gessit eodem anno, quo C. Asinius Pollio, & Cn.Domitius Caluinus,anous ia fuit Vrb.Cood.713. siue 714.
C quos exitu anni Magistratu abdicasse Dio scribit,& hos Coss. io paucos dies suffectos L. Cornelium Balbum Gaditanum, & P. Canidium Crassum:quos tamen à Glareano io Chronologia negligenter omissos queritur aliquis, vt olim à Cassidoro, quos ego puto à negligentia, atq; inintia liberandos. Ordinarij enim Consules recenseri consueuerant,nulla ratione habita suffectorum,sine allectorum loco eorum qoi vel mortui essent,vel remoti magistratu, vel deposuissent;eorum tantùm ratio haberi solebat,qui initio anni essent Coss.facti,vt declarat 43.l. hist. Rom.Dio Nicæus,& indicat Ausonius in gratiarum actione pro suo consulatu,cùm ait,sub quibus Coss.hi eoosulatum gessisseot,quærere opus fuisse.

Eiusdem maioris Balbi meminit,& Velleius post Vol.hac oratione: *Cornelius Balbus excedente humanā fidem temeritate,ingressus castra* D hostium,sæpiusq; cum Lentulo colloeutus,consule dubitante quanti se venderet,illis incremētis fecit viam,quibus nō Hispaniæ suæ natus,sed Hispaous in triumphum,& Pontificatum assurgeret,fieretq; ex priuato consularis,quib. verbis disertè eum,& triumphasse, & Pontificem fuisse affirmat.quod ego nusquam legi,oisi sd alterū, boc est, minorem Balbum trausgrediatur, qui triumphalis fuisse cognoscitur, cum suceedēris L.Atratino io Africa, & magnis in ea prouincia rebus gestis,triumphus cōiiciatur in annum ab Vrbe coodita 724.tum à Capitolinis scriptorib. vt à Sigonio demoostratur.tum ab aliis Histori cis,& Plin.l.5.c.5.

Matelge oppidum Garamantum,itemq; Debris,clarissimumq; oppidū Garama, caput Garamantum,omnia armis Romanorum superata, & à Cornelio Balbo triumphata,vnius omnium, & externo curru & Quiritiū iure donato, quippe Gadib.nato ciuitas Romana,cum Balbo ma- E iore patruo data est. Carolus Sig.legit Quiritiū iure dotato,eodem quidem sensu,sed nō vsitata ratione dicendi; ego loco, vnius omnium,vno omnium,repono:reliqua vitio carent.

Solious quoq; cap.sui Polyhist.32.Garamantas,Cornelius Balbus subegit, & primus ex hac victoria triumphaoit: ex hac sanè de externis,vt potè qui Gadib.natos acceßsit ad gloriā nominis triomphalis:& lib.3.Geogr.Strabo:A principio Gaditani paruum omnioò oppidum incolebant;Balbus autem Gaditanus vir triumphalis aliud viciolū extruxit,tp Gades nouas,nominàt.

Horum igitur duorum Balborum, vterq; ciuitate donatus fuit,sed alter exteruorum solus consularis,alter solus triumphalis fuit:quod illa verba significare vult Codretus, vno omniū externo curru,&c.quod æquè est,ac si diceret, qui vnos omnium externorum, & ciuitatis iure, & F triumphi dooatus est : currom enim externum, externi homiois triomphum,interpretatur:nam corru io Capitolium triumphantes inuehebantur. Neq; existimandum est, eum esse mhorem Balbom, qui suffectus ponitur anno V. C.721.

siue 722. quo inierant consulatum Cn. Domitius
& C. Sosius: non enim is Balbus, sed L. tantùm
Cornelius in veteribus nominatur inscriptioni
bus, nec quidquam Solinus, Strabo, Plinius af-
firmant.
Quod verò Annibal Codretus Paterculum,
dicere, affirmat, Balbum non Gadibus natum,
sed Hispanum fuisse, nō Gadibus, inquit, Hispa-
niæ natus, sed Hispanus, nullius est momenti: nā
si legamus, vt paulò ante citaui, quibus non Hi-
spaniæ suæ natus, sed Hispanus, nihil erit quod de
eius patria, & de Paterculi sententia dubitemus.
Alter est Plinij locus lib. 36. cap. 6. Deniq; M.
G Lepidus Catuli in consulatu collega, primus o-
mnium limina ex Numidico marmore in domo
posuit, magna reprehensione: Is fuit consul, an-
nu Vrb. cond. 666. qui etiam numerus in Fastis
Sigonianis legitur, & Onuphrianis, ac Verrij
Flacci tabulis capitolinis aperto errore, cùm al-
terum x addendum sit, vt ex 66. fiat 76. nam an-
no 666. L. Cornelius Cinna, & Cn. Octauius. si
Fastos sequamur, Coss. fuerunt, si ferè historiam
omnium, L. Cornelius Sulla, & Q. Pompeius Ru-
fus; neque in hoc spatio vlla est memoria Lepidi,
aut Catuli: debetque post M. Lepidum ferè qua-
driennio L. Lucullus nominari consul: sequitur
enim Plin. Post hunc Lepidum fermè quadrien-
nio L. Lucullus consul fuit: quod certè esse ne-
quit, si prior annorum numerus retineatur: at si
sit annus V.C. 676. in consulatu Lepidi, & Catuli,
ab horum consulatu, vsq; ad consulatum L. Lu-
culli, quem gesSit cum M. Aurelio Cotta, anni
tres intercedunt, quod spatium occuparunt hi
Coss. M. Aemilius Mamertus, D. Brutus, Cn. O-
H ctauius, C. Scribonius Libo; alij Curinnem di-
cunt pro Libone; L. Octauius, C. Aurelius Cotta,
si excludas annum Lepidi, & Catuli qui hos an-
tecedit, & Luculli, & Cottæ qui cōsequitur; quod
mirum est non vidisse ἀκριβέστατον Sigonium: Vi-
dit Onuphrius Comment. in 1. lib. Fast. vt nos, in
Plinio, legens, sed hæc leniora sæpè diligentissi-
mos fugiunt, & dum grauiora sectantur inter-
dum dormiunt in minimis.
Cic. in Orat. ad M. Brutum. Qui, inquit, Ialysi,
quem Rhodi vidimus, non potuerunt, aut Coæ,
Veneris pulchritudinem imitari, &c. De his lo-
quitur, qui in rerum præstantissimarum imita-
tione cadunt. Quid Ialysus sit, agnoscere est dif-
ficile. Dubium non est, Ialysum esse Vrbem in
Rhodo insula, quod Homerus Iliad. 2. in catalo-
go ita cecinit:
Qui Lindumq; & Ialyssum niueamq; Cemicon. A
I Rursus ibidem: Et Ialysi regem: Et propterea
lib. 5. c. 31. Plinius Rhodon scribit habitatum Vr-
bibus, Lindo, Camiro: Ialyso, quæ nunc Rhodos
dicatur 14. lib. Geograph. παῖδας κεχώσιν, ἢ κωλῶ-
νας κτίσαι, de suo nomine has tres vrbes exædi-
ficauisse: id quod etiam Pind. Od. 3. Olymp. affir-
mat, τρίπολιν propterea vocans νῆσον: tametsi eo-
dem loco Geogr. notat existimari ab aliis has
tres vrbes à Tlepolemo conditas fuisse: quæ con-
tra Tauri promontorium importunè nauiganti-
bus obiacent, vt ait Mela lib. 2. c. 4. Quin & Steph.
lib. de Vrb. tribus locis Ialyson vrbem statuit: Et
Ialysi Regem Damagetum nominat Paus. lib. 4.
qui Aristomenis Messenij filiam duxit vxorem.
Sed cùm Ialysus Protogenis eximij artificis
pictura fuerit, quid verò erat? Bacchum, quem
ita Rhodij appellarunt fuisse, ex veteri quopiam
sic refert Suidas. Protogenes pictor, Xanthius ex
Lycia pingendi celebris peritia, qui in Rhodo
insula Dionysium tabulam planè raram, & miri-
ficam pictura ob oculos posuit: quam & Deme- K
trius valdè miratus est. Eodem modo Arnobius
lib. contra Gentes 4. Ialysum hominem quem-
dam nominat, quem sole quarto ex Archiato na-
tum heroicis temporibus commemorat. Legi,
qui eximium quemdam fuisse Venatorem pu-
tent: Sunt & qui Satyrum, sed hunc ab Ialyso
Protogenis pictura manifestè distinguit Strabo
hoc sermone lib. 14. Protogenis pictura Ialysus,
& Satyrus columnæ impositus. Et Plin. c. 10. l. 35.
subobscurè tamen: aliis placet ex tribus illis op-
pidis vnum fuisse Ialysum à Protogene mirè pi-
ctum.
Hermolaus Barb. in Plin. Vicum fuisse Rhodi
existimat, à quo manus abstineri voluerit De-
metrius, quod in eo tabulæ Protogenis asserua-
rentur, opinor propter verba Plinij loco citato;
sed hoc illa non indicant: tantum hoc Plin. habet
de Protogene loquens, palmam habet tabularū
eius Ialysus, qui est Romæ dicatus in templo pa- L
cis, quē cùm pingeret, traditur madidis lupinis
vixisse, quoniam simul famem sustinerent, & si-
tim, ne sensus nimia dulcedine obstrueret. Huic
picturæ quater colorem induxit subsidio iniu-
riæ, & vetustatis, vt decedente superiore inferior
succederet. Est in ea canis mirè factus, vt quem
pariter casus, & ars pinxerit. Mox. Propter hunc
Ialysum, ne cremaret tabulas Demetrius Rex,
cùm ab ea parte sola posset Rhodum capere, non
incendit, parcentemq; picturæ fugit occasio vi-
ctoriæ. Erat tunc Protogenes in suburbano hor-
tulo suo, hoc est, Demetrij castris, &c. Tabulam
igitur fuisse indicat, in qua diuersarum esset re-
rum pictura.
Egregiam verò huius picturæ commenda-
tionē lege apud Aelianū l. 12. c. 41. vt illustres hęc
eodem loco Plinij verba, cùm de Apelle scribit.
Verum omnes prius genitos, futurosq; postea
superauit Apelles: Et mox: Præcipuè eius in arte M
venustas fuit, cùm eadem ætate maximi pictores
essent: quorum opera cùm admiraretur, collau-
datis omnibus, deesse iis vnam illam Venerem
dicebat, quam Græci charita vocant, cætera o-
mnia contigisse, sed hac soli sibi neminem pa-
rem, &c. Aelianus ita. Protogenes pictor, totos se-
ptem annos in Ialyso pingendo cōsumsit, quem
cùm vidisset Apelles, primum quidem substi-
tit, mutua inopinato spectaculo in stuporē ver-

sus: tùm cùm diligenter spectasset, magnus est, inquit, labor, magnus artifex; at verò operi deest gratia, id est, venustas, quam si cōsecutus fuisset, næ hic eius labor cœlum ipsum attigisset. Verisimilius igitur in ea tabula, Vrbem Ialysum depictam, cumque ea res alias.

N Dicitur autem Ialysus, & Ialysum penultima producta, quamuis in adiectiuo corripuerit eo versu Naso lib. Met. 7.

Phœbeamq́; Rhodon, & Ialysios Telchinas.

Eam verò Ialysum se vidisse testatur Cicero, vel cùm Rhodum venit è Cilicia decedens, vt est in principio Bruti: vel cùm ex Asia iuuenis Molonem, quem Romæ audierat, rursum auditurus, vt eodem lib. scribit. Dissentiunt autem in patria Protogenis Plin. & Suid. ille enim Caunium appellat ex gente Rhodiis subiecta, hic verò Xanthum ex Lycia.

Prouerbium Galeni verbis illustratum; mos ab eodem Barbaris attributus, Græcorum esse ostenditur.

CAPVT XIV.

A PROVERBIVM est vetustissimum, & grauissimum: Aliis mederis cum ipse vlceribus scateas

Ἄλλων ἰατρὸς αὐτὸς ἕλκεσι βρύων.

Quo etiam inter Hebræos, totius orbis liberator Christus est vsus, vt est Lucæ 4. qui non adagium nominat, sed parabolam: Medice cura teipsum; quo pertinet altera similitudo, Lucæ 6. de festuca, &c.

Ad quod quidem prouerbium illustrandum ex veteribus multa concinnator adagiorum doctè traduxit: nec tamen erat excellens hic Galeni locus lib. 5. de tuenda sanitate cap. 1. omitten-B dus, quo docet prouerbium Medicis iis fuisse obiectum, qui toti cum sint in aliis curandis, ipsi infirma semper vterentur valetudine: sibi verò minimè potuisse obiici indicat, quod ita aliis curandis operam nauaret, vt vix vnquam morbis vllis, præterquam Ephemera febri tentatus fuerit, sed præstat ipsiua verba latinè conuersa audire.

Nonnulli verò ex his, inquit, qui de sanitate tuenda scribunt, aut viua voce præcipiunt, ne seipsos quidem à morbis perpetuò tueri potuerunt. Itaque cùm cauillatores tum alia, tum illud tritum, & vsitatum prouerbium illis impingunt Ἄλλων ἰατρὸς, &c. Alij hoc negotiis adscribunt, alij intemperantiæ: quorum me quidem iudice, peruersa est magis defensio, quàm ipsum quod eis C obiicitur, crimen: nam si Ephemera laborarent, digni essent, quorum excusationes admitterentur, quòd difficile sit, propter æstum, frigus, lassitudinem, leues interdum febriculas deuitare: nam & nos ob has caussas febria interdum hæc tentanit, maximè ob lassitudinem; nullus alius annis ab hinc plurimis morbus: & cùm certarum corporia partium ictus pertulerim, ex quibus alij contraxerunt inflammationes, & carbones, ex hisque febres, ego neque illa sensi, neque febre laboraui, non aliam certè ob caussam, quàm ob curam, atque artem conseruandæ sanitatis; qui tamen ab ortu meo salubri non sum corpore, nec vitæ genus liberum sum secutus, & in artis medicæ officio, amicis, cognatis, ciuibus, diligenter inseruiui, & siue ægrotorum caussa, siue dulcissimorum studiorum, magnam noctis partem vigilaui, cùm præsertim puer, & adolescens, nec paucis, nec leuibus, morbis fuerim affectus: Post vigesimum autem ætatis octauum D annum cum præceptis tuendæ valetudinis paruissem, ne leuissimus quidem me attigit morbus, vix aliquando Ephemera.

Ita Gal. quæ in variis, ac multiplicibus vitæ actionibus ad mores traduci possunt, eorum maximè, qui alios moratos volunt, & verò in hoc sedulò incumbunt, cùm ipsi se negligant, nulla excusatione digni: quo per similitudinem quamdã referri potest, vt Homerus in Catalogo de Mysorum Duce Eunomio scripsit, q. mala prædicebat aliis, vt cauerent, quasi diuinus, & augur, sibi verò cauere non potuit ab Achille occisus:

ἀλλ' οὐκ οἰωνοῖσιν ἐρύσατο κῆρα μέλαιναν.

Quod imitatus Virg. idem de Rhamnete cecinit lib. 9.

Sed non augurio potuit depellere pestem:

Nec dissimilis vsus esse potest illius adagij, aliò E tamen à Theognide & Plauto traducti, fundum alienum arare, suum incultum deserere; Et illius quod est Cod. de seruit. & aqua, cap. Præses, alienos irrigare agros tuis sitientibus: huc transfer totam 88. Epist. Senecæ, & Diog. Cyn. dictum cum ea cōsentiens, Grammaticos reprehendentis, quod Vlixis mala, sollicitè anquirerent, negligerent sua. Planè vt Seneca: quæris, Vlixes vbi errauerit, potius quàm efficias, ne nos semper erremus. Idem eod. volum.

Galenus lib. 1. cap. 10. Omnes omninò homines, vt Barbaros tractans, immò vt feras, non videt suos etiam Græcos, vt Barbaros à se tractari: quem enim morem, quod institutum Germanis tribuit, siue Gallia, Barbaræ scilicet Genti, idem retinuerunt Populi in Græcia omnium nobilissimi, aut nobilissimis proximi, hoc est, Lacedæmonij, id est, Spartani: Sic enim iste: Cùm pceptã pueri post lactis vsum educationi necessaria tradit, de balneis loquēs: Apud Germanos nō benè Infantes nutriri contenderim: Verùm nos neque Germanis, neque aliis agrestibus, & Barbaris hominib. hæc scribimus: non magis equidē quàm F Vrsis, Apris, Leonibus, aut aliis id genus feris, sed Græcis, & iis, qui tametsi genere sunt Barbari, Græcorū tamen studia æmulantur: nam quis quæso nostrorum hominū tulerit mox editum

Infantem etiam ab vtero recentem, & calentem ad flumen deferre, ibiq; , ficut Germanos, aiunt, ceu candens ferrum in frigidum humorẽ mergendo, simul de naturę vigore periculum facere, simul corpus ipsum roborare? nam si citra noxam frigus illud tolerat, ostendit naturæ suæ robur, ipsumque acuit, & quasi robori nouum adiungit robur, ex ipsius frigidę quasi commercio: at si vincatur ab externo hoc frigore calor, manifestò interibit Infans: Addit, hanc experientiam in Asino fieri licere, non licere in homine propter maximum vitæ discrimen, emolumen-
G tum verò nullum, aut leuissimum. Ista de Germanis Galenus.

Et Arist. 7. lib. Polit. de Celtis, qui & Germani sunt, & Galli, ipsorum laudans institutum, quod Galenus reprehendit, sic enim cap. 17. *Διὸ παρὰ πολλοῖς ἐστὶ τῶν βαρβάρων ἔθος, τοῖς μὲν εἰς ποταμὸν ἀποβάπτειν τὰ γιγνόμενα ψυχρόν: τοῖς δὲ σκέπασμα μικρὸν ἀμπισχεῖν, οἷον κελτοῖς.* Idem Cæsar lib. 4. bell. Gall. de Sueuis, & Pomponius Mela commemorat, & apud Virg. nono Aeneid. ita loquens, inducitur Italus Numanus, cui Remulo cognomen erat

Durum à stirpe genus, natos ad flumina primum
Deferimus, sæuoq; gelu duramus, & vndis.

Lex item erat Spartanorum, qui mox natos Infantes in Eurota mergebant, lauabantque, idq; sępè vsurpabant, vt ad laborum patientiam, ipsorum corpora durarentur. ꝙ in Lycurgo scribit Plut. Idẽ, Seneca narrat 1. sua declam. suasoria & certè Suid. ex quopiã Græco antiquo, de Lycurgo verba faciens ex eius lege, tradit Spartanorum cunas fuisse clypeos; lauacrum, aquam Eurotæ; quod si Barbaricum est hoc institutum,
H Galeni sententia, sanè Barbari fuerunt etiam Spartani: sed & hunc morem defendit in Gallis scriptor, quem diu post legi, lib. de moribus veterum Gallorum.

Idem mos fuit, & adhuc retinetur in ea parte Indiæ, quæ vltra Andium montes est sita, in qua fœminæ statim vt pepererunt, se, & partum in flumine abluunt, quod etiam seruant Hispaniolæ Indi, ita 1. part. hist. Peruanæ cap. 19. Petrus Cecius Leo, & 2. par. cap. 28. Videlicet, vt duretur ipsis cutis. De Iaponiis idem nostri socij narrant, expressit his verbis grauis, & ornatus in primis historiarum Indicarum scriptor I. P. Maffeius lib. 12. in lucem editi hieme summa protinus lauandi ad flumina deferuntur. Hæc etiam est caussa, cur Infantes Barbarorum, ac Rusticorum celerius sua membra exerceant, quàm nobilium, quoniam tenera, & mollia illorum corpora fri-
I gure aeris citius durantur: vt adnotauit Hier. Mercur. lib. 2. de morb. puer. cap. 5. cùm horum propter summam curam, ac teporem, in quo nutriuntur, eam mollitiem, ac teneritudinem membrorum tardius deponant.

Hippocrati mos non placet, scienti pueros conuulsionibus, ac distentionibus maximè noxios esse: ita enim lib. de salutari victus ratione scribit, diu sunt calida lauandi infantes, & aquosum ipsis dandum vinum, nec verò frigidũ omninò, hoc enim eius verba significant, *A* quæ causa fuit vt ipsemet Arist. 7. de hist. an. lib. cap. postremo, pueris ac nutricibus vinum interdixerit, maximè album, & non aquosum, cur: *ὡς βλαβερὸν πρὸς τὰ πάθη*, hoc est, *τὸν σπασμόν*. Hunc tamen morem Celtarum natos recens filios Rheno flumine mergendi, aliò traducunt boni scriptores, ad explorandum videlicet legitimine essent, necne: Et adnotauit Io. Bapt. Pius, Patrum K
nostrorum memoria vir eruditissimus in suis adnotat. cap. 22. Claudianus in Ruf.

Et quos nascentes explorat gurgite Rhenus.

Et ante Iul. Apost. in Epist. ad Maximum. Ideoq; Nonnus in Dionysiacis, vel lib. 23. vel 43. vel 45. aut his omnibus locis, Rhenum vocat *ἐλεγχέγαμον*, id est, Iudicem, ac Vindicem matrimonij, (quod ipsum lib. Epigr. 1. tit. 43. *εἰς κελτοὺς*, his versibus exponitur)

Audaces rapido Celtæ noua pignora Rheno
Explorant, non hos genitrix prius vbere largo
Alma fouet, vitreas sinuq; quàm venit ad vndas,
Lympha nouum capit alta genus, quod remigis instar
Vmbo regit, fluidiq; effulcit corpus alumni,
Et fetum sic vnda probat, lectumq; ingalem L
Damnat adulterij fœdo si decolor igne
Post dubios casus genitrix memor Ilithyiæ
Ancipitis fulcit gelidis in fluctibus ortum
Anxia despiciens cui mobilis annuat vnda. B

Sic enim Latinos fecit idem Pius. De hac notatione alia vide in comm. Brod. ad eum locum *εἰς κελτοὺς*, lib. 1. anthol. Iuliani oratio hæc est: Neque omnes iniuria afficit Rhenus Celtas; quos enim Infantes acceperit illicito concubitu editos, inuoluit vndis, & vindex iustus; quos verò mundo conceptos semine agnorit, eos super aquas tollit, & in manus deponit matris saluos, ac si incorruptum redderet Casti matrimonij testimonium. Vt valdè mirer, cur Tacit. lib. de morib. Germanorum, hanc tam insignitam filios explorandi rationem tacuerit: Planius dicam, quomodo id facerent: filios recens natos Clypeo impositos ad Rhenum deferebant, quos si vnda abripuisset, habebant pro M
spuriis, aut nothis; si innatassent, pro legitimis. & in quadam Epist. Theophyl. confirmat: Mos certè meritò arguendus, vt fallax, & superstitiosus: Nam periculosum quis neget? Vt ille Hunnorum quem Iord. lib. de reb. Geticis narrat: Maribus mox natis ferro genas secantium, vt antequam lactis nutrimenta, inquit auctor, perciperent, vulneris cogerentur subire tolerantiam: Hoc sanè Barbaricum. Et in fabulis legimus solitam Thetidem in ignem filios iactare, vt experiretur, essentne mortales: in aquam tamen iactare, non in ignem Schol. Aristoph. nub. commemorat.

Longè ille barbarior est mos Psyllorum in

Libya,

Libya. qui cum certi esse volunt, sintne legitimi liberi, eos in arcuia cum cerasteincludunt: si enim legitime nati, morsus euadunt cerastarum: si ex adulterio, non euadunt: quem morem ab omni humanitatis genere abhorrentem Isaacius Tzetzes Chil. Hist. 4. cap. 135. descripsit versu. Adiungit, quemadmodum Rhenus Celtas, & Lydius lapis aurum: pulios autem aquilarum splendores solis.

Quæ Centurionum vitis, Cassiodori Lectio, & aliorum emendata. Cæsaris Baronij notatio non vera.

CAPVT XV.



A VM Marini martyris confessionem describit Euseb. lib. Ecclef. hist. 7. cap. 14. siue 15. habet hæc verba: Est quidam honos apud Romanos, quod κλῆμα appellatur, quem qui adipiscuntur, eos Centuriones fieri aiunt. *A* Hic eruditissimus pariter, atque optimus vir, omnium linguis mortalium extollendus, postea Cardinalis a Clemente VIII. creatus Cæsar Baronius Tom. Annal. 2. sub anno Christi 162. Interpretem reprehendit: quasi non intellexerit quid κλῆμα esset: qui tamen ipse nescire videtur κλῆμα à κλίμα, & κλίμαξ distingui. Euseb. inquit Baronius, vtitur hac voce κλῆμα, non vt Interpres putauit, quòd eius nominis in militia ordo erat, sed potius, quòd cùm κλῆμα idem sit
B quod scala, seu gradatio. illeque sit sensus Eusebij, quod Marinus eo tunc fuerit gradu, seu ordine in militia collocatus, vt ad centurionatum illi pateret ascensus. At non errauit interpres, errauit Eusebius, cuius verba optimè reddidit interpres: nec tamen errauit Eusebius, κλῆμα enim nunquam inueniet significare gradationem, vel scalam, sed κλίμα vix: κλίμαξ verò propriè scala est: quare deceptus est similitudine vocum Baronius, non animaduertens quid κλίμα cum iota, quid cum eta significaret.

Verum est igitur κλήματος nomine dignitatis gradum significari insigni, vel signo Centurionis, id est, vite, sic enim latini vocant, Græci κλῆμα, id est, vitis flagellum, siue palmitem, hinc enim dicta flagella, quibus cæ-
C duntur sontes: κλήματα Plut. appellat in Galba de Sempronio Centurione loquens; tollens palmitem, quo puniunt centuriones, qui merentur plagas. *B* Et quod Val. Max. cap. 4. lib. 6. scribit de Popilio ad Antiochum Regem misso: Indignatus Popilius quod aliquam moram interposuisset, virga solum quod insistebat denotauit. Et Appianus in Syriaca ἀναγνόντι δ' αὐτῷ καὶ λέγοντι βουλεύσασθαι, κύκλον τῇ ῥάβδῳ περιγράψας.

Plut. in Apophtheg. reddit τῷ κλήματι γῦρον περὶ αὐτὸν περιγεγραφέναι, fortasse, quia vitea erat virga. Et quis est qui vitem Centurionum, aliorumque militiæ Ducum, & Principum insigne fuisse, eamque castris insertam, summam rerum, imperiumque continuisse ignoret? Nam & sub vineam, & sub vitem iacere miles dicitur Sex. Pompeio, & vitis fortitudinis à Mamertino in Panegyr. Iul. 5. & candorem æquitatis potuit obumbrare, & à Temperantia purpuram sancti ruboris abolere, vitem fortitudinis indignis confodere vulneribus, eruere oculos prudentię: D
vbi vulgò malè, vicem, legitur.

Spartianus in Adriano, vitem simpliciter accipit pro centurionatu, quia centurionibus creandis vitis deferri soleat: nam alioqui ciuis Romanus, cùm cædendus erat, vite cædebatur, lib. 57. Liuius in Epit. de Scipione Africano. Quem militem extra ordinem deprehendit, si Romanus esset, vitibus; si extraneus, virgis cæcidit: Et Saty. 8. Iuuenal. de Mario gregario milite

Miles nodosam frangebat vertice vitem,
Si lentus pigra muniret castra dolabra.

Et ibid.

— Iustissima Centurionum,
Cognitio est igitur de milite. —

Macer. in lib. de re militari: Si vitem tenuit, militiam mutat, scilicet in gradum inferioris ordinis: si de industria fregit, vel manum Centutioni intulit, capite punitur. Adeò non lice- E
bat sine pœna Centutioni verberanti repugnare. l. Miles agrum. 5. Is autem, vers. si vitem. D. de re milit. Quare vitem centurionalem Macrob. nominauit lib. Saturn. 1. cap. 23. Tacit. lib. 1. Annal. de Lucillo centurione sæuissimo. Et centurio Lucillus interficitur, cui militaribus facetiis, vocabulum, cedo alteram, indiderant, quia fracta vite in tergum militis, alteram clara voce, ac rursus aliam poscebat.

Cassiodorus lib. 7. var. in formula Principis Dalmat. vbi legis: Tu vicem tenes improbis minantem, in veteribus libris, vitam; Eruditus emendat vitem. Hinc in actis Martyrum, B. Marcellus centurio Martyr, ne cogeretur sacrificare. Ecce, ait, proiicio vitem. Eam manu gestabant centuriones, & in milites delinquentes sibi subditos ea animaduertebant. Plin. lib. 14. cap. 1. ferè extremo. Centurionum in manu vitis: & pleraque alia quæ adnotata olim à Beroaldo fuerant in 9. lib. Aur. Asini L. Apuleij, non valdè longè à fine libri.



Expensa vox πολύτροπος in Homeri Vlixea.

CAPVT XVI.



A VEasvs sunt Vlixeæ Homeri Poëmatis Ethici:

Ἄνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα πολύτροπον.

Et quæ sequuntur,&c. Videri posset Horatius vocem illam expreſsiſſe in Poët. illis verbis.

Dic mihi Musa virum —

Hinc transit ad 2. Homeri versum

— Captæ post mœnia Troiæ.

Tertium sic reddit.

Qui mores hominum multorum vidit & vrbes.

πολλῶν δ' ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα, καὶ νόον ἔγνω.

Mihi videri non potest:nam & vocem mores ad νόον refero: quamquam mores propriè non sunt intelligentiæ,sed voluntatis, hoc est, appetitionis ratione vtentis: Tametsi non ignoro prudentiam recenseri inter virtutes morales, cùm ta-
B men rationis sit propria,vt aliæ nonnullæ ab Aristotele in Ethicis virtutes διανοητικαί nominatæ. Satis autem Horatio fuit docere Homerum illo initio,nil ineptè moliri contra Cyclici tumorem. Eadem carmina interpretari voluit idem 1.Epist.lib.Epist.3.

Rursus quid virtus,& quid sapientia possit,
Vtile proposuit nobis exemplar Vlixem,
Qui Domitor Troiæ —.

Reddit illud

— ἐπεὶ Τροίης ἱερὸν.&c.

— Multorum prouidus vrbes:

Voce prouidus πολύτροπον vocem expreſsiſſe videtur:

Et mores hominum inspexit,latumq; per æquor
Dum sibi,dum socijs reditum parat,aspera multa
Pertulit aduersis rerum immersabilis vndis.

Quibus reddit illa Homeri:

— ὃς μάλα πολλὰ
C *πλάγχθη ἐπεὶ Τροίης ἱερὸν πτολίεθρον ἔπερσε,*
πολλῶν δ' ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα, καὶ νόον ἔγνω,
πολλὰ δ' ὅγ' ἐν πόντῳ πάθεν ἄλγεα ὃν κατὰ θυμόν
ἀρνύμενος ἥν τε ψυχὴν, καὶ νόστον ἑταίρων.

Ei planè similis Heroi fingitur, quem Pindarus Ode 2. Pyth.commendat,vocatque φελλὸν ἀβάπτιστον.Suberem,qui madefieri seu mergi non poſsit. En tibi historicam cognitionem πολλῶν δ' ἀνθρώπων. hæc Philosophica est, καὶ νόον, quoniam vt idem Homerus lib.2.Iliad.dixit

Αἰσχρὸν μὲν δηρὸν μενέειν, κενεόν τε νέεσθαι.
Turpè sed est multos hic consedisse per annos,
Et tandem vacuum frustrà discedere palmis.

Sic enim istum ab Aeolo Physica, Magica à Circe,à Calypso Astronomica, à Mercurio Medica, sub variis fabularum inuolucris didiciſſe notauit Eustathius.His autem postremis versibus explicandis Dydimus in notis ad Vlixeam sic loquitur:Eo animo Vlixem fuiſſe,vt & vitam impendere,& omnem reditus spem sibi præcidere non recusaret, modò sociorum prospiceret saluti, si D
res ita tulisset: nam apud Eustath. ἄρνυσθαι est cōparare,& quasi pro pretio dare suam ipsius animam,& suum reditum pro anima,ac reditu suorum sociorum,deduciturque verbum hoc ab agnis qui Græcè dicuntur ἄρνες , sicut ὠνεῖσθαι ab ὄνων Asinis, à pullis equorum πώλους πωλεῖσθαι: nondum enim reperto apud vetustiſsimos illos mortales pecuniæ, nummorumque vsu, agnis, asinis, equis, cæterisque iumentis, ea solebant comparare, quibus indigebant, & hoc sensu distinguendum hoc modo νόον, τῶν ἑταίρων.

Sed Horatius coniunctè accepit,vt & Lucianus in Philopseude;exemplo Vlixis mendacium vtiliter,& laudabiliter dici tradens, si neceſsitas postulet,cùm ait,sunt igitur ij venia digni,atque commendatione magis digni, qui vel aduersarios deceperunt, vel ad aliorum salutem hoc tamquam medicamento sunt vsi in rebus periculosis,quod Vlixes sæpè fecit,& suam è periculis eripiens vitam & reuersionem sociorum.Ergò fructus peregrinationis est, fieri πολύτροπον E
versutum: sic Andronicus vetus Poëta apud Agellium lib.17.cap.9.conuertit ita reddens primum versum Vlixeæ.

Virum mihi Camena insece versutum.

Meus Agellius vetustiſsimus longè aliter hæc: tametsi insequi, & insectiones ab antiquis pro narrare,& narrationes vsurpari ,benè obseruat, exponens insecenda vocem M. Catonis. melius tamen ipso vim verbi & latini, & græci expreſsit vir variæ, & elegantis doctrinæ Simeon Bosius in animaduersionibus ad 16. Epist.lib.1.ad Atticum Ciceronis : Versutus autem is videtur esse,qui sese moribus omnium poſsit accommodare: non placet Eustathio qui multiscium interpretatur, hoc est, πολυΐδριν: neque enim versutum esse , iustus est peregrinationis fructus.

Ego non video, cur non etiam peregrinatio F
reddat hominem versutum,cui ex peregrinatione cum accidat multorum ingenia perspicere,& tractare,experientia discit,quid sibi sequēdum, quidue fugiendum sit,vt ad finem omnia referat honestum , & bono viro conuenientem, vt patriæ,& suorum,sicut omnia,cariſsimæ Penelopæ postponit Vlixes. Quamquam huius peregrinationem, vt & Menelai lib.4. cap.20. Aelianus reprehendit ex opinione etiam Theophrasti, quòd lucri eam caussa instituerint, non eruditionis, Phœnicum more mercaturam exercentium ; cùm è diuerso Democriti laudet, quòd eruditionem quæreret , ac doctrinam.

Sic ergò & Ammianus libro 14. conuertit multimorem in malam partem : in bonam Horatius, prouidum , vt mihi omninò videtur, accipiendum, ne mox vitiosum nobis

describat Heroem suum prudentissimus Vates: multimodus etiam verti potest: nam & artem multimodam vocar Tit. Liu. lib. 1. bell. Pun. variam, ac multiplicẽ: pro tempore enim alios atq; alios mores assumere viri est sapientis: quamobrẽ ἑτερομόρφον, & αὐτόμορφον Athen. l. 4. c. 18. nominat, cùm de sorore eius Phæa seu Thua, aut Callisto, ex Patrensi Mnasea, & Lysimacho historicis loquitur, consentire videtur huic explica-
G tioni, 1. var. lib. Cassiod. Epist. 39. Theodorici Regis ad Faustum. Interdum expedit, patriam negligere, vt sapientiam quis possit adquirere. Vlixes Ithacus nisi hoc fecisset, in laboribus propriis forsan latuisset: cuius sapientiam hinc maximè Homeri nobile carmen asseruit, qui multas ciuitates, & populos circuiuit: & illi prudentiores sunt habiti semper, qui multorum hominum conuersationibus probantur eruditi. Natura siquidem humana sicut duris laboribus instruitur, ita per otia torpentia fatuatur.

Sed vox ista composita ẽst, siue à nomine τρόπος, siue à nomine τροπὴ. Magna sanè ratione Eustathius in 2. Iliad. lib. negat à τρόπος cõponi, vt significet eum, qui πρὸς πολλὰ ἤθη μεταβάλλεται, Chamæleontis instar omnium colores recipientis: quoniam Poëtæ ignotus est vocis istius vsus ἀντὶ τοῦ ἤθους, id est, more: si tamen, quasi compositum à τρόπος accipiatur, significare voluis-
H se hominem sapientem, vt mox exponit, qui enim

πολλῶν δ' ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα, καὶ νόον ἔγνω,

necessariò leges, ac mores nouit, & instituta multorum, sapiens efficitur & prudens, & πολύϊδρις, vt vocatur idem Vlixes, Vliacæ o, & à Schol. exponitur πολύπειρος.

ἦλθ' ἀνὴρ πολύϊδρις ἐμὸν πρὸς δώματα πατρὸς.

Sanè versutum latinè vertit Lemnius Rhetus. Quod si à τροπῆ, deriuemus, vt placet Eustathio, intelligere hominem voluit, qui versatili sit ingenio, hoc est, cuius ingenium quasi in diuersas partes vertatur, qui moribus se accommodat omnium: quod num sit boni, ac sapientis viri officium, quærit Arist. postremo lib. Eudem. & esse negat, sed assentatoris potius, & eius quem Græci vocant ἄρεσκον.

Ego fieri cum laude posse hanc quasi morum conuersionem existimo, quo modo, vt sacta profanis miscesmus, Pt. ad Cor. 9. S. Paulus, se omnia omnibus factum confitetur, vt omnes faceret saluos: & in laude M. Catonis Tit. Liuius lib. 39. ponit. Cui, inquit, versatile ingenium sic pariter ad omnia fuisse narrat, vt natum ad id vnum diceres, quodcunque ageret.

I Ac Zeno talem suum sapientem est commentatus apud Laert. lib. 7. peritissimo videlicet Histrioni simillimum, qui aptissima ratione personam siue Thersitæ, siue Agamemnonis sustineat, vtramque imitetur, quomodo præclarè Vlixes, de quo est sermo, & Rex fuit, & mendicus. Sic & Aristonymus in Tomariis docuit; Boni quidem Gubernatoris est officium, ventorum mutationibus se accommodare: fortunæ verò, boni viri. A Et sapienter dicere erat solitus Socrates: Qui sereno nauigant cœlo semper habent parata, quæ procellarum temporibus requiruntur: sic qui prospera fortuna sapienter vtuntur, sibi in promptu habent auxilia necessaria ad ferendam aduersam. Quin & ipse Aristoteles aliquando dixit; quoniam res non succedunt, vt volumus, velle debemus, vt succedunt. Et Plaut. Bacchid. act. 4. Scen. 4. non vt Poëta facetus, sed vt prudens Philosophus, Versipellem, inquit, frugi conuenit esse hominem, K
pectus cui sapit: bonus sit bonis: malis malus. Vtcunque res sit, ita animum habeat paratum, qualem Cicero in diuina illa describit ad P. Lentulum Epistola, ducta similitudine à nautis tempestati obsequentibus. Qua etiam via progressus Floridus Sabinus sub finem libri de iuris ciuilis interpretatione, Ciceronem defendit, inconstantiæ Zasium reprehendens: hinc & dicitur à Græcis, fingere mores, quod benè fit, ac malè.

Qui ergò varias ingreditur vias in capiendo consilio, varius est, ac multiplex, vix vt cuius sit coloris, & propositi queas dignoscere, πολύτροπος est, cuiusmodi Alcibiadem narrant, ac Themistoclem in eorum vita Plut. & alij, sic Eunapius Sardianus, Vlixeam quandam & Themistocleam transgressus malitiam, seu versutiam potius, ille verò in omnes Vlixis, & variè implicatas machinas lapsus. hinc ἀδιάπτωτος μηχανὴ apud Suidam & Plutarchum in Lysandro, & significat illius calliditatem ac versutiam, qui fraudem, fraude, dolo superet dolum. In L
Vlixe autem visus est noster Virg. Aen. 2. in malam partem interpretari illo hemistichio,

—*Scelerumq; inuentor Vlixes.*

Ee

— *Pellacis Vlixei.*

Et Alciphro in epistola quadam, Καλουμένην ὦ ὀδύσσειον βούλευμα. Et Schol. Aristophanis Neb. Cui item Notioni Protei nomen veteres quidam accommodarunt, vt Vlixeæ 4. notauit Eustathius hoc sermone. Qua ratione Socrates dicebat ad quilibet Proteus forma mutatur, at ignarus animo. Talem φόρον Comici vocant, πανοῦργον omnes, & variis epithetis ad naturam, seu vitij, seu virtutis referendam exornant. Eurip. Hecuba.

Talem frontosum sui nominis testem Theodericus Rex apud Cassiod. describit lib. var. 5. Epist. 34. Chamæleonti, ac Proteo componens. Talem Theognis commendauit illis versibus: qui latinè hoc significant, Polypi mores induendos, qui saxi, cui adhæserit, colorem imitatur, sapientis enim quandoq; immutare mores. Imitãdi videlicet eorũ sunt mores, quantũ recta ratio patitur, quibuscum versamur: hæc virtus

si modò

si modò virtus est, omnibus, apud quos fuisset, conciliabat Alcibiadem, vt in eo Aemilius Probus, si modò Probus est, & Athen. lib. 12. c. 16. obseruant: Et sic Homerus Vlixem fingit multa apud Polyphemũ simulare, & inter Procos
M mendici personam præstare: in hunc sensum illud est Ciceronis ad Brutum, seruire scenæ, & Terentij Phorm. vti foro, & similes loquendi modi prouerbiorum instar, quos per te in Chiliadibus leges.

Nec dissimilem Andronicum Nicetas Choniates, & Constantinum Mesopotamitanum, qui plurimum gratia valebat apud Alexium Angelum, eiusque vxorem Euphrosynam, describit, hunc vocans sui temporis Proteum. Quomodo & Tzetzes in Lycophronem Aeolum *πολύτροπον* fuisse notat, & nomen ipsum *αἰολος* designat, & Hippias apud Platonem Vlixem facit mendacem, cùm tamen eo mendaciorem fuisse Achillem Socrates contendat.

De Vlixis autem calliditate, & versutia, habes obseruata quædam lib. 27. Hieroglyph. Pierij non longè à fine Polypi, & apud Prouerbiorum conciunatorem, adagio, Polypus.

N Non omittenda ad huius finem capitis quæ ad boni Principis commendationem Homerus canit: *ἀμφότερος ἦν δὲ ψυχῶν*, vt intelligant viri Principes duplicem ipsis curam incumbere, & se regendi, & socios: eo enim animo par est esse regem, & Principem in suos, & ea caritate, vt loco ipsos habeat, sociorum, immò & filiorum; quibus loco sit parentis, modò quidem lenis, ac mitis; modò autem vindicis, ac seueri: Nam Rex, qui modò Rex esse velit, hoc est, bonus, inseruire debet commodis subditorum.

Quare prudenter Antigonus filio suo, insolentius, & ferocius se in subditos gerenti: Scito, fili, dixit, regnum nostrum splendidam esse seruitutem: Id quod hac oratione Sopater Epistola ad Hemeterium fratrem de regendo Magistratu prudentissimè explicauit apud Stob. serm. 44. Vide vt Imperio dignus fias non Reip. statu,
O sed virtutis, atque studij erga subditos excellentia: Quos verò ante non agnoscebas, nec pertinere ad te quidquã arbitrabaris ampliùs, quàm quiuis homo ob communem omnium naturam, princeps factus reuereri debes, vt iam notos & familiares.

Nec verò satis fuit, Principem subditorum nominauisse Patrem, quamuis nullum aliud inter homines inueniri possit benignius nomen, sed ad patris vocabulum, mansuetum, quoque adiecit: eiusmodi ratus appellationem conuenire & parentibus, & bonis Principibus: & apud eumdem Xenophon lib. 8. Pæd. Cyri. Sæpenumerò aliàs etiam cogitaui bonum principem nihil differre à bono patre: nam & parentes filiis prouident, vt bona nunquam sint defutura: & Cyrus videtur mihi nunc ea nobis consulere; per quæ possemus in felicitate diu conseruari. Vt iure idem apud eumdem serm. 46. dixerit, longè esse pulchrius, & honorabilius Regi beneficiorum post se multitudinem relinquere, quàm trophæorum: quare necessarium Principi triplex hoc Sopatri eadem Epistola præceptum his ab eo verbis expressum latinè. Qui rectè velit imperate, eum mansuetum, & grauem se præbeat, oportet: neque iratè cum subditis agendum ei, nec sine reprehensione tamen, cùm peccant, relinquendi. Illud enim facit, vt nihil à furiosis videatur Principes differre: hoc verò vt facilè peccent subditi. Itaq; clemens esse atq; acerbus improbis debes: clemens quidem tranquillè puniendo, acerbus verò improbitatem redarguendo. Enimuerò Principibus viris à dicteriis, & conuitiis abstinendum.

Plut. lib. quo docet in Principe requiri doctrinam Principes Ministros esse Dei Opt. Max. scripsit ad curam & salutem hominum constitutos, vt quæ in eos bona contulit, partim distribuant, partim cõseruent, quod cum eo valdè congruit, quod Apostolorum Princeps Deo plenus, cap. 2. Epistolæ 1. Catholicæ scriptum reliquit, Duces à Deo missos ad vindicem malefactorum, laudem P
verò bonorum. Qui ab Homero propterea *ποιμένες* dicti sunt *λαῶν*, vt in sacris etiam libris passim, consentit & Virg. cum 1. Aeneid. lib. Aeneam cum suis ita loquentem facit,

O socij, neq; enim ignari sumus ante malorum, &c.

Sæpè tamen accidit vt sapientis, & boni Principis gubernatione, & exemplis ad officia virtutis colenda, perditis moribus subditi non moueantur, & in plurima mala incurrant à Regum suorũ vitæ ratione abhorrentes: id quod minimè est vitio ipsis Regibus vertendum: quod Homerum non latuit mox ita canentem,

Nec tamen ille suos casu pelagiq; ruinis
Incolumes Ithacæ socios deduxit in arua
Insipi(?)atis subiere pericula mortis
Ob scelera. B

Quæ fusius Vlixeæ lib. 12. prosequitur. Quemadmodum neq; cælitibus adscribi peccata nostra debent, & quæ nobis ipsis peccando accersimus, & creamus mala: quod grauiter idem paulò post cecinit: Desipere scilicet mortales docens, cùm malorum suorum caussas in Deos referũt: & exemplo demonstrat Aegisti, cui cùm prædictum fuisset vltorem adulterij, & homicidij futurum Orestem, à scelere tamen non abstinuit,

O Dij, quam sæuè mortales numina primum
Incusant, caussasq; sibi, fontemq; malorum
E nobis pendere putant, atq; aspera rerum
Quæ veniunt, sua cùm pereant ob facta scelestis,
Ac præter fatum cumulent sibi corde dolores,
Atq; infanda sua malefacta libidine tentent, C

Et Plato 10. de Repub. lib. ita Lachesin necessitatis filiam loquentem facit: Virtus autem seruire nescia, & dominum non recognoscens: quam qui magis, minusue vel honore prosequitur, vel contemtu: ita plus, minusue erit eius particeps:

culpa omnis penes eligentem est: Deus extra culpam. Et Solo cùm populum Athenienſem ad depellendam Piſiſtrati Tyrannidem non poſſet incitare, hos ad ipſum verſus dedit Laert. lib. 1.

Si veſtro meritas penditis crimine pœnas,
Non culpa in iſtos reiicienda Deos.
Hos nam ipſi immunes veſtra ſatiſtis in vrbe,
Qui miſeris vobis ſubdita colla premunt,

Ita conuertit Laertij interpres. Sapientius omninò quam Menander qui malorum noſtrorum cauſam Deo adſcribit ita dicens

— Θεὸς μεταιτίαν βροτοῖς.
Ὅταν κακῶσαι δῶμα παμπήδην θέλῃ.

D Quem locum Chriſtianè, & Theologicè pertractauit auctor libri de Trinitate, qui attribuitur Tertulliano, qui potiùs eſt Nouatianus: & iure vulgi lamentationea in ærumnis. S. Ambr. lib. de Cain & Abel. 2. cap. 9. eludit hac oratione: nam qui peccatum ſuum ad quamdam referût, vt Gentiles aſſerunt, decreti, aut operis ſui neceſsitarem, diuina arguere videntur, quaſi ipſorum via cauſſa peccati ſit, &c. Et mox. Sed quantò grauius peccato ipſo, ad Deum referre quod feceris, & reatus tui inuidiam transferre in auctorem, non criminis, ſed innocentiæ? Ex hoc ductum illud in voluptuoſos, & nequam homines adagium ab Horatio lib. 1. Epiſt. Epiſt. ad Numicium vſurpatum Vlixis remigium

— *Remigium vitioſum Ithacenſis Vlixis.*

Quod verò ex Ariſtophane retulimus, quoſdam legiſſe in Homero hunc primum verſum hoc modo.

Ἄνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα πολύτροπον.

Id eſt, vafrum, & aſtutum. Non video cur non, & celebrem, & cuius laudum ſonus vbique fundatur, poſsimus intelligere.

Qui legitimus habendo ſenatui Romæ numerus Patrum: quæ eorum dignitas, vt & Patritiorum etiam Chriſtianorum ætate.

CAPVT XVII.

A ABST hæc Prudentius lib. 1. contra Symmachum.

Si conſulta Patrũ ſubſiſtere conſcripterũ
Nõ aliter licitũ priſco ſub tempore, quã ſi
Ter centũ ſenſiſſe ſenes legerentur in vnũ.

Priſcum illud tempus, vt verum ſit, quod ait Prudentius, eſt accipiendum non ſub Regibus, prioribusue Conſulibus, cùm Roma infans erat, ſed paulò recentius, cùm adoleuerat, imperiumq́; & vires creuerat: nam primum illud priſcũ tempus, ne tantùm quidem numerũ poterat requirere. Lactantius c. 7. l. 2. de origine erroris. Ita cõſtauit Romulus ex his omnib. Populum, legitq́; in ſenatum eos, qui ætate anteibant, & Patres appellauit, quorum cõſilio gereret omnia. De quo ſenatu Propertius elegiarum ſcriptor hæc loquitur lib. 4. Eleg. 1.

Curia prætexto quæ nunc nitet alta ſenatu
Pellitos habuit ruſtica corda Patres.
Buccina cogebat priſcos ad verba Quirites,
Centum illi in prato ſæpè ſenatus erat.

Hi ſunt Patres, quorum decretis eruditi, ac prudentes viri deuotiſsimè ſeruiunt, idq́; verum, ac immutabile omnis poſteritas iudicet. ⟨q⟩ centum pelliti ſenea ſtatutũ eſſe voluerunt. Certum quidem ſenatorum numerũ ad S. C. faciendum neceſſarium fuiſſe diſcimus, cùm ex aliis locis, tum verò 12. lib. Sex. Pompeij. Dicere ſolebat quidam ſenator conſuli, numera ſenatum, cùm ſcilicet impedimento eſſe ſolebat, quominus S. C. fieret ſi videlicet tot non fuiſſent ſenatores, quot numero liceret S. C. ſcribi. B

Ex T. Liuio cognoſcimus, etiam florente Rep. in rebus non adeò magni momenti ſatis fuiſſe centum Patres ad S. C. faciendum lib. 10. Prætor ſenatum conſulere, ſi ei permiſſum eſſet, cùm in ſenatu centum non minus eſſent, & lib. 39. de Bachanalibus ſcribit, S. C. cautum fuiſſe, vt ſi quis tale ſacrum neceſſarium eſſe duceret, apud Prætorem Vrbanum profiteretur, Prætor ſenatum conſuleret, ſi ei permiſſum eſſet, dum in ſenatu centum non minus eſſent, ita id ſactum faceret. C

Aſc. verò Pedianus comment. in Cornelianam Ciceronis; lege Cornelia cautum ſcribit, ne quis in ſenatu ſolueretur legibus, niſi ducenti adfuiſſent: quod etiam Dio lib. 36. affirmat: quod ſi vſu veniſſet, vt non conueniſſet in curiam is numerus, qui requirebatur, ſenatus quidem habebatur & decretum fiebat: id tamen non vt S. C. ratũ, certumq́; habebatur, qua ſententia, ac voluntas ſenatus nota, teſtataq́; fiebat, ſi eidem Dio lib. 33. cõſentaneè ad Ciceronem 1. Epiſt. ad Lentulum: Verba Dionis hæc ſunt: quod ſi quando caſu fieret, vt non tot, quot opus fuerat, conuenirent, conſilium quidem ij capiebant, & quod ſtatuiſſent, id præſcribebatur, non tamen vim S. C. obtinebat, ſed auctoritas ſenatus dicebatur. αὐκ' αὐθεντία ἐγίγνετο. quæ videlicet oſtenderet, quæ fuiſſet ſententia eorum, qui conſilio interfuerant ſenatorum: quod quidem vis indicat vocabuli: nam Græcè vna voce explicari non poteſt. D

Idemque hoc etiam tum obſeruatum eſt, cùm aut loco, aut tempore alieno, aut nullo legitimo edicto vocati feſtinato coiſſent, vbi per c t, non per t h, ſcribendum indicat, auctor, auctoritas: quamquam res ipſa non refellit hunc per t h, modum ſcribendi borum qui voluerunt ab αὐθέντης, αὐθεντικόν, αὐθεντία, deriuare, quæ verba ſunt recentiorum Græcorum: nam αὐθέντης olim erat apud veteres Græcos, qui ſe manu conficit, ac necat, ὡς ὑπ' αὐθέντου, τοὺς κακοὺς, ἢ ἀλόντας, inquit Thucyd.

Schol.lib.3. Nunc auctores Dominos vocant.& potestatem habentes, vbi etiam alterius occisor E *αὐθέντης* nominatur. Priorem verò modum per c.t.defendit, & confirmat Alciatus 2. lib. Parerg. cap.9.

Longè autem maiorem numerum, quàm centum fuisse necessarium postremis temporibus,ac mediis.hoc est,florente Rep.& initio cõstituti Imperij disertè his verbis ostendit lib. 54. ad finem Dio. Et cùm videret, Augustos videlicet,non semper frequentes conuenire senatores. senatus consulta etiam à paucioribus , quàm quadringentis senatoribus , vt fieri possent,statuit,cùm ante ea.vt rata essent, hunc numerum requirerent; Consule Turnebum lib.13. aduers. cap.12.& lib.30.cap.35.

Magna sanè laus posse animi cogitationes,& sensa vberi,& copiosa oratione , vt facilè intelligaris,explicare: idem verò breui, & compresso præstare sermone,ita vt breuitate allicias. breuitate sententiam expromas tuam.certè mihi & videtur esse admirabilius, & laudabilius. Hanc ego laudem C.Crispo Sallustio historicorum facilè Principi,libenter soleo tribuere,vt Menelao tribuit Iliad.3.Hom.quem loqui solitum canit,

παῦρα μὲν, ἀλλὰ μάλα λιγέως,

Pauca quidem, sed valdè suauiter, vel argutè, quod existimem breuitate illum. & perspicuitate,plerisque eorum præstitisse,qui ampla oratioF ne scripserunt. Hanc tamen gloriam breuitatis, & perspicuitatis,ambiisse videntur nonnulli historiarum scriptores cùm docent, vnde primùm Romæ senatus,& Patres appellati.

T.Liuius lib. 1. cùm iam virium haud pœniteret, consilium deinde viribus parat: centum creat senatores; siue,quia is numerus satis erat; siue, quia soli centum erant, qui creari patres possent:siue potiùs, quia ciere patres possent , vt iure Sigonius emendat noster in defensione Scholiorum Liuianorum aduersus Glareanum, & Robortellum: primùm, quia Dio & Plut. vbi caussam exponunt, cur centum potissimum Senatores, quos Patres appellauerit Romulus, crearit, ita aiunt, *ὅτι πατέρας ἔχον ἀποδεῖξαι μόνοι*, quod soli centum , Patres nominare possent, quasi verò alij essent terræ filij: Deinde quoniam G lib.10. idem T. Liuius scribit,qui patrem ciere possent,eos patricios esse appellatos : sequitur idem lib.1.Patres certè ab honore,Patriciiq; progenies eorum appellati.

Plutarchus ita latinè conuersus in Romulo: Deinde ex Optimatibus centum creauit senatores, quorum collegium ab ætate senatum vocauit:Illi Patres dicti,vel quòd hi solum qui legitimi Patres essent, creari poterant, vel quód illi Patres suos indicare poterant, quod non poterant ex his multi, qui in eam Vrbem conuenerant:vel à Patrocinio dicti Patres, & quæ ab eo fusè narrantur: quibus mirificè Zonaras Tomo Chron.1. consentit.

Idem breuiter quæst.58. Rom.Plut.cur senatorum alios Patres conscriptos. alios simpliciter Patres vocant? an Patres, & Patricij,qui initio à Romulo sunt lecti,qui possent suos Patres ciere? qui verò deinceps è plebeis adscripti sunt,Patres conscripti dicuntur? L.Florus cap.1.lib.1. consilium Reip. penes senes esset, qui ex auctoritate Patres.ab ætate senes vocantur. Proximè Eutropius historiarum suarum initio : Centum, inquit.ex seniorib. legit, quorum consilio omnia H egit: quos senatores,propter senectutem, Patres ob similitudinem curæ nominauit.

L.Fenestella,si modo is est auctor libri de Magistratibus Romanorum. cap.1. Vrbis Parens. & conditor, cùm iam nouam ciuitatem viribus,& robore Iuuenum affatim à se munitam cerneret. haud minoris momenti fore ratus, si eamdem consilij ope fulsisset.ex primoribus Patrum, qui tunc aderant,ciues centum numero elegit.quos ob honorem,Patres,ob ætatem,senatores appellauit.

Omnium optime Salustius initio coniurat. Catil.de veteri illa optima Reip. administrandæ ratione,& de senatu loquens;delecti.inquit,quibus corpus annis infirmum,ingenium sapientia validum erat:Reip.consultabant:hi vel ætate, vel curæ similitudine Patres appellabantur. Quam pressè? quàm perspicuè? quàm verè,ac plenè? I Et ab hac quidem ratione Imperij per Romulum constituendi, hoc est, armis, ac viribus Iuuenum,consilio,& prudentia senum, duo menses opinione multorum, nomen acceperunt: Maius à maioribus, id est, senioribus: Iunius à Iunioribus, quod manifestè probat 5. Fast. lib. Ouid.

Hinc sua Maiores,tribuêre vocabula Maio,

Qui tamen lib. 6.

Iunius à Iuuenum nomine dictus adest.

Aliundè nomen canit accepisse illo versu.

An potuit Maio pellex dare nomina mensi?

Id.Maia.Et rursus de Maio.

Mensis erat Maius maiorum nomine dictus.

Et lib. 6.de Iunio.

Iunius est Iuuenum,qui fuit ante Senum.

Nomen etiam Patrum ita expressit eodem 5. lib.

Nec nisi post annos patuit tunc curia seros
Nomen & ætatis mite senatus habet.

Vt iure M.A.Maioragius Epistolarum quæst.lib. K 1. quæst. 3. imperitiæ Bartolum illum ,celebrem iuniorum Iurisconsultorum Principem , reprehendat: qui ab assentiendo senatum dici putauit.

De origine etiam alterius nominis dubitans ita Dionysius scripsit, lib. 2. antiq. Rom. vtrùm autem propter senectutem eorum,qui cooptati fuerant in senatum,an propter virtutem Romulus nomen illud inuenerit, non habeo certum, quid dicam, cum prisci homines, eos, qui natu grandes, & boni essent viri, solerent *γέροντας* ap-

pellare, id eſt, ſenes, alterum patrum, aut patri-
ciorum, potius nomen inditum, vel quòd inge-
nuorum liberorũ Patres eſſent, vel potius, quòd
ipſi demonſtrare patres ſuos poſſent, vel etiam à
patrocinio, ſic enim [illegible] appellant latino
verbo. Nam eos Patronos, qui opem, ac præſi-
dium ferunt, nominabant: ac propius ad men-
L tem Romuli videntur ſignificari primarij, ac
principes ciuitatis viri, qui paterno debeant ſtu-
dio inferiorum curam ſuſcipere, & hoc nomine
eò plebem perducere, vt ne ob potentiorum ho-
nores indignentur, ſed eo aduerſus ipſos animo
ſint, quo filij aduerſus parentes, quos videlicet
habent, & appellant Patres.

Nam quę prioris nominis ratio à Feſto lib. 14.
traditur, ea minus mihi videtur veriſimilis. Pa-
tres, inquit, ſenatores ideò appellati ſunt, quia
agrorum partes tenuioribus attribuebant, ac ſi
propriis liberis: illa veriſimilior alterius nomi-
nis ab eodem lib. 1. aſsignata: ſenatores à ſene-
ctute dici ſatis conſtat, quos initio Romulus e-
legit centum. Ethicè non modò, ſed hiſtoricè e-
tiam lib. var. 2. epiſt. 24. ſub Theodrici Regis per-
ſona Caſsiod. expreſsit. Conſtat Senatum popu-
lis viuendi regulam præſtitiſſe: nam quod ornat
nomen Romanum à vobis legitur inſtitutum:
ad hoc Patres in illo principio nominati, vt qua-
ſi filiorum per vos poſsit vita componi: vos e-
M nim deuotionem prouinciis, vos priuatis iura
decreuiſtis, &c. qui & lib. 6. epiſt. 14. Patres publi-
cos vocat; & lib. 9. epiſt. 23. quæ eſt in perſona A-
thalarici Regis, ad verba Salluſtij alludens. Nam
licet, inquit, nuncupamini omnes generaliter
Patres, huic etiam eſtis ſpecialiter & parentes.
Nomen veſtrum à curę ſimilitudine deriuatum,
fideliſsima rerum appellatione confirmat, &c.
ex quo epiſt. eiuſdem lib. 7. ita loquitur. Quid ſit
maturitatis, quid prudentiæ in ordinis ipſius æ-
ſtimatione cognoſces, cuius primæua germina
mox vt adoleuerint, Patres vocantur: Adoleſcen-
tia illic inchoat à maturitate conſilij.

Quanquam autem Senatum conſtituenda vr-
N be Romulus excogitaſſet, parum tamen reuera
ipſi in rebus gerendis auctoritatis dedit: quo-
niam, vt Tacitus lib. 3. loquitur, vt libitum erat,
imperitauit, abuſus videlicet regia poteſtate:
quare abalienatis Patribus in fruſtra conciditur
miſer. Superbus quoque Tarquinius expellitur,
non tam propter malè adminiſtratam Rempub.
quàm propter arrogantiam, & ſuperbiam, quòd
Regum primus, vt loquitur lib. 1. T. Liuius, tra-
ditum à prioribus morem de omnibus ſenatum
conſulendi ſoluit, domeſticis conſiliis Rempub.
adminiſtrans.

Et maxima tamen ſemper fuit Romę Senatus
auctoritas: cum etiam Regum tempore, nemo
regnaret, niſi quem regnare Patres decernerent,
populus iuberet: vt in Priſci Tarquinij regis filio
L. Tarquinio conſtat, cui non ſatis fuit, ad re-
gnum, ſobolem fuiſſe Regis, niſi hæc Senatus,
populique ſuffragia habuiſſet, & cum initio Re-
gni ſui Seruio Tullio iure inter cætera obiectum
fuiſſet, eum non auctoribus Patribus, ſed dolo,
& fraude occupauiſſe, ea tamen tacita habuit,
cum 40. & amplius annos regnauerit. Longè au-
tem maxima poſt Reges exactos Senatus aucto-
ritas fuit, cum rerum Romanorum ſumma, ma- O
iori ex parte penes ipſum ſenatum eſſet: quod e-
ruditiſsimè Ioannes Zamuſcius demonſtrat au-
reolo ſuo de ſenatu libro, eo præſertim tempo-
re, quo libera fuit Reſpub. Nam poſtquam ſub
vnius dominatum recidit, Auguſti, & conſe-
quentium Imperatorum, videbatur imminuta.

Primus tamen Auguſtus, cùm fingeret ſe vel-
le Imperium deponere, vt popularis videretur:
quod Onuphrius comment. in lib. Faſtorum ſuo
ex veteribus egregiè docet, nec ſenatus aſſenti-
retur, ſenatui quidem commiſit adminiſtratio-
nem tranquilliorum Prouinciarum, profeſſus
de eius conſilio, ſe grauiora quæque tranſactu-
rum, cum ipſe interim turbulentiores prouin-
cias curaret: ac ſanè ex Dione, Suetonio, ac Taci-
to cognoſcimus omnes vſque ad Neronem Im- P
peratores, tametſi ſuperiorum lege, aut teſta-
mento imperarent, profeſſos non niſi ex S. C. im-
perare: & eum deinceps à militibus per factio-
nes plerumque eligerentur loco tamen Impera-
torum non habebantur, niſi acceſsiſſet vel libe-
rum, vel extortum ſenatus decretum: Docent
hæc poſterioris ſæculi ſcriptores, Ael. Spart. Iul.
Capit. Lampridius, Volcatius, Vopiſcus, ac Tre-
bellius: aliquos ſolus dedit Senatus, Neruam, vt
Dio ſcribit; Alexandrum Mamææ, vt Lampri-
dius; Cælium Balbinum, & Clodium Maximum
Pupienum, vt Capitolinus: ac Tacitum, vt Vo-
piſcus.

Sanè vt quiſque optimus erat Imperator, ſic
Senatum maximi faciebat, & ex Senatuſconſul-
to cuncta tranſigebat. Quare Tacito Imperante
Vopiſcus tradit à Senatu ad primarias orbis Ro-
mani Ciuitates ſcriptum fuiſſe dandi Ius Impe-
rij, appellandi Principis, nuncupandi Auguſti,
ad nos reuertit: ad nos igitur referte quæ magna
ſunt; & refert Onuphrius loco citato Romæ in Q
Laterano adhuc extare tabulam marmoream,
in qua inciſum eſt S. C. quo Veſpaſiano manda-
tur Imperium, Imperiique leges præſcribuntur,
totumque recitat, vt extat mutilum: Et Capito-
linus obſeruat neminem antè Maximinum, niſi
è Senatu, creatum Imperatorem; maximæ item
quæque dignitates Senatoribus dabantur. Hæc
de Senatu Romæ veteris Dominæ Gentium.

Conſtantinus altera Roma facta Byzantio,
quam Conſtantinopolim appellauit, & nouam
Romam, alterum in ea Senatum Romano pa-
rem conſtituit: ex eo tempore duo ſemper fue-
runt Imperatores, alter in Oriente Conſtanti-
nopoli ſedens: alter in Occidente, Romæ: qui &
viuens filios ſibi ſucceſſores delegit Imperij, hoc
eſt, Cæſares fecit: & Zonaras quidem cum res à

K Conſtan-

Coostantino gestas describit, Senarui Constantinopolitano suum honorem conseruatum indicat: cum eius maxima ratio baberetur in ele-
R ctione, vel approbatione Imperatoris: quamuis Imperium iam hæreditarium factum videretur, vel in potestate esset superioris successorem designare.

Romæ quoque veteris, cum in externi hominis, & Gothi, hoc est, Theodoriel, esset potestate, Senatui maximus delatus honos, & relictæ dignitates omnes, ac magistratus; vt olim, quod apud Procopium Totilas Romanis exprobrat: & constat ex litteris Theodorici apud Cassiodorũ: nam & Procopius narrat illud præcipuum fuisse pactorum Iustiniani cum Theodahato Rege Italiæ, ne is vllum posset in Senatum Romæ deligere, nec è Senatu quenquam, aut clero necare, bonisue multare. Ac, siue electionem Imperatoris præcederet, siue subsequeretur, aut comitaretur sententia, voluntasq; Senatus, mos erat, vt quoties absens Imperator fiebat, eius imago Ro-
S mam ad Senatum mitteretur, cui in coacto Senatu conueniens honos habebatur, & Imperatori quasi præsenti acclamabatur: quo ritu Imperator à populo Romano admissus intelligebatur. Gothis pulsis Italia, & dirota, vel maximè deformata vrbe à Totila, nullus videtur reliquus fuisse Senatus: Procopius enim libro 1. de bello Gothico refert, à Vitige eorum Rege Senatores omnes occisos, quos Roma secum, quasi obsides, doxerat, & à Teia reliquos, qui superfuerant, vndique conquisitos lib.3.

Quamobrem imminuta, & extenuata vrbis maiestate, & propterea ab Imperatoribus neglecta, licet in eius esset ditione: gubernatio ipsius, vt finitimarum ciuitatum, summo Pontifici relicta fuit, quod maximè ex S. Gregorij registro, colligo: Deplorat Inter alia vir sanctissimus, se non Episcopum esse Romanorum, sed Longo-
T bardorum lib.1. epist.30. quod cum illis incursantibus res foret. Alibi, scribit se Ecclesiæ milites mittere, & in sua esse potestate pacem facere cum Regibus Longobardorum libro 2. cap.70. etiamsi nolit Italiæ Exarchus: Ad ipsum etiam Pontificem Romæ consistentem, veluti ad Rempub. Longobardi Reges, mittebant lib.4. cap.73. & 74. Et quamuis raram non habuisset pacem à Gregorio aliquando factam Mauritius Imperator, tamen eam Longobardi, quam cum Imperatore non habebant, violare noluerunt, lib.7. cap.12. & 13.

Idem Pontifex pacem facit cum Theodorico Francorum Rege, velut inter Regem, ac RempublicamRomanorum Phoca imperante, quem suscitatum vocat in Repub. Dominum libro 11. cap.9. & 43. Quid militum Magistris sit agendum, quò eundum, vnde abscedendum, qui relaxandi, qui retinendi, litteris suis imperat: mittit etiam Tribunos militum, qui Neapolim custodiant, eisque vt Neapolitani obediant, iubet. Montanum item ac Thomam liberos ex hac die, V
inquit, & ciues Romanos efficimus lib.12. cap. 21. 22. 23. Exarcho Africæ scribit, vt suo nomine iubeat Theodorum Magistrum militum ab illicitis quibusdam abstinere lib.1. cap.23. Libertino Siciliæ Præfecto mandat, vt inquirat in quædam Nasæ Iudæi acta, eaque seuerissimè puniat lib.2. cap.76. & lib.1. cap.60. mandat, ne quis caussas cuiusdam viduæ Catellæ in Insula Sardinia cognoscat.

Quamobrem Clerum Ecclesiæ Romanæ apparet loco Senatus fuisse, & eius auctoritate suo functum, cuius rei hoc item argumentum in eodem extat registro, cum narrat imaginem Phocæ, & Leontiæ vxoris missam in vrbem, eiq; acclamatum in Lateranis fuisse in Basilica Iulij ab omni Clero vel Senatu. Exaudi Christe Phocę Aug. &c. & nostris diebus Sixti V. Pontificatu, in illo oratorio inuentas fuisse plurimas Imperatorum O- X
rientis imagines, aureis monetis insculptas notat Thomas Bosius vir humanæ, ac diuinæ historiæ peritissimus, lib. de notis Eccl. Cath. 10. cap. 13. easque à Pontifice dono missas ad Catholicos Principes, quas etiam literis excusas cum elogiis Imperatorum, & euentus narratione scribit.

En tibi Romani Senatus potestatem in Clerum Ecclesię Romanę translatum: iure vt meliorem eius partem Cardinales Senatus nomen, & locum Senatorum, & Patrum tenere possimus asserere. Quamobrem hac fretus Constantinus Papa, quanquam & longè superior in eo potestas, scilicet, diuina, vetuit ne imago Philippici Imperatoris impij, reciperetur; & Gregorius II. Leoni Iconomacho Imperium in Oriente abrogauit, & omnia Imperij iura in Occidente ademit, vt proximus huic sęculo scribit Paulus Diaconus lib.6. cap.11. Et Miscellæ auctor lib.23. Pollebat, inquit, Germanus, ceu contra bestias pugnans aduersus Pheronymum hunc Leonem, & fautores eius: In seniore verò Roma Gregorius Z
sanctissimus vir Apostolicus, & Petri Apostolorum Principis confessor, verbo & actu coruscus, qui remouit Romam, ac Italiam, necnon omnia tam Reipub. quàm Ecclesiastica iura in Hesperiis ab obedientia Leonis, & Imperij sub Ipso constituti.

Et Zonaras Tomo 3. in Leone: qua de caussa, inquit, Gregorius, qui tum Romæ veteris Ecclesiam gubernabat, repudiata Præsidis nouæ Romæ Societate, necnon eorum, qui illum sequerentur, illos vna cum Imperatore Synhodico anathemate constrinxit, & vectigalia, quæ ad id vsque tempus imperio inde pendebantur, inhibuit. Et Adrianus Carolum Patricium Romanorum creauit, quæ suprema erat dignitas post Imperatoriam, quod Pater Imperatoris existimaretur, quicunq; eum honorem adeptus fuisset, vt apparet ex formula 2. lib.5. Cassiod. & Iustin. Instit. lib.1. tit.2. & suprà explicauimus.

Atque vt hanc de Senatu orationem absolua- Aa

mus,

mus, sciendum Christiano homini ἐκ τῶν ἀδυνάτων fuisse, vt senator esset; simul enim atq; is, qui senator erat, in Christū credidisset, in senatu esse non poterat; nam vel necesse erat abire senatu, aut à Christi religione discedere: Lex enim erat Augusti, vt quilibet senatorum, antequam suo loco sederet, thure, ac mero apud aram eius Dei supplicaret, in cuius templo coiretur, ita in Octauio Sueton. cap. 35. Senatus autem in templia tantum cogebatur, immolabaturq; sacrificium, ac primum de rebus diuinis, tum de humanis sermo habebatur: quod apud Agellium lib. 14. cap. 7. docuit M. Varro.

Patricij verò nomen, ac dignitas longè diuersa fuit apud veteres illos Romanos, & recentiores Christianos. In primis auctore Liuio lib. 1. vt initio cap. docuimus, centum illorum, quos Romulus Senatores legerat, & honoris caussa, Patres appellauerat, progenies, Patricij dicti, qui & Bb ingenui nominati, vt ex Cincio docet Festus. Idem Velleius, Halicarnassens, Dio, Plut. & ceteri veteres scriptores.

Erant hi Patricij originarij dicti, qui ab antiquis illis originē ducebant: Maiorum Gentium Patricij à Liuio nominati. Successerunt alij, qui idcirco allecti, & minorum gentium dicti, qui ex plebe in Senatum, & ex Senatu transibant ad nomen Patricium: de quibus in Iulio Tranquillus cap. 4. & in Octauio capite 2. Quo fiebat, vt non omnes Patricij essent Senatores: nam filij Patriciorum iidem Patricij dicebantur, tunc autem etiam Senatores, cum inter Patres adscripti, Patres conscripti nuncupabantur. hinc illud Suet. cap. 10. in Octauio. Quanquam Patricius nondum Senator; sic & nonnulli licet essent Senatores, nondum tamen erant Patricij, vt in Octauio Cc indicat Suet. cap. 2. Et Cornelius Tacitus lib. 1. iisdam diebus in numerum Patriciorum adsciuit Cæsar vetustissimum quemque ex Senatu, aut quibus clari parentes fuerant. Atque hic ordo erat.

Legitur etiam magistratus fuisse in veterum commentariis, cum videlicet Patricij in sacerdotium adsciscebantur, & ad eos potissimum sacrarum rerum cura pertinebat: horum enim præcipua sacerdotia, & pontificatus erāt: In hanc sententiam Cicero pro domo sua, quòd Clodius è Patriciis ad plebem transierat. Quæ maior calumnia est, quàm venire imberbem adolescentulum bene valentem, ac maritum, dicere filium Senatorem populi Romani sibi velle adoptare: id autem scire, & videre omnes, non vt ille filius instituatur: sed vt è Patriciis exeat, vt Tib. Pleb. fieri possit, idcirco adoptari? Mox. Probate genus adoptionis: iam omnium sacra interierint, quorum custodes vos esse debetis: Iam Patricius nemo relinquetur. cur enim quisquam vellet Dd Trib. Pleb. se fieri non licere? angustiorem sibi esse petitionem consulatus, in sacerdotium cum possit venire: quia Patricio non sit is locus, non venire? & statim. Itaque populus Romanus breui tempore neque Regem sacrorum, neque Flamines, neque Salios habebit, nec ex parte dimidia reliquos sacerdotes, neque auctores centuriatorum, & curiatorum comitiorum: auspiciaque populi Romani, si magistratus Patricij creati non sint, intereant necesse est, cum Interrex nullus sit, quòd & ipsum Patricium esse, & à Patricio prodi necesse est. Et ad Brutum epist. extrema. Dum enim vnus erit Patricius magistratus, auspicia ad Patres redire non possunt.

Eiusdem Patricij magistratus Liuius frequenter meminit, qui & in oratione P. Decij aduersus Patres: & in concione Claudij aduersus Plebeios, magistratum Patricium, auspicia curare solitum pluribus docet, vt & Cicero lib. de Diuin. Ee & legibus, quàm ampla esset eius potestas in comitiis conuocandis, Magistratibus creandis & Consulibus, si opus fuisset, consulatu deiiciendis.

Quanquam ego his omnibus locis non agnosco, pace dixerim eruditissimorum virorum, qui hoc notarunt, Patricium vllum peculiarem Magistratum; sed ordinem ciuium, è quo legerentur nonnulli Magistratus, propterea Patricij dicti.

His Magistratibus simul cum Romanorum superstitiosa religione extinctis, stetit ipsa dignitas Patriciatus, vt sic dicam, vt quemadmodum olim dignitas Pontificia, in eo fuerat perpetua, nec nisi obitu extingueretur: ita sub Christianis Imperatoribus Patriciatus dignitas perennis esset: id egregiè Cassiod. lib. 6. var. formula 2. expressit his maximè verbis. Nostro munere subleuatus, Patriciatus culmen ascende, &c. Sidonius Apollinaris. Egdicio honor Patriciatus accedit: celerrimè, si cogites eius ætatem: si merita tardissimè. De eadem amplissima dignitate, quę clarissimis tantum viris conferri solebat, agit idem Cassiod. lib. 8. epist. 9. 10. 11. & Zeno lib. 3. de Ff Consul. Cod. lib. 12.

Adeo erat Patriciatus dignitas excellens, vt non consulatu ea, quam consulatus Patricia dignitate illustraretur, vt Iustin. grauiter expressit lib. 1. Cod. de Consul. Itaq; iam Patricij Christianorum Imperatorum ætate, non à Patribus, qui & Senatores erant, sed quod Patres dicerentur Imperatoris, appellati, vt idem testatur. L. vlt. Cod. eod. eiusdem meminit Procop. lib. 3. Itaque iure Alciat. de Coss. & non sparg. pecun. notat apud Romæos, id est, Græcos, maiorem omnino esse dignitatem Patricij, cæteris, quæ non ex successione debita foret, sed quæ à Principe concedebatur. Et meritò Romæos dicit, quoniam, vt auctor est Zosimus, cum de cædibus consanguineorum Constantij filij Constantini Magni loquitur: Interfectus est etiam, qui Patricij digni- Gg tatem à Constantino obtinuerat: nam eum honoris gradum primus excogitauerat, lataq; lege sanxerat, vt qui eum consequuti fuissent, supra

ipsos Præfectos Prætorio sciscitarent: quod in noua Roma intelligendum.

Atque vt coronis sit huic capiti, adnotanda sunt Taciti verba lib. 11. annal. Paucis iam reliquis familiarum quas Romulus, Maiorum, & L. Brutus Minorum Gentium appellauerant: exhaustis etiam, quas Dictator Cæsar, lege Cassia, & Princeps Augustus lege Sænia sublegêre. Videtur enim Tacitus existimauisse Patricios omnes, qui à Regibus lecti forent, Maiores fuisse: qui à Bruto, Minores: cum T. Liuius, aliiq; historici aliud scripserint; vt latè Onuphrius comment. in 1. lib. Fastorum persequitur. Hunc tamen locum Taciti, Lud. Viues, vt Canterus in suis nouis lectionibus refert, Romulus Maiorum Gentium, L. Tarquinius, Minorum, Brutus conscriptorum appellauerant. Sic legit.

Vocis nummus, origo, Græcane, an Latina: quid asper, & in pecunia scripuli.

CAPVT XVIII.

A GRAECAM esse vocem nummum, sunt qui velint; sunt qui latinam; sed è græca origine: ac tertio, qui omnino latinam. In hoc tertio ordine Tranquillũ Suidas reponit his verbis: Assarium primus post Romulum Rex Romanorum Numas concessit Romanis, vt cuderent ex ferro atque ære: cùm ante eius tempora vterentur ex corio ac testa: Ea æra ex suo nomine appellauit Numia, Numos dicta, vt ait Tranquillus: Vbi hoc Tranquillus affirmet, ignoro. Si verum est tamẽ quod de re ipsa tradit, verisimile est etiam nummum à Numa nomen accepisse, atq; ita per simplex m scribendum esset. Qui latinam è Græco fonte putant ἀπὸ τοῦ νόμου, id est, à lege, natam vocem tradunt; quoniam cum olim permutatione vti
B homines solerent, lege introductus est nummi vsus, qui non erat natura: hac ratione cum vno tantum m scribi deberet.

Huic origini Græca vox fauet νόμισμα, quam passim etiam boni auctores, tanquam latinam vsurpant, quæ etiam accipitur pro νόμου, id est, lege. Arist. Neb. loquens Socrates, ait πρῶτον γὰρ θεοὶ ἡμῖν νόμισμ' οὐκ ἔστι, in primo ordine Varro collocatur, qui tamen vel mediam sequitur viam, cum vocem Siculam esse 4. de ling. lat. lib. scribat, aut omnino Græcam putat, cum Siculi olim essent Græci: sic etiam lib. 9. cap. 6. ὀνόματι. Pollux hac oratione vsus: nummus videtur esse numismatis Romanorum nomen, tamen est Ere, cum in confiniis Italiæ & Siciliæ, siue vt alij corrigunt Dorum. probans exemplo Epicharmi, & Aristotelis: quæ origo quibusdam non probatur, quòd à Romanis, Siculi potius sunt oriundi, quam contra: ac mihi sanè argumentum latinitatis huius vocabuli satis clarum videtur, quòd in linguam

C Græcorum, qui latinis erant finitimi, irrepserit: nescio an omnino malè existimare possimus, nummum à numero appellatum: tametsi in hoc prima syllaba corripiatur, in nummo sit producta: alicui visa est probabilis coniectura, mihi non videtur.

Asper numus est Turcis familiaris, vt mirum sit eodem etiam nomine ad nummum significandum vsos esse veteres, sed nummum recens percussum: quare Latini pro Græcorum Collybo dixerunt aspraturam: quod enim tritum dabat nummularius, volebat asperum: nam vetus tritus est, & ipso vsu fugientibus notis lęuis, non asper, quia vndique æqualis: recens verò percussus, asper dicitur, quia inæqualis: quo sensu Virgil. Aen. lib. 5. vasa perfecta, atque aspera signis dixit noua, & cælata, & quasi emblematis vestita: eminebant enim formæ ipsorum quomodo & Persius Sat. 3.

Quis modus argento? quid fas optare? quid asper
Vtile nummus habet?

D Et Sueton. in Nerone cap. 44. Exegitque ingenti fastidio, & acerbitate nummum asperum, argentum postulatum, aurum ad obrusam. Et epist. 19. Seneca. Sed monebis mihi controuersiam, si te noui, nec voles, quod debeo, nisi in aspero, & probo accipere: hoc enim à morosioribus solet, & nimium pecuniæ addictis: & ferè commune vitium est, vt delectus habeatur in recipiendis nummis, in eoq; fastidiosi mortales sint, vt reddi sibi in solutionibus velint nummos probatissimos, & recens signatos: id quod factitatum à Nerone tradit Suetonius, vt notauimus in exigendis vectigalibus: & creditores indicat Seneca, cauere solitos in paciscẽdo, vt sibi eo genere nummi soluatur.

Qui scrupulus in pecunia dicitur, ab aliis scripulus, siue scripulum nominatur vt l. 1. & 5. C. de metall. lib. 1. L. 1. C. Theod. de pond. & C. eod. lib. 12. de metall. quę vigesima quarta pars vnciæ definitur à Volusio Mætiano. Ouid. de medicamine faciei.

E *Quinque parant Marathri scripula, Mirrha nouem.*

Rectè verò scripulum dici, non scrupulum mos indicat Græcorum vocantium scripulum γράμμα, citatis enim legibus ita vertunt: nam scrupulus longè aliud est, qui Græcis dicitur ψῆφος, & λιθίον: at verò scripulus à scribendo dictus videtur, vt Græci γράμμα à γράφειν: quare sunt qui scriptulum dici velint. Eum faciunt sex semina siliquæ, vt vetus docet Lexicon: 12. faciunt drachmam, Græcis siliqua dicitur κεράτιον, quæ dimidia pars est lupini, pendens grana quatuor hordei, cum lupinus pondere suo octo exęquet grana hordei. In ratione ponderum Græcorum κεράτιον habet χαλκοῦς β. De re ipsa, id est, nummi natura, lege præclara in Iac. Mazzonio c. 20. lib. 1. Defens. Dantis, lingua vernacula Italica ab eo scripti.

De vitæ bene instituendæ ratione Ciceronis, Plutarchi, Galeni, & A Senecæ, & aliorum loca inter se collata, & illustrata.

CAPVT XIX.

HISTRIO si paulò se mouit extra numerum, aut si versus pronunciatus est, syllaba vna breuior, aut longior, exsibilatur, & exploditur: in vita, quæ omni gestu moderatior, omni versu aptior esse debet, vt in syllaba te peccare dices? Poëtam non audio in nugis, in vitæ societate audiam ciuem peccata digitis demetientem sua? Verba sunt M. Tullij in 3. Parad. quibus docet maiorem esse habendam rationem bonæ actionis, quàm pulchræ orationis: & diligentius insistendum in motibus corrigendis, quàm in gestibus emendandis. Facem prætulit Galeno eruditissimo scriptori, qui libro de ordine suorum librorum B ad Eugenianum extremo, eum verba facit de quodam suo Atticorum vocibus Alphabeti serie digestis inscripto tractatu. Et quidem, inquit, non hoc agimus, quod hoc nostro æuo multi, qui omnibus imponunt necessitatem Atticè loquendi: siue illi Medici, siue Philosophi, siue Geometræ, siue Musici, siue Iurisconsulti sint, aut nihil etiam horum, sed alioqui diuites, & opulenti. Ego contra sentio, ac decerno, neminem ob sermonis solœcismos, esse reprehendendum: præstat enim lingua, quàm vita peccare: & libellus quidam à me aliquando conscriptus fuit, aduersus eos, qui inuehuntur in illos, qui voce solœcismos committunt; Tantum abest, vt eruditionis partem esse aliquam Atticismos putem.

Huc pertinet quod Plutarchus extremo libro de conseruanda sanitate scribit, eos verissimè reprehendens, qui in iure condiendo rarò peccant, qui se quotidie vitiosè condiunt: Et cum id ius non esse optimum iudicent, quod dulcissimum, sed quod aliquid habeat amari, atque acris mistum, corpus tamen vel vsque ad fastidium, & nauseam rebus ad voluptatem comparatis infarciunt, salutaribus omissis: & non valde longè à fine libri de vitioso pudore, commemorata graui Platonis sententia, plerumque ob non compositum ad lyræ sonum pedem, Ciuitates Ciuitatibus, amicos amicis infestos reddi, maximaque & inferre, & pati detrimenta: propter iuris, legumque præuaricationem vix se quenquam commouere. Adiungit de suo. Esse homines in versibus cùm pangendis, tum canendis, diligentissimos, in litteris egregiè pingendis accuratissimos; qui tamen in publico munere bene gerendo, in iudiciis exercendis, in conformandis actionibus sunt omnium negligentissimi.

Sed audi sapiens scriptoris sapientissimi consilium. Ex te qui Magistratu fungeris, quidpiam orator quærit, quod est alienum ab æquitate? D Dic, ei te obtemperaturum, si modo is in exordio solœcismum committat, aut in narratione barbarismum. Certè ob turpitudinis speciem non faciet, cum aliquos videamus, qui ne vocalis quidem cum vocali concursum ferant. Nobilis, & primarius ciuis quidpiam à te conatur turpe extorquere? Tu iube illum aut in foro saltare, aut vultum suum peruertere: quod si neget, tum illum interroga, turpiusne sit solœcismum facere, & os distorquere, an omnino peccare? Et in hanc sententiam alia plurima, quæ per te ipse leges.

Certè Plutarchus auctor est, qui omnium manibus terendus esset, vt & Annæus Seneca, qui idem argumentum sapienter, vt solet, tractat epist. 88. per omnes vagatus doctrinæ fontes, ac riuos, eamque esse vtilem, ac fructuosam scientiarum cognitionem, demonstrat, quæ hominem faciant sapientem, bonum, liberum. E Transcribēda esset magna eius pars epistolæ; sed contentus ero, hac vna sententia. Ad musicam transeo. Doces me, quomodo inter se acutæ, ac graues voces consonent, quomodo neruorum disparem reddentium sonum fiat concordia: fac potius, quomodo animus secum meus consonet, nec consilia mea discrepent: sic planè Cynicus Diogenes dicere erat solitus de musicis, quod de aliis fere bonarum Magistris artium dicebat, Grammaticis, Oratoribus, Mathematicis, &c. vt alter Diogenes narrat lib. 6.

Redeo ad Galenum, qui mihi plus iusto videtur esse seuerior, in politos scriptores, immo verò in seipsum; qui mox, à se editum fuisse tractatum de vocabulorum rectitudine confitetur, in eorum gratiam, qui perperam vocabulis vtebantur, quem præ cæteris diligenter esse euoluendum suadet. F Quæso te, Galene, quid attinet tam esse diligentem in legendo tuo libro? quid est necesse de recto verborum vsu scribere, si non sunt, qui solœcismos committunt, arguendi? quid oportuit tam multos libros de forensibus vocabulis apud Eupolim, Aristophanem, Cratinum, de exemplis vocabulorum Comicis propriorum, te conscribere, aliosque de Grammatica, & Rhetorica, vt ipse affirmas eiusdem libri capite postremo, si atticismi cognitio pars vlla non est eruditionis? Vide tecum ne ipse pugnes.

Non dissimilem in Stoicis repugnantiam deprehendit Plutarchus docto illo suo contradictionum Stoicarum commentario. Chrysippus enim libro primo moralium quæstionum tradit, non solum ingenui, ac liberalis cultus, ornatusque sermonis habendam esse curam, sed congruentis actionis, & vocis pro statu caussæ, gestus, vultus, ac manuum conformationis aptæ, G deinceps verò concursum vocalium præcipit es-

se negligendum, potioribus inhærendo, & aliquot obscuritatis genera, & peccata orationis esse admittenda, atque adeo solœcismos, quos alij sibi esse turpes ducerent.

Huc pertinet quod Diogenes apud Stobæum sermone 4. fecisse ita narrat, ac dixisse: Cum aliquando eum in porticu sursum deorsum ambulantem quidam irriderent, & vos, inquit, non erubescitis sursum deorsum in vita ambulantes, in porticu me irridentes? Et Plato in Clitophonte: Cum dixeris exercentes corpus, animum negligentes, aliud nihil agere, quàm contemnui habere eum, quem dominari par est, & curare eum, qui parere debet. Et Aristo Chius, plerosque mortalium comparabat Laërti: qui diligenter curans rustica omnia, se negligebat: etenim
H qui studium suum omne collocant in conseruandis, augendisque facultatibus, animum despiciunt perturbationibus, instar agri inculti, siluescentem. Nam & Diogenes prudenter, & vetè dicebat: Stultos esse Grammaticos, qui Vlixis mala requirerent, cum ignorarent sua; vt est lib. apud Laërt. Dioni simile quoddam attributum, ibidem à Stob.

Quibus sapientibus, at inuisis Deo, det manum alter sapiens amicus Dei: is est sanctus Augustinus, qui coram Deo suo hæc de se loquitur capite 18. libro Confess. 1. Quid autem mirum, quod in vanitates ita ferebar, & à te, Deus meus, ibam foras, quando mihi imitandi proponebantur homines, qui aliqua facta sua mala, si cum barbarismo, aut solœcismo enunciarent, reprehensi, confundebantur: si autem libidines suas integris, & ritè consequentibus verbis, copiosè, ornateque narrarent, laudati gloriaban-
I tur. Et mox. Vide, Domine Deus, & patienter, vt vides, vide, quomodo diligenter obseruent filij hominum pacta litterarum, & syllabarum accepta à prioribus locutoribus, & à te accepta æterna pacta perpetuæ salutis, negligant, &c. Et libro secundo de Ordine capite penultimo, de bono eruditæ animæ. Gradatim enim se ad mores, vitamque optimam non iam sola fide, sed certa ratione perducit: cui numerorum vim, atque potentiam intuenti nimis indignum videbitur, & nimis flendum per suam scientiam versum bene currere, Citharamque concinere, & suam vitam, seque ipsam, quæ anima est, deuium iter sequi, & dominante sibi libidine, cum turpissimo se vitiorum strepitu dissonare.

Sed quoniam multus fuit in hac reprehensione Diogenes, ac frequens, non omittamus dictum ipsius aduersus illos, qui recta dicerent, nec facerent: similes esse aiebat, Citharæ quæ op-
K timè sonaret, nihil audiret: Locus est sexto libro Laërt. Et cum stolidum quendam aptare videret psalterium, non te pudet, inquit, sonos aptare ligno, cum ad vitam mores non componas? Quo vitio Capitolinus Pertinacem laborasse ad finem eius vitæ narrat, idemque χρηστολόγον appellatum, quod benè loqueretur, & malè faceret. χρηστολογίας, Hæreticorum cauendas, ne fallamur, S. Paulus extremo cap. epistolæ ad Romanos, monet.

Caly error in Periclis cognomine, eiusdem & Turnebi in Paßieni contumelia: quo modo Plato, & Gordianus probri caussa appellati.

CAPVT XX.

CYNOCEPHALVM scribit Cælius Rhodig. lib. 17. cap. 23. nominatum Periclem, insignem illum, ac celebrem Atheniensium Imperatorem A
propter impudentiam, voracitatem, & rapacitatem, quem tamen Historici liberalem, & munificum, saltem moderatum, & frugi describunt, potius dixisset ob luxum, & libidinem, quando Aelianus lib. 4. var. histor. cap. 23. quod ego valdè miror, commemorat, illum cum Callia, & Nicia iuxta facultates consumpsisse omnes, ac tandem cicuta sibi mutuo propinata è vita quasi è conuiuio discessisse, sic enim concludit: A ob capitis longitudinem debuerat potius dixisse, quali sunt canes.

Certè Galenus commentario 1. in 6. Epidem. Hippocratis, obseruat, capita parua semper esse vitiosa, magna verò rarò bona, quandoque tamen; cùm propter robur eius facultatis, quæ in ipsis est, tum ob copiam materiæ, ex qua sunt facta, id quod Pericli Atheniensi viro pruden- B
tissimo contigisse ferunt: in quem etiam Comici dicteriis sunt iocati ob capitis ipsius magnitudinem.

Reprehenditur à Gesnero in magno illo de quadrupedibus volumine Cælius iure, & iure tamen reprehenditur à me Gesnerus, qui malè Cælium emendat, vt apparet ex initio Periclis Plutarchi narrantis habuisse illum κεφαλὴν caput oblongum & immoderatum προμήκη, καὶ ἀσύμμετρον: Propterea ab Atticis Poëtis pro Cynocephalo traductum, melius Schœnocephalo οἱ Ἀττικοὶ ποιηταὶ σχινοκέφαλον αὐτὸν ἐκάλουν. & adiungit: nam Scillam, interdum & Schœnum nominant, id quod non latuit Cælium alio libro 20. cap. 12. quod non aduertit Gesnerus, vt vero eius vitium capitis tegeretur, galeam fere eius statuæ gestabant; artificio magistrorum: Nam & propterea Teleclides dicebat, ex capite sesquipedali occultum excitari tumultum: caput eius ita vocans, ob longitudinem quasi sesquipedalem.

Diceremus significare voluisse Cilonem, modo C
constaret non magno, sed paruo fuisse capite Periclem: Cilonem enim hominem angusti capitis, & longi Cn. Cornutus vetus Grammaticus exponit apud Cassiod. cap. 1. lib. orthographiæ.

narrat

narrat item Plut. propterea κεφαληγερέταν appellatum, vt ab Homero Iupiter νεφεληγερέτης dicitur, quæ Cratini fuit appellatio, vt ex eodem Plutarcho certum est, versum eius producente, potius ob excellentem vim eloquentiæ: fulgurabat enim, tonabat, permiscebat Græciam, &c. Hic autem Schinos non Lentiscű significat, sed Scillam aut Scillæ genus, capite oblongo simili Bulbo: itaque & Plinius vtrumque simul iungit, lib. 20. cap. 9. lib. 19. cap. 5. & lib. 2. cap. 17. & Galenus in Lexico scribit idem ex sententia D Hippocratis & φάσις Σχῖνος τὸν βολβὸν. Cuius vsu, atque esu libidinis ardorem maximè incendi, lib. 14. cap. 6. refert Cælius Salax n. & iudicat Petronius quoque Satyrico quòd Bulborum esse proptium Mart. 13. lib. Epigr. 34. innuit hoc Disticho:

Cum sit Anus coniux, & sint tibi mortua membra,
Nil aliud Bulbis, quàm satur esse potes.

De quo etiam Dioscorides lib. 2. cap. 165. 166. 167. At Schœnocephalus aliunde ducitur scilicet, ἀπὸ τοῦ σχοίνου, id est, iunco vel sparto, seu fune ex iunco, siue mensura AEgyptiorum propria, quæ Pliniο ex Eratosthenis ratione patet stadiis 40. aliorum verò stadiis 32. Sic ille cap. 14. lib. 12. Herodoto verò lib. 2. stadiis 60. obiter notandus error vel Brodæi in comment. in 1. Epigr. Græcorum lib. εἰς ναυάγιον, siue Typographi, cum legatur mensura Schœni 30. stadia ex Plinio: quanquam etiam notarum numeralium errorem su-E spicatur aliquem Doctissimus Budæus in prioribus adnotat. in Pand.

Verum hæc mensuratum inconstantia apud eos etiam reperitur, qui vtuntur, non apud scriptores modo, qui referunt in libros. Plin. libr. 6. cap. 76. Inconstantiam mensuræ diuersitas auctorum facit: cum Persæ quoque Schœnos, & Parasangas alij, alia mensura determinent. Ergò Gesnerus videtur existimasse vocatum Periclem κατ' ὑποκορισμὸν Schœnocephalum ab hac mensura, quia longo erat capite, qua quidem ratione Cratinus apud Pollucem libr. 2. cap. 21. ἰχθυοκέφαλον nominauit: quale est rostrum, & caput Echini, acutum, scilicet, & longum: cuiusmodi ab Homero pingitur Iliad. 2. Thersites, & traducitur.

Qualis etiam fuit Philoctetes quidam, cui apud Aristoph. auib. Corydo nomen fuit, quia scilicet turbinato erat capite, vt sororis filius AEschyli Philocles comicus, apud Suid. & vulgò de Geneuensibus, Genoυese testa agulla, dici solet, non quidem quod longo, sed quòd acuto sint capite, hoc est, in acutum desinente; originem puto eam fuisse, quam in macrocephalis pueae lib. de aëre, aq. & lo. Hippocr. consuetudinem, ac morem matrum, siue nutricum, aut obstetricum, quæ postea in naturam transiit, natura scilicet cum more, atque vsu conspirante, imo & morem ipsum abolente: quomodo id fieri queat, exponit. propter seminis vim, atque naturam, quod ab omnibus corporis partibus, vt Physici loquuntur, deciditur, quanquam hæc opinio Aristoteleis non placet: Itaque cum natura cœpit longis capitibus gignere infantes, à consuetudine abstinuerunt.

In commutando Pasieni Rhetoris nomine, vt Rhetor alter, id est, Pacatus apud Senecam lib. 10. declamat. commutabat; & lib. 6. contro-G uersiarum in præfatione: (Sic enim in hoc loco) nulli non impresşit aliquid, quod effugere non posset: Ille Pasieno prima eius Syllaba in Græcum mutata, obscœnum nomen imposuit declamatori subtili, sed arido) Mihi dubium non est, errare duos homines doctissimos, alterum memoriæ, alterum ætatis nostræ, qui eam commutandi rationem minimè attigerunt, ac nimis longè petierunt, hoc est. Lud. Cælium Rhodig. antiq. lect. lib. 6. cap. 35. & Adrianum Turnebum cap. 8. libro tertio aduers. Hic enim quæritur, quomodo primam Syllabam Pasieni credatur mutasse Pacatus, vt ex honesto alioqui nomine nomen reddatur obscœnum.

Turnebus, & Aemarus Ranconetus Crassienum putant appellatum, quasi crassum, atque hebetem & neruosum, at nec prima Syllaba hoc modo in Græcum est cõmutata, nisi à κρᾶς quod caput significat, ducas remotissimè: nec Senecæ verbis quadrat, qui eum subtilem nominat.

Ego Paschienum dictum puto: Sic enim & H obscœnum fit nomen, & prior Syllaba Græca, & ex voce vulgo cognita, deducta est: nam πάσχειν etiam significat, quiduis inhonestum pati, attribuiturque Cynædis, & Pathicis, & πασχητιᾶν verbum est, quod appetitum scelestæ, ac nefandæ Veneris notat: hi dicebantur σφαίνοι: qui faciebant σφαίνειν. iocus est contumeliosus facto, non verbo apud Laërt. lib. 2. in Menedemo. Verbo autem in Hieroclem sibi molestum, rogauit enim εἰ τί αὐτὸν ἐπήγειρε σφαίνειν. Et lib. 4. in Arcesilao in adolescentem Pathicum, inhonestarum rem honestis verbis significans: οὐδὲ τὸν αἰδοῖων ἔχοντα σφαίνεσθαι, quæ loca non intellexit vetus interpres Laërtij Ambrosius, nec corrector Henricus Stephan. sed politissimus, & eruditissimus vir Mur. lib. var. lect. 11. cap. 11. præcidere dicitur Latinis, & præcidi: Mart. lib. 1. Epigram. 128. Quanquam respondet hoc alij verbo Græ-I co παθεῖν, quo in hac significatione Ranis vtitur Aristoph. κἄπειθ' ἐγκεκυφώς, at fileo.

Hic autem Pasienus is est, quem Pasienum, Paulum nominat 6. Epist. lib. Plin. Iunior Romano scribens: & de quo ridiculum hoc refert. Pasienus Paulus splendidus Eques Romanus, & in primis eruditus scribit Elegos: Gentilicium hoc illi: est enim Municeps Propertij; atque etiam inter maiores suos Propertium nominat. Is cum recitaret, ita cœpit dicere Prisce iubes? ad hoc Iauolenus Priscus, aderat verò, vt

Paulo amicissimus. Ego verò non iubeo. Cogita qui risus hominum, qui ioci, quod est omninò Priscus dubiæ sanitatis.

De eodem idem scribit lib. Epist. 9. ad Seuerum, eiusque Elegos, & Lyrica dilaudat. Nec il-
K lum tamen esse puto, quem Passienum Crispum bis consulem, oratorem, Agrippinæ matrimonio, & Nerone Priuigno clariorem postea refert Senior Plinius cap. Postremo lib. 16. de quo & Suet. in Nerone cap. 6. qui antea maritus fuerat Domitiæ sororis Ahenobarbi, vt ex Quinctil. potes colligere lib. 6. cap. 2. quem & Seneca initio lib. 4. quæst. naturalium Crispum Passienum appellat, & laudans, quo ego, inquit, nil noui subtilius in omnibus rebus: maxime in distringendis, & curandis vitiis sæpe dicebat, adulationi opus esse non claudere ostium, sed aperire, & quidem sic, quemadmodum amicæ solet, quæ, si impulit, grata est; gratior, si effregit.

Platonem, cum Aristocles autè vocaretur: Ex quo illud in Anthologia Epigram. libr. 3. initio:

Iustitia cunctis præstans, vitaq; modesta,
L *Hoc situs in tumulo est Diuus Aristocles.*

Notius est quàm vt adnotari debeat, sic appellatum ab Aristone Argino πλάτος propter eximium corporis habitum, amplitudinemque Lacertorum: quanquam non desunt, qui propter orationis vbertatem, atque amplum dicendi genus id nomen accepisse velint: & ex eo æmuli ipsius captarunt occasionem similibus illum nominibus per conuicium appellandi: Euphemus quidam apud Athen. 5. lib. δειπνοσοφ. cap. 14. eum vocauit Sathonem & eiusdem nominis Dialogum scripsit in eum, quæ vox impudica est, scilicet ὑποκόρισμα ἀπὸ παιδίων ἀρρένων ἐπὶ τοῦ αἰδοίου: Græca est Σάθων, siue Σάθη, quod tamen lib. 3. Antistheni Laërtius assignat. Cælius non intellexit hanc vocem qui lib. 16. antiq. lect. cap. 24. deduxit, ἀπὸ τοῦ σάττειν, quod scilicet aptis esset ad onus portandum humeris, latis videlicet: nam se alias nescire vnde Sathon sit dictus: non legit videlicet quod ex Atheneo & Laërtio attuli, &
M refert Suid. in voce αἰδοῖον. Ἀνδρομάδων, inquit, ὁ μέγαλα ἔχων αἰδοῖα, & etymologus, qui Satyros ἀπὸ τῆς σάθης dictos voluit, ob salacitatem, quasi Sathyros: nam inde etiam Saturnum vocitarunt nostri, veluti Sathunum, & Satyros veluti Sathunos, quod sint in libidinem proni vt ait Macrob. lib. Saturnalium 1. cap. 8. Inde & Satureiam, herbæ nomen, dictam, quæ in cibis sumta emortuam Venerem suscitat: quasi Satyreiam: quod Io. Ruellius tradit, & obseruat Grapaldus libr. 1. cap. 5. libr. 3. cap. 32. de partibus ædium: quemadmodum & Satyrion, seu Cynosorchin, Itali Chelidonium minus, Galli, testiculos Sacerdotis parum pudorato nomine appellant: nam & Galenus libr. Pharmaceuticorum alias similes herbas ponit in Satyriis, id est, in compositionibus ad libidinem concitandam.

Quare Petronius Arbiter in suis Satyricis iure in pueros insanientes, & vi rapientes, vt insignem, ac profusam ipsorum libidinem, oratione describeret, sed breui: Adeo omnes, inquit, vbique mihi videbantur Satyrion bibisse. succum videlicet istius herbæ, & alio loco. Itane est, inquit, quicquid Satyrij fuit, Encolpius ebibit: quo sane ipse bene satur mihi videtur fuisse: vsque adeo obscœnus est, & spurcus, vt mirer cur diu iam flammis non addictus fuerit liber eius licet imperfectus. N

Multorum tamen opinione alia est Satyrorum etymologia, & à matrice lingua fortasse deriuanda, id est, ab Hebræa; quandoquidem Sair, & Seirim in numero multitudinis Esaiæ 34. & 13. Pilosi, aut Fauni redduntur: certè monstra significant. & Satyros iis locis à quibusdam intelligi notat Franciscus Forerius; ipse Simias exponit: Satyros autem Simiarum genus esse, quidam scribunt; incubos Dæmonas Dion. Carthus. alios interpretari notat, quorum aperta est salacitas, & libido. ideoque Satyri caprinis cornibus depinguntur, quia nunquam nouere saturari libidine, vt ait in Bellerophonte 3. Mytholog. lib. Fulgentius. Honestius autem, licet per ludibrium, & contumeliam. O

Timon Platonem taxauit, quasi Plasten, &, vt sic dicam, fictorem egregium, ac si nomen hoc Plutonis, ἀπὸ τοῦ πλάττειν deducendum foret, illo versu, qui est apud Diogenem Laërtium lib. 3. in Platone, & Athen. libro vndecimo cap. 21. extremo:

Ὡς ἀνέπλασε Πλάτων πεπλασμένα θαύματα εἰδώς.

Id est, rudi Minerua Latinè.

Vt conficta Plato finxit miracula doctus.

Priapus, (vocem Italorum esse notat Suid. qui de eius apud AEgyptios simulacro pulchrè, & ad naturæ vires consentaneè disputat,) Vnde sit P
dictus ego fateor me ignorare, & ignorare hoc, vt & alia multa, præstat, quàm nosse: nisi à πρήθειν quod aliquando est ardere, & incendere, deducatur: cum præsertim in iis corporis partibus libidinis æstus emineat, quæ ea voce significantur; siue à πρήθω, eiusdem significationis: nisi à πρίειν putetur, quod secare, & incidere est. Indicat Eustath. in a. Iliad. 22. docens pro Baccho accipi διὰ τὸ ἐξ οἴνου εἰς τὰς μίξεις κινεῖν, quòd vino vis inest excitandi pugnas, & impellendi ad congressus turpes, & in quo est luxuria, sicut ait Apostolus ad Ephes. 5. Quia tamen pro Baccho ferè sumebatur, aut Bacchi fidissimo socio, videri potest dictus quasi βρίηπος, vel βρίηπος, à clamore, qui multus erat, ac frequens in ipsius sacris, vt clamosus, nam ἠπύειν est dicere βρι particula est augens significationem: seu proiiciens semen προϊέμενος σπέρμα, vt magis obscena taceam. Athen. tamen lib. 1. cap. 27. cum magno cum honore Lampsaci coli, vt in Ornea Eust. a.

Iliad.

Iliad. eundemque esse cum Dionysio, id est, libero Patre scribit ex ipsa vocabuli vi ita nominatum tradit, vt σφάλος dicitur, & δισέμφος.

Arrianus in Bithynicis, relatore Eustathio in 7. lib. Iliad. allegoricè solem esse διὰ τὸ γόνιμον, ait, & πεῖνον vocat: ab aliis habitus est Bacchi ex Venere, Paus. lib. 9. siue in Bœot. seu Percota filius, scilicet quia vinum mortales præcipuè ad libidinem incendit, & materiam propter caloris, seu calidi humoris vim suppeditat ad lasciuiam: iidem etiam Lampsaceni generationis membrum ita vocabant, occultius & honestius, teste Diodoro Siculo lib. 4. cap. 2. Hoc postremum etiam lib. 1. scripserat cap. 4. vt videant, qui hæc fabulosa legunt, honestum fuisse hoc nomen.

Q Fabulantur veteres Priapum Bacchi & Veneris filium extitisse: Cur autem? quia qui vino se implent sunt natura procliniores ad Venerem. Dicunt alij Priapum ab antiquis nominatum, cum honestius, vel occultius pudenda vellent dicere virorum: Alij honores ei tributos immortalium Diuorum, quòd generationis hominum caussa sit, & vt perpetuo eorum duret genus. Et quod vinetis eorum regio abundabat, dictus est in ea coli Priapus: hoc postremum etiam scripserat lib. 1. cap. 4. eademque ratio demonstrat cur Bacchus ex semele Iouis fulmine ad mortem vsque perterrefacta, ortus dicatur: nam vinum, & libido vsu penè rationis priuat mortales, & ἐμβροντήτους reddit, id est, attonitos: Et cur ab AEgyptiis Horus sit appellatus, qui à sole nihil differt: vt ostendit lib. Satur. 1. cap. 21. Macrob. id est, propter æstum libidinis, qui vino inducitur.

Ego originem Hebræam esse suspicor: nam illi quod vulgo Baalphegor legimus, enunciant Baalpehor & tentigines habens in ore interpretatur S. Hier. in 9. cap. Oseę. & eodem cap. & 4. sumit pro Prispo: atque hinc viri membrum πέος Græci dixerunt. Idem & Chamos. Erat vero simulacrum hominis nudi peliem humanam ore tenentis. Altera eius interpretatio idolum scilicet apertionis siue nuditatis hinc orta.

Nec tacendum quod de Typhone Plut. scribit lib. de Iside, qui inuentis 14. partibus, in quas cadauer Osiridis fuerat distractum, eum pudendum non inuenisset ad instar eius τὸν φαλλὸν consecrauit, cui festum diem AEgyptij agunt, in eo-

R que die festo miseri, & cæci se eo Phallo mutuò percutiunt. Hoc est quod Herodotus libro secundo sibi esse religioni, ac pudori indicat, quo se instrumento feriant explicare, τῷ δὲ τύπτονται, οὔ μοι ὅσιον ἐστι λέγειν. Sophocles apud Stephan. in dictione Λάμψακος, quæ Lampsacenorum est regio, Venerem edito Priapo informi negauisse suum partum ob deformitatem, ac turpitudinem.

Gordianus igitur Iunior Cæsar, auctore Capitolino, facete dictus fuit sæculi sui Priamus, quod ex viginti tribus concubinis, plurimorum esset filiorum Pater: at minus honestè vna littera immutata Priapus est nuncupatus. Nostri sæculi alter Priamus fuit Iambulates Turca, cui vna nocte ex septem vxoribus nati sunt filij, & viuos oculis suis vidit 86. liberos grandes natu: quod Io. Thomas Minadoius libro primo histor. belli inter Turcas, & Persas gesti ab anno 1577. vsque ad 1585. qui eum & vidit, & vsus est familiariter, exponit.

Ex Philone & aliis vnde Græcis Ἄτοπος, ἀρετή, κακία, ἀὴρ, ἥφαιστος.

CAPVT XXI.

MALVS homo, & nequam sæpenumero à Græcis vocatur ἄτοπος. Sciunt hoc omnes, qui Græcè norunt: quam verò ob caussam non omnes norunt: Nuper ego inueni in eruditissimi scriptoris Philonis Hebræi comment. de allegoriis legis benè explicatum. Is enim Præpotentis Dei verba, quibus lapsum iam Adamum compellat, vbi es? exponens, hanc maximè sententiam horum verborum esse tradit, si per interrogationem dicta à Deo intelligantur, cui responderi iure posuit, nusquam: cuius adsert rationem peracutam: nullum enim, vt ait, locum habet, cui vel insistat, vel insidat mali hominis animus. A

Itaque Græcis malus dicitur ἄτοπος, cuius nusquam est vsus; & à Philone parum abest Simplicius, qui in primum Aristotelis de natura librum, quodcunque falsum Græcè dici ἄτοπον scribit, quasi locum non habens: quæ enim absurda sunt, nulli conueniunt loco, sedem habent nullam: in moribus verò etiam falsum reperitur: ex quo illa Ethica Aristotelis propositio in Theologorum scholis celebris, omnis malus ignorans, quia malus omnis fallitur, falsi in bonis, quæ sequitur, rationem vel habet, vel sectatur: & ne illo quem citat SALVIANVS, libro de vero iudicio & prouidentia DEI 5. his verbis. Legi quondam in quodam ioco: Nemo malus, nisi stultus; Si enim saperet, bonus esse mallet. B

Itaque & ἄτοπος cum ἀλόγῳ Isocrates Epistola ad Philippum connectit; absurdas, & valdè à mente alienas res aggredior, ἀτόπους, καὶ λίαν ἀλόγους ἐπιχειρῶ πράγματα. Et nescio quis Comicus, Plato est in Androphono apud Athen. lib. 7. cap. 3. cum mœcho: Si eam vitam agerent C

omnes,

omues, quàm ego, nemo esset absurdus, ἄτοπος, id est, improbus, adulter nemo. Vt S. Paulus 2. ad Thessal. vltimo, cum πονηρὸς: ἵνα ῥυσθῶμεν ἀπὸ τῶν ἀτόπων καὶ πονηρῶν ἀνθρώπων, Latinè habetur, vt liberentur ab importunis & malis hominibus: Nam & Lucæ 23. Vbi nostra Latina editio habet. Hic verò nihil mali gessit, Græcè est οὗτος δὲ οὐδὲν ἄτοπον ἔπραξεν: à qua explicatioue nou ita multum abest hæc Maximi Taurinensis Episcopi homilia 3. de Pœnitentia Petri, oratio. Velut lateuti enim & celanti se à diuinitate Adæ dicitur; Adam vbi es? nun quòd Adam couspectum Domini latere potuerit, sed quod peccatrici couscientię nullus locus tutus, vel certus sit, dum metuit deprehendi. Hinc illud Prou. 28. Impius fugit nemine persequente. Hinc Sat. 3. Iuuenal.

Mobilis & varia est semper natura malorum,
Cum scelus admittunt, &c.

D Tertullian. tamen lib. 2. aduersus Marcionem cap. 25. non vult legi simplici, id est, interrogatorio modo, & sono, sed impresso, incusso, & imputatiuo, Adam vbi es? id est, in perditione es. id est, iam hic non es, vt & increpandi, & dolendi exitus vox sit. S. Ambros. lib. de Parad. cap. 14. dicendo vbi es? non locum quærit, qui nouit arcanum. quid ergo est, Adam vbi es? id est, non in quo, sed in quibus es? non enim interrogatio est, sed increpatio. Penè eodem modo S. Augustin. 11. de Genesi ad litteram cap. 33. & Nouatianus lib. de Trinitate: nam & quod requiritur, inquit, non ex ignorautia venit, sed spem hominis futuræ in Christo & inuentionis, & salutis ostendit. Valdè sane præclarè.

Virtutem Græci ἀρετὴν vocant consensione Grammaticorum ἀπὸ τοῦ ἀρέσκειν, quòd omnibus siue placeat, siue placere debeat, quasi ἀρεστή:
E Certè etiam multis placet virtus, quia conscientiæ lux eius formam omnium oculis, vel conniuentium detegit, ac proponit, siue quod in idem recurrit ab ἐρᾶν, quod est concupiscere, & amare, quia per se ipsa est amabilis, & optanda quasi ἐραστή, per Metathesin: siue ab αἱρεῖσθαι, quòd eam omnes natura appetant, & per se sit expetenda, atque eligenda. Consentit Plato, in Cratylo vocatam ἀρετὴν collisio vocabulo, quasi αἱρετὴν quod sit ἕξις αἱρετωτάτη, id est, habitus maximè eligendi: tametsi priorem quandam longius petitam notationem præponat: Opponens enim τῇ κακίᾳ, id est prauitati, ac vitio, quæ sit κακῶς ἰόν, quasi malè vadens, scilicet animus malè ad res ipsas accedit, iisque se applicat, & adiungit, contrarium esse virtutem docet, & ex eo ἀρετὴν dici, quasi ἀειρρείτην virtutem semper fluentem; quia virtute duce solutus est, & expeditus bonæ mentis impetus.

F Vetus apud Suid. scriptor priorem Platonis etymologiam probat, cum dispositionem certam per se eligendam, non propter vllum, aut metum, aut spem, aut aliud quidpiam externum; eandem, cum bellicam fortitudinem significat, Grammatici à voce Ἄρης, qui Mars est Præses belli, deducunt: Et absolutè Scaliger exercit. 30. n. 3. Vnde ἄῤῥεν mas, & ἀνδρεῖος pro forti. Syra vocis origo est, vnde Ariot & Ariel, pro Leone, & nostrum aries.

At verò Philo in comment. quo quærit, quisnam rerum, diuinarum sit hæres, vitium ad ima trahere, id est, κακίαν, virtutem ἀρετὴν in sublime tollere: hanc siue locorum, siue functionum ἐναντίωσιν in Græcis vocibus deprehendi obseruat, quòd κακία dicatur ἀπὸ τοῦ κάτω κεχωρηκέναι, quòd scilicet deprimat, vt iure scripserit de insomniis Synesius, corpus præ malitia turgens, simul rapit animum, vt eum deprimat; Ac Demosthenes contra Aristogit. per se enim improbus omnis infirmus est, non solum quia αἱρετή, sed quòd αἴρεται, id est, tollitur, & in sublime fertur, cœlestia semper appetens, atque ad diuina contendens. Simplicius consentit 3. Comment. libr. de natura, quod dicta sit ἀπὸ τοῦ αἴρειν ἄνω, scilicet actiuè, quasi sursum & vergat, & tollat: κακία ἀπὸ τοῦ κλᾶν quia frangat. G

Grammatici quidem cum virtus ἀρετὴ capitur pro quauis in omni re præstantia, eam ἀπὸ τοῦ αἱρῶ, id est, προαιροῦμαι, accepisse nomen volunt, vt κακίαν vitium, ἀπὸ τοῦ κάζειν, quod significat fugere; malum enim fugiendum; siue à χάζεσθαι Homerico verbo ad significandum vitium in militia, cum in acie amittitur locus; & olim caculæ dicti, quia κακοὶ, id est, imbecilles, qui militibus seruiebant, & merebant, non dato nomine, quomodo à μαλακὸς malus dicitur, opinione Scaligeri; sic in scutum Hesiodi rectè H Pediasimus scripsit, peccatum enim caussa est actionum, quæ fuga sunt dignæ: explicat vnde ἀλείτης sit dictum, ab ἀλεύω, id est, ἐκφεύγω. Philoni subscribit Proclus ad illos Hesiodi versus:

Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ—

Quantum Deus à materia tantum virtus à vitio distat: Si quidem virtus est in conuictu cum Deo: vitium autem vita in materia est. Longus autem, ac difficilis aditus, tanquam in ardua nos deducens: Supra enim virtus, infra vitium: iidem Grammatici ἀὴρ ἄνεμον πνέοντα interpretantes deducunt, ἀπὸ τοῦ ἄω, id est, flo, vnde Poëtice Muschopulus ἀὴρ nomine, cum aliis ἀορασίαν accipit. est enim obscurus aër suaptè natura ab à priuante, & ὁρᾶν dici volunt, vel quod tam I est subtilis, ac tenuis vt sub oculorum aspectum minimè cadat: Sed Philo ab αἴθεσθαι, & etymolog. ab αἴθω deducit. lib. de vita contéplat. quòd in sublimi sit loco tanquam proprio, ac natiuo; vbi etiam ἄρωμα ignem decernit appellatum, ἀπὸ τοῦ ἐξάπτειν, vel ab accendendo, siue incendendo, cum tamen Grammaticis placeat deriuare ab ἄθικτον ὅτι αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ἅπτεσθαι, quod tangi sine

damno

damno non poſsit, aut vix poſsit. Quanquam etiam ἅπτειν ſignificat incendete: Sed Grammatica notatio ex antiphraſi deducta, vt lucus, quia minimè lucet: vel potius ab a priuante, & ἅπτω tango, quod nequeat abſque noxa tangi.

Ciceronis locus in orat. ad M. Brutum, explicatus, atque alter in oratoriis partitionibus: Quæ pedeſtris, & nuda Oratio.

CAPVT XXII.

A CVm in quærenda perfecti Oratoris forma, atque idea, in eo maximè Cicero vellet inſiſtere, quod vim omnibus numeris abſoluti, præſtantiamque exprimeret, quædam orationum genera ab ſua diſputatione remouit, in quibus laudationes, ſcriptiones, hiſtorias, & tales ſuaſiones, qualem Iſocrates fecit Panegyticum, numerauit.

Hoc loco quæri poteſt, quid appellatione ſcriptionum debeat intelligi: & hunc locum Mediolani Rhetorica docens, cum pertractarem, Maioragij hominis elegantis, & docti interpretationem probaui, & ſecutus ſum. Nam is in comment. eius libri, ſcriptiones accipit pro quibuſdam oratoriis quidem exercitationibus, ſed quæ remotæ ſint à foro, cuiuſmodi eſt Parænesis Iſocratis ad Demonicum, ſiue illius Athenienſis celeberrimi, ſiue alterius Apolloniatæ ignobilioris, & Nicocles de Regno, quales ſunt
B Chriæ, quarum genera plura Quinctil. lib. orat. inſtit. 1. cap. 9. exponit, & declamationes, & ſi quę ſunt alia eius generis, quaſi primordia eloquendi. Quæ ſanè explicatio non valdè repudianda eſt.

Mihi tamen rem poſtea diligentius expēdenti viſum eſt Ciceronis ſcopo, & propoſito magis conſentaneum ita ſumere, vt ea voce plura Cicero complectatur. libentiſsimeque in ſententiam Io. Petri Perpiniani optimi, & eloquentiſsimi noſtræ Societatis viri, diſceſsi, quam 1. de orat. lib. cap. 2. his verbis explanauit verè, breuiter, apertè: Scriptiones mihi videtur Cicero appellare, quæ ſcribuntur à viris eruditis, de iis, quæ bonarum artium doctrina continentur, quales ſunt Rhetorici, Philoſophicique libri Ciceronis: à qua Lud. Strebæus minime malus illius operis explanator non abhorret, cum nomine ſcriptionum intelligit genus omne ſcripti, vt 2. de orat. Illud autem eſt inſtitutæ ſcriptionis, ac temporis: & 5. Tuſculan. quæſt. Impulſi ſumus ad Philoſophiæ ſcriptiones: quem intellectum ſi ſequamur, inquit, Maioragij expoſitionem apponens, ſcriptiones erunt, quædam ingeniorum exercitationes, aut fabuloſæ, vt de reb. Herculis: aut ficticiæ, vt de Icaromenippo: aut veræ, vt de pace, & bello: & huc Chrias, & id genus exercitationes licet referre.

Addit tamen, quod probare non poſſum: ſcriptiones intelligi γραφαὶ poſſe: eſſe enim γραφαὶ, explicatore Suida, accuſationes legum, & decretorum, quæ ſanciri non oportuit, & omnium publicarum offenſionum delationem: C Sic enim ille A quod ſcriptionis genus, vt in iudiciis eſt frequens, ita & ad meditationem proponi poteſt: nam Iſocrates multa ſcripſit in mores ciuitatis, vt in Areopagitico: hoc, inquam, probare non poſſum, cum nequeat ſententiæ Ciceronis quadrare. Si enim γραφὴ, frequentiſsimè accuſationem publicorum criminum, atque iniuriarum, vt & κρίσις, ſignificat, pertinet igitur ad iudiciale genus: non ergo debuit Cicero eam à diſputatione ſua reiicere, qui vult eum perfectum eſſe oratorem, qui in foro poſsit cum laude conſiſtere.

Huc accedit quod ſecum ipſe Strebæus pugnat: quomodo enim reiici in hac notione à Cicerone ſcriptio poteſt, cum eius πολλὴ χρῆσις ſit oratoribus, & in iudicium frequenter cadat, in quibus totus verſatur orator? Nec diſtat à Sterbæo Victor Piſanus: nam, quòd D docet Ciceronem ſcriptiones appellare, vbi quid componis doctrinæ cauſſa, veriſsimum eſt: Sed cum addit, qualem Iſocrates fecit Panegyricum, quæ oratio tota, inquit, in laudatione conſumitur, laudationes, & ſcriptiones confundit, quas tamen Cicero diſtinguit, vt duo orationum genera: aut malè CICERO ad aliud genus refert ISOCRATIS Panegyricum, quod ſcelus eſt exiſtimare.

Apud eundem Ciceronem, qui loci affecti dicantur, in partitionibus, eruditè me docuit aliquando Præceptor in Sicilia meus Annibal Codretus, qui non ipſum, de quo quæritur, totum explicant, ſed velut ad latus reſpiciunt, & ipſi viciſsim ab eo reſpiciuntur: vt cauſſæ res effectas, res effectæ cauſſas reſpiciunt. Exponendum igitur eſt aliquo modo affecta, hoc eſt quodam modo reſpicientia, &, vt Græci vocant, πῶς διακείμενα, vt intelligas Latinam dictionem metaphoricè à Cicerone vſurpatam, atque intrepidè E affirmarem eſſe, ἔχοντά πως πρὸς τὸ ζητούμενον, nec vererer hac in parte reprehenſionē eorum, quibus Fabiana expoſitio magis placet, vt per affecta intelligamus ea quæ ſunt ad aliquid, & quæ Ariſtoteles, πρός τι ἔχοντα nominat: Colligitur ex lib. orat. Inſtit. 5. cap. 10. hoc ſermone genus, & ſpeciem, quam eandem formam vocat Cicero, à definitione diducit, & iis, quæ ad aliquid ſunt, ſubiicit.

Expo-

Expositionem vero nostram confirmant, nisi valdè fallor, verba Ciceronis, qui explicatis quatuor primis generibus locorum, ex toto, ex partibus, ex notatione & iis rebus, quæ quodammodo affectæ sunt, ad id de quo quæritur, subiicireorundem vsum, aut ad id totum, de quo disF seritur, tum definitio adhibetur, tum partium enumeratio, tum notatio verbi, significat plane Cicero hæc tria sola, esse quæ vniuersam totius naturam comprehendant: Cætera de toto aliquid posse probare, ipsum verò nequaquam penitus singillatim sumta explicare.

Oratoriam dictionem ac liberam, non quæ nullis est adstricta pedibus, sed quæ Poëticis vacat (nam & suos habent pedes, & numeros (Oratores) πεζὸν λόγον, hoc est, pedestrem omnes appellant ferè Græci, vt ea maximè pedibus videatur ingredi; quia, vt omnes homines ferè pedibus ambulanr, ita quæ numeris caret Poëticis, oratio, ordinaria est, vt sic dicam, & liberè quasi suis pedibus, incedit, ideoque & soluta dicitur. Poëtica enim quodammodo equitat, & arte quasi equo, non liberè, id est, natura progreditur: quamobrem Horatius pedestrem Musam, necnon historias pedestres, quæ oratione soluta scribuntur, nominat lib. 2. Od. 12.

—Tuq. pedestribus
Dices historiis prælia Cæsaris
Mæcenas melius.

G Adeo vt simplicem, ac tenuem, & elocutionis ornatu vacantem, orationem, pedestrem, id est, πεζὴν. S. Basilius in Gordium martyrem appellauerit. Eustathius verò vtramque orationem inter se comparans his verbis explicat in 1. lib. Iliad. non longè à principio in explicatione primi versus: quo fit, vt, quia Platonis oratio valdè est sublimis, & Poëticæ similis, de ea hoc iudicium Quintil. ferat cap. 10. cit. multum enim supra prorsam orationem, & quam pedestrem Græci vocant, surgit, vt mihi non hominis ingenio, sed quodam Delphico videatur oraculo instinctus, contra, Horatius sermonem, ac Musam pedestrem, humile carmen vocat, quod proxime accedit ad orationem solutam, in Poët.

Interdum tamen, & vocem comœdia tollit,
H *Iratusq. Chremes tumido delitigat ore,*
Et Tragicus plerumq. dolet sermone pedestri.

Et lib. 2. Sat. 6.

Ergo vbi me in montes, & in arcem ex Vrbe remoui
Quid prius illustrem Satyris, musaq. pedestri?

Quomodo Lucianus de ratione historiæ scribēdæ; ex quo apparet etiam humilem poësim appellari pedestrem: atque hinc fit, vt quia πεζὸς λόγος humilis est, & abiectus, si cum Poëtico sermone conferatur, non modo significet prorsam orationem quæ licet elata, & magnifica dicitur πεζὸν, sed eam etiam, quæ vulgaris est, & plebeia, & sermo, vt loquitur Horat. per humum repens: Sic Greg. Nazia. commentarium rudem, & Philosophiam obscuram, & ignobilem dixit, ὑπόμνημα κομιδῇ πεζὸν καὶ χαμαιπετῆ. Et Plut. in præceptis politicis humiliorem Reip. administrandæ, siue adeundæ viam πεζωτέραν opponens τῇ λαμπρᾷ πρὸς δόξαν. Idem in vita Homeri sic vocauit orationem solutam: vt Dion. Halicar. lib. περὶ συνθέσ. I
Sed & ψιλὸς dicitur λόγος, eandem penè ob caussam, quia comparata Poëticæ fucatiori, & ornatiori penè videtur nuda, hoc enim ψιλὸς significat, id est, siue vestitu, & ornatu; vel ab alia huius nominis notione, quia tenuis est, & exilis, quod ψιλὸς significat à verbo ψίειν, vel ψίζειν, quod est attenuare, vel subtilem, aut exilem reddere, qua etiā ratione appellari potest λεπτὸς. Sic enim & ψιλοὶ Græcis, quos nos in exercitu velites dicimus, qui armati non sunt.

Sic Aristot. in Poët. sæpe opponit ποιητικῇ ψιλὸν, metro, vt ἡ δὲ ἐποποιΐα μόνον τοῖς λόγοις ψιλοῖς, ἢ μέτροις, & 3. Rhet. de vsu nominum peregrinorum: qui etiam λόγον, vel λόγους solet absolutè vocare. & paulò antè de generibus metaphoræ. & alias sæpè.

Sic & Dion. Halicarn. loco cit. Qui grauis, & K
prudens scriptor, extremam huic libro manum imponat, notata Iacobi Mallonij ingeniosa explicatione, & fortasse vera eorum Arist. verborum in Poët. quæ paulo antè produximus. Non enim vult distingui à metro λόγους hos ψιλοὺς, sed idem esse, ac metrum, vt illa vox ἢ non sit disiunctiua, & significet vel, sed accipiatur pro τουτέστι, id est: quam sanè ex Platonis altero loco efficit probabilem in introductione summarij sui ad defensionem Dantis, idiomate conscriptam Italico n. 34. 35. 36. 37. id quod ante illum doctus alter interpres obseruauit Aristot. testimonio confirmans p. 1. princip. part. 4. vbi idem dicit, ἢ μέτροις, intelligendum, cioe.



HORARVM SVBSECIVARVM LAELII BISCIOLAE MVTINENSIS SOCIETATIS IESV

LIBER IV.

Vitia virtutibus falsa veris esse finitima in tribus potißimum generibus hominum.

CAPVT I.

A IVRE Cicero 4. Acad. quæst. lib. queritur finitima esse falsa veris, & 1. de nat. Deo. omnibus veris falsa quædam adiuncta esse: & in partit. orat. cernenda, inquit, sunt diligenter, ne ea nos fallant vitia, quæ virtutem videntur imitari: nam & prudentiam malitia, & temperantiam immanitas in voluptatibus aspernandis, &c. Sic & Demetrius, siue quis alius: Quemadmodum vicina sunt mala quædam bonis quibusdam, vt fiduciæ, audacia, verecundia pudori. Rursus Cicero 4. Tuscul. commemorat, solitos Peripateticos, quam lenitatem nos dicimus, vitioso lentitudinis nomine appellare; quorum ea erat, vt opinor, vera oratio, perturbationes, quas extirpandas Stoici putabant, non modo naturales esse,
B sed etiam vtiliter à natura datas: quo modo Cotem fortitudinis esse dicebant iracundiam.

Aristotel. item 1. Rhet. docet, vocabula virtutum in vocabula vitiorum posse mutari, vel ad laudem, vel ad probrum assumenda sunt & propinqua veris, quasi eadem sint, & ad laudem, & ad vituperationem, vt cautum, & magni animi pro timido, & insidioso: & fatuum pro bono, & doloris sensum non habentem, (lentum conuertit P. Vict.) pro mansueto. Quod Quinctil. inter præcepta retulit vtilia, vel ad reprehendendũ vel ad commendandum his verbis. Idem Aristot. præcepit illud quod mox Cornel. Celsus propè supra modum innuit, quia sit quædam virtutibus, ac vitiis vicinitas, vtendum proxima deriuatione verborum, vt pro temerario fortem: pro prodigo, liberalem; pro auaro parcum vocemus: quæ eadem etiam contra valent; sic iste cap. 3. lib. 9. & lib. 2. cap. 13. Est præterea quædam C virtutum, vitiorumque vicinia, qua maledicus pro libero, temerarius pro forti, effusus pro copioso accipitur. Quod Oratorem seruare vix patitur. Quod quidem Orator, inquit, priore loco, id est, vir bonus, nunquam faciet, nisi fortè cõmuni vtilitare ducatur.

Et hoc est, quod sapienter Cato queritur apud Sallustium in Catilinario, respondens Cæsari, vera scilicet rerum vocabula Romæ esse amissa. Hic mihi quisquam, inquit, mansuetudinem, & misericordiam nominat? Iampridem equidem nos vera rerum vocabula amisimus, quia bona aliena largiri, liberalitas; malarum rerum audacia, fortitudo vocatur: eò Resp. in extremo sita est, omninò prudenter, & , vt Catonem decebat. Oratores Poëtæ sequantur. Horat. libr. 1. Serm. Sat. 3.

At nos virtutes ipsas inuertimus, atq;
Sincerum cupimus vas incrustare.

(Id est, virtutem quasi vitium interpretamur)

—Probus quis
Nobiscum viuit, multum demissus homo: illi
Tardo, cognomen pingui damus, hic fugit omnes
Insidias, nulliq; malo latus obdit apertum.
Cum genus hoc inter vita versetur, vbi acris D
Inuidia, atq; vigent vbi crimina pro bene sano
Ac non incauto fictum, astutumq; vocamus.
Simplicior si quis: qualem me sæpè libenter
Obtulerim tibi, Mæcenas, vt fortè legentem,
Aut tacitum impellat, quouis sermone molestus,
Communi sensu planè Caret, inquimus, eheu,
Quam temerè in nosmet legem sancimus iniquam.

Sat. 3. Iuuenal.

Nam cum magna mala superest audacia caussa,
Creditur à multis fiducia—

Claud. lib. 2. in Eutropium:

—Quid pulchra vocabula pigris
Pertentas vitiis? Probitatis inertia nomen,
Iustitiæ formido subit, &c.

E Quæ etiam Nigidij figuli eſt oratio, extremo 1. apud Lucanum Pharſ. lib. libelli ciuilis calamitates prædicentis.

Imminet armorum rabies, ferriq; poteſtas
Confundet ius omne manu ſcelerique nefando
Nomen erit virtus.—

Et idcirco Iuuenal. Sat. 14. inquit.

Fallit enim vitium ſpecie virtutis, & vmbra;
Cum ſit triſte habitu, vultuq; & veſte ſeuerum.
Nec dubie tanquam frugi laudatur auarus,
Tamquam parcus homo, & rerum tutela ſuarum.

Et Chriſtianus Poëta Aurel. Prudentius in Pychomachia vitium ſub honeſti forma depingens, inquit.

Dixerat, & toruam faciem furialiaq; arma
F *Exuit, induit habitum ſeſe transformat honeſtum:*
Fit virtus ſpecie, vultuq; & veſte ſeuera,
Quam memorant frugi parcè cui viuere cordi eſt,
Et ſeruare ſuum tanquam nil raptet auarè,
Artu adumbrata meruit ceu ſedula laudem, &c.

Videlicet eſt veriſsimum, quod Menander ſcripſit: Propè bonum natura adnaſcitur malum, ἐγγὺς ἀγαθῷ κακὸν παρεγκέφυκε. De quo & præclare Suid. in voce ἐγκεχείρηται. Poëtas excipiant hiſtorici Thucyd. lib. 3. in Corcyrenſium reprehenſionem ingreditur partium ſtudia fouentium, & vitium pro virtute habentium. Audacia enim ratione carens, id eſt, temeritas: fortitudo ſociis amica putabatur: cunctatio verò prouida, facilis ſeruitus; ita meus habet liber δειλία εὐπρεπὴς, melius, vt habet vetuſtior Codex, & legit Valla δειλία εὐπρεπὴς, formido honeſta, modeſtia prætextum habet ignauiæ, & ad omnia ſolertia, in re quacunque ſocordia, & præceps ira adſcribebar viri fortis forti, id eſt, pro virtute habebatur,
G &c. cum ante ſcripſiſſet, conſuetis rerum vocabulis in excuſationem immutatis.

Præclarè Aelius Pertinax Imperator factus in concione ad Senatum, vt Herodianus ſcribit libr. 2. Frugalitatem Imperatorum in pecuniæ inopia, videri ſæpe ſordes differit, non continentiam, & prudentem diſpenſationem. Et vndè ingentes, atque infinitæ Principum quorundam largitiones oriantur, ſapienter exponit; Ignari profuſionem abſque ratione non poſſe fieri ſine vi, & rapinis rerum alienarum: quod etiam lib. 6. pariter declarat: Viro forti, & graui digna facta appellant tertibilia: quæ verò lentè fiunt, & voluptuosè, ea vt placidiſsima habent in deliciis.

Hoc autem vitio maximè imperitum laborat vulgus, vt ab hiſtoricis ad Philoſophos transeam: & Seneca ſcribit lib. de ira 3. cap. 42. At vulgus, inquit, animoſa miratur, & audaces in hoH nore ſunt: Placidi pro inertibus habentur, primo forſitan aſpectu, ſed ſimul ac qualitas vitæ fidem facit, non ſignitiem illam animi eſſe, ſed pacem, veneratur idem illos populus, colitque. Et Plutarch. monet lib. de virtute morali, eſſe quoſdam, qui vitia aut inuertunt aut extenuant, atque cauendum, ne vnum pro altero ſumatur: Ne fortitudo fiat deſperatio, & fidentia audacia, pudor verecundia, iucunditas gaudium, Metus Cautio.

Et L. Apuleius lib. de Philoſophia, ipſo fere initio, cum 3. facit ex Plat. opinione ingeniorum formas, horum quoque quos mediocres vult videri, neque ſinceras eſſe virtutes, nec vitia tam mera, & intemperata, ſed hinc, atque inde permixta eſſe: vt meritò apud Stob. Serm. 2. queratur in Epiſt. de amicitia Theocritus; eſſe plurimos, qui malitiosè rerum nomina peruertant. ſuis quidam vitiis ornamenta prætexunt verborum, cum ſtudium corporis, nominent ſimplicitatem amorem pecuniæ, prouidentiam: Prudentem eſſe, & callidum, cum eſt opus, & arte hoſtem fallere. vtile ſanè, & neceſſarium eſt: ſed L ingenio eſſe fallaci, atque inſidioſo, & aduerſus omnes, & continenter fraudibus yti, ego non aſſigno, vt quidam volunt, prudentiæ, & ſolertiæ, ſed extremæ malitiæ, & verò facilius eſt commendare, atque reprehendere quæ neque laudem, neque vituperationem merentur, cum vtrumque ingenij ſit peruerſi, atque improbi. Cauſſa hæc mihi videtur eſſe, quod ex nobis ipſis metimur cæteros; & hinc fit, vt quibus nos vitiis laboramus, iis eſſe reliquos obnoxios arbitremur, Confirmorque in hac opinione Theologi oratione in Maximum & in Apoll. Sed quam notam aliis inurunt, ipſi ſibi inſculpunt & ſua potius vitia produnt, quàm confirmenr aliena.

Siue, vt S. Iſid. Pelus. lib. 3. epiſt. 99. ad Hermog. Epiſcopum philoſophatur, quòd qui regulis cæteros dirigi volunt, cum ipſi extra regulam viuant, vitiata ratione, atque iudicio perturbationis alicuius morbo, in recto quoque rerum iudicio facillimè labuntur, & virtutis ſtudioſis curſum ad eam interrumpunt virtutem propinqui vitij nomine afficientes; ita Iuſtum, ac fortem virum, & ſceleſtis hominibus formidabilem faſtu, & ſuperbia vocant plenum: qui ſanè & Leonem facile reprehenderent, qui tremendum quoddam, & regium præfert, quòd non oſtentet ſimiarum aſpectum: & hiſtriones laudarent, quod abſurdum quendam, & immoderatum riſum commoueant. Græcè ita: Οἱ τῷ κανόνι τοὺς μὴ ὄντας προσάγοντες, καὶ διὰ τοῦτο, τὸν καὶ τοὺς ἄλλους κανονίσαι δίκαιον ὄντα θαυμάζοντες, οἱ μὴ δοκοῦσι τὴν κρίσιν τῶν πραγμάτων ἔχειν ὀρθήν: ἐπειδὴ γὰρ ἐκκαλύπτουσι τὸ λογιστικὸν τῆς ψυχῆς δι' ἐννοίας νόσου, σφάλλονται λοιπὸν, καὶ περὶ τὴν κρίσιν τῶν πραγμάτων: τὸν γοῦν δίκαιον, καὶ ἀνδρεῖον, καὶ τοῖς ἁμαρτάνουσι φοβερὸν, τύφου, καὶ ὀφρῦν ἀποφημίζουσι: διὰ τοῦτο πᾶσι τοῖς τῆς ἀρετῆς ἐρασταῖς, τὸν εἰς αὐτὴν δρόμον ἐκκόψαι μηχανώμενοι: τῇ γὰρ συγγενεῖ κακίᾳ τὴν ἀρετὴν ὀνομάζειν τολμῶσιν. ἐκεῖνο παραπλήσιον οἱ τοιοῦτοι, καὶ τῷ λέοντι ὅτι βλοσυρὸν, καὶ βασιλικὸν, καὶ ὁ πιθήκειον βλέπει, καὶ τοὺς μίμους τῶν γελοίων ἀποδιχάζουσιν, ὅτι γέλωτα κινοῦσιν ἄτοπον. Vide in Apol. S. Bern. ad Gul. egregium locum de corruptelis religioſæ inter Chriſtianos vitæ.

Præclarè eleg.2.Cornel.Gallus.

K *Quis suam in alterius condemnet crimine vitam*
Et quo prætendit claudere, certet iter?

Ex quo fit, vt qui de aliqua virtute disputationẽ instituunt, eam debeant signis aliquot indicare, ne in vitium desinat: ita Seneca de clementia ad Neronem scribens, secundã hanc facit eius scriptionis partem: & hanc caussam reddit lib.1.c.3. nam cum sint vitia quædam virtutes imitantia nõ possunt secerni, nisi signa quibus dignoscantur, impresseris.

At ne semper cum Ethnicis verser, veniant in medium Theologi: Lact. Firmianus Cicero noster hanc similitudinem vitij, & virtutis nonnunquam obseruat, nam lib.2.c.20. aduersus M. Tullium, non vides fortè, inquit, vt irrumpant vitia cum virtutibus, quia mala bonis adhærent, & in animis hominum potentiora sunt? & lib.6 cap. 6. & 7. Sicut, inquit, via illa sapientiæ habet ali-
L quid simile stultitiæ, quod lib. præcedente monstrauimus, ita hæc, cum sit tota stultitiæ, habet aliquid simile sapientiæ; quod arripiunt ij, qui stultitiam publicam intelligunt, &, vt habet vitia manifesta, sic habet aliquid, quod simile esse virtuti videatur, vt habet scelus apertum, sic imaginem quandam, speciemque iustitiæ; & lib.5. cap. 19. aliisque locis idem tractarat. Et S.Ambr. cap. 15. lib. de Paradiso. Et hoc veniabile Deo visum est, eo quod nosset multas ad decipiendum vias esse serpentis, quia transfiguratur in angelum lucis, & ministri eius sicut ministri iniustitiæ sunt, falsa imponentis rebus singulis nomina, vt temeritatem dicat esse virtutem, & auaritiæ nomen imponat industriæ.

Theologus quoq; Monodia in magnum Basilium idem animaduertit, mox à me citandus: Nunc tantum Scholij Nicetæ meminero, qui notat Aristotelem dixisse vitia virtutibus esse ἀγχίθυρα, id est, vicina, quòd veluti portæ quædam propinquę homines incertitudine fallant, atque in aliam domum pro alia introducant, nimirum ipsarum inter se similitudine dece-
M ptos: ac tametsi summi Philosophi ista est sententia, eam tamen in iis, qui quidem extant, ipsius libris portæ metaphoram me legisse non memini. Sed ex his omnibus acutè Cicero 2. Philip. in Antonium dixit. Iam illud cuius est, non dico audaciæ, (cupit enim se audacem dici) non enim talem se M.Antonius, sed fortem dici cupiebat: verum breuissimum est à fortitudine iter, ad audaciam. At partior caput, ne in librum exeat.



Calumniatorum, Adulatorum, Amatorum, hoc potissimum vitium, vt rerum nomina inuertant.

CAPVT II.



NOn minus corporum, quàm animorum Medicus Claud. Galenus. lib. sane pulcherrimo, atque vtilissimo, de cognoscendis atque curandis animi morbis cap. postremo, difficilem esse A
Auaritiæ curationem hanc maximè ob caussam tradit, quòd virtuti aduersæ, maximè vicina sit, quemadmodum cum sanare ambitionem volumus in finitimum virtuti vitium incurrimus.

Quare Plutarch. ex Euripide lib. de audiendis Poëtis, ne fallantur Adolescentes, Poëticam demonstrat in imitatione consistere, quæ non minimam habeat rationem veritatis, & eam esse caussam, cur rationes describat vitiis, ac virtutibus permistas; hoc ipsum esse indicio longè melius philosophari Stoicis Poëtas: cum illi decernant neque virtuti vitium, neque vitio virtutem vnquam adhærescere: hi contra sentiant, quod scripsit Euripides, nunquam à malo seiungi prorsus bonum, sunt enim, vt Seneca loquitur Epistol.121. vt scis, virtutibus vitia confinia, & perditis quoque, ac turpibus tecti similitudo est.

Itaque ingeniosè S. August.2. Confess. lib. cap. B
6. vitia specie quadam vmbratica fallere deducit, qua videantur bonitatem, cæteraque Dei, quæ vocant, attributa, imitari. Nam & superbia, inquit, celsitudinem imitatur, cum tu sis vnus super omnia Deus excelsus, &c. totum hunc locum huc transfer. Certè ita fit necesse est, si virtus inter duo extrema est sita. vt sita est, & vere Horat. scripsit lib. Epist. 1. Epist. ad Lollium 18.

Virtus est medium vitiorum, & vtrinq; reductum.

Quocirca difficile ita per medium planè, & tecta ingredi, vt non magis ad hanc, quam illam extremam partem declines. Declinant autem maximè tria hominum genera, & præ cæteris vitiorum, virtutumque vocabula inuertunt; Calumniatorum, Adulatorum, Amantium. De primo genere scribit Lucianus, cum de calumnia disputans, eius esse proprium, dicere bona esse mala, tradit, vt contra amatorum: Et citatum à nobis superiore capite Thucydidis locum Plutarch. vsurpat, vt calumniatoribus congruentem, lib. de amici & adulatoris differentia; cuiusmodi erant illi Dionis æmuli, quos Plutarch. in eius vita commemorat, qui vt illius famam traducerent, virtutibus ipsius similia vitia appingebant. C

Quæ caussa est, cur Aristophanes Plutum inducat, timiditatis à se nomẽ depellentem, quasi

per calumniam timidus vocaretur, eo quod prouidentiam malitiosi homines timiditatem soleant appellare. Hinc & Nazianzen. hoc vitio dolet laborasse Magni Basilij obtrectatores. Et, cum de electione Simplicij Bituricensis Episcopi agit Sidon. Apoll. lib. epist. 9. cap. 3. calumniatorum hunc exectatur his verbis morem. Sed quis non exacerbescat, eum videat sordidari
D virtutum sinceritatē criminatione vitiorum? Si eligimus humilem, vocatur abiectus; si proferimus erectum, superbire censetur; si minus institutum, per imperitiam creditur irridendus; si aliquatenus doctum, propter scientiam clamatur inflatus; si seuerum, tanquam crudelis horretur: si simplicem, despicitur, vt brutus: si acrem, vitatur vt callidus: si diligentem superstitiosus decernitur: si remissum, negligens iudicatur: si solertem, cupidus: si quietum, pronunciatur ignauus: si abstemium producimus, auarus accipitur: si eum, qui prandendo pascat, edacitatis impetitur: si eum qui pascendo ieiunet, vanitatis arguitur: libertatem pro improbitate condemnant, verecundiam pro rusticitate fastidiunt: rigidos ob austeritatem nō habent caros: Blandi apud eos communione vilescunt: Ac si apud eos vtrolibet genere viuatur; semper hi tamen bonarum partium mores pungentibus linguis maledicorum, veluti bicipitibus hamis inuncabuntur, sed illi, vt opinor, morum Constantiæ, atque exactæ grauitati, fastus nomen imposuerunt: At iidem homines facile quoque mihi facturi videntur, vt & fortem
E temerarij nomine appellent; & prudentem, & circumspectum, timidi; & temperantem agrestis, & inhumani; & iustum crudelis, atque ab hominum consortio abhorrentis: Neque enim hoc quidam malè tradiderunt, virtutibus adiuncta, & quodammodo vicina esse vitia, nihilque facilius esse iudicetur, quam reuera sit.

Alterum genus est adulatorum, quod S. Augustin. homil. 10. libro 50. homiliarum perstringit, exponens, quodnam sit oleum peccatoris, quo nolit sibi caput Dauid impinguari, & quæ sit illa benedictio, quæ confertur in impium. Diffluit, inquit, lætus vocatur: auarus est, & dicitur de eo, quia seruat rem suam: vindicat se de inimico, & comis vocatur: hunc
F esse docens adulatorum morem. Quod argumentum summa varietate persequitur: libro de differentia amici, & adulatoris Plutarchus. Pessimum videlicet inimicorum genus, adulantes; vt ait in Agricolæ vita Tacitus: Qui & de Vitellij amicis libro historiarum primo scribit hæc, vt de adulatoribus: ita comitatem, bonitatemque faueutes vocabant, quòd sine modo, sine iudicio donaret sua, largiretur aliena: simul auiditate imperandi ipsa vitia pro virtutibus interpretabantur.

Quare sapienter Euripides apud Stob. Serm. 3. Patrem inducit hæc præcipientem filio: Amicos qui verbis tibi nihil indulgeant, conquire, qui vero gratiam in omnibus sectantur tuam, vt improbos domus repagula excludant tuæ.
A Et apud eundem serm. 5. Epictetus: caue ne lupos vastatores custodum loco domi nesciens, recipias. Et Pythagoras Sermon. 14. vbi multa præclara leges, & illud maximè Cratetis adulatores nominare soliti συγκατανεύοντες, id est, quòd omnibus annuant inter epulas: & Fauorini comparantis Actæoni miserum illum qui adulatores admittit: Vt Actæon à domesticis suis canibus discerptus fuit, ita planè, G
adulatores eos à quibus aluntur, consumunt:
B quos suis depingit coloribus egregiè Theophrastus libro, περὶ τῶν χαρακτήρων: quin etiam Athen. libro sexto, cap. 6. quam odiosum esset olim adulatorum nomen, & res ex eo ostendit, quòd ob id Thessali vrbem quandam Meliensium euerterunt, quoniam κολακεία, id est, adulatio, vocabatur, quæ quidem planè describi videtur à Iuuenal. Sat. 3. his versib.

Quid quod adulandi gens prudentissima laudat
Sermonem indocti, faciem deformis amici,
Et longum inualidi collum ceruicibus æquat
Herculis, Antæum procul à Tellure tenentis?
Miratur vocem angustam, qua deterius nec
Ille sonat quo mordetur Gallina marito: H
Natio comœda est, rides? maiore cachinno
Concutitur; flet, si lachrymas aspexit amici, &c.

Hinc Seneca Epist. 45. Adulatio, quàm similis est amicitiæ? Non imitatur tantum illam, sed vincit, & præterit: apertis, ac propitiis auribus recipitur, & in præcordia ima descendit, eo ipso gratiosa, quo lædit: doce quemadmodum hanc similitudinem dignoscere possim: venit ad me pro amico blandus inimicus: vitia nobis sub virtutum nomine obrepunt: temeritas sub titulo fortitudinis latet: moderatio vocatur ignauia: pro cauto timidus accipitur: in his magno periculo erratur: Et alibi Epist. 59. Pro sua quemque portione adulatio infatuat. Vos quidem dicitis me esse prudentem: ego autem video, quàm multa inutilia concupiscam, nocitura optem: & remedium hoc est præsentissimum aduersus adulationem. Ego nec decipere volo, nec decipi I
possum. Idem lib. natur. quæst. 4. in præfatione. Huic autem periculo maximè omnium Principes obnoxij, qui fere adulatores apud se esse patiuntur, amicorum loco: qui sanè locus patet latissimè, nec huius est operæ explicare: ex quo iure scribit Nicetes Choniata 3. de Imperio Isaacij Angeli libro, nunquam illi persuaderi potuisse sibi ab Alexio fratre insidias poni.

Venio ad tertium genus Amantium quorum est proprium, vt ex Phædro Platonis discimus,

supra

supra quam deceat & dicta laudare, & facta: tum quia cupiditatis ardore falluntur in iudicando, quæ ratio ab eo libro de legib. 5. adfertur hoc sermone, ὅτι περὶ ὁ φιλῶν περὶ τὸ φιλούμενον τυφλώττει,
K quod Horatius de amore sui ita extulit. Cœcus amor sui, lib. car. 1. Od. 18. Propterea Theocr. Eccles. ϛ.

—Ἦ γὰρ ἔρωτι
Πολλάκις, ὦ πολύφαμε, τὰ μὴ καλὰ, καλὰ πέφανται.

Namque amori sæpè, ô. Polypheme, non pulchra, videntur pulchra. Recurro ad Plat. qui libro quinto de legibus ad viuum demonstrat hoc maximè vitio eum laborare, qui se, aut alium immodicè, aut turpiter amat, vt quæ animo, aut corpori inhærent vitia amici, siue amicæ, ipse pro virtutibus habeat cœcatus amore: quæ enim de amore sui tradit sapientissimè, ea ad amorem erga reliquos possunt commodè traduci.

Atque hoc illud est quod dicunt, quemlibet hominem sibi natura suapte esse amicum, & rectè sane habet: si talis erga semetipsum esset quilibet: at reuera vsuuenit vt omnium malorum, quibus hominum vita inuoluitur, nimius sui amor caussa existat: is enim qui amat, circa id quod amat, sanè obcæcatur, ac proinde de rebus iustis, bonis, & honestis malè iudicat. &c. Cuius doctrinam his versibus T. Lucretius expressit 4. de rerum natura lib.

L *Et tamen implicitus quoq; possis, inq; peditus*
Effugere infestum, nisi tute tibi obuius obstes
Et prætermittas animi vitia omnia primum
Tum quæ corpore sunt eius, quem percupis, ac vis:
Nam hoc faciunt homines plerunq; cupidine cæci:
Et tribuunt ea quæ non sunt his commoda verè:
Multimodis igitur paruas, turpesq; videmus
Esse in deliciis, summoq; in honore vigere,
Nec sua respiciunt miseri mala maxima sæpè.
Nigra μελίχροος est, immunda, ac fætida ἄκοσμος:
Cæsia Palladion: neruosa, & lignea Δορκάς:
Paruula pumilio χαρίτων μία tota merum sal:
Magna atque immanis κατάπληξις, plenaque honoris,
M *Balba loqui non quit, τραυλίζει; muta pudens est*
At flagrans odiosa, loquacula λαμπάδιον fit
Ἰσχνὸν ἐρώμενον tunc fit, cum viuere non quit
Præ macie ῥαδινὴ verò est iam mortua tussi.
At gemina, & mammosa Ceres est ipsa ab Iaccho
Simula Σιληνή, at Satyra est, labiosa φίλημα:

In quibus versibus, vt hoc obiter moueam Adrianus Turnebus lib. 26. Aduers. cap. 31. μελίχλωρον pro μελίχροος legit, putatq; imitatum illud Theocriti Idyll. 10. de amatore quodam:

—Σύραν καλέοντί τυ πάντες,
Ἰσχνὰν, ἁλιόκαυστον, ἐγὼ δὲ μόνος μελίχλωρον.

Sed non vidit acerrimo vir ingenio versum si legatur μελίχλωρον non constare; quare lib. sequenti capit. postremo legit μελίχροος, nam & alter Græcus, τὴν δ᾽ ἰσχνὴν ὑποκοριζόμενος μελίχρουν. Imitatus videtur Lucretium Ouidius lib. de Arte amandi 2. ita monens:

Nominibus mollire licet mala: fusca vocetur,
Nigrior Illyria cui pice sanguis erit.
Si pæta est Veneri similis: si flaua Minerua:
Sit gracilis macie, quæ male visa sua est.
Dic agilem quæcunq; breuis: quæ turgida plenam
Et lateat vitium proximitate boni.

Et contrà lib. de Rem. Am. 1. cum docuisset quod hic nos tractamus: N
Et mala sunt vicina bonis: errore sub illo,
Pro vitio virtus crimina sæpe tulit.

Remedium adhibet:
Quam potes in peius, dotes, deflecte puellæ,
Iudicium q; breui limite falle tuum.
Turgida, si plena est: si fusca est, nigra vocetur:
In gracili macies crimen habere potest, &c.

Et Horatius elegans, & eruditus, si quis, Poëta 1. Serm. lib. Sat. 3. prudenter monet sæpè dissimulanda esse amicorum vitia, & virtutum appellatione cooperienda. Quam rem mitificè duabus comparationibus amatoris, atque parentis & exornat, & amplificat. Prior est:

Illuc prauertamur amatorem quòd amicæ
Turpia decipiunt cæcum vitia, aut etiam ipsa hæc
Delectant, veluti Balbinum Polypus agnæ.
Siue Pulipus.
Vellem in amicitia sic erraremus, & isti
Errori nomen virtus posuisset honestum.
Posterior est:
At pater, vt gnati, sic nos debemus amici
Si quod sit vitium, non fastidire: Strabonem
Appellat Pætum Pater, & pullum malè parum
Si cui filius est, vt abortiuus fuit olim O
Sisyphus, hunc varum, distortis cruribus illum
Balbutit Scaurum praui fultum male talis.
Parcius hic viuit, frugi dicatur: ineptus,
Et iactantior hic paulò est, concinnus amicis
Postulat, vt videatur: at est truculentior, atq;
Plus æquo liber, simplex, fortisq; habeatur:
Caldior est, acres inter numeretur, opinor:
Hæc res, & iungit iunctos & seruat amicos.

Ἐκ τοῦ παρέργου, obseruo Pontanum 1. de Serm. lib. legere:
Sed Pater vt gnatis, sic nos debemus amicis
Si quod inest vitium, &c.
Et:
Appellat Pætum blandus Pater.

Sapientius autem Hippolytus Estensis Cardinalis vir clarissimus reprehendere solebat Plauti sententiam vt M. A. Muretus narrat cap. 15. lib. var. lect. 11. de amici officio, Amicum castigare ob meritam noxam immane est facinus; quod P vix vllum sit, aut viri boni. aut amici hominis maius, ac præclarius munus, quàm amicum vel peccare parantem retinere, atque impedire,

vel, cum iam peccarit, reprehendere, atque increpare: Tu lege quæ vir ille prudentissimus disserit apud Muretum, comprobata pulcherrimo, & homine Christiano dignissimo Plutarchi loco de amici, & adulatoris differentia, vbi acerbitatem condemnat eius, qui reprehendit amicum leuium caussa delictorum, Interim ad grauia conniuens ipsius peccara, atque facinora, & superiorem Plat. locum indicans Plut. citato lib. Cui similis hic Horatij lib. Epist.1. Epist.1.

Si curtatus inæquali tonsore Capillos
Q *Occurri, rides. Si fortè subucula pexa*
Trita subest tunicæ, vel si toga dissidet impar,
Rides. Quid mea cum pugnat sententia secum?
Quod petiit spernit: repetit quod nuper omisit:
Æstuat, & vitæ disconuenit ordine toto:
Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis:
Insanire putas solemnia me, neq; rides,
Nec medici credis, nec curatoris egere
A Prætore dati, rerum tutela mearum
Cum sis, & praue sectum stomacheris ob vnguem,
De te pendentis, te respicientis amici.

Sed tertius sit præclarissimus S. Ioan. Chrysostom. locus in oratione ad eos, qui de longis suis procemiis querebantur; Si non rectè circumpositam corpori vestem, inquit, aspicimus, aptamus, & monemus; si proiectos ad vitia mores, ne verbum quidem de eo facimus. C Ex huius vitij natura Attilius durissimus Poëta Ciceroni, sapientissimus in hoc mihi,
R dixit. Suam quisque sponsam, mihi meam: Suum quisque amorem, mihi meum. Et Eclog. postr. Virgil.

—Quid tum si fuscus Amyntas?
Et nigra violæ sunt, & vacinia nigra.

Expressa ex Theocrito Idyll. 10.

Καὶ τὸ ἴον μέλαν ἐστί, καὶ ἁ γραπτὰ ὑάκινθος.

Hinc factum, vt Cupido oculis tænia præcinctis fingatur, & pingatur. Simile argumentum in rem aliam adagiorum concinnator eruditè admodum tractat in Prouerbio: suum cuique pulchrum, & Ioan. Antonius Campanus Episcopus Interamnensis vir doctissimus, eoque nomine Callisto III. Pio II. ac Paulo II. carissimus, quem ego seniorem cum Iouiano Pontano iuniore soleo conferre primo libro de ingratitudine fugienda, eum notam à se criminis depellit, quod de vitio omnium maximo
S scribat. Immensa, inquit, præterea natura est, in qua sæpe nos rerum similitudine, confusioneque deludimur, & decepti specie recti, vt ait Flaccus, quæ superba dicenda sunt, & temeraria, ea nos magnifica, & fortia gesta nuncupamus: qui timidi sunt atque ignaui, humiles, & mansueti iudicantur: Cæterum qui prodigi sunt, & profusi, eos beneficos arbitramur, & in primis liberales, qui adulatores, & scurræ; qui leues, qui garruli, vrbanos, placidos, faciles, eloquentes appellamus: & temerarium quendam gladiatorem, fortem, ac strenuum dicemus militem; & immanissimum Tyrannum, vt gloriosissimum Regem, obseruabimus.

Habet enim quæ honesta sunt, quandam cum rebus turpibus similitudinem, quam nisi prudenter ipsi cognouerimus, plerumque non magis in virtutem quam appetimus, quam in vitia, quæ fugimus, nullo discrimine prolabemur: nam & animi magnitudinem, superbia, & fortitudinem audacia imitatur: Prudentiæ & T liberalitati, malitia, & effusio finitimæ sunt: Rursus patientiam, duritia, verecundiam timiditas, vanitas, & iactantia gloriam, frugalitatem auaritia. Constantiam pertinacia, adulatio amicitiam, religionem superstitio, & lenitatem animi mollitia, comitatur. Idem euenit in his, quæ sunt: Sæpe enim specie bonæ habitudinis, turgens quidam, & inflatus tumor occultatur: Quod autem dicit, sola rerum ignoratione mortales vitia pro virtutibus amplecti, vereor, ne in angustum reuocet quod latissimè patet.

Regredior ad traductionem rhetoricam, in qua tractanda sapienter Quinctilianus libr. 6. cap. 3. Sicut amantes, inquit, de forma iudicare non possunt, quia sensum oculorum premit amor: ita omnem inquirendæ veritatis rationem Iudex amittit, occupatus affectibus V æstu fertur, & velut rapido flumini obsequitur.

Quod verò scripsi, ita esse comparatum natura, vt sæpè virtus pro vitio habeatur, quia mediocritas quædam est inter nimium & parum, id est, ὑπερβολὴν, & ἔλλειψιν, vt ad alterum horum sæpè declinet; id verò tradit doctissimus Aristoteleæ doctrinæ explicator Alexand. Aphrodisæus, 2. lib. Topico locum ἐκ τῶν μεταλήψεων persequens: eamque vim ipsi vulgo esse notissimam, & siue laudandi, siue reprehendendi alicuius rationem esse vaferrimam, quin etiam quotidiani sermonis consuetudinem plenam istius verborum immutationis: & idem Aristot. affirmat, ad medium quidem extremis quibusdam, videri esse nonnullam similitudinem, ceu audaciæ ad fortitudinem, & profusioni ad liberalitatem. Hæc racematio primi capitis, fuit penè vindemia ipsa copiosior.



Amu-

Ληκύθους λόγων non esse verborum ampullas aduersus Dion. Lamb. demonstratum.

CAPVT III.

A RVDITVS & elegans nostrorum temporum in Gallia scriptor Dionys. Lamb. ad illa verba quarti Ethici Aristotelis, quibus de sumtus generibus disserit, quæ & hoc modo vertit. Pila, vel ampulla pulcherrima, doni puerilis magnificentiam, illa quidem obtinet, sed huius precium exiguum, & illiberale est; adnotat se quod græcè dixit Aristoteles λήκυθον, id est, ampullam nominauisse, Adriano Turnebo auctore lib. videlicet aduers. 9. cap. 3. & quas Græci ληκύθους λόγων appellant, latinos verborum ampullas dicere. Horat. in poët.

Proiicit ampullas, & sesquipedalia verba.

Vnde ampullari verbum, quo idem Horatius vtitur.

Et Tragica desæuit, & ampullatur in arte.

B M. Tullius Cicero ad Atticum libro duodecimo prima epist. Nosti illas ληκύθους: potest illi fauere, quod habet Aristophanis interpres ληκυθίζειν est μέγα βοᾶν καὶ ψοφεῖν, clamare, & sonum clarius, ac vehementius edere: partem certè mediam inter ceruices, & iugulum, per quam vox editur, hoc est guttur, λήκυθον dici notat Hesychius, & Suidas, ληκυθισμὸν interpretatur ὀυφωνίαν. Et rursus Hesychius ληκυθίζειν πολύφωνον exponit, qui eam scilicet vocem emittat, quam concaua vasa, cum pulsantur: Mihi tamen Horatius potius videtur allusisse ad Græcorum φυσήματα, sic enim vocant, cum quis magna crepat, vt in Demeam Demadis è Fidicina filium iocatus est Hyperides. A Vt enim φύσημα & φυσᾶν de tibiis dicitur, quibus sonandis buccæ inflantur: sic ad inflatam, & tumidam, ac, vt ita dicam, spiritu, ac flato grauidam orationem transfertur: vsus

C est hoc genere loquendi etiam Plato in Alcib. posteriore, B & alij, quomodo Virg. Aeneid. 11. flatus remittere dixit, pro mores insolentes abiicere, & quasi spiritus demere & Propertius libro eleg. magnum spirare & Cicero animos inflare, in L. Pisonem. Statius libro Siluarum tertio.

Ibam altum spirans.

Quod ergo est animi, id etiam verbis adscribitur: nam hominis insolentis, insolentia quoque sunt verba. Et sanè ampullari apud latinos grandiloquentiam, tumoremque in scribendo & in loquendo significat: Et cum quempiam vt inflatum, ac turgidum in aliquo orationis genere notare volebant, dicebant eum ampullari: ita ad primum illud carmen Horatij, proiicere ampullas, Acro explicat, irata verba, inflata, grãdia: & orationem tumidam emittere: & mox: ampullas, inquit, inflata, & superba verba: adhuc enim ampullas vocamus, quasi inflata vasa: D quam explicationem sequentia verba confirmant, & sesquipedalia verba: & Ianus Parrhasius homo doctus, proiicere accipit pro abiicere, id est, non vti verbis ampullatis; quanquam melius Acro ad Horatij sensum.

Nec dissentit Badius; ait enim vasa inflata, & vitrea ampullas vocamus, vt, quæ ex vento, & pluuia generantur, bullas: Et omnium doctissimus Cæsar Scaliger capite quadragesimo sexto sui historici de Dithyrambis scribens. Erat, inquit, stylus tumidus, atque vt ille ait, plenus Deo, plenus numerorum, plenus compositarum vocum, quas ampullas, & sesquipedalia, Satyri nostri appellant: & hoc valere Aristophanis reprehensio indicat, notantis Euripidem, quòd verba nimium superba regno pulsis Telepho, & Peleu dederit: & in humore bulliente, bullam, seu ampullam etiam significat, id est, τὴν πομφόλυγα, καὶ ὀγκώδη ἐπανάστασιν. Dici etiam à Græcis oratio tumida & inflata solet φλεγμαίνοντα ῥήματα, & λόγοι φλεγμαίνοντες E

Philostratus libro 1. cap. 13. de suo Apollonio Tyaneo, sermonum formam sectatus est, non Dithyrambicam, & poëticis nominibus inflatam: quemadmodum Saluianus Massil. libro de prouidentia dixisse videtur, scripta latinitate tumida: Et Synesius ad Euoptium: oportebat me vti nominibus inflatis, ne homilius ingentia mala commemorarem. & lib. de insomniis, apparatum linguæ variarum rerum, silua copiosam, & nominum tumidam nouitate: E & ad alia quæ hanc significationem iuuant, vt ad magnitudinem fluctuum ac turbatiunẽ, seu vehementiam transfertur, quomodo Heliodorus lib. Aethiop. hist. 5. ingentes fluctus κῦμα φλεγμαῖνον, & S. Clemens exæstuantem libidinem φλεγμαινούσας ἐπιθυμίας, & Plato 2. de Repub. lib. vrbem luxu, ac deliciis superbientem, ac tumentẽ φλεγμαίνουσαν πόλιν dixerunt, & Philostorgius de Eusebia Con- F stantij vxore vehementer irata, ac furente ὑποδεργμαινοῦσα τοῖς θυμοῖς τι, καὶ τὴν γνώμην φλεγμήνασα. & Aristoph. Ranis aptissimè dixit de eo, qui oratione gaudebat inflata πυργῶν ῥήματα instar turris elata, & fastigiata verba.

Eadem dicuntur verba Corinthia, vt est apud Fab. lib. 8. cap. 3. Sed ita demum, si non appareat affectatio: in qua mirifice Virginius Corinthiorum amator iste verborum: ἁμαξιαῖα quoque ῥήματα Græci dixerunt, quasi fastuosa, & quæ plaustro veherentur, siue, multarum essent syllabarum ob longitudinem, vt Dithyrambica: tametsi alio etiam sensu pro oratione plena contumeliis, & probris sumi possint: cuiusmodi ex plaustris in obuios quosque Athenis solemnibus quibusdam feriis iactabantur; ex quo natum prouerbium, ex plaustro loqui, ἐξ ἁμάξης λαλεῖν.

Hæc omnia Lambini explicationi prosunt: sed tamen longè aliud Lecythus apud Cicer. lib. ad Atticum 1. non 2. vt malè citat Lamb. & ad G rem non aptè. Cicero enim ostendere vult Crassum valde grauiter, & ornatè de suo consulatu loquutum, & eos locos pertractasse, quos ipsemet valde politè, numerosè, copiosè soleret explicare. Verba sunt. Quid multa? totum hunc locum, quem in Aristocratia ego variè meis orationibus, quarum tu Aristarchus es, soleo pingere, de flamma, de ferro, nosti illas ληκύθους, valde grauiter pertexuit.

Quem ego locum putaui non aliis esse verbis explicandum, quàm ipsius Ciceronis ex 2. epistol. ad Atticum libro, initio ferè ipso primæ epistolæ, vbi commentarium consulatus sui à se conscriptum, cum eo confert, quem Atticus confecerat: Quanquam illa tua, legi enim libenter, horridula mihi, atque incomta visa sunt: sed tamen erant ornata hoc ipso, quod ornamenta neglexerant, &, vt mulieres ideò bene olere, quia nihil olebant, videbantur: meus autem liber to- H tum Isocratis μυρεψικόν, atque omnes eius discipulorum arculas, ac nonnihil etiam Aristotelica pigmenta consumsit. Itaque meo quidem iudicio Cicero ληκύθους primo libro vocarat, quos secundo vocat μυρεψικόν, quemadmodum idem etiam vtrobique significare volebat, & videtur indicare Plinius libro epistol. 1. epist. 2. ad Arrianum. Non tamen omnino Marci nostri ληκύθους fugimus scilicet in caussis agendis ornamenta dicendi, quoties paullum itinere decedere, non intempestiuis amœnitatibus admonebamur.

Quod si ita est, vt reuera est, de ornatu potius, & varietate poliendæ orationis Cicero his locis loquitur, & ad eam significandam Lecythi nomen inducit, vt myrothecij, at cum ampulla tumorem, non ornatum; inflationem, non elegantiam significet, idem profectò λήκυθοι λόγων, & ampullæ verborum non erunt, quæ mea interpretatio illis Ciceronis verbis in oratore ad Brutum confirmatur; quibus de more declamandi Aristoteleorum, in hac Aristoteles, in- I quit, adolescentes non ad Philosophorum morē tenuiter disserendi, sed ad copiam Rhetorum in vtramque partem, vt ornatius, & vberius dici possit, exercuit: id quod ita extulit Diogenes Laërt. lib. 5. in Aristot. F Ad thesim simul exercebat auditores vna rhetoricè instituens. Et Strabo lib 13. explicat verbo ληκυθίζειν, cum narrat Peripateticos θέσεις ληκυθίζειν, id est, proposita declamare, vel vt Fab. loquitur, theses dicere, vt ego expono, de re proposita eleganter, & copiosè disputare: cuius moris principem facit Aristotelem Cicero 2. quæst. Tuscul. & 5. de finibus bonorum & malorum.

Et cum hæc excogitauissem, putaui mihi adeundos esse politorum Italiæ nostræ scriptorum libros. Primum in comm. Seb. Corradi ad verba Ciceronis inueni, quàm aptè pro eodem accepissem μυρεψικὸν & λήκυθον, cum citet Pollucē lib. 6. cap. 19. Lecythum collocantem inter vnguentaria vasa. nam & Suidas λήκυθον μύρου esse tradit, K quod Attici vocant ἀλάβαστρον Petrus quoque Victor. libro var. lect. 25. capite 7. in quodam Strabonis loco enucleando ληκύθους demonstrat esse locos communes summo artificio expolitos, & in quibus exornandis arculæ illæ sint adhibitæ.

Manutius item, vt Pictores, inquit, ἐν ταῖς ληκύθοις, quæ sunt ampullæ pigmentorum, sumunt quæ ad colorandum apta nouere: sic orationem suam Cicero, cum volebat eloquentiæ veluti coloribus illustrare, ad illa loca, de flamma, de ferro, quasi ad suas ληκύθους confugiebat: Et verò gauisus sum vehementer produci ab eo Plinij locum à me paulo ante citatum: Legi item qui nomine ληκύθων lucubrationes, in quibus multum operæ sit positum, & euigilata studio scripta intelligant. Mihi etiam fauent, quæ Cælius eruditè lib. antiq. lect. 14. cap. 15. scripsit. Vide num etiam vox αὐτολήκυθοι in Harpocrationis lexico, & Suidæ, huic meæ explicationi aliquid possit adferre præsidij.

Nec omittam, quod refertur ab Aristophane in ἐκκλησιαζούσαις, de Phryne iam vetula, & tamen L affectante formam præsidio fucorum ab aliis intelligi, quasi buccis esset tumentibus, & oratione nimium superba vteretur: id quod male Turneb. lib. aduers. 26. cap. 27. attribuit Laidi. Sic ergo Aristophanes. ἔχουσα λήκυθον πρὸς τὰς γνάθους. Puto ego translatè indicari ob formam præcellentem illecebram fuisse amoris in eius genis: siue potius affectationem per fucum pulchritudinis. De ipsa verò voce Eustathius ad illud Vlixis 6. Dedit autem aureo in Lecytho humidum oleum. G Scribit, significare vas ad capiendum oleum ἐλαιοδόχον, dictumque ab ἔλαιον, & κεῦθω, quasi ἐλαιοκευθον. 3. Reg. 17. Vbi nostra editio habet, Lecythus olei non deficiet. S. Cyprianus de opere & eleemos. S. Augustinus serm. 166. S. Prosper par. 2. cap. 29. de prędict. & promiss. capsacos legunt. S. Ambrosius de viduis vas. S. Augustinus Lagunculam.

Adde Aristophanem Acharnensibus Lamachum nominare κομποληκύθην ampullarum proiectorem, & iactatorem, nimisque sui amantem, ac tumidum, vt loquitur Quinctil. Qua ratione Ranis Aeschylum, quasi ampullosa, & iactabunda oratione vtentem, gloriosorum verborum fascem loquentem, id est, per contumeliam nuncupauisse κομποφακελορρήμονα, & ampullam genus esse vestis mulierum, fortasse laxæ, & amplæ, cui locum quidam in Plauto dant Menæh. act. 1. sc. 2. illo versu. Quando se auratam & vestitam bene habet ampullaceam. Vbi vulgo legitur ancillas, penum; quod ipsis facile non concedo.

Qui Centonas conscripserunt: quid Cento: quæ Centona fuerit.

CAPVT IV.

A HOMEROCENTONAS, id est, ex Græcis Homeri versibus contextum volumen de rebns ad Christi fidem spectantibus admirabili ingenij dexterltate apud uos duæ nobilissimæ feminæ collegernnt, vna Romana: Athenieusis altera: Illa Proba fuit Falconia Christianorum latina Sappho Adelphi Procos. Roman. vxor. hæc Eudocia Leonis Philosophi filia, & minoris vxor Theodosij, quam Suidas voce, ὠφεῖς, φιλοσοφῶ nominat: iisdem fetmè vtraqne temporibus florens: illa cum Alaricus Rex Gotthorum, vrbem cepit sub Honorio: Hæc sub eo, ac Theodosio fratris Honorij filio.

Quanqnam Zouaras hæc Eudóciæ ὁμηρόκεντρα; sic enim inscripsir, concinnari primum cœpta commemorat à viro quodam Patricio, quæ ipsa ad finem perduxerit: idque Græca declarat inscriptio, operi versn heroico præfixa: Et Græca tamen ex Homer. Candidus Monachus Aldo seniori transmisit, Eudocia fortè auctore: Eundem A exantlasse laborem Probam docet in collectaneis lib.7.cap.3. Fulgosus, nou recordor ex Homerine dicat versibus, an Virgiiij: Certlus est, eam ex carminibus Virgilij contexnisse Virgilio Centonas hoc initio sanè graui:

B *Iamdudum temerasse Duces pia fœdera pacis.* B

Hieronymus epistola ad Paulinum se Homerocentonas, & Virgiliocentonas iu vniuersum legisse testatur: cuius auctoris, aut collectoris non significat: Et lib. Orig.1. cap.26. Hispalen. Isidorns narrat, Pomponium queudam ex eodem poëmate inter cætera styii sui otia Tityrum iu Christi houorem consuisse; similiter & Aeneid. Idem ex eodem poëta factitauit Ausonius in nuptiis describendis.

Qnin & Osidius Geta, vt auctor est libro de præscript. Terrull. Medeam Tragœdiam ex Virgilio plenissimè expressit. Meus quidam propinquus, adiungit, ex eodem Poëta inter cætera styli sni otia Pinacem Cebetis expiicnit, addit, Homerocentouas etiam vocare solent, qui de carminibus Homeri propria opera more centonario ex mnitis hinc inde compositis in vnum farciunt corpns: ad qnem iaborem aptissimas esse affitmat sacras iitteras his verbis. Et vtiqne fecnndior diuina litteratura ad facultatem vniuscunque materiæ: videlicet contra Marcionitas & Valentiuianos disserit, sententias sacrarum litterarum ad sua pestilentia dogmata accommodanter Centonum penè more, quos egregiè temporum nostrorum nouatores imitantur non minus, qnàm ilii veteratores.

C Subscribit iib.1.Tom.2. Hær.31. S.Epiphauius exemplo eius, qui Herculem ab Euristheo ad Cerberum orco educendum missum Homericis hinc inde collectis versibns decantat: qualium exemplum B. Irenæus lib. & cap.1. Contra hæreses producit: & pauiò antè idem Tertullianus cap.39. Vis hodie ex Virgilio fabulam in totum aliam componi materia secundum versus, versibus secundum materias concinnatis? Sanctus quoq; Hieronymus elegautissimum ex Terentij versibus centonem panxit ad se excusandum, cum accusaretur à muitis, qnod pleraque ex Origenis libris transferret in suos, præfatione in secundum iibrum commentariorum in Micheam.

Nec longè abest quorundam Patrum scribendi tatio ab hoc more, cum verbis, ac sententiis ex vatiis Bibiiornm locis petitis, varia argumenta doctè, & ingeniosè tractant: in qno genere familiam ducit S. Bernardus, quem ego superioribus annis in epistola sum imitatus, quam ad D Claudium Aquauiuum dedi, cum renunciatus est Generalis Societatis nostræ Præpositus: Altet item bteuis, sed elegaus lib.epigram.1.tit.35. de Echo.

Est & apnd Cedrennm Homerocentronum scriptor, aiter Pelagins Patricins; is cui Zeno Imperator gulam frangi laqueo iussit, vt habet Marcell. in Chronico 8. viro scilicet, & doctissimo, & innocentissimo, scelestus, & hæreticus: Zonar. 3. χρον. to. occidisse eum, scribit, Pelagium Patricium eruditissimum, atque optimnm virum prætextu paganismi: reuera autem metuentem ipsius reprehensiones, quòd cum vir ille esset liber, & apertus, faciiè eum reprehenderet.

Centonem autem latinè dico, κεντρὸν κεντρῶνα ῥωμαϊστί. Suidas notat, centronem græcè, vel contrà, quod his modis veteres locutos video: ex Græco tamen vox ducitur, in hoc non laboro, laborauit, qui non optima, immò sæpè pessima in sanctum Hieronymum Scholia scripsit antè E Marianum Victorium in epistola ad Paulinum citata: ridendi tamen illi, qui, ac si latina vox esset, à nomine centnm deriuant, quia res est, vel scripta, vel contexta centum, id est, diuersis rebus.

Vtitur hac voce Plautus Epidico act.3. sc.4. qnin tu alium quæras, cui ceutones farcias, vt ait Periphanes militi. Campanus libro epistolar. quarto, epistola quinta. Centones ego lineos existimo esse ciucinnos, & lacera lintea, quibus chartæ conficiuntur: Auctorem mihi habere videor Cæsarem in oppugnatione Massiliæ, sæpe in ea, vt videtnr, significatione repetentem, Columeliam, & Varronem vtrumqne de re rustica. Petronium quoque, qui meretricem adfert cen- F tonem exerta veste proferentem: suur qui existiment sagum villosnm significari, asperius à Græco verbo quod κεντεῖν significat, tralatione

dncta

ducta ἀπὸ τοῦ κέντρου, poteſt tamen eſſe de vtroque coniectura, de potiore prior: tu ſi aliter ſentias, non eſt cur me excites.

Schol. Ariſtoph. Nubib. quid ſit κέντρων exponit, Variegatam veſtem, Euſt. Iliad. libro penultimo accipere abſque dubio viderur, ita ſcribens, à principe videlicet auctore vnde concinnata. Centro vel cento eſt, quod ſarcinæ loco imponitur Aſinis, ex multis & diuerſis conſutum paunis: aliter onus impoſitum aſinis: quod ſi equis, camelis, mulis imponatur, non erit cento? dixiſſet potius iumeutis, gerulis etiam, vt poſtea addit: quæ ſarcinæ ex aliis, atque aliis rebus coactæ in vnum iactantur ſuper dorſa iumentorum. Metaphoricè centrones, verſus quidam quæ & Homerocentra uominantur propriè, quia ex diuerſis conſuta coloribus, quia à centro, id eſt, ſtimulo, dicta, id. punctis acus variis, niſi fallor, quibus conſuuntur. Non conſentio: neque enim tam varietas colorum, quàm
G veſtium comprehenditur: Et breuius vtroque Suidas. C. Cento id quod ex multis conficitur; eiuſmodi enim vocant, quæ imponunt iumentis, quomodo & ſermones qui ex diuerſis colliguntur, vnius argumenti centones, qualia ſunt quæ Homerocentra nomiuantur.

Vide quæ Ludouicus Viues in caput decimumquiutum libri decimiquinti, Sancti Auguſtini de ciuitate Dei notat, qui ſimul expouit, qui ſint ceutones litterati, ſiue Homerocentones. Itaque & Centonarij dicentur, qui vilia exercent artificia, quales qui nominantur L. fin. de iure im. Centonem etiam ex Virgilio ætate noſtra compoſuit Lælius Capilupus Mantuanus. qui à ſacræ Inquiſitionis Iudicibus communione hominum priuatus, fuit, douec in lucem purgatus emittatur.

H Illud eſt dignius obſeruatione toto illos errare cœlo, qui centonas putarunt, id eſſe poëmatis genus, quod Parodia dicitur; id quod etiam vidit doctiſsimus Alexand. Picolomineus, ſuis in poët. Ariſtot. notationibus. Centonum enim coutextor iiſdem omnino verſibus vti debet, ſed in rem tamen aliam, ſcriptis, ſiue integris, ſiue dimidiatis: Parodiarum verò ſcriptor verba poteſt commutare verſuum, & ſuos etiam verſus inſerere, vt ille Gr[illegible]us Timo libro 4. apud Athenæum D capite decimonono de Cteſiſebio Chalcidenſi ex Antigono Caryſtio, qui rogatus, quid vtilitatis ex philoſophia accepiſſet, reſpondit ἀσυμβόλως δειπνεῖν. quod cœno gratis. Et latinus, Scaliger videlicer.

Præla, merumq́; Cano. Creta quod nectar ab oris
Italiam fato, profugum potoria venit
Littora——

Et rurſum Græcus.

Ἄνδρά μοι ἔννεπε μοῦσα πολύτροφον, ὃς μάλα πολλὰ
Ἐβρώθη.——

Primus aurem Parodiæ inuentor fuiſſe videtur
I Hegemon Thaſsius, ſi credendum eſt Ariſtoteli in Poëtica, cuius ampla oratione meminit Athenæus libro decimo quinto capite viceſimo tertio, qui tamen Hipponactem Iambicum inuentorem prodit. Erant autem Paradorum poëmata iocis, & ſalibus, immo & conuiciis pleniſsima, & ferè vilia tractabant, cum etiam grauia poëmata inuerterent riſus cauſſa.

Nuuc quæ fuerit Proba, quæ Eudocia, explicatius docendum: Probam Hortinam fuiſſe doctæ, & verè Iulius Hortinus deprehendit in prologo Centonis eius, quem Damiauus Graua edidit, cum Romauam alij faciant: vtrumque verè, vt verè Catonem Tuſculanum, & Romanum, Ciceronem Arpinatem, & Romauum verè dicimus. Semprouiam quidam, quidam Faltoniam Vecciam, Vaticana Bibliotheca Faltouiam Vecciam, Romana marmora Faltoniam Aniciam, Fulconiam Marianus Ameriuus in Schol. ad 103. Sancti Hieronymi epiſtolam ad Paulinum. Centonam etiam nominaruut, ſed ab opere, quod ex Virgilio collegit, quo arcanas veteris, & noui iuſtrumenti res complexa fuit, vt Auiciam item, ſed à viro ſuo, vt puto, L
maritum enim habuit Probum Auicium Adelphum Procoſ. ex quo filium habuit Hermogenianum Olybrium, & Auiciam Iulianam filiam: filius autem etiam Q. Clodius eſt nuucupatus: horum eſt in matrem Epitaphium hoc Aniciæ Faltoniæ Probæ illuſtriſsimæ, & ſanctiſsimæ, & caſtiſsimæ ſemiuæ Hermogenianus Olybrius V. C. Couſul Ordinarius, & Anicia Iuliana C. F. DD. Couſul hic Olybrius fuit cum Auſouio Gallo.

Fertur & alius Probæ filius, Faltonius Probus Alipius, qui Imperio Honorij Aug. Vrbauam Præfecturam tenuit: cuius hæc legitur inſcriptio Romæ. Q. Clodio Hermogeuiauo Olybrio. V. C. fratri admirandæ pietatis Faltonius Probus K
Alipius V. C. ne commemorem ipſius Epitaphium carmine ſcriptum quod Iulius Hortiuus recitat. Huius autem Q. Clodij vxor fuit Tyrannia Anicia Iuliana mater Demetriadis Virgiuis ex illuſtri Aniciorum familia, quam ſanctus Ambroſius epiſtola 84. & ſanctus Hieronymus ad Demetriadem ſcribens laudat epiſtola octaua, & Innocentius Romanus Pontifex ad eundem epiſt. 13. & ſanctus Auguſtinus epiſtol. 43. & 179. Et S. Chryſoſtomus epiſt. 169. ad eundem Innocentium.

Romæ autem nobiliſsimam Aniciorum familiam pręter citatos Patres ſanctus etiam Gaudentius Brixianus ſerm. de Machabæis prædicauit, & Caſsiodorus lib. 10. var. epiſt. 11. & 12. cum in prouerbio eſſent opes, ædificiorum moles, & ſplendor ædium familiæ Anicianæ. Hiuc Secundinus ſua ad S. Auguſt. epiſt. To. 6. Ego namque fateor non tali diligentis, non tanta induſtria Anicianæ domus micare marmora, quanta tua ſcripta prælucent eloquentia.

Ex eadem familia ille fuit doctrina, & pietate celeberrimus consul ordinarius Anicius Manlius, Seuerinus, Boëthius, ex eadem tres fratres martyres præclarissimi Cantius, Cantianus, & Cantianilla. Et Prudentius lib.1.aduersus Symmachum primum omnium Romæ Senatorum Anicium nomen dedisse Christianæ militiæ ait.

Fertur enim ante alios Generosus Anicius Vrbis
Illustrasse caput, sic se Roma inclyta iactat.

Quanquam priorem ego Flauium Clementem puto, cuius sororis filia fuit S. Domitilla virgo, & martyr, virum consularem ad Christi fidem connolasse, vt ex Dione Cassio colligo, & Acilium Glabrionem, qui cum Traiano Consulatum gesserat. Hæc illustriora, quàm quę T. Liuius lib.45. narrat de Triumpho L. Anicij ab Illyrico, & eius Rege Gentio, & Plinius lib.33. de Q. Anicio: Et S. Hieronymus qui ita epist. citata loquitur: illustris Aniciorum sanguinis genus, in quo aut nullus, aut rarus non meruit consulatum.


N

Hæc illa est Proba, quæ Vrbis portam Gothis diu eam obsidentibus calamitatem ciuium suorum fame, & morbis Confectorum miserata aperuit, nescio, quam laudanda pietate, si verum est quod in aliquot veteribus me legisse memini, quorum nunc nomina non recordor. Lud. certè Viues nostrę memoriæ scriptor affirmat in præfatione suorum in lib. S. August. de ciuit. Dei commentariorum.

O

Altera illustris Centona fuit Eudocia Leonis, siue Leontij Athenien. Philosophi egregia forma, & sapientia filia, quæ cum Athenais ante Baptismum appellaretur, vt Zonaras tomo 3. Annal. scribit, & Nicephorus lib. hist. Eccles. 14. cap. 13. sacro abluta Christi lauacro Eudociæ nomen accépit; quam Pulcheria admirabili virtute, & prudentia virgo fratri suo Theodosio minori, vxorem dedit, ex qua ille Eudoxiam filiam sustulit, quæ nupta Valentiniano Placidiæ filio duas ei genuit filias Placidiam, & Eudociam. Magni Leonis πανευτιμοτάτην θυγατέρα nominat Isaacius Chil. hist. ro. cap. 306. ad eam Anthologiam γραμμῶν Orio Theb. ex Aegypto scripsit.

Eudociæ verò, & Eudoxiæ nominum similitudo, nonnullam peperit in historia confusionem negligentioribus scriptoribus. Hæc nostra, qua de agimus, voto Hierosolymam aliquando petiit, eamque magnificis sacris, & profanis substructionibus exornauit: quod quidem longè antè Dauidem Psalmo 50. prædixisse illis verbis: Benignè fac in bona voluntate tua, &c. obseruat Nicephorus citati lib. cap. 50. Extremo, græcè enim est ἐν τῇ εὐδοκίᾳ, quo mihi nil videtur ineptius: neque enim græcè scripsit Dauid sed Hebraicè. Vide, quę post hæc fusè scripsit extremo 4. tom. Annal. eruditissimus & optimus Cæsar Baronius, licet aliquo à nobis discrimine.



Cic. locus ex 2. Phil. de toga, & stola emendatus, & illustratus.

CAPVT V.



VLTA omnino fuerunt, & fœda M. Antonij vitia, in quibus incessendis & multus est, & planè diuinus Cicero, de illius morum turpitudine ita loqui aggreditur. Sumsisti virilem togam, quam statim muliebrem stolam reddidisti. Eum locum cum cæteris interpretibus ego aliquando incorruptum, atque integrum esse putaui: tum quia hæc erat constans omnium codicum lectio, tum quia mihi videbatur pulcherrime orator alludere, cum diceret virilis genus vestis in muliebris ab Antonio mutatum; quippe qui Pathicus, quasi fœmina viros admitteret: cum præsertim cap. 1. de re rust. apud eruditum scriptorem Lazarum Baifium stolatæ mulieris extet figura ex antiquissimis Romanorum monumentis. A

Nunc tamen vetustissimi codicis testimonio, qui M. Antonio Mureto ad emendationes Philippicarum dux fuit, ipsiusque Mureti in hoc litterarum genere prope diuini iudicio & meis adductus argumentis legendum certò existimo, togam, non stolam: Hoc enim ait Cicero, Antonium vbi primum togam purá, seu, quod idem est, virilem sumpsit, id quod fieri solitum, cum pueri ad annum 17. peruenissent, omnes sciunt; primum quidem prostitisse ad libidinem omnium, & quasi diobolarem aliquam meretriculam omnes omnium impuritates suo corpore excepisse: Postea verò cæteris repudiatis vni C. Curioni morigerum, atque obsequentem fuisse, vni fecisse copiam sui, cum ab eo prope in vxoris loco haberetur. Primum illud tempus, notat, cum ait, sumsisti virilem, quam statim muliebrem togam reddidisti; nam enim mulieres vulgò patebant, venalemque habebant pudicitiam eæ ignominiæ caussa, vt ab aliis internoscerentur, togam ferebant, non, vt matronæ, stolam. Horat. 1. serm. Sat. 2. B

—Quid inter
Est in matrona, ancilla, peccesne togata?

Et ibidem:

—Atque etiam melius persæpe togata.

Ac de matrona loquens, stolam nominat eadem Satyr. C

Velatumque stola mea cum conferbuit ira.

Rursus:

Ad talos toga demissa, & circumdata palla.

Iterum:

—Sunt qui nolunt tetigisse, nisi illas
Quarum subsuta talos tegat instita veste.

Imam enim stolam instita prętexram habebant.

Contra alius nullam nisi olenti in fornice stantem.

Tib. eleg. 6. lib. 1.

—Quamuis non vitta ligatos

Impe-

Impediat crines, nec stola longa pedes.

Quoniam honestæ, & ingenuæ matronæ erant vittatæ,& stolatæ: docent hoc Porphyrio, & Nonius. Vtebantur stola matronæ promissa ad pedes vsque, quam ambibat instita assuta. Hinc Ouid.1. de arte amandi.

D *Este procul vittæ tenues insigne pudoris,*
Quæque tegis medios instita longa pedes.

Et 2.

En iterum testor nihil hic nisi lege remissum
Luditur, in nostris instita nulla iocis.

3. de Ponto ep.3. ad Maximum.

Scripsimus hæc illis, quarum nec vitta pudicos
Attingit crines, nec stola longa pedes.
Sit modo casta doce, quamuis non vitta ligatos,
Impediat crines, nec stola longa pedes.

Et 2. de Tristibus.

Luditur in nostris instita nulla iocis.

Mart.92.epigr.ad Cornel.lib.1.

Quis floralia vestit, & stolatum
Permittit meretricibus pudorem?

E Statum pudorem dixit matronę conuenientem. Quare Statius stolam pro matrona, & honesta femina vsurpauit, 1.Siluarum 2.

Hinc eques, hinc iuuenum questus, stola mista laborat.

Sed & adulterij damnatę impudicitiam toga gestanda profiteri cogebantur; Ex quo illud eiusdem Martialis lib.2. epigr.39.

Coccina famosæ donas, & ianthina mœchæ,
Vis dare, quæ meruit, mitteres? mitte togam.

Et lib.10. epigr.52.

Thelym viderat in toga Spadonem
Damnatam Numa dixit esse mœcham.

Hinc peritissimus omnis & humanæ,& Ecclesiasticæ antiquitatis vir Tertullianus lib. de Idololatria cap.18. Pueris prætextam concedi,& puel-

F lis stolam confirmat. Vlpianus item in vestimentis muliebribus reponit honestisD.de au.& arg. leg.L.Vestis.& Iosephus lib.antiq.19.cap.1.Caligulam carpit vt mulierosum, quòd stola induceretur. Cùm igitur toga meretricum esset, matronarum stola: constat ad exprimendum illud tempus, quo Antonius meretricum more prostabat, stolæ nomen aptum non esse: at postea, vbi tanquam nupsisse Curioni dicitur, & apposité inprimis,& falsè adhibitum est vocabulum stolæ, sed cito, inquit, Curio interuenit, qui teà meretricio quæstu abduxit, & tanquam stolam dedisset,in matrimonio stabili, & certo locauit; ea verò toga, quæ scorta prostare solita erant, pulla erat.

Stolam autem indicem, ac notam olim fuisse matronæ Romanæ Suetonius etiam indicat, cum in Calig.23.cap.eum scribit solitum Liuiam Augustam, cuius erat Pronepos, Vlixem appellare stolatum; quo dicto significabat eam mulierem scilicet viro Vlixi astutia, & calliditate parem.

G De toga qui plura volet, Budæum legat in 2. edit.ad not.in Pand.in tract.de iure Fisci c.sed si, contra Accursij inscitiam: Vnde sanè aliqua Muretus accepit vt fortasse Budæus ex Domicio Caldetino, homine bene in hoc genere litterarum docto,ad finem eius defensionis,quam pro suis commentariis in Mart. scripsit ad Nepotem Cardinalis Neapolitani. Ac tametsi Budæus stolatam mulierem pro locuplete, & primaria, togatam pro plebeia, & secundæ classis ab Horatio dici obseruet:verius est tamen, quod nos docuimus.

Verè tamen Seneca primo de clementia lib. cap.24.In senatu,inquit,dicta est aliquando sententia,vt seruus à liberis cultus distingueret. Deinde apparuit quantum periculum immineret, si serui nostri numerare nos cepissent: sic ciues H Romani togam ferebant, seruis toga tūs non fuit.Et initio belli ciuilis inter Cæsarem,& Pompeium, Tribunos legimus ex vrbe ad Cæsarem seruili veste profugisse, ne agnoscerentur: ac ne tenuiores quidem é populo togam ferre soliti erant, tunicati ferè incędebant. Horat.lib.epist. 1. epist.6. ad Mœcenatem.

Vilia vendentem tunicato scruta popello:

Nec togam ferè sumebant, nisi cum obituri erant officia. ideoque Mart.lib.epigr.9.epigr.103. raram togam numerat inter partes felicitatis.

Denariis tribus inuitas, & mane togatum
Obseruare iubes (atria, aliàs) *limina,Basse tua.*

Et ferè tunicati incedebant serui. Nec tacendum Veneris furta Romæ in Libertinis olim non vindicata. Sic erant plurimæ ex eo ordine meretrices.Horat.lib.1.Sat.2.

Tutior at quanto merx est in classe secunda?
Libertinarum dico; Sallustius in quas
Non minus insanit, quàm qui mœchatur.

Et Plaut.Cistell.act.1. sc.1.inducit meretriculam, sic loquentem.

Eunt depressum, quia sumus libertinæ,
Et ego, & tua mater ambo meretrices fuimus.

Controuersia de Homeri Patria vnde videatur orta.

CAPVT VI.

Notissimum est græcum illud de A Homeri patria distichon, quod ab Agellio lib.3. noct. Attic. cap.11. refertur.

Septem vrbes certant de stirpe insignis Homeri
Smyrna, Rhodus, Colopho, Salamis, Chius, Argus, Athenæ.

Nec omnes tamen,quæ feruntur,Homeri patriæ his versibus,& aliis lib.epigr. Græcorū [illegible] exprimuntur;nam Pediasimus in scutum Hesiodi & Heliod.3.rerum Aethiop.lib.Thebas Aegyptias Homeri patriam fuisse affirmant: quod etiam Suid.in voce ὅμηρος scribit.Et B.Epiphanius hæres.9. Marcionit. quæ est 43. Phrygem à quibusdam existimatum, Lydum ab aliis norat.lib.

Anthol.

Anthol. Epigr. 4. in Poëtas. Additur Cuma, Ios, Ithaca, Pylus. In alio Epigr. Thessalus dicitur:

οἱ δὲ γενεὰν Λαπιθῶν μητρὸς Θεσσαλίης.

Suid. cum Δῖον faciat Ephesium, natura tamen Colophonium scribit; cùm ab aliis Troianus ex Cenchris fuisse dicatur, ab aliis Cyprius, ab aliis Gnosius, ab aliis Rhodius, ab aliis Italus, ab aliis Romanus, mirum quin & Gallum, & Hispanum, & Germanum somnientur: verius dixissent ciuem mundanum.

Ionicum Poëtam nominat Diotogenes. Pythagoræus lib de Reg. apud Stob. ser. 46. Bonus est Deus, quia beneficus & bonorum largitor: ex quo & à Ionico Poëta nominatur pater hominumque Deumque. B Ridiculè Lucianus tertia oratione ἀληθῶν ἱστοριῶν fingit se in elysiis, culas esset ab Homero petiisse, illum respondisse Babylonium, & prius nominatum Tigranem. Dicebaturque quidem esse Babylonius, & à ciuibus suis non Homerus appellabatur, sed Tigranes, cùm verò obses fuisset apud Græcos, mutauit nomen.

Eadem etiam lis fuit de ipsius ætate: Certè lib. Strom. 1. Clemens Alexandrinus, nouem de ea re sententias recitat, si quis ex me requirat, vnde ortam hanc litem suspicer: Primum Cicero pro me respondebit in oratione pro Archia. Poëta, qui rem suam agens ad incredibilem refert Poëseos gloriam: Deinde Plut. initio Q. Sertorij aliud agens: scribit enim Chion, vel Ion potius, natale fuisse Homeri solum, Smyrnā verò mortis locum, quæ tamen ratio de tot oppidis adferri non potest.

C Ego tertiò pro me respondeo duabus his non omninò malis coniecturis. Prima est, quòd cum multis locis multi fuissent Homeri, & quidem illustres, vnaquæq; tamen Ciuitas illustrioris ad se gloriam trahere conaretur.

Octo verò fuisse præstantes varia scientiarum, & artium cognitione Homeros inuenio. Primus Smyrnæus fuit, alter Chius, ambo medici insignes: tertius Cumæus magus: quartus ex Salamine Cypri mercator nobilis: Quintus Colophonius pictor, & cælator eximius: sextus Atheniensis legum Athenis antiquatarum instaurator: septimus Argiuus Geometra, & Musicus excellens. Nominatur item Homerus Byzantius, cuius mater fuit Myrtho. vel Myro potius poëtica, q̃ elegias panxit Pauf. auctore in Bœot. siue lib. 9. quam alij plures celebrant. Octauus omnium doctissimus Mæonius Poëta. & Poëtarum Deus, cuius natalem singulæ sibi ciuitates D vindicabant: nam & eamdem ob caussam diuersæ aliorum illustrium virorum patriæ celebrantur, vt Apellis eximij pictoris, qui ab aliis Cous, ab aliis Ephesius dicitur: Strabo cum Hipponacte Poëta, & Parrhasio pictore Ephesium lib. 14. facit. Ouidius cum plerisq; Coum, illo versu lib. 3. de arte amand.

Si Venerem Cous nunquam pinxisset Apelles.

Quam coniecturam illustrat S. Epiphan. ita scribens, cum pluribus locis vixisset Homerus, nec in pretio habitus fuisset: eum tamen mortuum propter Poëticæ præstantiam conati sunt omnes honorare: Nam quæ coniectura Plutarcho lib. de exilio placuit, mihi placere non potest, hoc est, quòd nullam aliquam vrbem laudet; Verior illa, quam idem in lib. de Homero probauit, ex tam multis, quæ in eo scripta sunt, epitaphiis, ortam litem hanc, siue ex sepulchris, quæ diuersæ ipsi vrbes excitarunt, siue etiam ex ossib. ipsius in varia loca distractis. E

Eamdem fermè adfert rationem Dion. Halicarn. lib. 1. ἀρχαιολογ. cur multis locis Aeneæ sepulcra demonstrentur: quin & idem Plut. lib. de Iside, & Osiride multa Osiridis in Aegypto sepulcra fuisse commemorat, quòd videlicet vt ipsius discerpti ossa reperiebantur, sic variis locis sepulturæ mandarentur ab Iside: Et lib. de præceptis gerendæ Reip. hac maximè ratione, sedatam fuisse Bactrorum discordiam de Menandri boni, & moderati Regis cadauere narrat, vt eius combusti singulæ Ciuitates æquam cinerum portionem auferrent, cui tumulum singulæ apud se collocarunt.

Pulchrè verò ex hac lite Ciuitatum politissimus Epigrammatum scriptor Antipater lib. Anthol. citato concludit hoc disticho, quem ita Grar. Veronensis conuertit.

Dicere si liceat mihi Phœbi oracula, cælum
Certa tibi patria est, Calliopea parens. C. F

Quod etiam ibidem alia epigrammata profitêtur: maxima autem amplificatione siue idem, siue alter, aut Deum facit Homerum, aut pro Deo habendum, concludit, vt ex tempore conuerti.

Si Deus est, inter Diuos celebretur Homerus
Si Deus haud ille est, tamen & Deus esse putetur. D

Moderatius Codrus Vreeus 8. serm. de laudibus Homeri κοσμοπολίτην, eum propterea nominauit ex Antipatri Octastieho de eius patria, hoc est, mundi ciuem.

Propria nonnulla S. Epiphanij opiniones recensentur, aliquot confutantur.

CAPVT VII.

Epiphanium sæpè mirari soleo, A hominem alioqui rerum vetustissimarum scientissimum, qui ἀσυμφωνίας peccatum multis locis committat, aut certè discrepantes à communi probatissimorum scriptorum sententia opiniones amplectatur. Proferā ex illius Panario quatuor, aut quinque locos, ex quibus erit facilè verum esse, quod dico, recognoscere.

Hæresi 51. sub finem, cùm eos refelleret qui

Io. Enangelinm, & Apocalypsim tepudiabant. eum dilu ante vaticinatum demonstrat, errores Priscillæ, Maximillæ, & Quintillæ, qui tamen post eius obitum euenerunt: Prædixisse autem illum eos temporibus Claudij Cæsaris, cùm esset in Insula Patmo: qnod valdè est falsum: Claudius enim ante Neronem fuit: qno imperante supplicio affectis pro Christo Principibns Apostolorum S. Ioannes vigebat in Asia, B & ante Galbam, Othonem. Vitellium, Vespasianum, ac Titum: qui ergò fieri potuit, vt Apocalypsim scripserit, aut vaticinatus fuerit in Patmo, in quam post bos omnes Cæsares à Domitiano lussus fuerat deportati, qui quidem Cæsar; secundam à Nerone facem persecntionis in Christianos incenderat.

Hoc disertis, & consentientibus inter se verbis narrant Ensebius lib. Ecclesiast. hist. 3. cap. 25. & 32. B. Hieronymus in libro de viris illustribus, Victorinus Pictauiensis. & S. Primasius in Apocalypsim cap. 1. Snlp. Senerus hist. sacræ libro 2. Haymo libro 3. de rerum Christianarum memoria cap. 13. & Latini omninò omnes paritetque Græci, si Dorotheum Tyrium excipias in Synopsi exilium, ac deportarionem S. Ioannis Traiano attribuentem, & Aretbam Cæsariensem in Apocalypsim Neroni C adscribentem; errore sanè manifesto. hic refert in antecedens tempus, vt Epiphanius; ille producit in consequens.

Tomo item 2. libro 1. hæres. 27. quæ est Carpocratis, SS. Petri, & Pauli Apostolorum mortem in 12. Neronis annum coniicir solus: cùm Euseb. Cæsar. in Chron. & S. Hier. in Catalogo Eccl. script. & qui eos postea consecuti snnt scriptores, 14. Neronis anno contigisse velint: quæ tamen opinio media quadam sententia ab homine ἱερωτάτῳ Cæs. Baronio, qui recentissimè scripsit Annales Ecclesiasticas, emendatur, cùm ritè facta annorum Imperatoriornm ratione demonstrat veriorem esse Caij. Zephirini, Dionysij, ac Metaphrastis narrationem Apostolorum martyrium in 13. Neronis annum incurrisse restantinm: qnod videtur etiam lib. 3. citati cap. 5. Haymo sensisse mortuum scribens Neronem D post 13. Imperij sui annos: ingressus videlicet fuerat 14. mense Octobri, nec peruenit ad sequentis anni diem 3. Kalendas Iunij, quo die necati fuerant Apostoli, occisus quarto Idus Iunij.

Tomo quoque tertio hær. Marcosiorum, quæ eius Tomi est prima, sed operis totius 34. Græci, inquit, confitentur se à Cadmo, primum 16. litteras accepisse, deinde temporis progressu, ipsos excogitauisse aspiratas, tum duplices. Postremò omnium Palamedem repetisse longas: At Plinius libro septimo, cap. 56. & eum alij secuti scriptum reliquerunt, inuentas à Palamede non longas, sed aspiratas, tres, duplicem vnam, id est, θ, χ, φ, ξ. Aristoteles verò, additas reliquis ab Epicharmo tradit θ, & χ. Qnin & ω, inuentam à Palamede putat: Hermolaus in Plin. & Domitius Calderinus in 13. lib. Epigram. Mart. quod à Philostrato in Heroicis accepisse profitentur: neque hoc tamen in Heroicis Philostr. affirmat. non enim has, aut illas, sed omnes litteras à Palamede ostensas commemorat.

Nec tacebo quod idem scribit Epiphanins hæresi 42. quæ est Marcionis in 13. confutatione 13. Scholij ad 1. Corintb. Epist. quod apnd alium me obseruasse non recordor, Epimenidem Cretensem Poëtam, & Philosophum templi Mitbræ, siue solis sacerdotem fuisse.

Vulgata mensium nomina qui commutarint, vnde Januarius dictus. Tzetzis, & Longini error.

CAPVT VIII.



VANA quadem planè sæuitia, plerique tritissima duodecim mensinm nomina loco suo, atque vsu vt mouerent, inuaserunt, nec fecerunt tamen, vt non semper Latinis fuerint gratissima præter Quinctilem, & Sextilem, qui in Iulium, atque Augustum desiernnt, propter Iulinm Dictatorem perpetuum & Augustum Cæsarem: & Quinctilis tamen, ac Sextilis nomina magis etiam nos delectant, cum latine volumns loqui. Seat. Pacunius Trib. Pleb. anctor fuit Sextilis mntandi in nomen Augusti, lege de hoc lata. siue Plebiscito, vt ante Quinctilis in nomen Iulij legem ferente M. Antonio Cos. vt narrat cap. 12. Saturn. 1. Macrobius. Nero Cæsar cùm Pisonianæ coniurationis periculo fuisset liberatus, senatus decreto obtinuit, vt Aprilia nomen in Neronis commutaretur; Octobrem suo nomine occupauit Domitianns: September Germanicns est dictus. Ante hos Nouembrem in Tiberium vertere senatns voluit: vt Commodi Imperio, B Augustns Commodi. September Herculis. December Amazonij nomina mox moritura sumserunt: consulendi Macrob. loco citato: Suet. in Inlio, in Octanio, in Tiberio, in Nerone, in Domitiano. Suid. voce κόμοδος. Zonaras 2. chron. volumine in Tiberio, & Commodo.

Obsernat item Sebast. Munsterus deploratissimæ religionis homo in sua Germania, primum Carolum Magnum, 12. anni mensibus Germaniæ nomina imposnisse, cum latinis prins vterentur, aut Barbaris externis: vt duodecim etiam ventis, quę reperies apud Albertum Crantium scriptorem Catholicum, & Mnnstero antiquiorem lib. Sax. 2. cap. 8.

Iannatius mensium primus, mains cæteris mensib. facessit negotium. Tzetzes apnd Hesiodum

dum μεῖα Λιμναῖα expouens Ιανουάριον ſcribit à Romanis Brumalia vocari, & ante ipſum Proclus, βρῦμος γὰρ παρ' αὐτοῖς, inquit, ὁ Διόνυσος, nihil minus: potius à bruma dixiſſet, quę frigus ſignificat, ſiue hiemem, & propriè hiberni ſolſtitij diem, qui ſolet incidere poſt Idus Decembris, quem brumalem diem, Cicero vocat, 2. de Diuin. lib. Bromium quidem latini vocaut Bacchum, ſed Græca conſuetudiue: etymologus enim deducit ἀπὸ τοῦ βρέμω, ἀπὸ τῆς βροχῆς. Suid. argutius; & verius ſcripſiſſet brumam à Græco βρέμον, ſeu βρέμος ductam, propter frigoris naturam ſtrepitum cientis, id eſt, ſtridorem, quàm quod mendaciter adnotauit à Romulo dictum Brumalium, neſcio quod prandium de ſuo hieme ſenatui præbitum, quia alieno viuere ea vox ſignificat; nihilominus conſule ſyntagma octauum hiſt. Deorum Giraldi.

Vndè ergò Ianuarius appellatus, recentiores quidam Græci latinam linguam ſeruam faciunt, ſuam Dominam: itaque Longinus, quod eſt à Suida notatum, deinde à Variuo Camerte, Græcam attribuit originem quaſi αἰωνάριον, id eſt, αἰῶνος πατέρα, quòd ſit principium temporis, &, vt Moſes de alio menſe Hebræo-
D rum more, Exodi 12. loquitur, principium menſium, & primus in menſibus anni, & annum aperiat mortalibus, vt Virg. canit Georg. 1. ô extortam deductionem.

Veriſsima eſt communis explicatio, quæ item placuit Macrobio cap. 13. 1. Saturn. lib. quæ ab Ianò deriuat bicipiti Deo ſuperſtitioſæ illius, & deploratæ antiquitatis, cui menſem hunc primum reſpicientem, ac proſpicientem tranſacti anni finem, futuriq́ue principia ſacrauit Numa, ita Macrob. ex Plutarcho quęſt. 19. Romanarum, & pleriq; omnes Mathematici complectuntur; Hinc Ouid. 1. Faſt. lib.

Iane biceps anni tacitè labentis imago,
Solus de ſuperis qui tua terga vides.

Hunc Ianum, Inquit, 3. contra Gentes lib. Arnobius, ferunt cœlo, atque Hecate procreatum in Italia regnaſſe. primum Ianiculi oppidi conditorem, Fonti Patrem, Generum Vulturni, Iuturnæ maritum: hunc quidam ex vobis mundum,
E annum alij, ſolem eſſe prodidere nonnulli, immò & Dianam, vt adiungit Macrob. libr. 1. Satur. cap. 12. Aliud etymon recentiores, & barbariores inuenerunt non ſpernandum, ab ianua, quod quemadmodum per ianuam ingredimur in atrium, ſic & in annum per Ianuarium: fallor; etiam veterum hæc origo fuit. Ouid. 1. Faſt.

Præſidio foribus cœli cum mitibus horis.
Et redit officio Iupiter ipſe meo.

Inde Ianus vocor, &c. Tertull. lib. de idol. cap. 15. Et ipſum Ianum à ianua: Confirmat loco citato Macrob. ſic ſcribens, apud nos Ianum omnibus præeſſe ianuis nomen oſtendit, quod eſt ſimile Θυραῖος. Thyræus autem Epitheton eſt Apollinis, ſiue ſolis, cuius aras Græci ante fores ſuas celebrant, ipſum exitus, & introitus demonſtrãtes potentẽ: Quare Ianus, & cum claui, & virga figuratur, quaſi omnium & portarum cuſtos, F
& rector viarũ. Rurſus, vt geminus, ſolẽ demonſtrat, quaſi vtriuſque ianuæ cœleſtis potens, qui exoriens aperiat diem, occidens claudat: quare & eius ſignum plerumq; fingebatur manu dextra numerum 300. ſiniſtra verò 65. tenens, quod notat Plin. lib. 34. cap. 7. quæ anni dimenſio eſt, & præcipua ſolis poteſtas.

Feſtus alienè vult Ianum ab hiando dictum, eademq́ue eſt ratio ianuæ. Chaos, inquit, appellat Heſiodus confuſam quamdam ab initio vnitatem hiantem, patentemq́ue in profundum: ex eo χαίνειν Græci, nos hiare dicimus: Vnde Ianus detracta aſpiratione nominatur, eò quòd fuerit omnium primus, cui ſupplicabant velut parenti, à quo rerum omnium factum putabant initium.

Aliis viſum eſt Ianum, atque annum, quaſi Eanum eſſe, quod ſemper eat annus: quare libr. Etymorum 3. Cornificius, Cicero, inquit, non Ianum, ſed Eanum nominat, ab eundo: Certè ab eundo lib. de nat. Deorum 2. dictum tradit. quòd G
cœlum, ac tempus ſemper eat: Cur bifrons, ſiue biceps pingeretur ex C Baſſo lib. de Diis Macrobius exponit lib. 9. cap. 1. Saturn. quaſi ſuperûm atque Inferûm ianitor: cur quadriformis, quaſi vniuerſa climata maieſtate complexus, ſiue propter quatuor anni partes, & conuerſiones. tricipitem quoque effictum 1. Faſt. lib. Ouid. indicat illis verſibus:

Ora vides Hecates in tres vergentia partes,
Seruet vt internas compita ſecta vias.

Illud autem quod de claue & virga diximus, referunt multi ad inuenta Iani, qui primus ſeras, & claues excogitauit; ſic & 1. Faſtor. ipſe Ianus loquitur:

Nil mihi cum bello, pacem poſteſq́ tuebar,
Et clauem oſtendens hæc, ait, arma gero. H

De his multo plura leges apud Seruium in 7. Aeneid. ad illud:

Sunt geminæ belli portæ. ——

Qui, & inuentum Iani tale caput, hoc eſt, quadriforme, captis Faliſcis prodit. Plut. quæſt. 22. & in Parall. num. 9. Macrob. lib. citato. S. Auguſt. 7. lib. de ciuitate Dei cap. 7. 8. 9. & 10. Lud. Viues in comment. Cœl. Rodig. lib. 2. c. 23. & lib. 23. c. 21. Ac Giraldus de Diis Gent. ſyntag. 4. vt de nominibus menſium, S. Aug. 18. lib. contra Fauſtum Man. cap. 5. Occulta phraſi obſcurus ſatyrarum ſcriptor Perſius ſat. 1. à nemine irrideri poſſe Ianum dixit:

O Iane, à tergo quem nulla Ciconia pinſit.

Triplex videlicet exprimens irriſionis genus: Cur autem? quia vt canit 6. Faſt. Ouid.

Stulta videt Ianus, quæ poſt ſua terga geruntur I
Nil agis, & latebras reſpicit ille tuas.

De hoc alio libro non tacendum horarum.

mensium, annorum distinctionem Græcis nullam fuisse ante Palamedem, vt ille eo in Heroicis prodidit Philostr. hoc sermone, si dignum est credere, hoc est, ante Palamedis tempora horarum nulla erat distinctio, mensium circulatio, neque tempori nomen erat annus. οὐ γὰρ δὴ τοῦ παλαμήδους, ὧραι μὲν οὔπω ἦσαν ἐπιμηνίων δὲ οὔπω κύκλος ἐνιαυτὸς δὲ οὔπω ὄνομα ἦν τῷ χρόνῳ.

Bellum asinis bellatum, camelis, & porcis: egregia verbi, Tondere, apud Græcos & Latinos, atque elegans notio.

CAPVT IX.

A  Σπεῖρα κείρειν, in epigrammate scripto ad Epaminondæ statuam primus hic versus est:

Ἡμετέραις βουλαῖς Σπάρτη μὲν ἐκείρατο δόξαν.

Quem seruata verbi græci translatione, ita Cicero lib. Tusc. quæst. 5. conuertit:

Consiliis nostris laus est attonsa Laconum:

Seruare aut noluit, aut nesciuit doctus vir Romulus Amasæus in Pausan. Bœoticis. id. lib. 9. qui pro attonsa, attrita cõuertit: Cùm enim propriè κείρειν, sit tondere, siue scindere capillum, Græcus & Latinus eleganter pro auferre, minuere, atterere, sumit. quid enim aliud est δόξαν Spartæ κειρομένην, siue κείρεσθαι, quàm ablatam, vel auferri? aut imminutam, siue imminui? videlicet, quòd ante eam pugnam, vt idem Pausan. refert in Att. id est, lib. 1. quæ ad Leuctras gesta fuit, Lacedæmonij nullum prælij aduersum casum experti fuissent, & se pedestri bello nunquam victos gloriarentur, hanc verò ei genti gloriam Epaminondas B abstulit ipsis victis, & expugnatis: hinc etiam pro populari, vastare, dissipare, diripere, absumere, sumitur: ita sæpè Homer. Facultates tondere. Et Vlix. 4. vbi simul congregati victum detondent multum; Et 23. cùm mihi tondetis vinum, hoc est, res meas absumitis, agros meos depascimini, vinum meum, &c.

Quomodo Plaut. Bacchid. act. 5. scen. 1. dixit tondere aliquem auro: Et Poëtæ crebrò tondere pabula, demeta, pro depasci; & Plat. lib. 5. de Rep. cum vsus fuisset verbo τέμνειν, & ἀμείβειν adiunxit hoc; Neque enim vnquam ausi fuissent nutricem, & genitricem tondere. Rursus. Neque, cùm sint Græci, Græciam tondebant; qui etiam sensus C est illorum Aristoph. verborum in Vesp. Sthenelo, cui tonsa vasa, siue instrumenta. id est, ablata. non autem illorum quos nemo præ sordibus totondit vnquam, aut vixit: hic enim propria est verbi notio: Aristot. 3. Rhet. illud esse exemplum simile metaphoræ. Ad sepulcrum in Salamine defunctorum, tonsam fuisse Græciam: sic Italicè dicimus tosar la borsa, siue che il Principe tosa la Citta, cùm tributis & vectigalibus premit: Africam tonsam Propert. libro 4. eleg. vlt.

Sub quorum titulis Africa tonsa iacet.

Cum prima illa significatione versus Epaminondæ conuenit hic loquendi modus S. Basilij ἀποκειρόμενος τοιαύτην δόξαν, hoc est, eiusmodi gloria priuatus, siue destitutus. Et Greg. Naz. τῆς δόξης τῆς ἐκκλησίας ἀποκείροντες, id est, Ecclesiæ gloriam, siue decus auferentes, vel imminuentes.

Notanda verò etymologia verbi κείρειν à κέρας, quod significat τρίχα, siue κόμην, id est, capillum, aut comam, ita vt κείρειν non sit aliud quàm ἀποκόπτειν τὰ κέρα, id est, scindere comam, vel auferre capillum, quam probat Plut. lib. de prudentia animalium, quæ si vera notatio non est, illa fortasse erit, deducta ab vsu capillorum stringendorum, D quem Herodianus, & Apio veteres Grammatici notant: antiqui enim in cornu modum capillos nodabant eiusmodi nodum appellabant κέρας, quo modo & Sophron. Inquit, cornices alligantes: Et Athenienses cicadas implicabant: & Hom. Iliad. 11. capillum splendidum dicit. Et Iuuenal. Sat. 17.

—— Et madido torquentem cornua cirro.

De quo vsu capilli recens aliqua scripsit Italus scriptor doctissimus Iacobus Manonius cap. 3. lib. 1. defensionis pro Dante. Ex eo tondere capillum dictum κείρειν: & ab hoc verbo Græci eleganter dixerunt ἀκαρὲς, hoc est, ad verbum, quod tonderi non potest, cùm significare volunt exiguum, ac minimum quid, metaphora à capillis accepta ita exiguis, siue curtis, & breuibus, vt E tonderi non possint: sic ferè Schol. Aristoph. & Snid. hac ergò voce significant exiguitatem rei, temporis momentum, siue punctum: Inde, vt Pollux aduotauit, annulum illum, qui minimo digito gestabatur, ob exiguitatem. ἀκαρὲς nominarunt: sunt qui ab α, particula priuatiua, & κάρα, quod est caput, deducunt, quasi quidpiam ita exiguum, cuius caput, & principium reperiri non possit: nec admitto tamen κάρα dici à κείρειν, quia est edaciter votare: ac minus quòd dicatur quasi κέρα.

Cum primis illis sacrorum Heroum, quos Iudices diuina vocat Historia, temporibus, Asinorum in equitando plurimos esset vsus, ita cõstat ex lib. Indic. cap. 10. 12. quæri etiam posset, num bello gerendo asinis veherentur; Mulorum quidẽ in præliis vsum fuisse, inde apparet, quod 2. Reg. lib. cap. 18. narratur, Absalonem Dauidis filium, sed rebellem, bello, quod in Patrem concitarat, sedisse mulo fugientem; de Asinis ego F non crederem animante pigerrima, & contumacissima.

Sed illud tamen penè loco prodigij lib. 4. commemorat Herodotus, Persas commisso aduersus Scythas prælio sub Dario Asinorum ope

victores

victores extitiſſe, non audacia quidem, aut robore, ſed ruditus ſtridore, quod eorum ruditu, ac formę inſolentia Scytharum equi perterrefacti pugnam detrectaſſent: qui & lib. I. auctor eſt, Harpagi conſilio, quem Artagerſam vocat Xenophon deuictum à Cyro Crœſum Lydiæ Regem opponente Camelos equitatui Lydorum: eos enim vt conſpexerunt, & olfecerunt equi, in fugam ſe dederunt, & Lydis animos abſtulerunt. Et Ael. lib. de animal. 12. cap. 34. prodit Saracoras, populi, ac gentis nomen eſt, vti Aſinis non ad onera comportanda, neque ad verſandas molas, ſed ad bella gerenda; & altiores, grandioresque ſacros adducere Marti, ex quo accepit Pierius lib. Hieroglyph. 12. & Xenophon lib.
G
I. περὶ κύρου ἀναβ. inuentos narrat apud Euphratem aſinos, qui curſu equos ſuperarent: quorum fortaſsè opera non inutilis pugnæ fuiſſet: ſed inutilis tamen iudicio meo: nec enim quæ bellua curſu valet, ea pugnæ apta eſt, vt cerui, vt capræ declarant.

Cæſar tamen Germanicus in Arati comment. ſcribit in Cancro, cùm bellum inter Gigantes, ac cœlites intercederet, illos à Libero, Vulcano, & Satyris victos Aſinorum præſidio, quibus inſidebant: ſed eamdem ob cauſſam, qua Scythæ à Perſis: nam in tanto armorum, armatorumq; tumultu cum aſini immenſum ruderent Gigantes perterriti in fugam vertuntur. Ride ſequentia. Grati ob acceptum beneficium Diui Aſinos vnà cum præſepi intulerunt aſtris in nobiliſsimo Cancri ſigno, qui curſu ad occaſum tendit.

Non prætermittam quod S. Hieronymus ſcribit lib. de trad. Hebr. ſuper Gen. Anam illum, qui 36. cap. Gen. legitur aquas calidas inueniſſe,
H
in deſerto putatum à pleriſq; ad aſinas onagros admiſiſſe, ex quibus velociſsimi orti fuerint aſini, qui ibi dicantur Iamim.

Illud verius quod 1. Geopon. lib. Zoroaſtes, & lib. de Animal. 16. Ael. cap. 36. Plut. in ſymp. tradunt, Elephantes Porci grunnitu in fugam verti, eamque rem vtili ſtratagemate Romanis aduerſus Pyrrhum Elephantes in exercitum ducentem profuiſſe: & Megarenſes hoc aſtu vim, atque impetum Antipatri contra ſe Elephantes adducentis repuliſſe, immiſsis videlicet porcis pice oblitis, & inflammatis, & Hiſtoricus neſcio quis apud Suidam, remedium periculi, quod ab Elephante neſcio quibus imminebat deſcribit, appenſam de turre ſuem, quæ cùm vehementer grunniret, bellua inhorruit, & abſceſsit: cuius ingenij non ignari Elephantorum Magiſtri
I
iam inde à primis annis ſocios Elephantorum pullis adhibent ſues, vt conſuetudinis aſsiduitate grunnitum horrere dediſcant: iure igitur ad rabulas indicandos, qui nimia maledicendi rabie miſcent omnia, emblema excogitauit Elephantis & ſuis Adrianus Iunius ita ſcribens:

Grunnitum ſuis immundi cane peius, & angue
Indus Elephas inuiſum habet
Obſtreperos rabulas qui litibus omnia miſcent
Odiſſe par eſt Principem.

Non exponam ludicrum belli genus apud Spartanos, quo illi in Phœbæo ſuorum Iuuenum ad pugnam inſtruebant porcos, vt & coturnices, quemadmodum olim, & nunc Angli in foro Gallorum gallinaceorum.

Ἀφροδίτης, *& Veneris nomen vnde tractum: pleraq; ſcriptorum loca enucleata.*

CAPVT X.

POST aſinos & porcos, meritò Venus, quæ tamquam Dea præerat apud A
homines veri Dei ignoratione cæcos generationi, & parum honeſtis amoribus. ea Græcis eſt Ἀφροδίτη. Ratio nominis, & ex fabula petitur, & ex natura: Fabula tritior, nec tamen inuoluenda ſilentio. è ſpuma maris natam Poëtæ fingunt: Maximus Philoſophorum Plato, in Cratylo. Heſiod. in Theog.

Fluctibus argutam petit hinc Venus aurea Cyprum,
Plurimus oris honos illi, facieq; verenda,
Ambulat & teneris veſtigia ſumit ab herbis.
Hanc homines varioq; vocant cognomine Diui
Nunc Aphrodite, nunc ea dicitur Aphrogenea
Quod prius à ſpumis illi naſcatur origo. A

Quamquam hic non natam è maris ſpuma, ſed B
in ſpuma quaſi altam, vel auctam, tametſi epitheto è ſpuma genitam indicet, nam ab amputatis cœli ab Saturno teſticulis, in mareque proiectis fabulantur enatam, idcircò Ἀφροδίτης nomen accepiſſe Muſæus ita cecinit. Ignoras quòd Cypris, id eſt, Venus, è ſemine orta eſt maris, & imperat mari & noſtris doloribus. *B* Adde Virg. 5. Aeneid. qui annuentem Veneri his verbis inducit Neptunum:

Fas omne eſt, Cytherea, meis te fidere regnis,
Vnde genus ducis. ——

Vbi notat Seruius ſignatũ vſu Venereo debilitari vires, qui ſine corporis damno non geritur. Sanè paſsim damnoſam Venerem Poëtæ canunt, lib. 1. Epiſt. 19. Horat. & Epiſt. 1. lib. 2. Et 1. de Ponto Ouidius eleg. poſtrema, aliique. Quamobrem & Clem. Alex. 2. lib. Pæd. 1. ſcitè ſcripſit, quo opere homo humanam alteri naturam communicat, generatione videlicet, penè vſum rationis, C
id eſt, humanitatis exuit, ita de menſe Aprili Veneri ſacro 4. Faſt. Ouid. quaſi Aphrili dicto ita canit.

Sed Veneris menſem Graio ſermone notatum
Auguror, à ſpumis eſt Dea dicta maris.

Apertius idem 4. Metamorph. vbi pro Ino, atq; Athamante ſupplicat Venus:

—— O Numen aquarum,

Proxima cui cælo cessit Neptune, potestas,
Magna quidem posto, sed tu miserere meorum
Iactari quos cernis in Ionio immenso:
Et Diis adde tuis aliqua & mihi gratia ponto est,
Si tamen in medio quondam concreta profundo
Spuma fui, gratumque manet mihi nomen ab illa.

Fabulæ, & nugæ, nisi vim aperirent generatio-
D nis: Cœli enim testes calorem, sive igneam vim, maris spuma humorem significant: at humore, & calore generatio omnis consistit, vt libro de natura Deorum 2. vidit Cicero. & post eum Plut. in symp. quæst. Postrema libro 5. Poëtarum exponens commentum. Et Galenus libro de semine, vt priorem tantum rationem, hoc est, fabulosam Lucilius eleganti disticho 2. Authol. libr. indicat titul. 25. εἰς ἀφροδίτας.

Egressa ex Ponto Venus aurea stabat ad altum
Maternum Thalamum sustulit ecce Dio. C

Et Catullus Venerem inuocans:

Nunc ô cæruleo creata ponto.

Nec vtramque tacuit ad illa Hesiod. Theog. carmina. Circum autem alba ex mortali corpore exiliit spuma, in qua enutrita est puella. D Vetus hoc scholion: è mari Venus propter humorem: nam concupiscentia ex humore prouenit, ex qua humidos incontinentes vocamus: Et nescio quis alter Græcus, necessa-
E rius est fomes, atque humor ad rerum omnium procreationem: nam & ex humida constitutione, corporum nascitur cupido miscendorum.

Alteram naturalem caussam assignat Diog. Apolloniata apud Alexandrinum Clem. libr. 1. sui pædag. cap. 6. quod seminis substantia spuma est sanguinis, qui innato masculi calore in coniunctione cum fœmina turbatus, & agitatus spumescit, atque in venis seminaria deponitur, à quo fortè mutuatus est Aristot. quod scripsit 2. de generatione animalium, cap. 2. semen esse natura sua ἀφρῶδες, id est, spumosum, eamque ob caussam generationis præsidem vocatam Ἀφροδίτην: sanè etiam colore vtrumque conuenit: album enim & sperma, & spuma.

F Quid si morales caussas adferamus, cum præsertim non sint cuiuis obuiæ? Schol. in Hom. παρὰ τὸ ἁβρὸν τῆς διαίτης, id est, à mollitie vitæ siue luxu, nomen accepisse docuit media β, in φ commutata: sanè re nulla magis quàm delicata, & molli vitæ ratione vel accersitur, vel nutritur, Venus, id est, lascivia, ac libido; Altera est ratio Fulgentij 2. Mythol. lib. Aphrodite, inquit, Venus à spuma, quia vt spuma libido, quæ in momento surgit, atque in nihilum mox abit, cui propterea sacra rosa: Inde illud Anacreontis:

Τὸ ῥόδον τὸ τῶν ἐρώτων μίξωμεν Διονύσῳ.

Flos Veneris, vt sit Fulg. quia rubet, & pungit, vt libido verecundiæ opprobrio peccari aculeo misso: vt illa delectat, sed celeri motu tollitur: ita libido qualibet momentaliter fugit, pereuniter dolor manet: cum hoc conuenit ῥόδον etymon, quod placuit Alexandrino Clementi cap. 8. lib. 2. Pædag. & Plut. 3. symp. lib. quæst. 1. extrema, ἀπὸ τῆς ῥοῆς ὠνόμασται, id est, à fluxu odoris, quem plurimum emittit, ideoque citis- G
simè languescit, & marcet, vt & Veneris voluptas. Aptissimè ad suos, & eius Diuæ, quam colebat, mores, ebriosus, & lasciuus senex Anacreo cecinit:

Mihi cura rosis coronare caput
Hodiernum dies cura mihi
Crastinum quis nouit?

Et pulchrè fingit ab ape punctum Cupidinem

Inter rosas Cupido
Apiculam iacentem
Non vidit, estque punctus,
Manumque sauciatus
Mox eiulare cœpit, &c.

Vt & lepidissimè Moschus. Idem lib. 3. Fulg. in H
Peleo educatum à Lycomede Achillem interpretatur, quod omnis libido cum dulcis sit nihil est, quasi γλυκὺ μηδὲν, quod Virg. indicauit 6. Aeneid. lib. cum cecinit:

Et quos durus amor, crudeli tabe peredit,
Secreti celant colles, & Myrtea circum
Silua tegit. ——

Quarta est ratio Ethica quam in Hecuba sapienter indicat Euripides, quasi dicta esset παρὰ τὸ ἀφραίνειν, quod sui amantes, sibique addictos ἄφρονας reddat, id est, consilio & ratione priuet, ac in furorem impellat ferino simillimum: hinc illa Venereorum γυναικομανία, & ἱππομανία:

Scilicet ante omnes furor est insignis equarum,

Vt cecinit lib. Georg. 3. Virg. & Hier. 5. equi amatores, in fœminas, & emissarij facti sunt, vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebat. I
Et Ezech. 23. Fornicata est igitur super me Oolla, & insaniuit in amatores suos, &c. sæpè insaniendi verbum vsurpans in hac rei Venereæ notione.

Eaque caussa est, cur ita Raphael Tob. 6. loquatur cum Tobia filio. Hi namque qui coniugium ita suscipiunt, vt Deum à se, & à sua mente excludant, & suæ libidini ita vacent, sicut equus & mulus, quibus non est intellectus, quia Venus ἀφροδίτη est, quoniam ἀφροσύνης est Dea: Et dixit Euripid. Veneris vsu adsunt hominibus stulta, τὰ μωρὰ γὰρ πάντα ἐστὶν Ἀφροδίτη βροτοῖς. id quod etiam lib. Rhet. Aristot. attigit; & Cantico primo: Inferni Dantis Laudinus interpres: nec vllo vitio tantoperè mentis, & rationis acies obtunditur, atque Venere. quod præclarè S. Thomas docuit a. 2. quæst. 153. artic. 5. Et diu ante Aristoteles 5. cap. lib. Ethic. sexto. Et inimicam esse ingeniis doctè ex Hippocrate & Platone Marsil. Fic. exposuit libro 1. de vita sana, capite septimo. Et eximium proficiendi in

virtutibus

virturibus præceptum, siue potius argumentum clarissimum dignoscendi, vtrum quis progressus fuerit, & quantum, lib. de hôc argumento K Plut. reliquit rerum Venerearum contemtionem. Panepistemon Iurisconsult. Tiraquel. gl. 1. in l. 15. connub. p. 15. congerit in hanc sententiam plurima è Poëtis, Philosophis, Medicis, Theologis.

Contra sapientia, & castitas ferè sociæ, vtramque in studia litterarum, ac virtutis diligenter incumbenti Gregorio Nazanzeno visam narrat in eius vita Greg. Presbyter, cùm sapientia diceret, si se caram haberet, sociam amaret castitatem: sanè veteres olim Mercurium Veneri fingebant assidentem quod vsus ipsius maximè ratione esset moderandus. Vide Plut. de præcepr. connub.


Ad Veneris venio latinam vocem, quæ ex eo inuenta est, vt auctor est Cicero libro de natura Deorum secundo, quòd ad omnes veniat, vel quòd omnia per eam proueniant: Omnium enim viuentium opus maximè est naturale, simile sibi procreare, quod lib. de animis 2. Aristoteles adnotauit: Inde Lucr. lib. 1. de L natura:

—— Te Diua, tuumq;

Significant initum perculsæ corda tua vi, &c.

Prius etymon admittit libr. aduersus Gentes 3. Arnobius. Certè eius vi, vita nobis, animantibus, plantis, rebusque omnibus constat. Vis est vita, vides, antiquus, inquit Poëta Lucilius, quæ nos facere omnia cogit: quæ & Proserpina est appellata, quòd fata in lucem proserpunt, vt idem ait Arnobius. M. Varroni placuit à verbo viere deriuare, quod olim significabat ligare: nam & Pausanias in Laconicis, siue libro tertio, apud Lacedæmonios eam cognomento μορφῶ pedicis constrictam tradit coli: Hic omitto fabulam Martis, & Veneris à Vulcano rete comprehensorum: Fabulæ ratio est, nullum esse vinculi genus amore potentius: nullam esse ad irretiendum faciliorem artem, viamq; commodiorem mortales ad infinitos laqueos inducendi libidinis voluptate, physicè Plut. enarrat lib. de Hom. & lib. de audiend. Poëtis.

Quæ autem rario probatur S. Augustino lib. de Ciuit. cap. nono, cum re maximè consentiens, tamen longè distat à nomine: sic enim loquitur: Nunquid Venus sola parum esset, quæ ob hoc etiam dicitur nuncupata, quod sine eius vi fœmina virgo esse non desinat: nam quod etymon ab aliis fingitur, Vereor vt sit verum, ab ve particula priuante, & νοῦ mens, quia Venerea maximè rationi sunt inimica, vera tamen caussa, quæ adfertur.



Cicer. locus non benè à Cœlio emendatus, verbi, Inuenire, notio elegans, rara.

CAPVT XI.



VONIAM molles sunt leporis pili, præsertim caudæ, putat Rhodig. cap. 31. lib. 30. ortum hinc prouerbium in eos, qui astutissimi sunt A ad blandiendum, vel subblandiendo decipiunt, vt appellentur κέρκον nomine. Est verò κέρκος cauda, maximè quadrupedum; sicut ὀρ. auium, & piscium; ὀῤῥοπύγιον tantum auium, sic Aristot. cap. 13. 4. de part. animal.

Hinc Aristoph. eq. uit. ἰδοὺ λάγω κέρκον λαγὼ τ' ὀφθαλμιδίω. caudam leporis cape ad abstergendos tibi ocellos: quo fit, vt Cicero Epist. 4. lib. ad Atticum 9. sic loquatur, vt putat, de Cæsare, Domicius, vt audio, in Cesano est quidem, vt aiunt, paratus ad nauigandum: si in Hispaniam, non probo; si ad Caeum, laudo: quouis potiùs certè quam, vt Cercum videat, quem ego prorsus aspicere non possum: Cæsarem intelligit, qui mira vafricie grassabatur, vt omninò arriperet Principatum, arridebat omnibus, etiam præterquam dictaret ingenium, clementiam præ se ferebat; Ille, inquit B alibi Cicero, litteras blandas mittit, facit idem pro eo Balbus; mihi certum est ab honestissima sententia digitum nusquam. Adiungit, vt verisimilior sua diuinatio sit, vbi quem admissa noxa multari leuius animaduertimus, vulpis cauda correptum fuisse, dictare consueuimus. Hic laudo acumen Rhodigini, qui in codices mendosos impingens, conatus est hoc modo restituere, pro certum, cercum, reponens, siue circum.

Circus autem est Accipitris genus, cui cum vulpe inimicitia est, vt ait Aristoteles libro nono de histo. animalium, capite primo, & Plinius libro decimo, capite octauo, quem claudum altero pede tradit. & Ael. libro sexto de Animal. capite 45. quem gerere inimicitias cum Cornice narrat. Hoc autem nomine Cæsaris ingenium Orator notare voluit, omnia auidius, rapientis: addit pleraque alia Cœlius: Verum emendatiora nobis contigerunt exemplaria, quæ ita nos iuuant, vt ad hæc ænigmata recurrere non sit opus.

Victorius, Corradus, Manutius, alij Curtium habent, ita legentes: Quouis potiùs certè, quàm vt Curtium videat, quem ego Patronus aspicere C non possum: quamquã & malè Curtium legunt, pro Curium: Curium autem liber habet Bessarionis Card. & quinq; Leonardi Malaspinæ, cuius quidem Curij meminit lib. 1. belli ciuilis C. Cæsar: ad quem cohortes signa transtulerant, & appellabatur Biuius Curius, Superius eadem

Epiſt. Cicero, cuius quidem fuerat Patronus, quia iunetat ad Tribunatnm petendum, vt poſtrema Epiſt. ad Q. l. libro 2. refert, vbi & Curtius nominatur : quo tamen loco qnibns ſe modis vexet Petrus Victor. in caſtig. nou refero, intelligi enim putat Poſtumnm Curtinm, hominem leuiſsimum, de cuius leuitate panlò ante egerat, hoc eſt, Epiſt. 2. hnins libri, quem à Cicerone defenſum, vt ſe eius dicat Patronum, neſcit inuenire.

Quod verò legitur panlò ante. Cohorteſque
D ſex, quæ Albæ fuiſſent, ad Cnrtinm Minutia tranſiiſſe primns vidit Sebaſt. Corradus, ex Horat. Epiſt. 18. lib. 1. reponendum Minntia, cùm legeretur Numitia; teſtatur Maleſpina in quinqne ſuis legi Numicia, ptobat tamen Minntiam, qnæ Romæ porta fuit, anctore Feſto, dicta ab ara Minutij, quem Deum putabaut; quomodo & Lambinus citata Horatij Epiſt. illo verſu:

Brundiſium Numici melius via ducat, an Appi.

Scribit nihil ſe comperiſſe de via Numicia; neque hane viam à P. Victore, qui cæteras Romæ vias, regiones, & loca diligenter commemorat, nominari : & ſe legiſſe codices, in quibus non eſt Numici, ſed Minuci 1 quamquam ſuſpicatur, nec malè, Minici legendum, vt via Minicia ſumatur, quæ literis confuſis apnd P. Victorem Ciminia legitur.

Malè autem Cœlius locnm iſtnm ex 8. lib. Epiſt. ad Atticum citat, & ex eo, qni theſaurum magnnm lingnæ Græcæ conſcripſit, eſt enim libro 9. inueniendi verbnm non vſitato,
E ſed eleganti tamen modo loqnendi ſnmitur pro conſeqni aliquid labore ſuo, vt notauit in Eunuchum Terentij Donatus : quo modo & Matth. 16. videtur accipi, Qni perdiderit animam ſuam inneuiet eam, hoc eſt, obtinebit, & lucrabitur, vt Luc. 1. Innenisti gratiam apnd Deum, id eſt, adepta, & conſecuta es, an citra meritum, vel ex merito, nihil eſt neceſſe hic diſputare, cùm Grammatici ſimus: & vulgò Italicè ita loquimur: ba trouata la gratia del Principe, id eſt, gratioſua eſt Principi. Idem Vlpianus obſeruat Commeut. in Orationem Demoſthenia, contra Timocratem de verbo Græco εὑρεῖν.

Unde hæres, castra, elementa dicantur, M. Tullij, & M. Fabij de Lysia Oratore iudicium.

CAPVT XII.



A HAEREDEM vno ore Grammatici ab hærendo dictum exiſtimant, quod hæreat, qui hæres eſt, id eſt, ei fit, cni hæret proximus : ab his plerique diſſentiunt, vt S. Primaſius in ſecundum caput Epiſt. ad Hebræos : Heres, inquit, ab hero dicitur, id eſt, à Domino, eo quod libera poteſtate in bereditate dominetur : ac certè nihil eſt aliud hereditas, quàm ſucceſsio, in vniuerſum ius, quod deſnnctus habnit, vt habetur l. nihil aliud, D. de verb. ſignif. Et ibidem l. 208.

Qnæ etiam ratio Iacobo Cuiacio placuit lib. obſer. 5. cap. 10. nec ſibi obſtare patitur, quod in voce heres prima ſyllaba producitur, in voce herus corripitur : Nam nec Agellius libro 12. cap. 3. Propterea cnm Tytone ſentit contra Valgium lictorem, non à ligando dici, ſed à licio vel lino : quoniam ligo primam habet breuem, linnm longam, vt lictor : neque hoc impedit quominns lector à legendo dicatur, & ſimilia complura : quare & in orthographia Manntius abſqne diphthongo ſcribendum B
monet.

Adde qnòd apnd veteres pro herede gerere eſt pro domino ſe gerere, & appellabant heredem qnem nos dicimns Dominnm. Sic Plaut. Menæch. ſc. qnæ incipit potiu' vt qnieſcas. Abſtnli hanc, cuius heres nnnquam erit poſt hnnc diem. Tryphon. l. hæreditate. §. Pater. D. de caſtr. pecu. Si Pater, vt heres viuo filio vindictam ſeruo Caſtrenſi impoſuit.

Eadem nominis deriuatio placuit Aurelio Caſsiodoro in Pſal. 2. 15. 77. vt Varroni qui 1. de re ruſtica lib. cap. 10. ſcribit: Romnlum bina iugera viritim diuiſiſſe, quæ, quod heredem ſequerentur, heredinm appellarunt : idem Feſto, qni libro 8. heredium eſſe tradit prædinlum, ſiue prædium paruum, & in duodecim tabul. hortum ſignificare Plinius not. lib. 19. cap. 4. Hinc & Deæ nomen Heres erat, eui poſt hæreditatem acceptam rem dininam faciebaut. leg. Imperator, §. ſecnndo, de hæred. qual. & differ.

Secus exiſtimauit Iuriſconſultus quidam C
comm. verbo. iuris ab Era deducens, quæ terram ſignificat, confirmat his Varronis 1. de re ruſtica verbis; heredinm agellus dicitur, qui heredem ſequebatnr : quæ tamen verba indicant, non ab Era dictum, ſed ab herede heredium.

Pard. Prateins abſnrdum non putat ab erciſco hæredem nominatnm, quòd verbnm ſignificat diuido : & hine couiecturam capit, quòd in Pand. Flor. ſæpè hoc modo eres, & ereditas ſcribitur. B. Iſid. 9. orig. lib. cap. quinto, ab ære ortum arbitratur; placuiſſe videtur Ciceroni in Top. 8. ſcribenti : Hæreditas pecunia eſt, quæ morte alicuins ad qnemquam peruenit.

Mihi erciſcere ab coercendo dictum videtur Græca deductione : ex quo & Iupiter ἕρκειος, qnod mala crederetur arcere, penetrale Romani vocauerunt, niſi etiam pntetur Hercius eſſe latina voce. Mihi Primaſij. & Iſidori notatio placet.

Nec

Nec minor discordis in voce Castra: Grammatici à similitudine castri deducunt, quòd fossa ac vallo, quasi muro cingantur ea loca, in quibus tentoria milites figunt. I. Cæsar Scaliger cap. 21. sui historici, qui est primus poëticæ liber, à casis castra dici mauult. Sic enim habet. Scenarum modus priscus sanè, atq; etiā militaris, quemadmodum est apud Xenophon. & Thucyd. atque in oratione Demosthen. contra Midiam. ex casæ dictæ sunt olim in Romano exercitu, vnde castra non quemadmodum nugantur Grammarici, sed ficut à nobis dictum fuit in originibus.

Primasius ad 11. cap. Epist. ad Hebr. Castra dicuntur à castrando, eo quòd ibi castretur libido: non est enim mos militaris, vt pergentes in E prælium vxores, sut alias fœminas secum ducāt: Historia non peccat tamen cum subdit: Duo quondā Principes terræ cum comitatu vxorum perrexerunt in bellum Dareus videlicet, atque Antonius, sed vterque in ibi corruit: Dareus quidem superatus est ab Alexandro; Antonius verò ab Octauiano Augusto.

Eodem modo Cassiod. in Psal. 77. Castra, inquit, à castitate dicta sunt, quòd belis exercitus occupatus, fœdo luxui non vacaret: quibus fauet mos priscus militaris Romanorum disciplinæ, quo vetabatur Castris interesse mulieres. cuius laudatissimę consuetudinis meminit in Gallo Virgil. consentit Seruius in 5. Aeneid. Castra dicta quasi casta: hinc in mil. Mariano Quinctil. Meretrices ab exercitu submouentur intrare castra feminis non licet, ex quo Propert. canit lib. 4. eleg. 3.

Romanis vtinam potius fint castra puellis
Essem militiæ sarcina fida tuæ.

Tametsi veteri Germanorum instituto, vt Cor- F nelius Tac. est auctor, etiam mulieres ducebantur ad prælia, præcipuum fortitudinis incitamentum, vt ait ipse; Africanus tamē ad Numantiam, ex veteri Romanorum disciplina, multa millia scortorum ab exercitu expulit. Vide Polyænum lib. 8. Stratag.

Apud Astrologos Mars adulteriorum infamia notatus, belli est præses, & scorpio dominatur, quo libidines designantur. Et Arist. milites omnes mulierosos esse scribit 2. Pol. cap. 7. aut infami addictos libidini, nec Iniuria fabulatores Marti Venerem propterea copulasse. Et Arnobius 3. aduersus Gentes lib. etiamne militaris Venus Castrensibus flagitiis præsidet? Et S. Aug. 20. aduersus Faustum Manichæum lib. cap. 9. Adulteram propterea cum Marte effictam, quoniam Venus belligerantibus incongrua est, vt G Vulcani vxorem, quia ex calore voluptas naturaliter nascitur. Suid. & Athen. nefandæ Veneris vsum atque iuuentum in Italos falso retulerunt, quod belli tempore non liceret in castris habere feminas refellit ac iure 1. histor. Poët. dial. Greg. Gir.

Refellens hoc etymon in Actio suo Iouianus Pontanus: Castra, inquit, per Pudericum, quem loquentem facit, sunt qui putant à seruanda castitate dicta, ambitiosè sanè, quippe quæ sint à claudendo: claudebantur enim vallo, & fossa. sic & casteria locus in triremi; sic etiam vallis illa caudina, quod sit vndique clausa montibus, hodieque ex eo vocatur caudium: sic quoque & castellum, quòd fossa claudatur & muris: erant etiam in aquarum ductibus castella, quòd in iis aquæ concluderentur, vnde post largius effluerent. Ego sequor Grammaticos, vt & Pontanus, qui melius ipsis explanat, aut certè Scaligerum.

Idem Primasius in caput quintum eiusdem Epist. Elementa, inquit, dicuntur quasi eleuamenta, eo quod ex ipsis cætera originem capiant, initia videlicet, & fundamenta creaturarum, à quibusdam etiam dicuntur elimenta per i, quasi fabricamenta, ab eo quod est elimo elimas, quasi ex eis fabricata sint omnia. Alij ab alendo deducunt, quasi alimenta sint, quia ex eodem elemento nutrimur, & sumus, teste Philosopho, vt ait qui- H dam, qui ante centum annos non ineruditum Theologiæ Lexicon compilauit, sequens, opinor Pelbartum 2. Rosarij Theologici libro. Græci στοιχεῖα dixerunt aptissimè παρὰ τὸ στοιχεῖν, quod est ordine incedere, quia scilicet ex his rerum omnium inferarum series constituta sit, immò superarum etiam opinione multorum.

Ex plurimis M. Ciceronis & M. Quinctiliani locis quibus Lysiæ meminerunt, eorum penè discrepantes inter se opiniones possumus conciliare, in quo non est facilis opera. Lysias igitur tenuis, & inornatus vocatur, propter orationem quotidiano sermoni persimilem, in eodem venustissimus, & politissimus, propter inaffectatam eiusdem sermonis simplicitatem, quæ mirandum in modum gratā I esse solet: vel etiam politissimus, vt politum dicimus marmor, politam tabulam, hoc est, læuigatā, ac tersam, in qua nihil sit eminens nihil redundans, nulli, vt in corona, tori: hæc enim sibi mutuo non repugnant, non minus quàm eumdem hominem corpore esse gracili, & vulgariter induto, vt C. Cæsarem: eumdem tamen venustum esse, ac decorum, & χάριτας habere vt in prouerbio est.

Idem scriptor nominatur, quia caussas non agebat, sed ab aliis agendas scribebat; eamdem ferè ob caussam dictus caussidicus; tametsi enim in foro ipse minimè versabatur, aliis tamen orationes dictabat, vt illi versarentur: Orator, quia tametsi non ageret ipse caussas, scientiam tamen habebat agendarum: propè perfectus, ætate scilicet sua.

Sic

Sic enim Cicero Græcos oratores in Bruto numerauit, vt videatur gradus eorum tres fecisse: in primo propè perfectum dixit Periclem. in 2. reposuit Lysiam, quem audeas, inquit, propè
K perfectum, scilicet in eo gradu, affirmare: in 3. Demosthenem, vt eius atque omnium Principem, qui iam planè dici perfectus posit: vel certè Lysias propè perfectus dicitur, in eo videlicet genere dicendi, quo est vsus, id est, tenui: siue in docendo potius, vt ex Fabio colligitur, quia genus ad docendum aptissimum fuerat complexus. Plut. quidem certè de officio auditoris, ipsius lectionem suadet adolescentibus: eumdem, alterum Demosthenem Cicero vocauit ὑπερβολικῶς fortasse, vt laudaret; vel in eo genere, quod tractabat.

Hæc ego ita animo concepi, & oratione explicanda in hunc modum existimaui. Quod verò Cicero lib. 5. de fin. mal. & bo. Lysiam vocat, & oratione locupletem, rebus ipsis ieiuniorem,
L difficilius est ad explicandum: quærendum aliquando putaui num Lysis pro Lysias esset legendum, Lysis autem Pythagoreus erat Philosophus: Deinde num Lysias, & ipse Philosophus: nunc verò lectione voluminis Dion. Lamb. curata emendati ita planè lego. Huius Lyco oratione locuples, rebus ipsis ieiunior, concinnus deinde, & elegans. huius Aristo. Lyconem enim Stratonis fuisse discipulum Laërtius docet, & huius Aristonem indicat lib. 5.

Oratorum modi loquendi qui παρὰ φύσιν appellatus est, exempla diuersa.

CAPVT XIII.

A SOLEMVS interdum aliquid affirmare, cuius modum inficiamur, Aut illis certè vtimur nominibus, quibus, quod asserimus, negare videmur: quæ & dicendi, & scribendi formulæ valdè sunt familiares, & tritæ Græcis auctoribus, quæ ipsorum est linguæ felicitas, vocanturque παρὰ φύσιν: & maximo sunt ornamento scriptioni: cuius schematis rarior est apud latinos vsus, est aliquis tamen: Hinc illa loco vsurpata prouerbij, ἀνὴρ οὐδ' ἀνὴρ: κόσμος ἄκοσμος, ex sententia Physicorum apud Plutarch. lib. de fort. Rom. τέρψις ἄτερψις, ex sententia Heracliti apud Luc. βίος ἀβίωτος. & secundum quidem exemplum reperio apud antiquissimam Sibyllam, quam Lactantius producit lib. 7. de diuino præmio cap. 16.

ἔσται κόσμος ἄκοσμος ἀπολλυμένων ἀνθρώπων.

Et 1. Epigram. lib. Antipater οἶς ἀναθήματα. apud Euripidem κόμπος ἄκομπος: apud eumdem Helena ἔργα ἄνεργα. in Hippol. ἄτιμον ἄτιμον, βίον ἄβιον. In Hecuba Polyxenam vocat Νύμφην γ' ἄνυμφον, παρθένον τ' ἀπάρθενον. In Prologo supplicum ἀλεκτρον ἀνυμφόν, ἀλαμπρόν ἀνάστατον... [Greek reading uncertain]

ἄδεσμον: sub finem Phœn. χάριν ἀχάριτον: in Iphig. χάριν ἄχαριν. in Andromacha κενὴν εὐφήμοισι δύσφημος, de Echo. Oreste ὕπνῳ ἄυπνον βλέφαρον, ἀρὰς τὰς ἀργὰς ἐκ ἀργοῦ. Soph. item Electra μήτηρ ἀμήτωρ, B
quam formam breuissimam pluribus verbis expressit, quia paucis non poterat, Cicero in Orat. pro A. Cluentio, quod obseruat Pet. Victorius 10. var. lect. lib. cap. 12. Idem Aiace.

ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα, κοὐκ ὀνήσιμα.

Posteriore voce priores exponens in Philoct. ἄφιλον φῶς. Aristoph. Ranis ἄποιν ποιεῖ; & Pluto in dissimili ratione οὐ γὰρ ποιήσεις οὐδ' ἂν ποιήσῃς, & equitibus, imitatus Aeschylum in Prometheo: A vbi Schol. longè dissimili caussa Ranis: ἀπορίαν τὸν πόρον dixit. Pauf. in Eliacis posterioribus. ὀλυμπιάδας ἀνολυμπιάδας. irritas Olympiadas conuertit Amasæus. Eleganter Theod. Cyr. orat. 1. περὶ προνοίας imitatus Aeschylum potestatem Dei commendat. B Plato comicus apud Pollucem lib. 9. cap. 9. Pro euersa Vrbe, quæ nihil omninò haberet Vrbis, ἄπολιν πόλιν elegantissimè dixit, vt Philosophus Plato 6. de legib. Hom. Vlix. 10. μήτηρ δύσμητερ: Vlix. 18. Ἶρος ἄϊρος: Hes. ἔχ. κ. ἡμέρ. ἄνδρες ἀνάνδρες: de bacchantib. Epigonus in Epigram. libro 1. tit. εἰς λίνον, μανίας οἴφερνα μαινομένας C
dixit: & apud Athen. libro 8. cap. 4. nescio quis Amphis est Com. θάνατος ἀθάνατος. Theophrast. apud Plut. Lycurgo, πλοῦτον ἄπλουτον, id est, opes inopes.

Timo Misanthropus Cleanthem ob ingenij tarditatem, solitus erat nominare ignauum mortarium, id est, ὅλμον ἄτολμον: Plato de leg. lib. 8. δίκην ἄδικον ἐκδοῦναι dixit, vt Andocides de mysteriis δίκην ἀνάδικον, iniustam iustitiam, aut nullam, siue irritam: rursus Plato in Phædro, non omninò tamen simili forma ξηρὸς ἱδρῶτας, siccos nominat sudores ab effectu quod siccarent, Synesius Epist. 154. dixit, ἀλογίστως συλλογισμούς, qui malè concluderent, vt & Zeno apud Laërt. lib. 7. dixit, ἀσυλλογίστους λόγους: sic & vsurpant ὄνομα δυσώνυμον, & pleraq; alia.

Sed penè oblinisceban salsum Diogenis apud Laërtium libro 6. iocum in quemdam vnguentis delibutum, cauendum ipsi ne εὐωδία D
capitis δυσωδίαν vitæ ac morum pareret: & Biantis orationem, ἐκ λυσιτελῶν ἀτελῶν, id est, ex vtilibus vilibus, vt Plinius ex bonis malis fermè eadem forma, quæ quidem est illi figuræ persimilis quam ἀντανάκλασιν Rhetores appellant & affinis τῇ παρονομασίᾳ, quale est illud, emit ex morte immortalitatem: nec abest, quod iidem Græci solent dicere, νεκρὸς ἔμψυχος, viuum cadauer, siue sepulchrum, quod quidem torquetur in eos, qui ita viuunt, nihil vt vita dignum agant: quomodo Luc. Dialogo quodam suorum νεκρῶν, decrepitum quemdam, & capularem, moribundumq; senem ἔμψυχόν τινα τάφον appellauit, quem & τυμβογέροντα Græci nominant: Hinc in Ciri Virg. Charne Anus:

— Mei spes vna sepulchri,

Quòd

Quòd senum vitam mortis haberet loco, quod non agnouerunt qui pro voce sepulcri reposuerunt, salutis. Illud item affine, Græci ignis græcum nomen, hoc est, ὑγρὸν πῦρ. Rariorem
E dixi vsum venustatis istius apud Latinos, tamen plurima exempla reperio; vt Næuij antiquissimi Poëtæ Campana superbia pleni apud Agellium libro decimo cap. 24. immortales mortales si fas foret flere, vt prisci illius Tragici apud Ciceronem 3. de orat. Qua tempestate Paris Helenam innuptis iunxit nuptiis sanè Græcos imitantis, qui ἄγαμον γάμον vsurpant, vt in Epitaphio Plauti eodem Agellij loco:

Et numeri innumeri simul omnes collacrumarunt.

T. Lucr. l. 2.

Seminaq; innumero numero —

Vt & lib. 3. iterum lib. 2.

— Numero magis innumerali.

Et libro 6.

Innumerabilem numerum. —

Vt Ausonius in Protrept. ad Nepotem:

— Tu flexu, & acumine vocis

Innumeros numeros doctis accentibus effer.

Quamquam his duobus locis, vt numerus significat orationem vinctam, sic innumerus prorsam, id est, solutam, & numeris carentem, vt sensus sit illius versus in Epitaphio Plauti,
F non versus solum, sed prorsam etiam orationem lacrimas profudisse, quod Adrian. Turn. animaduertit libr. aduers. 10. cap. 12. Melius libro secundo. Auson. lect. cap. 17. alter intelligit versus Comœdiæ, qui sunt quidem numeri, quoniam suis pedibus incedunt, sed non veri quodammodo numeri, quia legibus soluti, vt Horat. Od. 2. lib. 4. de innumeris Pindari numeris cecinit:

— Numerisq; fertur

Lege solutis.

Eiusmodi enim est, immò liberior, comica Poësis, quæ intelligitur in Epitaphio Plauti, ac si diceretur scriptio Comica, vel Scenica; Nec est quod dubitemus, ita in Ausonio exponendum, cùm ipsemet Neputem adhortetur ad lectionem Dramatum Menandri. Sic Lucr. lib. 3. Mortalem vitam mors cui immortalis ademit. Horat. Oda 34. 1. carm. Insaniens sapientia. & 16. carm.

Magnas inter opes, inops.

Et Epist. lib. 1. Epist. 12. ad Iccium:

— Et posset rerum concordia discors.

Et Luc. 1. Phars.

Temporis angusti mansit concordia discors.

G Et mox declarat:

Paxq; fuit non sponte Ducum. —

Cicero 1. in M. Ant. Philipp. de seditiosis, ac perditis sicariis, qui nullum vnquam faciebant sepeliendi Cæsaris finem, ostendens eam sepulturam quotidiè renouari, & eorum opera, atque conatu quodammodo reuiuiscere: qui illam insepultam sepulturam effecerant: non obscurè Græcos imitatus, qui dixisset ταφὴν ἄταφον. Plinius libro primo Epist. ad Arrium Clementem. scribo plurimas, sed illitteratissimas litteras, L. Apuleius libr. Asini sui 8. de Charites sollicito somno disserens, velut quodam tormento inquieta quiete excussa; qua forma illud est dictum:

Inuia virtuti nulla est via. —

Et Virg. Aeneid. 3.

— Via diuidit inuia terris.

Catullus de nuptiis Pelei, & Thetidis:

Funera Gortiniæ nec funera.

Ennius:

— quæ scis H

In vulgus vulgas, artemq; expromis inertem.

Cicero in Lucullo, vsus disciplina indocilis. Venio ad nostros Græcos. Primum Greg. Theologus orat. prima in Iulianum, Fortunam infortunatam vocauit, cuius euersum fuerat ab Eupsychio delubrum, id est, τύχην ἀτυχῆ, & rursus sapientiam insipientem & inhumanam humanitatem. Et 1. de oratione de filio, χρόνον ἄχρονον, τόπον ἄτοπον. & aduersus Eunomium ἑορτὴν ἀνέορτον, & 97. ad Gregorium Nyssenum, Epist. ἄδοξον ἐνδοξίαν. S. Io. Chrysostom. in Psalm. 120. de Dei misericordia & potentia disserens, ἐξ ἀπόρων πόρους εὑρεῖν δύναται. facilia ipsi omnia, & in omnibus dubiis exitum poterit inuenire. Rursus Nazianzenus in sacrum Baptisma, ἡ τῶν ἀναλώτων ἅλωσις. Palladius in Dialogo de vita B. Io. Chrysost. propter nocturnas impiorum quorumdam imagines, quibus torquebantur, somnum dixit insomnem, id est, ὕπνον ἄϋπνον. Et Nicephorus Callistus libro Eccl. hist. cap. 11. scripsit ἀπάνθρωπον τὸ φιλάνθρωπον, decretum siue edictum Diocletiani & Maximiani Augustorum, ne Christiani occiderentur, sed mutilarentur, aut deformarentur. Et apud Nicetam Chon. Adronicus versutissimus pariter, atque crudelissimus Græcorum Imperator ἀπιστον πιστὸν vocauit Leonem contra se in Prusa obsidenda ducem, quem etiam captum suspendit. I

Latini sequantur. Antiquus Ecclesiæ Scriptor Optatus Episcopus Mileuitanus lib. contra Parmenianum 3. Clarius Presbyter, inquit, in loco subtulensi ab Episcopo suo coactus est, vt insepultam faceret sepulturam: respexisse ad citatum Ciceronis locum videtur. S. Aug. 1. Confess. lib. cap. 12. copiosam inopiam, & ignominiosam gloriam vsurpauit: & 3. lib. cap. 2. maleuolam beneuolentiam, & miseram felicitatem, & cap. 3. pudorem impudentem, & lib. 7. cap. 2. K Deceptos, inquit, illos, & deceptores Manichæos, loquaces mutos, & lib. 8. cap. 11. seueram dixit misericordiam, & cap. 8. salubriter insaniebam, inquit, & moriebar vitaliter, & 7. lib. de Baptism. contra Donat. cap. decimoquinto, ex hoc numero innumerabili non solum turba, &c.

Saluianus

Saluianus Massil. lib. 7. de vero iudicio & prouidentia Dei, de Afris loquens, quis in illo numero tam innumero castus fuit? qui & libro 6. de Ozia arcam vacillantem sustinere tentante, vt est 1. Paral. 13. sed ipse officio suo inofficiosus fuit. Et Sidon. lib. 9. Epist. Epist. 13. Tonantio:

— Iaculoq; ceu forante
Cruor incruentus exit.

Petrus Chrysologus argutè Pharisæorum in Christum redarguens perfidiam hom. in 20. post Pent. Dominicam: Pharisæe, qui sciendo nescis: confitendo negas: cùm testaris repugnas: si Deus est, qui remittit peccata, cur tibi Christus Deus non est? Aur. Cassiod. lib. de anima c. 17. de impiis. vt meritò mors vitalis, ac vita mortalis, talibus obueniſſe dicatur. & cap. 19. de Beatis, quies operosa, opera quieta. Et cap. 20. de diabolo hostis dulcis, amicus amarus, vt lib. var. Epist. 2. Ep. 10. crudelem dixit misericordiam. Et alibi, nisi fallor, clamosum silentiū: Et diu ante S. Pontius Paulinus Epist. postrema lib. 5. quæ est ad Ionium V. C. per alienarum opinionum deuias vias spargitur.

Nec Doctoris melle dulcioris, hoc est, Bernardi, omittenda loca serm. 2. de verb. Esaiæ ingloriam planè gloriam mendicare dixit. Et serm. 8. in Psalm. 90. Immortalis mortis miserias: Quomodo libellum grauem, ac doctum aduersus Protestantes eximius Catholicæ Ecclesiæ sæculi nostri scriptor Gulielmus Lindanus, Episcopus Ruremundensis inscripsit, Concordia discors: Contraria esse videtur loquendi ratio, cum sua adiectiua accommodantur substantiuis, ad rem eamdem planius indicandam, vt sæpè legimus apud Herodianum εὐκαιρίαν ἀκαιρον, id est, occasionem commodam, & si liceat ita loqui, oportunam oportunitatem: à qua non abhorret illa Horatij Oda 14. lib. 2. Facilis sæuitia. Et libro Epistol. 1. Epist. 11. ad Bullatium: Strenua nos exercet inertia. Et hac de re non omninò magna, iam nimis multa.

Mineruæ, & Mercurij nominum explicata notatio: Minutij Fel. locus restitutus.

CAPVT XIV.



A ANTEQVAM de Mineruæ nomine, quod latinum est, scribam, explicationem Græci proferam, non cuiuis obuiam, præter vulgaram: Ἀθηνᾶν à multis dictam videri, quasi Ἀθήλαν, hoc est, non lactatam, videlicet, quod de Iouis cerebro non infans prodierit, sed adulta, & armata. Apollonius 1. Argon. & Apollodorus fabulam recitat, quam breui hac oratione Schol. in 2. Iliad. lib. est complexus: cùm mater, vt ait, Mineruæ Metis eam gestaret in vtero, absorptam à Ioue, ac definito partus tempore è cerebro ipsius exiliisse, sic Palladem nominatam ἀπὸ τοῦ ἀναπαλθῆναι. Hesychius ab olea nominatam voluit, quæ etiam nomen indiderit vrbi Athenarum. Ἀθηναῖς enim ἐλαία est, vt docet etymologicon. quibusdam placet quasi Ἀθρήνην appellatam παρὰ τὸ ἀθρεῖν. qui minimè mihi placent; tametsi grauis est etymologia, & ad rem facit, quia Ἀθηνᾶ mentis prouidentiam designat, ἀθρεῖν verò est videre: de qua Cælius antiq. lect. libro octauo, cap. 16.

Sed Christianus Philosophus Athenagoras, siue Athenogenes in Orat. pro Christianis aliam facit Ἀθήλαν ab Ἀθηνᾶ. Filiam enim Iouis ex Rhea, quæ oculatam habuerit naturam, vocat, hoc est, binos in vulua oculos, vt in fronte binos; præditam item cornibus, & rostro, posteriore colli parte: nominatamque Ἀθήλαν, quod nunquam ei Rhea mater mammas porrexit, mox à partu ipsius in fugam conuersa, quam etiam nominarint Proserpinam, & Coren.

Nec tacendum quando in hoc scriptorum genere tam vario, & multiplici, & vt ita dicam, errabundo versor, Sibyllam à veteribus dici, simul atque ex vtero exiuit matris, de rerum vniuersitate incœpisse differere, quod eleganter, parum tamen elegans historiæ Constantinopolitanorum Imperatorum scriptor Nicetas Chon. in adolescentulum quemdam transfert, qui summa erat apud ignauum Imperatorem Isaacium Angelum auctoritate lib. 3. de huius Imperio. Paruus puer, qui non ita pridem à calamo, & atramento discesserat, summam rerum administrabat, nec Imperatorem dumtaxat suo arbitratu, vt maximum cetum minutissimus piscis, qui propompus dicitur, traducebat, & circumferebat, sed militares etiam catalogos tractabat, non secus ac si à cunabulis ad maximarum rerum administrationem enutritus esset, aut rerum humanarum scientiam ante natalem suum habuisset. quemadmodum Sibyllam simul ac è materna aluo prodierit, de fabrica vniuersitatis rerum disseruisse ferunt.

Quod verò scribit Christophorus Landinus in Apologia pro Dante, plerosque Græcos Athenas ἀπὸ τοῦ ἄνθους, id est, à flore quasi florentiam dictas existimasse, mihi maximè est nouum, ab eo fortasse ad suæ florentiæ laudes amplificandas fictum.

Palladem vult Plato in Cratylo ἀπὸ τοῦ πάλλειν vocatam, quia bellatrix, quę scilicet gestiat, & saliat in armis, ἀπὸ τῆς ἐν τοῖς ὅπλοις ὀρχήσεως, q. a. πάλλειν. Athenam verò, quo sit veriloquio, difficilius potat explicari: sed quia Homerus ipsam finxit esse

mentem,

mentem, quasi διανόησιν vt διανοητικὴν vult dictam, Dei scilicet intelligentiam, siue διανόησιν, quia intelligentia est in moribus, traducto, & reuocato in molliorem pronunciandi formam vocabulo: verba eius græca tu per te legequi & Græcè scis, & Græcè te scire lætaris. Vocis latinæ hæc vulgo ratio solet adferri à minuendis seu neruis seu viribus: præses enim litterarū est Mineruа: litterarum verò studium, vt confirmat animum, ita corpus frangit: à qua ratione ioculum illum adolescentulus aliquando duxi ad Annibalem Codretum scribens illo meorum epigrammatum disticho.

Quid mirum si crura dolent, Nephrytis & angit?
Eneruat vires dura Minerua meas.

Cicero verò 3. de nat. Deorum lib. quod belli; atque armorum sit Præses, à minando deduxit: vehementer ego Arnobij notationem probo, quam scriptam reliquit 3. contra Gentes lib. ex eorum sententia, qui eandem esse memorism putauerunt: Vnde ipsum nomen, vt ait, Minerua, quasi
F Meminerua quędam, formatum est: ac certè quę parens est legitima scientiarum, nisi memoria? ex quo sapienter musas Poëtæ Mnemosyna, id est, memoria natas, ab eaque altas, hoc est, bonas omnes artes, ac doctrinas finxerunt: Tolle ex hominibus memoriam, nulla reliqua est scientia: & qui memoriam funditus amiserunt, docti viri, funditus amiserunt doctrinam.

Mercurij quoq; nomen inde tractum obseruat, quod inter loquentes media currat, & reciprocetur oratio, quasi medius currius: quod melioribus verbis S. Augustinus 17. de ciuitate Dei libro cap. 14. exponit. Nam ideo Mercurius quasi medius currens dicitur appellatus, quòd
G sermo currat inter homines medi': & mox. Ideo & mercibus præesse dicitur, quia inter vendentes, & ementes sermo fit medius: itaque nil mirum si in sacris ei linguę offerentur victimarum vt illo apparet Hom. hemistichio.

Γλῶσσαι δ' ἐν πυρὶ βάλλον.——

Quanquam mihi à verbo mercari, siue à mercibus dictus videtur, cum sit Deus ἐμπορος & mercator, mercibusque præsit: Nam & Diod. lib. 6. rerum antiquarum Ipsius esse inuentum mensuram, pondus, & mercaturæ quæstum & Fulg. in Mytholog. Mercurium veteres dici voluere scribit, mercium curam, vt & S. Augustinus 14. cap. lib. 4. de ciuitate Dei: quam notationem & laudo, quia nomini est vicinior, & tantò magis laudo, quòd eam postea in Festo veteri Grammatico legi: qui propterea & petasatus fingitur, habitu viatoris, quòd

Impiger extremos currat mercator ad Indos

Vt cum Horatio loquar lib. 1. ep. 1. Sermonis autem vim, Græca vox Ἑρμῆς planius exponit, vt est in Crat. Platonis. Concludit, quasi εἴρειν dictum, cum & Irim, quia nuncia est, ab εἴρειν dictam ve-
H lit: vox ista, inquit, ἑρμῆς ad sermonem pertinet, & est interpres & nuntius, furtiuisque modis irrepens, & oratione decipiens, & vi præditus in concione dicendi, circa sermonem vniuersa ipsius vis, & negorium versatur, &c. & quod sæpè dicere solitus est Homerus ἐμήσατο. significat arte, & industria aliquid moliri: ex his igitur duabus vocibus conflatur nomen ἑρμῆς, ac si ipsius efficacia, & industria tota sit in expediendo sermone, &c.

Minutius Felix in Octauio Ethnicos ridens, ita scribit. Neptunus glaucis oculis, Minerua cæsiis, Bubulis Iuno pedibus, Mercurius alaris, Pan vngulatis, Saturnus compeditis, qui locus eget vnius virgulæ emendatione; vt constet, & cum reliquis omnibus consentiat: nam vox pe- I
dibus, non cum Iuno, sed cum sequenti voce Mercurius colloranda hac distinctione. Neptunus glaucis oculis, Minerua cęsijs, Bubulis Iuno, vt illud frequens Iunonis apud Hom. epitheton voluerit exprimere βοῶπις, vt Mineruę γλαυκῶπις: tum legendum pedibus Mercurius alatis, alioquin putandum esset factum errore vt Minutius pro βοῶπις legisset βόπος, seu potius βόπος at quis vnquam veterum hoc de Iunone scripsit? Compeditis verò Saturnum dicit, quod à Ione filio in vincula fuerit coniectus, siue à Titane fratre, vt vult Ennius refertq; Lactantius 14. cap. 1. de falsa religione libri.

Cic. vnus & alter locus explicatus, contra Capid. & Strab. modi Latinorum, Græcorum, Italorum loquendi similes.

CAPVT XV.



QVISQVIS ille fuit, qui Rhetoricos ad C. Herennium libros conscripsit, bonus certè eius facultatis Magister, li. 2. de ea iuris parte, quæ iudicatum dicitur, loquens, & iudicata sæpè diuersa esse ostendens, exempla aliquot profert. A

Vnum est hoc. C. Cælius Iudex absoluit iniuriarum eum, qui Lucilium poëtam in scens nominatim læserat. Ad quod non malus explanator Capidurus valde imperitè nominatim exponit, id est, nomine suo compellando, non prænomine aliquo eum honorādo: cum explicandum fuisset, nomine Lucilij pronunciato, iniuriosè ipsum tractarat, sine ludibrio habuerat, & conuiciis affecerat, quemadmodum in Nebulis Aristophanes Socratem; in ranis Euripidem; in equitibus Cleonem: quæ licentia illi formæ comœdiarum tribuebatur, vt & Satyræ, Pasquillis hodie: quare nominatim læsisse erat per conuicium, & contumeliam nomen eius pronunciasse. B

Sic alterum exemplum sumendum. P. Mucius eum, qui Accium Poëtam nominauerat, condemnauit, verbum, nominauerat, in malam partem sumitur, & significat, per iniuriam, & pro-

brum compellarar: sic apud Ciceronem, nominare sæpè, compellare sæpè in malam partem accipitur, & apud bonos latinitatis auctores. Nec melius vox alia li. 1. de orat. ad Q. Fratrem à Lud. Streb. explicata. Nam quo loco disputat M. Antonius de oratoria imitatione, & monet ab illo tum κακόζηλον cauendum esse, quia aut ea, quæ
C facilia sunt, aut etiam ea, quæ insignia, & planè vitiosa consectentur imitando, eam vocem, insignia, interpretatur ea quæ insigniter monent audientem, adeò, vt aut vitiosa sint, aut prope vitio dentur. Ego verò non tam insigniter mouentia, quàm apertius in malam partem illustria, & malo aliquo nobilia, & quæ maxime videantur in eo vitia excellere, quem tibi proponis, ad imitandum.

Hæc enim est mens Ciceronis, vt ex his quæ sequuntur, apparet: nihil est facilius, quàm amictum imitari alicuius, aut statum, aut motum: si vero etiam vitiosè aliquid est, id sumere, & in eo vitiosum esse, nō magnum est. Hæc inquam docet Cicero ad scribendum non esse laudi, si quis
D facilia imitetur, aut vitiosa, scilicet, quę in aliquo eminent vitia: nam insigne in malam partem sæpenumero capi nemo negabit: in allatis tamen verbis aexistimo non esse legendum pene vitiosa, tametsi codices Victoriani, & Manutiani hanc lectionem retineant, sed planè vitiosa, vt legit Carolus Stephanus in Cicer. thesauro: hæc enim lectio voci antecedenti verina, aptiusq́; respondet. Insigne quidem vitium plane est quid vitiosum.

Apud Terentium scen. 6. act. 4. Eunuchi, Thais ita de quadam virgine, cum illi significat imminere, vel suspicatur adfuturum, qui ei vim adferat. atqui si illam digito attigerit vno, oculi illico effodientur. Et Plautus eodem modo Persa. sc. postrema. Et Cicero 5. Tuscul. Lælius, si digito quem attigisset, pœnas dedisset, hoc est leui, vel minima iniuria, aut noxa quem affecisset, quem etiam loquendi modum esse apud Porcium Licinium monuit Petrus Victor. libro 12. var. lect. cap. 11.

E Ac videtur esse prouerbium Græcia quoque cognitum, imò ab ipsis fortè mutuatum. Nunc exemplum vetusti scriptoris non occurrit, iunioris vnum legi Luciani, scilicet de scribenda historia, extremo digito attingere aliquem græcè dicentia ἀκροῳ δακτύλῳ ἄκρῳ ἅψασθαι, quod etiam altas in sermone Italico radices egit: guarda di non toccardo pur col dito, hoc est, caue ne quo eum vel minimo detrimento, aut iniuria afficias: Non vuole pur esser tocco col dito, de eo dicimus qui impatientissimus est, & qui ægertimè vel vnum verbulum fert. Sic, hauer in bocca, volar per la bocca, Itali dicunt de eo cuius virtus est celebris, & probata.

In ore habere, sæpè Latini. Pro eo etiam quod
F frequenti sermone vsurpatur, vt Itali, non ha altro in bocca. 3. in Verr. orat. Cicero, Istius nequitiam, & iniquitatem tum in ore vulgi, atque in communibus prouerbiis esse versatam: & alio loco in ore omnium Brutum esse scribit. Sic & Græce, ἀνὰ στόμα ἔχειν, & ἐν στόματι. Xen. Cyri Ped. lib. 2. & in Hieroue. Herod. lib. 3.

Qui modi loquendi in malam etiam partem sumuntur à Latinis & Græcis. eodem lib. 2. Xen. in concione Pheraulæ, ἐκ παιδὸς, & lib. 5. ἐκ παιδὸς dicit. eodem modo Latini à puero, & à parulo; Itali, da putto, da fanciullo; à pueritia latini, non item Græci, nunquam certè me legisse memini. Idem Xen. lib. 3. roganti Cyro Tigranem Regis Armenij filium quanti tandem vxorem suam redimeret, ille respondit καὶ τῆς ψυχῆς πριαίμην. Sic 9. Aen. Virg. vita emere pro eodem dixit: Nos Itali, con l'anima & col sangue. Idem lib. 2. lepidi sermonis iocum, & facetias vocauit χαρίεντα, dum
G λόχῳ, id est, manipuli cuiusdam militum ridiculè factum exponit, credo eam ob caussam, quòd qui hoc genere excellunt, ij grati, & amabiles sunt omnibus, voce ducta à dictione χάρις, Italicè diceremus, vna gentilena, o, galanteria, o gratia, & lepidum, ac facetum hominem, Gratioso, vocamus; & facetias ipsas, Gratie, & Hispani, pro iocari, decir gracias, vulgo dicunt χαριτογλωσσεῖν ἔπεσι, in Prometheo vincto Aeschylus dixit, ad gratiam loqui, & voluptatem, non ad veritatem siue gratiam lingua aucupari.

Honestum quoque in re turpi significanda loquendi morem veteres vsurparunt ignoratum à multis græcarū vocum φιλογυνῶς cum enim aut fœminam, aut marem corporis sui potestatem cupiam fecisse dicebāt, honesto verbo tegebant
H χαρίσασθαι, & χαρίζειν, nam & χάρις turpe illud obsequium dictum est, vt non sit mihi difficile credere huc allusisse Ciceronem Græcarum consuetudinum obseruantissimum, cum dixit, quęstu corporis gratiam alicuius colligere.

Planius in Erotico Plutar. his verbis exponit Charis siue gratia, ô Protogenes feminam concedere mari ab antiquis dicta, & quæ nondum erat nubilis, compellans Sappho, dixit mihi parua, o, puella, esse videris, & acharis, sine gratia, id est nondum apta coniugio. A

Addo Hesychium scribentem χαρίσασθαι significare hoc, & Grāmatici alij: & Suid. in voce Τάξιακλυσίαι, & ad illa Pindari verba 2. Pyth. ἄνδιχ' οἱ χαρίεν τινα γόνον ὑπερφίαλον, oda de Ixionis cum nube congressu, quæ ipsi pro Innone erat, sic exponit Schol. B Probat Theopompi, Aristophanis, & Sapphus auctoritate. De comœdia enim loquitur, tanquam de muliere, quam plurimi appeterent. C Sic enim ex superiore Plutar. oratione corrige, quam vltimam vocem ita Schol. interpretatur: quanquam secus videtur sumsisse Aristarchus. Nec distat ab hac notione Italica phrasis, compiacere, far piaere: & ad instar verbi χαρίζειν, latine dici solebat, dare, de mulieribus, quæ se viris substernunt, vt Cat. de Aufilena.

Quod nec das, & fers, sæpe facis facinus.
Mart.lib.2. epigr.31.
——Det quam bene quærit
Supra quod fieri nil, Mariane, potest.

Geminorum sideris in cœlo explicatio, num occidente altero, alterum exoriatur.

CAPVT XVI.

A VNVM ex 12. Zodiaci signis sunt Gemini, & fabulosis Poëtarum portentis Astrologi ferè omnes Castorem esse, ac Pollucem scribunt, quos præcipuè à Cephalensibus cultos, & magnos Deos appellatos Paus. tradit in Att. id est, lib. 1. & Deorum Samothracum nomine Nigidius, & Varro quorũdam opinione acceperunt: quod ego falsum puto, vt postea reperi in Iusti Lipsij notis ad 2. lib. Annal. Taciti, confirmatum, Aliud Macrobio docente lib. 2. Saturn. cap. 4. ex iisdem, & Cassio Hemina, aliisque, quibus placuit Samothracas Deos esse Penates: licet Diod. Siculus lib. 5. priorem sententiam confirmet. Vide multa, & præclara apud Giraldum Syntag. 15. de Samothrac. hist. Deorum, de Geminis lib. 5. & Natale lib. Mythol. 8. cap. 9.

Germ. Cæsar in comment. Arati producit aliorum opinionem, existimantium signum hoc Geminorum esse Zetum, & Amphionem: nam & Lyram vnus, Zonam alter habet, quos mendosè Discoros Helenæ fratres ἀδελφιδοῦς appel-B latos Hesychius adnotauit. lib. sui poët. Astron. 2. Hyginus narrat alios existimauisse Geminos Apollinem esse, atque Herculem: alios Triptolemum, & Iasionam, quos vnicè amauit Ceres: vt omittam, quę de vario Dioscurorum genere lib. 3. de Nat. Deorum Cicero litteris consignauit.

Illud mirum quod Hyginus tradit ex Hom. sententia Pollucem fratri Castori concessisse dimidiam vitam: itaque alternis diebus eorum quemque lucere; & Germanicus post enarratam fabulam adiungit, nam & horum stellæ ita se habent, vt occidente vna, oriatur altera. Homeri locus est Vlix. 11. Et Ledam vidi Tyndarei vxorem, quæ ex Tyndareo strenuè sapientes genuit liberos, Castoremque equorum domitorem, &
C pugillatu præstantem Pollucem, quos ambos viuos continet, naturæ vitam præbens terra, qui & sub terra honorem à Ioue habentes, Alias viuunt per vices renascentes, alias moriuntur rursus, honorem verò cum Diis parem sunt assecuti: A quam etiam fabulam longa oratione oda Nem. 10. descripsit Pindarus, altè, vt solet, Thezum Viij filium pugilem celebrans, & in ea quantum ab Homero discrepet Græcus Schol. obseruat. Virg. breuissimè & elegantissimè 6. Aen.
Si fratrem Pollux alterna morte redemit,
Itque, reditque viam toties——

Et Pind. ad Pyth. 11. & Nem. 10. Et Castorem fortem, teq; Rex Pollux filii Deorum, alternis diebus, sedes Therapaes habitantes, & intra Olympum. B Hinc alternũ vocat Castora Mart. lib. 10.
Sidera iam Tyrius Phryxei respicit agni
Taurus, & alternum Castora fugit hiems.
Apollod. 3. Bibl. historicè rem persequitur; ex Le- D dæ vero liberis Castor quidem rem bellicam exercuit, Pugillatum Pollux, & propter fortitudinem ambo vocati fuerunt Dioscuri, Iouis filij, siue Pueri. quod de alterna istorũ morte fingunt Poëtę, Ouid. extremo 5. Fast. lib. argutè hanc fraternam caritatem narrans, cecinit.
Iamq; tibi Pollux cælum sublime patebat,
Cum mea dixisti percipe verba pater.
Quod mihi das vni cœlum, partire duobus
Dimidium toto munere maius erit.
Dixit, & alterna fratrem statione recepit,
Vtile sollicitæ sidus vtrumque rati.
Seruius ita interpretatur, quòd horum stellæ ita se habeant, vt occidente vna, oriatur altera, quæ & communis est vulgi Astrologorum opinio: & hoc esse aio, quod mirari debeamus, cùm & Phęnomena siderum, & vniuersa Astrologia doceat simul apparere Geminos, simulq; occidere, apparent autem iacentes, occiduut directi à pedibus, inquit Hyginus lib. 3. de signis cœlestibus, qui Cancro est proximus, vt ait idem, habet stel- E lam in capite claram vnam, & qui Tripus appellatur, vt ait Germanicus: prior etiam, id est, Castor similiter, & Macrob. lib. 1. in somnium Scipionis, Gemini, inquit, post Tauri mensem non videntur, quòd in eos solem migrasse significat. Post Geminos recedit in Cancrum, &c.

Nec tamen opinandum est rudes fuisse Poëtas Astrologiæ: certè rationem siderum eos percalluisse omninm fermè carmina demonstrant. Quamobrem vel dicendum est, vt ante me adnotauit eruditus scriptor Galeottus Martius capit. 35. lib. de doctr. promiscua, & ego ex allatis Hygini & Germanici verbis collegi, hæc finxisse Poëtas, id est, vt altero vinente alter moriatur, & contra: quoniam stellarum, quæ Gemini dicuntur, hic in cœlo est situs, vt vna priusquam altera emergat ab Oriente sole, quo tempore illa dicitur viuere, vt occidere, ac mori, quæ nondum emersit.

Pollucis exempli caussa stella mane citius ap- G parebit, ecce tibi vnius fratris vitam, quæ nondum apparet, mortua, videlicet stella dicitur, en alterius mortem fratris. Contra cum vesperi iter versus Occidentem solem habeant, quæ prius sese ostendit, prius etiam se abdit, & mori dicitur; viuere illa, quæ posterius emersit, cum posterius etiam se abdat, & quasi moriatur: ita singulis diebus oriuntur, & occiduut: atque hæc est caussa, cur iacentes oriri dicantur, id est, ab occasu emergere, pedibus rectis occidere: nam si recti orirentur Gemini, non efficerent hanc, vt sic dicam, apparentię vicissitudinem: hine Eustathius

in citatoa Homeri versus negat sie ἑτερημερίους ac-
cipi, vt ortu, atque occasu separatim alterno de-
fungantur; sed quod simul ambo vicissim nunc
oriantur, nunc occidant: nec duo vniuersi He-
misphæria Dioscurorum nomine accipienda ex
Apostatæ Iuliani sententia.
G Vel affirmandum, quod minus placet, Casto-
rem, & Pollucem non esse Geminos propriè, ac
sidera, licet à Poëtis ad hoc sydus indicandum
translati fuerint: sed ignitos quosdam vapores,
qui subinde in aëre se post magnas procellas de-
monstrent futuræ serenitatis argumentum, qui
quidem ferè sibi mutuò succedant. Xenophanes
certè auctore lib. 2. de Plac. Philosoph. Plut. cap.
18. si modo Plutarchus est, stellas quæ in summis
nauibus visuntur, esse nubeculas putauit, quę ad
certum quendam motum se lucidas ostendunt.
Metrodorus autem scintillas, quæ ex eorum o-
culis emicant, qui cum pauore, & consternatio-
ne quidpiam cernunt.
A Xenophane non dissentit Plinius lib. 2. ca-
pite 37. ita scribens, Vidi nocturnis militum vi-
giliis inhærere pilis pro vallo fulgurum effigies:
eæ & antennis nauigantium, aliisque nauium
partibus, ceu vocali quodam sono insistunt, vt
volucres sedem ex sede mutantes, graues, cum
H solitariæ venere, mergentesque nauigia; & si in
cariuæ ima deciderint, exurentes: geminæ au-
tem salutares, & prosperi cursus prænunciç: qua-
rum aduentu fugari diram illam, ac minacem,
appellatamque Helenam ferunt, & ob id Pollu-
ci, & Castori id numen assignant, eosque in ma-
ri Deos inuocant. Hominum quoque capita ve-
spertinis horis magno præsagio circumfulgent;
omnia incerta ratione, & in naturæ maiestate
abdita.
Certior est Macrobij ratio, quam his verbis
1. Saturn. lib. cap. 21. expressit. Gemini autem, qui
I alternis mortibus viuere creduntur, quid aliud,
nisi solem vnum, eundemque significant, modo
descendẽtem in ima mundi, modo in summam
altitudinem resurgentem?
Iam qui vapor est, prognosticum tempestatis,
appellatur Helena, non aliam ob caussam, quam
quod illa, maximorum auctor malorum & semi-
narium fuit: quod decenne indicat Troianum
bellum: qui verò serenitatem portendit, duo fra-
tres Castor, & Pollux finguntur, quod illorum
semper studium fuit hominibus prodesse.
Ab infausto tamen Helenę signo Castorem, &
Pollucem vt nauigantibus infestos non disiun-
git Fulgentius 2. Mythol. lib. in Cycno, & Leda,
& Porph. in Horat. ita scribens. Constat hodie in-
ter nautas Castoris, & Pollucis stellas, plerumq;
nauibus infestas esse, & communis efficit mor-
tuorum natura Heroum, siue de ipsis veterũ exi-
stimatio, quòd læderẽt potius, & iniuriam, dam-
K numque adferrent, eum & viui rapinas, & cædes
consectarentur: Quare in eorum classe Diuorum
collocabantur ab eis quorum princeps, & caput
erat Veiouis: apparet ex 3. lib. Pauf. & 6 exempla
producentis, Cleomenis, Protesilai, Taraxippi.
ex Philostr. in Heroicis, dum verba facit de Neo-
ptolemo, cui' patris Achillis manes laceratione
delectabantur puellarum: ex Athen. initio lib. 11.
vniuersè, vt ex Suid. & Glossographo Arist. Aui-
bus quorum prior χαλεπούς, καὶ πλήκτας, hoc est,
molestos, & percussores, medius ἑτοίμους μᾶλλον κα-
κῶν, ἢ εὐεργετεῖν promtiores ad perniciem, quàm ad
beneficium: Tertius δυσόργους, καὶ χαλεποὺς τοῖς ἐμπε-
λάζουσι nominat ex Menandri contentiosis; id est,
iracundos, & crudeles accedentibus ad eos, vt L
ignorasse videãtur quod Plinius scripserit, quòd
omnes vno orẽ cecinerint Poëtæ.
Propterea Catullus Phaselum suam Castori-
bus eleganti epigrammate dedicat; & Horatius
Oda 3. 1. carm. Fratres Helenæ lucida sidera vo-
cauit; & Oda 12. quorum simul, inquit, alba nau-
tis stella refulsit: & Oda 10. Epodon, Sidus ami-
cum nominat, & Oda 8. lib. 4.

Tyndaridæ sidus ab infimis
Quassas eripiunt æquoribus rates.

Valerius Flaccus lib. 1. Argon. canens quod lege-
rat iam ab Orpheo, atque Apollonio decanta-
tum lyra personuisse Orpheum in ingenti pro-
cella, & vota fecisse. mox placato mari igneum
supersedisse Castoris, ac Pollucis capitibus splẽ-
dorem.

Dixit & ingenti flammantem nubila sulco M
Direxit per inane facem, quæ puppe propinqua
In bifidum discessit iter, fratresq; petunt
Tyndareos placida, & mediis in frontibus hæsit,
Protinus amborum, lumenq; innoxia fudit,
Purpureum, miseris olim implorabile nautis.

Et Papinius lib. 3.

—Proferte benigna
Sidera, & antennæ gemino considite cornu
Oebalij fratres longè nimbosa sororis
Astra fugate, precor, totoq; excludite cælo.

Claud. contra Gild.

—cæca sub nocte vocati
Naufraga Ledæi sustentant vela Lacones,

Quod verò idem lib. Sil. 4. canit.

Signa frenata moderatus aula N
Castore dextro.

Non ad stellam mihi videtur allusisse, sed ad i-
psum Castorem, qui peritissimus fuit eques, vt
dextrum Herculem Persius dixit, Satyr. 2. Ad
Gręcos venio, qui latinis consentiunt. Homerus
hymno εἰς Διοσκούρους, seruatores peperit pueros
terrestrium hominum, statim verò furentium
ventorum, sedarunt procellas, vndasque strauε-
runt albi maris in pelagis, Nautis signa bona la-
boris ipsorum illi autem videntes, lætati sunt,
& cessarunt à misero labore. C Et Theocritus
Idyll. 23.

Sed tamen vosq; & ex profundo trahitis naues
Cum ipsi nautæ putent se morituros
Moxq; desinunt venti, mollis vero tranquillitas
Per mare, nubes vero discurrunt alio aliæ.

Qui

O *Qui serenitatem post bibernum imbrem in domum*
tuam beatam
Coruscare facit.
Pynd.Od.5.Pyth. E & sub præstitum titulo ipso-
rum visebatut apnd Erasinum fluuinm templũ,
vt ait Corinth. Paus. siue lib.2. Cum tamen Ore-
ste salutarem esse cum fratribus Helenæ stellam
Euripides scribat, apud quem Apollo de raptu
Helenæ loquens in cælites translata, cum enim
sit Ioue nata, decet ipsam vinere immortalem, &
cum Castore & Polluce In ætheris plagis consi
dere nantis salutarem. F Quòd apertè Statius
Theb. falsum indicat, quod aliorum est com-
mnne, lib.7. canens.
——Cum iam damnata sororis
Igne Therapnæi fugerunt carbasa fratres.
Quanquam alia est lectio;
Ignem Tanarij sustentant.
Solinus cap.4. tradit signum esse salutare, qnòd
sidus auertit Helenę perniciosissimum nauigan-
tibus. Et confirmat Orpheus in Argon. qni prius
Flacco cecinerat, qnod ex co paulò antè retuli.
P & lib. rerum antiq.5. c.3. narrat Diod. Orpheum
tempestate cum cæteris argonautis conflicta-
tum Diis Samothracibus vota fecisse, ac tempe-
statem mox cessasse, cum duo astra super Pollu-
cis, & Castoris capita constitissent. Assentitur
Hyginus lib.2. Astron. poët.

Dedit his duobus frattibns Neptunns pote-
statem Naufragis salnti esse. Germanicus Cæsar.
Quos Iupiter vtrosque cœlo intulit, sideribnsq;
Geminos nominauit, qui salutares sunt appel-
lati: & ex Nigidio, Tyndaridas Geminorum ho-
nore decoratos, quòd Principes pacationis dl-
cantur, qnòd mare totnm prædonibus, malefi-
cisq́ne pacatum reddidissent, & qno in tempore
naulganerint eum Iasone, atque Hercule ad pel-
lem inauratam anferendam, mnltis laboribus,
tempestatibusq́ne conflictati periculorum, at-
que animorum experti impendia laboribus li-
Q berari stnduerunt: atque cum à Ione essent elati,
petierunt à Patre, vt sibi in eo cœli loco consti-
tui daret, vnde mortalibus auxiliantes prospl-
cere possent: quamobrem eis concessum est im-
mortali memoria, locoq́ue constitui, & pleris-
qne mortalibus anxiliantes, sui conspectus gra-
tiam præbent.

Seneca lib. nat. qnæst.1. cap.1. in magna tem-
pestate apparent qnasi stellæ velo insidentes, ad-
iuuari se tunc periclitanres existimanr Pollucis,
& Castoris numine: Caussa autem melioris spei
est, quòd iam apparet frangi tempestatem & de-
sinere ventos. Quomodo ergo nauigantibus in-
festi Fulgentio, & Porphyrioni? Conciliantur
tamen cum sententia communi his Artemidori
verbis lib.2. de somniis. In somniis Dioscuri na-
uigantibus biemes, & tempestates significant,
R quæ citò tamen in melius mutentur; nam salu-
tares sunt, id est, σωτῆρες. Ignes & fulgores marini,
vt ait vninersè, 1.lib. aduer. Gent. Arnob.

Et tu Fulgenti, vt ad allegoriam torqueas, hæc
falsò scribes? Ex ouo Ledæ generantur tres, Ca
stor, Pollux, & Helenà, nihilominus seminarium
scandali, & discordiæ. Et geminum luctum con-
cussit adnltera mundo. Castorem verò, & Polln
cem quasi in modum perditionis ponunt, vnde
& in mari castornm signa dixerunt, qnæ pericu-
lum creant (ô imperitiam) nam ob hanc rem e-
tiam ambos alternatim resurgere, atque occide-
re dicunt, quòd superbia nonnunquam vincat,
nonnnnquam occidat, & ὑπερηφανία superbia
græcè dicitur, sed ὑπερηφανία propriè super appa- S
ritio dicitur. Idem (in Ixione argutè, qui plus
quærit, qnàm liceat esse, minus erit quàm est)
quia in istis duobus signis, quæ eorum vocabu-
lo fratrum nuncupauere, vnus superappareat,
alter vergat: sicut Lucifer, & Antifer. Nam græce
Pollux ἀπὸ τοῦ ἀπόλλειν, id est, à perdendo, & Ca-
stor qnasi κακὸν ἔσχατον, id est, malum extremum. ô
contortam etymologiam.

Quanquam & alia ratio conciliandi tam mul-
tos inter se discordes scriptores, & qnidem du-
plex. Prior: quòd castores non essent eorum
splendorum auctores, qui secundam nauigatio-
nem portendebant, aut prædicebant serenita
tem, sed quòd ex ipsorum nomlne appellaren-
tur, vt Orpheus & Apoll. in Argonautis cecinis- T
se videntur, cnm narrant Argonautis imminen-
te dira tempestate maris, votis pro omnium sa-
lnte ab Orpheo factis Diuis, qni Samothraces
nominantnr, duplicem ignem stellarnm instar
supra capita stetisse Castoris & Pollucis, moxq;
quleuisse procellam. expressit hoc Valerius Flac-
cus libro eiusdem inscriptionis citatis infra ver-
sibus.

Posterior qnod Castores à multis Diui Samo-
thraces putati fuerunt, qui alioqul sunt beni-
gni, & placidi: quod mihi minimè probarur, qui
sciam alios fuisse Samothraces.

Nec vera est Beroaldi sententia, qni 10. Apul.
Asini libri solum Fulgentium affirmat pro ma-
leficis habnisse Castorem, & Pollucem signis:
apparet ex anctoribus, quos produximus. Cnr
autem dno salutares essenr, Helena diri ominis
caussa, vt in eiusmodi re, satis probabiles reddit
canssas Franciscus Vicecomerc, nobilis philoso- V
phus in Meteora Aristot. quanquam Lucianus
dialog. qui εὐχαὶ inscribitur alterum ex his pro
fausto, ac prospero iudicat babirnm; alternm
non item, vt tertiam hinc elicias de his signis o-
pinationem. Præclarè verò ex hac dnorum fra-
trum fabula in alios duos fratres libro epigram-
matum primo 93. & libro 9. epigr.52. Martialis
lusit.

Quod semper superos inuito fratre rogasti,
Hoc, Lucane, tibi contigit ante mori.
Inuidet ille tibi, stygias nam Tullus ad vndas
Optabat, quamuis sit minor, ire prior.
Tu colis elysios, nemorisq́ habitator amani.
Esse tuo primum non siue fratre cupis,

Et si tam nitidus alternus venit ab astris
Pro Polluce, mones Castora, ne redeat.

Lib. item 9. epigr. 166. hoc est extremo, in Geminos item fratres. Nec dissimiliter solitus erat de se dicere Alcibiades, quòd Dioscurorum degeret vitam, in singulos dies, mortuusque, & redivivus: cum enim secundus ei populi est fauor, tum verò par sibi videtur Diis esse: eum vero amitteret, à mortuis distare nihil. Quod Claudius Ael. scribit lib. 3. var. hist. cap. 38.

Neque silentio inuoluam quod ante me obseruauit Adr. Turnebus certè prior suos libros edidit lib. aduers. 15. cap. 18. Castorum nomine vtrumq; fratrem vocatum: auctores habeo Trebellium in Valeriano. Cum imperatorias litteras in æde Castorum Senatus haberetur, Iulium Capit. in Maximinis. Cum ventum esset in ædem Castorum Arnob. contra Gent. lib. 1 Tyndaridæ Castores, vnus equos domirare consuetus, alter pugillator bonus: vt templum Castorum pulcherrimum Pauſ. lib. 1. hoc est in Att. & Athen. lib. 5. cap. 11. commemorat.

Ὄψον & ἑρμαῖα voces rectè conuersas à veteri Strab. interprete: & quid Hermæ sint explicatum.

CAPVT XVII.

A VEras sunt extremo Georg. lib. Strab. Auctor est Aristobulus nullum piscē ex mari in Nilum ascendere præter Mugilem, Alosam, ac Delphinum propter Crocodilos. In margine imperitus nescio quis adnotauit, non corrector, sed deprauator, errore factum, vt in codice Græco legatur ὄψον, cum legi debeat ἰχθύν: quasi vox ὄψον non plerumque apud Græcos significet piscem: quam rem aliquando me Romæ cum Ioan. Petro Perpiniano nostri Sodalitij eloquentissimo, & optimo viro tractasse recordor, cum ille 6. Euangelij secundum Ioannem caput interpretaretur: nam vbi Græcè habetur, ἔστι παιδάριον ἓν ὧδε, ὃ ἔχει πέντε ἄρτους κριθίνους, καὶ δύο ὀψάρια. mox καὶ ἐκ τῶν ὀψαρίων latinè redditum, & quidem optimè, duos pisciculos seu pisces, qua etiam voce vtitur bis, terue in postremo capite.

Sed & bonus Auctor Athen. lib. 6. atque Eust. in Homer. variis scriptorum testimoniis probat hunc morem, & hanc notionem, & ipse Strabo lib. 14. de Iasso Inquens ὀψοπωλίαν piscium vendi-
B tionem vocat: & cum eam insulam abundare piscibus narrat εὔοψον dicit: & gulosos homines, seu qui in piscium foro versantur Athen. lib. 1. cap. 7. vocat ὀψοφόρους: & alij eos, qui præ cæteris piscibus delectantur, φιλόψους, & ὀψοφάγους. Cur ita? explicat Plutarch. in Sympos 4. Probl. 4. & Athen. lib. 7. quod inter omnes cibos vicit piscis, vt cibi nomine per excellentiam diceretur, quòd virtute superet alios cibos.

Itaque Amphis Comicus insanum eum nominat, qui alios cibos sibi comparat cum pisces possit, qui emit obsonium, cum ei licet veris frui piscibus, cupit emere radiculas, insanit: A Dicerem hos fuisse domo Rhodios: cum peculiarem hanc fuisse Rhodiorum opinionem Ael. scribat cap. 28. lib. 1. var. hist. vt pro liberali, & ingenuo haberent, quibus pisces deliciæ essent; pro agrestibus, & voracibus, qui carnes amarent: Ego vero opinionem vobis commemorabo Rhodio- C
rum, aiunt in Rhodo eum, qui pisces habet in deliciis, & illos admiratur, etiam si sit aliorum ciborum voracissimus, vt liberalem à popularibus commēdari: at verò propensum ad carnium esum, vt molestum, atque gulosum calumniis onerare: Rectè ne verò hi, aut illi faciant, necne, supersedeo inuestigare. At in re clara sum nimius vt fortasse in sequenti.

Nec taceo obseruationem Eustathij, in 3. Vlix. Hom. li. ad illud: Ὄψα τε οἷα ἔδουσι διοτρεφέες βασιλῆες. Existimantis, ac si Athen. hoc doceret, non ὄψον, sed ὀψάριον diminutiuè accipi pro pisce. Athen. tamen li. 7 ὄψον vocari tradit quidquid ad cibum igne paratur vel quòd ἕψεται, id. elixatur: vel à verbo ὀπτᾶσθαι, quia assatur. Idem in Iliad. lib. 11. scribens docuerat: sed allata exempla ὄψον pro pisce item sumi demonstrauit: propriè verò opson esse, siue opsonium eodem Vlix. libro exponit condimenta ciborum, seu delicatiores cibos, siue quod in serum tempus mensis inferrētur, aut cum ab opere cessauissent mortales, siue quod sero inuenti delicatiores hi cibi post veterem glandium, & frugum vsum. B Eiusdem Strab. hæc D
oratio postremo item lib. de Phylis. quam non malè fecit hoc modo latinam vetus Interpres, Nos Phylas ex Syene plaustro venimus per campum valde planum centum stadiorum spatio: per totam ferè viam videre erat vtrinque multis in locis quasi scopulos petram arduam rotundam, politam.

Hic ille, paulo ante à me reprehensus, quicunque est, de via plane declinans, ad vocē scopulos in margine adscribit ἑρμαῖα est in Græcis quod ego planè non intelligo, quasi minus rectè scopulos versum suspicaretur. Quando igitur tam facile inscitiam profitetur suam, non tam à me E
docendus est, quàm à veteribus Grammaticis. Ergo præterquam quòd ἑρμαῖον, & ἑρμαῖος λόφος voces sunt optimis vsitatæ scriptoribus, Platoni, Thucydidi, Theophrasto, aliisq; docet Homeri Scholiographus Vlix. 17. tumulum lapidum in viis. Et apud Aristoph. Auib. ἕρμα inuenitur ἀντὶ τοῦ λίθου, & apud alios.

Hesych. Hermæus tumulus, inquit, aceruos lapidum in viis factos in honorem Dei præsidis viarum. C confirmatus à Pauſ. in Attic. & in Cor. hoc est li. 1. & 2. extremis. Signum quoddam Veneris quadratū commemorante, cuiusmodi, inquit, esse solent Hermæ, & erecti sunt pro terminis lapidei Hermę, à quibus regiunculę nomen.

Nicandri Interpres ἕρμακας exponit, Eustath. & Hesych. scopulum in mari, aut saxum, & fulcimentum saxeum, & fluctibus coopertum, vt nõ conspiciatur. Demosth. Interpres in orat. contra
F Leptinẽ, ligna, aut lapides quadratos habentes faciem Mercurij superstantem, infra verò in latitudine, epigrammata, siue inscriptiones.

Itaque apparet Strabonem per ὁμοίως loqui cum dicit, ὥσπερ ἑρμαῖα. quoniam vocis istius vsus ad significandum lapidum cumulum, siue scopulum hinc videtur acceptus, quòd in viis prisci illi lapidum aceruos Mercurio statuerent, ac dicarent: ex quo illud, qua Dij vocant eundum, de quo illustre extat Alciati emblema:

In triuio mons est lapidum, super eminet illi,
Trunca Dei effigies pectore facta tenus.
Mercurij est igitur tumulus, suspende viator
Serta Deo, rectum qui tibi monstrat iter.
Omnes in triuio sumus, atq; hoc tramite vitæ,
G *Fallimur, ostendat ni Deus ipse viam.*

Atque hæc caussa est, cur in Att. Paus. hoc est, ii. 1. mutilos primum Mercurios ab Atheniensibus cultos prodat, & 1. suo Dialogo, id est, Hipparcho Plato narrat Pisistrati filium Hipparchum doctum, ac sapientem virum, & sapientum amicissimum, in singulis vrbis triuiis, ac tribubus statuisse columnas; in quarum sinistra parte inscriptũ epigramma Mercurij nomine ciues monens; & lib. 6. Thucyd. commemorat, Athenis quosdam noctu horum Mercutiorum facies deformasse, aliaque membra. Interea quicunque lapidei Hermæ intra Vrbem erant, sunt autem Hermæ ex domestica consuetudine opus quadratum, & ij permulti, tam in priuatarum ędium vestibulis, quàm in sacrarum, eadem nocte circumcisi sunt ex maxima parte, circa ora. Cuius criminis postulatus fuit Alcibiades: & quod sce-
H lus qui commiserant nominati fuerunt ἑρμοκοπίδαι: declarat idem ex Paus. Schol. Thucyd. ceruices & verenda circumcidisse.

De horum autẽ ἑρμῶν περικοπῇ sermo est apud Andocidem de mysteriis: fuisse verò veritatis inconcussæ, & firmę rationis symbola, idẽ Schol. tradit: & hinc Arnob. lib. 6. contra Gent. Hermas ab Atheniens. fabricari solitos refert Alcibiadis ad corporis similitudinem, vt & in Protrept. Clemens, & Vlpianus in citatam Demosthenis orationem: Hi à quibusdam bifrontes: ἀμφιπρόσωποι à Greg. Naz. ad Nemesium dicuntur: à quibusdã tricipites pingebantur, ꝙ monet etymologus de his intelligendus Iuuen. Sat. 8.

I *—Truncoq; simillimus Hermæ:*

Et Philippus Macedo cum Athenienses comparabat τοῖς ἑρμαῖς, vt os quidẽ habentes, & verenda magna, talem significat in Aetna, non Virg. Sed Cornelius Seuerus, siue alius, cum ita canit:

—Et qualis aceruus
Exilit imparibus iactis ex tempore saxis,
Vt crebro introrsus spatio vacuata corymbos
Pendeat in sese.—

Hi fiebant acerui in triuiis, & quadriuiis ad Hermulas, id est, Mercurij statuas quadratas, iactis ex tempore lapidibus à prætereuntibus, q. Mercurio erant sacri; Vnde ἕρμακες dicti Isidoro in gloss. Mercurij lapidum congeries in cacumine montium, atque in itineribus, de quibus etiam Sibylla hæc pronunciauit: Et volatilia colitis, & repentes feras terræ, etiam apud vias lapidum cumulos veneramini. D

Notat Suid. in Arabia Martis coli simulacrum forma ingentis lapidis nigri, quadrati, informis, quatuor pedum altitudine, latitudine duorum: Dei Martis statua, lapis est niger quadratus, figura carens, altus pedibus quatuor, latus duo- K bus. superiacet basi auratæ: huic sacrificant, & profundunt sanguinem hostiarum, & hoc est ipsis fœdus; Domus tota est aurata, & donatia multa: Lucra item insperantibus obiecta, nominabant veteres ἕρμαια. quoniã viis, mercaturæ, & lucro Mercurius præesse putabatur: inde κοινὸς ἑρμῆς, cum q. vna iter cum aliis faciẽs boni aliquid in via reperisset, debet cum sociis cõmunicare.

Quo allusisse videtur Seneca Epist. 119. Quoties aliquid inueni, non expecto donec dicas, in cõmune: ipse mihi dico: Et Theophrastus emẽtitus, περὶ τῶν χαρακτήρων, cum insolentem, aut potius impudentem scurram describit, qui asses à seruis in via repertos, sibi etiam diuidi iubet, dictitans Mercurium debere esse communem.

Simiiles ex lapide congesti monticuli, qui pro L terminis erigebantur, vocantur ab auctoribus, qui de agris limitandis tractant, Scorpiones, ꝙ in metam desinerent: nam & Græcis Σκορπίος dicitur, quicquid in metam, & conum fastigiatum est, vt crinium tutulus in pueris; ἑρμαῖα item existimare possumus nominata, quasi ἕρματα, id est, fulcra ab ἑρμάζειν, quod est fulcire, tanquam ἐρείσματα: cuius elegantem notionẽ Chil. 4. Cent. 7. Prouerb. n. 5. recens prouerbiorum concinnator, & locupletator exponit, neque his, quæ verè scripsimus, putandus est repugnare Cyrill. cum ἕρμακα significare tradit λόφον, ac ἑρμαῖον Mercurial.

Sunt etiam ἕρματα Hom. Ilia. 14. aurium ornamenta, quæ item in mundo muliebri Pollux reponit, c. 13. lib. 7. Vide plura apud Eusta. in Hom. tum Iliad. tum Vlix. Iliad. 13. 14. 1. & 2. Vlix. 16.

Elegans Mandaneos Indorum Sophistæ, historiola: Calanin um cõmune nomen eorundem Sophistarum, mortem viam esse ad vitam ex Brachmanum sententia.

CAPVT XVIII.

INDORVM Sophistæ hominis mo- A desti, & sapientis grauis, & arguta natratio cõmemoranda. Hic Mandanis est, qui cum Calanum male-

dicum hominem,& in alios contumeliosum re-
dargueret corã classis Alexandri Præfecto One-
sicrito, valde cępit Alexandrũ laudare, q cum tot
sustineret. & tanta negotia regni tam ampli so-
lus, studio tamen Sapientiæ teneretur: Seq; vnũ
omninò confirmauit Alexandrũ vidisse, qui Phi-
losopharetur inter arma; Rem omnium vtilissi-
mam esse, si cum sapiant Reges, sapere etiã per-
suadeant volentibus, nolentes cogant. Ad eum
igitur cum Alexandri nuncij aliquando venis-
sent, referrentq; accersiri eum ad Iouis filiũ, pa-
renti quidẽ præmia pollicentes, repugnanti sup-
plicia minantes, libera & cõstanti oratione, cum
Alexandri fastũ retundens, cum animi sui virtu-
tem indicans, respondit; Neq; illum Iouis filiũ,
qui ne minimæ quidem parti terrarum imperet;
neq; se egere ipsius donis, cui nulla satietas: neq;
timere eius minas, cui vino sufficiat nutrix terra
Indica: Mortuus verò mutetur à carne consum-
B ta vi senectutis translatus in melioré & mundio-
rem vitã. Digna verò nõ Indo & Barbaro, sed aut
Græco, aut Romano, immo Christiano homine
vox, & iure ab Alexandro commendata.

Ad alterum transeo Indorum Sophistam, sed
indoctum, & barbarũ, vt M.Tullius vocat. Scur-
ram incontinentem verò & Alexandri mensarũ
seruum, vt Strab. lib. 15. ex quo superior traducta
historiola. Quærendũ num Calanus proprium
fuerit huius Sophistæ nomen, an verò professio-
C nis, ac studij pluribus commune.

M.Cicero lib. Tuscul. quæst. 2. Calanum fuisse
nomen proprium apertissimè tradit. Item Cha-
res in historia Alexandri Macedonis, Arben. lib.
Dipnosoph. 10. cap. 12. AEl. lib. 5. var. hist. cap. 6.
Strab. lib. Georg. 15. Sæpissimè Plut. in Alex. cum
nomen ipsius Indicè Sphinẽ fuisse docet, à Græ-
cis Καλανὸν appellatum, quòd ille ipsos hac voce
salutaret, καλὴ, quod Græcis est χαίρειν, & Philo Iu-
dæus clarissimè in eo libro, quo demõstrat om-
nem virum probũ liberum esse, hos consequun-
D tur minorum quasi Gentium scriptores Cæl.
Rhod. lib. antiq. lect. 18. c. 31. & Io. Brod. 1. Miscell.
lib. cap. 11. & qui ditissimum conscripsit Latinæ
linguæ thesaurum, quisquis ille fuit.

Non viri proprium, sed studij Commune no-
men fuisse putarunt Veteres duo Clearchus ab
Eusebio citatus lib. de præpar. Euang. 8. & ex
Clearchi testimonio Iosephus contra Apionem
libro 1. à quibus non dissentit Zonaras 1. τῶν χρο-
νικῶν το.

Ego libenter priori subscribo sententię, quòd
apud omnes legam Indorum Sapientes Brach-
manas, siue Gymnosophistas nuncupatos, Cala-
nos nunquam. Tametsi Brod. sui immemor in
Epigr. lib. 4. εἰς οἰκέτας βασιλέων, neget esse propriũ
hominis, affirmet professionis: agnoscit verò
Caranum, non Calanum. Citatur Suidas in
hac voce, ac si affirmet secundam hanc opinio-
E nem: Ego tamen priori assentiri arbitror: hæc
enim eius verba: Καλανὸς Ἰνδὸς, ἐκ τῶν Βραχμά-
νων, οὕτω δὲ πάντας σοφὸν οἱ Ἰνδοὶ προσαγορεύουσι: nam
illud οὕτω non ad καλανὸς, sed ad βραχμάνων refer-
tur.

Quod verè Plato asserebat; & ab eo doctus M.
Cicero scripsit, nostram hanc vitam mortem es-
se, mortem verò aditum ad veram, æternamque
vitam, Brachmanes Indorũ sapientes intellexe-
runt, authore Megasthene apud Strab. eodem
lib. scribente: Plures apud eos haberi de morte
sermones; existimare præsentem vitam, quasi
vigorem esse Conceptorum in vtero, mortem
vero ortum in veram vitam, felicem iis, qui rectè
fuerunt philosophati: oportere autem longa ex-
ercitatione vti ad præparationem mortis, apte,
& congruenter ad id quod S. Paulus sanctè ad F
Rom. commentatur, vitam hanc, tanquam vteri
esse gestationem; mortem tanquam partum: Sic
enim cap. 8. Omnis creatura ingemiscit, & par-
turit vsque adhuc. Et Romanis auctore Festo,
mors ipsa dicebatur abitio. Cur? quia morte
ad meliorem vitam iri censebant, & Græcis οἴχε- G
σθαι, quod abire significat, & pro interire, & mori
frequenter vsurpatur: Ita Lucr. lib. 3.

Deniq; sæpè hominem paulatim cernimus ire.
Et membratim vitalem deperdere sensum.

Et lib. 6.

—Neq; ab exitio possit reprehendere euntem.

Iidem Brachmanes in eo cum Græcis sapientio-
ribus senserunt; Genitum esse mundum, & ob-
noxium interitui & in circulum agi, & qui illum
administrat, & eius fabricator est, Deus, per vni
uersum progredi. De semine verò, deque anima
similia dicunt, aliaque plurima, sed implicant
fabulas: Addit homo Græcus, & εἰδωλοποιῶν, cum
res sint verissimæ, vt & Plato de incorruptibili
tate, inferno, iudiciis, & alia id genus: Certè sa-
pientiores Strabone, qui narrat, & Sophocle tra-
gœdiæ Principe, & plerisque aliis: hic enim Ele-
ctram facit sensum defunctis adimentẽ: qua in-
sipientior Plinius nullum beneficium tatus à
Diis datum homini maius, quam quod cuique
in manu est, cum velit è vita excedere; quod &
Seneca opinatus est: tametsi & animum super-
esse post mortem non negarit, & præmia bono-
rum, improborumque supplicia.

Num in rerum natura Busiris fuerit: num Platonem Xenopho nominat: Ciceronis loci duo emendati.

CAPVT XIX.

BVSIRIN illum immanissimum Ty- A
rannum, quem cœlitibus hospites
immolare solitum narrant, nemo est
bonorum scriptorum, qui eum verè

suis-

fuisse,& vixisse inter homines non credat. Apollod. 2. lib. Bibl. deeo multa egregie. Plutarch. item In Parall. n. 72. Herodotus lib. 2. absoluens ab inhumanis illis sacrificiis, & hominum mactatione: de quo lib. de illius malignitate Plut. eum redarguit: Hyginus quoque Fab. 31. & 56. & Virg. 3. Georg.

Aut illaudati nescit Busiridis aras?

Immo Isocrates, tanquam verum hominem, & bonum regem encomio illustrauit suo; & Diodor. Siculus lib. 2. rerum antiq. cap. 1. duos eius nominis fuisse Reges narrat In AEgypto: primum, post quem octo eius posteri regnarunt: & secundum, qui horum postremus fuit, qui & ciuitatem condidit magnam ab AEgyptiis Heliopolim nominatam, à Græcis Thebas. Materiam autem fabulandi solitum eum hospites ne- B care, ait, Græcis dedisse eiusdem lib. cap. 4. quòd antiqui illi Reges in more haberent homines Typhonis colore, id est, rufos, ad sepulchrum Osiridis mactare. Quæ de eo Poëtæ canunt, non nisi fabulam, vt credamus, efficiunt.

Vnus Eratosthenes apud Strab. lib. 17. negauit huiusmodi vnquam fuisse hominem: Vlterius in Busiritica præfectura est Busiris Ciuitas, & Cynospolis Auctor est Eratosthenes, communem Barbaris omnibus consuetudinem esse, vt hospites pellant. AEgyptios verò accusari: propterea quæ in fabulis de Busiride & Busiritica præfectura dicta sunt, volentibus posteris loci huius inhospitalitatem calumniari, cum per Ionem nullus Busiris nec Rex fuerit, neque Tyrannus.

Carissimos Socratis auditores, ac pene primos fuisse quis nescit Platonem & Xenophon- C tem? æmulos tamen fuisse, atque alterum alteri inuidisse falso ductus argumento scripsit Agell. lib. noct. Att. 14. cap. 3. quod nusquam in suis libris alter meminerit alterius, cum tamen locum indicet Laërtius 3. libro in vita Platonis, in quo Platonis iniicit Xenophon mentionem: Locus vero est 3. ἀπομνημ. lib. Hoc igitur tantum debemus Mureto, quòd Xenophontis verba retulerit, quæ Laërtius indicarat: obiter tamen, & per transennam appellat: tantum narrat cum Glauco Adolescens Remp. capesceret, eique minua ex sententia res succederent, ab eo munere abstractum à Socrate, quod ipsi benè vellet propter Charmidem, atque Platonem; in hoc certe humanior Platone, apud quem de Xenophonte, ne gry quidem.

Locus est Ciceronis 5. Philipp. ipse interea decem & septem dies, vt digestio potius, quàm declamatio videretur, de me in Tiburtino Scipionis declamitauit, sitim quærens: hæc enim ei caussa esse solet declamandi. Quæ ita putarunt D emendanda viri docti, & politi Ferrarius, Vbaldinus, Muretus: tollunt primum illa, vt digestio potius, quasi ab aliquo sciolo addita: illa verò sitim quærens, hæc enim, &c. vt superuacanea Ferrarius expungit, at Muretus non.

Quæ mihi correctio verborum minimè meo quidem iudicio deprauatorum ἐκ πόλεως θυμῷ, incorrupta enim esse demonstrant alij duo Ciceronis loci huic valde similes; Prior est 2. Philipp. hæc vt colligeres homo amentissimè tot dies in aliena villa declamasti? Quanquam tu quidem, vt tui familiarissimi dictitant, vini exhalandi, non acuendi ingenij caussa declamitas. Posterior est eiusdem penè sententiæ 2. epistol. libro 12. ad Cassium, ad quem paratus venerat, cum in Villa Metelli complures dies commentatus esset: quæ autem in lustris, & E in vino commentario potuit esse? Quod enim dixit 5. Philip. vt digestio potius, &c. in 2. dixit vini exhalandi, &c. Quod in 5. sitim quærens, &c. in epistola, quæ autem in vino, &c. Quare tot librorum consensum si complectar, duobus præsertim locis confirmatum non errabo.

Alter est Cicer. locus 2. epistol. libro ad Q. Fratrem epist. 9. vbi vox μουσοπάταγος in μουσοπάτακτος vertitur ab eruditis Lamb. & Man. Significat autem prior eum, qui musas resonet; Posterior à musis percussum, hoc est, earum furore percitum; vtraque mihi videtur aptè conuenire. Inuisa verecundia, rectè exponit Manutius, vbi alij infusa legunt; melius qui insulsa ἀντίλεκτον caussam varia. lect. lib. 6. cap. 6. Victor. ἀντίλεκτον vel potius ἀναντίλεκτον legit, iure, cui scilicet contradici non posit, vel rolli. Lambin. & Manu. ex Cod. Bessar. restituunt ἀντεισακτον, quasi aliunde importatam, quæ scilicet, si non fuisset, venissem, siue oppositam, & oblectam voluntati meæ, aut adductam contra voluntatem meam: de cuius vi vocabuli Vict. lib. 25. cap. 3. var. lect.

Mortuis non insultandum ex Homero disci, qui tamen Achillem suum mortuo insultasse inducit.

CAPVT XX.

HOc verò extremum est miseriarum A cum sis miser, habere qui tibi miserias obiiciat, quibus cõflictaris: quod si mors malorum omnium, quæ quidem caduca sunt, & fluxa, remedium est, iam esse desinis miser, & certissimum illud est crudelitatis plus, quam ferinæ argumentũ, cum sis mortuus, conari tamen onerare te iniuriis, & contumeliis vexare. quas non sentias, cum vlciscendi libidinem hostis tui mors expleuisse tuam debuisset; ab animi verè fortis, & magni virtute

longis-

longiſsimè abeſt. Hoc præſtantiſsimus Græcorum Poëta Homerus, intellexit Vlixem fingens, vt virum fortem, & magnanimum procorũ interitu contentum, aliud vindictæ genus non expetiiſſe, dicentem illo verſu Vlix. 20.

Οὐχ ὁσίη κταμένοισιν ἐπ' ἀνδράσιν εὐχετάασθαι,

Non eſt pietas contra occiſos viros gloriari. Et Agamemnonis hæc virtus fuit ab eodem Ilia. 7. decantata, illo verſu:

B *Οὐ γάρ τις φειδὼ νεκύων κατατεθνηώτων γίνεται, &c.*

Ex quo accepit Maximus Latinorum Poëta, AEneid. 11.

Nullum cum victis certamen, & æthere caſsis.

Nam & propterea Tireſias apud Soph. Antigona Creontem Regem præclare hortatur, caput humari, vt ſinat occiſi Polynicis. Sed cede mortuo, nec perditum punge; quæ fortitudo rurſus occidere mortuum? Indicat Poëta ſapiens duplicem mortem, cum vita ſpoliaris, in cadauer eſſe acerbum, & in Electra id ipſum monet; neque enim mortuo & inſultare te decet: & Barbaricum hoc vitium eſt; & Barbarico fuit animo Aegineta Lampo Pythei filius, cum perſuadere conaretur Pauſaniæ Cleombroti filio, vt quemadmodum Mardonius Leonidæ Spartani
C ad Thermopylas cæſi, caput ligno ſuffixerat: ſic ipſe Mardonij Cadauer, ad Platæas necati ſuffigeret; & hanc eſſe barbariem humaniſsimus reſpondit Pauſanias, adiungens tam crudeli facto labem aſpergi honori, & gloriæ patriæ ſuæ, lib. 9. apud Herod. Mihi ſat eſt eum, qui Spartiatis velit placere, pia quidem facere, pia etiam dicere: vt iure Xerxes ſub finem libri huius cauſſa ſæuitiæ ab eodem reprehendatur: & peſsimè audiuit Cyri filius Cambyſes, qui in Vrbe Sai, ac domo Amaſis Regis AEgypti iam defuncti, & ſepulti cadauer ipſius imperauit flagris cædi, vellicari, ſtimulis pungi, omni genere contumeliæ vexari, vt idem eſt auctor lib. 3. Quare ad illud Iliad. 4. Euſt. *A*

Tunc aliquis tua buſta videns de gente ſuperba
Troiadum ſic inſultans fortaſſe loquetur.

Vim iſtius participij ἐπιθρῴσκων, declarans, hoc eſt, tumulo mortui inſultans: videtur enim improbis placere, hoc, vt inſiliant, & inſcendant in
D corpora hoſtium mortuorum, ſic etiã in ſepulchra. Et Plato lib. 5. de Rep. ne mortuum quidẽ ſpoliari patitur, ſanè, generosè, & piè: Nonne illiberale videtur, & ſordidæ auaritię cadauer ſpoliare? & muliebris, ac parui animi corpus mortui pro hoſte habere? cum iam hoſtis euolarit, eo relicto inſtrumento, quo pugnabat: putes ne aliud facere, qui ſic animati ſunt, quam canes, qui excandeſcunt aduerſus iactos lapides, ne attingentes quidem iacientem? Inde Q. Calaber lib. παραλειπομένων. 9. Ira ſequitur, precatus mortuos comburere, illis verò perſuaſum eſt, veriti occiſos, vt alio ante lib. cecinerat, non enim cõſumtis ineſt ira, ſed miſerandi, cum hoſtes non ſint amplius, cum ab eis animus receſſerit. *B* ip-

etiam 2. Rhetor. lib. tractauit Ariſt. negans mortuis iraſci viros, & lib. de virtute in hac aduerſus E
mortuos reuerentia, poſitam eſſe non minimam iuſtitiæ partem affirmat: quos item Plut. in conſol. ad Apoll. magna veneratione habitos, eoſque καὶ τὸ βλασφημεῖν οὐχ ὅσιον putatum. Atq; vt Leo mortuæ animantis carnes non attingit: Sic enim Schol. in illud Hom. Iliad. 18.

Ὡς δ' ἀπὸ σώματος οὔ τι λέοντ' αἴθωνα δύναντο.

Mortuum enim à Leone non attingi fama eſt: Sic animi eſt Leonini, hoc eſt, generoſi, honori parcere defunctorum: Prudenter ergò magno ingenio, & excellenti arte Italus Poëta Torq. Taſſus lib. Hieroſolymæ liberatæ 19. Tancredum fingit Argantis ab ſe occiſi honorare cadauer, & ſepulturæ mandare.

Diſſe Tancredi allora, adunque reſta
Il valoroſo Argante à i corui preda?
Ah per Dio non ſi laſci, e non ſi frodi
O della ſepultura, o' ; delle lodi F
Neſſuna à me col buſto eſſangue, e muto:

Hic Virgilium imitatur:

Riman' piu guerra, egli mori qual forte,
Ond' a ragion' gl' è quell' honor deuuto
Che ſolo in terra auanzo è della morte:
Coſi da molti riceuendo aiuto,
Iach il nimico ſuo dietro ſi porte, &c.

Quam ergo rationem inibimus Homeri defendendi, qui Achillem ſuum illum Græcorum heroum fortiſsimum, ac præſtantiſsimum facit indignè, ac diriter Hectoris aduerſarij cadauer ſub Troianorum oculis raptantem curru. lib. Ilia. 22. nec quem Diui miſerantur, miſeratur ipſe, vt lib. poſtr. Iliad. canit, & Græcum militem eidem plagas infligentem, inſultantemque eodem libro 22.

Accurrunt alij Danaum, mirantur & oris
Hectoreæ ſpeciem, mirantur, & indolis alta
Virtutem extinctam—
Tum certatim hoſtis corpus contingere gaudent. C G

Hoc plane eſt belluam eſſe, & quidem feram, vel certè extremæ eſt timiditatis, & animi humilitatis argumentum, vt neſcio quis poſteriorũ Græcorum in Anthol. lib. 1. tit. 5. in fortes. epigram. pulchrè luſit, hoc eſt, vt iuuenis aliquando verti.

Poſt mortem euge meum imbelles iactate Cadauer
Et lepores functi diuexant membra Leonis. D

Leoni Hectorem, Græcus leporibus iure conferens. Nec dubito quin ad AEſopicam reſpexerit Apologum, Leporum videlicet cadaueris Leonini pellem vellentium: Sic enim & mus vellere mortuo Leoni barbam poteſt, vt Epigram. 88. lib. 10. loquitur Martialis, obſceniore licet ſententia. Et quidem Homerum Cicero 1. Tuſcul. quæſtio. libr. reprehendit: Trahit Hectorem, inquit, ad currum religatum Achilles; lacerari H
eum & ſentire, credo, putat. Ergo hic vlciſcitur, vt quidem ſibi videtur. At illa ſicut acerbiſsi-

mam rem mœret. Vidi videre quod me passa ægerrimè, curru Hectorem quadrilugo raptarier. Quem Hectorem? aut quamdiu ille erit Hector? Laudat, & præfert Accium. Melius, inquit, Accius, & aliquando sapiens Achilles: immo enimuero corpus Priamo reddidi, Hectorem abstuli. Non igitur Hectora traxisti. sed Corpus quod fuerat Hectoris. Atque hoc summum esse iniustitiæ genus demonstrari ex Philosophia potest, & eos Plutarch. lib. de sera num. vind. iustius facere putat, qui in Parentis iam mortui liberos sæuiunt, quàm qui in cadauer. Sunt enim, inquit, aliquid Patris liberi, at cadaueris, siue mutę animantis, siue hominis materia non est eadem, sed specie differens, vt forma, plus quàm specie.

Hoc sanè docet Aristotel. extremo 4. Meteor. eandem viuentis, & mortui animalis, nec materiam neque carnem esse: atque idcirco iuris prudentes vsum fructum extingui pecore mortuo tradunt, cum proprietas Domino pecoris relin-
I quatur: nam λείψανα eius sunt l. penult. quibus vsusfructus mort. amitt. l. si seruus §. Bon. de cond. furt. l. solum §. 1. de rei vend. Item, non cui debitum fuit pecus, ei etiam λείψανα deberi l. quid ergo §. si heres de leg. 1. l. mortuo de leg. 2. quia pecus interiit totum: nam nec eadem forma pecoris mortui, quæ viuentis; nec materis, vel caro eadem.

Sic definiunt in rebus inanimis vt Scyphis: v. g. si Scyphorum vsus fructus legetur, deinde massa fiat, vsus fructus non debetur: quod si ex massa iterum Scyphi fiant, neque vsus fructus debetur, quia noui Scyphi sunt, non illi, quorum legatus est vsusfructus: diuersum tamen esse notant in proprietate debita. & in adquisita: nam in illa Scyphis legatis, & massa facta, ni-
K hil debetur, quia species legata est, non materia, & nihil ex priori specie reliquum est, ex quo nec noui Scyphi debentur: in hac verò cuius fuerunt Scyphi, eius etiam est massa, & ij etiam, qui ex massa iterum fiunt, Scyphi. Quæ verò hoc loco incidere dubia possunt, non est huius scriptionis explicare; vt ex multis & doctum, & nouum commemorem vnum, lege Iac. Cuiacium tract. 5. ad Africanum.

Excusat Homerum tamen vetus Schol. Verene, an falsò, tu meditare, frigidiuscula. meo quidem iudicio excusatio. Quærit ille: Διὰ τί Ἀχιλλεὺς θανόντα ἕλκει τὸν Ἕκτορα; Cur Achilles mortuum Hectorem raptat? Respondet, non crudeli fecisse animo, qui Hectionem cum occidisset, non spoliauit, sed cum ipsis armis sepulturæ mandauit: sed quia prius Hector in Patroclum crudelia molitus fuerat, qualia & de eo dicit, caput autem palo affigere à tenera ceruice abscissum cogitabat: contra legem vero faciunt, non qui vlciscuntur, sed qui auctores sunt primi.

L Callimachus verò tradit, more patrio solere Thessalos tribulium suorum interfectores raptare ad interfectorum tumulos: aiunt enim Simonem genere Thessalum traxisse Eurydamantem filium Midiæ, qui occiderat fratrem suum Thrasinum, primumque legem implesse: hunc enim curru traxisse ad sepulcbrum defuncti; Quare Achillem, quippe Thessalum, morem seruasse patrium.

Ex hoc ergò sæuitiæ, & immanitatis genere ortum prouerbium. Νεκρὸν μαστίζειν, quale munus Zoilus aduersus Homerum exercuit, & eius imitatores aduersus optimos scriptores, & præstantissimos viros: de illo, vt de Præceptore Polycrate, mali corui ouo pessimo Ael. lib. 11. var. histor. cap. 10. Horum est proprium de fama excellentium virorum detrahere, quod quidem non est minus inhumanum, quàm cadaueribus mortuorum insultare; quæ caussa fuit, vt Solo apud Plutarch. in eius vita, præceperit Atheniensibus τὸν τεθνεῶτα κακῶς μὴ ἀγορεύειν. Et verissimus est, & rationi, atque humanitati congruens, veterum Græcorum ille Senarius:

Θνητὸς πεφυκὼς μὴ γέλα τεθνηκότα

Mortalis cum sis natus, ne rideas mortuum, vt quod Aristoteles ad Philippum scripsit: Turpe, & durum virtutem fortuna aduersa oppressam, aspernari & Synesius breuissimè τύχῃ ἀρετῆς ἀναίτιον. Mortuos interficere Aristophe Auibus scitè hoc vocat, id est, τεθνεῶτας ἀποκτείνειν.

Quare sapienter Musonius audita Neronis Cæsaris morte, sic Menecratem est alloquutus apud Luc. in Menecrate, vt docuerit, nec decere, nec licere conuiciis mortuum quantumuis licet pessimum, insectari: Hinc Plato ab Aristotele productus lib. Rhet. 2. & à me paulo ante, similes esse dixit eos, qui maledicerent mortuis, Catulis, qui iactos in se lapides mordent, cum non audeant eos, qui iactarunt vel leuiter attingere.

Sic Menedemus, vt auctor est in eo, libro 2. Laërt. cum Borysthenita Bio diuinos insectaretur, dicere solitus erat, mortuos eum iugulare: & Polystratus Lemnius, cum Tyranni potius, quàm Imperatoris Romani nuper defuncti vituperationem scripsisset AElianus, vt Philostr. in Soph. tradit, eum acerbè præstrinxit dicens, se quidem eum laudaturum, si viuum accusasset, quod viri est; at mortuum conuiciis insectari, esse cuiusuis. Et Poliorcetæ Demetrio obsessi Rhodij, turpe dixerunt fore, si ædes in quibus asseruabantur insignes Protogenis tabulæ incendisset, quasi bellum cum mortuis gereret; qui turpitudinis metus tantum in generosi Regis animo valuit, vt Rhodiis parceret: narrat hoc præ cæteris Agell. lib. noct. Attic. 15. cap. po- O
stremo; Et parante Asinio Pollione orationes in L. Plancum, quas post Planci mortem in lucem vel ipse mitteret, vel posteri sui, Plancus salsè dixit, cum mortuis non nisi laruas luctari, vt Epist. ad Vesp. Initio lib. de nat. rerum C. Plinius narrat & Cicero 4. ad Att. lib. epist. 7. quendam oblo-

quutu-

quutnrua de Metello iam mortuo, vsurpauit versum illum Homeri initio capitis citatum : Et Pliu.lib.epist.9.epist.1.ad Maximum, quem hortatur ne paratos aduersus Platam libros supprimat, tametsi mortuum, cum aduersus viuum iam confecisset.

Hinc idem lib.1. ad Voconium. Agnoscis, inquit, eloquentiam Reguli, lacerat Herennium Senecionem, tam intemperanter quidem, vt dixerit ei Metius Carus, quid tibi cum mortuis? nunquid ego aut Crasso, aut Camerino molestus sum? Quos ille sub Nerone accusarat : &, vt sacra profanis misceam, Christiana modestia, & verecundia imbutus S. Athanasius turpissima
P Arei morte percepta, sic est oratione 1. contra Areanos præfatus: Omnibus quidem hominibus communis vitæ exitus mors est, neque illi defuncto, tametsi inimico insultandum, cum incertum sit, num antè vesperam ipse quoque à morte sis apprehendendus : sed tamen exitus rei, quia non est vulgaris, operæpretium est, vt enarretur.

Nec malus orator, ac Poëta Ioan. Antonius Campanus in Platinam ludit eleganter, qui maledictis Paulum II. Pont. Max. iam defunctum onerabat. 1. Epist. lib. 6. Epist.

Scire etiam cupio quantum nunc Platina sæuit,
Manibus an parcat, abstineatq; pyra.
Sin defossa cauo disiecerit ossa sepulcro,
Q *Sparserit in ventos, presserit, an pedibus.*

Et Platinæ quidem qui non ignoscat si sit iratus? Sed parcendum est mortuis, quibus qui maledicit facile ostendit, non audere se certare cum repugnantibus. Lex item Vuisigothorum extat lib.2. de eorum legibus tit.1. cap.8. apud Isid. defuncto etiam Principi ausum oportunè interdicimus detrahendi, in cassum etenim is, qui viuit, detractionis in defunctum iacula mittit, cum iam defunctus nec institutionibus imbui, nec increpationibus possit argui, &c.

Quare vox nescio cuius, apud Aristophan. à Suida citatũ sapiens existimatur aduersus Mercurium mortuo Cleoni conuiciantem: Desine, desine, ô, Domine Mercuri : mortuum enim Cleonem contumeliis afficiebat : Et iure Aristides Panathen. Platonem carpit, Pericli iam defuncto non parcentem. Facilis hæc, & ignobilis vel pugna, vel vindicta : quandoquidem mortui non mordent, vt Theodorum Chium Regi Pto-
R lemeo dixisse Plutarch. in Pompeio commemorat, cum suaderet Pompeium in fuga recipiendum quidem, sed obtruncandum: Et præclarè Teucer in Aiace mastigoph. Soph. mortuis amãt omnes iacentibus illudere.

At veram quidem fortitudinem esse non minis, & maledictis, sed re ipsa, hoc est, manibus certare, demonstrat in Hectore lib. Iliad. 5. Homer. inducens ipsum quasi surdum maledictis non respondentem. Vide prouerbium, Canes timidi vehementius latrant. & lingua bellare.

Sane quotus quisque erit prestans, & magnanimus bellator, qui in animum inducet, vel abiectissimi lixæ, vel muliérculæ sanguine ensem respergere? Cadauere autem quid vilius, & abiectius? Vt Plaut. Bacch. act. 4. sc. 3. dixerit, mortuus pluris pretij est, quàm ego sum, ignobilitatem significans : Et per summum contemtum S
nescio quem, mortiëminum vocauit. Hercle si os præciderem tibi, metuam morticine? Quia bonus miles vulnera terræ infigere putet esse fortis, & bellicosi viri? At Hom. Iliad. vltim. ita canit:

In terram siquidem sensu, & ratione carentem
Sæuit iratus, vanamq; vlciscitur vmbram.

Huc refertur alter Aesopi apologus, agnum fingentis ex loco excelso in lupum probra iacientem, & respondentem lupum, οὐ σύ μοι λοιδορεῖς, ἀλλ' ὁ πύργος, ἐν ᾧ ἕστηκας, non tu conuiciaris mihi, sed turris, in qua stas quod alia finxit apologo hœdi ac lupi.

Huic affine argumento, neque aduersus miseros, & calamitosos vtendum esse ridiculis, quod breuiter Iouianus Pontanus 3. & 4. de Serm. lib. tractauit : in quo sapiens, & moderatus Rex fuit Mithridates: cum enim eius milites Pomponium magistrum equitũ Luculli captiuum quòd liberius loqueretur, vellent occidere: Rex vetuit dicens: Δίκαιον εἶναι ἀρετὴν ἀτυχοῦσαν μὴ ὑβρίζειν.
quod ex Arist. Rhot. iam produxi. Quo potest T
referri, quod de suis Atheniensibus Demosthenes scripsit 4. Phil. ne solum suffragiis, siue decretis, & epistolis bellum cum Phillppo geratis, sed etiam rebus ipsis. Ad quæ verba T. Liuium 31. lib. respexisse notauit Petrus Victorius lib. var. lect. 9. cap. 16. Athenienses quidem litteris, verbisque, quibus solis valent, bellum aduersus Philippum gerebant.

Hæc omnia attulimus ad reprehensionem illorum, qui viros doctos, probos, fortes, post mortem sibi lacerandos assumunt cum factorum, opinionumque suarum adserre nullam rationem possunt. Nec valde tamen Angelo Politiano repugno, qui Antiquario scribens, monenti, ne cum Domitio Calderino, iam vita functo, tanquam cum larua pedem sæpius conferret, id sibi licere, & honestum esse putat. Cum V
mortuo negas, inquit, quasi cum larua decertandum : mihi verò contra videri solet, & enim quod aduersus mortuos pronunciamus, pro vero accipi tam solet, quam debet, vt item quod aduersus viuentes plerumque odij, vel inuidiæ suspicione laborat, &c. Non repugno inquam, ne mecum ipse pugnem, si re ipsa cum Angeli manibus pugnarẽ, qui scriptione cum manibus pugnandum non esse pugno.



Nec

Nec mutilatas victimas, nec mancos homines aptos esse rei sacræ: Coluri in Astrologia Circuli vnde dicti.

CAPVT XXI.

A AMILIAAE est Hometo Græcorum Principi Poëtarum, sacrificiis perfecti nomen adiungere: Hinc sæpe τελείας vocat ἑκατόμβας, & capras perfectus αἶγας τελείας: quem cum ego intetpretarer, solebam ex veterum vsu, & consuetudine intetpretari, quibus fas non erat quidquã membro vel mancum, vel vitiosum Diuis pro sacrificio litare: Ex quo etiam τελειῶν orta fuisset appellatio; cuiusmodi erant victimæ veteribus ἄρτιαι Græcis, inquam, Soloni ἀφελεῖς, sinceræ, atque integræ, & idoneæ sacrificio, & qoibus deest nihil: Latinis eximiæ.

Macrob. 3. lib. Saturn. cap. 5. Eximij In sacrificiis, inquit, vocabulum, non poëticum est epitheton, sed sacerdotale nomen. Veratins enim in Pontificalibns quæstionibus docet eximias dictas hostias, quæ sd sacrificium destinatæ eximantur à grege, vel quod eximia specie, & numinibns offerendę eligantur: ἐξαίρετοι, & ἔκκριτοι, etiam dictæ à Græcis vt τέλεια ἱερά. Quæ T. Liuius aliquando maiores, aliquando meliores nominat hostias. Et Virg. 4. Georg.

Quatuor eximios præstanti corpore tauros.

Quibus coosentit vetus Hom. Schol. in 1. Iliad. lib. asserens hostism mutilatam non sactificari, quia sana ioitiatorum victima: quanqusm αἶγας τελείας explicans, τῆς ἡλικίας ὁλοκλήρους, ætate integras interpretatur: Et Pollux in suo Onomastico lib. 1. cap. 1. tradit hostias omnibus membris, atque artubus oportuisse integras esse, ooo mutilas, non distortas, non læsas: quo illud spectat Arist. in Symp. citatum ab Athen. lib. 15. ca. 5. ac oratione: Aristoteles verò in Symposio, dic nihil mutilum offerimus Diis; sed omnia tota, & perfecta: quod vero plenum, est perfectum; coronare plenitudinem quandam significat: addens Hom. versum Iliad. 1. quem Virg. imitatus Aen. 1.

Crateras magnos statuunt, & vina coronant.

Grammatici κόλλικας exponunt, non habentia caudam vel mutilam habentia, in sacris operationibus non sacrificeantur: Vniuersè nisi sit perfectum, & sanum non sacrificeabatur Diis. Eadem quoque lex à Deo Opt. Max. Genti Hebræorum edita olim fuit, vt coostst Leuit. 22. Deut. 15. Eccl. 35.

Quamobrem Philo disertissimns Iudæorum ratio libri, quem setipsit de animalibos, quæ sacrificio sunt idonea, & lib. de his qui victimas offerunt, tanti hoc teferre asserit, vt in more habeant sacrificuli ab extremis victimarum pedibus vniuersnm corpus indsgare, ne qus ipsis exigua labes inhęteat, aut quidpiam mancum sit; quam diligentiam noo tam ad victimas ipsas teferri docet, quàm ad eos, qui offerunt, vt nullo scilicet vitiorum genere, qnasi morborum, inquinatus eorũ animus ad aras accedat vota Deo nuncupaturus. D Leuit. 21. scriptum reperio; Imperatnm stirpi Leniticæ, ne homo, qul habueric maculam offerat psnes Deo suo, nec ad ministerium eins accedat, si cæcus fuetit, si claudus, &c. Qnod nisi fiat, Deo vehementet displicere Malachias indieat cap. 1.

Nee dubium quio ipse Deus multò magis vitiis aoimorum offendatur, quàm corpornm: quippe qui noo tam, quæ extrinsecns apparent, iospiciat, quàm mentem intueatur; vt Iesse Dsuidis parenti contestatns est Samuel 1. Reg. 16. quod quidem argumentnm non longe à priocipio libri de Monrachia Philo attigit.

Eodem ex fonte illud est apud AEgyptios ortum, vt obseruat Athensgoras aduersus Gentes, fœminas. boues non immolandi, tanquam sexus imperfecti: nam & fœminam marem esse læsum doeuit Aristoteles: quanquam slio mos hic Aegyptiorum transferri potest. Et ex sacris nostrorũ libris discimus, marinm sacrificia Deo fuisse grata: disertis verbis Exod. 12. præcepit E agnum in Pascha offerendum, masculum esse debere, anniculum, immaculatum: Et 13. quicquid sexus masculini fuerit, consecrari sibi: id quod centies repetit, 23. & 34. Nnm. 1. 20. 31. Deut. 15. 16. & alibi.

Tametsi autem apud Christianos, qni Deum adorant in spiritu, & veritate Io. 4. nulla sint externa animantium sacrificia, Canones tamen Apostoliei, & Pontificij idem statuunt de sacerdotibus, qui aliqua parte, aut membro carnerint, etiam eo, qnod liberorum procreationi est necessariom.

Legitur Canon primns Nicænæ Synodi D. 15. si quis à Medieis: quem Ruf. lib. hist. Eccles. c. 6. de eo Interptetatur, qni id libidinis impatientia affectasset: sine. vt habet Arelaten. 2. Synh. cap. 7. F catnali vitio repugnare nesciens: & Canon sequens in Gtat. & clarius 21. Martioi Brachar. & multo antè id cauerant Apostoli can. 20. & tribus sequent. & can. Si quis abseidit, qul videtur ex Apostolicis translatus, & einsdem distinctioois 4. vt 5. sequens, & 6. Innoceotij, & 7. eitatus.

Vetitum est initiari sacris, qui se Ennuchos fecerint, vel partem sibi euiuslibet digiti absciderint, ant cæci sint altero ocnlo, Can. si Euangelica qni est Gelasij. Tametsi si hoc fiat casu, aut per insidias, ac vim, aut à medicis morbi caussa, eximuntnr ab hac pœna. Et 7. q. 1. c. Qnaliter, qni est S. Gregorij ex csp. 238. Registri: & de cler. ægrot. cap. 2. Presbyterum, cui abscisi fnerant digiti cum medietate palmæ, remouet à celebra

tione, vt 3. & 4. leprosum. Et de corpore vitiatis
G cap. 4. ab altaris ministerio sacerdos reiicitur, qui sibi absque caussa fecit amputare virilia. Et cap. 6. deponitur Abbas promotus carens altera manu.

Atque vt ad profana redeam; Cereri porcus immolabatur dictus mysticus, vel mystericus à Græcis, Sincerus sacres à Plauto Menæch. sc. quę incipit. Beoè obsonaui, & Rud. act. 4. sc. 6. non nisi prępinguis, & nulla sui parte mancus, ac mutilus. Sic stultus ille Megarensis apud Aristoph. Acharn. præcipit filiabus suis, quas pro porcis cupiebat vendere, vt saccis inclusæ ita grunirent, ac si porci mysterici essent. Et paulo post interrogatus à Dicæopoli, quid ferret, porcas mysticas ferre se dixit. Hinc Tib. eleg. lib. I. II.

At nobis aerata lares depellite tela,
Hostiaq; e plena mystica porcus ara.

H Quo modo & alia animalia mystica appellata, quòd in huius, vel aliorum Dæmonum mysteriis mactarentur, vt & vitis mystica, cuius frequens erat in Liberi festis, & sacris vsus. Tib. ibidem.

Candide Liber ades, sic sit tibi mystica vitis,
Sic Hedera semper tempora vincta feras.

Vulgò Mathematici qui de cælo tractant, duo genera circulorum in Sphæra collocāt, quorum alios vocant maiores, minores alios; siue, vt aliis placet, intrinsecos, & extrinsecos, seu mobiles atque immobiles: Duo ex maioribus Græce Coluri dicti: quorum ea est functio, vt solstitia, & æquinoctia distinguant. At quo modo vox Græca? Parum Græcè docti, aut omninò rudes, deriuari putant à duabus vocibus κῶλον, quod significat membrum, & οὐρὰ qui bos est siluestris: accommodant sane ridiculè. Quemadmodum eius animantis cauda in seipsam erecta, & con-
I uoluta, dimidiatum circulum, non integrum conficit, ita hi circuli nunquam perfectè à nobis inspectantur, cum dimidiata ipsorum pars semper nobis abdatur. Rectè hi in φαινομένοις versantur: in ratione nominis imperitè: Docent hoc Græci Astrologi, & Philosophi, & Latini Græcè docti.

Proclus Diadochus Platonis sectator, deduxit à verbo κολούειν quod significat κολοβοῦν, ἐλαττοῦν, μειοῦν, mutilare, imperfectum reddere, minuere. Quid ita? quia nunquam hi circuli nobis appa-
rent integri, ac toti. Ecce tibi verba Procli lib. de Sphæra, quod partes quædam non apparerent nobis, & conuincit ita esse ratio scriptionis; non enim per ο. dicimus κόλουρος, sed per ο. κολ. Sic Hom. Iliad. ω. Interpres explicat κολοβὸν quasi τῷ
K φωτὶ ἐν αἰχμῷ, id est, priuatum acie, siue pungendi vi. Et ab Ionibus arietes, qui carent cornibus, seu quibus ablata fuerunt, κόλοι dicuntur, vt ait Eustath. Et Græci κολοβοῦν proprie dicunt, quibus sunt decurtata membra; Vt habes apud Aristotelem 4. lib. τῶν μετὰ τὰ φυσικά, vt etiam suspicer κολούρους à Græcis appellatas dimidiati hominis supernè statuas, quibus media pars inferna desit.

Nec improbo etymologum ducentem, ἀπὸ τοῦ κολούειν & οὐρά, quòd ob magnitudinem eas non comprehendat totas acies oculorum: quanquā & vox κόλος, magnum per se, atque ingens obseruatore Eustath. significat: Nam κολοσυρτὸν magnum puluerem κολόκυμα ingentem fluctum interpretantur.

Non male fortasse Procli orationi adderetur vox οὐρά, quasi cauda trunci dicerentur hi circuli, quia media sui parte nobis inuisi, quibus Sphæra obliqua est: vt enim his nunquam est aspectabilis polus, ita neque circa polum partes, quos tamen circulos totos, atque integros vident eius regionis incolæ, quæ supposita est Aequatori.

Nobiliorem esse Poësin Epicā Tragica, contra quàm Aristoteles opinetur, demonstratum.

CAPUT XXII.



CETERUM quæstio fuit, vtrum præstantius esset Poëma, (siue Poësis,) Tragicumne, an Epicum, in qua, quid existimarit Plato, alio fortasse libro exponam, cum docebo, cur ab sua Rep. Poëtas repulerit. Aristotelis opinio fuit lib. de Poët. Tragœdiam præstare Epopœię: ac primum quidem illorum argumenta refellit, qui pro Epopœia pugnabant, tum aduersus eandem pro Tragœdia dimicat. Mihi longè diuersus est animi sensus; sed à lectore hoc postulo, vt non tam ponderet auctoritatem hostis valentissimi: quid enim ego Pygmæus aduersus Herculem? Sed rationum momenta examinet, quibus Epopœiam præferri assero Tragœdiæ. A

Prima est Aristotelis ratio, quam sumit à reprehensione laudatorum Epopœiæ, eorum obiectionibus respondens. Quæ Poësis minori est oneri, minusque tædium adfert, ea est nobilior huiusmodi est Epopœia, &c. Sensus est magis esse onerosam Poësim illam, quę plus requirit motionis, & gestus; & contra, quæ minus, quæ quidem ad sapientiores, & peritiores attinet spectatores, qui non tam magnam requirunt ad intelligendum imitationem scenicā, quia ergò Tragœdiæ opus est pluribus adiumentis extrinsecus accersitis, & magna eget motione scenica, plus in ea inest molestiæ, atque idcirco cedat Epopœiæ necesse est, quæ sola recitatione, ac graui & moderato gestu est contenta. Tragœdia auditoribus fit rudioribus, Epopœia sapientioribus. Hoc præ se fert hic Aristotelis sermo. B

Primò respondet Aristoteles, quod nimis gesticulosa sit Tragœdia, hoc non est ipsius, siue Poëticæ omnino vitium, sed Histrionicæ, quia Poëta scribit, Histrionum ars refert imitando,

quod certè Epopœiæ est commune; solet enim à Rhapsodis habitu, voce, gestu, repræsentari, qui C sane in repræsentando nimij esse possunt, vt histriones Tragœdiæ. Hæc enim est sententia horum Aristot. verborum; eam demonstrat exemplis.

Secundò respondet, non omnem motionem esse reprehendendam: quemadmodum nec saltationem, sed ineptorum tantum Q. D. absurdè isti laudatores Epopœiæ loquuntur, si omnem de medio saltationem, & motionem sublatam volunt, quæ tamen & vsitata est, & necessaria in multis: hoc verba hæc Aristotelis indicant.

Tertiò respondet, propter Tragicam Histrionum gesticulationem, Tragœdiæ non detrahendum, illa enim extra Tragœdiæ naturam est: nam vt Epopœia legitur absque gestu, & Epopœia est: sic & absque gestu legi Tragœdia potest, & esse Tragœdia non desinet: hæc Aristotelis oratio est.

D Hoc responso putauit Aristoteles se laudatorum Epopœiæ rationem infirmasse, non infirmauit tamen: nam ita debet hæc obiectio intelligi, posito hoc principio: quæ Poësia minus ab externis pendet adiumentis, minusque eget alterius & artis, & artificis opera, omnino, quæ pauciora requirit, illa, si cætera sint paria, est nobilior, quàm quæ magis pendet, & pluribus indiget: sed eiusmodi est Epopœia, si cum Tragœdia conferatur: nobilior est igitur Epopœia, quàm Tragœdia.

Propositio maior est indubitata, quoniam quod à se magis pendet, quam ab alio, qua tale, & est seipso contentum, quis neget eo nobilius esse, quod ab aliis magis pendet, & minus est seipso contentum?

E Assumptio probatur experientia, & more hominum: Cum enim maximus Poëticæ finis sit cum vtilitate delectare, vt opus Epicum auditorem delectet, non magnam postulat gesticulationem, vt Tragicum: sane legendo Homero, ac Virgilio, qui Epopœiam scribunt, plus omnino voluptatis animo percipies, quàm vel Sophocle, vel Seneca Tragicis: quod in hominibus eminet Plebeis, qui longè maiorem iucunditatis habent sensum Boiardo, Aristo, siue Tasso legendo, quam vel Trissini Sophonisba, vel Orbecche Giraldi: neque enim hæc tam mouent absque gestibus, & imitatione, quàm mouent quæ de rebus bellicis scribuntur ab Epicis.

Itaque parum tanto ingenio dignè illam rationem Aristoteles infirmauit: nec verò verbum ad aliam, quod videlicet rudiorum spectatorum F sit Tragœdia, doctiorum Epopœia: cui sic ego respondetem, ambas in hoc esse pares, & socias; egere tamen pluribus instrumentis, actionem Tragicam Epica. Iam demus aures tanti Philosophi rationibus.

Prima est, hoc ipsum quod Epopœiæ laudator reprehendit, præstantiorem efficit Epopœia Tragœdiam, quòd videlicet histrionum repræsentatio non ita requiratur in Epopœia, vt in Tragœdia, istorum enim habitu, ac saltu, & artificiosa gestus imitatione mirificè delectantur mortales. Respondeo, hoc aduentitium quid esse, & extrinsecus importatum in Tragœdiam; nec tamen excellit Epopœiæ, quæ etiam ipsa gestum requirit suum, & verò grauiorem; suum item habitum & vestitum, qui cuiusmodi esset, demonstrat in Historico suę Poëticæ cap. 41. Scaliger. Deinde possem eodem modo pro Epopœia pugnare: nam Epopœia plures continet G fabulas, cum vnam tantummodo cõtineat Tragœdia; propterea ipsemet Aristoteles superius admonuit, quod Epopœiæ conuenire demonstrat, non Tragœdiæ.

Altera ratio. Plura Tragœdia continet, quàm Epopœia, vtraque enim metrum habet, sed Tragœdia etiam apparatum, cantum, ac sonum. Ergò nobilior hæc, quam illa. Præclaram verò rationem, & tanto Philosopho, ac Poëta dignam. Refero verba ipsius: Respondeo: si excellit Tragœdia apparatu, sono, & cantu, excellit re non sua, sed aliunde petita, alterius videlicet artis, & artificis: sic ipsemet Aristoteles paulo antè aduersæ rationi se putauit satisfecisse: nam si Epopœia sonum adhiberet, & cantum, posset fortasse etiam apparatum, ἐναργέστατα, voluptatem efficeret, vt Tragœdia, sed non plus delectat lecta Tragœdia, quàm Epopœia, immò minus. Præterea ipsemet Aristoteles docuerat, sic oportere H fabulam contexere, vt etiam sublato spectaculo, quis, quæ gerantur perspiciens, exhorreat planè, & misereatur, qui amplius apparatu eahi beant alienos esse à Tragœdia, quoniam ex ea quærendum est genus voluptatis ipsi proprium, non aliundè accersitum: Sed etiam si demus hac ea parte præstare Tragœdiam, metro tamen cedit Epopœiæ, quæ carmen habet Heroum, Tragœdia Iambum, aliusue generis minus illustre.

Tertia ratio, Tragœdia habet actionis ipsius euidentiam, qua caret Epopœia: quis enim ignorat nullum esse orationis genus, quantumuis licet artificiosum, tam perspicuum, ac dilucidum, vt narrando speret se rem æquè claram auditoribus facturum, atque cum ipsi vident fieri? Illud Epopœia facit, hoc Tragœdia. Sic enim I Aristot. Respondeo verum esse, si vtrinque recitatio tantummodo consideretur; sed ea vtrique extrinseca est: ab externis autem petenda non est nobilitas: natura verò, & contextio ipsius Epopœiæ, tam perspicuè, immò longè magis, quàm Tragœdia narrat: Tragœdia enim diuisione Chororum, sonis, & cantibus sæpè impeditur, & saltationibus histrionum interpellatur.

Quarta ratio. Poëmata quæ faciliore, & bre

niore via ad exitum, seu finem progrediuntur imitationis sibi propositæ, nobiliora sunt: at breuiore temporis interuallo Tragœdia suam conficit actionem, quàm Epopœia. quæ longissima est Poësis, ergo nobilior est Tragœdia, hic Aristotelis sermo, & confirmat exemplo. Verum omnino dicis, ingeniosissime Philosophe, nec repugno. Sed hoc tantum cogit hoc vno cedere Epopœiam Tragœdiæ, nó verò absolutè, & simpliciter: longitudo & breuitas, nihil ad nobili-
X tatem faciunt, & si faciant, longe plura sunt in Epopœia, quæ Tragœdiam cogunt ipsi manum dare.

Addo illud ἀθρόησιν tuum, cum multa simul quasi densantur, & constipantur, ex variis euentis pendentia, & quæ multorum spatio annorum confecta sunt in artum rediguntur, non semper illum efficere cumulum voluptatis, quem scribis: animum enim fastidio ex nimia attentione premit, qui leuatur Epopœia, quæ res plurimas longiore tempore sensim, & ordine enarrat: ac tametsi Episodia immiscet, sanè plura, quàm Tragœdia. Longioris enim temporis est actio: si arte id fit, mirificam ingenerat in lectoribus, & auditoribus oblectationem: exempla ex Hom.
L & Virg. plurima petenda.

Nec tacebo, non semper esse verum nobiliorem eam Poësim esse, quæ citius finem assequitur imitationis, hoc est, minore ambitu, ac tempore, cum cætera non sunt paria: hic autem non sunt paria, vt mox elucescet.

Quincta ratio quæ magis est extrinseca. Illa Poësis est præstantior in qua vna, & simplex actio inest, quàm in qua est multiplex: Sed in Tragœdia actio est magis vna, & simplex, quàm in Epopœia: Epopœiæ igitur præponenda est Tragœdia. Maiorem propositionem vt certam nó probat: probat minorem à signo, quia ex vna Epica poësi multæ educuntur Tragœdiæ: quam quidem rationem multis verbis expressam hęc pauca continent: cui respondeo, hac ratione defendi potius Epopœiam, quàm Tragœdiam, quia vna Epopœia materiam, & argumentum suppeditat multarum Tragœdiarum: ac tametsi mi-
M nus videtur esse multiplex, & varia Tragœdia, id euenit, quòd breuioris internalli, ac temporis est actio, quàm Epopœia: proportione tamen, & operis, & temporis, tam vna actio in Epopœia, quam in Tragœdia, licet plura habeat Episodia Epopœia, quia longius opus, quàm Tragœdia: nec plura tamen sunt, si tempus actionis intuearis, & naturam poëseos.

Ergò, vt Episodia Tragœdiæ non impediunt, quin vna sit actio ipsius: ita nec vnitatem actionis impedient in Epopœia: non impedire autem ipsemet Aristoteles, nescio an dicam, parum sui memor, supra docuerat, tradens, & verè tradens Iliadem, atque Vlixeam Epica sanè poëmata, vnam tantum habere, eamque simplicem
N actionem, idque artis officio, & artificis ingenio: Idcirco Homerum in primis commendarat, cæteros reprehendens Epicos, qui singulas vnius Herois res gestas more historico persequebantur. & inferius repetit. Scio Robertellum, hoc Aristotelis à seipso dissidium conatum excusare, & conciliare: quàm verè, alij videriot.

Postrema ratio. Maius requirit artificium Tragœdia, ad finem suum voluptatis cósequendum, ergò nobilior: probat antecedens, quoniam res inducit, quæ ab omni iucunditatis ratione videntur esse vacuæ, & nudæ; Hoc est cædes, stupra, incestus, adulteria, parricidia, è regno deturbationes, omninò res infelices, & calamitosas, & ex his tamen efficere debet in animis voluptatem: at verò quantæ est artis, quanti ingenij posse harum rerum imitatione, in medio luctu & lacrimis, animos flectere spectatorum ad delectationem? Ita Philosophus.

Ratio sanè pulcherrima, & verissima, sed eadem possum ego pro Epopœia pugnare, quæ vt O
Horat. scripsit in Poët. res gestas Regumque, Ducumque, & tristia bella describit: mulcere verò atrocissimis bellis describendis, quibus dirissimæ cædes, crudelissimæ expoliationes, horrenda Vrbium incendia, Virginum, matronarum violationes continentur, animos delectatione, quibus nihil magis est exhorrescendum, quantum volet ingenij? quantum artis, & eloquentiæ requiret? quantum prudentiæ, & sapientiæ postulabit? omninò plus quam in Tragœdia, cui minore licet negotio, quia res ipsas exhibet imitando in scena, metum, & commiserationem mouere, iis re ipsa inducendis, qui suspirent, qui vociferentur, qui lacrimentur, qui vultum lanient, comam dilacerent, ac discrucientur, cum in Epopœia longè parcior sit imitatio, & ferè sim- Q
plici recitatione sit contenta: at hoc ipso maiores sunt vires ingenij, atque artis expromendæ ad efficiendam voluptatem sola recitatione, quàm actione. Quod si hoc tribuis histrionibus in Tragœdia, & ego in Epopœia Rhapsodis assignabo: & artis industria in componenda Tragœdia, & Epopœia par erit, aut erit maior in Epopœia. Iam verò præter hanc artem, alia sunt oblectamenta, & instrumenta voluptatis in Epopœia, ioci, sales, incúdæ narrationes, festiui sermones, quæ ferè desunt Tragœdiæ, luctuosa cum sit.

Obiiciet aliquis, ex eodem Aristotele pro Tragœdia imitationem continere, meliorum, siue præstantiorum μίμησιν τὴν τραγῳδίαν τῶν βελτιόνων: continet sanè, sed sociam habet Epopœiam, nisi potius Epopœia, vt vetustior, & parens, Tragœdiam: Heroum enim facta Epici canunt P
Herculis, Thesei, Iasonis, Agamemnonis, Menelai, Achillis, Nestoris, Hectoris, Priami, Aeneæ, Turni, similium.

Hæc satis mihi visa sunt probabilia aduersus Aristotelem pro Epopœia: in quo argumento

esse

esse distinguenda arbitror propria Tragœdiæ, & cõmunia, tum extrinseca, tunc extrinseca: Video enim Aristot. ferè cõmunia, & intrinseca secutũ: Nam & ipsum nomen Epopœiæ, nobilitatem prædicat suam, & carmen Epicum, quod & Heroicum, εἰπεῖν enim verbum, & dictio, quanquã commune est omni loquutioni, quia est εἰπεῖν, solis tamen dactylicis, senariis magniloquis assignatum fuit κατ' ἐξοχὴν, vt oratio, tametsi competit omni hominum dictioni, vni tamen eloquentiæ attributa fuit, cuius auctor solus, orator appelletur: quia hæc oratio est princeps, & præcipua.

X Hinc ἔπος & εἰπεῖν familiaria Homero Epicorum Principi ἔπεα πτερόεντα millies: ἀνδράσιν ... ὅπως τε νῦν μοὶ ..., Tragœdia ἀπὸ τοῦ τράγου, id est, ab Hirco dicta vilissimo animali Hor. in Poët.

Carmine qui Tragico vilem certauit ob Hircum.

Siue ἀπὸ τῆς τρυγὸς à fæce, fæcibus enim ora peruncti cœperunt agere histriones, vt idem ibidem narrat. Deinde metrum Heroum è dactylis, & spondeis conflatur, & vt Heroes cæteris excellunt mortalibus, ita hoc carmen reliquis Iambis, maxime quibus Tragœdia texitur, quæ Anapæstos tamen, & alios recipit: Iambum verò esse viliorem docuit Aristoteles in Poëtica. Quod si aptè ad ea, quæ scripsit, illud est nobilius, quod est simplex, & magis vnum, nobilior erit Epopœiæ, textura, quæ vno carmine fit, & quidem nobilissimo, quam Tragœdiæ, quæ ex variis metrorum generibus conflatur, Iambo præcipuè, quod vile est.

Tertiò à materia, argumentum enim Epopœiæ, sunt miles, Dux, classis, equi, victoria, quã hæc per se illustria, & magnifica? Quæ tria complexus est Hor. Ode 6. lib. 1.

S *Scriberis Vario fortis, & hostium*
Victor Mæonij carminis alite,
Quam rem cumq; ferox nauibus, aut equis
Miles te Duce gesserit.

Iure alitem dixit, quia hic versus cæteris supervolat versibus, 1. Sat. lib. Sat. 10.

—Forte Epos acer
Vt nemo Varius ducit.—

Et Plato 3. de legib. τῶν ἐπῶν ..., & Aristoteles ferè ἔπος pro hexametris vsurpant. Legendus in primum Iliad. lib. Eustath. Adde quod notauit in hist. Scal. cap. 3. Idcirco omnium esse Princeps Epicum, quia continet materias vniuersas, quomodo prima Philosophia cęteris disciplinis Aristoteli est nobilior.

Quartò ex fecunditate, & copia, cum enim bella, classes, exercitus describat, variarum & regionum naturas, & hominum mores describat

T necesse est, & omni disciplinarum genere opus exornet suum: quod non est tam proprium Tragici.

Quintò Tragœdiæ Hircus, à quo nomen accepit, erat præmium, vel certè eius victima Dini, in cuius honorem agebatur. Scal. in hist. cap. 6. Epopœiæ, Taurus, vt idem ibidem docet capite 44.

Sextò principio & origine. Origo, & principium Tragœdiæ Epopœia fuit. Plato Vlixeam, comœdiæ modulum, Tragœdiæ, Iliadem, scripsit: quanquã hoc non placuit Scaligero, ipsum etiam Homerum ad normam reuocanti cap. 5. histor. non ad eum, vt normam, omnia referenti.

Adde Hexametri versus originem diuinam ab antiquis habitam, & priusquam vllus Herorum carmen scriberet, ex ore missus fuit Dei, Dæmonis, Christianus dicat; Nam Apollo Hexametris solebat edere sua responsa. Aristoph. interpres Neb. & Plin. lib. 7. cap. 56.

Certè Paus. lib. 2. & 10. Id. in Corinth. & Phoc. auctorem facit Hexametri carminis vel Olenem quendam Appollinis spiritu afflatum, vel Phæmonoëm Pythiam Sacerdotem: Sic & Eustath. in prolog. ad Iliad. Hom. & his prius Plut. lib. de Pythiæ oraculis, & hunc narrat primum fuisse V versum, qui redditus fuerit ab eo oraculo:

Συμφέρετε πτερά οἰωνοί, κηρόν τε μέλισσαι:

Hoc est:

Congerite huc pennas volucres, & Apes sua mella.

Omitto quæ plerique alij dissentanea his scripserunt. Summa est, Epopœiam has ob caussas esse Tragœdia nobiliorem. Primum, quia antiquior: deinde, quia carmine heroico pangitur omnium carminum præstantissimo; est enim grauissimum, & magnificentissimum, translationibus aliisque figuris & ornamentis dicendi aptissimum.

Tertiò, quia plurium rerum continet imitationem: nobilitas enim Poëseos ex imitatione petitur, quæ in Epica latior est, pluraque complectitur.

Quartò, quia maior est actio, quàm Tragœdia: Ita ei tanquam prærogatiuam Aristoteles magnitudinem attribuit.

Quintò, fastidiũ melius adimit propter Episodiorum varietatem. Sextò, res efficit admirabiliores, quàm Tragœdia. Cur autem? Primum, quoniam in narratione adducuntur multa, quæ nunquam acciderunt: pleraque enim in actione ridicula forent, quæ non sunt insetenda narrationi, vt exemplo Homeri tradit Aristoteles, qui nec vulnus Vlixis in Parnasso, nec simulationem insaniæ commemorauit, & id genus alia cum tamen longum peregrinationis eius sermonem instituerit.

Possunt verò pro Tragœdia hæc obiici contra Epopœiam, quæ facillimè tamen refelluntur, Primum, quia Tragœdia magis ad finem properat: neque adeò suspensum curiosum detinet spectatorem, cum vnius diei periodo siue cursu terminetur. Respondeo, id euenire, quia caret Episodiorum varietate, quæ ex proximis rebus petuntur, non autem longè, vt ipsemet docet Aristoteles.

Secundò, minuit fastidium, quia breuior. Respondeo, iucundius minuit Episodiorum varietate ac diuersis figuris dicendi, & lacuum, fluminum, montium, vrbium, & id genus rerum descriptionibus Epopœia.

Tertiò, Tragœdia plura continet, quàm Epopœia, scilicet numerum, harmoniam, scenam, &c. Respondeo, præstantiam Poëmatis ex Aristotelis sententia, omniumq; rectè sentientium depromendam esse ex imitatione potissimum, quæ forma est, ac veluti anima Poëseos, non à rebus extrinsecis: nam & Aristoteles melodiam partium Tragœdiæ suauissimam esse docuit: nec tamé esse artificiosam, aut Poeticæ propriã: eum Tragœdiæ virtus extra scenam etiam, ac sine Histrionibus consistat. Quod si neges, planè sequitur Comœdiam quoque Epica Poësi fore nobiliorem, quæ & hæc habet non minus quam Tragœdia: imitatio vero Epica Latius porrigitur, & sese ad plura extendit, & eo est præstantior.

Quartò, Tragœdia magis delectat, & mouet, quia res non tam narrantur, quam oculis auribusque ipsis subiiciuntur, atque ita finem suum facilius consequitur. & prodesse volunt, & delectare Poëtæ, vt præcipit Horatius. Respondeo, quantũ ad iucunditatem, ac delectationem, habeut se, vt Philosophicè loquar, sicut excedens, & excessum: Epica enim ob rerum varietatem, delectat, ob figuras, & schemata, ob descriptiones, & similia: quoad motum verò sanè præstat Epicæ Tragœdia, non tamen absolutè, & simpliciter: nobilitas enim, & præstantia ex ipsa actione petenda, non ex illis extrinsecis, cuiusmodi est repræsentatio, quæ ad histrionicam refertur: alias enim sequeretur Comœdiam fore Epica præstantiorem.

Quintò, Tragœdia est actio magis simplex, quàm Epica propter Epicæ varia, & dissimilia inter se Episodia. Respondeo, concessa antecedenti propositione, & negata consecutione, & retorquenda in Tragœdiam hoc modo argumentatione. Epica plures continet imitationes, quã Tragœdia: igitur Epica melior est, hoc est, nobilior, quàm Tragœdia. Cur autem? quia illa magis est Poësis, quàm hæc. Deinde infirmo hanc argumentationem à simili. Sicut non valet, elementa sunt simpliciora mistis corporibus, ergo nobiliora: ita neq; hic valet, sed contrarium potius. Sic ego de hac tota controuersia duxi statuendum, correcturus opinionem, cum me quispiam falli docuerit: & ad aliud transeo, alio nouo libro.



HORA-



HORARVM SVBSECIVARVM LAELII BISCIOLAE MVTINENSIS SOCIETATIS IESV

LIBER V.

Qui officiales, quæ officia amissa Repub. Qui Proconsules, Præsides, & Legati.

CAPVT I.

A  Fficij nomen latius patet, quàm officialis: neq; enim olim dicebantur officiales, qui Magistratum gerebant, vt nunc, præsertim illustriorem: cum tamen Magistratus officia dicerentur, vt apparet cap. 37. Suetonij in Aug. & cap. 29. in Claudio: ab officiis tamen officiales dicti, & quæ essent officia S. Ambrosius ad Marcellinam partim declarat. Palatina omnia officia, hoc est, Memoriales, Agentes in rebus, & Apparitores diuersorum Comitum: partim acta Martyrum, & alia antiquiora monumẽta, in quibus officium

B Præsidis apparituram significat, officiales, ipsos apparitores, vt l. 1. §. si quis vltrò, D. de quæst. l. 5. in fine D. de Aduo: fisci sic & l. 1. de filiis offic. lib. 11. Cod.

Accipitur & pro aliis ministris Magistratuum, vt l. 6 §. Ne tenuis. D. de off. Præsi. & est titulus de diuersis officiis, lib. 11. Cod. & apertius lib. Notitiæ Prouinciarum, nomine officij omnes contineri apparet, qui sub quolibet Magistratu militiæ Palatinæ militant.

C Erant & lictores, qui & viatores dicti à Val. Max. lib. 9. cap. 5. eò quodè collegio Viatorum deligebantur, vt auctor est Agellius cap. 3. lib. 12. quòd officium ligandi haberent: non includuntur tamen Carnifices, vt constat ex epistola S. Augustini 50. ad Bonifacium Comitem: Carnifices ab officio seiungentis, cum tamen Apparitores includantur, infimæ, simlitiæ homines, hoc est, milites Iudicibus seruientes, quibus nec ad altiorem militiam licebat aspirare: de his liber est

D 19. & 20. de diuer. offic. in Cod. Theod. in quo genere Brutiani continebantur, & quidem integra Repub. ex S. C.

Hinc illud in oratione Catonis libro de falsis pugnis apud Agellium lib. 10. cap. 3. Decemviros Brutiani verberauere. Hæc illis inflicta pœna, quòd primi totius Italiæ Brutij ad Annibalem desciuissent: inde enim & Brutiani dicti: eos itaq; ignominiæ caussa milites non scribebant, neque pro sociis habebant, sed Magistratibus in Prouincias euntibus parere, & ministrare vice seruorum iusserunt; quod item affirmat Festus verbo Brutiani. Quæ si vera sunt, ex hac gente fuerunt milites, qui Christum liberatorem nostrum tormentis affecerunt, & cruci suffixerunt.

Strabo quoque lib. 2. extremo Picentes, quòd à Romanis defecissent ad Annibalem, scribit priuatos loco militiæ, Cursores, ac Tabellarios factos, ac damnatos, vt in commune Reipublicæ inseruirent. Scio tamen Alexandrinos tantum virgis cæsos, hos spatephoros vocabant: ceteros Aegyptios à communibus Præsidum apparitoribus, vt Philo tradit in Flaccum. & Tertull. cap. 2. de corona militis, non de Brutiis solum, sed de omnibus militibus, & vincula, inquit, & carcerem, & tormenta, supplicia administrabit, nec suarum vltor iniuriarum. E F

Nec omittendum carnifices cum non deputentur inter officiales, officium tamen habuisse etiam custodiendi carceres, quorum custodiæ præsidebant Triumuiri capitales, hoc est, vt illi tum officio suo defungerentur, quam rem habes explicatam à Ræuardo lib. 2. var. cap. 18.

Notandum vero Augustum Imperatorem ex Mœcenatis sententia dedisse consulares ciuitatibus Italiæ cum iure gladij, qui & Proconsules dicti. Consule Dionem lib. 52. & 53. quorum frequens est mentio in actis sanctorum Martyrum. G
Hos Iustinianus Imperator recenset inter illos, qui medias administrationes gerunt, Auth. coll. 3. tit. 4. de mand. Princ. circa principium.

Dabantur etiam Præfecti aliquot Italiæ ciuitatibus, quorum duplex erat genus: Nam alij populi Romani suffragiis, alij à Prætore Vrbano

Pythagoræ, siue vnius è septem sapientibus fuit præceptum, quod etiam sanctus Ambrosius libro de Abraham Patriarcha primo & secundo retulit, sequere Deum. Hoc Plutarchus libro de audiendo ita explicauit, Rationi obtempera, ἕπου θεῷ, vt aiebat ille. Adde versiculum Græcorum. ὁ νοῦς γὰρ ἡμῶν ἐστιν ἐν ἑκάστῳ θεός. mens enim nobis in singulis est Deus. Et apud Lucianum libro nono Phars. cum paulò ante Labienus dixisset.
D Sequerisque Deum, Vticensis Cato respondet. Nil agimus nisi sponte Dei. Et Virgil. lib. 9. Aeneid.

Dine hunc ardorem mentibus addunt,
Euryale, an sua cuique Deus fit dira cupido?
Aut pugnam, aut aliquid iamdudum inuadere magnum
Mens agitat mihi, nec placida contenta quiete est.

Ouid. Metam. 9.

—Sibi quisque profecto,
Est Deus.—

quo sensu Drep. Pacatus in Panegyr. dixit; sua
E cuique prudentia Deus est. & Fulgent. in commentar. in Virgil. ex Telesisco Carneadis. omnis fortuna in sensu sapientis habitat, vt omittam vulgatam illam sententiam, Fabrum esse quemlibet suæ fortunæ sic intelligendam.

Similius quod Heraclitus apud eundem Plutarchum cit. quæstion. dixit ἦθος ἀνθρώπῳ δαίμων. Hunc Dæmona interpretatur Alexander libro de Fato ex opinione præsertim Stoicorum, naturam. Mos hominum Dæmon id. natura ex Heracliti sententia. fermè enim videre est actiones ipsorum, vitas, & conuersiones, siue exitus ad naturales constitutiones, & dispositiones consequi. Nam pericula amanti, atque audaci natura sua magna ex parte mors aduenit vio-
F lenta. hoc enim est naturæ factum. Et Zopyri concludit dicto vulgato de Socratis ingenio, atque indole. Tu lege reliqua in præstantissimi Philosophi commentario.

Verius, quàm Alcman, qui sororem esse fortunam dixit εὐνομίας, πειθοῦς, προμηθείας legis, obedientiæ, prouidentiæ. Nam qui Platonicum illud in Critone sit accipiunt iniuriosi sunt in Pi-
G um Philosophum: extrema sunt eius Dialogi verba, fine igitur, ô Crito, & sic agamus. quoniam & sic nobis præit Deus. quando & Homer. Iliad. 1. cecinit.

Ὅς κε θεοῖς ἐπιπείθηται μάλα τ' ἔκλυον.

Vbi sc. Palladi obtemperat Achilles: hoc enim est, quod magis pie in recte agendo sæpe alias vsurpat,

Καί τε θεοῖς ἡγμένοις.

Nam & hoc sensu, non illo Catonis Ethici sumendum illud Prudentij Poëtæ Christiani de instinctu Dei. hymno Cathemerinōn 4.

Parcis victibus expedita corda,
Infusum melius Deum receptant.

Cui sententiæ accommodari illud Senecæ potest epistola 31. Quærendum est ergo, quod non fiat in dies deterius, cui non possit obstari, quo nil melius possit optari. Quid hoc est? Animus, sed hic rectus, bonus, magnus. Quid aliud voces H hunc, quàm Deum in humano corpore hospitantem? hic animus tam in equitem Romanum, quàm in Libertinum, quàm in seruum potest cadere. Qui & præfatione 1. lib. quæstionum naturalium: animus quo modo sit excolendus, præclarè docet, sine quo cultu contempta res, inquit, est homo.

Rursus epistol. 8. Cogita in te præter animum I nihil esse mirabile, cui magno nihil magnum est. Et 92. sed si cui virtus, animusque in corpore præsens, hic Deos æquat. illo tendit originis suæ memor: nemo improbè eo conatur ascendere, vnde descenderat. Quid est autem, cur non existimes in eo diuini aliquid existere; qui Dei pars est? Totum hoc, quo continemur, & vnum est, & Deus, & socij eius sumus, & membra: Capax est noster animus, perfertur illo, si vitia non deprimant. Sapienter Græcus ille quisquis fuit,

Θεοῦ δ' ἐστὶν δῶρον εὐτυχεῖν βροτούς.

Dei verò donum est, cum prosperè mortales agunt.

Et Cicero in Catil. 1. Vtinam tibi istam mentem K Dij immortales darent; quemadmodum & Isocrates Philippo, & 1. Philipp. Demosthenes. Videtur autem mihi Deorum aliquis, cum spectat quæ fiunt in vrbe, vicem nostram dolens hunc ardorem rei gerendæ Philippo iniecisse. & 3. Georg. Virg.

Et mentem Venus ipsa dedit.

Atque hinc natum existimo, vt pro Deo haberent animum, qui in vita bene, beateque degenL da animi industriam, atque conatum plurimum, ac fermè totum esse opinarentur, vt inter Christianos pessimi Christiani Pelagij sectatores diuinæ gratiæ beneficio ingrati asseuerarunt: cum tamen non deficerent in iis, qui veræ lumine religionis orbati dicerent ad vitæ cursum feliciter obeundum esse opus cum labore nostro, tum verò etiam ope, afflatuque numinis diuini, & quidem maxime, id est, remis, velisque, vt Latini dicunt, remigio, ac vento, ὑφ᾽ ἐρ(?) ... Vt Hom. Vlix. 11.

At primum quidem necessarius est, ἐρέτης, & quidem ἴκμενος, vt & Homerus Vlix. 2. hoc est, Ventus ire faciens, id est, prosper, & secundus: huius enim ope destitutus, quid alii facies, atq; magnifici?

Inde sapienter hymno Pyth. 1. Pind. Viris antem, qui nauibus feruntur, præcipuum donum M ingredientibus nauigationem, venire deducentem ventum; & Pythagoras in Symbolo, ἀνέμων πνεόντων τὴν ἠχὼ προσκύνει, Ventorum flantium strepitum adora. Quod Iamblichus exponit ita, vt præcipere velit non modo diuina, sed etiam diuinorum similitudinem esse veneran-

dam:

dam: grati animi signum aduersus Deum imperari suspicor ob auxilium liberaliter impensum: iubet enim flantium ventorum vocem, hoc est, diuini afflatus, atque instinctus motionem colendam: qua; qui viuit, si destituitur, si modo vnquam destituitur, is vtatur necesse est parum secundo nauigationis, id est, vitæ cursu.

Ex quo ῥόθιος κώπη, dicitur noster omnis labor, hoc est, violentum remigium: sic enim Aristides loquitur, qui & δεύτερος πλοῦς appellatur, explicaturque duobus à Menandro versiculis Thrasyleonte apud Stobæum secunda nauigatio est sanè dicta, si quis fraudetur remis nauigare.

O Cum ergo per se non possit fortunare, ac beare nos animus, certè ille Deus non est appellandus. Et sapienter Euripidem Cicero correxit, cum dixit, est animus diuinus quidem, sed non Deus, id est, illius est similis, non idem, ab eo non genitus, sed procreatus, & eius instar imaginis effectus, iureque Plato scripsit, quod rationis est particeps, nam animum, non Deum, sed opus esse æterni Dei A cum libro 9. de leg. aiat, mentem quidem semper recipiens animus, De-

P um Deus, existens. Nam & Zoroastris oraculum Chaldæi, Ad lucem docet se properare ad patris splendores, vnde tibi animus missus est multam indutus mentem. B

Deus αὐτοκίνητος est per se motus, αὐτοφυὴς seipso genitus, αὐτοαγαθὸς per se bonus, αὐτοτελὴς, seipso perfectus, αὐτοζωὴ, ipsa vita: non item animus noster æternitate, potestate, motionum principio, bonitate longe ipsi dissimilis; Tametsi præclarè Alcman cecinit, vt Aristoteles citat ψυχὴν ἀθάνατον, διὰ τὸ ἐοικέναι ἀθανάτοις, animam esse immortalem, quòd assimiletur immortalibus.

Quòd si veteres, quidam scripserunt, animos nostros esse θεοῦ ἀπόσπασμα Dei portionem, vt Epictetus, & Philo libro, quis sit heres re-

Q rum diuinarum, & Cicero decerptos esse, ac delibatos, de senectut. & 5. Tuscul. ex Pythagora, non tamen Deum esse putarunt. Etiamsi quidquid Dei est, & quælibet eius pars, supremi videlicet, atque impartibilis numinis, Deus est, significare voluerunt, quod nos, qui asserimus ad imaginem Dei conditum, quomodo & Philo alias esse scribit ἀπαύγασμα.

Propterea Trismegistus ad Asclepium. Mens

R igitur non est abscissa à subsistentia Dei, sed tanquam expansa, vt solis, lux. Et in Ethicis Aristot. libris νοῦν esse scribit θεοῖς συγγενέστατον, maximè cognatum Diis, & Phocylides Philosophis antiquior in sua Parænesi.

Πνεῦμα γάρ ἐστι θεοῦ χρῆσις θνητοῖσι καὶ εἰκών.
Spiritus enim est Dei vsus, mortalibus, & imago.

Ex quo V. de legibus colligit Plato, omnium quæ in Dei possessione, ac bonis censentur, maximè diuinum esse post Deos, i. Angelos, animum, maximeque domesticum. πάντων γὰρ τῶν αὐτοῦ κτημάτων μετὰ θεοὺς, ψυχὴ θειότατον, οἰκειότατον ὄν, diuinum etiam esse animum non communione solum proprietatum quarundam diuinitatis, vt est libertas, immortalitas, abstractio à materia, & corpore, ratio, quæ symbola in animis nostris à paterna mente sata nominat Chaldæorum o- S raculum, sed morum etiam imitatione, atque innocentia prçter nostros homines Deo plenos, etiam Philosophi agnouerunt.

Nam hac maximè via, vnde manarunt, & egressi sunt animi, eò reuertuntur, id est, imitatione diuinitatis. Sic precatus est apud Arrianum Epictetus, & cognati quidam sumus Dei, vnde venimus, dimitte nos redire vnde exiuimus. Quod intelligere voluit qui dixit, Deum T sequere, à B. Ambrosio lib. 2. de Abr. Patriarcha explicatur cap. 2. Nam sequimur imitando. Cicero pro M. Marcello clarius, Verum animum vincere, iracundiam cohibere, &c. Hçc qui facit, non ego eum cum summis viris comparo, sed simillimum Deo indico.

Ad hoc verò præcipue assequendum, industriam, conatumq; nostrum valde iuuari à Deo cecinit Homer. Vlix. 3. Telemache, alia quidem ipse mente tua percipies, alia verò & proponet Deus. Eust. Iliad. 7. ad illud Homeri, donec dæ- V mon nos separet, aut discernat, qui sint victores, C interpretatur μοῖραν sortem, vel τύχην fortunam, qui lib. 9. animum intelligit iuxta recentiorum Philosophorum opinionem, opinor Platonicos nouos iudicasse. & 14. Vlix. πωτὸ γὰρ παρ' ἄλλων μοῖρα, δαίμων καὶ τύχη. hinc ὀλβιοδαίμων prospera vsus fortuna. τύχῃ ὀλβίᾳ χρώμενος.

Peruersè autem Manichæi, vt sanctus Augustinus confutans libro de moribus Manichæorum capite 10. tradit, Animam Deum esse dixerunt, vel partem Dei: nec video, inquit ille, quo modo Deus non sit, quæ pars Dei dicitur. Nam & auri pars, aurum, & argenti, argentum, & lapidis, lapis, &c. Cur ergo pars Dei non erit Deus?

Ad ima descendamus. Somnum λυσιμελῆ Vlix. X penult. vocat Hom. opinor, quòd curas soluat, aut membra potius resoluat. Eodem modo incertus auctor Anthol. epigram. libro 2. extremo podagram; hoc epitheto exornat illo distiche, quo podagræ exponit originem, hoc ego puer ita conuerti.

Membra resoluentum Bacchi, Venerisq; podagra
Corpora dissoluens filia iure vocor.

Opinor, quia priuat eorum vsu membrorum, atque articulorum quos inuadit, Alius ita reddidit.

Soluere membra solet Bacchus, solet & Venus ipsa,
Soluere & ex illis nata podagra solet.

Hic

Hic obiter non tacebo, nimis esse gloriosulum nostri temporis non ignobilem Medicum Amatum Lusitanum, qui podagricos omnino sanare
Y se profitetur, & contra Ouidij carmen:

Soluere nodosam nescit medicina Podagram.

Sibi hos versus facit occinere nescio quem Nicandrum Toletanum in epistol. quam praeponit suae 4. Centuriae medicarum curationum.

Nouit nodosae prudens, & doctus Amatus
Et podagra, & chiragra soluere cuncta mala.

Λυσίμελα Apollinarius Argon. lib. 4. & λύσιον, praeZ elatè Hippocr. περὶ παθῶν. ποδάγρα βιαιότατον μὲν τῶν τοιούτων ἁπάντων ὅσα περὶ τὰ ἄρθρα. hoc est, podagra, maximè violentum talium morborum, qui circa articulos versantur. Et eandem ob caussam vinum, seu Bacchus appellatur, vt etiam Lysius, & Lyaeus: nam ex eo non nisi corporis vacillatio, ac tremor: sic & Venus, ex quo & amorem eodem epitheto affecit Sappho illis, qui apud Hephaestionem leguntur, versiculis.

Amor rursus me membra soluens versat amarum dulciter, inexpugnabile reptile, & alibi. D

Diotimus lib. epigr. 2. tit. 6. εἰς ἄνδρας νῦν ἐλπίζων. E Spes hominum lenes Deae, neque enim hic lessum soluens membra circumtexisset orcus. Consule Tiraq. l. 15. connub. gl. 1. par. 15. o. 10. 23. 44.

Modi loquendi, atque prouerbia Italorum Graecae Phrasi simillima.

CAPVT III.

A PROVERBIVM est patrio nostro sermone passim vsurpatum, la carne vicina all'osso, è migliore, o piu saporita. Graecis etiam tritissimum fuisse Athen. in suis Sophistarum coenis lib. 9. Veteris Graeci nescio cuius Poëtae testimonio demonstrat. quae enim apud os, aiunt, carnem esse dulcem. τὸ γὰρ πρὸς ὀστῷ φασὶ κρέας τὸ γλυκύ.

Alterum item frequentissimum vtriq; linguae ad rem eandem penè significandam: hominem videlicet in variis ciborum generibus inquirendis anxium, & qui ne delicatissimis quidem satietur eduliis, & lautissimè velit viuere, dicuot, è non si contétarebbe, se bene hauesse latte di gallina, ò vorrebbe hauer latte di gallina. Item ad copiam rerum omnium, quae ad victum, & cultum vitae sunt necessaria, vi trouarete fin latte di gallina: & Strabo cum narrat feracissimam esse rerum omnium insulam quandam solitam lau-
B dari hoc adagio ait lib. 14. τὴν λέγουσαν παροιμίαν, ὅτι φέρει, καὶ ὀρνίθων γάλα. quo etiam vsus est Menander apud Athen. lib. 9. cap. 11.

Sed paulo secus Mnesimachus mediae comoediae scriptor: quin & Arist. Vespis.

Ἐγὼ γὰρ ἂν ὀρνίθων γάλα.

Vbi in aliū etiam sensum vsurari scholia obseruatunt. Hi a multo iunior Lucian. Dialogo τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων, καὶ ἕξεις τὸ τῆς ἀμαλθείας κέρας, καὶ ἀμέλξεις ὀρνίθων γάλα. habebis copię cornu, & mulgebis c anium lac. Et Suidas quoque in voce ὀρνίθων γάλα, καὶ λοιπά. Vtrisque & illud commune est, Doue doole, la mani corre. Eust. enim commemorat io Afri Dionysij περιηγήσει hoc graecorum dictum.

Ὅπου τις ἀλγεῖ, κεῖσε καὶ τὴν χεῖρ' ἔχει.

Id est, vbi quis dolet, ibi & manum habet. Paulò aliter Plut. extulit lib. de garrulitate,

Ὅπου τις ἀλγεῖ, κεῖσε καὶ τὸν νοῦν ἔχει.

Vbi quis dolet, ibi & mentem habet.

Illud etiam communi Italorum sermone tritissimum, Cum incurrisse ex minore in maius periculum quempiam volunt dicere; E cascato dalla Padella nelle bragie, ortom scilicet à piscibus, qui cum frigantur ex sartagine in prunas b exiliont. Idem penè vsurpat sermo Graecorum: sic enim sanctus Epiphanius reprehendens Meletij Thebaidos Episcopi sectatores, qui nullam cum lapsis post signa poenitentiae sibi esse volebant societatem: Ario tamen, Arianisque familiariter vtebantur, fumum, inquit, com vitarent, in ignem inciderunt: lib. aduers. haer. 2. to. 2. haer. 68. ad quod significandum Horat. in Poët. dixit.

Incidit in scyllam cupiens vitare charybdin.

Apud Nicomachum etiam, quod Athen. refert, quidam se facile patrimonium, suasque omnes E coosumpsisse fortunas, velut ouum sorbens dixit, libro 2. cap. 17. Idem nobis familiare de re, quam facile possumus expedire, aut vincere, aut consumere, Me la sorbirei come vn eouo fresso. Et vt nos de magni capitis homine dicimos; egli ha grossa la testa, come vna zucca, sic & Hermippus apod eundem eiusdem libri, cap. 20. caput quaotum habet? Quantum Cucurbita. τὴν κεφαλὴν ὅσην ἔχει; ὅσην κολοκύντη.

Qui se nimis alteri accommodat, & obsequétem praebet, is dicitur ab Italis, che si lescia tirar F pel naso. Et Graeci eodem modo loquuntur. Lucianos io Dialogo, de haeresib. De Zenone contra Stoicos loquens. διὰ τοῦτο ἕλκειν ἡμᾶς τῆς ῥινός.

Iidem cum significant decrepitum, ac penè moribundum, vt est apud eundem, prouerbio dicunt. Γέρων ἤδη, καὶ παντὸς ὀλίγου ἔξωθεν ὤν, καὶ τὴν ὑπερφυᾶ πόδα φασὶν ἐν τῇ σορῷ ἔχων. Vt oostri, ha vnl piede dento la fossa, o la sepoltura; cum aliquem acriter, nos minamur increpaturos, vel increpasse affirmamus, vtimur hoc genere orationis, Gli lauato, o gli ho lauato bramamente il capo, o gli ho lauato la testa seoza sapone: sic & Graeci.

Artemid. lib. ὀνειροκρ. 2. cap. 4. lauare enim per G abusionem etiam reprehendere dicebant veteres, & Iul. Pollux. lib. 7. cap. 11. & conuitiis insectari, lauare, & lauit me, comoedia, qui locus est ex Aristoph. Pluto. & Menander, si enim vxori meae sic maledicia, tuom patrem, & te, tuosque ego lauabo, id est, conuieiabor. quo verbo se comulate relaturum iniuriam, & contumeliam affirmat, quos versus producit Artemidorus, & Suidas. Demosthenes in Theocrinem. Et aliquádo cootumeliis afficientes, & lauantes ipsos.

Duo

H Duo quoq; Chrysostomi alter profanus, san-
ctus alter, id est, Dio & Ioannes. Ille ita, Meliores
se, & calcat, & reprehendit; hic vero sic. Et mille
te quidam lauerunt contumeliis. ex quo & lati-
ni dixisse videntur, maledictis aspergere; & illud
Plauti Cistell. act. 1. sce. 1. inducentis scorta con-
querētia de matronis maritos in eorum odium
concitantibus, ita nostro ordini palam blandi-
untur, clam si occasio vsquam est, aquam frigi-
I dam subdole suffundunt, viris cum suis prædi-
cant: nos solere suas pellices esse: id quod Ada-
giorum collector non putauit ad hoc proposi-
tum referendum Cent. 10. Chil. 1. num. 1. Sed ad
alium morem, nescio quem, minus aptè.

Quanquam non improbo, quod extremo eo
loco adiungit, probabilius esse, vt translatum sit
ab officinis ærariis, vbi fabri subinde frigidam
in ignem aspergunt, quò vehementior fiat; &
Gregor. Palamas eandem phrasim vsurpauit, καὶ
ὕβρει πλύνων, τιμῶν ἢ διατωθάζων μοι.

Nec dissimilis est locutio Eccles. 30. Vbi legi-
mus pro animabus filiorum colligabit vulnera
sua. Complutensis Græca habet editio περιψύχων
υἱὸν abstergens filium: hoc enim significat περιψύ-
χειν, & de equis dicitur, cum strigili distringun-
tur, vt per translationem significetur correctio,
castigatioque filiorum: alij, sat scio, adhibentur
sensus, aliæque lectiones, quas, quoniam ad rem
nostram non faciunt, in Iansenij commentario
per te lege.

Nec silebo à Græcis aspergere interdum su-
mi pro laudare, vt apud Aristophanem Acharn.
ὑπὸ πανουργῶν, ὑπὸ πανούργων, id est, laudibus persun-
dens, s. adulans, ἀλλὰ βλέπετε διδάσκων, sic etiam
Italis.

Quorundam Consulatuum à S. Epiphanio enumeratorum diligentius expensa ratio.

CAPVT IV.

A CVm seriem historiæ Euangelicæ, cer-
tumq́ue ordinem sibi constituen-
dum esse putaret S. Epiphanius, 1.
to. 2. contra hær. libro recensuit à 13.
consulatu Octauij Aug. reliquos 30. consulatus
hær. 51. aduersus illos, qui non probant Euange-
lium S. Ioan. & Apocalypsin: attribuit igitur or-
tum Christi Iesu anno 42. Imperij Aug. ipso 13.
consule, & Silano, qui annus est V. C. 751. vel 752.
B quo tamen Cassiod. prodit consules Augustum
12. & M. Plautium.

Sed pro Epiphanio stat Dio, & Suet. cap. 26.
scribens Augustum biennio post 12. consulatum
cœpisse 13. cum M. Plautio Silano, quem etiam
Siluanum aliqui nominant, & sequitur Glar. &
2. Fast. Onuphrius: Cum Cassiodorus quoque
non anno 42. Imperij Aug. sed 41. assignet nata-
lem diem Christi. Coss. C. Lentulo, & M. Messal-
la. & Sulp. Seuerus ab vtrisque dissentiens in an-
tecedentem Consulatum coniicit ortum Chri-
sti, s. in annum 40. Imperij Aug. quo Coss. erant
Sabinus, & Ruffinus. C. Caluisius, & L. Passienus
à Cassiodoro nuncupantur.

Quæ nam harum opinionum verior post ad- C
notationes Feuardentij in cap. 25. 3. lib. S. Iren. &
Iacobi Pamelij in lib. Tertull. aduersus Iud. acu-
tissime explicauit Cæsar Baronius in Martyrol.
& in apparatu ad annales Ecclesiasticos.

Redeo ad seriem consulatuum Epiphanij. Post
Aug. 13 & Siluanum, ponitur consulatus Lentu-
li, & Pisonis iterum. Dio, & Cassiod. Cossum Len-
tulum, ac L. Pisonem appellat. Onuph. Cossum
Cornelium Lentulum Gn. F. L. Calpurnium, Cn.
F. Cn. N. Pisonem Augurem: Cum Tacitus lib. 4. D
Cn. Lentulum priorem nominet, & Dio Cossi
F. faciat Cossum Cornelium, nec tamen Cossus
prænomen est Lentulorum, Gentis potius Cor-
neliæ, ad quam etiam Lentuli referuntur.

Parum dissentit ab Onuphr. Glareanus, Piso-
nem tamen hunc Consulem iterum nemo facit,
vt Epiphanius. Sequitur L. Cæsar & Paulus. Dio-
ni est C. Cæsar Aug F. L. Aemili' L. F. Paulus Cas-
siodoro C. Augustus Cæsar 13. & L. Paulus, quem
Consulatum errore maximo Glareanus omisit,
cuius loco ponit, qui consequi hunc debebat, P.
Vinicij. P. Alseni Vari. Vinducium, & Varium E- E
piphanius appellat. Cassiod. P. Viuicium, & P. Al-
fenum: Onuphr. P. Vinucium M. F. P. N. P. Alfi-
nium. P. F. Varum: nemo Vinducium excepto E-
piphanio.

Lamiæ, & Seruilij Nummij consulatus Epi-
phanio, Dioni L. Aelij L. F. Lamię, M. Seruilij M. I.
F. Onuphr. addit Gemini. Magni Pompeij, & Va-
lerij Epiphanio: Cassiodoro sex. Aelij, Cn. sentij.
Dioni sex. Aelij Q. F. Cati. Cn. Sentij C. F. Satur-
nini. Onuphrio sex. Aelij Q. F. Cati, C. Sentij C. F.
C. N. Saturnini.

Prior Glareano est Catulus omnino malè; itē
omnino alij, quàm qui recensentur ab Epipha- F
nio; apud quem sequuntur Lepidus, & Aruncius.
Apud Cassiodorū. Cn. Cinna, L. Valerius. Apud
Dionem L. Valerius Potiti F. Messalla; Volusus
Cn. Cornelius L. F. Cinna Magnus, sic & apud
Onuphrium, qui videntur esse confusi superiore
consulatu ab Epiphanio.

Sequitur apud Epiphanium Cæsar, & Capito:
at huius consulatus nulla apud Cassiodorum,
Dionem, Fastos memoria, pro quo censetur M.
Lepidus, L. Aruntius in Cassiodoro. in Dione
prior Aemilius nominatur, alter L. F. in Onu-
phrio M. Aemilius L. F. Lepidus L. Aruntius. L. F.
L. N. ex Kal. verò Iulij. C. Accius Capito. C. Vibi-
us C. F. Postumus. In Epiphanio Creticus, & Ner-
ua: aliis Q. Cæcilius Creticus Metellus. A. Lici- G
nius Nerua Silanus, quem P. Silij filium fuisse
tradit Velleius posteriore volumine. Cassiodo-
ro Q. Cæcilius, A. Licinius.

Epiphanio sequens Consulatus est Camilli,

&

& Quintiliani. Caſsiodoto M. Furij Sex. Nonij.
Dioni M. Fntij. M. F. Camilli, Sex. Nonij L. F.
Qnintiliani, ſic Onnphr. qnibus ſuffectos capi-
tolinæ tabulæ ſcribunt L. Aprooium, A. Vibium
Habitnm.
H Cameri, & Sabini conſnlatus ſeqnitur apud
Epipbanium. Apnd Dionem, & Capitolinos la-
pides Q. Sulpicij, Q. Fabij Camerini, C. Poppæi
Q. F. Sabini. Apnd Caſsidornm Q. Sulpitij, & C.
Poppæi. His ſuffectos innenimus pro parte anni
M. Papium Mutilum, Q. Poppænm apud Dio-
oem, & faſtos. ſequens annus conſules accepit a-
pud Epiphanium Dolabellam, & Siluanum, Syl-
lanum hunc Glareanus appellat. P. Dolabellam,
C. Silanum Caſsiod. & Dio: quorum alteri ſuffe-
ctus reperitur Ser. Cornelius Lentulus Malgi-
nenſis.
Apnd Epiphaninm conſeqnitur Conſulatus
Lepidi, & Tauri: Apud Caſsiodornm M. Lepi-
dus, T. Statilius. Onuphr. & Faſti Taurnm etiam
I vocant. Priori ſufficitur L. Caſsius L. F. Longi-
nns. Apnd Epiphanium Flacci, & Syluani: Apud
Dionem, Caſsiodornm, Lapides Capitolinos
Germanici Cæſaris Ti. F. C. Fontei Capitonis, vt
fortaſſe immutatns fuerit ab Epiphanio ſuus
ordo, poſt Lepidum, & Arnncium ponente Cæ-
ſarem, & Capitonem. Onnphr. Ti. Inlij Diui. Ti.
Fi. Ang. N. Germanici Cæſaris, C. Fonteij C. F. C.
N. Capitones. Iſtis C. Viſellius Varro ſuffectus
fuit.
Epiphanins etiam ſequenti anno duos Sextos
nominat ſolns, non Dio, Sueton. Caſsiod. Alij
K L. Monatinm L. F. Plancum, C. Silium, C. F. ſic &
Onuphrius. Hos errote magno omiſit Epipha-
nius.
Seqnenti anno Pompei Magni, & Apnlei con-
ſulatus nominatur ab Epiphanio, quos diuiſit
à ſuperioribus dnobus Sextis, cum iidem ſint;
Nam Dio, Suetonins, Tacitus, Caſsiodorus, O-
nnphrius hos nominant Sextū Pompeium Sexti
F. Sextnm Apnleinm Sex. F. Horum loco à Gla-
reano reponuntur Druſns Cæſar, C. Norbanus
Flaccns, qui videntur eſſe ij, qni anno ſeqnenti
ab Epiphanio nominantur Brutus, & Flaccus,
aut certè reponuntur eo anno, quo Siſenna Sta-
tilius Taurus, & L. Scribonius Libo à Glareano,
& antè à Caſsiodoro, tametſi anno inſequenti
ab Epiphanio Taurus appellatur, & Libo.
L Poſt quos Caſsiodorus Conſules cenſet L.
Pomponium, C. Cæcilium. Flaccum illi, iſti Ru-
fum, adiungit nomina Glareanus, pro quibus
Epipb. Craſſum, & Rufnm habet. Onuphrius ita
C. Cæcilius C. F. Rufus. L. Pomponius L. F. Flac-
cus, his ſubiicit Ti. Cæſarem iternm, Druſum
Germanicum iterum Coſſ. At ſimpliciter Caſ-
ſiodorus Ti. Cæſarem, & Germanicum Cæſa-
M rem. Glareanus C. Ti. Cæſarem Neronem, III.
Germanicum Cæſarem II. Onuph. abdicaſſe tra-
dit, & ſuffectos L. Seium Tuberonem, Rubellium
Blandum.

Seqnitur conſulatus Syluani, & Balbi in Epi-
phanio. in Caſsiodoro. M. Silani. C. Norbani. In
Glareano M. Innij Syllani L. Norbani Balbi. O-
nuphr. M. Innij, M. N. Silani, L. Norbani C. F. N.
Flacci Balbi. In Chronico Glareani poſtremi le-
guntur conſules M. Valerius Meſſalla, M. Aur-
lius Cotta, vt apud Caſsiod. & Onnphr. Meſſal-
lam, & Gratnm nominat Epiphan. In ſequenti-
bus nonnulla quoqne differentia.
Quod ſi qnis in Epiphanio incnriæ lapſus ap-
paret, dignus eſt bomo, & Græcns, aut Syrus po-
tius, & ſanctiſsimus, qni totus erat in rerum di-
ninarum commentatione, qui excuſetur: neque
enim eſſe potnit accuratior, quid, quóue ordi-
ne à prophana traderetur hiſtoria.

Speculator an, qui Carnifex, confu- tata ſententia Cuiacij.

CAPVT V.

MAA c 1 ſexto legimus de ſanctiſsimi A
Baptiſtæ obtruncatione, & miſſo
ſpiculatore præcepit auferri caput
eius in diſco. Σπεκουλάτορα Græcè
legitur per ε, vt videatur eſſe ſpeculatore latinè
legendum, cum veteres ſcripturæ librorum Ta-
citi, & Suetonij ſemper per e habeant: & Iulius
Firmicus libro 8. capite 26. Speculatores facier,
qui nudato gladio hominum amputent ceruí-
ces.
Sic L. Diuus de bon. Dam. & L. T. C. de Co-
hortalibns. Prin. Cor. qui enim à Tacito lib.
Ann. 17. vocatur Barbius Teſſerarins ſpeculator, B
& Veturius Ocho, pro Optio à Plutarcho in Gal-
ba ſic vocatur ἐν τι τούτοις Ιτύριος, καὶ βάρβιος. ὁ μὲν
ὀπτίων, ὁ δὲ τεσσεράριος, & mox adiungit Optionis, &
Teſſeratij nomine ſignificari eos, qui nnncio-
rum & διοπτήρων, id eſt, ſpeculatorum miniſterio
funguntur.
Ex quo apparet, inquit, Cuiacius, & alij, vt
Adrianus, Tutnebus, non à ſpiculis ſpicnlato- C
res, ſed à ſpeculis, qnòd ſint in ſpecnlis, voca-
tos; quos poſterior ætas ſcnltatores, quaſi au-
ſcultores nominauit, qno fit, vt nocturnarum
excubiarum teſſeras tractent ex eo ordine, qni
teſſerarij dicuntur; ex quo ordine ſumnntur, qui
in capitis reos lege agũt, vt apparet, inquit, ex lo-
co citato Euangelij, & ad L. B. Diuns. τῶν βασιλι-
κῶν explicatio. Veſtem occiſi, qna eum com-
prehenſus fuit, indntus erat, neque princeps
lucratur, neqne ſecuri percutiens, neque com-
mentarienſes.
Scultatores dixit Vegetius lib. 2. cap. 15. & Leo
Philoſophus τακτικῶν. Accnrſius de iure fiſci lib. D
10. L. ſuper. Optiones intelligit, qui publica exi-
gebant. Alciatus in 3. priores Cod. Iuſtini. li-
bros ex Plauti Aſin. Varrone, Vegetio, pro mi-
lite accipit, qni ægros antecedit, tanquam eo-
rum vicem, ſi vſns venerit, gerere ſit paratus.

Priscis Accensus dicebatur, quo modo à Callistrato l. vlr. de iure immun. sumitur, cum ait. Quamobrem etiam qui in Palatina militia idipsum agit, quod in exercitu optiones, iure arbitror dici optionem. optionum item inferior gradus, & cum D. L. adiunguntur speculatoribus, videtur significari esse speculatorum adiutores.

E Itaque sententia istorum speculator est Carnifex, vel ex ordine assumitur speculatorum, quæ ego minimè probo: neque cogit prior Cuiacij ratio, vt probem, vt nec cæteræ. Nam si, quia Græcè est per ι, debemus etiam existimare latine per e legendum, quia græcè est penultima per o, etiam latine cum o non producto, sed breuiter efferre deberemus, quod nemo dabit.

Adde, quod interdum mutantur elementa inter se, e, & i, vt heri. here, & quæ speculatoria

F dicitur Caliga à Suet. in Calig. cap. 52. ea dicitur à Tertull. cap. 1. de cor. mil. spiculatoria, id est, militaris.

Neque ex eo loco sancti Marci colligitur ex genere speculatorum assumi speculatores, id est, carnifices: Nec video, quo modo vir iste eruditissimus colligere hoc posset; nec eum iuuant quæ, ex Plutarcho & Tac. producit loca: His enim tantum affirmatur inter coniuratos ad necem Galbę inuentos etiam Iturium optionem, & Barbium Tesserarium, & ex eo munere, inquit Plutarchus, cui cura est nunciare, & speculari.

G Ex quo etiam corrigenda Taciti lectio primo histor. lib. Sed tamen è libertis Onomastum futuro sceleri præfecit, (Otho s. cædem Galbæ moliens) à quo Barbium Proculum Tesseranum speculatorem, & Veturium Othonem eodem perductos, postquam vario sermone callidos, audacesque cognouit, pretio, & promissis onerat data pecunia ad pertentandos plurium animos. Nam Tesserarium dici oportet, & speculatorem, siue etiam spiculatorem pro Satellite, sc. Principis: Nam ij propriè à spiculis, quibus armantur, dicuntur spiculatores, & pro Otho-

H nem, optionem, quia à Decurione, vel Centurione ad priuata negotia adoptabatur.

Quare à Tacito decimo quarto libro Annal. adminicula Centurionum vocantur optiones, & apertè Festus scribit Centurionibus, siue Tribunis militum morbo, vel negotio impeditis, tanquam Vicariis adoptari, indeque nomen sortitos; quo modo Tesserarij, qui tesseram nunciant per contubernia militum. Isidorus libro orig. 9. cap. 3. Optiones inquit dicti, quod sint electi: nam optare eligere est, sicut est illud Virg. Aeneid. 1.

Optauitq; locum regno—

tectis, alij. ita Non. Macellus cap. 1. extremo, optiones in cohortibus, qui sunt honesti gradus, quia optari, hoc est elcti. Varro lib. 3 de vita populi Romani recensentibus Centurionibus adoptati in cohortes subibant, vt semper plenæ essent legiones: à quo optiones in turmis decurionum, & in cohortibus Centurionum appellati. Festus Pomp. lib 13. & Veget. is dabatur adiutor Centurioni à Tribb. militaribus, & olim dicebatur accensus. inde optionatus. Plaut. Asinaria action. 1. sc. 1. Malè itaque à verbo Græco ἐπιδω deducunt, licet Plutarchus hos vocet ἀγγέλους, illos διοπτῆρας, quòd si Carnifices isti fuissent, non erat necesse pretio, & promissis onerare, translata autem voce Carnificem etiam significat, quia spiculo instructus est.

I In foro Traiani Romæ huiusmodi legitur inscriptio: Virgini Victrici sanctæ Deæ Nemesi M. Aurelius Romanus optio Karc. Chor. 12. Vrb. Gordianæ D. P. Altera domi visitur Marcelli de Monte.

HERCVLI INVICTO.

Pro salute D. D. N. N. Imp. Cæs. M. Aur. P. Antonini P. Fausti, M. Aurel. Alexandri nobilissimi à Cæsar. totiusque domus diuinæ eorum: & post pauca. Fabianus signifer. & Valerius Fabianus optio.

Rursus in lapide Rom. Saturnino eq. Coh. 7. K Pr. S. Verissimi, qui militauit in eq. secunda Italica. Tesserarius ann. 6. & in Piceno C. Lucilius, C. F. vel vindex Mil. Coh. 6. Prær. vix. annis 30. militauit annis duodecim, principalis beneficiarius, Tribuni deinde optio in Centuria. vtrumque item nomen coniunctum legitur in marmore quodam. Equiti cohor. eiusdem Tesserario optioni.

Rudes, & Pileus quid: clam, & furtim non idem: ex his nonnulla loca Tertulliani explicata: Quid per lasciuiam agere: mutuum vnde dictum.

CAPVT VI.

A QVi ad bestias damnantur, siue ipsis obiiciuntur, quod post damnationem consequitur, statim consumuntur: qui damnantur ad gladium intra annum sunt consumandi, ait Paulus libro 5. sentent. tit. 17. Ad gladium dare vocat Constantinus C. Theod. ad L. Fab. L. Plagiarij. Liber sub hac forma. In ludum detur gladiatorium, vt antequam aliquid faciat, quo se defendere possit, gladio consumatur.

Item eos, qui ad ferrum damnantur, libertatem perdere Caius ait, L. eius qui. De Testam. & ideo testamentum iure facere non posse, interpretatur Accursius, vt capite truncarentur: alij, vt in vinculis, siue Boiis, aut compedibus essent B ex Plauti Persa, sc. quæ incipit. satin' Athenæ.

Quod

Ferreas tute tibi impingi videas crassas compedes. quod minus verum esse videtur; quoniam in re ciuili pœnæ loco non est carcer, sed custodiæ. quod autem Paulus dixit, mandatis contineri Licinius Rufinus scripsit, is, qui librum composuit, quo leges Dei cum legibus populi Romani confert.

Ad ferrum autem damnatos, & ad gladium damnatos, pro eodem sumit Alciatus capite 23. lib. 1. Parerg. Qui verò damnantur in ludum, seu venatorium, siue gladiatorium, reseruantur po-
C puli voluptatibus, immò verò post quinquennium pileari, id est, pileum accipere, deinde post Triennium rudem, & liberari solent, & ceteris gladiatoribus præfici, vt qui rudem interpretantur, ῥάβδον τῶν ὁπλιτῶν μονομάχων, &c. sentiunt.

Sic & apud Romanos serui, qui libertate fuerant donati, pileum tonso capite gestabant. Hinc Plautus Amphitr. act. 1. sc. 1. extrema, vt ego hodie raso capite caluus accipiam pileum. & A. gell. lib. 7. noct. Att. cap. 4. ex Cælio Sabino I. C. tradit seruos etiam pileatos solitos venundari.
D Prius illud Plutarch. in T. Flaminio hac oratione confirmat. Viri isti, vt in more habent serui, cum liberi fiunt, tondere capita, & pileum gestare, hæc cum fecissent, triumphantem secuti sunt: & Græcis pileus erat ingenuitatis, ac nobilitatis argumentum.

Sanè Iunior Soranus in Hippocratis vita, scribit, eius imagines visi capite plerumque pileato hanc vnam ob caussam, In multis verò imaginibus pingitur coopertus capite pileo, vt quidem quidam dicunt, insigne esse libertatis in pileo, siue nobilitatis, vt Vlixes. ex hoc Septimius Tertull. libro de spectaculis cap. 21. gladiatori atroci petat rudem, & pileum præmium conferat.

E Apertius in Virgilium 8. Aeneid. nisi fallor, Seruius auctor est, seruos in Feroniæ, quæ Dea libertorum templo olim raso capite pileum accipere solitos. Et Cicero secunda Philippica, tam bonus gladiator, tam cito rudē accepisti, id est, dimissus es à munere. quæ dimissio virga rudi indicabatur, & dimissis dabatur: de quo alia quædam notat Pamelius in eum locum Tertull. & lib. de Patientia cap. 4. eiusdem, & Lamb. in 1. sc. act. 1. Amphitr. Plauti.

Tranquilli in Nerone est locus cap. 12. explicationem Alciati confirmans, qui iure meudosus videtur Iusto Lipsio comment. in Tacitum. Exhibuit autem ad ferrum etiam 400. Senatores, 600què equites Romanos.

F Solebant autem noxij in ludum gladiatorum dari, vt in Panegyr. Traiani Plinius ait: ac ne ea lege vlla sit inter se repugnantia, principium legis intellige in iis, qui ciuitatis Romanæ ius habebant; qui in metallum dabantur ex eo delicto, ex quo aliis ceruices cædebantur: finem verò in aliis; principium in nobilibus, finem in ignobilibus, alij intelligunt: quanquam idem ferè videtur. In lege Ingenuus legitur, Constantinus tamen scripsit liber, videturque intellexisse eum, qui libertate donatus est.

Non tacebo quod narrat Dio lib. 47. Brutum in numismate imprimi iussisse pileum, duosque pugiones, vt significaret à se, & Cassio patriam seruili Cæsaris dominatu liberatam.

Illud item adnotandum, legibus gladiatorum numerum fuisse terminatum, hoc est, vt neque sæpius, quàm bis in anno liceret gladiatores dare, neque vltra paria 60. Ita Dio lib 54. de edicto Augusti loquens. Et in Iulio Suet. magis vniuersè de hoc numero loquitur. Vide plura in Saturnalibus Lipsij. G

Sunt vero Iurisconsulti graues, & eruditi, qui putant, quod de ludo venatorio scribitur ab Vlpia. l. ad damnum §. quicunque de pœnis. Damnatos, sc. in ludum venatorium, vt ferro depugnent cum bestiis, esse seruos pœnæ: hoc enim tantum distant à ceteris, quòd instituuntur venatores, aut Pyrrhicarij, aut in aliam quamlibet voluptatem gesticulandi, vel aliter se mouendi gratia. H

Idem intelligendum de ludo gladiatorio, atque vt melior est conditio damnati in ludum venatorium, quàm ad bestias: ita melior est conditio damnati in ludum gladiatorium, quàm ad gladium: atque vt damnati in ludum venatorium, non in venatione tantum instituuntur, sed in aliam nonnunquam populi voluptatem, sic damnati ad ludum gladiatorium.

Ac sublatis iam penitus gladiatorum spectaculis L. 1. C. de gladiatorib. penitus tolli non arbitrantur, aut sublatum esse ludum gladiatorium: & ex mente Iustinus in D. l. 25. de acquirenda hæreditate. §. si quis planè. Clam, & furtiuè L. clam de furtis. Furtum fit clam, & obscurè, & plerunque nocte, l. 1. de furtis. Hinc Homerus caliginem furi nocte meliorem. ὁμίχλην κλέπτῃ νυκτὸς ἀμείνω, Euripides. κλεπτῶν μὲν ἡ νὺξ, τῆς δ' ἀληθείας τὸ φῶς furum nox, veritatis autem lux. Sic liberator orbis Christus Ioan. 3. omnis, qui male agit, odit lucem. I

Non omne tamen quod fit, vel occupatur furtiuè, furtum est. Aristoteles libro Rhet. 1. οὐ πάντως εἰ λάθρα ἔλαβεν, ἔκλεψε, &c. id est, non omnino si furtim accepit, furatus est, & sibi vsurpauit: furtiuè ingredior possessionem fundi, nec tamen furtum est. Furtim cædo arbores alienas, nec tamen furtum est semper. l. furtim Arb. fur. Cæsar. furor lapidem terminalem sine furto; lege 2. de ter. K

Hinc vertitur quæstio inter Iurisconsultos, An, qui clam abduxit seruum suum, teneatur furti. Quam hoc modo Cuiacius ad Africanum l. si seruum meum, tract. 7. dissoluit. Si interfit aduersarij honesta ex caussa rem non abduci, vel abripi, vt si bonæ fidei emptor fuerit, si creditor pignoratitius, tenetur furti, vel vi bonorum ra- L

ptorum, qui rem suam abduxit, vel rapuit, vel conditione incerti l. cum res, §. vlt. de furt. si non intersit, vt si sit donatarius bonæ fidei, aut commodatarius, non tenetur l. qui iniuriæ, §. l. vlt. 15. qui rem commodasset eodem titulo. l. 21. commod.

Item si non ignorauero mihi non licere vi, aut clam rem meam abducere, teneor furti: si
M ignorauero, non teneor, quia dolo careo, & furtum, aut rapina non fit sine dolo malo, § 1. Instit. 6. bono. rapto: Quomodo accipiendus est §. Hac actione 15. demum l. 2. ad Afric. Quæstioni, pœnæ caussa ne quis subiiceretur, statuit Adrianus l. pen. de quæstionibus.

Quod etiam genus pœnæ inciuile, ac Tyrannicum docet in Apol. Tertull. cap. 2. Ciuilis, non tyrannica dominatio vestra est. apud tyrannos tormenta etiam pro pœna adhibentur, apud vos soli quæstioni temperatur. Hinc quod sequitur intelligendum. Vestram illis seruate legem vsque ad confessionem necessariam, etiam si confessione præueniantur, vacabunt. Pro quo
N lectio vetustior, sed mendosior, Zephiri, & Rhenani habet, vestram illis seruite legem vsque ad confessionem necessarium, &, si confessione præueniantur, vacabunt: significat enim hac tantum lege nos tormentis vti ciuiliter, vt confessionem extorqueamus in confitente cessare tormenta, & de confesso non haberi quæstionem, nec haberi posse, nisi pro pœna, & hanc pœnam inciuilem esse, id est, tyrannicam.

Per lasciniam agere quidpiam veterea Iurisconsulti dicunt, explicantes caussas, ob quas ex mercede conductor nihil quidquam deducere potest: ea inquiunt, quæ inopinata sunt, & insolita cedunt damno locatoris: non si quid accidat
O ex consuetudine, vel si quæ vitia oriantur ex ipsa re, vel si exercitus præteriens per lasciuiam aliquid abstulerit.

Per lasciuiam explicant Græci ad l. 4. §. 1. de sicariis. διὰ παιγνίαν, vel ἀσωτίαν, ἀσελγίαν, τρυφὴν, Itaque videtur esse lasciuia iocularium malum, siue noxius ludus; neque dicendum lasciuiam, neque dolum esse, neque culpam: est enim culpa, & plerunque lata l. pen. vi. bono. rapto: nisi enim esset culpa, iniquè coërceretur: at coërcentur milites lapsi per vinum, aut lasciuiam, l. omne. §. penul. de re. mil. vbi vino rectè coniungitur lasciuia.

P Coërcetur actione in factum, qui per lasciuiam fugat armentum. §. Interdum. de obliq. quæ ex del. nasc. coërcetur, qui per lasciuiam caussam mortis præbuit. d. l. 4 §. 1. Vt si in conuiuio, quæ fuit propria species, ad quam Proconsuli Bæticæ rescripsit Adrianus Imperator. quidam, dum sago iactatur, culpa eorum, qui sagum tenebant, ita malè acceptus fuit, vt in solum ceciderit, & ex eo casu mortuus fuerit post dies ali-
Q quot, qua lasciuia Tranquillus in Othone cap. 2. eum scribit oblectatum, vt noctu vagaretur sæpe, & inualidum quemque obuiorum, vel potu lentum corriperet, & distento sago impositum in sublimè iactaret. Quam etiam significat lib. 1. epigrammat. 3. Mart. post versus in Amphitheatrum.

Ibis ab excusso missus in astra sago.

Nos Itali vocamus Shalzare. ex hoc putat Adrianus lib. 21. aduers. cap. 14. Ciceronis locum hunc 3. de oratore. Nam illud alterum genus, quod est temporibus, locis, reis, definitum, obtinent, atque idipsum lacinia, sic legendum putat, atque idipsum lasciuia, quia per lasciuiam, & iniuriam alienum aliquando inuadimus, & retinemus, vt illo Varronis loco capite decimo quarto, pri- R
mo de re Rustica libro viatoris prætereuntis lasciui non metuet faciem ardentem, quod Bias antè docuit.

Sed docti alij interpretantur lacinia, id est, aliqua parte lacerata, non tota possessione. Sic enim Plautus Asin. act. 3. sc. 3. lacrumantem lacinia tenet lacrumans, scilicet per vim, vt quos inuitos apprehensa vestis lacinia retinemus. Nam sc. sequenti, cur me retentas? inquit.

Mutuum Iurisconsulti originem cum Varro- S
ne habere volunt à verbo Siculo μοιτὸς, vt apud Sophronem μοιτὸν ἄντιμον cui similis alter in lex: Hesychij, μοιτοὶ ἄντιμοι, qui sunt eidem ἀμείπται ἄντιμοι, id est, permutatores honorati, qui & prouerbium adfert Siculorum ἁ χάρις μοιτὸν οἵαν χάριν. hoc est, gratia mutuum ferret gratiam: attendendum tamen, ne potius Siculi à Romanis acceperint, vt de leporis, vnciæ, ac nummi vocibus posset ambigi, quas esse Siculas testatur Pollux, μοιτὸν verò dictum videtur, quasi μοὶ τὸν mihi tuum.

Nam & hæc est alia Iurisperitorum notatio existimantium vocatum ex eo mutuum, quod de meo fit tuum, l. 2. §. 2. D. de reb. cred. indica-
turque à Nonio his verbis. Honestius mutuum T
est, quod sub amico affectu fiat meum tuum vsu temporis necessarij. Cui deductioni fauent Cicer. verba epist. 1. lib. 5. fam. ad Q. Metellum, quæ à Cuiacio producuntur 37. cap. lib. 11. obseru. & ab altero commentar. verb. iur. Quod autem ita scribis, pro mutuo in nos animo, quid tu existimes esse in anima mutuum, nescio. equidem hoc arbitror, cum par voluntas accipitur, & redditur.

Nec mihi tamen alia deductio eorum displi- V
cet, qui à mutatione volunt accepisse nomen, quòd videlicet mutetur hoc genere pecunia cum pecunia, dum par quantitas accipitur, & redditur; quodque in illis rebus consistit, quæ mutationem facile, & promiscuum vsum recipiunt. Quod postea Adrianum sensisse libro aduers. 10. cap. 25. legi.

Dicitur autem mutuum ea lege dari, vt par quantitas reddatur in eo genere, non in specie eadem. Primum enim si detur, vt nihil reddatur, quod creditum insolubile vocat Seneca libro 4.

cap.12.de benef.mera donatio eſt,non mutuum, quia mutatio,ant reciprocatio interneuit nulla. Sic boni auctores à mutuo ſoient proprium ſeparare, vt Comicus, ego cum illa nolo facere mutuum. Quid ita? quia proprium facio. Plaut. Curcul.act.1. ſc.1.

X Proprium verò eſt, quod nec in genere eodem,nec in ſpecie eadem, vel alia reddere cogor alteri: Mutuum, quòd reddere cogor. Inde illa Philoſophorũ vox: Nihil eſt homini proprium, quia nihil, quod non reddi oporteat, terra reddenda terra, animna procreatori ſuo. & in comœdia, Nihilne eſt proprium cuiquam? Sanè vitam eſſe mutuam, non propriam, de obitu Germanici Druſi ad Liuiam C.Pedo cecinit, aliorum iudicio Ouid.

Y *Vita data eſt vtenda, data eſt ſine fœnore nobis*
Mutua, nec certa perſoluenda die.

Et Cicero lib. quæſt. Tuſcul.1. Natura dedit vſuram vitæ,tanquam pecuniæ nulla præſtituta die: Et Accius, Nulli vita propria in vita eſt, vt hanc ob cauſſam Euripid.ſcripſerit. Nemo eſt mortalium, qui ſciat craſtinam diem futuram, ſi viuet: Quod argumentum egregiè noſtris Theologis, qui de moribus tractant,explicatur:à quibus tamen veriſsimè docetur vitam nobis mutuo datam, ſed reddendam cum fœnore, quod eſt, ipſam excolere. Hoc eſt, quod ſalutis noſtræ auctor, & parens Chriſtus Matt.25.docuit, exigens talenti ſeruo præſtiti vſum ſub perſona hominis Z peregrè profecti,& veniens ego recepiſſem vtiq; quod meum eſt, cum vſura: Hinc natus latinorum mos loquendi, vt pro vita vſuram vitæ, vſuram lucis,ac temporis dicere ſoleant.

Ciceronis locus in orat. ad Brutum, quem multi ſunt imitati: Arionis hiſtoria: Bella vtrinque iuſta ex verbo hoſtis indicari.

CAPVT VII.

A HOc initium eſt oratoris Ciceronis ad Brutum. Vtrum difficilius, aut maius eſſet negare tibi, ſæpius idem roganti, an efficere id quod rogares, diu,multumq́ue, Brute, dubitaui:Nam & negare ei,quem vnicè diligerem, cuiq; me cariſsimum eſſe ſentirem, præſertim, & iuſta petenti, & præclara cupienti, durum admodum mihi videbatur;& ſuſcipere tantam rem, quantam non modo facultate conſequi difficile eſſet, ſed etiam cogitatione complecti, vix arbitrabar eſſe eius, qui vereretur reprehenſionem doctorum,atque prudentium.

Hieronymus homo Ciceronis ſtudioſiſsimus bene eſt imitatus in epiſtola ad Domnionem, & Rogatianum; aut certè locus eſt Ciceroniano ſimillimus. Vtrum difficilius ſit facere,quod poſ- B ſitis, an negare,nec dum ſtatui: Nam neq; vobis aliquid imperantibus abnuere, ſententiæ eſt; & magnitudo oneris impoſiti ita ceruices premit, vt ante ſub faſce ruendum ſit, quam ieuandum: Atque his poſtremis verbis illud etiam Virgil.2. Georg. expreſsit.

Iniuſto ſub faſce viam dum carpit.

Eidem procemio eſt ſimillima B. Proſperi in lib. de vita contempl. ad Iulianum præfatio,& Ioan. C Antonij Campani ad Pandulphum Balionium in lib.1.de ingratitudine fugienda,quę ſanè eſt grauis & acuta:libri item,qui Italice ſcriptus inſcribitur il Cortegiano principium. Nam eius auctorem non Italicè modo, ſed latinè etiam doctum ad illud Ciceronis initium proculdubio reſpexiſſe puto,is eſt Balthaſar Caſtillioneus Comes, familia certè illuſtris, ac bonarum litterarum, & poëticæ doctrina longè illuſtrior: cuius etiam Cleopatrã Heroicis latinis verſibus conſcriptam docti valde probant: Cuius item vxor Hippolyta Gonzaga lectiſsima femina ſcribendis verſibus excelluit.

Quam fabulam,immò verò hiſtoriam multis verbis commemorat in cõuiuio Plutarchi Gorgias Periandri frater, & ex lib.1. Herodoti Agel- D lius poſtremo cap.lib.16. & Hyginus fab.194. & 2.lib. Aſtron. Poët. in Delphine, eandem breui hoc ſermone Plin.lib.9.ca.8.refert. Quæ faciunt, vt credatur, Arionem quoq; Citharœdicæ artis interficere nautis in mari parantibus ad intercipiendum eius quæſtus eblanditum vt prius cithara caneret,congregatis cantu Delphinis,cum ſe iecisſet, exceptum ab vno Tænarum in litus prouectum.

E Hygin. in fab. primum differt à ceteris,quòd Corinthum à Delphine vectum Arionem ſcribit ad Pyranthum Regem cum Plin.atque Herod.& Pauſ.lib.3.id.in Lacon.& ipſe Hyg.in Aſtron. Tænarũm dicant, quo è Siculo mari tranſuectus ſit; & Periandrum nominent Regem Plutar.Herod. Agellius: Nautas ceteri nominant, vel latrones, qui in cædem Arionis conſpiraſſent. Hyg.in Aſtron. ſeruulos Arionis fuiſſe narrat: famulis tamen cum ceteris nautas adiungit in fabulis. In eo etiam diſcrepat,quo modo hi,ſiue nautę,ſiue F famuli, certè latrones, in eius poteſtatem deinceps cum veniſſent, vltimo affecti ſuppiicio fuerint,vel ab eodem,vel à Periandro Rege.

Eleganter hanc fabulam,ſiue hiſtoriam verſibus exponit in hiſt.Io.Tzetzes Chil.1.cap.17.qui & Regem nominat Periandrum, & nautas, non latrones,& cum rem ipſe narraſſet Periandro,ab eo poſitum in cuſtodia, interim facti veritatem inquirente. Nec diſsimilis eſt de Baccho fabula ab eodem in Aſtron.poët. narrata, & ante illum ab Apollodoro 3.lib. Bibliothecæ.

Ex etymo vocis bella vtrinq; hoc eſt vtriq; hoſti inter ſe pugnanti, eſſe licita, ingenioſè,& eleganter deprehendit præ ceteris lib. Parad.2.cap. poſtremo Alc. Hoſtes, inquit, ab eo dicti ſunt,

quòd vtraq; pars æquo iure pugnat: primum enim vt Nonius Marcellns adnotauit, hostimentum æquamētum est, &, vt Festus, beneficij compensatio. Deinde hostes dicti, qui ex iusta caussa pugnam adeunt, ex quo hostire verbū & hostimentum nouum, apud Plautum Asin. Istis consentit Apul. act. 1. s. 3. in eadem notione accipiens vetbū hostite pto æquare, siue æqnum teddete.

H Hnius item sententiæ Fulgosus est Raphaël omnibus legum interptetibus aduersæ l. ex hoc inre. Infima hæc, & debilis à significatione argumentatio.

Solidior est huins quæstionis ratio, quòd sæpe dubia sit ęquitas, & iustitia partium, & inte vttaque potest æquitatem prætendere: Hæc Theologicæ est definitio, quam docnit I Dominicus à Soro lib. 5. de Iust. & Iure q. 1. art. 7. & q. 6. art. 4. tradens partem vtramqne ex ignorantiæ excusari: nam omne bellum vtrinque gestum iustum esse dicere, insaniæ est simile: non refero, quæ disputat Voconius I. C. declar. iur. ciu. lib. 1. cap. 2.

Poëtarum reprehensio ex Platone, & Epicureis, & quid ἀπαγγελία.

CAPVT VIII.

A DVAS potissimnm caussæ maximum Philosophorum impuletunt Platonem, vt è Ciuitate, ac Rep. sua Poëtarum nationem eiiceret: vna propter B vxrietxtem, id est, διὰ τὸ ποικίλον: imitationis; alia proptet nimios affectns, id est, διὰ τὸ πτεῖλον τῶν παθῶν. Vt Proclus demonstrauit in suis quæstionibus poët. qnos ex Plat. de legib. lib. 1. excerpsit.

Prima illa cxusa intelligitur, cū imitxmut tum bonos, tum mxlos: tum continentes: tū incontinenres, si enim dicas poësin vtilitatem, & rectam institutionē spectare mortalium, quid est necesse propter bonos, & sapientes vitos vllum? ptæter res bonas, vllam imitari? Cum enim suapte naC tura sint homines μιμητικοὶ. id est, imitatione gaudeanr. propterea enim sunt, vt Proclus ait, i. quæ. φιλόμυθοι, quare periculum, ne, si assuefiamus, vitam ducere variis, & omnis generis imitationibus, similes efficiamur ipsis per xffectus applicarionem, & diuersos induamus mores tali gaudentes diuersitate. Certè imitatio vatix, ac multiplex est incunda, sed perniciosa rectæ hominum institutioni, cuiusmodi enim fuerint, quæ imitatione exprimuntur, eiusmodi necesse est illa effici, quæ eotum vi huc, illucque impulsa permoneutur.

D Alteta vero caussæ profecto iusta est, cum plus quàm pat sit, perturbet animos poëtica imitatio, & diuetsis affectibus implicet, quod non est hominis bene institoti, & ex rationis præscripto viuentis, qui potius affectiones animi contrahere, & quantum fieri potest, moderari debet: oportet, inquit Proclus, ciuem bonum futurum hatum affectionum quasdam infinitas demoliri, & euertere, atqne ad regulam, & normam rationis teuocate: At tecitationes illæ Tra- E gicæ, & Comicæ, ac similes, quæ immoderatam habent permotionem affectuum ipsis magis excitandis, titillant mentem, ac tantum abest, vt animum purgent, vt maxime inficiant, ac contaminent. expiationes enim non suut sitæ in excessu, sed in operationibns contractis paruam similitudinem cum eis habentes, quotum sunt expiationes.

Itaque cum neqne risus amantes, neq; amantes luctus efficiendi sint homines, sed in vtroque potius temperxti, nullus est in bene instituta ciuitate Poëtarum imitationibns concedeudus F locus: Hæc Aristotelis sententiam confodiunt in Poëtica scribentis Tragœdiam non enarratione, sed misericordia, & tettore perturbationes animi purgate. Egtegiam verò purgationem, qua magis animus impletur, & inquinatur.

Virtus item quiddam est simplex, & Deo simile, in qua maxime excellit, quod vnum est, τὸ ἕν: hoc qui assequi volet, fugiat oportet inimi- G cam vni varietatem, id est, ποικιλίαν: Iure igitur conficit Proclus eiusmodi imitationes, loco mediocris circx pertutbationes expiationis malum habitum instillare animis, & qui difficile exuatur, cum vnitatem, & simplicitatem aboleat. Comœdia quidem ptouocante amorem voluptatis, & ad saetificia absutda deducente. Ttagœdia verò instituente ad studium doloris, & ad ignobiles lamentātiones attrahente: Vtraque vetò pattem affectionibus obnoxiam souente. Cum ante dixisset pet Ttagœdiam, & Comœdiam modulatè, siue potius metticè perturbationes impleri.

Eadem fuit Epicuteorum sententia cum Pla- H tonicis Poësin explodentium, quod refert Sextus Empit. lib. adu. Mathem. cap. 17. Inutilis, inquit, vitæ, & valde noxia: est enim humxnarum pertutbationum munimentum: & vt senex seni linguam suauissimam habet; ita qui amote insaniunt, & ebriosi Alcæi, & Anacreontis cum legunt carmina accenduntut: Itacundi vero habent sui ipsorum vitij aliptas, Hipponactem, & Atchilochum, id. qui foueant, & vero augeant.

Aristoteles antem 8. Polit. libro suam tuetur I pto poësi opinionem exponens, Musica tres ob caussas vtendum, proptet παιδείαν, κάθαρσιν, διαγωγήν: & singulas enucleate declarat, ostendens non esse alia in re sitam virtutem, quàm vt sciant homines tectè lætari, mœrete, amate, odisse, iudicate, &c. verba non adsero, quoniam hic philosophus in omnium manibus versatur: sed hoc modo xnimum imitatione Tragica purgari spectando tradit, quòd assuescant dolere, miserari, timere, &c. vt cum simile quidpiam ipsis euenetit, minus istis pertutbationibus tangantur experientia, & cousuetudine alienarum: deinde, quoniam sæpe mortales perperam dolent, ac ti-

ment,

ment, bene dolere, acrimere Tragœdia docet, cum personas affert, ac res commiseratione dignissimas.

Postremò, quia intelligunt, quam incerta sint humana omnia, quam fallacia, & caduca. & quot sit vita casibus obnoxia: Itaque si quid ipsis humanitus accidat, ea re se maximè Consolantur, quod eadem aliis euenisse recordantur: id quod eleganter apud Athenæum libro quinto in principio, Comicus Timocles multis versibus expressit.

Sextus Epicureos refellens cum Aristotele facit his verbis. Poëtica multa subministrat ad sapientiam, & felicitatem præsidia: constat ex hoc optimam vere esse, & formandis aptam moribus, quòd radices acceperit Philosophiæ principium sententiis Poëtarum: quamobrem Philosophos consueuisse, si quando hortari velint, ac monere, tanquam obsignare orationem suam dictis Poëtarum. Et Seneca libenter, vt Seuerus morum magister, commenta reprehendere solet Poëtarum, vt lib. de beneficiis 1. cap. 3. Vbi de tribus agit gratiis.

Vtraque opinio laudanda, & vera: ei non erit non facillimum, vtra sit verior, & laudabilior diiudicare, qui eruditum, & prudentem de lect. poët. libellum Plutarchi attentè legerit. Attigit quædam eruditissimus Mazzonus in summario defensionis Dantis n. 25. 74. 87.

Explicandum hic tamen, quid ἀπαγγελίας nomine significet Arist. & Aristides quidem Rhetor lib. de sermon. ciuili 1. λόγῳ πολιτικῷ dictionem vocat ἀπαγγελίαν, cur autem? quoniam ipsius opera enunciamus conceptiones animorum. & Hermog. enunciationem dico, ipsam dictionem, qua scilicet enunciamus animi sensa, & eandem habere vim in soluta oratione, & vincta docet in poët. his verbis Arist. sub nomine λέξιν tantundem significare dictionem in metro, seu versu, atque in prosa oratione, nec minus illic, quàm hic suam vim exercere, cum in reliquis tamen à pedestri oratione valde discreper poëtica.

Arist. 3. Rhet. prior fuit dictio poëtica, qualis Gorgiæ; & nunc etiam imperiti plurimi putant id genus homines optimè disserere: quod non ita est, sed alia est sermonis & poëseos dictio. Rursus, nam dictio poëtica fortasse non humilis, non tamen conuenit sermoni. Quanquam propriè λέξιν ibi Arist. sumere videtur pro dictione vna aliqua, quæ aliquid significat, vt paries, Ciuitas. cum ἀπαγγελία sit enunciatio, cui inest vel verum, vel falsum, quæ est ἀπόφανσις Aristoteli libro de interpretatione. Vt Hector cum Achille decertauit, Græci euerterunt Ilium.

Iam verò Plato primus 3. de legibus. lib. docuit Epicam Poësin esse δι' ἀπαγγελίας, vt & Dithyrambicen; quanquam aliquid amplius addit Epice, quomodo Aristot. in Poëtic. Tragœdiam esse ἄνευ ἀπαγγελίας tradit, & Epicen esse ἀπαγγελίαν, quam propterea etiam appellat διηγηματικήν. Itaque non longe à principio, cum genera Poëtarum distinguit, tertium genus constituit, cum imitamur aliquem tanquam nunciantem, & alterius subinde personam suscipientem, vt Hom. facit, ac Virg.

Vel cum imitatur inducens tanquam agentes, quod à Tragicis, & Comicis fit, si quidem in eisdem, & eadem licet imitari, interdum quidem enunciando, siue explicando alterum quodpiam factum, vt Homerus facit; velut eundem, & non se immutantem, vel omnes, vt agentes, & operantes, quos imitentur, ad verbum exposito. Tu consule Victorium egregiè interpretantem, aliosque recentes commentariorum scriptores tum Latinè, tum Italicè cusos.

Quare Epopœiæ est quædam quasi recitatio gestorum ab aliis; Tragœdiæ, & Comœdiæ est ipsa actio: Recitat Virg. fingens Aeneam Didoni Troiæ ruinas commemorantem, & sæpe eorum sumit personas, quorum meminisse accidit, vt Sinonis, Creusæ. Hectoris, &c. vel ipse Poëta narrat sine vllius inductione personæ, vt, sic ait Aeneas, ita Latinus, aut Turnus, separatim quilibet loquens: Cum in Tragœdia ij, qui propositi sunt ad imitandum, agant, loquantur, &c.

Sic vocatur Epopœia διηγηματική, tum quia ipse Poëta narrat, tum quia aliquis inducitur varias personas inducens, & modo huius, modo illius sermones, & actiones referens, quæ vocatur ἀπαγγελία. Quanquam hæc non in omni est heroica poësi, vt in Iliade, & posterioribus libris Vlixeæ.

Animi cum Cera Comparatio, cur Meropes mortales appellati.

CAPVT IX.

DOCTISSIMVS inter Iudæos scriptor Philo lib. priore, quem inscripsit, περὶ νόμων ἱερῶν ἀλληγορίας, de sacris allegor. mentem Ceræ instar esse docuit, in qua cum forma nulla sit impressa, potest quamlibet admittere. Nihil in animo nostro insculptum est siue boni, siue mali, præterquam quod ipse animus, vt opificium Dei bonus est, nec esse natura malus potest; omnem tamen bonitatis, & malitiæ, virtutis, ac vitij formam admittit, hac vna re propior, vt videtur Peripateticorum sententiæ, quam suorum Platonicorum: Animum enim nostrum illi putauerunt esse quasi tersam, politamque tabellam, in qua nihil vnquam fuerit exaratum, id quod eorum Princeps lib. de anima 3. tradidit.

Platonici autem rerum omnium formas in animis nostris, antequam in corpora cælitus coniicerentur, impressas existimarunt. Itaque Proclus 2. io Euclidem cōment. immeritò damnat Aristotelem.

C Pulcherrima verò, & pulcherrimis expressa verbis similitudo Philonis illi mihi videtur esse persimilia, quam in Theæteto illustrat Plato de iis agens, qui aut memoria valent, aut non valent, deductæ à Ceræ mollitudine, ac duritie. Verba sunt elegantis, & docti scriptoris Latinè conuersa. Princeps pars nostri, id est, mens, omnia suscipit, & similis est Ceræ, quæ formas omnes pulcras, ac turpes admittit. Vt enim in Cera potestate quidem sunt omnia sigilla, actu verò sola est impressa, id. vnicam suscipit; sic
D & in anima, quæ Ceræ instar est, continentur formæ omnes potestate, actu verò dominatur vnica in ipsa, donec aboleatur ab altera efficacius, & clarius infixa, firmius videlicet recepta, siue impressa.

Præstat hic Plato. verba duobus aut tribus Theætet. locis exscribere ad ipsius opinionem consentaneè exarata; Nimirum in animis cuiusque Ceream effingens imaguncnlam, huius maiorem, minorem illius; huius mundioris, illius durioris, ac sordidioris Ceræ, in aliquo
E mollioris, in alio temperatæ, & quidem munere, & concessu Mnemosynæ genitricis musarum. hincque fieri, vt quasi sigillis quibusdam expressa in animis sint ea, quæ vel sensibus percipimus, vel memoria volnimus, aut scientia complectimur, quibus deletis, obliuio noa, ignorantiaque rerum oecupet.

Apparet & sequentibus verbis; Nempe Homerum docet hæc vnius vsu vocabuli significasse κέαρ allusione scilicet ad Ceram, & pro imaginum diuersitate nasci vel scientiam, vel memoriæ infirmitatem, siue tenacitatem, vel opinionem. idem altera grauissimi Philosophi
F efficit similitudo Columbarij, vel potius auiarij in anima. Atque hæc quidem comparatio maximè spectat mores; & Horat. hue spectauit in Poët. de Iuuenum ætate.

Cereus in vitium flecti,—

Nam & Plato iuuenes κηρίνους vocat: tum etiam ob cognitionem, quæ ab Aristotele tradita fuit libris de animo, per quam formis re-
G cipiendis anima fit omnia. cap. 5. lib. 3. & lib. 2. text. 131.

Quod verò ad Philonis attinet similitudinem, vt Ceræ, cum mollis est, qualibet potest forma infigi, non item cum obduruit, sic facile tenera fingitur pueritia, ætas durior non item, vt iure Plato quarto de Rep. libro dixerit. Elegans est PLINII Octastichon libro epistolarum septimo, in epistola ad Fuscum, quo animus, atque ingenium molli Ceræ confertur.

Vt laus est Ceræ mollis, cedensq; sequatur
Si doctos digitos, iussaque fiat, opus.
Et nunc informet Martem, Castamuè Mineruam
Nunc Venerem effingat, nunc Veneris puerum. H
Vtque sacri fontes non solum incendia sistunt,
Sæpe etiam flores, vernaque prata lauant.
Sic hominum ingenium flecti, ducique per artes,
Non rigidas docta mobilitate decet.

Hominibus Poëtæ Græci Μέροπων epitheton sæpè adiungunt. Quænam origo, & caussa? I
B. Epiphan. non longe ab initio sui Panarij verba faciens de Turri, quam in agro Sennaar ex ædificare cœperunt Gigantes. & in Anacephalæosi 80. hæres. ex eoq; DAMASCENVS lib. de hæresib. propter diuisas eorum, qui extruebant, linguas in duo. & 70. idiomata, quòd tot illi essent numero, à diuisa voce Μέροπας nuncupatos tradit.

Alia est veteris Græci Homeri interpretis opinio in primū & secundū Iliad. librū cui placuit ita vocatos, quasi μεμερισμένην τὴν φωνὴν ἔχοντας, id est, distributam, εἰς συλλαβὰς καὶ ἔναρθρον τὴν ὄπα. articulatam scilicet vocem, ὡς πρὸς σύγκρισιν τῶν ἄλλων ζώων. Si compares cum cæteris ani- K
mantibus, quo etiam nomine Græci nonnulli adnotante Eustath. volunt Meropas primum Coos appellatos. Cur verò? Hæc redditur caussa, quòd ipsis nomen hoc imposuerit Merops Triopæ filius; Nam & Meropia insula est nominata à Stephano lib. de Vrb. & Merope à Plinio lib. 5. cap. 31.

Declarat ex fabula Hyg. libro secundo Poët. Astron. in Aquila. Meropen quendam fuisse, L
qui Coam insulam regno tenuerit, quam à filiæ nomine Coon vocarit, & homines ipsos à se Meropas. Ita enim Eustath. quoque in 1. Iliad. librum.

Confirmatur Hygini sermo verbis Aristidis in Asclep. Nauigantes in Co Meropida terram, quasi scilicet à Meropibus cultam, nam sequentia verba οἰκουμένην ὑπὸ μερόπων irrepsisse in textum ex Marginali Scholio prudenter iudicat Gul. Canterus capite tertio Syntagm. de ratione emendandi Græcos auctores: hinc illud Quintiliani libro octauo capite postremo. Exquisitam verò figuram huius rei deprehendisse apud Principem Lyricum Pindarum videor in libro, quem inscripsit ὕμνοι. Is namque Herculis impetum aduersus Meropas, M
qui in Co Insula dicuntur habitasse, non igni, nec ventis, nec mari, sed flumini dicit similem fuisse, vt illa minora, hoc par esset.

Non malè arbitror factorum eum, qui arbitretur nomen ductum non tam à diuisa voce,

& lin-

& lingua, quàm à diuisione, quæ nunc euenit mortalium in remotissimas orbis terrarum partes: tametsi priores duas etymologias ipsamet vocis μερόπων natura probet, & confirmet.

Cilicij vox quam originem habere possit: Mercurius vnde Cyllenius nominatus.

CAPVT X.

A CILIIS Festus Pomp. dicta esse Cilicia scripsit, id est, vestimenta ex ipsis coacta, quæ feltra dicuntur ab Italis: atque hinc natum verbum Conciliare Fullonum proprium, vt apud Varr. lib. 5. de ling. Lat. Apud Fullonem vestimentum eum cogitur, conciliari dicitur: nonnihil hæc significatio ab ea differt, quæ à Grammaticis vulgò assignatur, genus scilicet esse vestis asperrimæ ex duris belluarum pilis confectæ, id est, Capratum, Hircorum, equorum: proprie tamen Hircorum in Cilicia, quòd in ea regione sunt villo, ac pilo asperiore, quam alibi: Sic idem Varro 2. de re rustica libro, capite vndecimo, in ea prouincia primum confecta fuisse narrat, & ex eo nominata; & Suid.
B Cillcius, hircus, hirsutus, tales enim in Cilicia nascuntur hirci, ex quo, & quæ conflantur ex villis, Cilicia nominantur.

Ascon. Ped. Cilicia interpretatur texta de pilis in Castrorum vsum, atque nautarum: hinc ab Vlpian. Vela. Cilicia dicuntur, quæ ideo parantur, ne ædificia vento, vel pluuia laborent. l. 12. §. 13. de institut. l. institut. & l. 13. §. secundo de actio. empt. Sic & Seruius in tertium Georgicorum ad hos versus:

Nec minus interea barbas, incanaque menta
Cinyphij tondent hirci, setasque comantes,
Vsum in Castrorum, & miseris velamina nautis.

C In vsum, inquit, Castrorum ideo dixit, & quia de Ciliciis poliuntur Loricæ, reteguntur tabulata turrium, ne iactis facibus ignis possit adhærere; & ad excipiendum impetum sagittarum, vt ait Vegetius, & Varro libro secundo de re rustica, Cossinium inducens loquentem, vt fructum ouis, inquit, è lana ad vestimentum, sic Capra pilos administrat ad vsum nauticum, & ad bellica tormenta, &
D fabrilia vasa, nec non quædam nationes barum pellibus sunt vestitæ, vt in Getulia, & Sardinia, &c.

Illa autem vox, tormenta, vertenda est, vt puto, in tomenta, quem Varronis locum à Virgilio citatis versibus in mentem venisse Giraldus cap. 16. lib. de Nauigiis putat, idemque esse Cilicium, quod Diphtheras, quod non credo.

S. Isidor. libro 19. Origin. cap. 25. Cilicia, inquit, Arabes nuncupant velamenta pilis caprarum contexta, ex quibus sibi faciunt tentoria, qualia erant, nisi fallor integumenta Arcæ Dei apud Hebræos.

Præter vulgatam illam, & cuiuis puero notam rationem, qua Mercurius Cyllenius dicitur, videlicet à Cyllene monte, siue Vrbe Arcadiæ, ἀπὸ κυλλήνης ὄρους, vt ait Eustath. aliam non ita vulgo cognitam Vlix. postremo libro tradit Eustath. ad illud Carmen eius libri primum. E

Ἑρμῆς γὰρ ψυχὰς κυλλήνιος ἐξεκαλεῖτο.

Ea vero est Allegorica. Somni scilicet dator, ciliorum habenas continens, & cum inflantur, ac tumescunt oculi, quod solet accidere vel ex multo somno, vel Vigilia, hoc est, μακρυπνίᾳ & ἀϋπνίᾳ siue ex diu continuata, & longius producta lectione, aut contemplatione; vt fortasse Ciliorum nomen parum mutata voce hinc ductum videri possit, quod scilicet F eminéant, τῶν κυλάων, siue κυλλίους, id est, oculorum cauitatibus, S. Isidor. ex eo dicta scribit, quòd celent oculos, tegantque tuta custodia. Origin. 11. capite primo. Quanquam ego à Cillendo, id est, mouendo dictum esse puto, vt & Oscilla, inquit, Seruius 2. Georg. quæ erant pudendi formæ è floribus, quæ cilleri solerent, id est, moueri risus caussa.

Cur autem somnum Conciliare Mercurius dicatur, eam esse caussam suspicor, quòd Manes, id est; animas defunctorum ad orcum ducere putabatur. Mors verò somnus quidam est. Hinc Naso lib. am. 2. Elegia 9.

Stulte quid est somnus gelida nisi mortis imago? G

Admirabile verò est Festi Pompeij Etymon quoniam, inquit, sermo sine manibus omnia conficit, quibus partibus qui carent κυλλοὶ nominantur, tametsi ad omnes mancos vox ista pateat: Cilones Latinè, quibus item frons eminet. Mihi non est credibile, & κύλλιος per Syncopen appellatur, vt ait Eustath. in librum Iliad. secundum.



Latronum quod beneficium ex Cicer. & Græcis, μέταλλον, & θησαυρὸς quid, unde nomen petant.

CAPUT XI.

A PRAECLARE Cicero in Antoninm 2. Philip. quoduam beneficium sit Latronũ expunit, sic tonans. Quod est, P.C. beneficium Latronum, nisi vt commemorare posint iis se vitam dedisse, quibus non ademerint? hoc ergo est beneficiũm, non affecisse damno, non vim attulisse, iniuriam non fecisse.

Nec est disimile prouerbium. Græcè κύκλωπος δωρεὰ, id est, Cyclopis donum, natum ex Hom. versibus apud quem muneris loco Polyphemus Vtidi, qui Vlixes erat, promittit, se eum postremum ex sociis ipsius deuoraturum, quod ei vinum suaue porrexisset Vlx. 9. Vtin
B ego postremum comedam cum suis sociis, alios verò prius, hoc tibi erit donum hospitij. A Ad quos Lucianus allusit in κατάπλῳ. Micyllum inducens Parcæ respondentem, quæ tanquam beneficium ipsi obiiciebat, quòd non tam cito vexisset eum ad inferos Cymba Charontis. Non valde me Cyclopis hoc delectat donum promittere, quod postremum ego votabo Vtin.

Similis oratio Iasonis cum Medea loquentis apud Eurip. Quæ verò in Tyrannos sunt à te dicta, totum in lucro pone, quòd exilio afficiaris. & illud vetus Adagium à Suida optimè bis verbis expositum, à Collectore prouerbiorum non cognitum, A submersa deest, quidquid accepetis, lucrum, tralatiu à mercatoribus, qui merso
C nauigio. In lucro ponunt quidquid acceperint, hoc est naui submersa, quodcunque ceperint, in lucro deputant vectores, & mercatores. Sensus enim est; earum rerum, quæ perire incipiunt, vel iam perituræ sunt, siue pro perditis habentur, seruatam, siue recuperatam, vel minimam partem lucri nomine censeri: Nam & cum tibi à Latrone vita non aufertur, quodam modo seruata eius beneficio videtur, quia poterat eripere.

Interdum etiam qui iostè facit, cum capite non punit, qui eam pœnam meretur, id beneficij loco habendum: Quemadmodum generosè Pausonias Lamporis Æginetæ respondit bortanti eum, vt in Mardonij cadauer sæuiret, quod
D fecerant in Corpus Leonidæ Apud Herod. lib. 9. Persæ.

Saluianus quoque lib. 5. de prouidentia Dei, statum Africæ miserrimum sub Vandalis describens. Intra Carthaginem vero, inquit, apparere in plateis, & compitis Dei seruos sine contu- E
melia, atque execratione vix licuit: persecutionem hoc quidem fuisse non putant, quia non & occisi sunt. Latrones hoc quidem prouerbio vti solent, vt quibus non auferunt vitam, dedisse se dicant. Sed in Vrbe illa non tam hominum fuerunt hæc beneficia, quam legum.

Qua plané ratione Niceta Chon. in Andronico Thessalonicam describens à Latinis, & Siculis captam, beneficium se in eos conferre scri- F
bit putauisse, quos bonis tantum, non etiam vita spoliassent.

Metallum genus est mistorum non viuentium, quod è terra effoditur, & septem sub se continet formas, siue species, id est, aurum, argentum, æs, electrum, stamnum, plumbum, & ferrum. Sic Isidor. memorat cap. & lib. 16. quas Galeottus Martius 14. cap. lib. de doctrin. promiscua refert cum Astrologis ad septem planetarum vires hoc ordine: Aurum attribuit soli propter colorem, & pretium: argentum Lunæ G
propter colorem: Iouis stamnum propter colorem, & naturæ similitudinem: Aes Veneri propter colorem, & naturam inflexibilem: Plumbum Saturno, propter frigiditatem; & pondus. Ferrum, siue Chalybem propter siccitatem Marti: addit argentum viuum loco electri propter mobilitatem Mercurio.

Tametsi Plinius pleraque alis sub genere metalli complectitur, quæ impropriè talia sunt, libro 33. & sequentibus. Atque Aëtius lib. 2. cap. 40. Nam & Albericus tradidit huius vocabuli H
appellatione contineri Lapidicinas. l. 3. §. fin. D. de rebus eorum, qui sub tut. Significat etiam venam ipsam, siue locum in quo reperitur, sic additur fere genitiuus, aut adiectiuum, vt metallum æris, plumbarium: Ita enim Plinius inter Latinos loquitur cap. 3. lib. 33. metalla miniacia, plumbaria, argentaria.

Lucanus metalla aurifera: & Callias inter Græcos μετάλλων στόμα, fauces metallorum seu venarum. & de Fauno Suid. voce μεταλλεύς. Faunus Pici filius metallum inuenit, auri, argenti, & ferri, eorumque fabricam tradidit occidentalibus, sic vt ab incolis loci, diuitiarum dator πλουτοδότης fuerit appellatus. Faunum verò ab his Mercurium vocari de nomine errantis stellæ. Ex quo etiam cuniculos significant, & subterraneos meatus, qui ad diruendos muros fieri solent: opinor hanc ob caussam, vel quod in effosione metallorum etiam fodiantur Cuniculi, vel quod in eorum fodinis visantur. Producitúrque POLYBIVS ita scribens, cepit obsidens per metalla. K

DIODORVS SICVLVS τὰς μεταλλείας vsurpauit: & auctor Etymologici μέταλλον esse tra-

dit,

dit, fodiuas, id eſt, locum, in quo gignitur aurum.

Oculatiſsimi vero Lyncei fabulam Apbarei filij, etiam terræ viſcera acie penetrantis, ad veritatem Schol. Ariſtophanes Pluto reuocat his verbis. Vt verò probsbile videretur, quæ dicebantur, excogitatum hoc, quòd primus hic inuenit venas auri, & ferri, & aliorum: iu eſfoſsione verò lucernas inferre ſolitum ſub terram, & eas ibi relinquere, cum ipſe æs, & ferL rum, & reliqua metalla efferret; dicebant igitur homines, quod Lynceus & ſub terra videt, & circumfert argentum erumpens è terra.

An huc referemus, quos Hiſpani Zahoritas nominant? Et Plin. quidem, ex quo Gal. Martius accepit, ex eo metallum putat nominatum, quòd cum inuentum eſt vnum, oporteat & proximum inquirere, quoniam vbicunque vna inuenta eſt vena, non procul inuenitur alia, hoc quidem & in omni ferè materia, quaſi μετὰ τ' ἄλλα eadem origo placuit ſcilicet Iſidoro
M lib. 16. cap. 16. & Euſtathio, ſed alia via deducenti. Quod ſequitur Alciatus libro primo Parergon iuris cap. 39. quia poſt alia omnia ſit excogitatum, διὰ τὸ μετὰ τ' ἄλλα πάντα ἐπινοηθῆναι, id ita exponit in primum Vlix. libro ſeptimo. Cum maximè neceſſaria fuiſſent inuenta, tum verò ſtudium ad metallica traductum. conſulendus in 1. Vlix. & primo Iliad. Euſtath. & in Iliad. libro tertio.

Hinc μεταλλᾶν ductum pro ſcrutari, μεταλλᾶν autem ſcrutari metalla. Quod verò terga nominat, & latera, ſeu coſtas terræ, iure id facit:
N quoniam, vt grauiter Seneca docet lib. nat. quæſtio. 3. cap. 15. placet natura regi terram, & quidem ad noſtrorum corporum exemplar, in quibus & venæ ſunt, & arteriæ; illæ ſanguinis; hæ ſpiritus receptacula: & quemadmodum in nobis quædam, quæ matura durentur, hinc eſt omnis metallorum humus, ex quibus aurum, argentumque petit auaritia.

O Quod verò Iſidorus eiuſdem libri capite 17. ait Theſaurus, iuxta Græcam proprietatem ἀπὸ τῆς θέσεως, id eſt, à poſitione, hoc eſt, à repoſito nominatur, & eſt nomen à Græco, Latinoque compoſitum, nam θὴς Græci dicunt repoſitum, χρυσὸς aurum, quod iunctum ſonat, repoſitum aurum: mihi non fit credibile: conſtat enim hac voce vſos antiquiſsimos Græcos, & eos, qui ante Romam conditam fuerunt, & ante linguam Latinam, Latinam, inquam, quam Roma accepit, Homerum, Heſiodum, alioſque Poëtas, vt Hellenicum omittam, Acuſilaum, Herodotum, Thucydidem, Platonem, & cæteros, apud quos theſaurus locum ſigniP ficat, vbi reponuntur opes, & ipſæmet opes congeſtas, & reconditas, quo modo nos Itali dicere ſolemus, il theſorodi S. MARCO. metaphoricas enim notiones inuoluo ſilentio.

Iuriſconſulti l. 31. ff. de adquir. rerum dom. his verbis, quid ſit Theſaurus, explicant. Vetus quædam depoſitio pecuniæ, cuius non extat memoria, vt iam dominum non habeat. l. Nunquam, ff. de acquirend. rerum dom. & l. vnica Cod. lib. 10. de Theſaur. Leo Imperator condita ab ignotis dominis tempore vetuſtiori mobilia; cuius inuentionem Dei vocat beneficium: & omnis quidem Theſaurus aut eſt ex metallis, aut ex veſtimentis, aut ex lapidibus pretioſis. Q

Et quidem vox tota Græca eſt, & tota à Græco fonte deriuatur, vt ex Celſo I. C. obſeruat Floridus Sabinus docto ſuo de iuris Ciuilis interpretibus libro in voce peculium. Ex conſuetudine enim ruſticorum ſenum, ſic ea dicitur pars patrimonij, quam quis in numerato, & ad caſus repentinos repoſitam habet. Græci theſaurum dicunt, quod ſit repoſita, εἰς αὔριον, id eſt, in craſtinum, ſeu futurum tempus fruenda; vnde & θησαυρίζειν eſt reponere; Quod dicerem Chriſtum liberatorem noſtrum eo loco reſpexiſſe, quo dicit Matth. 6. Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra, ſi Latinè, ſiue Græcè, non Hebraicè, aut Syriace fuiſſet locutus. R

Caſsiod. 6. lib. var. epiſtol. vel cap. ant formula 8. Theſaurum videtur appellare depoſitiuas pecunias, quæ longa vetuſtate competentes dominos amiſerunt. Sed hæc notio pars eſt ſignificationis theſauri, & libro quarto, Epiſt. 34. Theodoricus R E X theſauri inueſtigandi ius concedit, modo parcatur cineribus mortuorum. S

Quid Platage ſit apud Ariſtotelem in Polit. contra Aretini tralationem: defenſus contra Caſteluetr. Quinctilianus.

CAPVT XII.

VERBA ſunt Ariſtotelis cap. 6. libro polit. 8. quæ ſic Latina fecit vir doctus Leonardus Aretinus, & ſimul opus eſt, vt pueri habeant exercitationem aliquam, & Archytæ tabella rectè reperta eſt, quam pueris daur, vt iu ea occupati, illa, quæ ſunt domi, non frangant. neſcit enim pueritia quieſcere. A A

Cum Græcè πλαταγὴ ſit, non poſſum diuinare, quo modo rectè Latinè conuertatur tabella, cum præſertim inſtrumentum quodpiam ſignificari videatur ſonorûm, & obſtreperum; eodemq; capite ſermonē habeat de Muſica Philoſophus. Videtur itaque fuiſſe crepitaculum genum, B

um, quo iuxta Aristotelis præceptum, pueri distinerentur, & eo quasi oblectamento horas fallerent. Quid autem tabulæ cum Platage?

Adde Fauorini testimonium ex veteribus Hesychio, Aristophanis Scholiasta, Suida. siue eius generis alio scriptore citantibus priscos auctores. Platage significat Crotalum, speciem instrumenti sonum, ac strepitum perficientis. Qui Platagen elaborarat, eam pulsabat. Aiunt ipsam à Vulcano fabricatam Herculi à Minerua datam. Hellanicus vero est auctor ipsam fabricasse.

Suid. Platagonium refert etiam ad Platagen,
C quod videlicet instrumentum esset, quod pullici, atque indici impositum, cum impelleretur, ederet sonum, quo nimirum exploraretur affectus amasiorum; nam si sonuisset, erat verò id amoris indicium, sin minus, contra: Interpres minus videtur intellexisse confundens Platagæ significationem cum significatione Platagonij: nam qui pulsu fiebat Platagonio, & erat amuris probatio, non est ad Platagen referendum, sed
D ad Platagonium. Tantum de Platage ait Suid. dictam ἀπὸ τοῦ πλάτους à latitudine, quod si verum etymon minus verè loquuntur, qui Platagen orbicularem faciunt.

Platagonium porrò folium est papaueris, & anemones, quod imponebant digitis illis duobus ad strepitum edendum amoris argumentum, vt & ex Schol. ad allatum idyllium Theocr. apparet, atq; ex Polluce lib. 9. cap. penult. quamquam & Platagonium nominat, τὸ χείροπλον, καὶ τὸ σείστρον, vt retuli, quo nutrices demulcent pueros dormiturientes, siue, vt somnum eis concilient;
E confirmat Theocriti versu, apud quem Cyclops suæ Galateæ promittit se daturum nigrum papauer rubris platagoniis. est Idyll. 11. χείροπλον vero, est ligneum instrumentum ita ex ligno, testa, aereque concinnatum, vt si quis manibus verset, strepitum edat.

Cælius cap. 44. lib. 10. antiq. lect. & ex eo Bud. in comment. annulum ferreum interpretatur, qui ferreo baculo percutiebatur. Brod. in epigram. libro 7. Crotalum fuisse instrumentum rotundum voluit circulo ligneo factum cum
F Laminis quibusdam ex aëre rotundis numismatis magnitudine sonum ex collisione reddentibus, quæ erat puellarum exercitatio, & ludus, vt discus puerorum: hinc illud argutè, parum tamen pudicè eodem lib. Rufini; Non amplius insanio puerorum amore, vt olim, nunc vero vocor fœminarum captus amore, & nunc discus mihi est Crotalum, B sistra videtur appellauisse Martialis epigr. 54. lib. 14.

Et quatiat tenera garrula sistra manu.

ἀπὸ τοῦ σείειν r. à quatiendo dicta. Sumpsisse vi-
G detur Plutarchus 7. Symp. lib. 9. 10. ex Aristotele. Danda, vt pueris, qui stare loco nesciunt, non hasta, & ensis, sed platage, & pila. C Vtraque autem vox in hominem loquacem, & garrulum prouerbio vsurpatur: & quia pueritiæ propria est Platage; Cælius aūnotauit, posse in eum iactari, qui imprudentia est, aut hebetudine insigni, siue ætatis vitio repuerascit, vt
ad Archytæ Platagen rediisse dicatur. Vide item H
Cælium cap. 4. libro 19. cui addendus est hic Pollucis locus lib. 9. cap. de variis ludis de Platagonio.

Simile fuit apud Romanos organum Citeria, hoc est, effigies quædam arguta, & loquax, quæ in Pompa ridiculi caussa vehebatur, vt obseruat Adagiorum Collector, Chil. 2. Cent. Prouerb. 44. ex quo in M. Cæcilium iocum protulit M. Cato. Citeriam verò esse suspicor, quæ apud Italos nunc etiam est frequens. Castellum scilicet quod à χειρισόφῳ, qui alius est à χειρισόμῳ circumfertur, instructum sigillis, quæ ipse doctè mouet ad quoslibet af-
fectus animi exprimendos, eorumque mo- I
tus ipse voce consequitur, vt ipsa videantur penè sigilla loqui, idque pueri arbitrentur.

Cuius verò fuerit Archytæ opus Platage, an Tarentini Philosophi ingeniosissimi, an celebris architecti, cuius meminit Laërtius lib. 8. non habeo explicare: verisimilius est fuisse Philosophi, qui primus mechanica mechanicis principiis tractauit.

Ludo. Casteluetrius, quem in Catholicæ Ec- K
clesiæ fide vellem spiritum exhalasset, multa scripsit Italica lingua, quæ cum veterum Græcorum ac Latinorum scriptis iure suo contendunt: nihil tamen eruditius, & acutius, quam Commentarium in Aristotelis librum de poët. qui mihi visus est semper cæteris longe præstare, qui de re poëtica scripti sunt: nec tamen desunt quædam, quæ attentius poterant, & accuratius explicari.

Vnum modo occurrit eo loco, vbi Quin-
ctilianum magnum sanè dicendi magistrum L
reprehendit ipse reprehendendus: cum enim docet inuentionem sententiarum, quam etiam requirit Poësis in Rhetorica fuisse tractatam, adiecit, eam Simplicius, ac magis nude vsurpandam à Poëtis, quàm soleant oratores, quod eius vsus similior esse debeat mori ciuili, quàm oratorio. In quo ego quidem non inuitus ab eo dissentio.

Primum, quoniam si Ciuilis est facultas eloquendi ars, vt Platoni, Aristoteli, ac Ciceroni, & omnibus ferè dicendi magistris placuit,
qui mori et ciuili propior, is erit etiam ora- M
torio.

Deinde ita mihi persuadeo, vtrumque artificem Poëtam, & oratorem esse maximè popularem: & vt Orator, quia publicè dicit, ideo magnificentius dicit, sic & Poëta, cuius sub rei fictæ natura valde copiosa est, atque inter se differens materia. An non Tragici in

publicum prodeunt? Non omnis generis Comici, non Heroici, siue Epici autes populi requirunt? Non qui ad Lyram suas canunt odas, populo vt placeant, affectant?

N Et erant olim scholæ Rhapsodorum & Homeristarum, qui in circulis ritè, atque aptè, quæ Homerus scripserat, aut canerent, aut recitarent: Et idem ipse factitare solitus erat Homerus.

Adiungit iure Quinctilianum fecisse, remouendo ab ordine Poëtarum Lucano, propterea quod Rhetorico, siue Oratorio potiùs more sententiis vtitur magnificentissimis, & dictione valdè sublimi, tumidus certè est, cùm idipsum laudi tribuat alteri Poëtæ, hoc est, Tragico Euripidi: in

O quo actius requiro Casteluetrij iudicium: Idem enim Quinctilianus sensisse videtur de Euripide, & Lucano, ac pari loco statuisse, & ad Oratores vtrumque existimauisse propius accedere, quod ipsius verba diligenter animaduersa indicant. Vt enim de Euripide cap. 1. libro 10. ita scribit. Namque is & in sermone, quo ipsum reprehendunt, quibus grauitas, & cothurnus, & sonus Sophoclis videtur esse sublimior, magis accedit oratorio generi, & sententiis densus, & in iis, quæ à sapientibus tradita sunt, penè ipsis par, & in dicendo, ac respondendo cuilibet eorum, qui fuerunt in foro diserti, comparandus.

P Aristoteles item, vt artificiosissimum celebrat 3. Rhet. lib. Cùm enim scripsisset κλέπτεται δ' εὖ, hoc est, tegitur artificium, ἐάν τις ἐκ τῆς εἰωθυίας διαλέκτου ἐκλέγων συντιθῇ, adiunxit ὅπερ Εὐριπίδης ποιεῖ, καὶ ὑπέδειξε πρῶτος. in quo Aeschylus asperior, ideoque minus artificiosus. Sic post multa de Lucano. Lucanus, inquit, ardens, & concitatus, &

Q sententiis clarissimus, & , vt dicam, quod sentio, magis Oratoribus, quàm Poëtis adnumerandus.

Nec sanè ea est caussa, cur iudicet Oratorem potiùs quàm Poëtam Lucanum, quoniam sententiis est clarissimus, quibus abundant illustres etiam Poëtæ: sed illa fortasse, ob quam à Poëtarũ numero Aristoteles exclusit Empedoclem, quòd quemadmodum subiecta Empedocleorũ Poëmatum materia non imitatio fuit, & fictio, sed res ipsæ, quæ in rerum natura existunt, & naturalis omninò scientia: ita Lucani res vera, hoc est, historia.

R Quod etiam de Silio Italico putandum, qui bellum Punicum versibus decantauit: hi enim solius Poëtæ versum habuerunt, qui solus Poëtam non facit. Hinc Iord. de reb. Geticis apud Cassiodori compendium, Lucano plus historico, quàm Poëta teste, & Arbiter in Satyricis veros agnoscens Poëtas Lyricos, & Epicos, Horatium, Virgilium, Homerum, tacitè Lucanum perstringit, ac similes, quamquam ipse Lucano

S est antiquior: Cæteri enim, inquit, aut non viderunt viam, qua iretur ad carmen, aut versum timuerunt calcare: ecce belli ciuilis ingens opus quisquis attigerit, nisi plenus litteris, sub onere labetur: non enim res gestæ versibus comprehendendæ sunt, quod longè melius Historici faciunt, quàm Poëtæ: sed per ambages, Deorumque ministeria, & fabulosum commentum præcipitandus est.

Audiendus de Empedocle, & Homero in Poëtica Aristoteles: Nam hunc maximè Poëtam, quia μιμητὴν illum minimè, quia non imitetur, existimat. διὸ τὸν μὲν ποιητὴν δίκαιον καλεῖν, τὸν δ' φυσιολόγον μᾶλλον, ἢ ποιητήν. tametsi nonnihil haberet T iste Poëtæ, hoc est, versum, qui solus tamen Poëtam non facit. Neque enim si Herodotus carmine scripsisset, inquit Aristoteles, Poëta fuisset, & non Historicus, quod argumentum primo, opinor, libro explicaui.

Quare Aristotelicè idem Casteluetrius priscos illos, Nicandrum, Aratum, Serenum, Manilium, & in Georg. Virgilium, & Hesiodum, ac nouos Pontanum in Vrania, in Siphili Fracastoriũ, pro Poëtis non habet, habet pro Physiologicis, Medicis, Astronomis, Historicis: Vt neque Vida, V neque Sanazarius, hic de partu Virginis, ille in Christeide, nec qui Franciscei dem scripsit, Poëta minimè malus, Poëtis adnumerãdi sunt, tametsi ad Poëtas, quàm illi, propius accedant. Nec dissentire Cicero videtur, licet Poëtam nominet Empedoclem, quòd versus scripserit, quomodo & Aristoteles scribendo vt Poëtã tractat, ὡς ἐποίησεν, inquit, ἐμπεδοκλῆς. sic enim de eo loquitur 1. lib. de orat.

Eademque ratione dicantur etiam quos φυσικοὺς Græci nominant, iidem Poetæ, quoniam Empedocles Physicus egregium poema fecerit; cùm tamen agnoscere pro Poetis videatur Solensem Aratum, & Colophonium Nicandrum X eodem lib. longè ante hunc locum; Nam illum, inquit, optimis versibus, & ornatissimis de cœlo, stellisque dixisse, hunc poetica quadam facultate, non rustica de rebus rusticis scripsisse. Certè pro optimo Poeta Alexandrinus habet Clemens V. Strom. lib. & T. Lucretius lib. 1. cuius nominis & ipse decus ambiebat, qui minimè propriè Poeta est, sic enim de eo cecinit:

Carmina quin etiam diuini pectoris eius Y
Vociferantur, & exponunt præclara reperta.

Et Cicero in Lucullo, furorem ei videtur assignare, qui Poetarum est proprius. Quamquam non poeticum furorem, sed insaniam potius in eo significat fuisse propter παραδόξων opinionũ, aut si in bonam partem sumsmus, propter acrem in natura rerum enucleanda ingenij vim: qua ratione in albo Poetarum Melissum, Parmenidem, Xenophanem, qui naturalia, ac diuina celebrarunt versibus, reponas mus licet: & qui mortalia, Theognidem, Philolaum, Phocylidem, ac similes, qui versificatores iure possunt appellari.

In eo Censorum Censor Scaliger lib. 1. Poet. Z cap. 2. vult Aristotelem acrius exercuisse hanc censuram, & versificatores à Poetæ nomine submouerer,

mouerer, & à cæteris ipse dissentiens Lucanum esse censet Poëtam: nam, licet, inquit, historiam conscripserit, differt tamen à Liuio. Quo? Versu. Hic verò est Poëta.

Deinde omnibus Epicis historia est pro argumento, quam aut adumbratam, aut illustratã, certè alia facie, quàm ostendunt, ex historia conficiunt poema, vt Homerus, Tragici. Si enim multa Lucano ficta, patriæ imago, quæ sese offerat Cæsari, excita ab inferis anima, & alia talia. Et Liuiũ potiùs Poetæ nomen meruisse, quàm Lucanum amisisse παρενθῆκαι existimat. Nam, quemadmodum Tragici, inquit, rem denarrant veram, personis actiones, ac dicta accommodant; sic interserunt actiones, quæ nunquam ab iis, quibus sunt attributę, cognitæ fuerunt.

Sanè Plin. ad Caninium libro octauo indicat, materiam poematis esse posse rem veram; & libro nono ad eumdem pro argumento poematis habet bellum Dacicum, à Traiano gestum. Quomodo Aristotelis iudicio standum 1. lib. demonstraui.

Rhetorice, & Politice sociæ, cur? morata oratio quæ. Quomodo Διάνοια fiat, sumta à Pictoribus similitudine.

CAPVT XIII.

A VID est, quod Arist. in Poet. & Rhetorica Politicen, & Rhetoricen copulat simul, & Isocrates in Epistolis πολιτεύεσθαι, καὶ ῥητορεύειν; nam ille de διανοίᾳ loquutus. quod in sermonibus Politicæ, & Rhetoricæ officium est. Ac sanè Politice differt maximè à Rhetorica: hæc enim tota in eloquendo est posita, illa in administranda ciuitate. Hanc dubitationem ipsemet 1. Rhet. lib. dissoluit, exponens Rhetoricen esse partem, vt Dialecticæ, sic rationis, quæ versatur circa mores, quam iure nominamus ciuilem: ex quo induci tur sub formam, siue habitum Ciuilis, Rhetorica. & in Poet. Rhetorica, inquit, videri vult Politica, quæ tota versatur in moribus ciuium temperandis, & in administratione Reipublicæ; & rursus, Rhetorica constat ex resolutoria, & ea, quæ ciuiliter mores tradit.

Politicen multarum esse tradit facultatum principem, ac Reginam, quæ referuntur ad gubernationem Ciuitatis, hoc est, ἀρχιτεκτονικήν, concludens subiectam esse Politicę Rhetoricam: itemq; militarem, ac domesticam. Video autem B & nobilissimas facultates sub hac esse, ceu militarem, scientiam domus regendæ, Rhetoricam.

Subsequitur ergò Politicæ Rhetorica, vt quoddam benè gubernandæ Reipub. instrumentum; quæ caussa fuit, cur 1. de Inuent. lib. Cicero scriberet, eam ciuilem quamdam esse rationem, quę multis, & magnis rebus constat. Cuius partem esse magnam, artificiosam eloquentiam, quam Rhetoricen vocant. & Fabius lib. 2. cap. 16. Rhetoricam nonnulli ciuilitatem vocauerunt: & Hermogenes de Rhetorica scribens, vbiq; se ciuilis orationis, πολιτικοῦ λόγου præceptiones traditurum profiteretur; & Aristides Rhetor doctus Rhetoricam, librũ de ea inscriberet περὶ πολιτικοῦ λόγου. & 2. Rhet. Arist. oratoriam argumentationem vocaret πολιτικὸν συλλογισμόν: vt extremo etiam sophistico libro λόγον πολιτικόν. C

Quamobrem primis temporibus, qui se huic studio dabant, Politici dicebantur, ac sic regendarum ciuitatum scientiam tenere se profiterētur, cùm tamen illi propriè sint ῥήτορες. vt in Nicocle docet Isocrates, qui dicendo valent apud multitudinē, hoc est, οἱ ἐν τῷ πλήθει λέγειν δυνάμενοι. D

Propterea docuit 1. Eth. Arist. absurdum esse ῥήτορα ἀποδείξεις ἀπαιτεῖν. hoc est, eum, qui dicendi sit peritus, quærere demonstrationes, id est, petitas ex intima Philosophia, & rerum natura rationes: qui enim est Rhetoricus, non tam coram doctis, quàm coram plebe facultatem exercet suam, & rationibus ad quotidianum vsum rerum accommodatis debet abundare; nec interim tamen illi ignota esse oportet præcipua quædam Philosophię genera, & capita, quemadmodum in Phædro indicat Plato sic loquens. E Quoniam verò orationis facultas vim babet animum demulcendi, necesse est, vt orator futurus intelligat, quot sit generum animus. Hinc eloquentium sermones ab Isocr. in Panathen. & Arist. 1. Rhet. ῥήσεια dicuntur. id est, copiosæ explicationes rerum aliquarum, & ornatæ dictiones, vt Cicero loqui solet.

Illud mirandum, quòd cùm pars Politicæ sit Rhetorica, loquendi tamen Politicè & Rhetoricè modi inter se distinguantur, vt Arist. indicat in Poet. de διανοίᾳ loquens. Veteres enim efficiebant ciuiliter dicentes, recentes verò oratoriè. Politicè enim loqui, est accommodatè ad verum, & ad id quod æquum est, vtile, honestum, & legibus consentaneum dicere: At Rhetoricè loqui, est probabilia sectari, fucum sæpè æquitati, atqi honestati faciendo: hoc tamen non est artis, quæ simplex est, & recta, sed artificis vitiosi artificio abutentis suo. F

Hinc factum, vt in numero Sycophantarum olim habiti sint Rhetores, quod Aristoph. Pluto, & Nebulis indicat, vbi sermo est περὶ δικαίου λόγου. & in Midiam se ab hoc crimine Demosthenes liberat se multorum dissimilem, nescio quàm verè, faciens, & adiongens. Atqui, quomodo iustum est, hoc mihi nomen obiici quasi conuicium, velle autem Oratorum præsidio seruari? vbi ad rem nostrã aptissimè Schol. obseruat hæc. Cùm sciret esse multas Rhetorum formas; alium quidem verè esse Rhetorē, & Ciuilem, alterum tantum experientia, qualem vult esse Aeschinem, propterea vsus est allusione, & ait, si illum qui dem G H

oratorem,

oratorem, scil. intelligis, qui optimè consulat, hoc est, ciuilem, admitto nomen: quod si alterum quempiam dicit, qui adulctet dicendo, sanè non fuerit ille orator.

H Maximè autem ciuilem esse artem Rhetoricam morata facit oratio, quæ etiam Poeseos est propria: ea scil. quæ mores exprimit non dicentis modò, sed eorum etiam, de quibus dicitur, & apud quos dicitur, vt lib. de Poet. & Rhet. eximius docet artifex Aristotel. apud quem orator, cùm affectus promouet, dicitur παθος ποιων, cùm orationem habet moratam, dicitur ἠθος ποιων: nunquam sanè boni erunt oratores, aut Poetæ, qui mores non exprimunt, aut malè exprimunt: eosq; iure lib. de Rhetorica Halicarn. reprehendit. Hi quidem sermonem ita comparant, vt moratus non sit, quod putent de re ipsa certamen esse, mores persunctiones: illi verò non cõsernnt studium ad immiscendos mores: oratori duo maximè præstanda, vt & res tractet, & mores; sed antiquior ei, & magis proprius deber esse circa mores conatus, &, vt sic dicam, solus.

I Res enim propriam defert ad certamen, & apparatu materiam. Cùm præsertim res tractet orator potissimum, quæ cum personis singulis sunt coniunctæ, non vniuersas, & ab indiuiduis seiunctas.

K Contra laudat in vita Lysiæ ipsum, & Isocratem, vt peritissimos exprimendorum morum artifices, non, vt Budæus interpretatur, affectuũ. Mores enim quiddam sunt communius. Ambos inuenit in moribus exprimendis dextros. & de eodem Lysia idem sic loquitur αὐτὸς ἠθοποιῶ hoc est, morata oratione vtitur, quod sequentia ostẽdunt, ἠ κατασκευάζει τὰ πρόσωπα τῷ λόγῳ πιστὰ ἠ χρηστὰ. oratione efficit, vt personæ fidem habeant. & probæ existimentur. Est verò ἦθος, vt in Poetica docet Arist. τὸ τοιοῦτον, ὃ δηλοῖ τὴν προαίρεσιν, ὁποία τις. Itaq; hoc nomine Arist. & Cicero mores intelligunt, quibus boni, vel mali dicimur, latissimè.

L Quod 2. lib. Rhet. Arist. hac oratione demonstrat. Secundum perturbationes. & ætates, & habitus, & euentus. Interdum enim significant lenes animi motus, atq; ita ab concitatis separantur, id est, ὑπὸ τῶν παθῶν.

Valdè autem subtiliter Halicarn. ἦθος partitur in commune, & priuatum, complexus nomine ἤθους, quos coniecturæ locos Cicero, ac Fabius

M nominarunt. & Arist. 1. Rhet. Dignum fide efficere dicentem, ἀξιόπιστον ποιεῖν τὸν λέγοντα scribit.

Commune vult esse, quod impellit ad virtutem, à vitio reuocat, dixeris boni adeptionem, declinationem mali. Priuatum vocat ἰδιωτικόν, proprium scil. oratorum, videlicet, cùm id custodit orator, quod personæ conuenit dicentis, atq; auditorum, & rerum attributa nõ omittit, quas appellant circumstantias. huius septem esse locos, diuiditur enim secundum gentes, genera, ætates, proposita, euentus, studia; vt putem iam veriorem esse Fabij sententiam, carere nomine huius rei, quæ significatur hac voce, ἦθος sermonem Romanum. Certè verum, cùm tam latè sumitur, vt Dionysius accepit. N

Quid verò est, cur, quæ Dianœa fieri libr. 3. Rhet. tradit Arist. ad ἦθος transfert Halicarnassens lib. suo Rhetorico? ita enim scribit ille de dianœa. Et moralis hæc signorum ostensio, quoniã sequitur apta vnicuiq; generi, atq; habitu; dico autem genus. Hic ita docens: Mores esse, secundũ quos congruentes, & consentaneos instituimus sermones rerum, quas exprimimus, ipsi oratori, & Auditori, & de quo habetur oratio, & ad quos. Ergò ad mores Dianœam refert. omninò vtetq; verè.

Motes enim sunt, & hoc Dionysius ait, qui cuiq; conuenienter assignantur. qui orationem concinnam faciunt, & personis maximè congruentem, πρέπον & ἁρμόττον. rebus videlicet, quod ait Arist. sed hos exprimit oratio, nihil enim per se exprimunt mores, nisi oratione prolati, & per quam diffusi moratam efficiunt. Per διάνοιαν verò oratio hæc morata profertur. Itaq; etiam διάνοια quodammodo enunciat τὰ ἁρμόττοντα quatenus moratam profert orationem. O P

Neq; verò hæc exprimendorum morum, & affectionum oratione, & carmine ars sola est oratorum, & Poëtarum, sed pictorum etiam lineamentis, & penicillo. Ideoq; Arist. in Poet. hotũ exemplo demonstrat inter se Poëtas, maxime Tragicos, differre in imitatione. & expressione morum. Vitio enim, & virtute secundum mores quilibet differt; certè meliores, vel deteriores necesse est imitati. quemadmodum Pictores; Polygnotus enim meliores, Panson autem deteriores, Dionysius similes repræsentabat.

Sensus est, Polygnotum mores expressisse bonorum virorum, vt ait Robortellus, cùm Paccius morum optimum expressorem communi' fuisse indicet sua versione, iure à Robortello relictus; Pictores enim & proborum, & improborum exprimebant mores. Polygnotus ex eorum erat numero, qui proborum exprimebant, Panso, qui improborum: quare lib. 8. Polit. c. 5. tabulas Polygnoti à benè institutis adolescentibus vult spectari, quia incitabant ad virtutem: Pausonis non vult, quia mores exprimebant improborum. quibus ad vitia trahebantur. Zeuxis verò hominem pingens imagines, non exprimebat mores sic, vt ex pictura mali ne essent, an boni, appareret. Q R

Quem verò Pansonem Aristoteles vocat, eum esse opinor Pausiam Syconium, cuius à Plinio fit mentio lib. 21. c. 2. & lib. 35. c. 11. excelluisse tradens floribus pingendis, & paruis tabellis, maximè pueris: & Ael. l. 14. c. 15. var. hist. obseruans ipsius picturis olim comparatos sermones, disputationesq; Socratis. Et Plinius quidem æqualem Apelli pictorem alterum Aristidem Thebanum maximè fuisse, ἠθικὸν pingendo testatur hoc sermone. Is omnium primus animum pinxit, &

ſenſus omnes expreſsit, quos vocant Græci πάθη, item perturbationes.

Num feminarum vlla circuncisio: Strabo reprehenſus; Propinandi mos quis. Martialis enucleatus.

CAPVT XIV.

A LEGI alicubi ſolitas circumcidi etiam mulieres, non modo viros. Ego qua ratione poſsint, haud capio, niſi circumciſionis nomine excisionem ini, id eſt, ἀντὶ περιτομῆς ἐκτομὴν accipiant: narrat tamen 6. Geograph. extremo lib. vbi de Regno Preſtani Regis Aethiopum ſermonem habet Munſterus, homo religionis, aut nullius, aut infelicisſimæ, etiamnum ab ea gente retineri circumciſionem à Regina Saba acceptam, cuius in ſacris literis fit mentio, etiam in feminis, amputata ſcil. quadam glandulosa in ipſis carne, quæ nympha dicitur, quæ loco eſt præputij in feminarum natura: quęetiam gens hunc ſe accepiſſe morem confiteatur ex libris Synodorum Apoſtolicarum.

Idem narrat Hieronymus Lilius, qui ad Siluam var. lect. Italicè ſcriptam adiecit eiuſdem argumenti partes quatuor: quæ mihi potiùs vi- B derur excisio.

Excidendarum autem feminarum modum Galenus docet lib. περὶ σπέρματος 1. cap. 15. teſtib. 5. qui intus reconduntur abſciſsis. Item ſi excidatur νύμφη, διὰ τὸ ὑποκρύπτεσθαι ὑπὸ πολύ. id eſt, ſubſultans illa caruncula circa rimas naturæ earum, quæ plus nimio ſæpè creſcit. Exciſio prior, ne feminæ ſint genitales, efficit; poſterior non efficit; quam etiam ætate noſtra in Virginibus Perſæ, maximè qui Sophiani appellantur, retinent.

Ac de Priore quidem lib. Dipnoſophiſtarum C 12. cap. 4. Athen. intellexit, cùm ex Xantho 2. rerum Lydiarum comment. prodit ab Adramyte Lydorum Rege primú exciſas, & caſtratas ſuiſſe mulieres, quas Eunuchorum loco apud ſe habuerit. Adramytem, inquit, Lydorum Regem primum feminas caſtraſſe, & Eunuchorum loco iis vſum.

Poſteriorem ab Aegyptiis obſeruatam citato libro Galenus teſtatur, & in Introductorio, vel Medico cap. 10. ſi modo is liber Galeni eſt. Strabo verò manifeſtè, ne dicam, impudenter, D mentitur, qui 15. lib. γυναῖκας Ἰουδαϊκῶς περιτεμνομένας ſcribit, & lib. poſtremo, Iudæos legem habere de marium, & feminarum exciſione. vt Aegyptios, cùm olim etiam Aegyptij ſuerint Iudæi.

Mirandum, quid hominem plurimæ lectionis Io. Pierium Val. impulerit ad aſſerendum lib. 6. Hieroglyph. cùm diuinarum literarum historia conſentire Strabonem: En profero eius verba de Aegyptiis loquentis. Hoc quoq; peculiare eſt apud eos, omnes filios educare, & circumcidere, & feminas excidere, quod Iudæi ex lege habent, qui, vt ſupra diximus, cùm de eis loquere- E mur, ab antiquo ſunt Aegyptij. A

Hic Straboni libenter damus Iudæos in Aegypto diu ſuiſſe, deſciuiſſe etiam aliquando ad proprium illorum πολυθεΐας cultum, non ita tamen, vt feminas exciderent cum Aegyptiis: ante eos verò mares circumcidebant longè anteqnã in Aegypto verſari cœpiſſent, idq; ex præſcripto legis diuinæ Abrahamo datæ, Gen. 17. de feminis mentio nulla.

In vſu quidem apud Aegyptios circumciſionem ſuiſſe tradit Philo Iud. lib. de περιτομῆς: verum hi potiùs ab Hebræis, quàm ab illis acceperunt F Hebræi: & citato lib. de Hieroglyph. Valerianus non ſuiſſe vetuſtiſsimũ Aegyptiis morẽ circumcidendi prudenter ex eo colligit, quod Exodi 2. Filia Pharaonis agnouit mox inſantem Moſem ex Hebræorum pueris eſſe, vnde autem niſi ex Circumciſione? Adiungit putare ſe apud Aegyptios ſacerdotes ſolos, vt à prophanis ſecernerentur, circumcidi ſolitos.

Nec tacendum circumciſionis ſuiſſe circumciſionem: Nam & Iudæi ad Samaritanos deficiẽtes circumcidebantur, & contra Samaritani ad G Iudæos, vt de Symmacho tradit S. Epipha. lib. de menſ. & pond.

Immò, quod ſceleratius erat, à circumciſione fiebant præputiati medico quodam attractorio inſtrumento, qui Spathiſter dicebatur; Ad hanc rem S. Pauli adducens locum 1. ad Corint. 7. Circumciſus aliquis vocatus eſt? non adducat præputium.

Coniectura verò Pierij diſertis verbis ab Origene confirmatur lib. 2. in Epiſt. ad Rom. cap. 2. circa finem docente, Circumciſos in Aegypto Hierophantas, & Sacerdotes; & Circumciſionẽ vſurpatam quoq; ab Arabib. Aethiopib. ac Phœ- H nicib. Addit Herodotus lib. 2. Colchos, & ab Aegyptiis eum morem Syros, & Phœnicas didiciſſe: eumdem ſeruant, qui Mahometen Diabolo ſatum colunt Turcæ, aliæq; Gentes.

Rationes verò legis de circumciſione Hebræis latæ inquirunt, & reddunt varias Theologi noſtri. B. Proſper Aquitan. veſtigiis antiquorum Patrum inhærens, cap. 14. 1. p. de promiſſ. & prædict. Dei, idcircò factum probat, quod illi parti, quam primæ illius præuaricationis cauſſa libidine rebellem fuerat expertus Protoplaſtus noſter, remedium adhiberi voluit, vt hoc ſigno ma- I lè concepta libido temperaretur: ſed hæc ratio non tam explicat, cur præcepta maribus circumciſio fuerit, quam cur illi parti indicta, in qua etiam feminæ ſeminatium, & flammam agnoſcũt libidinis, & ſentiunt: neq; enim vir ſolus nudum ſe cognouit, ſed & femina.

Petrus à Palude Ieroſolymitanus Patriarcha inter poſteriores Theologos non parui nominis 4. ſent. q. 5. ad 1. diſt. hanc rationẽ ſequitur, quod K originis peccatum à patre in liberos dimanat,

vitio,

vitio,ac reatu,à matre pœna, quoniam pater in
generatione caussa est agens, mater patiens,ma-
teriamq; ministrans : Circumcisio autem in re-
medium originalis peccati instituta fuit,hoc est,
ad culpam tollendam,non ad pœnam.

Alteram adiungit rationem,vt insigne quod-
dam esset,quo gens Hebręorum à cæteris omni-
bus distingueretur, vt diuersitate noscantur, vt
Tacitus ait lib.5.Hist. Distinctio verò nationis,&
L gentis ad mares pertinet,non ad feminas. Lege
Io. Antonium Campanum Episcopum Intera-
mnatem oratione de Circumcisione ad Pium II.
Pont. Max.

Quod si quæras, quodnam remedium pec-
cati esset in feminis,cum Theologis è schola Io.
Gerson.p.1. serm. de Circumcisione responde-
bit, Adultarum quidem fuisse propriam, cùm
infantes essent,parentum : sed hæc ego fusè in 3.
S.Thomæ partem, & in Epist. ad Roman. & Gal.
aliquando tractaui.

Redeo ad Strabonem,cui fuit errare facilli-
M mum: Hic enim mos solet esse Ethnicorum scri-
ptorum, vt in commemorandis Hebræi, Chri-
stianiq; populi institutis sæpissimè alucinentur,
& pessimè, vt alucinati sunt ante Strabonem
multi,multi etiam post.

Alucinatus est Iustinus lib.35.Mosen faciens
Iosephi filij Iacobi filium,& Alexander Polyhist.
in 5. lib. de Vrbe Roma. Suida referente, mulie-
rem faciens, Fuit Hebræa Moso, cuius est com-
mentarius,qui pro lege habetur ab eis.

N Alucinatus est Diodorus Siculus lib. 1. Bibl.
cap.5.2.p. scribens Mosen à Deo, qui vocabatur
Iao,leges accepisse.

Alucinatus est Plut.lib.4. symp. probl. 5. Iu-
dæos tradens suem colere, eamque ob caussam
ab ipsius esu abstinere, quod serendi,arandique
magister sit. Itemque Asinum, vt Democritus
antiquus apud Suidam historiarum scriptor,
quòd aquæ fontem aperuerit.qui etiam sabbati
ignorauit originem,à Baccho deducens, quem
ipsi vocarent sabbum, & pro Deo haberent. &
lib.de Isid.& Osir.Typhonem è prælio reuersum
Asino vectum per septem dies fugisse,& elapsum
O filios genuisse Ierosolymum, & Iudæum adscitis
reb.Iudaicis ait in hanc fabulam,

Eadem,atque alia mentitur Cornelius Taci-
tus 21. Ann.lib.siue,vt alij,citant,5.histo.lib.de o-
rigine,de nomine,ac religione Iudæorum,& re-
fert in Apol.Tertul.c.16.& hunc vanitatis redar-
guit,vt Apionem,aliosque Iosephus,&eumdem
Tacitum Orosius lib.1. c.5. Consule Leonicum
P Thomæum c.30.lib.de var.hist.3. Est lepidissimi
Poëtæ Martialis lib. 5. epigram. 120, phalencio
metro inscriptum Toranio:

Si tristi domicœnio laboras,
Torani, potes esurire mecum,
Non deerunt tibi, si soles προπίνειν,
Viles Cappadocæ, grauesq; Porri.

Græcam hanc vocem,vnde manauit Latina pro-
pino, Omarus quidam ex equo,vt videtur, E-
rasmiano Tyrunculus exponit,cibum extra sta-
tutum ordinem sumere:hoc non omninò malè,
sed explicatius tamen poterat docere.

Sipontinus eruditus Grammaticus propi-
nare esse dicit propriè prægustato leuiter vino,
poculũ alteri offerre:vniuersè magis Hesych. διὰ Q
τοῦ οἴνου τιμᾶν,per vinũ honorẽ deferre,an prægustato
vino,an inuitando ad bibendũ,nõ exponit:plus
addit Schol. Pind. initio 7. Olymp. Odæ in Dia-
goram,Rhodiũ, propriè, sc.cum vino etiam vas
largiri. Quod suadent Pindari verba,Phialam,vt
si quis à diuite manu acceptam intus vitis bul-
lientem rore, donet iuueni genero propinans.
sed neq; hoc semper fit.

Confirmatq; Eust.hanc Scholiographi Pin-
darici notionem, nec solam esse indicat, cùm R
scribat in lib. Vlix.13. *B* Interpres Homeri Il. 11.
simplicius præbibere propriè significat alteri
ante se dare potum. *C* Confirmat 1.lib. Athen.
cap. 6. docens, non tam fieri prægustando, &
præbibendo,quàm poculi porrectione, & ad bi-
bendum inuitãdo,priusquam ipse biberis;Nam
& lib.5.cap.3.Propinabant mutuo,non sicut nos,
hoc enim est antequam quidquam bibatur, sed
plenum scyphum. *D*

Sed quid hæc ad versum Martialis?Quid cum
propinatione porribus ? Quid Cappadocis? hoc S
vir aliquando doctus Merula non intellexit,cui
aliter versum hunc legi placet græca voce προπί-
νειν sublata,sic enim corrumpit:

Non deerunt tibi sessiles propinqua.

Mihi lectlo probari non potest, probetur licet
Radero nostro,nec, vt frigidior argutissimum
decet Poëtam : Melius ex 94. eiusdem lib. epigr.
correxisset,sessiles lactucæ:Nec tamen ita emen-
dandum:At quis vnquam de cibo propinare di-
xit?Ad potum propinatio fit.

Respondeo , etiam in cibo propinationem
dici,si verus est mos ille Græcorum vetus, quem T
Sipontinus refert,opinor ex Athen.libro 1.certè
cæpa in potu obsoniũ,vt ait eodem lib. 1. Athen.
cap. 21. vt ad hunc morem respexisse Martialis
possit. cùm præsertim metaphoricè ad longè re-
motiora significanda graues vsurpent auctores,
vt προπίνειν ἐλευθερίαν, quod videtur esse prodere
libertatem, id est, inuitare ad aucupandam li-
bertatem,vt προπίνειν Ἑλλάδα, & τὰς πατρίδας,qui-
bus vsus est Demosth.in Olynth.

Ita S.Prosper de Eutropij lege,cuius conden-
dæ auctor fuerat ab Arcadio condemnatus,cùm
abstractus ab ara, ad quam confugerat, diuino
iudicio suæ pœnitentiæ prior propinatus est. de
prædict. p.3.c.38. & Sidon. Apoll.lib.epist.7.ep.7. V
ad Agricium,Illi amore reip. serò natum Barba-
ris prouincias propinantem non timuere legi-
bus tradere.

Deinde voluit Martialis dicere,non defutu-
ra ipsi ea genera ciborum, quæ, si vellet edere
Toranius, appetitum possent excitare bibendi:

proponit lactucas,& porrhos,quod post eas iucundum est bibere: Cappadocæ enim genus est lactucæ Plinio,Colum.aliis B. consule Rouil.lib. hist.omnium plant.5.c.10. Hodieq; cùm ad bibendum inuitamus conditis id facimus oliuis, fæniculo,aut similibus.

X Addit Merula,quis vidit vnquam herbas in principiu cœnæ propinari? Imperitè,& imprudenter: Nam & primum locum in cœnis herbæ apud Italos nunc habent, & olim habuisse possum facilè demonstrare.

Quandoquidem Athen.lib.2.cap.18.inter ea, quæ parata erant propinationi etiam maluas fuisse tradit:& lib.2.cap.21. olera & cæpas Heroibus appositas cibi initio, qui & libr.4. cap. 3. ex Hegesandro refert Dromeam parasitum cœnarum procœmium Chalcide iucundius esse dicentem ptopter ostrea, totius orbis apparatu. & Plut.lib.8.symp.cap.9.In mensas ante ostrea,quę prima esse solebant,etiam cruda olera illata ὠμὸν λάχανον. & queritur sua ætate mutatam propo-

Y matum rationem,id est, præbibitionum. Cùm enim veteres,inquit,ante cibum ne aquam quidem biberent,nunc vino se implent, & ita seruidi, & humore graues cibum capiunt tenuibus, atq; acutis vtentes, & quæ vim habeant incidendi ad excitandam famem,cuiusmodi sunt,quæ à Martiale nominantur, scil. causa ex potipincis vna nouorum morborum.

Grapaldus libro 1.de partibus ædium cap.5. malè ptopinata dixit,quę videlicet ante alia bibi

Z solebant mane,siue ante prandium,siue eius initio,qualia sunt,quorum Palladius meminit lib. 6.cap.13.& queritur Seneca epist.95. de seculi sui luxu,inuentas esse mille condituras.quibus auiditas excitaretur.Vbi vide Mureti notas.Neque isti,quam dixi consuetudini repugnat, quòd lactucæ olim mensas clauderent, quæ Martialis tempore inchoabant:sic enim lib.13.epigr.14.

Claudere quæ mensas lactuca solebat auorum,
Dic mihi,cur nostras inchoat illa dapes?

Et lib.5.epigram.97.

Depositis soleas,affertur protinus ingens
Inter lactucas oxygarumq́; liber.

Intellexisset verò Merula,quid essent Cappadocæ,si Plinium se legisse recordaretur l.19. c. 8. ita de lactucis scribentem. Diligentiores plura ge-

Aa nera faciunt. purpureas, crispas, quæ & Cappaducæ,Græcas,&c.Sessiles,&c. Sessiles sunt, quæ latè per terram diffunduntur. Aliud est eiusdem Poëtę carmen lib.4.nouum ordine in Labullam:

Sotæ filia Clinici Labulla
Deserto sequeris clitum marito
Et donas,& amas,ἔχεις ἀσώτως.

Bb Apparet in his vocibus Sotæ,& Asota voluisse ludere, vt & Domitius Calderinus rectè exposuit, quia cum Sotæ filia esset,quæ vox parentum videtur sonare,esset tamen Asota,id est,nequam.perdita,libidinosa,quæ adulteri potius,quàm marito delectaretur : propriè enim luxu perditus, siue luxuriosus,ἄσωτος dicitur à verbo σώζειν,& α. particula ptiuatiua, vt is videlicet significetur, qui suarum fortunarum nihil seruet, quarum ope uiuit,sed effundat: siue ab eodem verbo passiuo σώζεσθαι, quòd Asotus est,qui propter nequitiam σώζεσθαι nequit,quam deriuationem Alexan- Cc
drinus Clemens confirmat lib. 2. pædagogi cap. 1. & 2.notans ἀσώτους dici quasi ἀσώστους vnica littera σ. demta,quasi à salute alienos. Interdum Græcam vocem Cicero retinet,vt 2.de fin.bo. & mal. lib.aliquando luxuriosum conuertit.

Notio,quam Arist.tradit 4. Eth. cap.1. τὸν δι' αὑτὸν ἀπολλύμενον,eum,qui per se ipse se perdit,adiungitque; videtur autem & perditio quædam ipsius esse,corruptio facultatum,cùm ex his vita constet. Quæ certè verba primam confirmant originem.

Omarus neq; Calderinum intellexit,neque Dd
Martialem,non benè explicans allusionem hanc vocabulorum:ait enim; si latinè dixeris à Sota es,significat Sotæ filis:si græce Asota,rerum prodiga amaris. Quis verò vnquam latine dixit à Sota es, siue à Titio, pro Sotæ, aut Titij filius? Idem lib.10.Epig.67.in Læliam suis amatoribus blandientem.

Ζωὴ, καὶ ψυχὴ lasciuum congeris vsque,

Mos hic veterum fuit,& prisca ratio blandiendi, vt ex lib.13.toto ferè Athen.constat, & veteribus Comicis,quos ille citat, nobis etiam familiaris. Matres enim cum liberis suis blandiuntur,vita Ee
mia,dicere solent,anima mia. Ita olim Plautus, Benè vale,anime mi. Iuuen.sat.6.

Non est hic sermo pudicus,
In vetula quoties lasciuum interuenit illud,
Ζωὴ, καὶ ψυχὴ. —

Et rursus:

Ζωὴ, καὶ ψυχὴ modo sub lodice relictis
Vteris in turba. —

Latine etiam frequentissimè dicitur anima, & vita.Valerius Cato vetus Grammaticus,necPoë- Ff
ta ignobilis,querens de amissa Lydia:

Tanta mea vita cordis fecere rapinam.

Vbi cum Diis iure iunior Scaliger pro cordis legit. Et de Horatio suo mortuo Mœcenas ita scripsit;

Lugent,ó mea vita,te Smaragdus,
Beryllus quoque,nec nitentes
Nuper candida Margarita quæro.

Rectè enim Plautus, & verè, anima est amica amanti: si abest,nullus est,id est,mortuus est. Proxima ablandiendi ratio est,cùm vtimur diminutiuis,vt Aristoph. Pluto, Anus de amatore suo, senserit blandè me puellari more Nittarium,& Batium compellaret.

Fabula, & Historia quo differant: Fabularum quotnam genera.

CAPVT XV.

PRIMO de Inuent.lib. M. Cicero, & 1. ad Heren. ſiue ipſe, ſiue Cornificiua, ſiue aliua, ita fabulam ab hiſtoria ſeparant, vt illam dicant res neq; veras, neq; veriſimiles continere, vt eæ ſunt, quæ Tragœdiia continentur: hanc verò geſtam rem, ſed ab ætatis noſtræ memoria remotã: quæ an omninò vera ſint, valdè ambigo. Quid enim? Non res geſta ante annos 20. ſeu 10. biſtotia vocabitur? Non illi dicendi erunt ſcripſiſſe hiſtoriaa, qui res ſuorum temporum memorabiles ſctiptis mandarunt, & mandant?

Quo ergò in genere ſcriptorum ſtatuimus Paulum Iouium de Carolo V. Cæſare, de Franciſco Primo eiuſq; filio Henrico Gallorum Regibus. Selimo, Solimanoque Turcorum dominis ſcribentem, Franciſcum Vicciardinum, Thomã Minadolium, & id genus alioa noſtrę, vel memoriæ, vel ætatia hiſtoricos? immò veteres illos C. Cæſarem ſuaa res, C. Salluſtium res ſuæ ætatis, Suetonium, ac Tacitum, qui res parum ab ſua ætate remoras narrant? Quod futurum eſt de bis iudicium, ſi tantum hiſtoria geſtam rem continet, ſed ab ætatis noſtræ memoria ſeiunctam? Ego hæc biſtoriam eſſe puto, qui hoc conſcribunt, biſtoricos.

Iure itaq; Nicetas Chon. hiſtoriam nominat narrarionem multorum librorum de rebus ſua ætate geſtis; hic ille; qui poſt Zonaram ſcripſit, inde hiſtoriam ſuam auſpicatus, vbi finem Zonaras ſecerat Chron. ſuorum. Propterea & ipſe non putaui ſilentio prætereunda, quæ ætate mea geſta fuetunt, & paulò irem priùs, cum memoria, & narratione digna ſint, & tot multitudine, & talia magnitudine; quamobrem hæc poſteris iſta mea hiſtoria cõmendabo. Cùm ante, & poſt *ἱστορίας* nomine, & *ἱστορεῖν* verbo fuiſſet vſus.

Cur enim vocata hiſtoria, niſi à cognoſcendo, & videndo, non auditu ſolummodo, & fama, ſed coram, & ipſis penè oculis, ac multò magis?

Exempla ſuppeditant huius notionis innumera Græcorum vocabulorum collectores, & illud eſt apud Suidam ex veteri quopiam. *ὅτι γὰρ ἔσαν ἱσταμέναι μόνον, ὡς ζωγραφεῖν*, id eſt, ad ſpectandum collocatæ, qui & *μυστείον ἱστορίας* explanat *ϑέαν*. Et Apoll. 4. Argon. de iis arcanis, quæ neq; oratione explicari, neq; ſpectari oculis poterãt, *μητί τις ἴστωρ εἴη*. ſpectator ſcil. quo etiam verbo vſus eſt S. Paulus ad Galat. 1. *ἀνῆλθον εἰς Ἱεροσόλυμα ἱστορῆσαι*, id eſt, videre. Et eleganter Gennadius Scholariua in defenſione 5, capitum ex Conc. Flor. de vrbe ſcribena, vbi Reges terræ, & Principes venerunt luſtrare, ſpectare, ſeu viſere; & vim verbi ſequutua Verrius Flaccus tradente Agellio lib. 5. c. 18. Hiſtoriam definiuit ex multorum opinione rerum geſtarum, quibus interſuerit is, qui narret narrationem: & apud Galenum lib. 5. *περὶ τόπων*, adnotatum inuenio *ἱστορίαν* eſſe cognitionem, & experientiam propriam fide à ſenſibus collectam, non acceptam, aut traditam ab aliis.

Ac tametſi nonnulli, magno ſanè errore, pro Cicerone, & Cornificio ſtent, cùm verbum *ἱστορεῖν* ſignificare tradunt, Antiquaa res explicare. Hoa tamen confutat Strabo libro 11. cùm de Amazonibua loquitur. Alij habent, quod fabuloſum eſt, & quod biſtoricum definitum, nam vetera, & mendacia, & portentoſa fabulæ nominantur. Hiſtoria verò amat verum, ſed nouum ſit, ſeu vetus, prodigioſum vel non babet, vel rarum: A tamen cùm dicit *τὰ παλαιὰ*, opinari videtur rem nouam, ac falſam & portentoſam non eſſe fabulam: At verò de eo ſcribit, quod ferè ſit, ſcil. quod fabula res vetus portentoſa iudicetur. De hiſtoria veriſsimè.

Et Comœdia nonne appellatur fabula; & Tragœdiæ anima nonne fabula? vt ait Ariſtotelea libro de Poëtica. Quin Plautua, & Terentius fabulas nuncupant Comœdias ſuas: Et Comicos, ac Tragicoa doctorum vulgus fabularum ſcriptores nominat. Res item, quæ fieri poterat, & narratur, vt facta, cum facta non fuerit, fabula vocatur; quod intelligit, qui Ariſtotelis Poëticam legit. Plutarh. libr. de gloria Athen. ait, Hiſtoriam narrationem eſſe rei; Fabulam narrationem falſam veræ ſimilem. *ὁ γὰρ μῦθος εἶναι βούλεται λόγος ψευδὴς ἐοικὼς ἀληθινῷ.*

S. Auguſtinus cap. 11. libro Soliloq. 2. Fabulam definiuit cõpoſitum ad vtilitatem, delectationemue mendacium: quin etiam magia vuiuersè, quod homines fantur à Latinis fabula dicitur, quo modo Iuuen. intelligendus Sat. 1. illo verſu:

It noua, nec triſtis, per cunctas fabula cenas.

Suet. in Auguſt. cap. 70. Cena quoque eius ſecretior in fabulia fuit, hoc eſt, in vulgi ſermonibus in ore omnium. Et Plin. in omni actione fabulam paratam affirmat, id eſt, quod rumore ſpargitur.

Certè olim etiam Græcis *μῦθος* idem erat, quod *λόγος*, maximè Ionibua; Itaque vix apud Homerum pro ſermone aliud reperias, quam *μῦθον*. eorum quidam *μῦθον* fabulam definit, ficta, & falſum habentia ſermonem: Hiſtoriam verò facta continentem, etiam biſtoricum ſermonem, factarum rerum narrationem complectentem. Niſi fortè docendi cauſſa Cicero, & Coruificius biſtoriam, argumentum, fabulam diſtinguere voluerunt non omninò propriè.

Videtur autem fabula deprauatio fuiſſe hiſtoriæ, atq; hinc Thucydides lib. 1. neque vt fabulatorea compoſuerunt ad iucunditatem audiendi, quàm ad veritatem accommodatius; eos reprehendit, qui falſa, pulchra tamen, & auditu iucunda veris narrationibua immiſcebant, vt &

Philostratus ep. 19. Poëtas dona fabulas fecerunt dulcedine mendaciorum veritatem inducentes, qualia sunt, quæ in Isocrate perstringit Dion. Halicarn. quæ scil. plus habent artis, & ornamenti, quam simplicitatis, & veritatis, hoc est, poëtica magis, quàm vera, in quo fortasse plurimum peccauisse videtur Herodotus, in quem verè potest referri, quod Polyb. de Vlixis erroribus dicebat, vt est lib. 1. Strab. ἴσκε πολλὰ ψεύδεα λέγων, ἐτύμοισιν ὁμοῖα. pleraq; confert per figmenta simillima veris.

L (margin)

Ex quo item ortum illud Arist. in procemio 1. suæ Philosophiæ. Quare Philosophus omnis est
M amicus fabularum, fabula enim ex admirabilibus conflatur.

Nec mihi probatur quod de αἶνε, μύθε, hoc est, fabulæ, & Apologi differentia obseruauit Schol. Aristoph. Vespis hoc sermone, Differunt ænus, & fabula, quod ænus non pueris fiat, sed viris, nec ad voluptatem modo, sed etiam ad exhortationem; vult enim latenter hortari, & docere quod videtur præstitisse Hesiodus.

Quid? non pueris, non viris fabulosè loque-
N batur, & fictè Aesopus fabulatorum Princeps, & non eorum, quibus cùm loquebatur, emolumenta quærebat? quæsisse affabulationes docent, & is tamen μύθες scripsit, qui αἶνοι, etiam sunt: sic enim Quintilianus libr. 5. cap. 11. αἶνον ab Aesopo factum, & orationes fabulosas, pro eodem sumit. & pro eodem Apologum libro 2. cap. 29. Agellius, & ante ipsum Cicero libro 2. de orat. & Seneca cap. 26. Consolationis ad Polybium: Fabellas, & Aesopeos locos coniungit, intentatum Romanis ingeniis opus, vt ait. μῦθος ab Aphthonio definitur oratio falsa exprimens veritatem.

O Tria verò genera fabulæ: Est enim fabula rationalis, hoc est, μῦθος λογικὸς, ab homine ducta, vt pleræque in magnis Poëtis. Moralis, id est, ἠθικὸς, deducta ab animalibus ad hominum mores. Mixta ex vtroque, id est, μικτὸς, sic Aphthonius.

Hermogenes libro 2. περὶ εὑρέσεως, agens de μυθικαῖς ἐννοίαις quatuor omninò, si benè collegi, genera statuit fabularum, siue poëticorũ mendaciorum. Primum genus est antiquarum de Sa-
P turno, & Gigantum sobole. Iouis, Martis, aliorum pseudodeorum rapinis, furtis, quæ omnia tradit de diis more hominum dicta.

Alterum est, τὸ μεταμορφώσεως continet hominũ in alias formas, vt animantium, cuiusmodi Cadmi in Draconem, Halcyonidis, Philomelæ, Procnes in aues. Item mutationes marium in feminas, vt Tiresiæ; vel feminarum in mares, vt Cænei: vel in diuersas diuersorum figuras animantium, vt Centaurorum, Sirenum, Satyrorum, Gorgonum, Tritonum.

Tertium, quod plurimum in se claudit τερατολογίας portentosos sermones, vt si dixeris Bouem loquutum, Equum cecinisse, & similia.

Quartum, τὸ ὑπερβολικὸν, per excessum, siue exaggerationem, quod genus Homero est frequentissimum: tametsi enim sint excedentia naturam hominis, & ab ipsis, vt monstra descripta videntur, tamen esse vt facta, & quæ credantur digna, vt quæ de saltu Achillis prodigioso, de iactu immensi saxi per Aiacem, & Herculem, de vastissima Gigantum, &c. Q

Tertium genus, maximè apud Epicos, non habet locum, nec verò habere debet, quòd alienissimum est non modo à veritate, sed etiam à probabili, & verisimili, quia prorsus fabulosum, id est, falsum, & contra naturam fictum. Prima duo recipiuntur genera: Nam & locum inuenerunt apud sectas Philosophorum, Pythagoreorum, & Platonicorum maximè, qui sub eiusmodi fictionibus de rerum natura, deq; vita, & moribus hominum disputabant. R

Contra hæc quatuor genera triplex etiam aduersus Poëtas institui potest reprehensio: Primum, quia fit aliquid ἀδύνατον, quod præter naturam fit, vt quale est Naues conuerti in Nymphas, mulieres in viros, vel contra, homines in arbores. Deinde, quod aliquid fit supra naturam, viresq; mortalium, & aliarum animantium: quales finguntur Hercules, Thesei, Achilles, Hectores, cæterique Heroes longè præstantiores, quàm credibile sit fuisse, aut esse potuisse. Tertio, quoniam de Diis plurima narrant, quę penitus fieri non possunt. S

His triplicem viam respondentem indicauit non longè à fine libr. Poët. Aristot. vel ad poëticam rationem, vel ad melius, vel ad opinionem: Quæ quomodo intelligenda, docebunt interpretes. T

Hæc verò genera fabularum alia vsus partitione persequutus est Macrobius cap. 2. lib. 1. in somn. Scip. qui cuiq; est obuius.

Vt finiam, Ciuis meus homo doctissimus, quem ego libenter eum honore appellauissem, si se ipse vana quadã religionis, & fidei libertate parum dignum non præstitisset, in Poët. Aristot. scribens. Historiam esse arbitratur veram narrationem actionum humanarum, quæ euenerunt, & commemorabiles sunt: Verè Fabulam, verisimilem narrationem non veram, rerum humanarum, quæ euenire potuerunt, quod non probo: Nam si hoc est fabula solum, definitio verò omnem fabulam complecti debuit, malè Aesopi inscribuntur fabulæ, seu μῦθοι, qui ferè exempla commemorat, non tamen rerum humanarum, sed rerum, quæ bestiis contigisse finguntur, nec tamen cõtingere potuerunt; tametsi in hunc finẽ scribuntur, vt hominum mores conforment: Consule 21. cap. lib. de promisc. doctr. Galeotti Martij, & præclaros Alexandri Piccolominei commentarios in Poët. Arist. part. 22. ac librum 3. Mazzonij defens. Dantis, cap. 5. V X

Hoc etiam differt historia à fabula, quod hæc fuco delectatur, & phaleris, illa simplicitatẽ

quærit,

quærit, ac nitorem, & elegantiam. Vide Luc. quomodo historiam scribere oporteat, & Plin. lib. Epist. 5. Epist. ad Capitonem; quæ cum pollicetur in exordio suarum historiarum, vnà cum perspicuitate historiæ maximè necessaria Acominatus Choniates, & nihil minus præstiterit putidus scriptor. verè in illum adnotauit Alexander fortasse Chartophylax, Nescio, quid hic dicam, ô Choniata, dices sapientiæ esse conscribere historiam dilucidè, & perspicuè; deinde ænigmata, & obscurissima, scil. tamquam in Barathro abdita, scribis. Præclarum verò historiæ laudationem procemium continet Diodori Siculi Bibliothecæ, siue de rebus antiquis.

Γραικὸς vox quam antiqua: Virgilij in Ciri versus expenduntur.

CAPVT XVI.

A ROMÆ in meo quodam Græco carmine Γραικὸς vocem ad Græcos significandos vsurparam, cùm ecce ingeniosus, & doctus iuuenis, quî cum Philosophiam audieram, me monuit, viderem, ne esset error: eius enim vocis nullum esse apud priscos Græcos, & bonos auctores vsum, vocabulumque tantum latinum esse. Risi iuuenem. Quis enim est eorum, quos suo Musæ aluerunt sinu, qui nesciat Græcos græcè antiquissimis temporibus Γραικοὺς fuisse nominatos antequam Ἕλληνες dicerentur, & post? Scribit hoc Apollod. Bibl. lib. 1. Ipse igitur Deucalionis filius Hellen à se, eos, qui vocabantur Græci, cognominauit Hellenas.

B Scribit Scholiographus Hom. Il. β. paulò diuersius, qui ante in Thessalia vocabantur Ἀχαιοὶ ab Achæo Xuchi filio, & Creusæ, ab Hellene louis filio nominati sunt primi Hellenes, & 2. libro Hellas vrbs Thessaliæ, cuius ciues primi nomen hoc habuerunt Hellenum ab Hellene filio Deucalionis, & Pyrrhæ: Deinceps omnes cultores Helladis communi vocabulo nuncupati sunt Hellenes, vt ait Thucyd. ex hac vrbe totam Thessaliam intellexit Hom. Vlix. τ. vbi Schol. ab vna C vrbe nomine Hellade in Thessalia. Sed consentit Apollodoro Arist. 1. Meteor. Deucalionis diluuium in Græcia tantùm fuisse docens, habitabant enim Helli hic, & qui tunc dicebantur Græci, nûc Hellenes, repetit & Schol. in Lycophron.

Hinc Olymp. in p. Arist. meteor. lib. & Lycophro in Cassandra Protesilaum Græcorum optimum vocat. & Callimachus, Astyron vrbem de suo nomine exul quispiam dixit. A quem versum citat Geographus lib. 1. & 3. & S. Cyrillus cô-D firmat 1. contra Iulianum Apostatam lib. Pandectæ etiam Græcæ vsurpant, definientes nouales B Et Scaliger 1. lib. poët. cap 19. Græcum nomen, inquit, adeò priscum est, vt etiam Græcis ipsis iam desitum sit: Apud Aristotelem tamen Lycophron. & Athen. atque alios extat.

Vide & Eusth. qui & absq; γ. Ræcos, non Græcos à Barbaris nominatos tradit. Vsus est quoq; Ianus Lascaris in quodam suo Epigrammate. Non ergò malè Γραικοὺς nominaram, qui sunt Ἕλληνες.

Virg. in Ciri Græcam, siue Atticam Megaram commendans inter reliquas Pandioniis vicinas sedibus vrbes. ita canit:

Quarum non vlli fama concedere digna
Stat Megara, Actæi quondam munita labore, E
Alcathoi, Phœbiq;: Deus namq; adsuit illi.

Ex quibus sanè versibus poterat colligere Badius verborum illorum explicationem, Deus namque E. si enim vidisset Megaræ muros opus fuisse non solùm Alcathoi, sed etiam Phœbi, illud adsuit, non exposuisset, ornamento fuit, sed potiùs emolumento, siue auxilio: vt enim in côdendis Ilij mœnibus operam suam Laomedonti præstitit Apollo cum Neptuno, sic etiam iuuit Alcathoum in muris Megaræ extruendis Paus. in Att. siue lib. 1. Tunc verò ipsi muros extruenti, vt ferunt, Megarensium, collaborat etiam Apollo. F Hoc certè vel cæcus poterat coniectari ex illis verbis Actæi quondam. Id etiam prodidit Theognis παραινέσεων Poëta illo disticho:

Phœbe Rex tu quidem muniisti turribus vrbem summã
Alcathoo Pelopis filio gratificans. C

Ex quo non malè quispiam colliget Theognin Megaræ in Sicilia ortum, sed Megarorum ciuem fuisse in Attica, quam nunc Alcathoe vocari materna Græcorũ lingua Oliuarius tradit in Schol. G ad 3. cap. libr. 2. Melę de situ orbis Hanc intelligit Ouidius 8. Metam. illis versibus de Minoe canens:

Prætentat q; sui vires Mauortis in vrbe
Alcathoe, quam Nysus habet. —

Ac fortasse Alcathoi scripsit Ouidius: nisi arcem significare voluerit, cui, vt in Att. auctor est Pausanias, ab hoc Alcathoo inditum fuerat nomen, qui Leonem Cytheronium occiderat insigni eorum locorum beneficio, vt 7. de art. am.

Candidus Alcathoe qui mittitur vrbe Pelasga.

Sanè 1. de Trist. Eleg. 10. Alcathoe dicit:

Et quos Alcathoe memorat à mœnibus ortos. H

Hic ille est Alcathous, qui filiam Peribœam collocauit Telamoni, ex qua natus Aiax, Apolod. 3. Biblioth. Mortuus absque liberis regnum Telamoni tradit, qui duxit vxorem Peribœam Alcathi Pelopis filij filiam, & vota faciente Hercule, vt ipsi nasceretur mas filius, & visa esset Aquila natum filium nominauit Aeantem, id est, Aiacem: ab Aquila, quæ sc. αἰετὸς dicitur. De quo & Plutar. n. 27. in Parall.

Alius ab eo, qui cum Lycopeo patrnelis fuit I Tydei, à quo vterq. occisus, quod patris sui Oenei Regis Aetolorum vitæ insidiarentur. Lvctarius in Statium: quam rem tangit hac oratione libro primo Biblioth. Apolod. Tydeus vir euasit

gene ro-

generosus,& in exilium pulsus, quod, vt quidam aiunt, interfecisset fratrem Oenei Alcathoum. Certè hi patrem habuerunt Parthaona, matrem Eurytam, eodem auctore.

Allus item ab Alcathoo Aesij filio, cui ob virtutem Anchises Hippodameam filiam, quæ inter cæteras forma præstabat, vxorem dedit, quem propterea Il.5. γαμβρὸν Aeneę vocat Home- K rus. Qui te olim gener cùm esset domui nutriuit tantillus cùm esses. Pauſ.tamen lib.6.siue in Eleis posterioribus Parthaonis filium memorat Alcathoum, qui inter Hippodameæ Oenomai filiæ procos post Marmacem primus interfectus est, & eo loco, vbi sepultus, atrox iniuriæ vindex cos turbat, qui obequitant.

Alcathoe etiam filia Minyæ à Plut. nominatur quæst. Græc. 38. quæ cum duabus sororibus L furore correpta alterius filium deuorauit Hippasum. Megaræ verò nomen ex eo datum vbi in Att. Pauſ. adnotauit, à templo Cereris Megaron appellato: Cùm Bœotij velint Nisam vrbem mutauisse nomen in Megara propter Megateū Neptuni filium occisum, cum Niso aduersus Minoē tulisset opem, quem & socero Niso, Nam eius filiam Iphinoem habuerat vxorem, in regnum successisse Megarenses vellent.

Cùm etiam alij ab alio Megaro Iouis filio deducant nomen; lege quæ de eius filio Callipolide ab eo occiso scribit ibidem Pausanias, cuius alterum filium nominat Echepolin, duas item vxores, priorem Pyrgo, posteriorem Euæchmen Megarei filiam.

M Illud incredibile hic obseruа eodem loco à Pausania traditum: Cum Appollo in extruendis Megarorum muris iuuaret Alchathoum, citharam in lapide quodam deposuit, quem si quis postea calculo feriisset, vt Megarēses aiunt, eundem reddebat sonum, quem chordę citharę pulsatæ. Addit prodigium simile, vidisse se statuam sedentis hominis, quæ quotidiè sub ortum solis sonum edit Citharæ, aut Lyræ persimilem. Is locus Syringes dicitur in Thebis Aegypti.

A *Quod Regum Æthiopum nomen: quid intersit inter Poësin: poëma, Poëticam, poëtam. Latinè quomodo efferendum si.*

CAPVT XVII.

IMPRVDENTAR Io. Boëmus 1. de Gent. morib. lib. tradit summum Aethiopiæ Regem, qui ab ipsis Gian dicitur, id est, potens, vulgò appellari Presbyterum Ioannem, id enim, inquit, Preteianni significat: Amplectitur hoc An B nibal Codretus in cap.1. lib.7. Plinij. & Io. Soarius Conimbricen. Episcopus in 3. cap. S. Matthæi. aliisq;. Quod quidem verbum non pro sacerdote, sed pro nobili, & seniore dignitate accipiendum esse; Brodæo in Epigr. Anthologia placet, esse vetus Indiæ Regum nomen: Præstani enim vocabantur, nosq; corrupisse vocabulum: vnde hoc didicerit, non adiungit.

Priori vocabulo suffragatur Otho Frisigen. lib.11. cap.33. Fallitur tamen Arnoldus Mermannius in theatro conuersionis Gentium, adiungens verbis Othonis, eumdem Sophum nominari: Sophus enim nec Aethiopum Rex est, sed C Persarum, nec Christianus, sed Mahometanus: Hieron. Lilius 1. cap. additionis ad filuam var. lect. Italicam vocari scribit Beldugian, id est, gemmam incomparabilis pretij, & Gian significare potentem.

Quidam Zaga Zabo Aethiops, qui diu fuit in Lusitania apud Damianum Gœsium nobilem equitem, ac doctum, in iis, quæ de moribus Aethiopum obseruata reliquit, vocandum affirmat Ioannem pretiosum, & hoc nos voce corrupta significare, sic Aethiopica, & Caldæa scribi dialectico. Idem Sebastianus Munsterus 6. lib. Geogr. in Africa. & Genebrardus Chron. ex historia Aethiopica.

At Io. Riochius 3. lib. Compendij hist. eccl. D cap.1. ex fasciculo temporum, atque aliis, narrat Ogerium Danimarchiæ Ducem sancta Palæstinæ loca pietatis, & religionis ergò peragrasse, & vlteriora Christo regna adquisiuisse, imperiumque in superiora India constituisse, eique præfecisse Ioannem Fresonem Regis filium, qui Presteiebau dicebatur, à quo nomen successores hęreditario iure obtinuerint, quod nos corrupi- E mus: hoc sequor, aut si vera est, veterum Indiæ Regum, nomenclaturam.

Mirum est tamen, quod Boëmus affirmat, & verum esse videtur, certè plurimos habet auctores, quos etiam Munsterus, & Genebrardus probaut: ex Dauidis stirpe Aethiopes existimate natum Regem suum, esseque non atro, vt reliqua Gens, sed albo colore: quod apud eos constans est opinio, veterem illam Saba Reginam, Maquedam nominat ex veteri Aethiopica historia Genebrardus, atq; alij. Nicaulam Pausanias lib. 10. hoc est, in Phoc. Berosi, & Erymanthæ filiam, cùm ad Salomonem venisset, ex eo filium suscepisse, cui Dauid nomen inditum, quique post F ipsam Regnum Aethiopum tenuerit, vnde cæteri deinde orti sunt Reges: aliò tamen Annibal Codetrus in Plin. hunc refert alborem, quia non omnes Aethiopes atri sunt coloris, sed plurimi: & Sixtus Senensis lib. Bibl. sanctæ 5. adnot. 133. ex Arabia potiùs Reginam venisse, quàm ex Aethiopia ostendit.

ἐν παρέργῳ non tacebo Baptismi ritum Aethiopici, quem narrat idem Soarius, & alij. Rex, G & populus postquam sacro lauacro tincti fuerunt, frontem inurunt caurerio, illud S. Io. Baptistæ Matth. tertio, ad literam intelligentes.

Ipse

Ipse vos baptizabit in spiritu sancto, & igni: ex his se aliquos vidisse, & domi suæ excepisse confirmat: & cùm ritus caussas quæreret, respondisse à B. Matthæo, qui ei Genti promulgauit Euangelium, originem habuisse: propterea & circumcisionem retinent etiam in feminis, tamquam generis, ac prosapiæ Iudaicæ argumentum. Hinc Areostus non poëticè, sed historicè de Senapo cecinit Aethiopum Rege cantu 33.

Glie (s'iò non piglio errore) in questo loco,
Oue al Battesmo loco vsano il foco.

D Plut. ποίημα esse scribit pusillum opus, vt Margiten: ποίησιν iustum opus, vt Iliada: Non absunt Græci Grammatici, Poësin opus totum aientes esse; poëma librum vnum. Itaq; hoc modo poësis erit vniuersum Vlixeæ, atque Iliadis corpus: Poema verò alterutrum separatim: immò quilibet liber eorum: hoc sequi videtur Aphthonius Rhètor Poesim vocans totam Iliadem; Poema armorum Achillis apparatum: ποιητικὴ est ars

E ipsa conficiendorum carminum, siue poematū: ποιητὴς ipse artifex, conditorque carminum.

Diog. Laert. 7. de vita Philosoph. libro in Zenone, eum scribit ita poema, & poesin distinxisse, vt illud esset dictio numerosa certa mensura constans, prorsæ orationis speciem excedens, vt maxima Tellus. Iouis æther: hæc verò significatiuum poema rerum diuinarum, humanarumq; imitationem complectens. Dicam ipsius verbis.

A Qui mihi videtur plus nimio esse Grammaticus. Nouius Marcellus poesin textum esse scri-

F ptorum voluit. Poema inuentionem paruam, quæ paucis verbis expediatur: non valdè differt à Græcis Grammaticis, sed vtriq; non plenè declarant.

Varro Parmenone, quem M. Antonius Muretus in Catullum epigr. ad Licinium citat. ποίημα, inquit, est λέξις εὔρυθμος, id est, verba plura modicè in quamdam coniuncta formam: Itaq; etiam distichon, & epigrammation vocat poema: ποίησις est perpetuum argumentum è rhythmis, vt Ilias Homeri, Annales Ennij. Poetice est ars earum rerum.

Cornelius Fronto hoc discrimen agnoscit,

G quod poetice sit rei, vt historice; poesis, operum contextus: poema certis pedibus, & legitimis inclusa materia: poeticū, in poeta vtile; optimè.

Scaliger in re Grammatica philosophatur non minus prudenter, quàm verè, cui cùm non placeret explicatio Plutarchi, sic ipse statuit. Poema est opus ipsum, materia, inquam, quæ fit, poesis autem ratio, & forma poematis, vt habeas à tribus personis verbi totidem nomina verbalia, quemadmodum ποίημα, ποίησις, ποιητής. Est igitur Ilias poema, Homerus, Poeta, ratio, & forma, qua Margites factus est Poesis. Poetice

H verò scientia, id est, habitus ex dispositione præceptionum, quibus docemur ad confirmationem hanc, quam Poesin appellamus.

Non valdè abest ab hoc sensu doctissimus Mazzonius, scribēs in introduct. ad desens. Dantis n. 54. & 67. Poesin esse, quæ Idolum, siue simulacrum efficiat, qui finis est artis ipsius: cùm Poetice sit, quæ poesi tradit præcepta huius constituendi Idoli. & susius exponit lib. desens. 3. cap. 3. Scio à Grammaticis doceri Græcum ει vertendū I

esse in e, vel i longum, vt à Prisciano lib. 2.

Verum, quando obseruandum sit hoc discrimen ipsi fortè nō obseruarunt. Ego hanc legem à viris doctis video retineri, vt hæc diphthongus ει sequente vocali conuertatur à nobis in e productum, vt in voce Καλλιόπεια Calliopeia. Σπονδεῖος Spondeus, Παταρεῖος Patareus, Κεῖος Ceus. & similibus; sequente verò consonante per i longum proferatur, vt in dictione Τυδείδης Tydides: Πηλείδης Pelides, Ἀτρείδης Atrides, Σάπφειρος Sapphirus, K

Ἰάειρος Iairus. Quare non valdè probo eos, qui ἐπιχείρημα dicunt Epicherema, cùm potiùs Epichirema scribi debeat, atque efferri, vt scribitur, atq; effertur chiragra, chironomus, chirisophos, &c.

Sic Raphael Volaterr. sic Pierius Valer. sic I. C. Scaliger: sic Petrus Victorius, sic M. Antonius Muretus, qui homo politissimus in iis scholiis, quæ edidit in Philippicas M. Tullij, notat in vetustis codicib. legi, vt ab Alexandrea, verba sunt L

Ciceronis, cùm in recentioribus ferè legatur Alexandria; & subdit, veteres sæpè vocabát, quam nos Alexandriam, & Dareum, quem nos Darium: sic etiam Cassiod. scribere est solitus.

Vnum tantummodò locum producam ex epistola Theodorici Regis Italiæ ad Arigernum Comitem, quæ est lib. 3. var. cap. 45. Nunc autem existere Samareæ superstitionis populum improba fronte duratum, &c. Est verò adiectiuum ex nomine Σαμάρειος, vel genitiuus substantiui Samarea Samareæ, nos vulgò Samaria dicimus.

Itaque non ferendum, modò lege velimus, si M

non viuere, saltem legere, & dicere Alexandria, Samaria, Nicomedia, Laodicia, Antiochia, Seleucia per i breue, sed per e longum proferenda, vt Cæsarea. Penthesilea, Chæronea, Basilea: sic legendum, & pronunciandum, & scribendum, Areus, non Arius, Spercheus, non Sperchius, Laodamea, nō Laodamia, Xenodocheum, Nosocomeum, odeum, Brabeum, Prytaneum, Gynæceum, Conopeum; tametsi licentia poetica corripiamus in versu, vt corripit Horatius Cono- N

peum.

In nomine Laodamea nonnulli variant: Nam Laodemeiam scribunt quidam, sed poeticum est: qui Laodemiam scribit Micyllus non est ferendus, &, vt huic capiti sua sit apta Coronis, eos, qui Odysseam cùm latinè loquuntur, enunciant, puto nec latinè loqui: neque græcè, vt enim à Græco Ὀδυσσεὺς Ὀδύσσεια, &c. deducitur, sic à Latino Vlixes Vlixea pronunciandum, sicut Vlysses Vlyssea.

Iliadis paruæ quis scriptor, quis hymnorum Homero adscriptorum, Musæi item carminum, quis Cypriorum, quis apud Horat. Cyclicus, qui numeri lege soluti apud eumdem, quid Ibis Ouidij.

CAPVT XVIII.

A ARISTOTELES in Poet. cum sic loquitur. Alij verò, scilicet ab Homero, qui circa vnam actionem in pangẽdo versantur poemate, & circa vnum tempus, & vnam actionem multipertitam, exempli caussa, qui cecinit Cypriaca, aut paruã Iliadem. A videtur opinari non aliam Iliadem ab Homero scriptam præter magnam illam, quę etiam nunc celebris est, & manibus teritur. In vita tamen Homeri Herodotus narrat, prius ab ea scriptam paruam quamdam Iliadem, quam scriberet magnam, hoc sermone. Iliadem minorem, cuius Initium, Ilium canto, & quæ vocatur Phocais, quam Phocenses dicunt apud Ipsos Homerum fecisse; qui etiam sine nomine est apud Aristotelem. Paus. item lib. 4. hoc est, in Messeniacis, nomen auctoris paruæ Iliadis tacet. nisi si cui B videatur auctorem eius facere Machaonem. Alteram Iliadem magnam vocat paulò post Herodotus.

Ante Homerum tamen, qui post excidium Troiæ 168. annis vixit, vt idem notat, Iliadem scripsit stante adhuc Ilio, Corinnus Iliensis, de quo ita Suid. Corinnus Iliensis Epicus ante Homerum, vt quibusdam placuit, & primus Iliadis scriptor cùm adhuc res staret Troiana, qui Palamedis fuit discipulus, qui & scripsit bellum Dardani contra Paphlagonas, ex quo suum omne argumentum Homerus duxit. Idem etiam narrat, Syagrum Homeri æmulum prius Homero Iliadem conscripsisse.

Insinuat 1. lib. Athen. cap. 16. extremo, versum ex hymno in Apollinem citans, ambigen- C dum esse de hymnorum Homero attributorum scriptore; sic & Homerus inquit, vel ἀπὸ μιμητὸς, τῶν ὁμηρειδῶν, scribit Athen. in hymnis ad Apollinem: neque enim hoc scripsisset, nisi sciisset, non constare, verè ne essent Homerici.

Ego Pindari Nemea legens in Græcis Hypomnematis reperi, eorum auctorem existimari Cynæthum quemdam Chium, à quo orti sunt illustres in veterum cõmentariis ὁμηρίδαι iidem D Homericorum carminum ῥαψῳδοί. verba sunt Schol. initio expositionis Odæ 2. Eustath. Iliad. 1. Illustres fuerunt, qui circa Cynæthum erant, quos narrant versus multos fecisse, & in Homeri poesin infarsisse: erat verò Cynæthus Chius, qui & hymnum Apollini inscriptum ex eorum numero, qui Homero adscribuntur, dicitur panxisse; Cynæthus Chius primus dicitur cœpisse recitare Homeri poesin. Quamquam non o- E mnium, sed illius tantum præcellentis in Apollinem hymni his verbis auctor fuisse Cynæthus indicatur.

Ex quibus, quinam essent apud veteres Homeridæ, aut ὁμηρειοὶ obseruandum: qui fuerint, indicat illa Oda Pindarus, cum ita canit; vnde & Homeridæ consutorum versuum sæpenumerò cantores incipiunt, & vetus Schol. fusè exponit, vt & lib. 14. cap. 7. Athen. & apud eum Aristoteles, qui & Homeristas nominant. & Harpocratio in voce ὁμηρίδαι. Eos primus in theatrum induxit Demetrius Phalereus, vt auctor est Athen. lib. 14. cap. 7. & lib. 14. Diod. Siculus narrat excellentissimos Rhapsodos Dionysium misisse, vt eius carmina recitarent in Panegyri.

Ex Latinis vnus non ignobilis Grammati- F cus Diomedes lib. 3. vbi de Dramaticis præcipit, explanans, quid sit Rhapsodia, censetque Homeristas ex eo nominatos, quòd olim partes Homeri carminum in theatris, & circulis cum baculo, seu virga pronunciabant.

Dum animi gratia intermissis grauioribus studiis nobilem ac diligentem decem Græciæ regionum descriptorem Pausaniam legerem, didici quod suspicabar, auctorem versuum, qui nomine vetustissimi illius Musæi circumferun- G tur, de Leandro, & Hero, non esse Musæum, sed alium; Onomacritum esse tradit Pausanias 1. lib. hoc est, in Attic. Nam Musæi, inquit, nihil extat præter hymnum in Cererem, quem Lycomedi fecit, quem idem lib. 4. hoc est, in Messen. citat.

Longè ante Pausaniam Herodotus lib. 7. de eadem re dubitauit, ita loquens. At Musæus carminibus, si modò ea Musæi sunt, Triptolemum Oceani, ac terræ filium prodidit primum tradidisse mortalibus frugum cultum, & sationem: ac de onomacrito idem penè significat, quod Pausanias scribit. Pisistratidæ, inquit, prætendebant Onomacritum quemdam Atheniensem, quem H secum habebant sortilegum, & Musæi sortium explicatorem, quem Pisistrati filius Athenis expulit.

Neque verò possum animum inducere Orphei esse Argonautica, hymnosque, & περὶ λίθων. & ignoro tamen cui debebant assignari. Cypria opus vetustissimum est, eius ignoratur scriptor: Apparet ex Pausania citante lib. 3. i. in Lacon. atque Athen. lib. 8. cap. 3. & qui Cypriaca fecit carmina, si Cyprius est aliquis, vel Stasinus, vel qui- I uis alius, Nemesin quam persequebatur Iupiter, & in piscem mutatam. & lib. 15. cap. 12. cum Stasino etiam Hegesiam sub disiunctione nominat, & ex Deiodamante Halicarnasseum quemdam: & loco supracitato Aristoteles: est tamen, qui Homero adscribat Suidas.

Stasinus

Stasinus vero hic Cyprius fuit, & gener Homeri eius filiam habens in matrimonio, vt in Homero obseruat Suidas. In sua erudita, & ingeniosa paraphrasi Horatij poëticæ Franciscus Robortellus Cyclicum illum, quem nominat Horatius Poëtam, qui ita exorsus est poëma suum.

Fortunam Priami cantabo, & nobile bellum.

K Antimachum fuisse affirmauit, aliorum ante se errorem sequutus. Sed eruditius Dion. Lambinus non esse Antimachum hinc docet, quia Græci Interpretes eius poëmatis hoc fuisse narrant initium.

Dicite Saturnij Iouis magni filia.

Deinde Antimachum non legimus scripsisse vnquam bellum Troianum, sed Thebanum: in quo describendo tam longus fuit, vt priusquam ad ipsam Vrbem Thebas perduceret 24. libros scri-

L pserit. Hunc verò Cicero in Bruto Clarium facit, Colophonium Suidas, & ex eo Volaterranus sed Colophon in Claro est insula.

Acuta est M. Antonij Mureti coniectura significari scribentis eum Poëtam, qui olim Cyclica scripsit, cuius poëmatis recordatur in 2. librum Analyt. Philoponus. In hibeo in re, in qua diuinandum est, sententiam.

Oda. 2. lib. 4. Carm. Horat. de Pindaro cecinit, alter Pindarus, sed Latinus:

Seu per audaces noua Dithyrambos,
Verba deuoluit, numerisq; fertur

M *Lege solutis.*

Helenius Acro vetus Interpres, audaces vult dictos, quia cæteris rhythmis vehementiores sunt, & in iis Pindarus noua verba scripsit: alter quidam nouus interpres, audacter, & feliciter acres. Acronem, & Porphyrionem Lambinus amplectitur cum ait, fuisse autem Dithyrambos planè Bacchicos, in eisque magnam vim ad concitandos, & perturbandos animos: neque eos vllis præterquam furore quodam affectis, & lym-

N phaticis conuenisse Plato declarat in Phædro, illustriorem horum interpretum explanationem efficiens.

Ego cum Scalig. lib. 1. Poët. c. 46. sum, quia Dithyrambici carminis stylus erat tumidus, plenus Deo, plenus numerorũ, plenus compositarũ vocum: hinc enim & audaces vocantur ab Horatio, & quos noua verba deuolui canit. At quid illud, cum lege solutos vocat Pindari numeros?

Quid Acro, & quid Porphyrio dicant, quorum vestigia premit Lambinus: quid erudite Mancinellus ex Diomede, & Quinctiliano producant, non repeto. Scio Græcos vocasse quas-

O dam certas formulas, & præscriptas canendi diuersa genera cantilenarum, νόμοι, quas leges Latinè dicere possumus: ad eas opinor respexisse Horatium propter liberum Pindari melos, qui nõ tam intuceretur, quid mos, aut ars diceret, q̃ eo sequeretur, quò vehementior illũ Poëticæ spiritus abriperet: in quo omni sane arte superior est.

Quod poëma scribit Ouidius maledictis, & execrationibus refertum aduersus Ibim, ad imitationem mihi fecisse videtur Callimachi Cy-

P ræneí, eius, cuius etiam nonnulli extant hymni, qui cum scriberet librum contra Apollonium Rhodium Poëtam illum, qui Argonautica scripsit; nam. vt præclarè Hesiodus canit, in diebus & operibus,

Et mendicus mendico inuidet, & Cantor Cantori.

Eumque referisset conuiciis, ac diris, Ibim nominauit: Credo ab Aue, quæ vasto est corpore, & serpentibus vescitur, vt Cicero ait 2. de nat. Deorum lib. Is enim liber execrationibus, quasi serpentibus, erat refertus, quæ serpentium instar

Q morderent, ac lacerarent Apollonium: Sic enim inter alia de eo Suidas recensitis aliquot eius operibus. Ibis est poëma, quo affectauit obscuritatem auctor in contumeliã Ibidis cuiusdam Callimachi hostis: erat hic Apollonius scriptor Argonauticorum: hoc diu post adnotatum legi à Volaterr. lib. 14. Anthropologiæ, quàm ista scripseram.

Quis verò ab Ouidio significetur Ibis nomine, ignorare me fateor. Sunt qui suspicentur esse Mœcenatem, eum ego fuisse mihi persuadeo, qui auctor fuit eius exsilij. Sed Ibin appellauit vt hominem impudentem, & spurcum Ibidi similem, quæ se ore; siue rostro per anum immisso proluit, vt ex Laur. Valla eius auditor Zarottas vir doctus huius Poëmatis initio interpretatur: & hunc quidem amicum fuisse Poëtæ, cum florebat, ei tamen post exilium ingratum: qui propterea longioris eius exilij apud Augustum erat auctor, quod Petillam, siue Martiam Poëtæ vxorem deperiret, speraretque diu absente marito se potiturum.

Quo loco se Philosophum nominarit Pythagoras; Cuius Simonidis Melicerta cognomen: Polyhistoris anhistoresia: lapsus Abulensis: Pherecydis quæ patria: Nox cur Madre de pensieri dicitur.

CAPVT XIX.

OMNIVM is opinio est, Pythagoram cum Olympico certamini spectator

A interesset, rogatum in conuentu à Leonte, essetne σοφὸς, respondisse non σοφὸν se esse, sed φιλόσοφον, ac tum primũ sapientes viros Philosophi nomine fuisse ornatos. Narrat Val. Max. lib. 8. cap. 7. id non in Olympia contigisse, sed vel Phliunte, vel Sicyone scribunt M. Cicero 1. & 5. Tusculana, & Diog. Laërtius lib. 1. in procemio ex testimonio Heraclidis Pontici: hic id euenisse refert, cum Pythagoras Sicyone con-

B ueniisset Sicyoniorum Tyrannum Leontem, siue Phliasiorum: Cicero verò eiusdem testimonio Phliunte: locum tacet idem Laert. lib. 8.

Pro Heraclide, & Cicerone facit Sosicrates in successionibus. quia verò Sicyo non valdè distat ab Elide, & ei proximum est Phliuntis Castellum, vt legimus in Strabone lib. 8. non longe à fine, & in Plinio lib. 4. cap. 5. hoc accidisse in celebri illo conuentu ludorum Olympicorum aliqui prodiderunt: nisi ex eo fortasse natum, quod cum eodem Tyranno in Olympia loquens idem Pythagoras vitam nostram similem esse dixerit
C πανηγύρει mercatum vertit Cicero.

Illud obseruandum primo, quod notat interpres Homeri Iliadis o. Olim quemlibet artificem confuso nomine sapientem vocatum: deinceps Pythagoram, quòd vnum diceret sapientem Deum, desiisse sapientem appellari. Hinc Aristoph. Pluto Vatem sapientem vocat Apollinem, quo epitheto Musicum obscurè indicat, vt ait Schol. egregiè verò, vt solet, Petrarcha noster
D cecinit cap. 3. triumphi famæ:

Pitagora, che prima humilemente
Filosofia chiamò per nome degno.

Secundo notandum, cum olim etiam docti viri fuerint sapientes appellati, vt de Iudæis S. Hieronymus testatur, & de Græcis probat septem sapientum Græciæ nomen; deinceps Philosophi, ex eo nomine argumentum duxisse Ciceronem nostrum, hoc est, Firmianum Lactantium ad euertenda ipsorum met dogmata, vtpotè qui non sapientes essent, sed cupidi tantum, & stu-
E diosi sapientiæ. Habes hoc lib. 3. cap. 2. de falsa sapientia.

Sic enim & diu antè Seneca, quo modo se mutuo respiciant Sophia, & Philosophia declarat, sanè prudenter, & acutè epist. 90. quæ est decimi libri prima. Illud quasi constet aliquid inter Philosophiam, & sapientiam interesse: neque enim fieri potest, vt idem sit quod affectatur, & quod affectat: quo modo multum inter auari-
F tiam, & pecuniam interest: cum illa cupiat, hæc concupiscatur, sic inter Philosophiam, & sapientiam: Hæc enim illius effectus, & præmium est: illa venit, ad hanc itur. Sapientia est, quam Græci σοφίαν vocant. Hoc verbo quoque Romani vtebantur. Sicut Philosophia nunc quoque vtuntur, quod & togatæ tibi antiquæ probabunt, & inscriptus Dosenni monumento titulus. Hospes resiste, & Sophiam Dosenni lege.

Pomponius item de origine Iuris l. 2. §. 8. Doctos solitos dici sapientes apud Romanos obseruauit, & primum hoc nomine vocatum Sempronium, qui P. Attilius dicebatur, ac Cicero in Lælio, videlicet, quod ei maximam scientiam populus Romanus attribuerat: quanquam
G Pomponium miror, qui scribat neque ante illum, neque post, vllum à Romanis nominatum Sophum, cum & C. Lælius. & M. Cato sapientes fuerint appellati, vt & L. Accilius apud Ciceronem in eodem Lælio.

Fortassè Pomponius intellexit neminem hoc Sophi nomine appellatum, licet plerique alij dicti fuerint sapientes: & sapientes pro legum peritis posterior vsurpauit ætas, vt constat ex libro 2. Feud. tit. 25. & lib. 1. histor. Radeuici cap. 27.

H Simonidem Ceum Lyricum illum celebrem à cantus suauitate Μελικέρτην à Græcis nominatum Lilius Giraldus 9. dial. de Poëtarum historia narrat, quem etiam aspectu deformi fuisse, ac fœdo, id quod ipsi Themistocles aliquando obiecit. Ceum item facit Herodotus lib. 5. & Aelianus lib. 8. cap. 2. & lib. 9. cap. 1. quem inducit auarum: Patria autem Iulittes fuit ab Vrbe insulæ Ceæ. hoc sequitur Annibal Codretus in 24. caput lib. 7. Plinij.

Videtur tamen repugnate Suidas, qui alium huius Simonidis filiæ filium, & ipsum lyricum, cognomenq; scribit obtinuisse Melicertæ. Ver-
I bs illius sunt. Simonides Ceus superioris ex filia nepos opinione quorundam qui dictus est Melicerta. Quanquam neque ex his verbis valde est certum, iunior ne hoc nomen habuerit, an Senior. Senioris fuisse cognomen videtur iudicasse Suid. in Simonide lyrico, cui miraculum adscribitur memoriæ: Plato verò in Hipparcho non Ceum appellat, sed Chium, & in Protagora item, ciuem faciens Prodici Chij. Certum est Seniorem Leoprepis fuisse filium, vt Herodotus lib. 5. scribit, & Ael. lib. 4. cap. 24. & Suidas, & Ari-
K stoph. Schol. Vespis. & Paus. lib. 6. hoc est, in Eliac. poster. ipsius elegos producens.

C. Iulius Solinus cap. 6. sui Polyhistoris Pindarum lyricum narrat è conuiuij loco, cui imminebat ruina, ne cum cæteris interiret, forinsecus à Castore, & Polluce vocatum inspectantibus vniuersis, quo factum, vt solus impendens euaderet periculum: Hoc verò Ceo Simonidi contigisse Cicero 2. de orat. lib. commemorat in eo sermone, quem de memoria M. Antonius habet non longè à fine, & M. Fabius lib. instit. orat. 11. cap. 2. qui & fabulam nominat,
L & aliter, quam Cicero exponit. Valerius quoque libro primo, cap. 8. reponens inter miracula, & Suid. ex quopiam Græco: Negligens igitur Solinus.

Illa vero ἀνιστορησία Abulensis, vt Theologi, & in humanioribus litteris non exercitati, Leuius ferenda, quamuis pingue sonet, Alcæum Poëtam lyricum sub Octauio Augusto floruisse paulo ante diem Christi liberatoris natalem, & contemporaneum Horatij Flacci fuisse, sic iste in
M cap. 7. suæ commentationis in epist. S. Hieron. ad Paulinum, ad illa verba. Dauid Simonides, noster, Pindarus, & Alcæus: sed falsum esse cõfirmant omnes historiæ, quæ Alceum cum Pittaco, vno ex 7. Græciæ sapientibus vixisse narrant circa Olympiadem 42. cum Augustus imperium

perium tenuerit 109. & sequentibus. At stultus ego, qui tam manifestũ errorem conor euertere.

Pherecydem antiquissimum fuisse Philosophum plerique omnes tradunt, tradunt & Syrum fuisse, ac Barbarum, non Græcum. Laërt. lib. 1. extremo. Plut. Suid. Eusebius, Clemens Alexandrinus, Augustinus, Hieronymus, La-N ctantius, Sanctus quidem Augustinus Syrũ cum aliis nominat 3. contra Acad. lib. cap. 17. Assyrium tamen vocat epist. 3. ad Volusianum: longè verò aliud Syrus, & Assyrius, vt Syria, & Assyria diuersæ Prouinciæ.

Aelianus lib. var. hist. 4. cap. 28. Syrium facit. & Plinius lib. 7. cap. 51. Vnum, quantum scio, legi, L. Apuleium, qui Barbarum neget fuisse, & O Græcum affirmet, id est, Scyrium, non Syrum, hoc est, ex Scyro. quæ vna est Cycladum, in qua Achilles ex Deidamea Lycomedis filia Pyrrhum sustulit. Eius hæc sunt verba extremo 2. Floridorum libro. Quin etiam Pherecydes Scyro ex insula oriundus, qui primus versuum nexu repudiato conscribere ausus est. Quod & Plin. affirmat cap. 56. lib. 7.

Ecce tibi primum etiam fuisse, qui prosa oratione scripsit idem in Suida reperi sic scribente. hunc sermone pedestri Historiam primum conscripsisse quidam narrant, cum alij hoc in Cadmum referant Milesium. Mirum si Scyrius fuisset nesciturus omnes Græcos minime suarum laudum negligentes. & Strabo tamen lib. 10. Est enim Syrus, inquit, priore producta syllaba è P qua Pherecydes Babius seu Babios filius duxit originem, eoque iunior est Atheniensis, scilicet Pherecydes, cuius item meminit Suidas seniorem faciens priore, sed falso, quod non intellexit Strabonis interpres Athenæus pro Atheniensis vertens.

Syram vnam esse è Cycladibus nominat Suid. Addit Strabo, huius Poëta fecisse videtur mentionem, hoc est Insulæ, Syriam illam appellans. Insula quædam Syria vocatur Ortygia.

Q Huic verò Pherecydi antiquissimo tria adscribuntur dogmata, siue decreta paucis nota sapientibus Græcorum. Primum, quòd primus animos sempiternos dixerit, hoc est, immortales; Cicero 1. Tusculan. & Lactantius lib. 7. capite 8. Id quod Pythagoras admiratus ex athleta Philosophus fit, se illi in disciplinam tradito.

Deindè, quòd primus vnum Deum agnouerit, rerum omnium optimum architectum confessus. Arist. cap. 4. 14. libri primæ Philosophiæ.

Tandem, quòd primus Deum sua vuius causa orbis vniuersitatẽ condidisse prædicaret, Proclus in Timæũ Plat. In amorẽ transmutatũ Iouẽ, R cum vniuersum esset fabricaturus. hunc tamẽ impium Ael. facit lib. 4. cap. 28. ipse parum pius.

Obserua lapsum memoria Tertullianum cap. 1. lib. de anima, cum Pythagoræ discipulum facit, quem magistrum omnes confitentur, quanquã Pamelianus Tertull. reposuit Magistrum. Syron vrbem Cariæ extremo lib. nominat Pauf. hoc est, in Phoc. cuius fortasse ciuis Pherecydes.

Opinor eandem esse vim eius modi loquendi, qui Italis est familiaris, cum dicimus, che la S Notte è madre de' pensieri, eamdemq; habere originem, quam apud Græcos veteres ille habuit, quo noctem εὐφρόνην appellauit, videlicet, quòd ea pars temporis negotiis, externisque operibus expediendis ineptior, longè sit aptissima ad consilia de rebus capienda, quæ animum requirunt à tumultu negotiorum liberum, & sensus à diurnis molestiis vacuos.

Vox ista propria est Poëtarum, ex linguæ Ionicæ proprietate ducta: Sic Anaximenes lib. 2. apud Laërt. Pythagoræ scribens Ionica lingua, & casum Thaletis in foueam noctu cum deambularet. exponens air; Noctu, vt in more habebat, T simul cum ancilla progressus ex vestibulo sidera contemplabatur: Accepit autem nomen à facilitate meditationis: iure vt scripserit Pierius Valer. Lucernam Symbolum esse incubrationum; lib. 40. Hieroglyph. & cum nos de re aliqua diligenter, atque attentè deliberaturos volumus indicare, vulgo dicimus, Ci voglio dormir sopra, hoc est, eo tempore, quo maximè quietus, & liberero, consilium capiam.

Cursus enim, & consilij diuersa est ratio: cur- V su vincit, qui velocissimus est, consilio est superior, non qui citius, sed qui maturius, ac tardius, id est, considerarius consilium dat. & ferè qui tardius, is melius, excepta muliere. Itaque Sophocles apud Plutarchum lib. de garrulitate, non certe consilij idem & cursus finis, vnde natum prouerbium, in nocte consilium.

Nam quod propterea nox appellata sit εὐφρόνη, quasi prudens, ac sapiens ἀπὸ τ͂ εὐφρονεῖν, dicit, & docet Plutarch. lib. Symp. 7. quæst. 9. Et Alexandrinus Clemens 4. Strom. lib. quoniam animus à sensibus abstractus in seipsum conuertitur, & capacior fit prudentiæ: Hinc apud Aelia- X num lib. 3. var. histor. cap. 11. Peripatetici dicunt animum interdiu implicatum seruitio corporis non posse veritatem purè intueri; at noctu solutum tali ministerio quasi in orbem collectum circa thoracem, aptiorem fieri futurorum diuinationi, hinc existere insomnia.

Quare conuentus nocturnus apud Plat. est eorum, qui optimi iudicantur & ad regendum aptissimi, quibus res committi solent cura dignissimæ: & hanc ob causam Bacchum νυκτέλιον Y appellatum, & noctem εὐφρόνην: nam pocula, & consilia noctu frequentiora, scilicet in vino est consilium, quo maximè desipere mortales solent. Macrob. lib. 1. Sat. cap. 18. Idem versus Orphei νυκτέλιον vocantes, boni consilij hunc Deum præsidem monstrat.

Sed ita à Plutarcho inducitur Glancis moré Persarum defendens inter pocula de summa rerum deliberantium: ipseque lib. de curiositate inuenisse hoc nomen putat, quòd plurimũ va-

Thebas allatum fuisse mihi videtur, & cum in quosdam ex iis, qui ad ipsum spectandum conuenerant, insiluisset, & vultum vnguibus deformasset, ab Oedipo, qui Ciuium suorum iniuriam non tulit, interemptum, vnde illustre nomen sit assecutus: At fabulæ Oedipi fortiter factum amplificantes, alas isti animanti affinxerunt, vt Dio in Libyca historia, vt Lutatius in 2.
E Theb. Statij; & Ael. libro vndecimo, de Anim. capite 38. narrat pictores, & plastas facere. Cur? quia velocissime in quosque obuios inuolaret.

Eandem pectus muliebre, Leoninum corpus habuisse mentiuntur, quia & undum erat, & muliebri simile, & ferocitate insigne, & quatuor ferè insistebat pedibus. Sermonem item, quod humanæ voci vox illius esset persimilis. Aenigmata item, quod obscurè loqueretur, nec intelligeretur.

At verò longe secus Palæphatus historicè fabulam exponit, & Pauf. in Boēt. siue lib. 9. & Ael.
F lib. 22. de Anim. cap. 7. Euseb. in Chron. & Euripides Andromacha Spinga vxorem Cadmi propter odium, scelum Hermionæ ab eo discessisse, & bello infestasse. Ac ille quidem fabulabatur, belluam fuisse triformem, corpore Canino, facie puellari, alis volucrem, voce hominem. Ael. ita ab AEgyptiis sculpi, vt biformē faciant, hoc est, virginis corpore, & Leonis conflatam. caudam ei cum pedibus Leoninis Euripides attribuit. Isacius Lycophr. interpres, Leonem antrorsum, retrorsum hominem, vnguibus Gryphem, alis Aquilam confingit.

Sphingem quoq; AEgyptij fabri sculpentes, ac Thebanæ fabulæ celebrantes duplici forma,
G ac natura nobis repræsentare conantur mistam exhibentes ex virgineo corpore, & Leonina forma, quod etiam obscurè innuit Euripides, eum air, caudam reuoluens subleoninorum pedum basem sedebat. Nec dissimiliter Apollodus 3. Bibl. lib. Schol. Arist. Ranis, & Auson. in Grypho Ternarij.

Illa etiam thalamos per trina ænigmata quærens
Terruit Aoniam volucris, Leo, Virgo triformis,
Sphinx volucris pennis, pedibus fera, fronte puella.

Et Idyllio de Monosyll.

Nota in portentis Thebana tricorporibus Sphinx.

Consentit Origenes 1. contra Celsum lib. & 5. Strom. Clemens Alexandrinus, & Michaël Psel-
H lus in allegoriis, ita breuiter describens elegantem ad vmbilicum vsque puellam, cetera hispidam, cauda oblonga, ferinis pedibus, lingua Attica, & Pythagorica, id est, diserta ac prudenti.

Verior esse videtur Pauf. narratio lib. 9. hoc est, in Boeot. Paululum hinc, inquit, abest mons, vnde Sphingem fama fuit ex insidiis erumpere solitam ad hominum perniciem, cum sua illa ambigua cantilena: & si dicunt, alij classe illam piraticis excursionibus mare, quod ad Authedonem est, infestum reddidisse. Deinde hoc monte occupato, Latrocinia exercuisse ad illud vsque tempus, quo eam Oedipus interfecit superata loci cum exercitu Corinthiorum difficultate.

Eustath. in 11. Vlix. lib. ex eo sumit coniecturam, quòd diuersa fuerit de rebus Oedipi, Laique narratio, quoniam sunt, qui narrent Sphingam mulierem fuisse Latrociniis infamem, & cædibus, quam societate cum illa simulatā è medio I
sustulerit Oedipus; qua re cœperit haberi magno in honore à Thebanis, quem præ inuidia Laius inuadens, ab eo fuerit occisus: ita vxorem accepisse Iocastam matrem suam.

Traditum etiam est notham fuisse Laij filiam, quam Pater edocuerat oraculum à Cadmo Delphis acceptum: Itaque quoties de Regno erat controuersia, sed eam consilij gratia ventitabant finitimi. Fuere Laio ex pellicib. filij, sed responsum illud Pythij Apollinis. Epicastæ, siue Iocastætantum, vtroque enim nomine dictam notat K
Apollod. lib. Bibl. 3. & liberis, quos Laius ex ea suscepisset, notum fuit. à Sphinge autem fratres ita dolo circumuentos, vt ex ipsis quæreret, num datum Cadmo responsum, si Laij filij essent, cognitum haberent; quod si negassent, capite eos statim condemnabat, eo scil. crimine, quòd non essent ex ea genitæ, ad quam regnum, de quo disceptabant, pertineret. Tandem ad illam Oedipum somnio de oraculo edoctum venisse.

Quo fortasse illa Euripidis verba possunt referri, cum ab eo Oedipus inducitur à Creonte effossis oculis in exilium missus ita lamentari: O Patriæ incliti ciues videte, Oedipus fui, qui præclara ænigmata norat, & maximus erat vir, qui solus Sphingis obtinuit potentiam interfe- L
ctricis nefariæ. A

Quid etiam allegoricè significet, variant scriptores. Dio Chrys. pro inscitia sumit. Psellus pro homine, qui ex dissimilibus constat, hoc est sensu, quo sumus amantes; mente, qua rationis sumus particepes. Synesius lib. de Regno, & de prouidentia pro symbolo coniunctionis magnarum in homine virtutum, id est, prudentiæ propter humanam formam, fortitudinis, propter ferinam, ex sententia Aegyptiorum: cuius item notionis erat aliud ipsorum symbolum, id est, Mercurij, geminum signum, alte- M
rum florentis iuuenis, alterum maturi, ac venerandi senis: planè, vt prouerbio fertur, Semiramidis muri.

Plutarch. de Iside, & Osiride narrat, AEgyptiorū morem præ foribus templorum Sphingas collocaturum, tanquam sapientiæ symbolum; Nempe, vt declarant ipsi, iure pro templorum foribus Sphingas statuentes, quæ scilicet

præferant obscuram ipsorum Theologiæ sapientiam; Templi autem Mineruæ in Sai, quam quidem Isin putant, limen hanc habuit inscriptionem; Ego sum totum quòd fuit, quod est, quod futurum est, & meam pallam nemo vuquam retexit.

N Ad Symbolum autem Mercurij, Mithridatis illud spectarelogium apud Velleium Paterculum, consilijs dux, miles manu: & Dictys Cretensis in eo maxime Hectorem laudat, quòd nunquam vires consilio potiores habuerit. Id quod Fanno Aboriginum Regi Halicar. Dionysius attribuit lib. 1. quod significauit ille celeberrimus Homeri versiculus, quem in ore Magnus semper habebat Alexander.

Vtrumque, rexq; bonus, & fortis bellator.

Quæ etiam laus à Latino Pacato Drepanio in Panegyr. attribuitur Theodosio, Dux consilio, miles exemplo.

O Clemens Alexa. lib. citato pro delubris AEgyptiorum constitutum Sphingis simulacrum interpretatur, vel quòd obscurissima sint hominum sensibus, & altissimis cooperta tenebris diuina omnia, hinc Aug. Cæsar vti solitus sigillo, cui Sphinx insculpta. Nam idcirco hunc Iambum frequenter vsurpabat Socrates auctore Iustino martyre lib. de recta Confessione.

Diuinorum nihil gnarum mortalibus.

Et mille hoc nostrorum & externorum testimonia confirmant, vel quòd ipsum Dei numen timere, atque amare debeamus; amare. vt piis mitem, ac benignum, quod species indicat humana; timere, vt scelestorum, sceleruumque vindicem Iustissimum, quod significat ferina portio. Primam Synesij explicationem valdè illustrat

P quod Horatius cecinit Oda 4. lib. 3.

Vis consili expers mole ruit sua:
Vim temperatam Dij quoque prouehunt
In maius. iidem odere vires
Omne nefas animo mouentes.

Cuiusmodi vires fuere Gigantum, & qui eos imitati non fortes viri appellandi, sed feræ immanes: talis Milo Crotoniata fuit, ac Titormus, & ex iis quidam, quos in historia Gothica magnus Olaus commemorat.

Q Plutarch. apud Stob. Serm. 62. lib. quod amor non sit iudicium, Sphingem amoris impudici Symbolum facit, constituto primum, hunc amorem esse feram, & à se prius expellendam, quàm vngues, & dentes producat, dentes autem, atque vngues esse suspicionem, atque Zelotypiam; adde tu mille alias prauas affectiones, atque ærumnas, in quas agit præcipites hic amor. Sed suas habet illecebras, & iucunditates, quibus mirificè pellicit, ac trahit. Et Sphinx ditum animal, & fraudulentum varlis erat, & elegantibus alis, & cætera, quæ fusè eo loco Plutarch. ad amoris item efficacitatem Sphingis Aenigma traducens de bipede, tripede, ac quadrupede homine, quod his versibus Lycophronis propouit Schol. & Athen. lib. 10. cap. postremo.

Est bipes in terra, & quadrupes, cuius vna forma, & tripes; mutat verò vocem solum ex iis, quæ super terram reptilia sunt, & per ætherem, atque mare; sed postquam plurimis inuixum pedibus incesserit, tunc celeritas membris infirmior est ipsi. Plutarchi locus apud Stob. dignissimus est, qui legatur. Simile monstrū oratione V. Dio Chrysost. in Libya describit. R

Ex iis autem, quæ hactenus disseruimus, intelligimus, quid sit apud Plutarch. lib. quod mutæ animantes vtantur ratione, Sphinx, ænigmata, & Gryphos in Sphicio sapienter texens: & apud Athenien. lib. 10. cap. postremo Sphingis ænigma, id est, quæstio, quæ obscuram habet, inuolutamque sententiam. S

Quid item perurbanus ille Ciceronis in Hortensium pro Verre perorantem locus. Nam cum is diceret se Ciceronis ænigmata non intelligere, atqui debes, Cicero respondit, cum Sphingem domi habeas. Nam patrocinij mercedem à Verre Sphingem auream Hortensius acceperat. Ita Plin. lib. 34. cap. 8. & Quintilianus lib. 6. cap. 4. & illud Stratonis Comici dictum in Phœnicide, quod profert Athen. in Coquum Poëticè. & obscurè loquentem libro 9. cap. 8. Sphinga masculam, non Coquum in domum accepi, simpliciter enim nihil per Deos eorum, quæ loquitur, intelligo. Et Alexidis in Orchestride de vetula mille malis artibus instructa. Feliciter saluto anum Sphingem, quæ mihi sanè ænigmata loquitur. Et ille Alcæi versus 3. epigram. lib. tit. 12. εἰς γυναῖκας, sanè prouerbialis. T

Nunc Sphingis nodos Oedipus explicanis;

Et Epicharmi alter, Oedipus cum sis igitur, ænigmata non percipis. Et alter Hesiodi decrepitum Senem tripedem vocantis.

Scribit item Pauf. in Attic. hoc est lib. 1. fuisse olim Mineruæ signum ex auro, & ebore, in cuius galeæ cono sphinx emineret. opinor, quia præses sapientiæ, cuius est docere, & obscura dilucidare, atque inuoluta euoluere. Turnebum demiror eos esse sphingas & gryphos cap. 23. libro 24. aduers. scribentem ex ea leuissima sanè coniectura, quod Pici Gryphes dicuntur à latiuis, vt Sphinges Phices. auctore Hesychio: Thebani ita vocabant, aut omnino Bœoti: erroris occasionem mihi videtur accepisse ab Isidor. verbis lib. Origen. 20. cap. 11. Sphingæ sunt in quibus sunt Sphingatæ effigies quas nos gryphos dicimus, hic enim videtur significari ab Isidoro strata lectulorum variis picta monstrosis formis & tricis implicata. V

Præ-

Præstat verò Apollodorum 3. Bibl. lib. audire Thebanę sphingis fabulam elegãter narrantem.
X Regnum obtinente illo hoc est Creonte Menœcei filio, cũ dissoluisset Oedipus ænigma, ipsa se præcipitem egit, inde extremus versus ænigmatum I. C. Scaligeri de sphinge,

Nec miseranda suis artibus ipsa perit.

Si quæratur eius nominis ratio Hermolaus dictam notat ἀπὸ τοῦ σφίγγειν, id est, ab adstringendo, vel quòd cogeret prætereuntes consistere ad ænigma dissoluẽdum, qui verò non dissoluebant, ij trucidabantur. ex quo Silius Italicus lib. 3. cecinit.

Et sphinx virgineos rictus infecta cruore.

Y Siue, quòd suis quæstionibus sic trãseuntes vinciret, vt se expedire non possent. Multa, quæ nos fortasse latuerunt, de sphinge leges li. 7. Hierog. Pierij Valer. qui se vidisse sphingem Veronæ testatur, dignissimus fide auctor. & in medit. hist. Philippi Camer. cap. 71. & Nat. Comit. lib. 9. Mythol. cap. 8.

Nectare, & Ambrosia victitare Deos suos mẽdacissimus fingit Homer. sequuti sunt passim reliqui Poët. Hinc 1. de Ponto. Ouid. eleg. postrem.

Nectar, & Ambrosiam latices, epulasq́ Deorum
Det mihi formosa grata iuuenta manu.

Vtrum horum sit cibus, aut potus in incerto est. Arist. 2. Magnorum Moralium, Nectar potum indicat esse ita scribens, D vt, qui ignorant putant Deos nectar loco vini bibere: & nil eo esse suauius. Consentit Lucianus in Hermippo. Plato innuit in Phædro & Nectar, & Ambrosiam bibi, cum docet alatam animæ esse naturam, sed immoderata rerum caducarum appetitione alteram alam amisisse, quòd amissa cognitione verum item amorem deponit, quem cum recuperat, ei primum Ambrosia, tum Nectar propina-
Z tur. Vtrumque igitur potus, seu liquor. Aristotelem tuetur Hom. 4. Iliad.

Quos inter media incedens venerabilis Hebe,
Fudit odoriferum nectar crateribus aureis
Tradita Dij cupidis sumentes pocula dextris. E

Qui tamen Aristot. in Poet ait, ex quo dictum Il. li. 19. Ganymedes miscet Ioui, cum Dij vinũ non bibant. quod vsu linguæ excusatur, inquit, quia etiam de aliis rebus aptis potui οἰνοχοεῖν vsurpatur. Neque enim pane vescuntur: & Archestratus tamen in Gastronomia. apud Athen. lib. 3. cap. 15. habere licet inquit polentam ex hordeo secundo paratam, pariter subactam, &c. qua Dij vescũtur. Contra Anaxãdrides Comicus apud Athen. lib. 2. cap. 1. Alcman Lyricus, & Sappho, Ambrosiam potum esse, Nectar cibum. Sappho quidem ait,

Ambrosiæ mistus est crater.

Alcman verò, *Deos nectar comesse,*
Anaxandrides, *Nectar ego quidem dentibus attritum comedo, bibo ambrosiam.*

Sed pro Aristotele cum Homero ad illum 5. Iliados libri versum facit Schol.

Nam nec edunt fruges, nec vina liquentia potant.

Addit pręterea herbam, quam equi Deorum comedant, non esse herbam. Festus Murrinam scribens esse Nectar significat potum esse, & Athen. 2. lib. ca. 1. eius compositionem, vt Plinius docet lib. 14. 16. Martialis lib. 8. epigr. 3. Aa

Qui Palatinæ caperet conuiuia mensæ
Ambrosiasq́ dapes non erat ante locus.
Hic haurire decet sacrum, Germanice, Nectar
Et Ganymedea pocula mista manu.

Sic in equit. Aristophanis Schol. Ambrosiam cibum esse, rem videlicet solidam, adnotat. Aurelius Prudentius contra Symmachum vtrumque coniunxit, alterum, vt alterius adiectiuum, & potum fecit illis versibus de Antinoo Adriani Ganymede canens, Bb

——Medio recubantem cum Ioue fulcro
Nectaris Ambrosij sacrum potare lyæum.

Ianus item Pannonius Poëta bonus vtrumque separauit vsitato Poëtarũ more eleg. 8. de monte Racacini.

Sit tanquam nobis Iunonia temperet Hebe
Quod potat sumpta Iupiter ambrosia.

Ego vtrumq; fuisse puto rem fusilem, humidam, ac liquidam, sed Ambrosiam crassiusculam: mox enim adiũgit citatus Aristophanis interpres ἀπὸ τοῦ τῆς σκοροδάλμης, quæ Muria est, in qua intritum est allium: & Homero sanè liquida vtrumq́ue est substantia, quę instillatur, & hauritur, Vlix. 1. ἀπορρὼξ defluxus siue pars, aut portio auulsa. Nisi dicamus illum vti Synecdoche. Cc

Notandum verò his etiam nominibus quidquid est gratũ, & iucundum significari, vt nescio quis 7. epigr. lib. νέκταρ ἐρώτων Nectar amorum dixit. & nescio quis apud Athen. lib. 2. νέκταρος ἄνθος valde lautum cibum appellauit. Adag: Adr. Iun. cent. 7. prouerb. 48. & Symmachus olere literas Platonicum nectar scripsit: Vbi & potus indicatur fuisse nectar, aut liquidum quid, vt & de Ambrosia Eustat. obseruat Vlix. 4. cum fragrans, & iucundum nominetur vnguentum. Albinouanus in eleg. de obitu Mœcenatis dubium relinquit eo versu. Dd

Pascitur aurora Tithonus nectare coniux.

Hæc verò duo Nectar, & Ambrosiam è cornu Amalthææ fusa Poëtæ fingunt, vt immortales esse Deos indicarent: quod quarto de perenni Philosophia lib. Aug. Eugubinus ca. 4. attigit. Nam ambrosia quasi sine morte, id est, ἀνώλεθρος Nectar, quasi qui occidi non potest, id est, μὴ κτανθείς, & vtrumq; esse potuit; nam & nunc agnitum Saccharum cum densum est, estur & cum liquidum, bibitur vel sugitur. Luc. lib. 3. Isid. orig. 17. cap. 7. quanquam aliud Nectaris etymon à Schol. in citatum Iliad. 4. versum assignatur, id. à conseruanda iuuentute. F Ee

Claudendum est caput Aristotelica Poëtarum irrisione, & quidem iusta 3. 1. Philosophiæ libro, quo veteres irridentur Theologi, hoc est Poëtæ, quòd affirmarent eos immortales Deos esse, qui Nectare, & Ambrosia vescerentur, mortales, qui non, cui adde fabulam, quam elegãter Nonnus lib. Dionys. 21. describit de Ambrosia quadam in vitem conuersa, cuius liquor Poëtis Ambrosia est. Nectar quoq; significat odorem suauissimũ: ab vno enim sensu ad alium tralationes solent apte sumi. hinc T. Lucr. l. 2. cum dixisset.

Nec iaciant vllum proprio de corpore odorem,

Subiicit

Sicut amaracini blandum, stactæq; liquorem,
Et nardi florum, nectar qui narib. halat.

Nec malus Poëta Aurel. Prud. & bonus antiquorum Poëtarum imitator lib. 1. περὶ στεφάνων.

Quin ipsa odoris qualitas
Diuersa vtrosq; permouet,
Cernit deinde fragmina
Vestire semet floribus,
Adusta, quam reddit cutis.
Hu nidor illis nectar est. Itẽ.
Iam tosculorum, mollibus
Reddente nectar carcere.

Platonis locus de Homeri, & Stesichori cæcitate, & palinodia expensus.

CAPVT XXI.

A EANDAM cæcitatis caussam in duobus eximiis Poëtis Homero, atque Stesichoro fuisse indicat Plato in Phædro hac oratione, est vero, inquit, fabularũ scriptoribus, quòd in eo peccent, vetus quædam expiatio, quam Homerus non nouit, Stesichorus nouit: Nam oculis ob vituperatam Helenam priuatus cæcitatis caussam non ignorauit, vt Homerus; sed vt Musicus eam cognouit, moxque eos conscripsit versus.

Non verus sermo ille fuit, nec nauibus altis
Existi fugiens, nec adisti Pergama Troiæ.

B Atque edito poëmate, quam palinodiam, id est, recantationem vocauit, vsum confestim recepit oculorum. *A* Eandem ergo cæcitatis vtriusque Poëtæ caussam fuisse Plato docet: Quòd vterque videlicet Helenam tot malorum fuisse caussam mentitus fuisset: ita Cælius lect. antiq. lib. 15. c. 25. Leo Hebræus 3. de amore dialogo; & Io. Brodæus 5. Miscell. lib. cap. 9. iocosè tamen id ab Homero affirmari, nemo, quod sciam, præter Brodæum asseruit.

C Fortè Stesichorus cecinerat id quod olim fama vulgatum raptam Paridi Helenam, cum in Aegyptum venisset à Proteo, eiusq; loco simulacrum Helenæ ipsi relictum. Sed vt non dubitem eruditissim' Cassandræ Lycophr. enarrator Tzetzes ad ea carmina facit, hoc est, vt rudi Minerua, dicam latinè, frigidus ille amplexus fuit, cum post somnum vanis brachiis palparet lectum: scribit enim quod sub dubio retuli hac oratione: *B* id quod & deinceps in Helena euulgauit Euripides, mirum, quin & ipsi propterea effoderit oculos, aut luce priuarit Helena.

Affirmat idem de Stesichoro in orat. de Rhet. Aristides aliis verbis. Troiani, inquit, Helenę laruam habebant, ac si habere se Helenam crederent. Egregiam verò laudem Græcorũ & Troianorum pro larua pugnantium tot annos: affirmat idem de Stesichoro Dio in Troica: & adduxisse Helenæ simulácrum, non Helenam ad Troiam Paridem. D

Quanquam nihil vetat Platonis verba sic accipi, vt velit dicere, suæ quidem cæcitatis caussam agnouisse Stesichorum, Homerum non agnouisse: eandem tamen in vtroq; non fuisse: sed in Stesichoro Helenæ vituperationem, in Homero, quod multa indignè, & peruersè de Ioue, Iunone, Diuis, cælitibusque finxisset. Nam de Helena ferè semper honorificè loquutus est. Sic enim de ea Il. 3. loquentes facit Principes Troianorum. E

Non erat indignum certè tot funera Troas
Tot mala pro tali Danaos tolerasse puella. C

Et paulò pòst Priamum cum Helena disserentem inducit. Neq; enim tu caussa malorum, sed mihi sunt horum Dij maxima caussa malorum. *D* Etenim illud bonum est, & excellens bonũ est, vt magister optimus Arist. 1. Rhet docet, cuius caussa multa feruntur. *E* hoc enim iam apparet bonum addit, & quod multi appetunt, & pro quo contendendum videtur, quod enim appetunt omnes, id verò bonum. & lib. Vlix. vlt. Neq; Argiua Helena Iouis filia, virum apud exterum mixta est amore, & lecto. *F* quam rem Schol. historicè, aut potius fabulosè narrat.

Num autem Hom. fuerit cæcus, in voce Ὅμηρος docet Suid. ad prima verò illa Stesichori verba allusit Cic. 9. epist. ad Att. ep. 10. οὐκ ἔστ' ἔτυμος λόγος, vt opinor, ille de ratibus, cuius palinodiæ multi meminerunt, Isocrates, Aristides, Maximus Tyrius, Lucianus, S. Irenæus, Tertullianus, & alij. Aristides quidem to. 1. in palinodia Smyrnæ, & to. 3 orat. 1. & 2. Si quid enim à nobis nugatum, non opus est recantatione Stesichori, sed medebitur spongia. Isocrat. in encomio Helenæ. ostendit etiam vires suas Stesichoro poëtæ: Nam eum initio sui carminis nonnihil ei maledixisset, orbatus fuit oculis: at eum cognita infortunij caussa instituit, quam vocant, palinodiam, eum restituit pristinæ incolumitati. F G

Maximus Tyrius ser. 11. qui 3. est de amore, Stesichori versus vsurpat propter vituperatũ amorem, eius in se vindictam formidans, non est verus sermo, vt ait Himeræus poëta, in quibus priorem odam abiurans, vera se minime loquutum de Helena confitetur. Ita posteriore laude anteriorem euertit vituperationem. Ego verò poëtæ illius exemplo egere, & ipse videor in his, quę dixi de amore, contrariò planè cantu: Deus enim est amor non minus seuerè animaduersurus in eos, qui ipsum læserint. Nam & Socrates in amo- H

rem

rem inuectus à ſuo illo familiari dęmonio increpatur, ipſiusq; laudationem cogitur inſtituere.

Lucianus 2. orat. veræ hiſtoriæ apud inferos ſedere cum aliis cantoribus Steſichorum narrat, hoc eſt reconciliata iam ipſi Helena.

S. Irenæus cap. 20. lib. 1. aduerſus hær. Magi Simonis ſociam execrans, quam ille dicebat fuiſſe, & in illa Helena, cuius cauſſa Troianum contra-
I ctum eſt bellum: quapropter & Steſichorum qui maledicis eam carminibus violarat, oculis orbatum, deinde pœnitentem, & ſcribentem eas, quæ vocantur palinodias, quibus eam dilaudauit, rurſus vidiſſe.

Tertull. de anima cap. 34. de eadem Simonis ſocia, quam ille mentiebatur illam Helenam fuiſſe, exitioſiſsimam Priamo, & Steſichori poſtea oculis, quem & excæcaſſet ob conuicium carminis, deinde reluminaſſet ob ſatisfactionē laudis.

Horatius oda 17. epod. in Canidiam, non ab Helena reſtitutos Steſichoro oculos, ſed ab eius fratribus Dioſcuris.

Infamis Helenæ Caſtor offenſus vice,
K *Fraterq; magni Caſtoris victi prece,*
Adempta vati reddidere lumina.

Pauſ. in Lacon. ſiue lib 3. rem totam narrat, vt euenit, hoc ſermone ex interpretatione Amaſæi. Leonymus quidam Crotoniata in Inſulam λευκὴν profectus, Achillem in ea, duos Aiaces, aliosque Heroas, & Helenam vnà cum iis vidit. Hæc cum eo loquuta mandauit, vt cum primùm Himeram nauigaſſet, Steſichoro nunciaret ſe iratam ob carmen in ſe ſcriptum oculorum eum luce priuaſſe: quo nuncio accepto Steſichorus ſtylum vertit, Helenamq; laudauit. Idem narrat
L Lucianus lib. 2. de vera hiſt. & Philoſtratus lib. de vita Apoll. eam recantationem extrema 3. epiſt. ad Dionyſium repetit. Quod ſi fateris, inquit, Steſichorum, vt ſapientē, imitatus, palinodiam canes à mendacio te reuocans ad veram orationem. Imitatus eam eſt Horat. lib. 1. oda 16. cuius principium.

O Matre pulchra filia pulchrior.

Angelus Polit. in nutricia meminit eiuſdem.

Et damnans Helenam, laudansq; viciſsim
Amittit, recipitq; oculos tuus, Homere, Ciuis.

Steſichorus. Pauſ. verò qui credidit ab Helena cęcatum Steſichorum, non item credidit cæcum fuiſſe Homerū niſi morbo, & verè credidit; quod etiam ſenſit de Thamyri. Sic enim libro 4. ſiue in
M Meſſen. in hac ſ. Dorio Thamyridi oculorum calamitatem contigiſſe verſibus teſtatum ſuis Homerus reliquit, quod ſ. Muſas ipſas cantu ſe ſuperaturum fuiſſet gloriatus. At Phocenſis Prodicus, ſi modo eius ſunt in Miniadem carmina, pœnas Thamyri ſuæ in muſas petulantiæ apud inferos propoſitas ſcripſit.

Ego verò ex morbo luminibus captum Thamyrim crediderim, cum idem etiam Homero acciderit, qui tamen inſortunio non ſuccubuit, neque idcirco quæ inſtituerat, non perfecit. At malo Victus Thamyris prorſus deſiit carmina facere. N Herodotus in vita Homeri eum tradit Mentoris cuiuſdam Ithacenſis beneficio oculorum morbo curatū, ex quo etiam gratitudinis ergo Mentorem Vlixis ſocium ab eo commendari.

Non diſsimile fuit Palinodiæ Steſichori quod de Nęuio à maioribus acceptum ſcribit Agellius cap. 3. lib. 3. fabulas eum in carcere duas ſcripſiſſe, Ariolum, & Leontem cum ob aſsiduam maledicentiam, & probra in principes Ciuitatis, de Gręcorum Poëtarum more dicta, in vincula Romę à triumuiris coniectus eſſet; vnde poſt à Trib. pleb. exemptus eſt, cum in iis, quas ſupra dixi, fabulis delicta ſua, & petulantias dictorum, quibus multos ante læſerat, diluiſſet.

Paulò aliter P. Crinitus narrat lib. 1. de Poëtis O latinis, è cuſtodia videlicet eductū ea conditione, vt dilueret, quæ contra Romanos iactauerat.

Adiungamus, & hoc de Steſichoro, præter inſtitutum licet, quod ſcriptum legi in quadam epiſtola Phalaridis tyranni, ſiue ille verus, ſiue fictus ſit, habuiſſe illum filias Poetrias & Muſicæ gloria illuſtres. Iam verò ſimile eſt, ſed verum, non fabuloſum, vt Steſichori caſus, infortunium Theopōpi hiſtorici, & Theodectis Tragici, quod ab Ariſtea narratur apud Ioſephum 12. antiquit. Iud. li. cap. 2. Hic enim cum in theatra induxiſſet arcana quædam legis Moſaicæ decreta, cæcus efficitur, agnoſcensq; pœnam à Deo liberatur: ille in hiſtoria commemorans quędam item eius legis propria, mente motus totos 30. dies, atque amplius, tum in ſomnio diuinitus correptus, ne diuina impuris hominibus proponeret, ad mētem rediit.

Homeri, Xenoph. & M. Tullij, atq; aliorum loci inter ſe collati: Prouerbium ex Terentio explicatum. Poëtas maxime laudis ſtudio duci.

CAPVT XXII.



APTISSIME ad rem, qua de agebatur, ſummus Poëta Homerus Agamemnonem fingit, cum in dando A conſilio ſæpe Neſtoris ſapientiam fuiſſet expertus, Deos orare, vt tales ſibi eſſent conſiliarij plurimi: futurum enim, vt ſe, ſuosq; è tantis belli periculis facile eriperet. Meminit Cicero in Catone. Dux ille Græciæ nunquā optat, vt Aiacis ſimiles decem habeat, at, vt Neſtoris, quod ſi acciderit, non dubitat, quin breui Troia ſit peritura. Optationis, & voti hæc verba ſunt Iliadis.

Atque vtinam tales mihi Dij hic quinq; dediſſent B
Iupiter ipſe pater, Pallasq; & Phœbus Apollo,
Nempe breui noſtris manibus caperentur. & alto
Pergama conciderent à culmine: ſed mihi magnam
Iupiter iniecit vim, materiamq; doloris.

Eadem pene ratione Chiroſophus Spartanus

audito

audito Xenophontis Atheniensis consilio, atq; hortatione ad reliquias eorum Græcorum, qui minorem Cyrum fuerant secuti,& quorum Duces fraude interceptos Regis Persarum Ministri contrucidarant, eundem laudat,optatq; tales in eo exercitu esse complures, qui Xenophontis animos,spiritusque gerant. sic enim 3.lib. *περὶ ἀναβάσ*. similius est votum illud Ciceronis in Maniliana,quo Quiritibus precatur copiam virorum Pompeio similium: Vtinam, Quirites, virorum fortium, atq; innocentium copiam tantam haberetis, vt hæc vobis deliberatio difficilis esset, quemnam potissimum tantis rebus, ac tanto bello perficiendum putaretis. Nunc vero cum sit vnus Cn. Pompeius.

Nec dissimile Darij votum dicere soliti,malle se integrum,ac sanum habereZopyrum,quàm centum Babylonibus potiri; & cum aperto maloPunico rogaretur,cuius rei tantum sibi numerum optaret,quātus esset illorum numerus granorum, respondentis, Zopyrorum: sic Herodotus lib.3. Plut. non longè à principio Apophth. Idem apud eundem Herod.lib.4,rogatus ab Artabano, num tantum sibi optaret hominum, quantum esset in malo punico granorum, respondit, malle se tot sibi esse Megabyzos, quàm Græciam subditam.

Sic Iphicrates Dux Atheniensium præstantissimus apud Dionem Halicarn.generosè de se ita loquitur. Si qualis ego sum, tales vobis septem Imperatores fuissent,deserta iam esset,& inculta Lacedæmon.

Acne semper vetera, & externa commemorem, illud Cardinalis Bembi viri eloquentissimi,&doctissimi votum,quod 1.epist.lib.ad Paulum Pisanum legitur, penè illud Platonicum repetens,bearas foreRespublicas,si vel Philosophi eas regerent, vel si Reges philosopharentur. Sic enim iste.Quod si tui similes in nostra vrbe multos ciues haberemus, fortasse hæc illa esset Respublica,quam beatam esse dicere verè liceret.Et Angeli Politiani lib. epist.1. Hermolaum Barbarum laudantis. Vt enim non dubitat Agamemnon, quin sit breui Troiam capturus, si decem dentur *συμφράδμονες* Nestoris similes, ita si Hermolai mihi dentur decem, sub quibus meream, facile sperem litteras cùm Græcas, tum Latinas è barbaria media receptum iri. Scipionis item Carteromachi lib. 12. epistol. Politianum commendantis hoc tetrastícho.

Nelidæ similes suasi bis quinque tulisset
Terra viros citius Pergama victa forent.
Angelus at nobis viuat precor vnus, & omnis
Barbaries Latio cedat abacta breui.

Tandem Mersæi cap.1.Annal.suorum agentis de Coloniensibus Episcopis,& hoc disticho eximium Theologum Ioan.Penarium celebrantis.

Inclita si multos pareret Germania tales,
Hæresis exiguo tempore pulsa foret.

Huc illud pertinet,quod scribitur apud Metaph. die vlt. Ianuarij in actis S. Melaniæ de Volusiano eius patruo, qui ad fidem perductus opera Procli Episcopi Constantinopolitani eius admiratus vim in dicendo,ac sap. dixit, Romæ,si tres,& tales forent, nullum fore deinceps nomen Gentilium.& scitum illud Caroli V. dictum,cum audisset Ioan. Roffen. & Thomam Morum supplicio in Anglia affectos:ego,si in meis Regnis duo huiusmodi haberem lumina,quamcunque munitissimam Ciuitatem mihi auferri paterer, ne his priuarer, nedum vtiniquè oppressos tolli è medio permitterem.

Terentius eunucho act.2. sc.4.

At enim isthæc in me cudetur faba.

Prouerbium est, neque à Collectore prouerbiorum, nec à Donato intellectum. Germana sententia duobus, aut paulo pluribus explicatur vetusto quodam ad Satyras Persij manuscripto Scholio. Scutica, inquit, erat quædam corrigia habens in summitate nodos quosdā in modum fabę,de qua Terentius,similes ferè cęstuum.Hæc faba cudetur in me;& erat pœna seruorum.Ergo indicat se pro eo pœnas daturum,quod molitur. Parmeno enim seruus dicit se afficiendum supplicio, si puellam vitiet sub ficta Eunuchi persona Chæreas.Nam & plumbatæ sæpissimè leguntur,tormenti genus, quasi flagellum è funiculis, in quorum summa parte glandes plumbeę erant impactæ:Hoc tormentum viliores afficiebat; ingenuos affici fas non erat, l.2. de Quæst. Cod. Theod.l.80. de Decurion.quod sine imagine, & figura Ouidius lib.4.dePonto eleg.2.simpliciter de virtute cecinit alicuius laudibus euecta.

Excitat auditor studium, laudataq; virtus,
Crescit, & immensum gloria calcar habet.

Hoc figuratè,& ornatè Græcus nescio quis Poëta apud Clem. Alex. in Pædag. lib.1. cap.11. dixit, virtus enim laudata arboris instar augebitur;iure,bonum enim cum sit,laudabile est; & hoc tamen gloriæ studium maximè Poëtas tangit:hinc illud Persij Sat.1.

——An erit, qui velle recuset,
Os populi meruisse, & Cedro digna loquutus
Linquere?

Lucretius lib.1. quem locum vt illustres,Gifanij collect. in hunc Poëtam consule.

Nec me animi fallit, quàm sint obscura, sed acri
Percussit thyrso laudis spes magna meum cor, &c.

Et Ouid.lib.3. de art.am.

Quid petitur sacris nisi tantum fama poëtis?
Hoc votum nostri summa laboris habet.

Valerius Flaccus 1.Argon.lib.

Si qua operis tanti Domino consurgere Ponto
Fama queat, tu sola animos, mentemq; peruris
Gloria, te viridem vident vocem q; senectæ
Phasidis in ripa stantem, Iuuenesq; vocantem.

Sed vana,& inanis planè gloria est illa, quæ Deum Opt. Max. vt finem non agnoscit.

HORA-



HORARVM SVBSECIVARVM LAELII BISCIOLAE MVTINENSIS SOCIETATIS IESV

LIBER VI.

Quomodo ſupremi numinis prouidentiam genus hominum ſpreuerit, aut in dubium vocarit, noſtris, & externis litteris explicatum.

CAPVT I.

A IN veterum prouerbiis non deſuit ſuus locus iſti parum pio ſenario Græcorum: Dei eſt opprobrium malós fortunari.

Θεῷ δ' ὄνειδος τοὺς κακοὺς εὐδαιμονεῖν.

Rurſum:

Κοινὸν δὲ καλὸν δεῖ χρηστὸν εὐτυχεῖν.

Ingrati hominis, & à pietate alieni hac oratione indicabant, Deum malos non debere, ſi rebus noſtris prouideat, fortunare: & cum fortunam viderent, ſæpe impiis arridere pro argumento ſumebant nullam eſſe prouidentiam, aut inuehendum eſſe in orbem terrarum ἀθεότητα: Quis auctor carminis, non habeo dicere.

Origo impietatis hæc videtur fuiſſe, quòd mortales, qui ex ſuis diuina, id eſt, humilibus altiſsima, inſipienter metiuntur, non putarent iuſti numinis, & rectè prouidentis, beneficiis improbos cumulare, ſinereque egregia virtute viros malis conflictari. Hinc S. Auguſtinus initio ſuorum de ordine librorum, ſcribendi occaſionem ſumſit, & cap. 5. lib. 2. fusè, & grauiter hoc argumentum perſequitur, & cæcos eſſe in clariſſima luce demonſtrat, qui propterea prouidentiam negant lib. 3. de lib. arb. cap. 2. Ecce tibi apud Ciceronem 3. de nat. Deorum Cottæ argumentum Telamonis verſum adducentis: Si eſſet, inquit, prouidentia Deorum, bene bonis, malè B malis eſſet: quam tollendæ prouidentiæ rationem Plato lib. de leg. notauit: Et Seneca quærenti Lucilio: quid ita? ſi diuina mundus prouidentia regitur, cur multa bonis viris mala accidunt? integro de prouidentia libro reſpondit, quem librum M. Antonius Muretus ita inſcribi vult, quare bonis viris multa mala accidant, cum ſit prouidentia. Et egregiè lib. de beneficiis 4. cap. 28. & ſequentibus rem eandem tractauit: ex hoc orti verſus illi Varronis Attacini de Catone, & Pompeio

Litore diuerſo Libyæ clariſſima longe
Nomina vix vllo condita ſunt tumulo.
Magnus, & humano maior Cato, qui procul à te
Aſpicit, heu cineres, Roma, iacere ſuos.
Marmoreo Licinus tumulo iacet, at Cato paruo,
Pompeius nullo, credimus eſſe Deos?

Licinus autem, Auguſti tonſor, ſiue C. Cæſaris, C fuerat ad magnas ab illo opes euectus, & moriens magnificentiſsimè ſepultus fuit; cuius meminit interdum Horat. in Poët. cum ſtomacho quem eſſe puto eum, cuius meminit Suet. cap. 67. in Aug. & cui fuit Encelado cognomen: & Iuuenal. Sat. 1.

—Ego poſſideo plus
Pallante, & Licinis—

Et 14. & Mart. lib. 1. epigr. 27. lib. 8. epig. 3. Perſius Satyr. 2. qui quàm fuerit opulentus, & locuples, docebit præter alios Seneca epiſt. 120. & Dio lib. 50. ab Encelado alij ſeparant. Hunc ſenſum vetus quidam elegans Poëta facetè Senariis Græcis expreſsit, qui ſequuntur, Menandri eſſe indicat ſerm. 104. Stob. Si quis Deorum potens ad me accederet dicens: poſtquam mortuus fueris reuiuiſces, rurſus à principio eris; eris verò quod D voles, canis, ouis, hircus, homo, equus: omnino enim viuendum eſt tibi; fato hoc decretum, tu, quod mauis elige. Omnia potius mox dicturus videor mihi, fac me præter hominem: immeritò fortunatur, & infœliciter agit hoc animal ſolum: optimus equus diligentiorem habet altero curam; bonus ſi fueris canis, in honore habeberis maiore, quàm malus canis multo: Gallus generoſus, in alio eſt cibo, id eſt, peculiariter alitur, ignauus autem etiam metuit præſtantiorem. Homo ſi bonus fuerit, nobilis, valdè generoſus,

nihil eum iuuat in hac ætate. Adulator omnium optimè viuit, tum sycophanta, id est calumniator, fraudulentus, tertium habet locum. Asinum fieri præstat, quam deteriores videre seipso viuentes illustrius. A

Ludit enim, sed in re tam seria nimis impudenter, atque impiè: quorum hæc sententia est, belluam esse præstare, quàm hominem; vel certè si homo sis, improbum, quàm bonum. Quæ etiam caussa fuit, cur alter in Tragœdiis vociferetur; Audeo esse Deos negare, mali enim qui fortunantur, terrent me.

Quómodo & Aristophanes prouidentiam irridet, fingens Plutum à Ioue cæcatum, quod cum solis bonis viris versaretur, auersaretur improbos. Cremylus enim Plutũ interrogat, quomodo cæcus euaserit, Plutus respondet: Iupiter his me affecit malis, hominibus inuidens: Ego enim cum essem puer, minatus est me ad iustos, & sapientes, ac laudatos tantum iturum: ille verò me cæcum fecit, ne quem istorum dignoscerem, ita ille bonis inuidet. Quæ & Luc. in Timonem suum transtulit, quæ inquit Schol. παρώδηται τῶν ἡπιόν, χρύσαντε γ' ἔχων, &c. caussam etiam exponit, cur sæpè numero optimi quique in egestate viuant, & inopia premantur: Iupiter, inquit, F obcæcauit Plutum: magis piè: sensus enim est, ne, si semper bonis his fluxis affluerent boni viri, mercenaria foret hominis virtus.

Quæ etiam caussa à B. Thoma inter cæteras, adfertur, cur per baptismum, non auferantur omnes istius vitæ calamitates, & ærumnæ art. 3. q. 6. 3. p. similis est Atacini carmini illud Ouidij distichon in morte Tibull. eleg. 9. lib. 9.

Cum rapiant mala fata bonos, ignoscite fasso,
Sollicitor nullos esse putare Deos.

Et de nescio qua apud Propert. lib. 1. eleg. 6.

Et queritur nullos esse relicta Deos.

Vt apud Senecam Iason, cum Medeam videret filiis trucidatis fugientem: testare, inquit, nullos esse qua veheris Deos. extrema Medea. Sic lepidè Mart. epigr. 21. lib. 4.

Nullos esse Deos, inane cælum
Affirmat Selius, probatq́; quod se
Factum, dum negat hoc, videt beatum.

G Et lib. 1. epigr. 13. iocatur ex Porticus ruina, qua oppressus fuerat, homo infamis vitæ Regulus diuinitatem sibi constitisse.

Hic rudis æstiuas præstabat porticus vmbras,
Heu quàm penè nouum porticus ausa nefas!
Nam subito collapsa ruit, cum mole sub illa
Gestatus biiugis Regulus esset equis.
Nimirum timuit nostras fortuna querelas,
Quæ par tam magnæ non erat inuidiæ.
Nunc & damna iuuant, sunt ipsa pericula tanti:
Stantia non poterant tecta probare Deos.

Et epigr. 50. casum describens eundem.

Qui curam neget esse te Deorum
Propter quem innocens fuit ruina?

H Ruinam vocat innocẽtem, quæ nocentissimum oppresserat hominem: sic & Naso eleg. quadam de perfida muliere, eleg. 3. lib. am. 3.

Esse Deos credamne, fidem iurata fefellit
Et facies illi quæ fuit antè, manet.
Siue
Et manet in solito, qui fuit ante nitor.
Quàm longos habuit nondum iurata capillos,
Tam longos postquam numina læsit, habet.

Lucanus item lib. 7. hanc ob causam breuissimè dicentem nesció quem inducit

—Mortalia nulli
Sunt curata Deo—

Et 8. lib. de Pompeij busto ad littus maris constructo.

Hic situs est magnus, placet hoc, fortuna sepulcrum:

Quod quia indignum videri poterat, adiunxit:

Atque erit Ægyptus populis fortasse nepotum.
Tam mendax Magni tumulo quàm Creta Tonantis.

Cum antè conquestus fuisset, nullum esse datum Pompeio tumulum, ne plebeium quidem, id est, arcam lapideam, vt est l. 7. C. Diui D. de religiosis. Sic ergo Lucanus. Da vilem Magno Plebeij funeris aream. Sapientius autẽ Martialis, quam Varro de Pompeij ac filiorum eius tumulo scripsit lib. 5. epigr. 116. I

Pompeios iuuenes Asia, atque Europa, sed ipsum
Terra tegit Libyes, si tamen vlla tegit.
Quid mirum toto si spargitur orbe, iacere,
Vno non poterat, tanta ruina loco.

Adrianus item Cæsar, vt est apud Dionem Cassium, in Aegypto parentauit Pompeio, carmenq́ue tale addidit, Græcè & Latinè: Ossa viri magni tenui quam clausa sepulcro. Mat. Molza meus Ciuis, politissimus Latinè, & Italicè poëta, non ineptè refert ad Dei prouidentiam, quòd sepulcro M. caruerit Pompeius hoc tetrasticho. K

Dux Pharia quamuis iaceas inhumatus arena
Non ideo fati est sæuior ira tui.
Indignum fuerat tellus tibi victa sepulchrum,
Non decuit cælo, te, nisi, Magne, tegi.

Eius Magni, & filiorum extant in append. ad Virg. illustria epigrammata. Sic & Liuia inducitur à Pedone in elegia de morte Drusi Neronis prouidentiam negans. L

Siccine dignus eras oculis occurrere matris?
Sic ego te reducem digna videre fui?
Cæsaris vxori si talia dicere fas est,
Iam dubito, magnos an rear esse Deos.
Hic pietatis honos: artus amplector inanes,
Et vocat hos ipsos flamma, rogusq́; suos.

Et paulò pòst:

Atque aliquis de plebe pius pro paupere nato
Sustulerat timidas sidera ad alta manus.
Iamq́; precaturus, quid ego iam credulus, inquit,
Suscipiam in nullos irrita vota Deos?
Liuia non illos pro Druso, Liuia mouit
Nos erimus magno, maxima cura Ioui?
Dixit, & iratus vota insuscepta reliquit,
Durauitq́; animum, destituitq́; preces.

Horatius item Oda 8. lib. 2. de Barine, quæ for- M

mosior

mosior in summa perfidia videbatur, quod de alia citauimus ex Ouidio.

Vlla si iuris tibi peierati
Pœna Barine nocuisset vnquam,&c.

Adde Iuuenalem Sat.13.

Sunt qui in fortuna iam casibus omnia ponant,
Et mundum nullo credant rectore moueri,
Natura voluente vices, & lucis, & anni,
Atq; adeo intrepidi quæcunq; altaria tangunt,&c.

Eandem instituit lamentationem Claudianus de laudibus Stiliconis in Rufinum ipso initio.

Sæpe mihi dubiam traxit sententia mentem,
Curarent superi terras, an nullus inesset
Rector, & incerto fluerent mortalia casu
Nam cum res hominum tanta caligine volui
Aspicerem lætosq; diu florere nocentes,
Vexariq; pios, &c.

N Idem queritur Lucianus. Sed quid mirum? Homo palam impius sub Cynisci persona in Διὶ ἐλεγχομένῳ: Et alter impius apud Plut.lib.1. de placitis Philosophorum cap.7. immo plures Philosophi, Diagoras, Theodorus, Euemerus, & alij. Cuius impietatis insigne est in Philopatri Luciani exemplum ad auertendos eos à Christiana religione, qui Christo dare nomina cuperent.

Exemplum verò est felicitatis in rebus gerendis, & crebris Traiani Imperatoris nomini Christiano infensissimi victoriis: nam Triepho quidam multis agens enm Critia, vt Christi fidem amplecteretur, ac tandem nuncius à Cleolao ve-
O nisset, & rerum bene à Traiano aduersus hostes gestarum, Triepho mox desperans planè conticuit, & desertor, ac transfuga Christi factus ad ignotum Deum Athenis, quem eatum esse Critiæ ostenderat Lucianus, quasi in tutissimum portum se recepit, Christianos deridens, quantumuis licet bonos viros, sed qui malis vndique conflictarentur, quorum hostes prosperè agerent, &c.

At hæc non tam noua fuit querela, quam vt omni Græcorum memoria non sit vetustior. Liber est quo S. Iobi constantia, & magnitudo animi celebratur, in quo Eliphas Themanites 22. cap. hoc impietatis crimen, pio, si quis vnquam, impingit. Et dicis, inquit, quid enim nouit Deus? & quasi per caliginem indicat: nubes latibu-
P lum eius, nec nostra considerat, & circa cardines cœli perambulat. Et hoc maxime putabat vir illeterum diuinarum insciens diuinæ argumentum prouidentiæ, si florerent boni, & pij viri, & rebus omnibus ad vitam necessariis, & iucundis affluerent, scelesti contra vitam calamitosam, & infelicem ducerent: hoc enim iure suo velle iustitiam Dei.

Dauid itē cum omni genere bonorum abundare improbos videret, sanctos autem viros miris malis vexatos, ita lamentatus videtur 72. Psal. Mei autē penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei, quia zelaui super iniquos pacem peccatorum videns, &c.

Ieremiam quoque vehementer dubium habuit hæc rerum humanarum administrādarum ratio: sic enim cum Deo loquitur cap.12. Iustus quidem tu es, Domine, si disputem tecum: veruntamen iusta loquar ad te; quare via impiorum prosperatur? Bene est omnibus, qui præuaricantur, & inique agunt, &c. Q

Eodem modo Abacuc suæ vaticinationis initio. Quare respicis contemtores? & taces conculcante impio iustiorem se? &c. Quam tamen peruersam esse, atque infirmam vel asserendæ, vel auferendæ à rebus proui dentiæ viam, cap.21. amicos suos Iobus docet, cum demonstrat, & florere nunc bonos, nunc malos: nec vexati tantum bonos, sed etiam malos.

Expressit doctè, & eleganter cùm prosa oratione, tum versu, doctissimus Boëthius veterem hanc querelam apud Philosophiam nutricem suam cap.4. lib.1. de consolatione. Qua in re, id est, accusatione contra se instituta, non ita sensus nostros mœror hebetauit, vt impios sceleratam contra virtutem querar molitos: sed quæ sperauerint effecisse vehementer admitor. Nam deteriora velle nostri fuerit fortasse defectus: posse autem contra innocentiam, quæ sceleratus quisque conceperit, inspectante Deo, monstri simile est: vnde haud iniuria tuorum quidam familiarium quæsiuit: si quidem Deus est, vnde mala? Bona vero vnde, si non est? sic & versu. R

Omnia certo fine gubernans
Merito Rector cohibere modo
Hominum solos respuis actus.
Nam cur tantas lubrica versat
Fortuna vices? premit insontes
Debita sceleri noxia pœna?
At peruersi resident celso
Mores solio, sanctaq; calcant
Iniusta vice colla nocentes.
Latet obscuris condita virtus
Clara tenebris, iustusq; tulit
Crimen iniqui

Et orans ita concludit. S

O iam miseras respice terras,
Quisquis rerum fœdera nectis,
Operis tanti pars non vilis,
Homines quatimur fortuna salo.
Rapidos, Rector, Comprime fluctus,
Et quo cælum regis immensum
Firma stabiles fœdere terras.

Atque hæc caussa, quia falsa erat, non fecit, quin veteres plurimi, & reliquis sapientiores prouidentiam confiterentur, & prædicarent: vt post eos S. Augustinus 11. de ciuitate Dei, lib.cap.4.5. 6.& 7. Eusebius lib.8. præparat. Euangel. cap.5. Clemens in stromatis lib. præsertim 1.& 5.& eruditè persequitur libro de perenni philosophia, multis locis Aug. Eugub. iure vt scripsetit 5. lib. citato Clemens, quæstionem, qua rationes quærunt, an sit prouidentia, esse dignam supplicio: cum ea sit notissima ex omnium rerum a-

spectabilium contemplatione,cuiua item maximum esse vult argumentum libro 1. quod Deus Opt. Max. nullum patiatur esse vitium absque fructu, quoniam ipsum reuocat ad honestum,& conducibilem finem: & libro 4. ipsam negantes confutat. A quo bono licet, atque illustri Ecclesiæ Magistro, dissentio, in eo quod lib.5. scribit, illos angelos, qui mulieres turpiter amarunt, eisdem permulta arcana consilia enunciasse,quę boni Angeli in aduentum vsque Domini reseruabant: & hinc scientiam manasse prouidentiæ & rerum sublimium cognitionem: quam etiam à Mose allegoricè ligno vitæ traditam opinatur in paradiso,qui huius est mundi typus,& figura. Iobi autem cap.21. doctrinam illustrat Aeschy-

V lus supplicibus hac oratione. B sic & Theognis: Laberius item Dei loco fortunam nominans.

Quisquis adhuc nondum fortuna mobile regnum,
Nec sortem varias credis habere vices.
Aspice Alexandri positum memorabile corpus
Abscondit tantum putris arena virum.
Iunxit magnorum casus fortuna virorum

A *Hic paruo, nullo conditus ille loco est.*
Ite nouas toto terras conquirite mundo.
Nempe manet magnos paruula terra Duces.

Et impie Ouid.de Deo canens. non, si de Augusto lib.trist.4.eleg.10.

Fas ergo est aliqua cœlestia pectora falli;
Et sunt notitia multa minora tua.
Vtq; Deos, cœlumq́; simul sublime tuenti
Non vacat exiguis rebus adesse Ioui.
Ex te pendentem sic dum circumspicis orbem
Effugiunt curas inferiora tuas.

Nec tacendum hanc fuisse communem veterum viam, quam instituerunt in immortalitate animorum, & sempiterna beatorum vita, ac remuneratione adstruenda, quòd cum iustus sit Deus, fereque viri boni præmio aliquo digniss-

X simi, indignè tractentur,alio loco,alia in vita ab ipsis expectanda sit merces: quo argumento vsus S. Petrum lib. de gestis eius B.Clemens Romanus tradit,omnino sapientior Iobico Eliphaz, Euripides ita scribens in Heraclidis: longe quidem, sed tamen cælites ætherem colentes mortalium facta conspiciunt. Adeundus est tibi decimus de perenni philosophia liber Eugubini, & Homiliæ Theodor. Cyren. de prouidentia. Et S.Ioan.Chrysost.& octo docti,elegantes, pij Saluiani Massilien. de vero iudicio, & prouidentia libri. Seneca sæpè, præsertim libro, quo quærit, cur bonis eueniant mala, cum sit prouidentia: & meus olim Perusiæ,collega Ioannes Antonius Viperanus, vt recentem legas doctum scriptorem.

Alterum caput impietatis istius S.Basil. notat hom.1. in Genes.ipsam fuisse impietatem Deum esse non putandi, quæ non huius modo erroris fons est, & origo, sed cæterorum penè omnium: Propterea Moses initio fabricæ mundi dixit. In Principio Deus creauit cœlum, & terram.

Recentium Magistrorum damnata exercitatio discipulorum ex Arist. & Cic. auctoritate, quò differant humanitas & misericordia.

CAPVT II.



EX Aristotelis præcepto in Poëtica A docentis apertum esse argumentum, quantum adiungant ponderis, & ornamenti carminibus, præsertim heroicis, similitudines, ac metaphoræ, si quis aliis verbis propriis enunciet: multum enim demere de maiestate, atq; ornatu: apparet non esse B laudabilem eorum morem, qui litteras pueros docent,præscribentium ad exercendum stylum, vt bonorum auctorū scripta aliis verbis reddant E.G. Ciceronis, Liuij, Cæsaris, Demosthenis, Thucydidis, Xenophontis,& similium: Itaq; audiui etiam Paulum Manutium, elegantię veteris latinæ penè dixerim exemplar, id genus exercitationis parum probantem.

At maius est Ciceronis testimonium, quàm Manutij, qui 3.de orat. libro illorum studium,& diligentiam reprehendit, qui narrationem aliquam ex Q. Ennij poëmatis aliis verbis exprimere conabantur: Cum enim Poëta ille optima quæq; vocabula, cùm propria, tum translata occupasset, nullus plane erat illius exercitationis vsus, Imo ex ea magnum capiebatur incommodum deterioribus assuescendi dictionibus.

Verba autē Aristotelis hæc sunt: Id quod congruit,quantum excellat in Heroicis carminibus C consideretur,iniectis nominibus in versum & in lingua, & in tralationibus, & in aliis formis, si quis ponat nomina propria: agnoscet nos vera dicere, ceu cum eundem Iambicum versum Aeschylus, & Euripides fecerint, solo nomine mutato & loco proprij A quo loco vide P. Victor. & aliorum commentarium.

Idem Aristoteles eodem lib. quo humanitas, & misericordia differant,non obscurè his verbis indicat:neque enim humanum, neque miserandum, neque terribile, cum scilicet videmus improbos ab aduersa fortuna in secundam prouehi posse in animis hominum inesse τὸ φιλάνθρωπον etiam si nō insit τὸ ἐλεεινὸν ἢ φοβερὸν, hoc est,humanitate nos moueri, tametsi neq; misereamur, neque exhorrescamus. Est enim humanitas minor D aliquanto, quàm commiseratio, siue misericordia magisq; communis. Agell.lib.13. c.15. dexteritatem definit, beneuolentiamque erga omnes homines promiscuam: nascitur enim ex vi,& natura cuiusdam communis συμπαθείας, consensum dixeris, qui intercedit inter homines, propter eorum inter se societatem, & quòd ex eadem sunt specie, cuius etiam nonnullum, sed leue tamen, in mutis animantibus apparet vestigium, quæ in eodem sunt genere.

Itaque

Itaque Demosthenes, sæpe hunc φιλανθρωπίας affectum hoc est humanitatis, in orat. præsertim aduersus Midiam nominat, quam primum legibus tribuit, quæ omne genus hominum fouent, actueantur; & ab iis damnũ & iniuriam propulsant: Audite, viri Athenienses humanitatem legis, quomodo ne seruos quidem velit affici contumelia. B Mox, nonnullis hominibus, in quibus præ cęteris his affectus eminet: Sunt quidam Græci homines tam placidis, & humanis moribus, &c. Est quispiam uostrum moderatus, & humanus, & qui commoueatur misericordia aduersus multos, &c. Vt videas hos duos humanitatis, & misericordiæ affectus valde esse affines; & paulo post de legibus: Atqui nulla erit vtilitas legum bene, & humaniter pro multis latarum, si iis, qui non pareant, seu etiam violent, vestra, qui semper estis Domini, non est ira metuenda.

E

Arist. quoque paulò post citata verba, docet, non esse eo gnarus Tragici Poëmatis argumentum; neque valde improbum, qui ex felicitate in calamitatẽ inciderit, quoniam etiã si aliquid pos sit excitare humanitatis in animis nostris, non possit tamen eos affectus commiserationis, &

F metus, qui propriè in Tragœdia requirũtur: hæc enim, constitutio scilicet fabulæ, habere debet humanitatem, non verò nec misericordiam, nec merum: quia vis hæc φιλανθρωπίας, id est, humanitatis animos nostros etiam mouet aduersus improbos, qui iure torquentur ac laniantur, nec eorum tamen commiseremur, quia scimus iure torqueri: neque nobis timemus, quia nos prorsus illorum dissimiles agnoscimus.

Hinc verba φιλανθρωπεῖν, & φιλανθρωπεύεσθαι, hoc est, ad humanitatem componi, humanum esse, ac benignum: exempla in commentario linguæ Græcæ suppeditat ex optimis auctoribus Gul. Budæus: quem tamen miror sui oblitum, qui cum vtriusq; verbi exempla produxisset, decla-

G rans quid sit μισανθρωπεῖν, affirmet, contra quam dixerat, & veterum exemplis probauerat, non dici φιλανθρωπεῖν.

Huic seu virtuti, seu parti virtutis, siue animi affectioni opponi videtur immanitas, ea fortasse, quam Græci nominant μισανθρωπίαν, cum immanitas homini tribuitur. Argumẽtum petitur ex verbis Cic. 1. de off. lib. non modo id virtutis non est, sed potius immanitatis omnem humanitatem repellẽtis, & in orat. pro domo ad Pont. tam amans suorum, atque sui, quam communis humanitas postulat.

Hoc modo Timon appellatus est μισάνθρωπος, qui non vnum aliquem oderat mortalium, sed genus ipsum vniuersum, quod malè perditum cupiebat. Qua in re notat 2. Rhet. Arist. iram aduersus singulares ferri, odium etiam ad genera permanare, & iram quidem semper aduersus singulos vt Calliam, Socratem; odium etiam aduersus genera: quilibet enim odio habet furem, calumniatorem, &c.

Potius tamen crederem ἀπάνθρωπον, immanem H Græcis esse, licet is Philosophus, qui μισάνθρωπος existimatus est Heraclitus, ab Hippocrate dictus est ἀπανθρωπεύεσθαι: ob id enim iussus est Ephesο exulare, quod iudicium ipse damnat in epist. ad Hermodorum: ob quem Hermodorum Ephesο à malis ciuibus pulsum, in exilium Heraclitus Ephesios omnes morte puniendos dicebat: quod præter alios Cic. commemorat, non longe à fine lib. 5. Tusc. quæst. quod Laert. lib. 9. aliter videtur intellexisse: queri scilicet eum de Ephesiis, quòd amicum suum Hermodorum vrbe eiecissent.

Primo item de Inuent. lib. Cicer. scribit eloquentiam ex feris, & immanibus homines red didisse mites, & mansuetos, hoc est, ad humanitatem traduxisse. Neqtamen inficior pecudibus etiam immanitatem attribui, in quibus nullus esse potest sensus humanitatis, nisi valdè impropriè, quod paulò ante vestigium diximus. Et quanquam Arist. libello de virtutibus humanitatem inter virtutes numerare videtur, cum simulationem humanitatis comitem esse iniustitiæ affirmet. Doctor tamen Angel. 2. 2. quæst. 30. de Misericordia tractans, ne verbulum quidem de ea; opinor, quia affectum quendam putabat naturæ, vt verè est. I

Ver de homine dictum: pronunciationis vitiosa in Gallis nunc, olim in Cappadocibus, exemplum: à quibus pingi, sculpi, fingi voluerit Alexander.

CAPVT III.

VERBA, opinor, hæc sunt Basilij Magni, de se quasi minus verè vsurpata, quæ S. Gregorius Nazianzenus repetit, vnum quidem ver, in temporibus; vnus verò sol, inter sidera. Pars est hæc anni iucundissima, & amœnissima, quæ post hiemis horrorem aëris salubritate, ac temperatione cæteris præstat. Nos ita in Paulum Manutium pueri lusimus, ad Græci scriptoris imitationem, tanquam in eximium venustatis, & eloquentiæ latinæ auctorem: A

Ver decus est terræ florens, & sidera cælo
Italia Europæ, Paulus at Italiæ. A B

Quo modo Iulianus lib. epigr. 3. εἰς γυναῖκας, quandam Calen commendat

Nomine pulcra quidem, sed vultu, & pectore longè
Pulcrior, heu cecidit, ver, decus & charitum.

Non valde ab hoc sensu aliene lib. 3. apud Athen. cap. 1. Demades esse dixit adolescentes ver ciuitatis τὰς ἐαρινὰς ἔαρ τοῦ δήμου, non ad virtutem & laudem, sed ad decorem, & principia ætatis respiciens: quomodo Periclem 3. Rhet. lib. dixisse loquens de Metaphora notat Aristoteles, amissam in bello iuuentutem, sic euanuisse, vt si quis ex

anno ver auferat; nam & senectutem ϑαλέμίω vocauit id. stipulam. Et apud Herodotum lib. 7. arroganti oratione Gelo Siculorum Rex Legatis Græcorum, nihil ab eo impetrantibus aduersus Persas, cum omnia velitia consequi, dixit, abite Græciæ renunciantes, ver ipsius anno exaruisse, hoc est, illam exercitu suo priuatum iri.

C Quod vitium Gallicæ nationis ita proprium est, vt quantumuis docti, & exercitati, perperam, & peruersè enuncient syllabas corripiendis longis, producendis breuibus, & coniunctis diuidendis, coniungendis diuisis, quod etiam aliarum partem nationum tangit. Id familiare, ac natiuum olim fuisse Cappadocibus tradit in Pausania Cæsariensi Sophista Philostratus hac oratione. Enarrabat ipsas pingui lingua, & vt mos Cappadocibus, collidens quidem consonantes litteras, & corripiens longas syllabas, & breues producens, ex quo vulgò eum vocabant coquum, qui lautos cibos malè condiret. C

Apul. 1. Floridorum libro discrepat à reliquis scriptoribus scribena illud factum prælatè Alexandri Macedonis, qui imaginē suam, qun certior posteris traderetur, noluit à multis artifici-


D bus vulgò contaminari, sed vniuerso edixit orbi suo, ne qui effigiem Regis temerè assimilaret ære, colore, cælamine, quin sæpè solus eam Polycletus ære duceret, solus Apelles coloribus delinearet, solus Pyrgoteles celamine excuderet: sic enim legendum: Præter hos tres multò nobilissimos in suis artificiis: si quis vspiam reperiretur alius sanctissimi imagini Regis admolitus, haud secus in eum, quàm in sacrilegum vindicaturum. Polycletum nominat pro Lysippo, qui à Plinio nominatur 33. cap. extremo lib. 7. idem hic Imperator, scilicet Alexander, edixit, ne quis ipsum alius quàm Apelles pingeret, quam Pyrgoteles sculperet, quàm Lysippus ex ære duceret.

Apuleium tamen sequutus est Crinitus lib. 16. cap. 7. qui Lysippum pro Polycleto scribit adiecisse Horatium epist. 1. 2 lib. cum tamen Cicero, Plutarchus, Posidippus lib. epigr. 4. εἰς εἰκόνας tit.

E ep. 8. & alij Lysippum commemorent. Cicero 5. lib. epist. fam. ad L. Luceium. Neque enim Alexander ille gratiæ caussa ab Apelle potissimum pingi, & Lysippo fingi, volebat: omittit, sculpi à Pyrgotele. Sic etiam Val. Max. lib. 8. cap. 11. hinc Petrarca noster son. 196.

Che li val' se Pirgotele, ò Lysippo
L'intagliar solo; & Apelle il dipinse?

Obseruat item Arrianus libro 1. de ascensu Alexandri, voluisse eum virtutis, & honoris ergo 25. Macedonum, qui strenuè pugnantes occiderant, statuas fingi: horum æreæ statuæ locatæ in Dio iussu Alexandri, quas Lysippus fecit, vt & Alexandri, solus prælatus aliis.



Agas Asellum apud Ciceronem explicatur: quis Philipp. Demosthenis iustus sit numerus.

CAPVT IV.



I 2. de orat. Cicero, à doctis quibusdam non intelligitur in scommate illo, quod item prouerbium est, quo præstrinxit Asellum Scipio, cum ille se prouincias omnes stipendia merentem peragrasse gloriaretur, Agas Asellum. Quæ vis sit scommatis, Omnibonus ignorat, ignorat prouerbiorum collector cent. 7. chil. 3. n. 87. putans esse mutilum prouerbium, & fortè legendum Agaso Asellum. Turnebus quodam aduers. loco, si rectè lecta recordor, fatetur se non intelligere: nec Manutius in emendatione adagiorum quidpiam adiecit, quo illustraretur obscurum hoc prouerbium. A

Mihi placet, quod placuit Audomaro Talæo in hunc Ciceronis locum; & ante illum Lud. Strebæo; quem diu postea legi, ad quem illuminandum proferam nonnulla. Voluit Scipio Aselli hominis tardi, & pigri inertiam deridere, ad Aselli nomen alludens animantis pigerrimæ, & tardissimæ, quòd ille gloriaretur se prouincias omnes perlustrasse. Hanc autem sententiam prouerbij, & vim scommatis Africani Horat. confirmat 1. Ser. lib. Sat. 1. illis versibus. B

Infelix operam perdas, vt si quis Asellum
In campum doceat parentem currere frenis.

Nihil autem ad rem hoc loco illud Aristophan. adagium Auibus, tametsi Strebæus adducat ὄνος ὄρνις propius illud τὸν ἵππον εἰς πεδίον, hoc est, equū in campum. Hic autem Asellus ille esse videtur, qui obiiciens Africano lustrum illud infelix, hoc responsum tulit, vt refert 2. de orat. Cicero: Noli mirari, is enim qui te ex ærariis exemit, lustrum condidit, & Taurum immolauit. Allusit ad pestilentiam, quæ lustrum illud subsecuta fuerat, cum Mummius collega Africani, Asellum ignominia leuasset, ex ærariis eximens: Apparet item Africanum videlicet Aemilianum εἴρωνα fuisse, quod C. Fannius in suis Annal. apud Cic. 2. de orat. & in Bruto commemorauit. C

In scommate autem Africani quidam libri Asellum legunt, quod & illius nomen, qui irridebatur, esset Asella: certè constat Asinam cognomen fuisse quorundam Corneliorum, legimus enim in Fastis Romanorum Cn. Cornelium Asinam bis Consulē, & P. Cornelium Asinam cuius etiam legitur Triumphus de Istris, quem putat superioris filium Sigonius in comment. Fastorum ad annum 532. Itaq; prouerbium integrum est, si subintelligatur altera pars versus, quæ, vt in prouerbio notissimo, tacita fuit, cursum non docebitur, quam etiam acceptam referre Strebæo debuerat Lābinus in adnotat. ad 2. de orat. lib. Et hoc modo explicandum: qui certè sensus D

nullo

nullo modo videtur repudiandus: Lucem dat huic explicationi 70. epigr. lib 1. apud Mart.

—Agis Attale Mulas.

Vt enim argutissimus ludit Martialis in Attalum, vt, postquam illi res desunt, & caussæ, quas agat, agat Mulas: ita Scipio Asello omnes prouincias se peragrasse glorianti stipendiis merendis, quasi iam nullus esset locus, in quo artem suam exerceret, suadet, vt ad aliud vitæ institutum se conuertat, sed per contemtum, inquit, Agas Asellum Aselle; nam & olim qui varia vitæ genera essent sectati, neque in his laudabiliter versati: ad agendos tandem asinos mandabantur: siue ad inopiam redacti debebant Agasonum collegio nomen dare: nec deest coniectura ex epist. 19. Horat. ad Lollium lib. 1.

E *—Beatus enim iam*
Cum pulchris tunicis sumet noua consilia, & spes,
Dormiet in lucem, scorto postponet honestum
Officium. nummos alienos pascet, ad imum
Thrax erit, aut olitoris agat mercede caballum.

Id quod videtur imprecatus fuisse inuido Carino Martialis ad Seuerum lib. 8. epigr. 60.

Quid imprecabor, ô Seuere Liuenti?
Hoc opto mulas habeat, & suburbanum.

Ex ambiguo ludens dicensque se optare liuido, inuidentique Carino mulas, & hortum, vnde miser cogatur sibi victum quærere agendis per vrbem mulis oleribus onustis: Longè enim hoc argutius est, quàm quo modo Calderinus exposuit, opto, vt sit eiusdem atque sum ego conditionis, & fortunæ, id est, pauper, nihil ei supersit ex diuitiis præter mulam, & suburbanum. Epigramma Martialis est hoc integrum

Semper agis caussas, & res agis, Attale, semper;
F *Est, non est, quod agas. Attale, semper agis*
Si res, & caussa desunt, agis, Attale, mulas.
Attale, ne quod agas, desit, agas animam.

Pro quo Cælius legit Asinam, non bene: Demosthenis τῶν λόγων φιλιππικῶν numerus hac ætate doctis etiam consentientibus, quaternarium non superat: atque ita vulgo è Librariis quatuor tantum orationes Philippicæ inscribuntur. Mihi verò veterum libros diligenter peruolutanti subit in mentem existimare plures, quàm quatuor in Philippicarum numero esse reponendas: cuiusmodi esse affirmo tres ἐλευθερωτικοὺς λόγους περὶ εἰρήνης, περὶ ἁλοννήσου, quam inscribi vult Libanius περὶ τὴν ἐπιστολὴν τοῦ φιλίππου, præter cognitas quatuor, vt omnes sint vndecim, siue decem, postrema tanquam adulterina reiecta.

In hanc adducor sententiam, primùm, quòd,
G cum veteres Grammaticos lego, video ipsos illa Demosthenis loca, quæ in Olynthiacis leguntur ex Philippicis citare. Deinde persuadent Libanij Sophistæ ad Montium verba & Vlpiani in 1. Philipp. loquentium de orationibus Demosthenis: sic enim prior: Deliberatiuarum ipsius orationum, quædam ornantur eadem inscriptione, deliberatiuæ: aliæ verò nihilominus sunt deliberatiuæ, & inscribuntur tamen Philippicæ, accepta denominatione à rebus, quibus de agitur: & quælibet ex Philippicis peculiarem sortitur inscriptionem, iuxta rerum singularum naturam. A

Posterior ita: hoc & alia eget inscriptione, vt ad iam habitas orationes, cum docuisset in tribus superioribus materiam quidem fuisse obsidionem olynthiorum: sed continens Atheniensium potentiam. in sequentibus autem, Materiam quidem esse Macedonem, continens ipsos Athenienses. Ergo orationes quidem hæ omnes, quarum supra memini, Philippicæ sunt, sed peculiaribus quibusdam inscriptionibus, pro ratione materiæ, vt logicè dicam, proximæ, exornantur: Vniuersim tamen omnes appellandæ Philippicæ. H

Fauet etiam Lucianus Iouem inducens in Dialogo qui Ζεὺς τραγῳδὸς inscribitur, apud Cælites concionaturum vtentem illo primæ olynthiacæ orationis principio Ἀντὶ πολλῶν μὲν, ὦ Ἄ. Α. χρημάτων, &c. numerat enim in Philippicis hoc modo cum Ioue loquens σὺ δὲ τῶν Δημοσθένους δημηγοριῶν τῶν κατὰ φιλίππου. Et Suidas nominat septem Philippicas in voce Σύμβολα, tres scilicet Olynthiacas, quatuor peculiari nomine Philippicas.

Pythagoræ Symbolum ἐκτὸς λεωφόρου *quam variè acceptum, quis verior sensus.*

CAPVT V.

HOc Pythagoræ symbolum λεωφόρον μὴ βαδίζειν, id est, publica via nō eundum, sunt qui contrario sensu legant, ἐκτὸς λεωφόρου μὴ βαδίζειν, id est, extra publicam viam non gradiendum, non deflectendum à via publica, id est, mores, & consuetudinem sequendam esse vulgi: cui Aristoteleum illud consentit, loquendum vt plures, sapiendum vt pauci, si modo consentit, ac non potius contradicit: Hinc Plutarchus Curculione act. 1. sc. 1. Nemo ire quenquam prohibet publica via, cum docet Phædromum seruus: ita tuum conferto amorem semper, si sapis, ne id quod amas, populus si sciat, sis probro: semper curato, ne sis intestabilis: quod amas, ama testibus præsentibus, nemo ire, &c. Hæc autem via ipsa est quam obit vltrò, citroque, sursum, deorsum populus. A

Theophil. institut. de L. Aquil. Publicam viam sic definit: quæ & militaris dicitur, à Græcis, regia, qua vtuntur omnes homines in diuersa euntes loca. Ego verisimilius puto symbolum à Pythagora relictum priore modo λεωφόρον μὴ βαδίζειν: Suadente non esse vulgi errores sequendos: vt exponit S. Hieronymus nam rectè de eo dixit Horat. epist. lib. 1. epist. 1. Bellua multorum es ca- B

pitum,nam quid ſequar,aut quem?& concludit: Quo teneam vultus mutantem Protea nodu? quanquam modeſtius de vulgo locutus eſt 2. libro,epiſt.1.

Interdum vulgus rectum videt, eſt vbi peccet.

C Alibi tamen hoc eſt lib.2. ſerm.Satyr.3. vt peiore luco.

——Centum adde Catenas

Effugiet tamen hac ſceleratus vincula Proteus.

Et ſic Euſtathius effert:quod par eſt huic ſententiæ, multos ne ſequere, recta enim incedit qui ſola vtitur mente duce; nam aliorum quiſq; iudicat, quod ſibi viſum fuerit,vt hic: *B* & hoc voluiſſe Pythagoram etiam Alexand. Clemens V. Strom.lib. declarat, & Demetrius apud Athen. lib.10. cap.17. & poſt omnes Ioan. Brod. lib. Miſcellan.2. cap.20. quem cum ſuperiora adnotaſſem,legi: Vulgi enim ſententia, vt ait Clemens, iudicio caret, iure igitur noſter Petrarca cecinit ſon.76.

Segutte, i, pochi, è non la vulgar gente.

Huc faciunt, quæ de paucorum ſenſu complectendo,vitando multorum,ſcribuntur à doctis, quorum ſenſa reperies apud Stobæum ſerm.4. de imprudentia: Alia ego producam. Ergo vt Virg.cauit Aen.6.

D *——Pauci quos æquus amauit,*

Iupiter.——

Et Plato in Symp.pluris faciendos eſſe oſtendit paucos ſapientes aliis plurimis:& Bias,plures eſſe malos dixit ſapientiſsime, libro 1. apud Laërt. quia ſtultorum,inquit ſapientior alter,infinitus eſt numerus, Eccleſ.1. nec plurimis quæ optima ſunt,placent:& Fauorinus apud Agell.lib.1.c.10. Verbis præſentibus vtendum, moribus præteritis viuendum: quem auctorem iure contra Leonardum Aretinum pro ſe citat Iouianus Pontanus,lib.de aſpicatione 2.ducens, non michi ſcribendum eſſe, ſed mihi: & apud eundem in dialogo, qui Antonius inſcribitur, Compater hoſpiti Siculo aiēti ſibi licere obſcenis vti,cum populariter audiret iurari per Deorum ventres, & iecinora, &c. Reſpondit, An ignoras peſsimum morum auctorem eſſe populum?Quid enim habes quod maximo etiam iure non improbes?Et

E Quinct.lib.1.cap.12. conſuetudinem rem eſſe periculoſiſsimam tradit, ſi ex eo, quod plures faciunt, nomen accipiat: &, vt viuendi, conſuetudinem bonorum conſenſum, ſic & ſermonis, conſenſum vocat eruditorum.

Certè nulla eſt conſtans, viuendi, & ſentiendi ratio, & forma in populo: ideoq; Scipio in concione ad milites,qui in Hiſpania defecerant,vulgus, vt mare oſtendit eſſe; eius verba ſunt ex Polybio lib.11. ſemper inter ſe mihi videntur eſſe ſimillima hæc duo, vulgus, & mare: vt enim maris propria natura non nocet, qui eo vtuntur, imo ſtabilis eſt,ac firma; cum autem ventis conflictatur validis, talis eſt, qui eo vtuntur, quales venti ſunt ipſum miſcentes:eodē modo & cum iis qui ſecum agunt, & apparet, & eſt vulgus,quales habuerit& præſides, & conſiliarios; quod idē Cic. pro L.Murena & pro L.Plancio demonſtrat;vt & Petrus Vict.7.var.lect.lib.cap.at. facile mutari.

Itaq; meritò Oda 1.1.lib.mobiles vocauit Quirites Horat. & præclarè Demoſth. orat. de falſa legat. Nam populus quidem,multitudo eſt res omnium maxime turbulenta & iudicio carens, vt in mari fluctus abſq; ordine caſu feruntur, vt mouentur: hic venit, ille abit. Et Nicetas Chon. in annal. de Imperio Iſaacij & Alexij filij,qualis eſt confuſa vrbis turma, neq; hic cedens laudandis, neq; alteri ad meliora ducenti parens. F

Quamobrem l.1.§. Cumq; hæc materia C. de vet. iur. en. Sed neq; ex multitudine auctorum, quod melius, & æquius eſt, iudicatote,cum poſſit vnius forſan & deterioris ſententia,& multos, & maiores in aliqua parte ſuperare: Vnde ſcriptum: Turbam ne ſequaris.

Adde L.ob carmen D.de teſtibus: ex quo non male pleriq; putant falſum quod vulgo dicitur, in foro communem opinionem in iudicio ſemper eſſe præferendam: immo & perniciosam eſſe iure dicunt: Si enim conſentanea fuerit iuri, id eſt, legibus, & rationi naturali, iam, non quia communis eſt, ſed quia iuris eſt, vincat neceſſe eſt, quanquam communem eſſe multorum præſertim prudētium & bonorum ſenſum multum intereſt; ſi verò iuri & æquitati repugnet, funditus repudianda eſt communis opinio,vt optime Vdalricus Zaſius docet l.2.D.de orig.iur. G

Sane indignatione res digna, quòd inerudití quiq; ingenioſiores haberi ſolent apud vulgus, quod nonnullis poſſum exemplis comprobare. Cum enim omnium ſententiis neſcio quis Poëta Alexādreæ victor haberetur, vt Pollio Vitruuius ſcribit lib.7. in proœm. Ariſtophanis iudicio viri intelligentis, & docti exploſus fuit. Cùm item populus Euripidem vellet emendare, magno ſpiritu dixit ſe prodiiſſe in ſcenam, vt doceret, non vt diſceret, indicans, vulgus ineptum eſſe docendo,quod Valer.lib.3.cap.7.narrat.

Polycletus quoq; duo ſigna fecit,alterum per ſe ex arte, alterum accommodatè ad arbitrium populi, nunc addens, nunc demens, ac mutans, vt populo placebat. Deinceps publicè vtrumq; H ſignum propoſuit, & primum quidem admirationi omnibus fuit, alterum verò ludibrio: præſens intulit Polycletus, at vos, hoc quod reprehenditis, feciſtis: illud, quod admiramini, ego. Narrat Ael.lib.14.var.hiſt.cap.8.

Hippomachus item eximius tibicen,cum inter canendum ſæpè eius diſcipulus errans, cum plauſu exciperetur ab auditoribus, baculo eum percuſsit, dicēs, malè cecíniſti, alloquin iſti tibi non applauſiſſent. Eodem loco Aelianus,& lib.2. cap.6. Itaque iure Plin.lib.ep.1. epiſt.ad Arrium Clementem. Vt enim de pictore,ſculptore,fictore, niſi artifex iudicare; ita niſi ſapiens, non poteſt perſpicere ſapientem.

Pulchrè docet Eurip. apud Stob. Serm. 44. περὶ τῆς ἀρχῆς, quomodo agendum cum populo vehementius commoto: vt cum igne vehementi qui vi extingui nequit, sensim relaxando, atque à se ipso separando extinguitur: ita captanda occasio, qua ardentior ille impetus multitudinis remittatur.

Adiungamus & illud S. Bernardi elogium, qui vult esse de numero saluandorum, quærat esse in numero paucorum. Consentit cum Euangelio: Luc. 13. Matth. 22. Contendite intrare per angustam portam: & multi sunt vocati, pauci vero electi: Nam via regia pedibus, sæpe est regia vitiis, & sceleribus.

Addam verbulum, sed nihil tamen ad myrtum: iure B. Paulus 1. ad Cor. 6. inquit, fugite fornicationem: Meretrix Anacreonti λεωφόρος dicitur, propterea quod publice prostat, & instar viæ est, quam pedes omnium terunt: Ergo S. Paulus hanc publicam viam declinandam suadet: huic significationi, quæ sequuntur nomina, respondent, quæ apud Athen. cap. 19. lib. 12. leguntur, & Eustath. lib. 16. Iliad. & 22. consentaneè ad sacras litteras, vt Ier. 2. sub omni ligno frondoso tu prosternebaris meretrix. Ezechiel. 16. Diuisisti pedes tuos omni transeunti.

Cur genera quadam cantionum dicti Nomi; quis Gracis Choragus.

CAPVT VI.

A CERTA a quasdam, ac præscriptas cantilenarum varia genera concinendi formas veteres Græci Νόμους appellarunt. Cur autem? Respondet Arist. sect. 19. Probl. quæst. 28. homines priusquam litteras scirent, leges decantare solitos, ne animo exciderent: quod ab Agathyrsis factitatum affirmat: nam & aliás ex Atheniens. docui consueuisse leges cani: Verba Aristot. sunt: Cur Nomi dicuntur, quos canunt? an quod priusquam scirent litteras, canebant leges, ne earum obliuiscerentur? quod adhuc est in more Agathyrsorum, ergò primas cantiones ex posterioribus eodem nomine vocauerunt, & primas scilicet leges, quas cantabant, vt ego intelligo. Hæc sanè ratio est probabilis, quam solam adducit libro 9. antiq. lect. cap. 8. ex Aristot. Cælius.

B Probabilior mihi videtur illa, quam litteris consignauit libro de Musica Plutarch. ob certam modulationis, soni videlicet, & cantus legem, ac normam, cui adstricta erat, certum carminis genus ita nominatum, immo varium ac diuersum, vt mox constabit: Legem enim νόμος significat. Neque enim olim, vt nunc, licebat citharæ modulos instituere, nec vero concentus, rhythmosque transferre: in ipsis namque regulis, & legibus, cuique suam conseruabant tensionem, ex quo & rei nomen inditum, scilicet, vt νόμοι, id est, leges dicerentur: neque enim fas erat transgredi, quasi lege præscriptam cuiusque propriam tensionem, seu tensionis formam: Deinde subicit explicatiorem nominis rationem: ex quo perspicuum à sono, & cantu ad ipsa mele, ad quæ sonus fiebat, & quæ canebantur, denominationem traductam.

Tertia verò appellationis ratio, quam tamen ex Arist. Suid. producit, mihi videtur fabulosa, quòd Apollo vna cum Lyræ inuentione, leges etiam mortalibus dedit, quibus ad vitæ genus mansuetæ, ac pacatæ traduxit. Fama est Apollinem simul cum Lyra dedisse mortalibus leges, ex quarum viuerent præscripto ad mansuetudinem versu traducens primam illorum feritaté, & rhythmi suauitate faciens, vt facile, quæ præcipiebat, admitterent: sic vocatæ leges Cytharœdicæ: inde graui ratione ductum (vt Aristoteli quoque est visum) vt moduli Musici quos in canendo retinemus, leges nominentur. Ita Latinè Suid. loquens voce νόμοι κιθαρῳδικοί. A Ita etiam 29. Serm. Max. Tyr. & Themist. oratione ad Nicomedien. attigitque Lucr. lib. 1. Memmio exponens, cur Philosophica tractet versu. C

Quartam rationem non improbo, vt νόμοι dicti sint ἀπὸ τοῦ νέμειν, id est, à pascendo, quomodo & νόμιον μέλος, carmen dicitur buculum, siue bocolicum: Apollo item νόμιος: quanquam huius nominis aliæ etiam caussæ. D

Vetustissimum sanè fuisse genus poëmatis bucolicum, & pastorale antiquissimos viuendi mos sacris etiam nostris vetustissimis libris expressus apertè demonstrat. Iure itaque Scaliger cap. 4. sui hist. modulatio, inquit, in pastionibus inuenta, primum vel naturæ impulsu, vel auicularum imitatione, vel sibilis arborum: otium enim voluptatis, ac lasciuiæ Patet. Quod si Aristophanis Scholiastæ Equitum initio vlla fides habenda est, hymni deorum propriè sic appellati: ego vix credo.

Pythagoricus Archytas, cum soli compararet legem, & ex quo nomen accepisset, exponeret, mihi videtur alludere ad priorem, aut secundam hanc rationem: ita enim loquitur Serm. 41. apud Stob. sane præclarè. Legem, inquit, moribus, & E studiis ciuium frequentare oportet: sic enim tranquillos, ac rebus suis contentos efficiet animos eorum, & suum cuique, vt par est, distribuet: Quomodo Sol etiam per Zodiacum, circulum inuectus terrenis omnibus generationis, alimenti, & vitæ suam cuiq; tribuit portioné ex diuersis partiũ anni temperamentis optima rerum omniũ moderatione constituta: quare Iupiter Nomius, Nemeius vocatur, & νομεὺς, opilio, quòd omnibus pascua distribuat, & νόμοι, modi scilicet Citharœdorum B ita Germanus interpres.

Varia enim, ac diuersa νόμων genera apud scri-

ptores lego, quæ à diuersis nomen acceperunt. Terpandri Nomi dicti ab auctore: à Gentibus Bœotij, AEolij: à Rhythmis, Orthius, Trochæus; à modis acutus, grauis: ab euentu Polycephalus: à Diuis, Pythius, Castorius: à re bellica Po- F lemicus, quo vtebantur in bello gerendo Spartani, vt narrat lib. 5. Thucyd. Pythius autem erat Auleticus, id est, ad tibiam canebatur; cuius erant quinque partes. Vide Cælium capite 19. lib. 16.

Nescio quid in mentem venerit Græcis quibusdam Grammaticis, vt voces has duas χορηγὸν, & χορηγὸς distinguerent, cum idem omnino sint, & eandem habeant deriuationem à nomine χορὸς, & à verbo ἄγειν, siue ἡγεῖσθαι: nec sciunt omnes tamen, quid propriè significet: Nam Paccius in versione Poëticæ Aristotelis, cum de Tragœdiæ loquitur apparatu, σκευοποιὸν, vertit choragum cum longè aliud sit χορηγὸς, aliud σκευοποιὸς: hic enim is est, qui omnem scenæ apparatum conficiebat. quem Robertellus, certo putat Demostheni in Midiam esse, χρυσοχόον, quod non credo, hic potius est argentarius, siue aurifex. Choragus autem à Choro dicitur, Chorus autem significat saltantium, canentiumue collectam multitudinem, siue illi sint musici; siue non; si- G ue musicis vtantur instrumentis, seu viua voce.

In Dramatis verò propriè Chorus dicebatur virorum, vel mulierum multitudo, quæ inter actus ipsos saltabat, & canebat, immo etiam interloquebatur: Significat etiam, credo, translatè, multitudinem eorum, qui aliquid inter se agunt, vt discipulorum, &c. quomodo item in Ecclesia Christiana Chorus dicitur in templo psallentium, & ipse locus in quo psallitur.

Ergò Choragus, si verbum verbo reddas, & rem aliquam inspicias, est qui Chorum ducit, qui Choro præest, siue præit; si rem magis nouam, dicebatur is, cuius sumptibus ornabatur, & apparabatur scena siue qui soluebat mercedem. vt apparet lib. 14. Athenieus. cap. 13. ex Byzantio Demetrio lib. 4. & Demosthenes in Mi- H diam indicat dicens sibi Chorago factam iniuriam, impactumque à Midia pugnum, & Plauto Persa ita loquente, Act. 1. Sc. 3. unde ornamenta? respondet alter, ab Chorago sumito, qui scilicet omnia suppeditanda scenicis redemit, & conduxit ab Aedilibus, & in Trinummo Act. 4. Sc. 2. ornamenta à Chorago hæc sumpsit suo periculo. Quanquam his locis Plauti, significatur potius redemtor, & conductor horum sumptuum, quos ferè potentiores; ac ditiores sponte sua, & liberè faciebant; vt in Pandectas adnotauit Budæus ad l. si vt cert. §. interdum titulo comment.

Itaque Libanius in Demosth. orationem aduersus Midiam χορηγὸς δὲ ἦν ἐκείνης φυλῆς, qui expensas faciebat. Choragus autem ex quaque tribu erat, soli Choro necessarius, id est, actorum & histrionum, totiusque scenæ, hinc latius amplificata vocis notione, qui in rem aliquam sumtus præbet, dictus est Choragus: sic rerum omnium quibus viuimus, & conseruamur, Deum χορηγὸν appellat orat. 3. περὶ προνοίας, Theod. Cyr. quia scilicet omnes nobis suppeditantur à Deo, ὁ τρυφῆς τοῖς ἄρτοις, καὶ τὸν χορηγὸν ἀγνοεῖς: quem I etiam oratione 5. παντοίων ἐδεσμάτων χορηγοῦντα τοῖς ὅλοις.

Alia quædam lege lib. 2. de Theatro Bulleng. cap. 16. à quo & verba, & nomina aliquot deducuntur, quæ ad elegantem notionem, & phrasim à Græcis & Latinis auctoribus eo transferuntur, vt egregiè Budæus loco citato; & in 1. comment. linguæ Græcæ docuit, & post eum, qui nuper copiosum Græcæ linguæ thesaurum concinnauit: quos vellem mihi declarassent, quid essent apud Plut. in Nicia, Tripodes, Choragici: Guarinus enim vertit festos Tripodas: Cruserius nouus interpres, mensas Choragicas.

Cæl. lib. 8. cap. 15. docens Tripodas non fuisse genus vasis, sed mensę potius, quæ tribus insisteret pedibus: adducit hos Tripodas Choragicos Plutarchi, indicans mensas fuisse: coniector in ipsis collocatas Deorum statuas: certius fortasse diuinassem, nisi Græco Plutarchi libro caruissem: Choragicos existimo nominatos, quòd eorũ vsus esset in choris theatralibus, siue quod Nicias, vt Plut. explicat, Choragus frequenter vicit, nunquam victus.

Regis Persarum donum Themistocli, quod fuerit: qui Straboni Sophronistæ: error Interpretis.

CAPVT VII.



ERXEM Persarum Regem, confugienti ad se pulso patria sua Themistocli dedisse Myanta in cibum, in panem Magnesiam, in vinum Lampsacum: Strabo tradit lib. 14. addere debuerat Percotam in lectum, & Palæscepsim in vestem: vt est apud Athen. cap. 27. lib. 1. & scripserunt Neanthes Cyzicenus, ac Phanias apud Plut. in Themist. & Schol. in Equites Aristoph. quæ tamen Scholia non Xerxem nominant, sed Artaxerxem Xerxis filium, qui etiam Plut. lib. de fort. & virt. Alexandri commemorat, cum tam magnis donis ornatus fuisset ab hoc Rege Themistocles, exclamauisse, perieramus, ô, pueri, nisi periissemus. Hinc illud Musonij lib. quo demonstrat exilium non esse malum. Cum domo exul Themistocles ad hostem venisset Regem Persarum, & quidem Barbarum, tres ab eo, ciuitates dono accepit, vt vitam sustentaret. Thucydides non longe à fine lib. 1. Tres item Vrbes nominat cum

Strabone ac Plutarcho. Vide Suidam in voce Θεμιστοκλῆς.

Franc. Patricius vir doctus, & eloquens, vt illis temporibus procemio libri de regno hoc narrans, Myam, vt ait ipse, pro Myuntem, in obsoninm, quia pecoris, ac pabuli feracissima: Magnesiam in panem, quia abundet optimo, & candidissimo pane: Lampsacum in vinum, quòd multum, ac suauissimum vinum adferret.

Probabilis omninò hæc veterũ historicorum narratio ex alio Regum Persarum more, quem B M. Tullius indicat act. in Verrem 5. solere aiunt Barbaros Reges Persarum, ac Syrorum plures vxores habere: His autem vxoribus ciuitates attribuere hoc modo. Hæc ciuitas mulieri redimicula præbeat, hæc in collum, hæc in crines; Quod planissimè in Alcib. 1. grauissimus auctor Plato hac oratione confirmat: loca & pulchra, & multa habuisse docens Persas attributa vxori Regis, hæc in redimiculum, illa in cinctum.

A Dignissimus verò tanto Regis dono Themistocles fuit, quia beneficentissimus aduersus familiares, & amicos: cuius illud magnificè dictum legi, cum ædificium construxisset ingens, atque superbum, cupere se dicentis ipsum plenum videre amicorum: non vt nunc mortalium plerique cupidissimi dicerent, auri argentique, & opulentæ supellectilis: Hoc ita Eustath. describit in 4. Vlix. libro humanitatem commendans Menelai secum habitare Vlixem volentis. Et cum Pindarus alicubi vocat Agrigentum sacram, quidam exponunt, quòd olim assignatum fuisset Proserpinæ à Ioue in ἀνακαλυπτήρια, id est, cum primum se visendam C sponsa præberet; immo totam Siciliam sacram eam ob caussam tradit Plutarch. in Timoleonte, quod ἐν τοῖς γάμοις ἀνακαλυπτήριον αὐτῇ ἐδόθη. Repetit libro primo Athen. capite 30. quod videntur ab Herodoto libro secundo didicisse, & à Xenophonte primo ἀναβ. κύρ. lib. nam ille scribit subacta à Persis AEgypto Anthyllam Vrbem dari solitam Regis vxori in calceamenta: hic verò plurimos pagos in quibus fixerant tabernacula Parysatidi Reginæ datos in cingulum αἱ δὲ κῶμαι, ἐν αἷς ἐσκήνουν παρυσάτιδος ἦσαν εἰς ζώνην δεδομέναι. vt iure Muretus corrigit 15. libro var. lect. capite decimo, qui etiam testatur Lutetiæ Parisiorum, vectigal quoddam ex vino, appellari vulgo cingulum Reginæ.

Pensionem quandam aureorum quadringenorum in Canacapolas Christianorum in India à Lusitaniæ Rege, Reginæ vxoris crepidarum & D soccorum nomine, iam olim Francisci Xauerij rogatu attributam pensitari narrat Horat. Torsell. elegans nostræ societatis in primis scriptor lib. 2. vitę ipsius Xauerij cap. 1. Sanè lib. 12. Athen. cap. 3. admirabilia de luxu, atque opulentia Darij Persarum Regis narrat; eius enim cubiculi inquit, quinque millia auri talenta continebat: pergula regij cubilis erat aurea, gemmata, racemis pendentibus ex pretiosissimis lapillis: vt omittam quæ plerique alij in eandem sententiam litteris tradiderunt.

Idem Strabo lib. 1. καὶ ἡμεῖς τοὺς ἀνδρῶν σωφρονιστὰς non male castigatores vertit interpres, id est, doctores ad virtutem addiscendam, maximè temperantiam: Apud Athenienses enim σωφρονισταὶ erant moderatores morum adolescentiæ maximè, quæ cæteris ætatibus est effrenatior, penè Romanorum censoribus respondentes, qui ex qualibet tribu eligebantur, vt Hesychius ait.

Hinc ille Iamblichi sermo apud Stob. Serm. 5. Sophronistæ, inquit, Magistratus est quidam E electorum decem virorum qui adolescentulorum curant modestiam. Et apud Plat. σωφρονιστήριον appellatur carcer, quasi ad morum emendationem institutus: Sic apud Thucyd. lib. 3. Thebani, cum respondent apologiæ Platæensium, profitentur se pœna, qua nonnullos eorum affecerant, noluisse corporibus priuare ciuitatem, sed animos castigare: Sic enim Valla hæc verba conuertit. Et libro 6. Euphemus calumniis Hermocratis apud Senatum Camarinensem respondens, Siculos docet non esse factos neque Iudices, neque censores, & quasi castigatores, vel emendatores rerum ab Atheniensibus gestarum.

Dionys. Areop. lib. de Diuinis nominibus, cum docuisset in Angelis malum non esse, occurreretque obiectioni quòd puniant malos, F pœna autem malum est, respondet, hac ratione etiam moderatores, melius, castigatores vitiorum esse ut mali. Vbi eodem modo rectè Marsilius, castigatores, vertit, atque antè Marsilium Scotus.

Pulchrè autem Cleanthus apud Nicandri Schol. Theriacis nominauit dentes, qui postremi nascuntur σωφρονιστῆρας quoniam eum ipsis homini aduenit τὸ σωφρονεῖν, hoc est, prudentia, siue sapere: quod item Hippocrates scripsit, lib. de carnib. & tertio, inquit, septenario duo nascuntur dentes plerisque, qui vocantur σωφρονιστῆρες moderatores. Et Rufus lib. de part. hom. quòd, vt ait, enascantur homini ἀρχῆς ἂν δεῖ σωφρονεῖν. quando oportet sapere; sunt ex genere molarum, duo in superiore maxilla intimi, atque vltimi, & ab vtraque parte vnus; quibusdam à decimoctauo anno ad vigesimum sextum enascuntur: quibusdam etiam anno octogesimo exorti sunt. Intimi dicuntur, & gemini Ciceroni lib. de nat. Deorum. 2. Plinio. lib. 7. c. 30. & genuinum frangere vsurpauit Satyr. 1. Persius pro clam obtrectare & mordere, vt alij.

Hippocratis apud Stob. Serm. 72. de regenda, G & corrigenda mulieris nequitia, est sententia,

egere

egete mulietem, nimium suapte natura lasciuientem castigatore: cuius qnidem lasciuia nisi præcidatut, indies, atbotnm instar, luxutiatur, & silnescit.

Idem Strabonis interpres male conuertit Hemistichium Homeri ab eo citatum Lilæamque Cephissi fontem: non enim fons est Cephissi Lilæa, sed Vrbs ad Cepbissum sontem : Sic enim idem lib. 9. tradit Cephissnm. Et Plin. lib. 4. cap. 3. amnis Cephissus præterfluens Delpbos ortus in Lilæa quondam Vrbe: & cap. 7. & in tipa Cepbisi. vt diximns, Lilæa. Et Didymns siue alius in Schol. Iliad. 2. scribit cum Strab. Lilæam πόλιν φωκίδ‧ παρακειμένην τῆς τοῦ κηφισοῦ πηγῆς. Itaque non tam fons est Cephissus, quam amnis, sed qni ex fonte ad Lilæam scatutitet: Benè ergò Latinus Poëta Græcnm conuertit hoc modo.

Qui fluuium Cephisson, & ipsius ora Lilaa
Fontis habent, ex quo Cephissi flumina manant.

Ciceronis locus alteri Demosthenis persimilis : alter doctrina Aristotelis illustratus : tres explicati.

CAPVT VIII.



A LTERA in M. Ant. oratione, attende enim paulisper, inquit Cicero, cogitatlonemque sobtij hominis ad punctum temporis suscipe. Eodem modo locutus est Demosthenes 2. item Phil. quæ & 2. dicitur Olynthiaca. Idem in eadem oratione. A me Cæsar, pecuniam? Cnr potius qnam ab illo? præter ea, quæ etuditè quidam in eum locum sctipsit altero Dialect. instit. lib. transfer ex Aristotele 2. de Rhet. lib. verba qnibus docet vnnmquemque solere, iis vehementer itasci, quorum in se benefacta expectabat, quibus videlicet suetat beneficus: Et paulo post repetit nos snccensere amicis magis, quàm non amicis: putant enim conucnite, magis ab ipsis boni aliquid accipere, & iis, qui soliti etant, honore, vel curà ptosequi, si deinceps non ita se cum ipsis gerant: siquidem ab iis contemni se putant, & iis qui non retribuunt beneficia, neqne par pari tefetunt.

Igitur M. Antonins Cæsari, cuins res plutimum iuuerat, se ab eo patui existimans pendi, vehementius itascebatut, ægriusq; ferebat enm pecuniam à se petere, cui vitam, & Imperium deberet: qnod cum Ciceto vidisset, vt acutus erat, inimicum suum propè excnsat; primò respondisti planè fetociter, & ne omnia videar contta te, propemodnm æqua, & insta dicebas.

B Idem lib. qni orator inscribitut, cnm ostendisset oratotem se ex Academiæ spaciis extitisse, & Philosophorum disputationibus & exagitatnm maximè oratorem esse debere, & adiutum, subiecit: omnis enim vbertas, & qnasi silna dicendi, dncta ab illis est, nec satis tamen instructa ad forenses caussas, quas, vt illi ipsi dicere solebant, agrestiotibus Musis reliqnerunt.

Hoc omnes Rhetores confitentur, tes esse proptias Philosophorom, siluam appellat more Græcotum qui ὕλην dicunt, hoc est, vatiam, & multiplicem materiam: Hinc iure colliges, res à Philosophia petendas esse; cnm enim Pbilosopbia sit studium, cupiditasqne sapientiæ, sit vetò sapientia tetum humanatum, diuinarumqne cognitio ex suis petita caussis primis: qui Pbilosophiæ dant operam res omnes bnmanas, ac diuinas sibi discendas, docendas, tractandas assumunt: nibil est ergo, de qno isti non loquuntnt, si verè tamen Philosophi sunt. Facile hoc perspiciet, qni omnem artium, disciplinarumque materiam animo percurret: nam à Dialectica per Matbematicas, natùralem, motalemque Philosophiam peruenier ad eam scientiam omnium Principem, & Reginam, quæ proprie ab Aristotele sapientia vocatnt, Metaphysicen vulgus nominat Scholatum, quæ & aliarnm omnium principia; & caussas probat, & iis quasi Domina præest. Ciceroni Horatius consentit in Poët. C

Scribendi rectè sapere est, & principium, & fons,
Rem tibi Socratica poterunt ostendere charta,
Verbaq; prouisam rem non inuita sequentur.

Agrestiores verò musas appellat Philosophorum sententia, qnæ Philosophiam non attingunt, quia cum à Philosopbia abborrerent, & in dicendi contentione versarentur, mnsæ ipsis agtestiores videbantut: qninimo Cicetoni ipsi Epist. lib. 1. ad P. Lentulnm Epist. 9. mansuetiores musas vocanti Pbilosopbicas dispntationes, quòd à fotensi sttepitu longissimè sint remotæ: nam & ab orationibus, inqnit, me disiungo ferè, tefetoque ad mansuetiotes musas, quæ me maximè, sicut iam à prima adolescentia, delectant, & lib. Tuscul. quæst. 5. Musam pro qnauis doctrina vsutpat. Qnis enim omnium, qui modo cum Musis, id est, cnm humanitate, & cum doctrina habeat commetcinm aliqnod, &c. vt 2. lib. epist. ad Att. epist. 22. Cum omnibus Musis rationem habere cogito. D

Nam & apnd Græcos vir ignarissimus ἄμουσος, est dictus, hoc est, vt Cicero pro Archia videtur interpretari, auersus à Musis: inde natum commune ptouerbinm, indoctos à Musis abesse, & Gtatiis: Sic Atben. 4. libro, capite 19. Ineptas, & parum eruditas fabulas vocat ἀμουσολογίας; καλεῖ tamen, & Isoctates in epist. ad Mitylen. Præfectos [illegible], ipsorum vrbem nominat, hoc est, amantissimam, ac studiosisslmam littetarum.

In pretio antem apnd veteres Mnsicen fuisse id ostendit, quod Aristot. 8. Polit. lib. cap. 3. testatut, bis quattuot facultatibus pueros pri-

mum

mum imbui solitos γράμμασι, γυμναστικῇ, μουσικῇ, γραφικῇ: & csp.4. non ad solam aurium voluptatem priscos homines tradit Musicam didicisse, sed
E magis existimandum, vt efficacem ad virtutem, quemadmodum & exercitatrix corpus tale ptæpatat, & musica mores tales efficit, ita & musica assuefacit ad hoc, vt tectè discamus lætari, vel ad vitæ rationem confert, & prudentiam: immo apud eos nihil habebstnt sine musica, hoc est, absque canendi, & sonandi peritia, eruditum: ex eoque propriè ortum dicimus. vt qui omnis esset expers doctrinæ ἄμουσος diceretur.

Quare Themistocles, quòd in conuiuio lyram recusasset, habitus est indoctior, vt Cicero 1. Tusculan. tradit: ac ne haberetur Socrates, instituendum se Conno musico senex dedit; & apud Comicos, qui se litteras didicisse negant, musicam se nescire affirmant: Agoracritus apud Aristoph. Equir. sedô bone, id est, heus tu, ne-
F que musicam scio, præter litteras, & has quidem malas, malè. Et Plato initio 2. de legibus lib. demonstrat, ad pueritism benè moribus informandam, studium musicæ vehementer conferre.

Propriè tamen ἄμουσος, is sæpe appellari solet, qui polirioris litteraturæ, & humaniratis, atque elegantiæ est ignsrus: Qusre & Philosophi, & Mathematici, & Iurisperiti, & cæteri homines, quantumuis licet docti, qui barbariæ sordibus delectsntur, & sermonis horrent elegantiam, ἄμουσοι sunt. Contra quod genus hominum eleganter, & doctè in quadam oratione differuit Annibsl Codtetus Præceptor in Sicilia meus.

Græci contra μουσικώτατον nominsrunt hominem, qui cum maxima doctrina summam elegantiam, & orationis nitorem coniunxisset, Latinè dixeris, omnibus musis instructum: euiusmodi fuisse existimo celebres illos veterum Magistros, Platonem, Aristotelem, Xenophontem, Ciceronem, & Varronem, & recentiores Pontanum, Scaligerum, Frscastorium, Trincauellium, Nobilium, &c.

G Quoniam igitur apud vulgus, homines imperiti, quod ait Aristoteles, & Fabius, plerumque videntur ingeniosiores in dicendo, quàm docti, & eruditi; ideo musas agrestes, oratoriam disciplinam, atque ei similem doctrinam videntur appellauisse.

Huc nihil spectat ea Ciceronis disttibutio, in partit. orat. duorum generum hominum, quorum alterum agreste sit, quod vtilitate, & lucro; alterum vrbanum, quod honestate magis moueatur: hæc enim ad mores hominum & voluntates potius, quam ad doctrinam, atque intelligentiam pertinet.

Alter est locus in orat. ad M. Brutum. ita & doctis eloquentia popularis, & disertis elegans doctrina defuit. Doctos hic Cicero vocat, qui popularem eloquentiam negligunt: Disertos autem oratores, qui eloquentia forensi tantum instructi, Philosophiam non attingunt. Quod verò ait, eloquentiam popu- H
larem Philosophis defuisse, id nolim sic accipias, quasi nemo fuerit eloquens Philosophus, cum in Platone tanta fuerit eloquentiæ maiestas, tanta sermonis elegantia, vt Iouem, si loquatur, dictum sit, non aliis, quàm Platonis verbis locuturum: tantus in Xenophonte splendor orationis, vt eius ore musas fuisse locutas diceretur: aureum vero orationis flumen Aristotelem fundere Cicero scripsit 4. lib. Acad. quæst.

Quis verò est, qui trium summorum Philosophorum Critolai, Diogenis, Carneadis eloquentiam non acceperit? de quibus & Cicero libro de orat. 2. & Tit. Liuius. & Agell. lib. 7. capite 14. ex Rutilio, & Polybio. Nam & 3. de orat. Crassus apud Cicer. Socratem dicit eloquentia, varietate, copia, quam se cunque in partem dedisset, omnium fuisse facile Principem: Sed quia forenses causas non agebant, & genus illud inquietæ, ac turbulentæ eloquentiæ non didicerant, popularem Cicero nominat, idcirco 1. de orat. lib. putat Antonius non I
aliam ob caussam Socratem, nisi propter imperitiam dicendi, fuisse condemnatum, qui duo loci iam sunt conciliati, cum viderentur aduersi. Ac sanè Plato in Theæt. quomodo Philosophus ad forenses contentiones sit ineptus, docet.

Adde hoc etiam eloquentiam simpliciter dici interdum quæ definitur à M. T. in partit. copiosè loquens sapientia: interdum cum adiunctione, & tunc vel popularis, vel erudita, vel Philosophica dicitur. Elegantis verò nomine doctrinæ M. A. Maioragius intelligit dialecticam, quæ alio nomine diligens ratio differendi vocatur, vt in Top. aliquando subtilitas differendi, vt in primo de orat. libro nonnunquam ratio de omnibus in vtramque sententiam dicendi, vt 3. de orat. lib. quin & 2. M. Antonius vim incredibilem dicendi vocat, K
quam in Carneade summam fuisse declarat. Qui vero perfectè coniunxerit elegantem doctrinam cum eloquentia populari, nullus adhuc fuit, aut omninò pauci. Ideoque dicebat Antonius, vix Deo concessum esse, vt perfectam haberet eloquentiam. Ego non tam Dialecticam quàm Philosophiæ cognitionem eleganti doctrina significari puto, cum de ea paulo ante CICERO loquutus fuisset, non de Dialectica. Rectius ergò Victor, & Strebæus.

Tertius est locus. Parua enim magnis sæpè rectissimè conferuntur. Quæ dixit Cicero, quia videbatur in re magna vsus tenui, ac leui similitudine: id quod his exemplis potes illustrare summi Poëtæ Eccl. 1.

Sic canibus catulos similes, sic matribus hædos
Noram, sic paruis componere magna solebam.

Et P. Ouidij 3. eleg. lib. de Tristib. 1.

Si licet exemplis in paruis grandibus vti,
Hæc facies Troiæ cum caperetur erat.

L Nam & Hom. suos illos bellatores, ac Duces eximios, non modo Apris, & Leonibus, sed etiam gruibus, apibus, muscis non rarò confert, vt nō sit absurdum, si oratorem histrioni Cicero conferat, cum præsertim partem quandam vterque communem habeat, actionem: In Homero quidem certe eas comparationes & rident aliqui, & aspernantur, quos minimè ego miror, cum & Platonis doctrinam videantur contemnere, & leuia Aristotelis acumina esse putare, quòd se illo acutiores esse prædicant.

Versus, carmen, metrum, rhythmus, quid; Aristotelis locus in Poëtica explicatus.

CAPVT IX.

A DIVERSA hæc sunt, versus, carmen, metrum, siue modus, rhythmus, siue numerus: quæ tametsi videntur esse Grammatica in explicandis tamen non modo Philosophorum, sed grauissimorum etiam Theologorum desudauit industria. Totis libris de musica disputat de his B. August. quanto ingenio? quanta doctrina vir? A initio quidem lib. 5. interesse hoc vult inter rhythmum, & metrum, quia omne metrū rhythmus est, non etiam omnis rhythmus metrum: rhythmus est, inquit, proprio nomine, cum oratio legitimis pedibus prouoluitur: metrum etiam cum legitimis pedibus progreditur, & certo fine coërcetur: rursus, quoniam eorum numerorum, qui certo fine clauduntur, id est, metrorum, alia sunt, in quibus non habetur cuiusdam diuisionis ratio circa medium: alia in quibus sedulo habetur: Illud metrum propriè, hoc versus nominatur: quanquam in hoc ita præscriptum non est, vt illa etiam metra versus vocare non liceat, capite 3. addit; non mihi versus ex eo appellatus videtur, vt nonnulli putant, quod à certo fine ad eiusdem numeri caput reuertatur, vt nomen ductum sit ab iis, qui vertunt, dum

B via redeunt: nam hoc illis cum his etiam metris, quæ versus non sunt, apparet esse commune: sed magis fortasse à contrario nomen inuenit: vt quemadmodum Grammatici deponens verbum, quod r, litteram non deponit, sicuti est lucror, & conqueror, appellauerunt, ita quod duobus membris constat, quod neutrum in alterius loco salua lege numerorum constituitur, quia verti non potest, versus vocetur; Verbi Gratia.

Arma, virumque cano,

Vna pars versus est:

Troiæ qui primus ab oris,

Altera: quæ salua horum lege numerorum verti non possunt, sic:

Troiæ qui primus ab oris arma virumq; cano.

Aristotelicè, idem enim prorsus tradit Aristot. 3. Rhet. hac oratione numerum necesse est, vt oratio habeat, non versum, esset enim poëma: Et in Poët. A quod expressit in orat. Cicero dicens, C Aristoteles versum in oratione vetat esse, numerum iubet. Idem rursus Aristot. 3. Rhet. figuram, atque formam orationis, numero non vult carere, & metro vult: Longinus item spiritum metri rhythmum vocauit: hic etiam in syllabis inuenitur, & sine illis est, vt in sonis fabrorum ferrariorum, in crepitu digitorum, in motibus saltantium: metrum vbi syllaba non est, locum habere non potest.

Idem consulendus B. August. 3. de musica lib. cap. 3. 7. aliisque de quo item accuratè Simplicius in Categ. Arist. Qui item S. August. carmen definit esse, quod multis versibus contexitur: versum, qui pluribus pedibus constat, lib. 11. cōfess. cap. 26. & lib. de vera relig. cap. 22. egregiè traducens ad mores, vt solent qui Christianè scribunt.

Mihi Scaligeri placet versus etymon in originibus, & 2. lib. Poët. cap. 5. Vertere est idem quod sulcare, & scalpere, tollere aliquid à superficie, ita vt depressio relinquatur: in Ceris igitur stylo cum ducerent notas, frequentatiuo vsi sunt: Sicut & agricolæ, vertunt enim terram, quia quod D subtus erat, supra vt sit, faciunt. Ad eum modum versus dicti sunt Lineæ illæ, siue sulci, quibus verba scribebantur: Sic Cicero dicit litteras exarare: itaque in omni scriptura, tractus singuli orationis, versus sunt appellati: Postea cum redegissent cantum ad numerum castigatiorem antiquum versus nomen sibi fecere peculiare: & ex his colligitur definitio. Versus est dispositorum pedum certo numero castigata connexio: & Grāmaticos nugari docens, & reprehendens, quæ Varro dixit de metro & rhythmo. Lege eum lib. 2. Poët. cap. 2.

Vnde verò dicti pedes in versu exponit hac oratione Suidas ductam putans à saltantium pedibus denominationem. Sed, vt simus nauiter curiosi. Medicis rhythmus est consonantia, E & proportio pulsus, cum tamen Græcis vniuersè significet proportionem, & consonantiam temporis ad tempus. Consulendus lib. 3. de puls. dignosc. Galen. Ita pulsus versatur circa quantitatem motus temporis. Habet verò duas temporis differentias εὔρυθμον, id est, concinnum, & proportionatum: ἄρυθμον, inconcinnum & proportione carentem: Arythmi tres formę, siue differentiæ παράῤῥυθμος, ἑτερόῤῥυθμος, ἔκρυθμος; Pararhythmus mediocrem habet optimæ consonantiæ propinquitatem: Heterorhythmus, qui multum abest à consonantia: Ecrhythmus, qui in to-

tum errat, & omnis consonantiæ est expers. De eo nullibi melius Gal. quam cap. vlt. lib. 2. de dignosc. puls. vsus exemplis vesicarum, vtrium, follium, ventrium, aduersus Herophilum, quærens, puerorum ne debilior sit pulsus, an senum.

Arist. ita in Poët. Plurimum Iambia, inquit, vtimur in mutua collocutione. Et 3. Rhet. orationi quotidianæ simillima est: Rursus Iambicus verò pes est vilis, & multorum sermoni similis: multi sanè versus Iambicos loquuntur, nescien-
F tes. A quo nomine Senarij, Hipponactei, Trimetri, ac similes intelliguntur. Sic Hor. in Poët. nominat:

Alternis aptum sermonibus: & populares
Vincentem strepitus, & natum rebus agendis.

Et rursus in Bruto. Sequitur ergò, vt qui maximè cadant in orationem aptam numeri, videndum sit: Et sunt qui Iambicum putent, quòd sit orationi simillimus: qua de causa fieri, vt is potissimum propter similitudinem veritatis adhibeatur in fabulis: quod etiam Quinctil. affirmat, ac Theo. in progymn. & Halicarn. de composit. Sic Arist. λεκτικὸν appellauit, hoc est, ad communem dictionem accommodatum.

Hæc loca Cicero 3. de orat. respexit. Iambum, inquit, & Trochæum frequentem segregat ab oratore Aristoteles, Catule, vester, qui natura tamen incurrunt ipsi in orationem, sermonemq; nostrum. & in orat. ad M. Brutum. Senarios verò, & Hipponacteos effugere vix possumus: magnā enim partem ex Iambis nostra constat oratio. Et mox Iambicum dicit esse orationi simillimum. Rursus Iambus enim frequentissimus est in iis, quæ demisso, atque humili sermone dicuntur: Pæon autem in amplioribus.

Romæ num fuerint duo templa Virtutis, & Honoris: Num eadem Saturnalia, & Cronia, atque Apaturia.

CAPVT X.

A VVLGÒ fertur Romæ aliquando fuisse duo templa, alterum Virtutis, Honoris alterum, sic exædificata, vt Honoris ingredi nemo posset, nisi per Virtutis ingrederetur. De quo ita S. August. 12. cap. lib. 5. de Ciuitate Dei. Via, virtus est, qua nititur tamquam ad possessionis finem, id est, ad gloriam, honorem, imperium: Hoc insitum habuisse Romanos etiam Deorum apud illos ædes indicant: quas coniunctissimas constituerunt, Virtutis & Honoris, pro Diis habentes, quę
B dantur Deo. Ad quem locum Lud. Viues vir doctus, eadem, inquit, erat ædes Virtutis, & Honoris, quam fecit Marius Cimbris deuictis: sed quia canalis erat medius, duæ esse videbantur.

Plut. in lib. de fort. Rom. Virtutis, inquit, apud Rom. Numantinus Scipio templum serò, multisque post annis sacrauit: post quod Marius Virtutis, & Honoris. Et in Marc. cum ædis, quam Marcellus Honori, & Virtuti vouerat, dedicatio à Pontificibus impediretur, quòd negarent vnam cellam, duobus Diis rectè dedicari, ita cœpit addere alteram, ægrè ferens impeditam dedicationem.

Magis declarat Val. Max. lib. 1. cap. 1. separatis ædibus Honoris, ac Virtutis simulacra statuisse: vt Liuius lib. 27. addens, ita fuit addita Virtutis C ædes approperato opere, neque tamen ab ipso ædes eæ dedicatæ sunt. Cic. 2. de nat. Deorum. Vides Virtutis templum, vides Honoris à M. Marcello renouatum: quod multis ante annis erat bello Ligustico à Q. Maximo dedicatum? Addunt aliqui, quia si de cœlo tacta alterutra ædes, aut prodigij aliquid in ea factum esset, difficilis procuratio foret, quòd vtri Deo diuina res fieret, sciri non posset: Neque enim duobus, nisi certis Deis ritè vna hostia fieri. Erant igitur separata templa, sed coniunctim facta, vt significaretur quod Cato Maior, apud Plut. dixit, qui virtuti honorem detraherent, eos virtutem adolescentiæ adimere.

Festus Pomp. gloriam horum templorum constructorum C. Mario attribuit: submissiorem, inquit, aliis ædem Honoris, & Virtutis C. Marius fecit, ne si forte officeret auspiciis publicis, Augures eam demoliri cogerent: Faunus lib. 3. de antiq. vrbis Romæ cap. 13. Via Appia ad Portam Capenam ab interiore parte templum dedicauit M. Marcellus Honori, & Virtuti: Postea restauratum à Vespasiano, vt Plin. indicat: Locus D est 35. lib. nat. hist. cap. 10. extremo. Cornelius Pinus, & Actius Priscus Honoris, & Virtutis ædes Imperatori Vespasiano Aug. restituenti pinxerunt. Et vnum Igitur templum, quia coniunctæ cellæ; meminit idem S. Aug. libr. 4. de Ciuit. Dei cap. 24. & Viues eodem loco.

A Schol. Aristoph. Nubibus in his eius verbis dissentio: sunt verò Cronia apud Græcos Festus dies, quæ à Romanis vocantur Apaturia, vel Saturnalia. Macr. lib. Saturn. 1. cap. 8. ac 7. Si Cronia vult appellari Saturnalia, nihil verius. Si etiam Apaturia, hoc verò falsum. Neque enim Romani hoc verbum, vt suum agnoscunt, neque festos vllos hoc nomine vnquam dies habuerunt.

Num verò eadem sint Apaturia, & Cronia, indagandum. Quamquam autem fortasse Apaturiis etiam Saturnus colebatur, non eadem tamen mihi videntur fuisse Cronia, & Apaturia. Posset quispiam existimare hanc celebritatē ex eo dictam, quòd Cœlo Patri virilia Saturnus am- E putasset, effecissetq;, vt non posset esse pater. Sed Aristoph. Schol. verius vocata refert ἀπὸ τῆς ἀπάτης propter occisum siue ex insidiis, siue ex errore, nescio quem: alij putant nominata quasi ὁμο-

tarieia conuenientibus in vnum patribus propter filiorum inscriptiones. id est, vt Curiæ adscriberentur.

Quibus autem Diuis essent sacra hæc solemnia, decernere non possum: scio tamen rem diuinam his solemnibus factam Ioui Phratrio, ac Mineruæ, quam item Apaturiam, quasi fallacem dixeris, nominatam lib. 2. Pausf. hoc est, in Cor. tradit, cum de sphæria insula loquitur, quę deinde sacræ numen accepit ab huius delubro.

Strabo lib. 11. Veneris hæc festa fuisse indicat. Nam in regione ad Tamim fluuium Apaturum Veneris fanum commemorat: mox, Phanagorię templum insigne est Veneris Apaturiæ: cuius hoc initium ex fabula narrat, quod cùm Gigantes Venerem adorirentur, illa implorata Herculis ope tantisper latuit, dum singulos Gigantes excipiens, eos Herculi necandos prodidit: à qua F fraude inditum numen festis. Pausf. autem lib. cit. Huic Aethra per somnium, Mineruæ monitu, inferias missura cùm in eam Insulam transisset, cum ea Neptunum congressum dicunt. Eam ob rem Aethram Mineruæ Apaturiæ delubrum: quasi fallacis dixeris, dedicasse. Videtur enim interpretata Aethra à Minerua se deceptam, cùm in Insulam transiret, vt ea potiretur amator Neptunus.

Franc. Zephyrus in Paraphrasi Apolog. Tertull. cap. 39. & Rhen. in comment. & ex eo Pamelius in adnot. Liberi Patris sacra fuisse tradunt ἀπὸ τῆς ἀπάτης, nomine deducto, hoc est, à fraude, quam passi sunt Athenienses à Bœotis, quæ illa fuerit, non exponunt: & verba Tertull. sic legunt Apaturiis, Dionysiis, mysteriis, Atticis, quasi v- G num, & idem sint hæc festa, melius accipiantur, hoc est, Apaturia Veneris, Dionysia, siue Bacchanalia Liberi Patris, & mysteria Attica Eleusinæ Cereris.

Narratio tamen Suidæ sacra Baccho indicat fuisse Apaturia, ex quo citati Tertul. interpretes acceperūt. bello enim inter Athenienses, & Bœotos de Celænis Rex horum illorū regem duello prouocauit. recusante eo conditionem accepit alter Messenius videlicet Melanthus pactus regnum: ita duobus his pugnantibus apparuit à tergo Bœoti vir nigram pellem capræ indutus clamans eum iniquè facere, qui secundus veniret, cum ille, quis hic esset respiceret, abeo interficitur; à qua impostura festum Apaturiorum accepit nomē, & Melænægidis, nigræ scilicet ægæ, id est, pellis caprinæ extruitur delubrum: & panlò ante tamen in iis festis sacrā rem factam Ioui, & Mineruæ tradit.

Celebrabantur autem Apaturia eo fermè tempore, quo Saturnalia, aut proximo. Vt enim obseruat Macrob. lib. 1. Saturn. c. 10. ante C. Cæsarē Dictatorem, vno die Saturnalia finiebantur, qui erat ad quartum decimum Kal. Ianuarias: post Cęsarem sexto decimo cœpta celebrari, quo factum, vt vetere more celebrarentur per plures dies, hoc est, septem, hinc adagium ortum profectus ad Apaturia Maio renertit, de eo qui tardius negocia cōficeret. Theophr. tamen περὶ χαρακτήρων apud Stob. serm. 36. vbi Ionium, Iulium, Septembrem interpretantur. H

Ac præter Suid. notat Aristoph. interpres Achatn. Hesychius, & alij, fuisse popularia Atheniensium festa, quæ diebus quatuor conficerentur: primus dies vocabatur δόρπεια secundus ἀνάρρυσις. tertius κουρεῶτις. quartus ἐπίβδα, siue ἐπιβδαι. tres modo priores agnoscit Schol. Aristoph. cum Suida, quartum ignorat, rationem festi adscribens. & nominum horum dierum. Tertius videtur fuisse celeberrimus in quo pueri trimi, quadrimiue in classes tributim diuisi, poëmata sua certatim recitabant, multitudine se inuicem superare conantes. Eius meminit Plato in Timæo. Quare cum tribus, aut quatuor diebus absoluerentur, pro comperto habeo non fuisse Saturnalia, quæ aut vno, aut septem diebus peragebantur.

Herodotus lib. 1. indicans propriam fuisse Atheniensium ἑορτὴν. vt & Athen. lib. 4. cap. 22. vbi Nat. interpres dies conuertit inter calares, cur ipse viderit, quam etiam omnes Iones celebrarent, excipit Colophonios, & Ephesios, qui ob nescio quam patratam cædem arcebantur ab ea celebritate. Nec longè à fine vitæ Homeri, etiam à Samiis Apaturia celebrata demonstrat, quibus interfuerit Homerus: & verò carmina quædam in ea decantauit, quæ recitat Herodotus: habes item ex Strab. & Hecatæo apud Steph. de vrbib. quædam, Xenoph. 1. rerum Græc. fortè hoc allusit cùm meminisset Meliathi posterorum: miror non meminisse Pollucem huius festi inter cetera cùm celeberrimum esset, nec inuenies plura, quàm nos attulimus apud Giraldum Syntag. 8. 13. 17.

Iniustum & non iustum idem non esse contra Vallam, Iudicium Arist & Cicer. de Euripide.

CAPVT XI.

VIR doctus Laurentius Valla libro 2. Dialect. cap. 32. eos reprehendit, qui non iustum, & iniustum docent non esse idem, ipse profectò reprehendendus, qui non viderit negantium discrimen, & priuantium. Non iustum est negatinum, vt logicè dicam, & esse potest in eo, deq; eo dici, qui iustitiæ capax non sit, vt lapis, & cornutum animal: siue nondum capax, vt infans; iniustum est priuatiuum eius quod inesse potest, & debet; dicitúrque de eo qui iustitiæ capax est, vt de homine iam adulto. Non iustus ergò dicetur canis, & leo, quia ab eo remouetur iustitia, quæ illi nequit inesse. Iniustus dicitur Cleo, Hiperbolus, Verres, Pleminius, omninò quiuis homo natu grandis, A

qui

B qui particeps esse iustitiæ potest, illa tamen caret: quemadmodum non videns, & cæcum: illud enim negat, hoc priuat: Itaq; canis ante nonum diem non videns dicitur, & lapis absolutè: at canis ante nouem dies dici non potest cæcus, vt nec lapis. Ratio? quoniam neque lapis capax est absolutè facultatis videndi; neque canis ante nonum diem: at cęcus dicetur canis post nonum diem, quod cùm natura videre posſit, casu tamen aliquo oculorum aciem amisit.

Hanc differentiam satis claram, ac perspicuam, nec S. Augustin. maximo licet ingenio vir, animaduertisse videtur, qui 2. libro de liber. arb. cap. 15. cùm ei dixisset Euodius, qui cum loquitur. Non sum quidem adhuc sapiens, sed nec insipientem me dixerim: Respondit. Dic, quæso te, nonne fateberis, eum qui non est iustus, iniustum esse? & qui non est temperans, intemperantem? & qui non est prudens, imprudentem?
C Respondet Euodius. Fateor hominem quando iustus non est, iniustum esse: ex quo S. Augustin. infert. Cur ergò & quando sapiens non est, non sit insipiens? tametsi cap. 24. libro 3. videtur aduertisse, cùm tradit cæcitatis in Catulo exemplum, quæ in eo cæcitas, sed non propriè dicitur: Versus sunt Euripidis Orestæ initio: *A* hos ita Cicero 4. Tuscul. quæst. libr. Latinos fecit:

Neq; tam terribilis vlla fando ratio est,
Neq; sors, neq; ira Cælitum inuectum malum,
Quod non natura humana patiendo ferat.

Eos tanti fecisse Socratem tradit, vt cùm Orestem fabulam doceret Euripides, renocasse scribat. Idem Virgilio contigit in illis versibus Aeneid. 4.

D *Dulces exuuiæ, dum fata, Deusq; sinebant, &c.*

Quorum dulcedine, & suauitate captus Augustus iussit eos bis inter recitandum ꝓferri. Hoc narrat Seruius. Idem Cicero libro tertio Tuscul. quæst. narrat Carneadem solitum reprehendere Chrysippum laudantem Euripideum carmen illud: quod sic Cicero conuertit:

Mortalis nemo est, quem non attingat dolor,
Morbusq; multi sunt humandi liberi,
Rursum creandi: morsq; est finis omnibus,
Quæ generi humano angorem ne quidquam adferunt
Reddenda est terra terræ: tum vita omnibus
Metenda, vt fruges, sic iubet necessitas.

Et sæpè aliàs Euripidis carmina producit, quem quanti fecerit, demonstrat hac oratione libr. Epist. famil. postremo, Epistol. 8. Tironi scribens. Cui tu quantum credas, nescio: ego certè singulos eius versus, singula testimonia puto. Aristo-
E teles item in Poët. eum fuisse iudicat τραγικώτατον τῶν ποιητῶν: etiamsi nonnulla minus benè collocauisse existimet. μὴ εὖ οἰκονομῇ, quæ illa sint, notant, qui eius Poëticam Commentariis illustrant. In eo etiam Pollux lib. 4. cap. 16. agens de Choricis cantionibus, notat, quòd mulierum chorum cùm induxisset, eas quasi viros loquentes faciat. sed fas est obrepere somnum, id quod etiam Sophocli obseruat accidisse.

Ciceronis, Plinij, Senecæ, Ouidij, Persij, & aliorum enucleati, aut obseruati loci.

CAPVT XII.



ERBA sunt Ciceronis in Luculio A docentis etiam sensuum, qui sunt omnibus communes, discrimina, in exercitatis, qui animaduertunt, & cognoscent, quæ sentientes inexperti non animaduertent. Quam multa vident pictores, in vmbris, & in eminentia, quæ nos non videmus? quam multa, quæ nos fugiunt in cantu, exaudiunt in hoc genere exercitati? qui primo inflatu tibicinis Antiopam esse aiunt, aut Andromacham, cùm id nos, ne suspicemur quidem.

Nihil ad hæc notat Manutius filius, aut alij, quos vidi, interpretes: & notandum tamen ex Agellio, veteres olim habuisse ita assuetas concentibus, quas harmonias vocant, aures, vt ex tibiarum sono ante prologum cognoscerent, quale esset futurum genus comœdiæ, graue, an iocosum: adde etiam Tragœdiæ, hic ex Cicer. quænam scilicet esset exhibenda.

Plin. libro 5. cap. 12. Syria quondam, inquit, terrarum maxima, & pluribus distincta nominibus, &c. Non refero plura, quod cuique sit scriptor hic in manibus. Constat ex sacris litteris, in quibus est Sobæ nomen, quam Syriam Saphenam Iosippus, Plinius Sophonem appellat: Mesopotamia, id est, Syria Fluuiorum, Euphratem inter, & Tigrin: Item Syria Damasci, & Assyria, quæ scilicet meridiana, Adiabenen Plinius vocat, nescio quam rectè, melius, quæ ipsi Babylonia: eius item lingua hodieque per B
Orientis regiones latissimè patens index eius magnitudinis: vt per occidentis plagas amplissimè Sclauonica porrigitur. Itaque Syria Dea nominata, quæ toto illo colebatur tractu Syriæ, Assyriæque, lege Lucianum de Dea Syria.

Epistola quid sit Curioni scribens Cicero libro secundo, epist. 3. docet: diu post, quasi ex Cicerone accepisset, Libanius ita definit. Epistola est congressus per litteras absentis cum absenti. Locus est elegans Athen. cap. 17. libro 10. politissimi alicuius Poëtæ, qui Epistolam natura feminam vocat, cuius filias, litteras dicit, quæ tametsi mutæ, loquantur tamen absentibus, quibus felicia optamus, quod si q; ad nos venerint, & præsentes adsint, legentem non audient. *A* Mi- C
rabantur & nostro sæculo Indi, papyrum loquentem, vt ipsi putabant, quod à rerum Indicarum scriptoribus narratur. Olim autem litterę foliis mollioribus scriptę mittebantur: Hinc Latinus Poëta Aen. 6.

— Foliis ne carmina manda,
Ne turbata volent rapidis ludibria ventis.

Tabulæ olim dicebantur,atque à tabulis ferendis, tabellarij. Pronidentissimam Dei sapientiam recognoscit in officio manuum ad litteras exarandas eleganter & graté Cyrensis Theodoretus,orat.4.de prouidentia, sic perorans, vt ex plurimis ipsius verbis sanè pulcherrimis hæc pauca transferam in hoc caput : Cum absentibus,inquit,versamur,& qui longissimè à nobis distamus : & cùm lingua taceat, præcipuum sermonis instrumentum,eius loco inseruit manus calamo arrepto , quod agendum nobis cum amico inscribit chartæ,& sermonis fit vehiculum non iam lingua,sed manus. A

D Rigidus morum conformator Seneca libro de beneficiis 1. cap.3.poëticum trium charitum, inuentum ridet, & Chrysippum reprehendit, qui totum suum librum de beneficiis, opinor, his ineptiis,inquit,replet,& non rebus fabulas, sed res fabulis, finxerit. Adiungit. Nam præter ista,quæ Hecaton scribit, tres, Chrysippus Gratias ait Iouis,& Eurynomes filias esse.

Roterodamus ille doctissimus, sed ambiguæ religionis homo, in adnotat. plnè cæcus obseruat,legendum videri pro Hecaton, Hecatæus, quem accepimus, vt ait, magni nominis Historiographum fuisse temporibus Darei: probabilis fortasse alicui lectio, quòd cùm sermo sit de fabulis. Inducatur vnus ex priscis historicis, qui ferè scribebat fabulas, quales fuerunt Acusilaus, & Herodotus. Sed ego tamen E omninò Hecaton retineo,& Stoicum fuisse Philosophum Panætij discipulum Ersmnm doceo ex 3. libro de offic. Ciceronis, cuius & dictum quoddam narrat Q.Tuberoni,& 6.de offic. eius librum citat,plenum quæstionum.

Ergò Stoicus Seneca, Stoico Chrysippo citato, Stoicum adiungit alterum Hecatonem, qui fabulas minus prudenter,de beneficiis tractans,istis fortè de officiis libris inserebat Chrysippi Stoici antiquioris exemplo,cuius quidem Hecatonis,quosdam commemorat libros Laërtius lib.7.1.in Zenone, vt librum secundum sententiarum,& primum de virtutibus,primum de bonis,ac nonum, septimum de finibus, secundum de perturbationibus, ac tertium de paradoxis.

Philologi sumus hoc opere : quis primus fuerit appellatus Philosophus exposuimus: par est vt hinc etiam discat,qui me leget,qui primus Græcorum, & Latinorum , nominatus fuerit Philologus : Ergò propter multiplicem, variamque doctrinam Philologi sibi arrogauit F nomen Athenis consistens Eratosthenes,deinde in Aegypto ab Energete Ptolemæo sic vocatus, idcircò nouus etiam Plato nominatus. Apud Latinos autem primus hoc nomen vsurpauit Romæ Atteius Atteij Capitonis Iurisconsulti clarissimi libertus, domo tamen Atheniensis, quem hic eius patronus inter Grammaticos Rhetorem,inter Rhetores Grammaticum fuisse dicebat. Vsus est familiariter C. Sallustio historiæ scriptore,& C.Asinio Pollione.Hęc fusius explicata lege in Tranquillo libr. de illustibus Grammaticis.

Eximium habuit eloquentiæ Magistrum Ouidius Naso Arellium Fuscum, apud quem nescio quam controuersiam declamasse auctor est Seneca declamat.2. libro 2. & Porcij Latronis admiratorem fuisse,cumque Latro in præfatione quadam dixisset : Non vides, vt immota fax G torpescat, & ignes exagitata restituat ? mollit vires otium, fertum situ rubiginem ducit, imitatum Nasonem aliquando scripsisse,hoc est,lib. amorum 1.lib.eleg.2.

Vidi ego iactatas mota face crescere flammas
Et rursus nullo concutiente mori.

Pro rursus , quidam textus Aldi habet,& vidi. Rursus Nasonem Alfius imitatus, quem reprehendit Cestius : Dixerat enim declamans Alfius Flaccus : Ipse sui & alimentum erat & damnum : at Cestius quasi corruptè dixisset, obiurgans : apparet,inquit,te Poëtas studiosè legere. Iste sensus est eius,qui hoc sæculum amatoriis non artibus tantùm , sed sententiis impleuit : Ouidius enim libro 8.extremo Metam. dicit:

Ipse suos artus lacero diuellere morsu
Cœpit,& infælix minuendo corpus alebat.

Idem Seneca libro quinto controuers. controuersia 29. Montanum Votienum hominem rarissimi,etiamsi non emendatissimi, ingenij notat,vt sententias suas repetendo corrumpentem, H qui dum non est contentus vnam rem semel benè dicere, efficit, vt non benè dixerit. Idcircò solebat Scaurus Montanum non solum hanc ob caussam, sed etiam propter alia, quibus orator potest similis videri Poëtæ,inter Oratores Ouidium vocare. Nam & Ouidius nescit, quod benè cessit, relinquere : non multa referam quæ Montaniana Scaurus notabat; vno hoc contentus ero. Cùm Polixene esset abducta, vt ad tumulum Achillis immolaretur, Hecuba dixit:

— Cinis ipse sepulti
In genus hoc pugnat. —

Poterat hoc contentus esse. adiecit:

— Tumulo quoq; sensimus hostem.

Neque hoc contentus adiunxit:

— Æacidæ fecunda fui. — I

Aiebat Scaurus rem veram, non minus magnam virtutem esse scire desinere, quàm scire dicere : Vitium videtur esse Battologiæ à Batto quem 2.Metamorph. Ouid. eadem facit iterantem sub illis Montibus,inquit,erant.& erant sub Montibus illis : Et Mercurius ridiculè imitans. Et me mihi perfide prodis : Me mihi prodis,ait. Hæc Magistris addiscenda, vt doceant Auditores suos iudicio esse solido,ac putato. Idem 23.

capite,

capite, libr. de Clementia primi, Clementia, inquit, vocatur, si ad occidendum amicum, carnifex inter homines eligitur. hoc est, quare vel maximè abominanda est sæuitia, quòd excedit fines primum solitos, deinde humanos, nouaque supplicia conquirit, &c. Exagitatur enim Bellуinus illorum furor, qui bestiis obiiciunt homines, cùm etiam sæpè crudelitas ferina sit per carnifices occidere homines.

Hûc mihi videtur respexisse Virg. aut Seneca potius ex Virgil. accepisse lib. 3. Aeneid. cùm Achæmenidem Vlixis socium, in insula Cyclopum derelictum adnauigantibus Troianis, inducit supplicem, atque obsecrantem, vt se ex ea K liberent, etiamsi ipsorum manibus, vt hostium, sit mactandus, ne videlicet à Cyclopibus crudelius voraretur:

Si pereo manibus hominum periisse iuuabit.

Quamquam feritatem etiam nominat, quæ per homines exercetur, cùm capti verberantur, & ignem viui imponuntur. Sic ille capite 4. libro secundo.

Adagium est veterum de nihil agentibus siue frustra laborantibus ὕδωρ vel εἰς ὕδωρ γράφειν, à Platone acceptum in Phædro, à Luciano repetitum: cui valdè est simile, quod de venereo iureiurando, id est, amatoribus, siue amatricibus iurantibus, vulgò fertur iuramentum venereum, non esse pœnæ obnoxium Ἀφροδίσιος ὅρ-L κος οὐκ ἐμποίνιμος, quod quidem Xenarchus sic extulit in Pentathlo apud Athen. lib. 10. ca. 13. Iusiurandum ego molierum in vino scribo, ex illo generali senario Græco inuersum: Virorum malorum iuramentum in aqua scribe. Et Catullus in 6. eleg. carm. de inconstantia fem. amoris:

— Sed mulier cupido quod dicit amanti
In vento, & rapida scribere oportet aqua.

Iniquè tamen faciunt, qui solis hoc vitium inesse molieribus produnt, nec amatoribus accommodant: cùm non minus hi, quàm illæ, sint periuri: quod ex fabulis constat Iasonis aduersus Medeam: Paridis Oenonem: Thesei Ariadnam. Itaque rectius Plato, qui amatoribus siue feminis, seu viris vniuersè attribuit in Symposio, quem imitatus est in Epist. ad Epiph. Procopius: sic & Diui & homines omnem fecerunt amanti potestatem. Cur autem? Idem in Philebo declarat, & citat libro 12. Athen. cap. primo, quoniam amatores instar sunt puerorum, minime ratione vtentium; nam & vniuersè ita enunciauit Callimachus. Iurauit, sed dicunt inuisibilia in amore iuramenta non cadere aures in immortalium. A Et aliud prouerb. Iurante fe-M mina ridet cœlum, B Ouidius 3. libro amorum eleg. 3.

Scilicet æterni falsum iurare puellis,
Dÿ quoq; concedunt. —

Quomodo & lib. amorum 1. eleg. 8.

Nec si quem falles, tu periurare timeto,
Commodat illusis numina surda Venus.

Et rursus:

Iupiter ex alto periuria ridet amantum,
Et iubet Æolios irrita ferre Notos.

Vt Tibullus eleg. postr. lib. 3.

— Periuria ridet amantum
Iupiter, & ventos irrita ferre iubet.

Et Hor. 2. lib. carminum, Od. 8.

Ridet hoc, inquam Venus ipsa, rident
Simplices Nymphæ. —

Propert. lib. 2. ad Iouem eleg. 19.

Perdidit hoc miseras, hoc perdidit ante puellas
Quicquid iurarunt ventus & vnda rapit. N

Immò nec leges concedunt sacramentum recipi mulierum, quod in eis nimis promptum sit periurium; vt est in auth. de nupt. Et Suidas explicans prouerbium ἐπὶ τῶν, inquit, οἳ ὅρκοις ὀμνύουσι πολλάκις καὶ ἐπιορκοῦσι. quæ verò nunc sequitur abrogans legem Iuliam miscellam à mulieribus iuramentum exigentem. Et Protarchus vt vulgatum affirmat in Plat. Philebo, quæ ob Venereas voluptates iuramenta fiunt, siue potius periuria, veniam mereri à Diis, vt paulò ante dictum. Præclarum verò Legislatorem Platonem, qui diuinus, à Christianis etiam, si Deo placet, nominatur, in honore & pretio habentem, in sua Rep. turpissimum amorem: hic enim solus negligit iusiurandum, non honestus, & sanctus. O Olim meiere ad loca sacra, siue proximè illorum parietibus, religiosum erat, vt nunc apud Christianos: Propterea Sat. 1. sic locutus est Persius:

— Hic vero quisquam faxit oletum.
Pinge duos angues pueri, sacer est locus, extra
Meite, discedo. —

Ecce tibi ad absterrendos pueros, ne quid scilicet obsceni, aut parum verecundi admitterent iis in locis, duos angues pingebant: siue etiam alios omnes, quòd anguis Hieroglyphicum erat Geniorum loci, vt Aeneid. libro 5. Virg. indicat, fingens serpentem ex Anchisæ tumulo prodiisse:

Incertus, geniumne loci, famulumne parentis
Esse putet. P

Moris erat Rom. cùm in aliis vrbis locis, tum in angiportis meiendi caussa habere parata ac disposita breuia quædam vasa, siue doliola, aut amphoras. certum ex orat. C. Titij apud Macrob. lib. sat. 3. c. 17. de violentis iudicib.; dum eunt, inquit, nulla est in angiporto amphora, quam non impleant, quippe qui vesicam plenam vini habeant. indicat morem & T. Lucret. lib. 4. de somniis agens, cùm pusiones in somnis lectum immeientes describit.

Puri sæpè lacum propter, se, ac dolia curta
Somno deuincti credunt se tollere vestem,
Totius humorem saccatum vt corporis fundant,
Cum Babylonica magnifico splendore rigantur.

Quid curta dolia, quid Babylonica, quid saccatum, & cur sic appelletur vrina, ex Adr. Turnebo, & Dion. Lambino disce.

Romani item, vt auctor est in Nerone c. 56. Suet. Neronem deuouerunt, quòd in religionis contemtum Deæ Syriæ simulacrum lotio contaminasset. Nos item parietibus templorum, angulis maximè, crucem, aut imagines Diuorum pingimus. nescio quantum earum honore, atq; cultu. quoniam ad eas meiere fas non est, vt Iuuen. sat. 2. olim dixit. id quod locis etiam celebrioribus factitatur, sed ita euenit hominum peruersitate, vt ne sanctorum quidem imagines, ac verẽdum Crucis signum vulgò reuereantur: quare alicubi mos est Barones fustibus armatos pingere, vt ab re sordida verberum metu reuocentur. Scio Florentiæ, cùm mundum ac nitidum vellet esse, nescio quem locum Cosmus Medices Dux II. nec abstinerent ciues metu, ac reuerentia sanctarum imaginum, iussisse illum ornati suis Insignibus, quæ arma dicimus, eum locum mox purum fuisse Principis formidine.

Agnatus dicitur, quasi adnatus, id est, iuxta natus, vt Plinius agnata dixit membra, lib. 2. c. 5. quæ propè alia suboriuntur, vt contigit in sedigitis: ex qua significatione Alciatus cap. 25. lib. 2. Parerg. plerasq; declarat Iurisconsultorum loquendi formas, quæ admirationem faciebant Accursio vim vocis minus intelligenti. Minutalis instar fuit hoc caput, siue farciminis varias tamquam in patinam imposuimus minutiores dapes, siue quasi in intestinum frusta congessimus carnium, non insulsè, opinor, saliat cui minus sapiant.

Aristotelis verba in Poët. explicantur: alia item conciliantur.

CAPVT XIII.



A Τὰ ἀπὸ σκηνῆς phrasis est Aristotelis in Poët. & aliis locis, quæ tamen ipso antiquior est, cum ea Demosth. vtatur. Arist. Igitur, cùm partes quantitatis Tragœdiæ commemorasset πρόλογον, ἐπεισόδιον, inquit, communes omnium Tragœdiarum sunt hæ partes, propriæ verò quæ his Græcis dictionibus ab Aristot. nominantur τὰ ἀπὸ σκηνῆς καὶ κόμμοι, id est, quæ à scena proueniunt, vt conuertit Robort. quæ ad scenam pertinent, vt Paccius: partes à scena, vel quæ geruntur in scena, vt Riccobonus.

Intelligi ego puto structuram, & apparatum scenę, materiam ipsius, & formam, atq; ornatum, & quicquid in scena agitur: quod quidem videtur esse commune omnium Poëtarum: nam scenam quisque, prout libitum est, exornat. Ad eam etiam pertinent Histriones, hinc Arist. quæst. ante penult. sect. 19. probl. vocat eos τοὺς ἀπὸ σκηνῆς, quos etiam Heroum esse imitatores tradit, Id est, ἡρώων μιμητὰς, & apertius eiusdem sect. quæst. 15. priora verba, nescio quàm rectè ac scienter Gaza conuertit: Hæc eadem causa est, cur in scena nullus in chorea plurimis antistrophis vsus sit; Nam qui histrio est, decertat, at chorus minimè imitatur. A quamobrem ipsa recitatio, & pronuntiatio Histrionum in his verbis comprehenditur. B

Sic Lucianus in Menippo demonstrans olim exiguum fuisse numerum histrionum opinor, inquit, καὶ τοὺς ἐπὶ τῆς σκηνῆς, mutat præpositionem ἀπὸ in ἐπὶ. sæpè vidisse Tragicos histriones hos pro vsu actionũ. siue fabularũ tunc quidem Creontas agere, aliquando Priamos, quod ad Histrionum spectat officium. docet enim eo Tragœdiã differre ab Epopœia, quòd in ea non sit, vt in hac, rerum imitatio multarum, quæ simul, & eodem tempore in diuersis locis gerantur, sed eorum tantùm, quæ ab Histrionibus in scena peraguntur: τοὺς δ' ἀπὸ σκηνῆς dixit orat. de cor. Demosth. personas scenæ fictas, siue histriones, qui personas huius vel illius referrent, cùm Aeschinem nominat: quempiam eorum qui in scena agunt: reponit scilicet ei contumeliam, quia se vocauerat βάταλον: nam quod Arist. non longè ab extremo, qui extat, Poët. lib. scribit. deinde quæ circa Hectoris fugam, in scena sanè essent ridicula, quæ fierent in scena significat, vt Lucianus, cùm de calumnia scribit, plurima, quæ ex scenicis exoriuntur mala: sic Suid. voce Συλαμβ... & voce μονῳδεῖν πᾶσαι αἱ ἀπὸ σκηνῆς ᾠδαί, quæ scilicet in scena vsurpantur. C

Plut. lib. num maior Atheniensium gloria ex litteris, an ex armis, μηχανὰς, dicit ἀπὸ σκηνῆς, id est, scenicas, quarum vsus in scenis. Non mala est eorum coniectura, qui ad eum locum non longè à principio Poët. Hegemo verò Thasius, qui parodias fecit primus, & Nicocharis, qui Deliadem, deteriores, de iis qui viles materias, & ignobilia tractarunt argumenta, non Δηλιάδα legunt. sed Δειλιάδα: quos sequutus est Riccobonus Deiliada reddens, & exponens actiones timidorum, & priorum. D

Placet tamen cum Victorio, & Madio, aliisq; Δηλιάδα legere, & Deliadem vertere: primùm vt intelligatur fabula à Nicochare scripta Comico Atheniensi, qui cum Aristophane vixit, cuius nonnullas recitat Comœdiarum scriptiones Suidas, hac tamen tacita, nisi si hic alius fuerit, & alterius Poëmatis scriptor.

Idem Athen. lib. 3. cap. 15. cùm de pane Tabarite loquitur Δηλιάδι Σήμου commemorat, & lib. 4. cap. 22. quartum citat Deliadis librum Semi. & lib. 8. cap. 1. sextum Deliadis librum, & lib. 11. c. 6. Deliadis quinctum, vt & lib. 14. cap. 2. & 4. vocans eum Delium. erat fortasse opus ab eo de rebus gestis ac moribus Deliorum conscriptum. omninò ita credo, ex nomine operis, ex patria poëtæ, & ex rebus de quibus agi apparet ex allatis locis Athenæi, vel certè Delias à naui dicta, in qua θεωροὶ Delphos mittebantur, siue in Delum. Deinde si actiones timidorum significaret Δηλιὰς non diceretur, sed potius Δειλιὰς, neque enim

δηλ...

λιλ●, timidus dicitur, licet δειλία & δειλιῶ dicatur.

Duo sunt Aristotelis loci in speciem aduersi, quos animus est conciliare. Vnus est in Poëtica E alter est lib. περὶ ἑρμηνείας in Poët. sic scribit: oratio vox est significans, cuius partes singulæ per se significant aliquid: neque enim omnis oratio ex verbis & nominibus constat, vt hominis definitio: sed potest sine verbis esse oratio. At in lib. de interpr. omnem λόγον ἀποφαντικὸν, id est, enunciantem, & affirmantem, docet fieri ex verbis, vel ex casu aliquo verbi, quod ita probat, si quæ oratio enunciationem conficeret sine verbo, ea in primis esset definitio, vel oratio definiens, sed oratio definiens non conficit enunciationem, ergò neque vllæ aliæ orationes: at non tam cæcus fuit acerrimus Philosophus, vt non intelligeret se pugnantia loqui, nisi alind esset oratoria, & poëtica, alind dialectica, quod ipse & vidit, & monuit eodem lib. cap. 4. Aliæ igitur missæ fiant orationes Rhetoricæ; namque & Poëticæ magis propria hæc consideratio: at affirmans, siue enuncians præsentis est loci. B

Ergò hic Aristotelis est sermo de oratione enunciante tantùm, quæ sæpè fieri nequit, si verbũ ipsi nõ adiunxerimus: Est enim verbũ nota, siue signũ, per quod alterum de altero affirmatur, prædicatum scilicet de subiecto, vt logicè dicam: at F in Poëtica de alio orationis genere loquitur, quod est imperfectum, & sine verbo constat, vt Cleo superbus, animal rationis particeps: sunt enim hæ orationes, ὡς φασί, vt lib. de interpr. loquitur ἀλλ' οὐ, ὡς ἀποφαίνεσθαι, ἢ ἀπόφανσις, quod autem in Poët. dicit φωνὴν σημαντικὴν in lib. de interpr. κατὰ συνθήκην dixit, est oratio quidem omnis significans non vt organum verò, sed vt dictum, pro placito, sine secundum compositionem. C

Neque enim assentior Vallæ, qui dictionem appellari scripsit oratoriam, & facundam orationem: nam redigit eam in angustum: puto enim sic dictionem à Latinis nominari, quomodo Græci λέξιν dicunt, vocabulum scilicet, nomen, & verbum, ex quibus illa fit Vallæ dictio oratoria, sicque λέξιν, id est, vocabulum proprium G distinxit Arist. in poët. à voce peregrina, id est, γλῶττῃ.

Valdè item dubito, ne hoc loco Aristoteles, vbi præfert Epopœiæ Tragœdiam, quòd Epici cogantur fabulam componere, si quidem vnam eam, vel breuem nimis μύουρον φαίνεσθαι, vel si ad iustam produxerint magnitudinem, esse quasi valdè dilutũ vinum; nam si vnam fabulam fecerint, necesse est vel breuitate exprimentem quid, mutilam videri, vel si consequatur metri longitudinem, aquosam, id est, languidam, vt vinum aqua nimis dilutum, D non ita sit ab auctore scripta vox illa μύουρ●, sed potius μύουρ●.

Probat priorem lectionem vulgatam Paccius & Robort. Mad. & Victor. ille enim vertit instar muris candæ: hic verò pulcherrimam agnoscit similitudinem à muribus ductam, ad rem exiguam significandam: immò à murium cauda: exiguum enim, murem, inquit, trita appellatione solebant veteres nominare, vt facit Virgil. in Georg. & Hor. in Poët. certè posterior ridiculum H nasci murem dixit, dum rem exilem, & paruam significare vult: scimus item μύουρον genus quoddam versuum claudicãs appellatum, & desinens in exiguam quamdam formã, ita Hesych. μύουρον, inquit, τὸ ἐπὶ πλεῖον τὸ ἀπολελυμένον: videtur & hanc lectionem admisisse Rhodig. extremo 5. cap. lib. lib. 4. antiq. lect. deducens à μύειν, quod est claudere, quia hi versus vitiosè claudunt.

Verùm si hæc lectio sit retinenda malè à Paccio & Robort. explicatur: neque enim similitudo à cauda muris absolutè sumitur, quæ sanè longissima est, si corporis exiguitatem muris attendamus, sed ab extrema cauda, quæ subtilissima est, & angustissimè finitur, quod vox illa Hesychij significat ἀπολελυμένον.

Præterea Aristoteles 3. de Rhet. lib. eadem vtitur voce, hoc est, ambitus sine periodos, nec mutilatas neque longas: quod enim io extremo I est mutilum, ac deminutũ dicitur μύουρον, idemq; hoc significat Arist. à verbo μειοῦν, quod est imminuere, aut à nomine μεῖον, quod est minus, quasi cui sit minor, vel imminuta, vel decurtata cauda, quæ etiam scripturæ ratio probatur Athenæo lib. 14. cap. 13. μειούρους esse docens versus quosdam τοὺς ἐπὶ τῆς τελευτῆς τὴν χωλότητα ἔχοντας, qualem huoc citat:

Τρῶες δ' ἐρρίγησαν ὅπως ἴδον αἰόλον ὄφιν.

Nam & Apsyrtus in Hippiatrice dixit, ἐν τῷ μειούρῳ τῆς οὐρᾶς, id est, in mutilata caudę parte, & à Gręcis medicis pulsus dicitur μείουρ● qui in acutum desinit, apud quos per errorem, vt puto, μύουρ● scribitur.

Hîc accipe nonnullam versus Miuri, siue mutili rationem, dictus videtur ab eo, quod illi cauda sit deminuta ἀπὸ τοῦ μειοῦσθαι τὴν οὐρὰν, quia claudicat extrema pars versus posito spondei, siue chorei loco versu Iambo. quem ita declarat Maurus Terent.

Dactilici finem versus si claudit Iambus,
Hoc est pro longa breuis vt penultima fiat.

Exemplum:

Ite domum saturæ, venit Hesperus, ite saturæ.
Nile pater, propera, sitiunt sata, Nile propera.

Et aliis illustrat exemplis, vt Ausonius, quem μείουρον Achaica gens vocitare solita est:

Attoniti Troës viso serpente pauitant.

Item:

Balthem & renocet volucres in pectore sinus.

Et:

Dirige Odorisequos ad cæca cubilia canes.

Teliambus versus hic à Victorino libro 2. de rat. Carm. appellatur, puto, quia clauditur Iambo: quo non in magnis tantum voluminibus Iliad. & Vlix. sed etiam in paruo Margite vsus est Homerus. Consule Eustath. in Iliad. Hom. & Athen.

libro 14. qui & versum à nobis productum citat: itemque hos duos:

Καλὰ ...

Τῦ ...

Carta da sardelle, olim item dictum: verbi ἐγχονεῖν, ratio aduersus Gramm. explicata: & Senecae locus enucleatus.

CAPVT XIV.



A QVi mos est vulgaris de libro parum eruditè, & ingeniosè scripto, aut aspernandu loquendi, è buon' da vendere à pizzicaruoli per inuolgere le sardelle, ò arenghe, ò, da far scartocci per li speciali, antiquus Graecorũ fuit, ac latinorũ q in linguã Italicã migrauit. Anaxandrides certè Comicus, quae fabulae populo non placuissent, eas lacerare solebat, & ad Pharmacopoeos mittere, ad tus inuoluendum, ita de eo Athen. lib. 9. cap. 4. ex Chamaeleonte. Acerbis erat moribus vt prae se ferebat in comoediis: cùm enim non vicisset, dabat eas ad tus vendendum conscindendas: non mutabat vt solent multi, & nimio in-B terdum fastu multas abolebat, aegrè ferens spectatorum iudicium vitio senectutis. Catullus etiam de inepto cuiusdam Poëtae carmine, in annales Volusij, plenum turis, & infecetiarum vocans ad hunc morem fortasse allusit; & apertius illo versu de Smyrna Cinnae:

Et laxas Scombris saepè dabit tunicas.

Apertius sat. 1. Persius:

--- Nec Scombros metuentia carmina, nec tus.

Hor. ep. 1. secundi Epist lib.

Deferar in vicum vendentem tus, & odores

Et piper, & quidquid chartis amicitur ineptis.

Et Mart. lib. 3. epigr. 2. ad librum suum:

Vel turis, piperisq; erunt cucullus.

Rursus:

Nec Scombris tunicas dabis molestas.

Cucullus enim is est, quem nos scattocelo nominamus. Mihi nunquam placuit veterum Grammaticorum, quos citat Eustathius opinio, C docentium ἐγχονεῖν verbum, quod est σπεύδειν, id est, festinare, vel in opere esse sollicitum, Ionice dici mutata ω in α, vt esset quasi ἐγκονεῖν: Iones enim ἔων pro ἔως dicunt, & similla. Primùm enim omnes loci, quos ex Homero, & aliis producunt, illud nõ indicant, praesertim cùm apud eos κονεῖν, & κόνος repetiatur, non κονεῖν, & κόνος, qui tamen Ionicè ferè loquuntur: deinde verbũ est κονεῖν, quod nemo vnquam accepit pro κονεῖν, id est, laborare, sed pro σπεύδειν, id est, festinare, pro ὑπηρετεῖν, id est, ministrare: tametsi nonnullus in festinando, & ministrando sit labor, sumpta metaphora ab iis qui eutrunt, aut festinant pulnerem excitare solitorum: hinc enim & verbum διακονεῖν est compositum, & διάκονος nomen, id est, minister, & famulus, cuius proprium est in exequendis Dominorum mandatis festinare. Hinc saepè vtrumque simul verbum scriptores optimi vsurpant.

Euripid. Hecuba festinemus, properemus. D Aristoph. Pluto. ite, properate, accelerate: ratio est cur festinandum sit, ἐγχ μέλλειν. Et in Aiacem 2. Soph: adiungit etymon interpres, quoniam qui festinè eunt, puluerem mouent. Vt & vetus quoddam lexicon.

Huius autem verbi compositi διακονεῖν, nonnullae notiones similes sunt latino, ministrare: Nã Polit. 7. dixit Arist. διακονεῖν τὰ ἔργα. & Demost. διακονεῖν τῷ φίλῳ, quomodo Hor. vsus est in Poët. qui res omnes timidè, gelideque ministrat. & Ouid. 3. de amor. el. 5. Dinitias ministrare. Rursus ep. 19. Medicorum iussa ministrare. Tibullus lib. 4. el. 6. vias fallendi ministrare. Et Virg. Aen. 1.

--- Furor arma ministrat.

Et Lucianus, quos ministros libidinis vocat Cicero in Laelio dixit, τὰς τῶν ἐρωτικῶν διακονούς. Iterum Cicero 1. de officiis. ministras voluptatum artes: & vt idem 1. quaest. Tuscul. pocula ministrare dixit. Sic Graeci διακονῆσαι οἶνον: & vt Latini ministerium dicunt, opus à ministro praestitum, vt Ouid. Metam.

-- Membra diurnis. E

Fessa ministeriis, ---

Sic & Arist. 1. Polit. Syracusis fuisse tradit seruos, qui pueros ἐδίδασκον τὰ ἐγκύκλια διακονήματα, vulgaria, ac vilia ministeria, qualem nominat ὀψοποιικήν: ex his pleraq; nõ attigit in cõment. Budaeus.

Basileae Frobenij Seneca epist. 57. vbi nil sibi adferre molestiae molestos aliosqui Balneariorũ tumultus, ac strepitus inter studendum monet, sic habet. Si verò Pellicrepus superuenerit, & numerare coeperit pilos, actum est: adiice nunc fordalum, & furem deprehensum.

Partem huius loci Coelius emendat lib. antiq. lect. 30. c. 19. nam pro Pellicrepus legit Pilicrepus, & pro pilos, pilas, intelligens Pilicrepi nomine, F eum qui pilas, hoc est, sphaeras, aut glomos pice illitos in ignem balneorum, sine vaporarij conijceret, sic vbi forte restinguerentur; & suam hanc coniecturam Papinij versibus; lib. 1. siluarum & Domitij Calder. explanatione confirmat.

Mihi Turnebi explicatio ita legentis, & exponentis aduers. lib. 7. cap. 4. longè magis probatur. Si verò Pilicrepus superuenerit, & plus numerare coeperit, actum est. Et pilicrepum, pro eo qui pilas crepat, aut pila crepante lusitat (crepitum enim pila facit) explanat: solebant verò paulò ante balneum, vel dum hypocausta, & sudationes calescerent, ludere pila Martial. libr. 14. Epigr. 163.

Redde pilam, sonat aes thermarum, ludere pergis?

Virgine vis sola lotus abire domum.

Et in eamdem sententiam verba Statij à Coelio

ptolata exponit:illa verò plus numerare,&c. significant in mittenda, & remittenda pila, cum pilicrepus plures, quàm essent manus, & vices numerarat,maximus excitabatur clamor ab aduersariis.Sequuntur in Seneca hæc verba. Præter istos quorum,si nihil aliud,rectæ voces sunt : Alipidum cogita tenuem & stridulam vocem,
G quo sit notabilior:sure Cælius Alipilum mutat, id est, alarum pilos vellentem : certè conuenit mirè auctoris sententiæ, subiungit enim, subinde exprimentem , nec vnquam tacentem, nisi dum vellit alas, & alium pro se clamare cogit: & in Lexico quodam veterrimo quod citat Adr. Turnebus cap.10.lib.27.aduers.Aliparius δρωπακιστὴς vertitur; Δρώπαξ enim est species vnguenti, siue medicamenti pilis vellendis apti in Psilothrorum genere & picationum : meminerunt veteres medici Aetius.& Aegineta,& sæpè Mart. in Epigr. & in inscriptione quadam legitur M. Octauius Primigenius Alipilus à Tritone, Inuolutior est verbi alterius,& difficilior emendatio, quam subterfugit Cælius. Adiice nunc Sordalum, & furem deprehensum.

H Valent hæc, si Senecæ attendas sententiam, ad exaggerandas suorum molestias, studiorum ex plena strepitu vicinia:nam & in furem deprehensum omnes clamant : versari autem in balneis furunculi solebant, propter speratum lucrum ex furto vestium, vasorum, & vnguentorum,& cæterorum eius generis quæ dimittebantur ab iis, qui lauandi erant, nec sæpè custodia erat satis. Hoc facilè intelligere. At sordalum, aut scordalum, aut scotdylum, siue scordulum, has enim omnes lectiones vidi,quid sibi vult?

Scholion quoddam innominati auctoris sordalum exponit, sordes è balneo efferentem: vel contra,eum,qui balneum sordidaret. Minus aptè hoc. Erasmus scordalum qui oletet allium, quasi scorodalum,nam σκόροδον Græcè est allium, quomodo vsurpatum à Seneca Epist. 84. putat, illa sententia. Cassius tota vita aquam bibit, Tullius Cimber,& nimius erat in vino,& scordalus:vbi tamen legitur etiam scordulus,& scordaliis:notat etiam à Græca voce σκῶρ posse deduci, quæ stercus significat. At quomodo hæc notio trahi potest ad strepitum indicandum? opinor, ita, quod malè olentem omnes auersarentur,&
I maledictis,atque clamoribus à se quisque repelleret. Sed in eo conquiescit Erasmus,vt probet scordulum,vel scordylum: conuicium enim est, inquit, in hominem ingrati odoris, postquam incaluit,quod scotdylo pisci accidit.

Mihi secundo huic loco aptius videtur quadrare ea scordali notio, quæ in quodam veteri Lexico Petri Danielis viri docti reperitur, scordalus,inquit, ferox, & cùm ferociam vinum addat,iure vinosum Cimbrum posteriore loco,eodem nomine strepitus magnitudinem voluit intelligi ex ferocia tumultuantium. Hanc notionem iuuat Aristoph.in veteri comœdia dicendi modus, cùm vehementiore hominem ingenio, ac ferociore, & ad pugnandum promtissimo K
ἐσκοροδισμένον sppellat, id est, alliatum, siue alliis pastum : allij verò esus mirabiliter calefacit,& iras acuit: quamobrem apud Xenoph. in symp. Gallo Gallinaceos ad pugnam incendi alliorum esu : lege hinc fortasse deducta Aristoph. phrasis ex equitibus paulò ante prolata: & vox hæc semigræca scordalus: est enim quasi scorodalus,id est,ferox,pugnax,& rixosus:nam & σκόρδον pro σκόροδον Græcis vsurpatur, sic σκοροδόπρασον herba est, quæ gustu, atque odore allium refert, ac porrhum.

Ego sic statuo. Scordalum in Seneca pandiculatorem intelligi, hoc est, eum, qui membra, ac se totum in oscitatione extendit,quod vitium est eorum, qui surgunt è somno,qui diuturno languerunt ocio,qui vino se ingurgitant,& alliis frequenter vescuntur. Vt enim Aristoph.obseruat Schol. immodicus alliorum esus frequentem vomitum ciet,& propter acrimoniam, pandiculationem corporis, & frequentem, & vehementem. Pars ergò strepitus in balneo frequens erat etiam pandiculatio, quam inconditus sequitur clamor,hoc à Seneca indicatur hoc vocabulo,nisi omninò fallor,aut si fallor, non imperitè fallor.

Quadriga alba quæ apud Plautum: eiusdem versus ex Curcul. & Ouidij in Ibin. & Virg. 2. Æn. illustrati.

CAPVT XV.



IN Asin.Plaut.scen.2.act.2.veterator seruus ita loquitur:

Nam si huic occasioni tempus se subterduxerit A
Nunquam pol indipiscet quadrigis albis postea,
Herum in obsidione linquet,&c.

Adr.Turnebus lib.aduers.24. cap.31. quæ sint hæ quadrigæ albæ,quærit,& esse Iouis quadrigas decernit,quæ celerrimo per cœlum curriculo ferri censebantur, adductus hac oratione Plauti in Amphitr.scen.1.act.1. Quadtigas si nunc inscendas Iouis, atque hinc fugias, ita vix poteris effugere infortunium. Et Hor. Oda 12.lib.1.

Tu graui curru quaties olympum.

Et curru per aërem inuehi credebant Iouem cùm tonabat,aut fulgurabat. Hinc Horat.lib.1. Oda 34.

— Namque Diespiter
Igni corusco nubila diuidens
Plerumque per purum tonantes
Egit equos,celeremque currum.

Addo Virg.6. Aen. de Salmoneo,qui fornicibus æreis cutrum agitabat:

Et flammas Iouis,& sonitus imitatur Olympi.

Ad currum autem Iouis censebant equos niuali candore iunctos esse Suet. cap. 94. sui Augusti. Virg. 12. Aen.

Qui candore niues anteirent cursibus auras.

Quamobrem Camillo inuidiosum Romæ fuit, quòd triumphans curru albis equis iunctò in-
B uectus esset, quoniam is honor humano fastigio maior, parque supremo Ioui videretur.

T. Liuius lib. 5. siue etiam quadrigas albas dixit, quod equos candentes celeriores crederent: nam & vtraq; vox ἀργὸς apud Homerum vtrumq; significat, & celerem, & album; pro veloci posuerit Plautus.

Hæc probabilia, sed probabiliora quæ Iustua Lipsius in suis electorum libris excogitauit: eas honoris tantum insigne fuisse: sic Platonem à Dionysio Tyranno, quadrigis albis exceptum in Plinio lib. 7. cap. 30. Et scriptum est in altero Poëta, hoc est, Hor. Sat. 7. lib. 1.

—— Equis præcurreret albis.

Sed hic aliquid de celeritate sententia postulat. Et argis pro albis habet nescio quis ab illo citatus liber: suspicatur legẽdũ quadrigis fi abit: vt fefellerit scriptores confusè scriptũ, quadrigis fubit: quadrigis antè abire, curriculo est fugere. Itaq; Plautus Pænulo sic loquitur act. 1. sc. 2. nisi ego il-
C lum iubeo quadrigis cursim ad carnificem rapi; & in Aulul. act. 4. sceu. 1. citas quadrigas dicit pro eodem. Quod Herus iubeat, citis quadrigis citius properet persequi: Et Cicero vsus est hoc loquendi modo 1. de fi. bo. & mal. difficilem quamdam temperantiam postulant in eo, quod semel iam missum coërceri, reprimiq; non potest, eleganti translatione ducta à quadrigis Circensibus, quæ mittebantur à Magistratu: statimq; prosilientes è carceribus spatia corripiebant, tanta interdum cursus celeritate & contentione, vt habenas non audirent: id apparet ex eo quod cecinit Virg. extremo 1. Georg. lib.

Vt cum carceribus sese effudere quadrigæ

D *Addunt se in spatia, & frustra retinacula tendens*
Fertur equis auriga, neq; audit currus habenas.

Et longè ante apud Cicer. 1. de diuinatione Ennius:

Expectant veluti Consul, cùm mittere signum
Vult, omnes auidi expectant ad carceris oras,
Qua mox emittat pictis è faucibus currus.

Qui mos à Liuio notatus libro 8. extremo, quia Lucius Plautius Prætor, graui morbo fortè implicitus erat signum mittendis quadrigis daret. Pictas autem fauces Ennius appellauit picta Circi repagula. Varro item 1. de re rustica Ludis Circensibus nouissimi curriculi finem facit quadrigis. Hûc item spectat allusio Ciceronis Q. fratri lib. 2. epist. 14. ita scribentis, Cursu cortigam tar-
E ditatem, tum equis, tum verò (quoniam scribis poëma ab eo nostrum probari) quadrigis poëticis, &c. Sic & aliud, quod tanquam prouerbium in suum volumen collector retulit nu. 21. cent. 4. Chil. 1. equis albis præcedere, id est, longo interuallo anteire, vt & 19. n. Nauibus, atque quadrigis; omninò Plauti locus de quadrigis factorum explicandus, eius verò tempore celebriores, vt celeriores, erant albæ, vt eo versu indicat. In meo Plauto ex typis Gryphij sic lego sc. 3. act. 2. Curcul.

Tace parumper, iacit volterios quatuor:

Talos arripio, inuoco almam meam nutricem, Herĉ.

In margine est Herculem. simplicius Lambinus accipit nutricis nomine saturitatem, vel artem parasiticam, quæ alma est parasitorum nutrix: coniecturam facit ex verbis eiusdem Poëtæ in capt.

Iacto Basilicum, propino magnum poculum, ille Ebibit, &c.

Putaui aliquando Heram legendum, quę scilicet olim Iuno habebatur: hinc apud Ciceronem Ennius lib. 1. de officiis:

Vosne velit an me regnare Hera.

Vbi quidam pro Iunone accipiunt, quæ Regina F
Deûm habebatur, omniumq; Domina. Textor, & alij confutant quod Græcè sit Ἥρα Iuno. Ergò Hera Latinè primam habebit longam, hic verò breuẽ, facit Ennius: at non viderunt dictum ab his accipi Heram pro Iunone, non quòd latinè, hoc sit eius nomen proprium, sed quia Domina est: Hera autem Domina est, vt Herus Dominus: Melius qui nõ Iunonẽ intelligunt, sed Fortunã, quæ dominatur in bellis, vt Cic. dixit in oratione pro Marcello, quo modo & in Merc. Plutus 2. sc. act. 5.

Diuum, atq; hominũ quæ spectatrix, atq; Hera eadem Es hominibus.

Manutius Deam exponit, Catullus de Berecynthia & Atti.

Procul à mea tuus sit furor omnis Hera domo.

Vt Deos vocauit Heros ad Manlium Epigr. 63. G

Hostia cœlestes pacificasset Heros.

Placet Fortunam intelligi de qua ita Cic. orat. in L. Pisonem, fors Domina campi, id est, in creandis Magistratibus; & Manutius notat in quinq; suis libris veteribus, haberi Fortunam Dominam in duobus supra hera adscriptum, id est, fortuna. In vno supra hera, id est, Domina.

Illo verò Plauti loco fortasse Iuno Lucina intelligenda, quæ nutrix habetur, atq; altrix hominum. Herculem probat Turneb. l. 11. c. 7. aduers. ita coniungens, Herculem iacto Basilicum: erant enim quædam talorum species, in quibus effigies quædam sculptæ, & pictæ erant, vt Vulturis, Herculis & aliarum rerum, Vulturis autem iactus infelix erat; Herculis Basilici, id est, regij, faustus, & felix; ergò, qui eum iecit, vicit. Herculem autem Basilicum accipio, non qui vt in laboribus exantlandis Leonis exuuiis esset vesti- H
tus, sed qui omnibus perfunctus ærumnis cultu regio esset ornatus.

Lipsius tamen nugas esse putat: Nam quis vnquam Herculem, vt Regem pinxit? sic igitur distinguit, almã meam nutricem Herculẽ: iacto

Basilicum,

Basilicum, cùm enim in more esset, vt qui talis luderent Deum aliquem propitium inuocarent, E. C. milites Martem, Amatores Venerem, aut pro Venere Amicam.

Plautus egregiè in Parasito decorum seruans ab eo facit Herculem inuocari hanc ob caussam. Veteribus cum decimas Herculi pollucerent, epulum publicè præbere solitum fuit: ad quod in primis Parasitos aduocari, tamquam pecuniates eius Dei seruos, leges Græcæ sanxerant: declarat lib. 6. Athen. cap. 5. Parasitorum nomen, ac rem olim non fuisse ignobilem, atque infamem affirmans: similem apud Romanos motem extitisse ex verbis Posidonij apud Athen. & ex Plut. Crasso licet colligere. Itaque sæpenumerò vsu veniret, vt Parasiti in templo Herculis ex eius decimis lautius acciperentur, quis non fateatur, inquit, ab homine minime parco, atque vni ventri dedito, rectè, & facetè Herculem inuocatū etiam nutricis cognomento, q sb eo sæpè nutritentur?

I Iactus Basilicus idem est qui Venereus: cùm enim Græci magistrum ludi vulgò βασιλέα dicerent, quidni iactum illum proprium Regi creando Basilicum rectè vocarit? Volturius autem iactus idem atq; canis: quod enim is iactus, qui fiebat cum quatuor pari situ in dorsum subsiliret infelix, & rapax esset, nomina ei infausta, & mali ominis indiderunt animalium rapacium, vt canis, & Vulturis Versus est Ouidij in Ibin.

Stella Lycoride cùm fuit æqua viro.

Proculdubio de Simonide locus est explicandus, sed Turneb. Lycoridem vocat, vt Melicum Poëtam, & Apollineum: vt enim Amphrysia vates dicitur Sibilla, quia ad Amphrysum pauerat Apollo pecus, quidni & ab Apolline, qui λυκωρεὺς vocatur, vt apud Callimachum in eius hymno λυκωρεὺς ἔντεα φοῖβε. & Orph. in hymno φοῖβε λυκωρεῦ Lycorides dicatur? Fortasse etiam à Lycoreo, qui Delphis vicum condidit, gentis ducebat; quod & verius puto. Vide Pauſ. in Phoc. siue lib. 10. De Lycorea in monte Parnasso extructa à seruatis ex diluuio Deucalionis luporum vlulatibus, id est, λύκων ὠρυγαῖς. Lycos certè Apollo dictus, de quo Macrob. lib. 1. Saturn. c. 17. & Cœlius lib. 21. antiq. lect. c. 24. nā λύκη lux est, & l. 16. c. 19.

X Narrat tamen lib. 2. c. 29. Auson. Lect. scriptor se reperisse in quibusdam schedis, stella Leoporidæ, & ipse pro eo legit Leoprepidæ, hoc est, Leoprepis filij: nam & ipse se Simonides παῖδα λεωπρέπεω nominat, de quo oos alio libro fusius. Stella verò est Castor, & Pollux, in quos hymnum scripserat Simonides, sicut apud Hor. lib. 1. Od. 12. Carm.

Alba Nautis stella refulsit. 2. Aen. Virg.

L *— Obsessumq; acta testudine limen.*

De machina bellica intelligit Seruius: fauet eius explicationi vox acta, & pbat Iacob. Mazzonius, quem diu post legi c. 12. lib. 1. defensionis suæ pro Dante, quæ tamen hic pro facta melius accipitur, vt 2. belli Gallici lib. C. Cæsar: testudine facta portis succedunt. vbi testudo, non pro machina sumitur, sed pro clypeorū testudine, quem exercitus faciebat, scutorum tegumentis vndiq; se operiens, vt testudo sua obducta est testa, quæ speciē referebat ædificiorum tectum.

Itaq; quoddam vetus lexicon, testudo, inquit, coniunctio scutorum: se operiebant crate perpetua clypeorum, aduersus sagittas, lapides, saxa, & omnia missilia è superiore loco demissa, eùm vrbem oppugnabant. De hac testudine sic Plut. in Antonio, in genu flexos obiecisse capiti, totiq; corpori contegendo scuta docet, ad ictus iaculorum declinandos. A ipsi verò se in genu submittentes opponebant sua scuta qui à tergo stabant, arma super ipsos tenebant, & super hos pari modo alij: Ea forma tecto assimilis speciē præbet theatri & munimētum est ad arcenda iacula quo delabuntur densissimum: quare testudinē repetitè coniunctis scutis suis effecerunt, & sinistro genu in terram procubuerunt.

Testudines verò quæ machinæ erant, vocauit Apollod. in Poliorceticis leues, miootesque vi- M
neas; Penè sunt Plutei Vegetij, qui è vimine contexuntur, cratibusq;, & ciliciis proteguntur, formamque apsidis habent. Dissimiles tamen sunt Pluteorū, qui & mobilis, atq; ambulatoria machina erant, ex tabulis, vimine, & corio cōstrata, ac trinis rotulis ad muros adigi solita, vt qui in iis consistebant, sagittis, & missilibus deturbari possent, vt constat ex Veget. c. 15. l. 4. & apparet ex operibus Cæsaris ad Massiliæ oppugnationē lib. 2. de bello ciuili, vt omittam quæ doctus vir in notis Com. Cæsar. obseruat.

De testudine Vegetius lib. 4. c. 14. vt monui, & lib. 10. c. 19. & 20. sæpè Liuius, & Cæsar ex quibus constat ex trabib. ac pluteis fieri solitā, coriisq;, ac ciliciis contegi, & sub ea latere, qui viam turribus, aut vineis muniebant, & saxa de via remouebant, & solum æquabant. Aliquando putaui N
nomen accepisse à forma testudinis, seu aquaticæ, seu terrestris, non animaduertens q Vegetius scripsisset, quià similitudine veræ testudinis vocabulū sumpsisse tradit: q sicut illa modo reducit, modo pfert caput, ita machinamentū interdū reducit trabē, interdū exerit, vt fortius cædat.

Ne autē fallare cum plerisq;, vt idem esse hanc testudinem, & quam Græci vocant συνασπισμὸν opineris, moneo te ex allatis, & paucis quæ de syoaspismo ootauit Suid. ex quo certum significauisse: cū quilibet in phalange cubitalē occupat locū, siue spatiū, hoc est, cū stantes milites. alter ita alterius hærebat lateri, vt singulorū scuta iungerentur, quod confertissimam aciem reddebat; Ea voce vtitur ad eam rem indicandam Siculus Diod. & longè ante Il. 5. Hom. eo versu:

ἀσπὶς ἄρ' ἀσπίδ' ἔρειδε, κόρυς κόρυν, ἀνέρα δ' ἀνήρ.

Ecce tibi quam spissa efficitur hoc modo acies: vetus illud lexicon erroris istius fortasse princeps, & auctor fuit. Et vineæ lignis è longioribus machinæ sunt, longè magis, quàm altæ,

quarum tectum munitione duplici tabulatis, C cratibusque contexebatur: Porrò musculus à testudine differt paruitate.

Sunt quibus placet similes fuisse Pluteos illis appendicibus, quæ ædificiis applicantur, & tectū in vnam partem habuisse deuexum, vt & Pluteos, super quibus scribimus, Vineas autem habuisse in vtramq; partem deuexitatem tecti. Inuentor Geras Carthaginensis fuit, vt est apud Athen. lib. de Machinis: nec valdè dissimilis est aries, quem Iosippus describit lib. 3. ἱστ. ἀλώσεως, relatus à Suida voce κριὸς. & Marcellinus lib. 23. Neque enim dissimilia de testudine scribit Vegetius lib. 4. c. 14. & Vitruuius lib. 10. cap. 19. cuius item arietis inuentum refert in Carthaginenses, cùm Gades oppugnarent. Hic vides aliam nominis istius rationem, hoc est, à tarditate motus assignari.

Hegetor quoque Byzantius præclarè testudinem descripsit apud Athen. quam Vitruuius exscripsit, & renarrat Turnebus cap. 33. lib. 23. aduers. quod verò Suid. notat famosam meretricē P Laidem Thessalicarum mulierum inuidia in Veneris templo occisam ligneis testudinibus, non ad testudines bellicas referendum, quæ machinæ sunt ingentes, sed ad formam testudinis animantis ex ligno factam.

In ædificiis autem testudines inuenit Artemo Clazomenius apud Plinium libro 7. cap. 56. vt quidam interpretantur: ego verò bellicam machinam intelligi contendo, nam de eo argumento in ea parte capitis loquitur Plinius. Nec tacebitur quod Hesychius tradidit Peloponnesi nummum quemdam argenteum ab insculpta testudine χελώνην appellatū, & Eupolis obolum nominauit ἀργυροχέλωνον: hinc ille versiculus Græcorum:

τὰν ἀρετὰν, καὶ τὰν σοφίαν νικῶντι χελῶναι.

Virtutem, & sapientiam vincunt testudines:

Quamquam Suidas non χελώνην vocat, sed χελιδόνα, id est, Hirundinem. Legendus Cælius lib. 10. antiq. lect. cap. 2. cuius legens caput tertium risi fictum à Politiano verbum testudinare.

Persimilis de fertilitate terræ, imbrium beneficio sententia Lucretij, & Æschyli: Locus Plauti emendatus: Aretalogus quid sit?

CAPVT XVI.

A FLORIFERIS vt apes in saltibus omnia libant, ita nos hinc inde ex doctorum libris, tanquam hortis argumenta delibamus horum librorum: sic ratio fert scriptionis. Auspicati sumus caput hoc à Lucretij versu 3. libri, cuius vltimum verbum mutat lib. aduers. 29. c. 34. Adr. Turneb. & iure postliminij restituit in limant, quod idem est, quod libare, vt Sat. 2. lib. 1. rem Patris oblimare pro deterere, siue consumere, dixit Hor. probat primum, quia translatio sumpta est ab iis, qui ferrum limāt, deinde accedit Lambini testimonium sic habere testantis manuscriptos libros, vt vt sit de libris manuscriptis: probo eum omnibus impressis libant, nam & translatio magis congruens, si ducatur ab gustantibus potius cibum, aut potum, & Muretus nihilo inferior vtroque probat, libant cap. 1. l. 8. var. lect. & Obertus Gifan. in notis suis in Lucr. quem diu post legi. Idem lib. 1. Lucretius describens, quare maximè terra fecundetur, ita cecinit:

Postremo pereunt imbres vbi eos Pater Æther
In gremium matris terrai præcipitauit: B
At nitidæ surgunt fruges, ramiq́ virescunt
Arboribus, crescunt ipsa, fœtuq́ grauantur:
Hinc alitur porrò nostrum genus, atq́ ferarum.

Persimiles Aeschyli citat ex Danaidibus pulcherrimus Athen. lib. 13. cap. 26. apud quem inducitur Venus, ita loquens. Amat quidem purum cœlum ferire terram: amor verò terram corripit nuptiarum potiri: Imber autem à sereno cœlo decidens grauidam efficit terram: Hæc verò parit mortalibus pecudumq́ue pascua, & fruges cereales: Arborumq́ue quædam pulchritudo ex humentibus nuptiis perfecta est: horum ego auctor sum, præter eos, quos ex Eurip. citat ante hos. A Sic & lepidissimus cecinit Anacreo quadam Oda:

Fecunda terra potat, Hanc arboresq́ potant,
Et potat æquor auras, Phœbusq́ potat æquor
Ipsumq́ Luna Phœbum. B

Quod ab imbribus cœli fecunditatem humus comparet, vnde arbores & fruges. Verba sunt Plauti in Milite, abducunt exta me, siue adducūt ad exta me, scen. 1. act. 3. legenda sic puto cum Turnebo, qui tamen sacrificiorum exta intelligit, quæ & lustralia vocat 8. Aen. Virg.

Perpetui tergo bouis, & lustralibus extis. C

quorum partem Diis reddebant, partem in epulatione comedebant: sacrificiis porrò adhibebantur carissimi quique: sed ego ea cum Lambino ad omnia sacrificia extendo, vt ex duobus locis cōstat eloquentissimi Philosophi Theophrasti lib. qui περὶ χαρακτήρων inscribitur: alter est cap. περὶ μικρολογίας, alter περὶ ἀκαιρίας. Aretalogus, non tam videtur ab ἀρετῇ, id est, virtute dici, quā ab ἀρεστὸς, id est, gratus, & placens, hoc est, qui narrationes, & fabellas, acroamataque auribus grata auditorum loquitur, proinde & nugatores eo nomine, & garruli censentur: cùm sæpè vsu veniat, vt quasi scurræ illi nugentur, & garriant.

Porphyrio in Hor. Ἀρετάλογος, loquax, inquit, ad ostentationem virtutis, vnde nomen deducitur, secutus primam deriuationem quam non D probo. Auson. ep. 19. apud Adr. lib. aduers. 10. ca. 12. ab Arete deducere videtur vxore Alcinoi, quę longissimam illam errorum Vlixis commemorationem audierat. quemquidem Vlixem Are-

talogum

talogum mendacem nominat Iuuenal. Satyr. 15.

Mouerat vt mendax Aretalogus---

Qui ſcilicet frigidis mendaciis, & inficetis facetiis, ſermonumque lepore auditores oblectat: igitur probabilius ab ἀρετῆς deduci, quod vidit magni theſ.ling.lat.compilator, tum Auſon.lect. 2.cap. 5.

Plocius Criſpinus, inquit, Porph. Philoſophiæ ſtudioſus fuit, qui & carmina ſcripſit, ſed tam garrula, vt Aretalogus diceretur: quod genus hominum frequentiſsimè auditum ab Octauio Aug. Suet. in eo ſcripſit cap. 74. & coniungit cum Ludiis ex Circo triuialib. cum hiſtrionib. & cum iis qui acroamata referebant. Eſt verò nomen & Latinum, & Græcum, & nec Latinum, nec Græcum: Græcum quidem compoſitione ab ἀρετῆς, & λόγο Latinum vſu, & origine, quia à Latinis confictum ex Græco, & ab ipſis vſurpatum: vt ridiculè Turnebus ab Arete deduxerit: Si enim id verum eſſet prima, ac ſecunda ſyllabæ producendæ eſſent, cum tamen corripiantur: nec primus hoc nomen Iuuen. inuenit, neque hoc epitheto
1 Vlixem afficit, ſed non aliter, quàm Aretalogum aliquem, ea quæ narrabat, mentitum fuiſſe reprehendit.

Hinc eſt in quendam iocus Auſonij dubitantis vtrum Poëtam, an Aretalogum eum vocet: nam cum Aretalogi ſint toto ſermone, ac oratione iactabundi homines, ſic Paulum nominat propter Rhetoricam quam profitebatur, quæ cum miram poſtulet rerum, ac verborum memoriam, propterea fit, vt qui eam promittunt, multum de ſuâ memoria, atque ingenio iactent: denique qui vt Agyrtæ, multa aut mentiuntur, aut vt declamatores prodigioſa argumenta tractant, qualis ille apud Iuuen. Sat. 10.

—Et madidis cantat quæ Soſtratus alis.

Omnes iſti à Romanis Aretalogi ſunt appellati. Salutat igitur Paulum Auſonius primù vt Rhetorem, deinde vt Poëtam illis duobus verſibus.

1 *Sic tibi ſint muſæ faciles, meditatio promta,*
Et memor, & liquidi mel fluat eloquij.

Per muſas poëtam, per meditationem memoriam, & eloquium, rhetorem intelligit: quin & verbo rhetoricę Schulæ vſus eſt, meditatio enim, quæ Græcis μελέτη. Rhetorica eſt exercitatio. Sic ergo, inquit. C lib. Gryphij anni 1548. habet ἀρεταλόγον δὲ ποιητῇ. alij ἀρεταλόγον δὲ ποιητὴν: habent enim ſic veteres editiones, ſic emendat Scalig. Sic ego probo, licet ita Turnebus accommodet, Ῥωμαίων ὑπατὸς τ' ἀρεταλόγος, ἠδὲ ποιητὴς, quod non eſt veriſimile, ſe enim Aretalogum appellaret, nō eum, ad quem ſcribit. Suſpicor Aretalogorum numero eſſe cenſendas, qui fabuloſa illa conſcripſerunt volumina, quæ nimium iam Chriſtianorum manibus teruntur, qui & libri di Caualleria nominantur, vt Amadis di Gaula, Palmerino d'Oliua, Fiorino, Primaleone, Morgante del Pulci, & eiuſdem farinæ alia, à quibus non eximo il Decamerone del Boccaccio, Gli ecatomiti del Giraldi, le nouelle del Cieco d'Adria, & aliorum, cum tamen proprie fortaſſe Circulatores illi, qui in triuiis, & foro, multa de ſuis pharmacis prædicant, hoc nomine ſint appellandi.

De Lixiuio obſeruata quadam: Ciceronis verba illuſtrata, & Horatij, de iucundo inſaniæ genere.

CAPVT XVII.



LIXIVIVM, ſeu Lixiuia liquor eſt, qui ex cinere, ſeu calce aqua perfuſis diſtillat. Pollux, ex cinere conflatus humor, Cinerem Lixiuium Cato, apud Plinium vocat lib. 14. cap. 20. & lib. 28. capite 18. & lib. 36. cap. poſtremo ex Varrone ſic loquitur. Lix cinis eſt foci, inde enim cinis lixiuius potus medetur, quanquam in multis codicibus luxatis legitur, quę probabilior eſt lectio, vt conſtat ex ſequentibus verbis, vt licet videre, gladiatores cum luſerint hac iuuari potione. Columella libro 12. cap. 22. Cinerem lixiuium ſelicius, quàm Græci, qui κονίαν appellarunt, voce, quæ ad plura alia ſignificanda traducitur κόνις. A

Itaque quod Dioſcor. de ligno ficulno loquens lib. & cap. mox citandis eius ex cinere lixiuium, efficax eſſe ad multa tradit, cinerem ficulneum appellans; Plutarchus nominauit κόνιν hac orat. Symp. lib. 6. Probl. poſtremo, quare lignum ficulnum crematum, fumo maxime mordet, & combuſti cinis lixiuium præbet ſumma B
vi detergendi præditum: eum 5. Symp. lib. Problem. 9. impoſitum igni acerbiſsimum reddit fumum, & ex eius cinere lixiuium factum, propterea eſſe abſtergendi vi maxima præditum. A Dioſcor. lib. 1. cap. 1. cap. 87. fit & lixiuium ex cinere combuſtorum ramorum fici ſilueſtris, & domeſticæ. B Et quod tribuit, τῇ κονίᾳ τῇ (συκῆς, lib. 6. cap. 25. Plinius dat cineri ficulno, intelligens lixiuium. Cinis non ex alia arbore aciem purgat, acrior conglutinat, replet, adſtringit: bibitur, & ad ſanguinem diſcutiendum concretū: Dioſcor. ſic: purgat agglutinat, carnem efficit, & conſerit, æquè atque ſanguine prædita, & bibitur ad ſanguinis concretionē. C Nam & Theoph. δριμείας τὴν τέφραν καὶ τὴν κονίαν ἀπ' αὐτῆς fieri tradit. Itaque meritò Pollux obſeruat à Plut. inter ῥυπτικοὺς recenſeri.

Eſt & lixiuium ex calce κονία ἄσβεστος, κονία σταλτὴ καὶ διυλισμένη, id eſt, lixiuium ſtillaticum & excolatum ex loto, & percolato cinere factum, cuiuſcunque ille ſit generis, vitis, fici, mali, tithymal- C

lorum, lapidum, partiumue animalium, qui & simpliciter κονία nominatur: Si verò cuicunque cineri calx addatur, id verò dicitur στρυβάκτον à Paulo Aeg. lib. 7.

Alia genera lixiniorum ab artificibus, quibus illa inseruiunt, sortiuntur nomen, vt κονία σαπωναρικὴ, quia in vsu est saponariis, nisi putes parari ex sapone lixiuium: Est & πιλοποιητικὴ, quæ in vsu est coactiliariis, apud Marcellum Empir. cap. 14. siue iis, qui pileos conficiunt, & galeros: nam Ruellius minus benè apud Diosc. lib. 6. cap. 26. videtur illud θερμόν τε σὺν ἰλύϊ, καὶ τὴν πιλοποιητικὴν
D κονίαν vertisse, lixiuium cum luto suo: huius & κονίας meminit lib. 6. Meth. Galenus, qui hunc vocat i. coactiliariorum ὕδωρ πιλοποιητικόν. lib. 10. κατὰ τόπους. & Aet. lib. 12. cap. 42. κονίαν τῶν πιλοποιῶν.

Geoponici scriptores lixiuium quoddam nominant balneatorum proprium lib. 10. c. 29. κονίαν βαλανευτικὴν: Olim autem lix aqua dicebatur, inde lixa aquator, qui ad aquæ ministerium exercitum sequebatur: de quo alias diximus. Præclarè Turneb. lib. 1. aduers. cap. 4. ea verba Cicer. initio eius libri, qui extat imperfectus de optimo genere orat. declarat. Oratorum genera esse dicuntur, tanquam Poëtarum: & eorum admirationem sapienter tollit qui putant significari à Cicerone Dithyrambicum poëma, à Latinis magis fuisse tractatum, cuius hodie in litteris Latinis nullum extet vestigium: Verba enim illa Cicer. quod magis est tractatum à Latinis, non ad Dithyrambicum refert poëma, vt isti, qui Ciceronem mirantur: sed vniuersè ad poëma, vt Cicero dicat multa poëmatis genera, & exempla adferri posse, præsertim cum à Latinis
E poëma magis fuerit tractatum, & verius esse putat, quod in scriptis libris reperitur, quo magis, & si, quod magis, eodem sensu legi potest: nec assentitur iis, qui hic legunt minus, contra omnium bibliothecarum auctoritatem.

Ego verò Turnebo fœnum libenter porrigerem si quam lectionem probat, ea verè locutum Ciceronem demonstraret: quomodo vero Cicero verè potest dixisse magis à Latinis poëma tractatum, si cum Græcis comparentur, aut omnino sine vlla comparatione Græcorum, cum multos ex ipsomet Cicerone de clar. orat. sciamus Romæ extitisse oratores clarissimos, Poëtas fuisse paucissimos, tota ex antiquitate constet? Adde quod cum eodem Cicerone pugnat in 1. Tuscul. quæst. principio, vbi sic scribit: Nam cum apud Græcos antiquissimum è doctis sit
F genus Poëtarum (siquidem fuit & Hesiodus ante Romam conditam, & Archilochus regnante Romulo) serius poëticam nos accepimus, &c.

Iam verò, si cum Græcis conferantur Latini; plures sunt Græci, siue Lyrici, siue Epici, siue cuiuscunque alterius ordinis, quàm omnis generis in tota latinitate Poëtæ. Patiatur itaque necesse est Turneb. corrigi textum, & cum Romulo Amasæo legi minus, siue de Dithyrambico poëmate intellexerint, siue de toto genere poëmatis: illud certè nemo vnquam Latinus attigit. Quam emendationem, & Lambinus probat in suis emendationum rationibus. Quod ridens Hor. epist. 2. lib. 2. scribit.

—Fuit haud ignobilis Argis,
Qui se credebat miros audire Tragœdos
In vacuo lætus sessor, plausorque theatro,
Cætera qui vitæ seruaret munia recto
More, & qui posset non insanire lagena
Qui postquam redijt ad se.
—Pol me occidistis amici
Non seruastis, ait, cui sic extorta voluptas
Et demtus per vim mentis gratissimus error.

Similem historiam Antiochus recitat, ni manis esse Aristotelem, de admir. auscult. num. 32. In Abydo fuisse quendam mente motum, qui se in theatro putaret actores spectare, & vero id sibi G
tempus omnium fuisse iucundissimum. D Scribit autem Gal. initio comment. in tertium Hippocrat. lib. τῶν ἐπιδημιῶν, Hippocratem verbo παρακόπτειν vti solere, cum indicare vult magnitudinem παραφρονήσεως, vt & verbis ἐκστῆναι, μανῆναι, & ἐκμανῆναι, & 30. de loc. aff. eos qui febribus delirant, ab omnibus non solum medicis sed etiam idiotis vocari παραφρονοῦντας, παρανοοῦντας, & παρακόπτοντας, non autem φρενιτικούς, quasi sit leuius, quod significatur nomine παρακοπῆς quàm φρενίτιδος, quanquam παρακοπὴν φρενῶν, φρενίτιδα, Suid. interpretatur. Plutarch. tamen de profectu, diuersa facit μελαγχολίαν, φρενῖτιν, & παρακοπήν, quibus laborant, qui cum ægrotant se ægrotare nesciunt.

Varius est certè & multiplex μαινομένων furor, sed est interdum eiusmodi furor, vt cum maxime furit, qui insania est correptus, nihil in se tamen præferat furiosi; & voluptatem; ac iu- H
cunditatem in aliis potius moueat, quàm commiserationem, aut horrorem. Eiusmodi erat is, de quo scripsit Hor. loco citato, & Critonis frater Thrasyllus Atheniensis siue Thrasylaus, quem indicari ab Horat. putat Alciat. de verb. sign. ad l. 38. de eo narrant Heraclides Ponticus lib. de volupt. apud Athenæum libro vndecimo, cap. postremo. Et Ael. lib. var. histor. 4. capite 25. ex quo libentius describo, quam ex Heraclide, quod ille sit noster, id est, Italus ex Præneste Latij oppido, & Græco magis Græcè scribat, id est Attice, μελίγλωττος vulgo, vt Suid. tradit, aut μελίφθογγος propterea nominatus.

Vt Horatianus stultus theatri somniosis delectabatur actoribus, ita hic nauibus saluis. Miro, ac nouo furore, vt pingui minerua Latina faciam elegantissima politissimi verba scriptoris, Correptus fuit Thrasyllus Aexoneus, Vicus hic erat, seu tribus Athenis. Is Vrbe relicta domici-

mici-

micilium in Piræo figens, naues quæ ad portum appellabant, ſuas eſſe putabat, & deſcribebat, rurſuſque è portu dimittebat, & quæ ſaluæ, atque incolumes portum intraſſent,
I quaſi ſuas, mirifica animi voluptate excipiebat: tamdiu verò eo morbo laborauit, donec reuerſus è Sicilia frater eius, Medico eum curandum commiſit, qui & curauit: curatus, cum inſaniæ recordaretur, dicebat, nullo ſe vnquam maiore gaudio fuiſſe perfuſum, quam cum naues in portum videret ingredi, quæ nihil ad ſe pertinerent. Hunc Threſylaum vocat Heraclides Cæl. libro 17. cap. 3. Thraſylaum Aexonenſem: vterque facit Pythodori filium, fratrem Critonis Heraclides, quod Ael. tacet: addit Heraclides, cum naues perirent, nihil eum commoueri ſolitum, aut amplius requirere.

Cælio verò interdum ſubiraſci ſoleo, viro alioqui eruditiſsimo, atque optimo, quod quæ ex veteribus vel colligit, vel narrat, ſic narrat & colligit, vt auctores non nominet, aut citatis auctoribus libros non citet.

K Hæc vero iucunda narratio confirmat Sophoclis in Aiace μαστιγοφόρῳ, ſententiam pronunciantis, nihil ſcire, vitam eſſe iucundiſsimam; & gratiſsimam, vt in Epiſt. libro ſecundo, epiſtul. 2. ad Florum Horat. inquit, mentis errorem. Sic Soph. In ſapiendo enim nihil, iucundiſsima vita. Non ſapere enim valdè carens dolore eſt malum: quanquam hoc φρονεῖν, non tam ſcire ſignificat, quàm ſapere, & ratione vti: adnotauit & hoc dicentem apud Soph. Tecmeſſam de ſuo Aiace Robert. in variorum locorum adnotationibus cap. 17. quem multis poſt annis legi.

Amabilem inſaniam genus hoc furoris Hor. nominat Od. 4. libro tertio, carm. ſi modo hæc, & non potius ἐνθουσιασμὸς poëticus. videtur hoc ex eo mali genere quod ἐμπουσαν Græci vocant, & Dæmonium meridianum fortaſſe Dauid appellat Pſal. 91. cum quis ſpectra videt, ſeu, cum non videat, videre ſe putat: vt apud Plutarch. in Bruto Caſsius ex Epicuri ſententia loquitur, quod vitium ex iis oritur imaginibus, quas falsò mens concipit. quæ eſt etiam Luciani ſententia Dial. qui ἀπιστῶν inſcribitur, ſiue φιλοψευδής: φαντασίας vocat 3. de loc. aff. Gal. hoc eſt intellectus, mentiſque deprauationem, de qua nos alio libro.



Cicer. locus ex Epiſt. ad Att. Plauti ex Caſina emendatus, & enucleatus, pueri quibus aſſuefaciendi, ne vitioſi ſint.

CAPVT XVIII.



EPISTOLA 5. libro 14. ad Att. Ita Cicero: Vides eiuſdem exercitus, vides in latere Veteranos: quæ ſunt εὐρίπιστα, mobilia explicat Manutius, & alij, tanquam Euripus, qui ſæpius in die fluit, & refluit: certè εὐριπίζειν vſurpant Græci pro huc illuc reciprocari, agitarique Euripi more, vt litteratores exponunt, & ſunt, qui illud citant Ariſtot. q. 21. Sect. 15. probl. A

Verum vt εὐρίπιστον, exiſtimo non habere ſuam originem ab ea voce, Euripus, ſic neque Ariſtot. verbum ab eo duxit, ſed εὔριπος potius à verbo dicitur εὐριπίζειν, vt hoc eſt cõpoſitum à particula εὖ, & ῥιπίζειν; ῥιπίζειν verò non ab Euripo deducitur: eſtque propriè flabello ventilare, id eſt, ventum excitare: inde enim etiam ſignificat ignem accendere, cum ſcilicet flabello, & follibus excitatur, vt notat vetus lexicon: teſtimonia ſi voles, ex Græcis lexicis petas: licet hoc frequentius ſignificet compoſitum verbum ἀναῤῥιπίζειν: Et quia facillime illud mare, quod Euripus dicitur, mouetur, & huc illucque redit, nomen hoc accipit: ſic εὐρίπιστον mobile, quod velut flabello ventilatum facile mouetur, & huc illucque impellitur. Quod me in Turnebo reperiiſſe gauiſus ſum magnæ doctrinæ, atque iudicij viro, lib. aduerſ. 13. cap. 5. Itaque non inſtabile Euripi more, ſed quod facilè ῥιπίζεται, id eſt, ventilatur, & agitatur, eſt intelligendum. In Caſina Plautus Sc. 4. act. 3. ſic loquitur: B

—Timeo hoc negocium quidem
Niſi hæc ἡμέρας γλῶσσαν vſpiam percuſſit flore
Liberi.

Ex typis Sebaſt. Gryphij anni 1537. & Roberti Pariſiis 1530. quid ſibi vult hic dicendi modus? opinor ſenem Stalinum exanimatæ, & ſe perditam vociferanti Pardaliſcæ dicere, plenam eam mero, ebriamque ita loqui: aut mendum eſt, aut mendum agnouiſſe videtur Andr. Turn. & ante illum qui ab eo citatur homo Germanus doctiſsimus, vtinam Catholicus, ſic enim legerunt: Niſi hæc meraclo ſe vſpiam percuſsit flore Lybico: flos autem Libycus vinum eſt mareoticum, litterarum monimentis non incelebre, etiam verſu Maronis in 2. Georg. lib. mareotidibus vitibus in optimo genere numeratis: Mareotis autem Libyæ, AEgypto contermina à Plin. recenſetur libro 5. cap. 6. Meraclum autem eſt meraculum, id eſt, merum vinum. C

Ego verò, vt cætera fint rectè mutata censco retinendum flore Liberi, & vidi postea sic censuisse acerrimi iudicij, & multiplicis doctrinæ hominem Iustum Lipsium Sicula gerra esse florem Lybicum scribentem; quin & ipsemet Tur- D neb. posterius hoc vidit cap. 34. lib. 29. aduers. citans aliter locum, ex Cistell. quàm legitur in meo codice: Sic enim iste act. 1. Sc. 2. inloquente anu siue lena. adeo me compleui flore Liberi; pro egregiè bibi. & Curcul. act. 1. Sc. 2.

Salue, anime mi, Liberi Lepos.

Lucr. lib. 3.

Quod genus est Bacchi, cum flos euanuit—

1. Odor & fragantia vini, non id vinum, qui Græcis dicitur οἶνος ἀνθοσμίας. Est enim potius hoc facticium, quàm naturale. Omnino qualitas, siue pars vini optima, vt alia mox dicendi ratione expressit.

—Aut cum

Spiritus vnguenti suauis diffugit in auras.

Sic & de Nardi odore suauissimo libro 2. cecinit.

Sicut Amaracini blandum, stactaq; liquorem,
Et Nardi florem, nectar qui naribus halat,

Legunt alij florum. Festus lib. 1. florem andabant Liberi è Carcbesiis. Profectò vinum optimum. Hæc anus fauciauit se flore Liberi apud Fulg. Ita Plaut. Curc. Act. 1. Scen. 2. Flos veteris vini naribus meis obiectus est, metaphoricè dixit. Plin. tamen lib. 14. cap. 21. aliud vocat florem vini, quod & florere tradit, & spumam vini, quæ fuso in calices vino eminet, sumunt alij, vt Doctissimus Iacob. Mazzonius cap. 7. defens. pro Danre lib. 1. Verba sunt Plinij Flos vini candidus probatur: rubens, triste signum est, si non is vini colos sit, quod celeriter florere ceperit, odoremque trahere, non fore diutinum. E Ad quæ loca priore illo versu Lucretij animum non adiecit Dion. Lamb. Acer alioqui interpres.

Nec in vino solum flos dicitur, sed & in plerisque rebus aliis venusta planè translatione. Plin. florem olei vsurpauit lib. 15. cap. 6. Quod verò, inquit, post molam primum est, flos est: hoc est, pars purior & nitidior. Cato lib. de re rustica florem salis, id est, præcipuam, tenuissimam, candidissimam, sapidissimam partem salis. Vsque adeo in sole habeto, donec concreuerit, inde flos salis fiet: quomodo & Diosc. lib. 5. cap. 83. & Plin. lib. 31. cap. 7. ex Nilo, & paludibus deferri obseruaut ἄνθος ἁλὸς. Audacior Mart. Cap. lib. 2. Nupt. Phil. & Merc. qui florem ignis dixit, non sine auctore tamen, & quidem antiquissimo, & doctissimo Homero:

Αὐτὰρ ἐπεὶ πυρὸς ἄνθος ἀπέπτατο, παύσατο δὲ
φλόξ.

Vt iam non mirer quosdam Grammaticos, qui ab hac voce Græca φλὸξ, quæ flammam significat, vocem Latinam flos deducunt, quòd flos flammæ instar emicet, ac resplendeat in plantis. Sed in Homero floris nomine vim, & potestatem indicari volunt: quo sensu fortasse Apoll. Tyan. dixisse fortunā μανίαν, id est insaniam, & furorem florem esse ἄνθος iræ, siue excandescentiæ ὀξυθυμίας, quòd extrema, & acerbissima ira euadat in furorem. Nec vero Lucret. abhorruit ab eadem translatione, cum libro primo cecinerit.

Donec flammai fulserunt flore coorto,

Licet alij legant:

Donec fulserunt flammæ fulgore coorto.

Et lib. 4.

Bina lucernarum florentia lumina flammis.

Legimus & apud Metallicos, ac Medicos florem G æris, quæ portio est æris granorum instar minutissimorum, quæ in fundo vasorum subsidit, vt videre est lib. 9. De simpl. medic. fac. apud Gal. Et Agell. notat lib. 15. cap. 8. à Fauorino Philosopho vsurpatum florem cenæ, cum vellet indicare cenam lautissimsm, siue cenæ partem delicatissimam. Transfertur sanè elegantissimè ad alias plerasque res, non vsu modo Latinorum, sed etiam Græcorum, Italorum, Hebræorum, & omnium ferè gentium. in prologo Casinæ Plauti.

Ea tempestate flos Poëtarum fuit,

Pro Poëtarum præcipuo. Flos Italiæ in 3. Philip. Cicer. pro ornamento: Ita flos iuuentutis, flos H populi, de clar. orat. flos & robur ciuium in orat. flos hominum in Plin. libro 2. cap. 37. pro præstantissimis hominibus, flos dignitatis eodem lib. cap. 44. cum de Q. Metello Maced. loquitur, qui in suæ dignitatis flore, hoc est, cum maximis functus esset, & fungeretur muneribus homo consularis, & triumphalis à trib. pl. malè acceptus fuit. Flos fortunæ in Q. Curt. libro 10. hoc est, cum maximè felix & fortunatus esset. In ipso flore Græciæ Cicer. dixit 3. de Nat. Deor. libro pro Athenis præcipua vrbe Græciæ, siue cum res erant Græcorum florentissimæ. Quis bonus auctor non florem ætatis vsurpauit? Ter. Eun. act. 2. sc. 2.

Anni? anni sedecim. flos ipse.

Lucr. lib. 3.

Confirmata cupitum ætatis tangere florem.

Cicero quam sæpe? pro vigente, & confirmata ætate, siue pro adolescentia, & iuuentute. Quo I modo & florere quoque dicitur. Hinc illud Ouidij lib. 5. trist. El. 9.

Nos quoque floruimus, sed flos fuit ille caducus.

Eadem antiquissimæ Hebræorum gentis phrasis. In Psalmis sæpè Psal. 91. Iustus vt palma florebit, hoc est, iusti hominis vita instar floris est palmæ. Et ipse Messias sponsus Ecclesiæ apud Salom. Cant. 2. Ego flos campi. & Lilium conuallium, qui & Prou. 17. Animus gaudens, inquit, ætatem floridam facit; hoc est, recreat, & con-

firmat,& aptiſsime Eccl.39. de piis viris. & Deo caris dicitur, Florete flores quaſi Lilium, & date odorem. Nihil verò apud Italos tritius, apud quos vulgo dicitur, Flor di latte, fior di farina, fior dell' età, di giouentu', degl anni, fiorèr la Città . la Catata, d' ingegno, fiorita età eſſer in fiore, & pleraque ſimilia. Ita noſter Petrarca.

L' età ſua in ſul fiorie era ſornitat
Hebbe il nome in ſul fiorir degt' anni ſuſi.
L' aſpettata virtù che in voi fiorina.
Ita Io. Boc. *Fioriſce la gloria del nome noſtro.*

Magni refert hominis à pueris inſtitutio, atque educatio : huius quæ ſint ſumma capita didici à Clinia Philoſopho Pythagoreo, cuius hæc ſunt pauca, ſed vtilia verba, quibus docet, quam viam inſiſtere debeant Adoleſcentes: vt animum à voluptate auocent, ab auaritia, & ambitione. His, inquit, opponenda ſunt ea, quæ metum hominibus iniiciunt, quæ pudorem, quæ deſiderium : metum quidem legum : numinis pudorem : Sermonum, id eſt, orationis ſapientia vnius, vel plurium deſiderium, quaſi ſit hoc poſtremum via, & dux, ad reliqua duo.

Quod Nauigium Myoparo: Medea ab infamia liberata.

CAPVT XIX.

A DIVARAI generis Nauigiorum cum nomina libro 10. cap. 25. Agellius recenſear, Paronibus etiam, & Myoparonibus locum dedit. Ex tam vario genere vix potuit Gallus Baifius libro de re nautica declarare : Declarauit omnia Italus Giraldus eiuſdem inſcriptio. lib. Ego quid de Myoparone ſentiam, hic docebo. Et quidem nauiculam eſſe Piratarum tradit Nonius, quo nomine vtantur Cicero, Saluſtius, ac Siſenna. Feſtus ex duobus diſsimilibus nauigij genus formatum ; nam & Mydion, & Paron per ſe ſunt, quos Hiſter vocet Pirones, quibus vtantur Albani, Mæotæ, Mazetæ, Gangines, quæ & alio nomine Tulchiæ vocantur : & Piraticum eſſe nomen etiam Pirones indicat, à verbo πειρᾶν, quod & πειρᾷν, iure Baiſ. inter naues longas reponit, & maiores, minoreſque fuiſſe demonſtrat Ariſtoph. interpres ὀρῶν, à Paro inſula, dictos voluit Parones, vt & Suid. vt ait Giraldus, indicat, cum Suid. hoc non indicet; nam primum dicit πάρων εἶδος πλοίου, adiuncto neſcio cuius teſtimonio, quod correctionem firmat, quibus locis nullum indicium extat eius deductionis.

B Neque intelligo, quid ſibi vult vox illa in Feſto μύδιον, niſi nomen ſit nauigij nobis incogniti, vel niſi ſignificetur materia, ex qua eiuſmodi nauigium conſtrueretur, hoc eſt, ἐκ τοῦ Μυδίου, quæ quercus eſt glandes dulces producens, vt auctor eſt Theophr. libro tertio, capite nono, hiſtor. Plant. quod ego non credo; tunc enim non Myoparo ſed potius Mydioparo diceretur.

Nec video quid hic facere poſsit amplius verbum Μυδαίνειν, vel Μυδᾶν, quod ſignificat, præ nimio humore putreſcere, quam in cæteris nominibus nauigiorum : coniector mendum eſſe in Feſto, & pro Mydion, legendum μεῖον vel certe μῶον quia minus eſt nauigium Parone, nam à Paro inſula Paronem dici notat Schol. Ariſtoph. niſi μήλιον legendum à Melo Inſula Cycladum, & vrbe eiuſdem Inſulæ, ſic legendum eſſet Melioparo : hinc adagium μηλιακὸν πλοῖον, tametſi adagiorum collector à Melia Vrbe Cariæ nomen ducat : hinc eſt dicta fames Melia, & Melia terra coloris cinericij : quanquam Melia fames, vel Meliæa nominata potius ab Vrbe Theſſaliæ, quam obſeſſam fame expugnauit Nicias, vt eſt in Thucyd. libro quinto, ab autore, quæ Melia dicitur : repugnat primæ ſyllabæ natura, quoniam in prouerbio Meliacum Nauigium eſt η. vt in Inſula, & Vrbe Melos; In Melia verò Ciuitate Cariæ, & arbore eſt ε. C

Verum ſi à voce μεῖον pars originis eſt, non Myoparo eſt dicendum, ſed Meoparo, vel Mioparo : quæ ratio nominis probatur ab Iſidoro in Origin. Paro, inquit, nauigium Piratarum, addit Ciceronis teſtimonium, tum ſubdit, Myoparo, quaſi minimus Paro, idem & Carabus, vnde fortaſſe Caranella, & Caranana; eſt enim propriè Iſidoro libro Origin. 19. capite 1. parua Scapha, ex crudo corio confecta, qualibus vtuntur Germanorum Piratæ in Oceani litoribus vel paludibus ob agilitatem. Vnde & mihi videtur Carabus nomen inueniſſe.

Poteſt etiam deduci à verbo μειοῦν, quod eſt, imminuere. Ergo ſi paruus eſt Paro, ſic enim & Nonius ait, nauiculæ ſpecies, dicendum D Mioparo, vel Myoparo à Myunte, & Paro, locis, vbi frequens erat eorum vſus, aut ferè conſtruebantur; quæ eſt Baifij coniectura à Giraldo, etiam tacito eius nomine, commemorata, quam & amplexus eſt primo capite libro tertio aduerſ. Turneb. & ſanè mihi placet. at locum producit Arnobij Scaliger. lect. Sic dicitur Myoparo nauigij genus propter longitudinem.

Quod verò Schol. Ariſtoph. idem quod cercurum facit, puto falſum : nam diſtinguit Agellius, & Nonius, qui nauem eſſe tradit Aſianam, & prægrandem alij dicunt, cuius Plaut. in Sticho meminit, ſcilicet quæ incipit, cum bene re geſta. & Mercat. in prolog. & Tit. Liuius,

& Lucilius apud Nonium, vox ipsa longum esse nauigium, & breuius, hoc est angustius, quasi caudatum, id est, instar caudæ, ostendit; confirmat etymologus longam habuisse πρύμναν dicens. κέρκος enim, & οὐρὰ caudam significant. Suid. cum Lembis, & Myoparonibus, coniungit, & scribit vt ait magni Lexici Græci concinnator, sine diphthongo κέρκουρον, vt & Aristoph. Schol. sed meus Suid. vetustissimæ impressionis, cum diphthongo habet κέρκουρον nec ἀπὸ τῆς κερκίδος denominatum tradit.

Inuentum Cypriorum Plin. appellat libro septimo, cap. 56. prouerbium ab eo ductum E Suid. recordatur καὶ κέρκουροι ἐν λαχάνοις, id est, & Cercurus in oleribus, quam vereor vt errarit: quid enim nauigio cum oleribus? κέρχορος legendum fuerat, quæ vilissima est berba, cuius meminit libro de histor. Plant. septimo, capite septimo, Theophr. cum prouerbio, cui amaritudo herbæ occasionem dedit. Meminit & Plinius libro 21. cap. 15. & libri eiusdem capite 32. & Scalig. lect. Auson. libro 2. capite 27. propter longitudinem putat dictum, esseque genus piratici nauigij: omninò vere. Defensio autem Cerceri lectionis, à me & ab aliis repudiatæ breuis est, vtinam solida, apud Giraldum.

Notandum autem Myoparonem etiam feminini generis esse apud Græcos, cum apud Latinos sit masculini. & Brigantinum, siue Galeonem fuisse, putat Budæus in Pandect. ad L. in Nauc. tit. locati; à quo dissentio: comparauerim potius cum fusta, siue fregeta, quæ naues sunt Piraticæ, & fugæ aptissimæ, vt ex Isidorus originibus constat, hæc verba ex hi-F storia proponentis. De quibus historia. Geus, inquit. Saxonum Myoparonibus non viribus vtuntur, fugæ potius, quam bello parati: Poterat ex tertio histor. Sallustij etiam testimonium proferre, & fortè in nauigando cohors vna grandi faselo vecta à cæteris deerrauit, marique placido à duobus Prædonum Myoparonibus circumuenta. Non. libro tertio, voce Faselus: & libro quarto, voce Myoparo. hic tamen obserua, quam phaselum Appianus nominat, cum ab Octauia decem his donatum fratrem notat, Plutarchum de eadem re scribentem Myoparonem nominare.

Sed cum Myoparonem ago, ecce tibi Myobarbi vox se obtrudit ex epigrammate 30. Ausonij, quam nequeo tacitam relinquere. Lemma est Epigrammatis Myobarbum Liberi Patris signo marmoreo in villa nostra omnium Deorum argumenta habenti.

In Ausonij libro antiquæ impressionis Venetæ ante hoc seculum, qui erat Antonij Possceuini hominis societatis nostræ in primis grauis, & eruditi, legitur Mihobarbum, in aliis Myohobarbam. Priorem lectionem Adr. probat lib. 3. aduers. cap. 19. putans à mure & barbo Compositum: barbus, inquit, significat μύρον, id est, mensuram liquidorum, sescunci-G am pendentem, vt sit tanquam muris cyathus: in mure autem latet mysterij significatio, & Barbo, quo in mysteriis Cereris legiferæ vtebantur: quamobrem hoc lemma, significat mystica Liberi Patris nomina, & mysticam potestatem: quod etiam aliquando putauit Iosippus Scalig. qui lib. 2. Auson. lect. cap. 27. recantauit: quoniam si à barbo, qui generis est masculini, diceretur, non neutro genere Myobarbum, sed masculino, Myobarbus, protulisset.

Deinde si Barbus est mysterium Cereris, quid Baccho cum Cereris mysteriis? Adde quòd hic mysteriis nihil opus: vnum tantum nomen est hic mysticum, Phanaces; cætera pro diuersis populorum appellationibus. Ego, si quid diuinandum, suspicor significari iuuenem Bacchum, & imberbem, siue cui pauci essent iongiusculi in barba pili, barbæ murium instar, H quod nos Itali dicimus, barba di gatto. Lilio Giraldo Mixobarbarum legi placet, quod Latinis, & Græcis misceantur Barbara Bacchi nomina: non placet Vineto.

Verum esse quod de Medea dicere erat solitus Diogenes, mulierem fuisse non veneficam, sed sapientem: illud ostendit quod Ael. narrat extremo 5. var. histor. libro, impulsum à Corinthiis Euripidem, de ea finxisse, quæ postea in suas fabulas Poëtæ cæteri transtulerunt.

Primum ita Stob. refert Serm. 29. seu 27. Diogenes Medeam dicebat sapientem non veneficam fuisse: cum enim acciperet molles homines, & corporibus effeminatis ob delicias, exercitationibus, ac probationibus variis efficere solitam robustos, & vegetos: ex eo finxisse rumorem quòd coqueret eorum carnes, & iuuenes redderet.

Alterum sic Ael. Fertur inter quosdam falsam esse de Medea famam: neque enim ipsam filios interfecisse, sed Corinthios: at fabulamentum hoc de Colchide aiunt in scenam deductum ab Euripide in gratiam Corinthiorum, & à mendacio veritatem superatam, propter auctoritatem I Poëtæ. Pro scelere autem in pueros patrato, etiam nunc, vt fertur, Corinthios pro expiatione ipsis rem sacram facere, & quasi hac ratione tributum referre.

En tibi liberos non à Medea trucidatos, sed à Corinthiis: sed infamiam sceleris in Medeam Euripidis versibus translatam in Corinthiorum gratiam: id etiam confirmat quod Carcinus in sua Medea finxit, quem citat lib. 2. Rhet. Aristot. Medeam filios suos naui impositos procul amandantem, vt salui, & incolumes essent, & Iasona maritum perimere cupientem, à quo videlicet repudiata fuerat, & derelicta.

Locus

K Locus alius ex iis, in quibus, quia peccauit, accusare, vel defendere vt in Carcini Medea: bi quidem accusant quod filios necarit: argumentum esse eos nullibi apparere: errauit enim Medea in amandandia à se liberis suis: Hæc verò se purgat, quia non occiderit liberos, sed ipsum Iasonem: Nam in hoc maxime peccauisset, nisi fecisset, si alterum fecisset. Hinc fit vt Arist. in Poët. cum docet non licere fabulas receptas immutare, etiam si reuera res ipsa aliter euenerit, Euripidis Medeam citet, quod aliter narraret, quàm res ipsa fuerat. Aeliano consentit Paus. lib. 2. in Corinth. Medeæ filios (bi Mermerus, & Pheres appellati) narrans à Coriurhiis innocentes lapidibus obrutos, eiusq; iniustissimæ necis, eorum liberos graues pœnas dedisse, atque ipsis oraculi præcepro sacra fieri cœpta. auget numerum eius liberorum Parmeniscus vsque ad 14.

Ira Principum quæ: Mundus vnde dictus: Epibatæ qui: Cic. locus explicatus.

CAPVT XX.

A QVOD scimus Homerum dixisse 1. Il lib. de ira Principum iram eos reseruare: memorem iram Virgil. 1. Aen. Ouidius iram veterem; Tacitus iras condere dixerunt, quæ scilicet manet alta mente repusta, ea propriè κότος est. Hom. quæ & μῆνις, quanquam μῆνιν supergreditur κότος: diuturna quidem μῆνις, quia μένει & ἐμμένει, id est, manet, & immanet: nam inde dicta; sed μῆνις, vt ait Eust. insidens in animo diutius, resoluitur in κότον, vt & χόλος, eodem auctore. Iliad. 1. Apparet itaq; κότον iram esse, quæ concoqui citò non potest, sed diu animo condita vindictæ expectat oportunitatem. Sic Hom. Latine, quod Græce iam citaui.

Semper enim Regis metuenda est ira minori
Qui quanquam male dissimulet, bilemq; molestam
Concoquat, & pœnam præsens in tempus omittat.
Non tamen imbibitæ semel obliuiscitur iræ
Supplicium dum facta graui commissa rependat.

B Et epitheton solet adiungere Iliad. 5. idipsum Vlix. 11. C. Item Iliad 8. D & demonstrat etymon, dicitur ἀπὸ τοῦ κεῖσθαι, quia χόλος est ἀποκείμενος ἐν τῷ στήθει: hinc ἐπίκοτος, adiectiuè sumpta vox, aut substantiuè, & alia numina, quin & verbum κοτεῖν est iras animo diutius premere Iliad. 1. Tametsi aliquando pro simpliciter irasci vsurpatur: vt & hic obseruat Eust. Rei vero huius exempla permulta suppeditabunt historiæ.

Verè lib. de mundo Arist. mundum definiit, constatum quid ex cœlo, ac terra, & iis quæ inter hæc naturam habent, E siue vniuersorum ordinem, & ornatum siue dispositionem quæ à Deo, & per Deum conseruatur. subiecit non omnino verè. Quæ enim esse possit hoc natura præstantior? quamcunque porrò dixeris, eiua vtique ipsius mundi erit pars, & pulchrum omne cum eo nomē habebit, & ordine constitutum à mundo, ita concinnè digestum dicetur. F Significat enim hæc omnia, quę mundus continet, & mundum conficiunt, à mundo siue κόσμῳ. vt accipitur pro ordine, & ornatu, dicta esse, cum certè mundus siue κόσμος potius dict° videatur ab hac voce quatenus hæc significat. cū enim mortales viderent omnia, quæ mundi com plexu coërceuntur, & ornatu pulcberrimo esse, & ordine optimo constituta, inde κόσμον, nomen dederunt mundo, in quo ipso mirifica Dei prouidentia cognoscitur: quare dictum volunt κοσμεῖν Grammatici nō Philosophice modo, sed etiam Theologicè ἀπὸ τοῦ κομεῖν, id est, à curando: in eo singularis item, & admirabilis ornatus; inde nonnulli à κόμη deducunt, quòd ea fit ornamento: tametsi fortasse verius fuerit κόμην dici quasi κόσμην.

C

D

Iam verò præter ornatum, etiam ordo est in mundo: immo verò ex ordine, m[illegible] quidem iudicio, nascitur ornatus, quod ij videntur opinati, qui ante κόσμον, eoq; loco, vbi κόσμος est, ἀκοσμίαν fuisse dixerunt, sic vocantes chaos rudem, indigestam, confusam, inconditamque rerum congeriem: ita locutus est Gregorius Theologus ἐν τούτῳ κόσμον, ὃ πρὶν ἀκοσμία λαμβάνει. Et rursus ἀκοσμίαν, & ἀταξίαν de chao dixit: ac Theod. Cyr. oratione de prouidentia, prima quid eorum, quæ videmus, nobis ornatu carens apparet? quid eorum, quæ facta sunt, sine ordine conspicitur? Et Plut. de animi procreatione, inordinatio enim E erat ante mundi generationem: sic Aristot. de mundo, ab origine vocabuli vniuersum iure voces ornatum, non acosmiam.

Itaque Thucyd. in exercitu κόσμον nomine potius ordinem significat, quàm ornatum, vt in Repub. Arist. & Plut. ἀκοσμίαν, confusionem: nam bic opponit ἀκοσμίαν, id est, statum Reipub. bellorum ciuilium tempore, εὐκοσμίᾳ, id est, statui eiusdem pacato, & tranquillo: ille vero 2. Polit. cap. 8. ἀκοσμίαν, perturbationem Reip. vocat, eum Cretenses sententiam ferre nollent, de ipsis enim loquitur: licet Aretinus connertat potentum depositionem, id est, κόσμον, qui erat Cretensium magistratus, & Herod. lib. 1. Persæ verò victi fugiebant nullo ordine. Suidas expouit ἀτάκτως vt Eust. & vtrumque à Thucyd. lib. 3. copulatur, & multi ipsorum mortui sunt, inordinate, & nullo ornatu, id est, confusè cadētes. Sic Luc. in Xeux. vt Herodot. sine vllo ordine fugiebant. Schol. Thucyd. non τάξιν, sed εὐταξίαν, exponit κόσμον. Plut. etiam copulat, nondum ornatum habet, nec verò ordinem multitudo.

Sic Arist. de mundo, tantus erat ornatus, siue ordo, maximè specularum sibi per vices ignem ostentantium, G vbi sane ordinem, & aptam collocationem significat, vnde ornatus existit, F

est vero sermo de maiestate regni Persarum: hinc & κοσμεῖν est distribuere, & suo quidem ordine componere: ex quo ornatus nascitur. Homerus Iliad. 12. H Et Vlix. 7. interpretatur Eust. καὶ εὖ διέθετο ἐκόσμησεν, εὐπρεπῶς ἔταξεν. decenter disposuit, quomodo & Xenophon, instruere mensam dixit κοσμεῖν τράπεζαν, nam & κοσμήτορες λαῶν ab Homero Principes, ac Duces vocantur, quorum est res componere, & rite singula ordinare.

Duo Philosophi Pythagoreus alter, alter Platonicus nostræ huic obseruationi lucem dant; ille est Ecphantus lib. de regno apud Stobæum serm. 46. Sic enim consentiens, & colligata rerum omnium natura, optimam sequitur, ac necessariam seriem, quæ ex vniuersi motu constituta, quemadmodum communem rerum omnium ornatum seruat; sic & singula rum durationem: ex quo fit vt & mundus & appelletur, & perfectissimum sit animalium: I Hic est Iam-
G blichus epistola de temperantia: Et hoc totum propter ornatum pulcherrimarum mensurarum mundus vocatur.

Epibatæ nauis dicuntur ascensores propriè, quin & milites, qui in naui pugnant, ac de naui Porphyrio in quæst. Hom. quæst. 1. apud Atticos, qui in triremibus pugnant, Epibatæ, nominantur: qui vero & remos, & gubernaculum tenent Epicopi, vt apud Poëtam, qui de curru præliantur parecbatæ dicuntur qui loca siue habenas tenent, Heniochi. id. aurigæ quomodo Vlpianus l. 1 § igitur, de exercit. Ἐπιβάτιδες naues conscensoriæ transportandorum hominum caussa factæ ἀπὸ τοῦ ἐμβαίνειν aut ἀναβάτης ascensor Iulio Polluci.

Tauri vero Anabatæ admissarij sunt Platoni; iidem qui Parabatæ; qui & milites ex curru pugnantes, qui mos veterum fuit, vt constat ex Homero. inde prouerbium, more Anabatarum de quo Cælium consule lib. antiq. lect. 21. cap. 31. cum enim currerent ad metam omnis inspiciendi vsus ad aurigam pertinebat: hinc Nestor, Iliade penultima filium monet, vt metam maxime obseruet, sic enim aurigam aurigæ maxime præstare.

Quare apud Ciceronem lib. epistol. 7. ad Trebat. sic lego cum Alciat. 1. Parerg. cap. 43. sed tu in re militari multò es cautior, quam in aduoca-
H tionibus: qui neque in Oceano natare volueris studiosissimus homo natandi, neque spectare essedarios, quem antea ne Anabatam quidem defraudare poteram: sunt tamen qui Andabatæ legunt: sic enim in multis vulgò libris diuersorum auctorum legimus, vt est apud collectorem adagiorum Chil. 1. cent. 4. prouerb. 33. & explicant populos fuisse, qui clausis oculis pugnarent, aut certè gladiatorum genus clausis oculis in aduersarium tendentium. Antabatæ est qui legit; & explicat, qui hostem aduersum inuadit, vt Græci thesauri magni concinnator.

Non repudianda Lambini correctio, qui hoc Ciceronis loco Antabatam reponit voce deducta à præp. ἀνὰ & ἀναβάτης, quæ significat eum, qui equum conscendit, quiue in equo sedet, & aduersus alterum equo sedentem pugnat, sed vt ita oculis sit clausis, aut capite operto, vt cernere alter alterum non possit.

Sallustij locus, & Marcellini examinatus: In legibus quid æquum, & bonum.

CAPVT XXI.

SALLVSTIVS lib. 1. histor. ita loquitur: Res Romana plurimum Imperio valuit Ser. Sulpicio, & Marcello Coss. omni Gallia cis Rhenum, atque inter mare nostrum, atque Oceanum, nisi A quæ à paludibus inuia fuit perdomita; optumis autem moribus, & maxima concordia egit populus Romanus inter secundum, atque postremum bellum Carthaginense. M. Fabius Victor. comment. ad Cic. de inuent. lib. Sallustius cum de rebus Romanis loqueretur, dixit prius bella gesta, post pacem esse fundatam, citans verba à nobis allata, res, inquit, Romana, &c. Deinde pacem memorat consecutam, &c. optimis autem moribus, &c.

Quin & S. Augustinus lib. 2. de ciuitate Dei, cap. 18. Sallustius 1. histor. suæ lib. atque ipso eius exordio fatetur etiam hoc, cum ad Consules à Regibus esset translata Respub. post paruum interuallum iniuriis validiorum, & ob eas discessiones à patribus, aliasque in vrbe dissensiones fuisse: nam cum optimis moribus, & maxima concordia, &c. caussamque huius boni, non amorem iustitiæ, sed stante Carthagine metum pacis in fine fuisse dixisset: vnde & Nasica ille reprimendam nequitiam, seruandasque istos optimos mores, vt metu vitia cohiberentur, Carthaginem nolebat euerti, continuo subiecit idem B Sallustius, & ait, at discordia, & auaritia, atque ambitio, & cætera secundis rebus oriri sueta, mala, post Carthaginis excidium maxime aucta sunt, &c. Eadem idem in Iugurt.

Eadem lib. 15. Amm. Marc. tradidit, sed verbis ita corruptis, vt qui ea ex ingenio emendare sunt conati, magis etiam corrupisse videantur; Galliæ regiones, inquit, præcipuè, qua cōfines Italicis paulatim leuius odere, sub Imperium venire Romanum, primo tentatæ per Fuluium præliis paruis, quassatæ per Sextium, ad vltimum per Fabium Maximum domitæ, cui negocij plenus effectus asperiore Allobrogum gente deuicta, hoc indidit cognomentum: nam omnes Galliæ nisi quæ paludibus inuiæ fuere, vt Sallustio doctore auctore, post decennales belli mutuas cla-

des, ſocietatique noſtræ fœderibus innxit æternis.

C Hæc Ammiani verba eo conſilio produxi, vt ad hiſtoriæ fidem examinarem: Deinde, vt quid alij dum emendare conantur, promouerint, oſtenderem: poſtremò, vt cum bocioco Salluſtij componerem. Igitur, vt, ne vlteriora attingamus, quæ ab ipſo pene vrbis Romæ natali, repetenda erant, vtque bella Gallica Ciſalpina prætereamus, Anno ab vrbe condita 427. ſiue 8. M. Plautio Hypſæo, M. Fulnio Flacco Coſſ. bellum Allobrogicum exarſit, ac tunc primum cum Gallis trans alpes dimicatum eſt. M. Fulnius biennio poſt de Liguribus, Vocontiis, & Salyb. ſiue Saluiis triumphauit, de iiſdem anno ſequenti alter triumphus à C. Sextio Calnino Procoſ. & ruſus alter de Allobrogibus, Arueruis, & Ruthenis, à C. Caſsio Longino initus. Poſt Allobroges, cum rurſus viribus refectis, Romanis ſeſe D opponerent, in eoſque pro Gentis ſuæ conſuetudine continuum bellum gererent, tandem à C. Fabio Maximo Procoſ. vnà eum Rege Aruernorum Betulto, ſiue Bitnito ſuperati, anno 434. vel 3. vt alij dicunt in triumphum ducti ſunt: atque hoc eſt quod ait Marcellinus, Gallias à Fulnio tentatas, &c.

Hic verò Fabius Maximus, non Aemilianus fuit, vt male Strabo & Appianus appellarũt, neq; Africani frater, vt Plinius lib. 33. cap. 11. nominat, ſed Pauli nepos, Fabij Aemiliani filius, vt Pedianus in Verr. docet, & Velleius poſteriore volumine, & Cicero in Bruto, ac Tit. Linius epiſt. 61. Quod verò ait Marcel. ex Allobrogibus deuictis inditum illi cognomen, non videtur intellexiſſe vir doctus, & politus, Ludouicus Carrio, in Notis de fragm. Salluſtij, cum interpretatur de cognomento Maximi ex hac victoria Allobrogum ipſi Fabio impoſito, manifeſto ſane errore, & mentis incuria: nam Maximus cognomentum Fabiorum diu ante huius Fabij victoriam, ac triumphum de Allobrogibus fuit, vt ex Faſtis Capitolinis conſtat, & omnibus Hiſtoriarum ſcriptoribus. Itaq; Marcellinus ad aliud cognomentum reſpexit, hoc eſt, Allobrogis, ſiue Allobrogici, quod ex hac victotia eſt conſecutus, vt docent Velleius, Plinius, Pedianus, & Faſti Capitolini, atque alij, qui & cenſor factus legitur cum C. Licinio Geta, anno 445. vt eſt in Faſtis 40. vt eſt apud Onuphrium.

E Additur in Marcellino. Poſt decennalis belli mutuas clades, &c. quæ eius oratio apertis vitiis non caret, & eiuſmodi, vt à me ſine veteribus libris purgari nequeant; quidam ſuppoſuerunt; Cæſar Societati noſtrę fœderibus iunxit æternis. Hoc eũm & contra rei geſtę veritatẽ, & prę̨ter hiſtorię ſit fidẽ, coquere nullo modo poſſum, Cæſar id fecit? Qui poteſt? cũ Seruius Sulpicius Rufus, & M. Claudius Marcellus, ſub quibus omnem Galliam perdomitam fuiſſe ſcribit Salluſt. anno V. G. 702. hoc eſt biennio ante bellum ciuile Cæſaris, & Pompeij, fuerint Conſules.

Doctus vir Mariangelus Accurſius, ita edidit hæc verba. Omnes Gallię, niſi quę paludibus inuiæ fuere, Salluſtio docetur auctore, poſt decennalis belli mutuas clades perpeſſas, ſocietatique noſtræ fœderibus vinxit æternis. Corruptiſsime ſic vt dolendum nobis ſit non conſtare emendationis rationem: vel, quod Carrioni non probatur, intelligenda ſit vox illa Cæſar, modo ſatisfiat Carrioni aienti, & contra rei veritatem eſſe, & F contra hiſtorię fidem: nam hoc falſum eſſe verba illa, poſt decennalis belli mutuas clades, falſam Carrionis obiectionẽ demonſtrant: mutuę enim illæ clades, non de bello ciuili inter Pompeium & Cæſarem, ſed de bello Cæſaris in Gallia Tranſalpina totis decem, vel ſaltem nouem annis geſto, ſunt accipiendæ: Nam anno 695. in Galliam profectus eſt ad bellum, anno 707. reuerſus eſt Romam, quo item anno bellum ciuile inceptum.

In his etiam verbis Salluſtij obſeruat in libro Aen. 6. Seruius, Salluſtium maluiſſe dicere inter ſecundum, atq; vltimum bellum Carthag. quàm inter ſecundum, & tertium, ſed in Fab. Victor. & S. Auguſt. legitur, poſtremo, non vltimo; Vnde & fortaſſe emendandus eſt Seruius; Vltima autem verba, cis Rhenum, &c. Nonius habet in voce, cis nullo tamen Salluſtiani libri expreſſo numero, qui apud eum ex veteribus codicibus, reponendus eſt; Item illa, niſi quæ paludibus inuia fuit, non eodẽ apud omnes modo ſcribuntur, Amm. enim Marcell. numero plurali: Marius Victor. & G ſi quæ è paludib. inuia ſint. Nonius, niſi qua fuit paludibus inuia, vtraque ſcriptura legitima, ſed Victorini optima, certè mihi eſt valde Salluſtiana: Nam Nonij lectionem, niſi qua, è colliſione illa, niſi quæ à, natam ſuſpicor.

Bonum & æquum id in legibus intelligitur quod V. Mor. lib. ἐπιεικὲς vocat Ariſt. id eſt, non ſimplicem æquitatem, ſed id quod à legiſlatoribus fuit omiſſum, de quo tamen ſi interrogati fuiſſent, ſuadente eadem æquitate idem conſtituiſſent. Scribit Celſus neſcio quam quęſtionem eſſe de bono & æquo L. ſi ſeruam de verb. oblig. in quo genere, plerumque ſub auctoritate iuris pernitioſè erratur: vnde illud ortum, ſummum ius ſumma iniuria: ac ſanè quid aliud eſt ius, quàm hæc æquitas in artem redacta?

Quid eſſet æquum, & bonum in Catil. Salluſt. H expoſuit his verbis, Ius, bonumq; apud eos non legibus magis, quàm natura valebat. Ex hoc iure ac bono, credo, inquit S. Aug. per acerbam quãdam Ironiam raptas eſſe Sabinas, lib. 2. de ciuit. Dei, ca. 17. & 18. hunc Salluſtij locum citans. Itaq; ius eſt ciuilis ęquitas vel ſcriptis legibus contenta, vel inſtitutis, aut moribus recepta. Bonum eſt iuris ipſius origo, & temperatio, atq; emẽdatio, quæ fit prudentia Iudicis accommodantis ſe rationi cauſſæ, & flectentis legem ad cauſſam, non

caussam ad legem, vt de Lesbia norma 5. Eth. monet. Vide Lud. Viuem, eo loco S. August. multa præclarè aduotantem. Cunsulendi Doctores L. Insulam de verb. oblig.


Ius item à iustitia dictnm à Iurisconsultis putatur L. 1. de Iust. & iur. Isid. dixit in orig. lib. 5. Iustum inris esse statum, eum sequuntur Grammatici, quos refellit Alciat. lib. 1. Parerg. cap. 29. docens iustitiam dictam, quod vim sistat, fine qua, vt est in prouerbio, nullus est legis vigor. βίας παρούσης οὐδὲν ἰσχύει νόμος, quia scilicet vis per ἀντιστοιχίαν est in iustitiæ nomine positum pro ius.

Agell. lib. 20. cap. 1. in lege duodecim tabnlarum, iustos dies dictos tradit, qui iudicatis dantur, qui 30. erant, quibus erat quoddam quasi iustitium, nihilque cum ipsis agi iure poterat, quia cessatio erat iuris, &, vt dicitur, omnis suspendebatur executio: inde enim & institium dictum:
I Itaque sicut mœstus, lætus, stultus, deducitnr à mœstitia, stultitia, & lætitia, sic à iusto iustitia dicenda, instum enim, à quo vis omuis submota est: & quanquam Festo 30. isti dies iusti dicuntur, cum exercitus est imperatus, & vexillum in arce positum: melius tamen cum Alciato eodem loco ex Agellio, quod interim vis omnis sisteretur: Vnde consequens à iustitia ius dictum.

Adde iustitiam Deæ nomen esse, quam apud Agell. lib. 14. cap. 4. describit Chrysippus, quare ab illa potius orign ducenda, quàm vt illa accipiat ab alio: sic est ars boni, & æqui: æquum autem est naturalis quędam moderatio, quæ in pectoribus inest mortalium, nec satis lege potest præscribi: quare Sueton. in Calig. cap. 34. de iuris quoque cousultis, luquir, quasi scientiæ eorum omnē vsum aboliturus, sæpe iactauit se effecturum, ne quid respoudere possent præter ęqnnm,
K hoc videlicet significans iuris scripti libros se aboliturum.

Bonum verò Cic. accepit aliter 11. Philipp. ius, videlicet, quod Iupiter sanxit, vt omnia quę Reipub. salutaria essent legitima, & iusta haberentur, sic enim & dicitur cui bono, vt bonum etiam significet, id quod in quacunq; Ciuitate, & Concilio hominum vtile est, tametsi nō semper cum æqnitate conueniat: sed alibi aliter, vt 2. & 5. lib. de fin. & 1. parad. ius à iustitia dictum pro Vlp. defendit Anton. Contius lect. var. iur. lib. 2. cap. 6. & Ræuardus lib. 1. cap. 2. qui à iubendo dictum existimat cap. 1.

Accursius intellexir eam æquitatem, quæ ex ancipiti hinc atque hiuc inclinantis animi motu præualet, & scriptis mandari potest, cuiusmodi est vsucapionis materia, Græce dictum ius δίκαιον, quia δίχα, id est, ex duabus partibus secernit, quid præualere debeat: de quo tamen nomine nos aliâs plura: sic Ius ipsnm est ars, id est, omnium boni, & æqui præceptorum collectio.



Exilium quale, fortuiti peccati pœna: Roma communis patria.

CAPVT XXII.

EXILIO voluntario olim apud Gręcos fortuiti casus luebāt; cuius moris exemplum est. 2. Iliad. Homer. A
qui hoc tradit de Tlepolemi patre, cum Auunculum casu occidisset; quos versus ita conuertit Alciat. lib. 2. prætermiss.

Tlepolemus postquam bene structa peratria venit,
Illius cecidit q; Parentis auunculus armis.
Iam senior, Martiq; Licymnius inclitus hasta,
Composuit classem, populorum impleuit eunti
Per mare diffugiens exul. A

Et lib. Met. 7. Ouid. de Phoco, qui imprudens fratrem interfecerat; & Plut. in Parall. rursus lib. penult. Iliad. Hom. quem locum Claudius Saturninus vetus I. C. citat in D. titul. de pœnis, cum duo pueri alea luderent, iurgio orto, vnus collusorem percussit cultro, quem fortè de ludo litterario secum attulerat, suprà pubem, moxque mortuus est: Respondetur, exilio puniendum: Versus Homeri sunt

Cum puerum pater ex Opoente Menœtius olim
Me tulit ad vestros studio properante penates B
Tempore, quo infelix natum Amphidamanta peremi
Ludendo inuitus. B

At inuitum dices Homer. pronunciat. Hoc non obest: Quis enim est, qui ita percutiat, vt inuitus percutiat? sed οὐκ ἐθέλων, id est, non volens, siue quod post iracundiæ calorem pœnituerit, siue quòd non existimaret ex ea plaga interiturum, vt in facto, quod proposuit Saturninus: quare neque id cultri genus armorum nomine continetur. Si Franc. Aretino credendum 80. cons. siue tertiò, quia, quòd iræ furore committitur, propriè voluntate committi non putatur, & huiusmodi homicidia fato plerumq; assignantur. L. 1. C. de Sic. L. si quis, §. qui abortionis, D. de pœnis: nec ista lege Cornelia de Sic. puniuntur. Eiusdem consuetudinis meminit 1. Theb. Stat. de Tydeo qui fratrem casu peremerat.

——Fraterni sanguinis illum
Conscius horror agit——

Roma communis patria nostra est, inquit Modest. I. C. L. Roma D. ad Municipales, Cur? quia C
Romæ quilibet potest conueniri, vt ait Accursius ab omnibus, & Ciuilibus, & Canonicis I. C. approbatus; quod æquissimo iure lib. dispunct. 2. cap. 21. Alc. vt absurdum repudiat: ipse optimè declarans, petito altius principio, cui nos & adiumento erimus, & ornamento.

Cum populus Romanus finitimas Gentes, vt Latium, &c. subegisset, eas non pro subditis planè habuit, sed vt socias fouit, sic vt legione Romana ius haberent militandi, & magistratus gerendi, quod ius vocabatur Latij veteris: Deinde Latinis sociis ius etiam in vrbe cōcessum hono-

res adipiscendi, sic, vt eum Romanis ciuibus ferrent suffragia, & ius ciuitatis habere dicebantur.
D Cum verò cæteri Itali Id ius peterent, optimatûque factione, id ipsis negaretur, ortæ factiones inter ciues Romanos Fuluio Italis fauente, quem Appianus Consulem narrat, de admittendis ipsis in ciuitatem, & iure honorum eis concedendo retulisse: quod cum non impetrauissent, bellum cum sociis Etruscis, Duce T. Afranio Romanis intulerunt: res pacantur, ciuitate primum cum Etruscis, tum etiam cum reliquis Italis communicata, de quo Velleius Paterc. & ex aliis Sig. in comment. Fast. & Ennij versiculus.

Ciues Romani facti sunt tunc Campani.

Deinde Transpadanis etiam adnitente Cn. Pompeio Strab. Magni Patre quod tradit Ascon. Ped. non tamen omnibus. Nam Tranquillus est auctor, Lambri accolas L. Sylla. & P. Autronio Coss. de petenda ciuitate, agitasse consilia. Et Plutar. Nouocomenses Iulij Cæsaris rogatione scribit ciuitatem adeptos, sed vniuersis tandem Insubribus, id iuris indultum Cornelius Tacit. docet, & Cicero in epistolis ad Atticum queritur M. Antoninm iura hæc Siculis dedisse: Transiit etiam ius hoc in Narbon. Galliam, vt Tranquil. in Iulio notat cap. 76. & 80. in Gallos absque discrimine: licet aliquandiu detracto ipsis honorum petendorum iure, vsque ad A. Vitellium &
E L. Vipsanium Coss. cum Claudius Imperator vniuersæ Galliæ Comatę idem ius concessit, vt est apud Cornelium Tacitum lib. 11. Annal. Translatum item ad aliquot vrbes Hispaniæ, immo ad totam tandem Hispaniam vt Ael. Spart. in Senero ait. Idem refert de Syriæ, Phœniciæ, Macedoniæ, Epiri aliquot vrbibus. Paulus tit. de censib. L. Verum, & eod. tit. Vlp.

Tandem Antoninus sanxit, vt qui Imperio Romano subderentur, omnes essent ciues Romani: Sic Paulus tit. statu hom. quem locum vide vt emendat Alciat. Item omnes Romæ medicinam profitentes, liberalium artium doctores ciuitate donauit Cæsar Dict. sic in eo Suet. tit. 42. Multæ item ciuitates sua merita in Rempub. adducentes iure Latinitatis, id est, veteris, donatæ, vt Plin. tradit lib. 4. cum de Lusitania loquitur: vt & lib. 3. de citeriore Hispania, & Iosippus 2. aduersus Appionem libro. hine Numatianus Poë- F
ta vetus Christianorum hostis.

Dumq; offers victis proprij consortia iuris
Vrbem fecisti, quod prius orbis erat.

Argutè quoniam propter hoc ius cum omnibus pene Gentibus communicatum vna communis omnium Patria facta est Roma; Idcirco Gal. lib. 1. de articulis enarr. 24. cap. ex Polemone vocat Romam totius orbis compendium. Nec desunt sacri scriptores qui Babylonem à S. Petro capite vlt. suæ 1. epistol. Romam vocatam affirment, in qua omnium exterarum Gentium esset colluuies. Hoc item legi à Græco scriptore adnotatum, puto esse Athenæum & is est libro 1. cap. 15. eandem populum orbis terrarum, & Breuiarium nuncupatam, in qua scilicet fundamenta essent reliquarum omnium vrbium.

Nescio quam verum quod I.C. scripserunt, Cuicunque interdicta est propria patria diei & Romam interdictam. Albert. in Dict. iuris Bart. l. qui export. C. si seruus expor. ven. quam vt communem patriam etiam dictam exponunt Neap. G
l. sed & reprobari §. fin. D. de exec. tut. in lec. Bart. specul. tit. de leg. §. 4. Idem & cogitari potest, & dici de eadem hoc sæculo, quo est florentissima. Penè dixerim eandem appellationem posse Mediolano, ac Venetiis in Italia tribui: Lutetiæ in Gallia: Antuerpiæ in Belgio, Olisiponi in Hispania: Constantinopoli in Thracia. Pragæ in Bohemia. Nunc riui claudendi, vt è fonte libro sequenti largius bibatur in alios riuos deriuato.



HORA-



HORARVM SVBSECIVARVM LAELII BISCIOLAE MVTINENSIS SOCIETATIS IESV

LIBER VII.

A *Antiperistaseos Physica ratio examinata: qua item forma siccitatis explicatum.*

CAPVT I.



RITVM est in Philosophorum disputationibus, contrarium vnum alterius obiectu augeri, &, vt philosophicè loquar scholarum more, magis intendi, quam actionem Græco vocabulo nominãt ἀντιπερίστασιν. in duabus maximè quęstionibus huius vocis est vsus, in motu proiectorum, & in actione vehementiore à contrario: in prima, Hermolaus apud Themistium, reciprocationem vertit, obiectionem alij, & repercussionem contrariam; quæ non placet Scaligero exerc. 28. de subtil. ad Card. circumsistentiam ipse conuertit, cuiuspiam loco alterius: neque eius animum explet vox illa Græca, nec sanè meum.
B

Nam cum agitur de motu proiectorum, est aëris περίστασις, id est, concursus, & circumsistentia: ex qua fit, inquit Themistius, inceßsio, & propulsio, in qua re quid illa præpositio ἀντὶ facit? non enim occurrit aër proiecto, sed subit; non aduersatur moræ, sed iuuat potius velocitatem. nam subiens aër impellit. sumi tamen potest, vt vices, seu locum indicet, pro lapide, vbi erat lapis, ibi aër succedit, qui circumstat; in Meteoris, & Physica actione contrariæ qualitatis: significat contra, ex aduerso, ex opposito, vbi est qualitatis alicuius circũstantis, & obex propter contrarietatem, vt frigoris contra calorem, & est, ἀντίστασις, id est, obuiatio, siue occursus, cum è regione vnius qualitatis stat contraria.
C

D Sic Budæus in lib. Arist. de mundo ἀντιπερίστασις exponit obsistere ex aduerso: in eiusdem Probl. Theod. Gaza circum obsistere; aduersa vi obsidere Scaliger. Voce autem hac in Meteoris sæpè vtitur olympiodorus, in cuius verba interdum vox altera ἀντιπερίστασις nihil ad rem faciens, irrepsit; quæ tamen in Rhetoricis ornamentis habet locum: Gaza quæst. 16. 2. sect. Probl. Arist. ἀντιπερίστασιν circum obsistendi rationem transtulit. De nomine satis.

Ad rem venio. Fit vnum contrarium altero contrario obiecto validius, hoc est, ἀντιπερίστασις, vt vulgo docetur. exemplum sunt, Cometæ, quæ E ignitæ loco frigidißimo gignuntur, pluuiæ, niues, grandines, aquæ puteorum hieme calidæ, æstate frigidæ. Sic Ventres hieme, & vere non alia ratione calidißimi sunt ex sententia Hippocratis sect. 1. aph. 15. hoc item Sen. quęst. nat. lib. 6. cap. 13. cum de terræmotus differit caussis, attigit ita scribens de Stratonis sententia: frigidum, & calidum semper in contraria abeunt, & vna esse non possunt: eò frigidum confluit, vnde vis calida discessit; & inuicem ibi calidum est, vn de F frigus expulsum est.

Hoc, quod dico, verum est, sed vtrumque in contrarium agi, ex hoc tibi appareat. Hiberno tempore, cum supra terram frigus est, calent putei, nec minus specus, atque omnes sub terra recessus, quia eò se calor contulit, superiora possidenti frigori cedens; qui, cum in inferiora peruenit, & eò se quantum poterat, ingeßsit, quò densior, hoc validior est; huic aliud superuenit, & c. ita videtur actio fieri reflexa: quæ sanè ex obsessione oritur, & compreßsione, & quasi contrario obiectu aduersæ qualitatis, vel agentis aduersi, nec propriè tamen est reflexa.

Rationem intelligere difficillimum est, & conabor tamen perspicuè, ac dilucidè explicare. G Nam si quod contrario obsistit, intentius fit, id est, acutius, in illud sanè agit nihil interim patiens. Si enim non agit, quo modo resistit? quod si neutrum facit, perinde est, ac si nullum adesset contrarium; igitur neque intenderetur, neque remitteretur, hoc est, neque augeretur, neque imminueretur.

Deinde, quo modo calidum intensius fiet calidum à frigido, & contra frigidum quo modo H inten-

intensius frigidũ à calido fiet? Nam vel seipsum augeret calor, vel augeretur frigore: sic frigus augeret seipsum, vel augeretur calore: vtrumque vero est maximè absurdũ, vt vel mediocriter in Physicis disciplinis exercitato estcompertum.

Neque verò acuminibus terreot quorundam recentium philosophorum, nescio quas fingentium species, quæ prodeant ex qualitatibus actiuis, quibus vt instrumentis in agendo vtantur, quæ & rectà eant, cum in externam materiam tendunt, redeantque & reflectantur interdum
I in propriam: ita cum sibi hæ contrariæ qualitates occurrunt caloris E.G. & frigoris, à qua sunt productæ, augent, & intenduntatque vt acumini acumen adiungerent, commenti sunt, secundum quoddam genus specierum, quæ prioribus subseruiant, atq; earum sint administræ. Ad coruos hæc figmenta, quæ nec subsistunt, neque id vllo modo efficiunt, quod isti volunt.

Videtur hanc sententiam tueri Foroliuien. q
K 1. in Aphor. 15. sect. 1. & Marf. 18. in 1. lib. de gen. & corr. Arist. & Paulus Ven. in cap. 3. lib. 1. Meteor. Est nonus huius seculi Medicus doctus, & insignis Franciscus Valesius, qui nouo genere acuminis vtitur ad confirmandam, & explicandam Antiperistasin ex naturæ sensu, atque ingenio. Contraria, inquit, nulla qualitas per se augetur obiectu contrariæ, sed alicuius retentione substantiæ, quæ ἀντιπερίωσιν, id est, compressione, & quasi oppositione retinetur, alioqui effluxura.

Sic ventres hieme copioso sunt calore, quòd à frigore ambiente effluxus prohibetur calidorum vaporum, vt indicat locus Arist. 1. Meteor. de Borea, vbi verbo vtitur ἀθροίζειν cum contra
L æstate humores, ac spiritus à calore dissipentur ambiente; sic exhalatio ignea dissoluitur in ambiente calido facta rarior, quæ inclusa vndique in aquea nube densatione migrat in ignem, hinc fulmina, & huiusmodi Meteora.

Sic aquæ puteales, vt ait Galenus 3. de Simp. Medic. facult. cap. 7. videntur, & verò sunt, vt ego puto, frigidæ in æstate; quia manibus calidis, ore calido tractantur: calidæ hieme, quia frigidis: vt
M in balneo vrinam experimur frigidam, extra balneum calidam, eo quod nos in balneo sumus calidiores, frigidiores extra balneum: quãquam ego non ad tactum caussam refero.

Neque verò omnes aquæ calidæ hieme, æstate frigidæ videntur, cum scribat Hippocr. lib. de natura fœtus, calidiores esse fontes æstate, qui profundiores sunt: non igitur ad tactum referenda est caussa; quandoquidem eadem manu, eodemque tactu extimas aquas tangimus, atque intimas: caussam esse Valesius putat hanc suam
N commenticiam substantiam, quæ per hiemem calida inclusa est in profundioribus cauernis terræ; vere autem frigida, à qua profundæ aquæ sic afficiuntur.

Obiicies: aqua fluminis ab aëre hieme refrigeratur, putei verò, vt quæ profunda, non refrigetatur; Respondet, hoc nõ esse probabile, quantumuis enim frigescat aër, frigidior tamen sua pte natura est aqua, nisi ab aliquo ad calorem traducatur: igitur argumento est quidpiam in cauernis includi, à quo calefiat, id est, exhalatio non calida, quæ hieme ad interna refugit, æstate in aërem diffunditur. Contra æstate frigidus vapor ad ima recedit, hieme coit cum externo O frigore, planè vt ventribus accidit animalium.

Magni facit Valesius 1. libro Medic. & Philos. contron. hanc Antiperistaseos explicationem cap. 5. quam attingere non potuit ceteroqui acerrimi ingenij vir I. C. Scaliger contra Card. scribens 54. exerc. de subtil. n. 1. dicens, aëris comparatione aquas videri modo calidiores, modo frigidiores.

Vt ingenuè dicam, quod sentio, prior explicatio Antiperistaseos verissima est, repudiato P illarum specierum commento, & aliter explicata, quàm Valesius intellexit: non quòd videlicet obiectu contrarij alterum contrarium intendatur, atque augeatur E.G. frigus à calore, calor à frigore, sic vt nouos adquirat caloris, aut frigoris gradus, & plures, quãm antea habebent, quod probant aduersæ rationes Valesij, & verè probant, sed quod in se constipetur calor, & frigus, & robur adquirat quasi recedens à contrario, Q naturæ impetu ad sese conseruandum.

Exemplum esse potest in flamma, & ferro candente: hoc enim, quàm flamma, vrit magis, & ardentius sentitur, non quod calidius sit flamma, sed quia densius, ac spissius: hoc enim per Antiperistasin euenit in contrariis, quæ sibi mutuò resistunt: omninò fictitia illa substantia Valesij, aut relabitur ad primam Antiperistaseos rationem sic intellectam, vt nos explicanimus: quam mirificè iuuat, quod scribit lib. 1. de caus. plant. Theophr. radices hieme crescere, æstate ramos, quòd cohibitio, & compressio vndique circumfusa hoc faciat: vt intelligas non esse actionem qualitatis agentis, sed passionem refugientis R potius, ac recedentis, & corroborantis: quæ quidem etiam ἀντιπερίωσις dicitur à Plutar. in Platon. quæst. Dicitur etiam Antiperistasis, cum è loco superiore spiritus infrà coërcetur apud Aristotelem 33. sect. Probl.

Aliter T. Lucr. versu philosophatur libr. 6. de rerum natura. non pigebit eius versus aliquot hic adscribere, sicergo doctus, & elegans vetus Poëta cum de vaporibus egisset, qui è locis metallicis expirant, & sæpe necant fossores, & de his, qui Auerna dici solent, pergit quærere cur,

Frigidior porrò in puteis æstate fit humor?
Rarescit quia terra calore, & semina siqua
Forte vaporis habet, properè dimittit in auras.
Quo magis est igitur tellus affecta calore:
Hoc fit frigidior, qui in terra est abditus, humor.
Frigore cum premitur porrò omnis terra, coitq;,
Et quasi concrescit: fit scilicet, vt coëundo
Exprimat in puteos, si quem gerit ipsa calorem.

illuſtrat quæſtionem & confirmat exemplo naturæ in fonte qnodam Africæ ad Ammonis fanũ.

Eſſe apud Ammonis fanum fons luce diurna
Frigidus, at calidus nocturno tempore fertur.
Hunc homines fontem nimis admirantur, & acri
Sole putant ſubter terras feruiſcere raptim,
Nox vbi terribili terras caligine texit,
Quod nimis à vera eſt longè ratione remotum.
Quippe vbi ſol nudum contrectans corpus aquaï,
Non quierit calidum ſupera de reddere parte,
Cùm ſuperum lumen tanto feruore fruatur;
Quî queat hic ſubter tam craſſo corpore terram
Percoquere humorem & calido ſociare vapori?
Præſertim cùm vix poſsit per ſepta domorum
Inſinuare ſuum radiis ardentibus æſtum?
Quæ ratio eſt igitur? nimirum terra magis quòd
Rara tenet circum hunc fontem, quàm cetera tellus:
Multaq; ſunt ignis prope ſemina corpus aquaï.
Hinc vbi roriferis terram nox obruit vmbris,
Extemplo ſubtus frigeſcit terra, coitq;.
Hac ratione fit, vt tanquam compreſſa manu ſit,
Exprimat in fontem, quæ ſemina cumq; habet ignis,
Quæ calidum faciunt aquæ tactum, atq; ſaporem.
Inde vbi ſol radiis terram dimouit obortis,
Et rarefecit calido miſcente vapore:
Rurſus in antiquas redeunt primordia ſedes
Ignis, & in terram cedit calor omnis aquaï.
Frigidus hanc ob rem fit fons in luce diurna.
Præterea ſolis radiis iactatur aquaï.
Humor, & in luce tremulo rareſcit ab æſtu:
Propterea fit, vti quæ ſemina cumq; habet ignis,
Dimittat: quaſi ſæpè gelum, quod continet in ſe,
Mittit & exſoluit glaciem, nodosq; relaxat.
Frigidus eſt etiam fons, ſupra quam ſita ſæpe
Stuppa iacit flammas concepto protinus igni.

Similia exempla S. Auguſtinus lib. de ciuit. Dei 21. cap. 4. ſuppeditat, & S. Iſidorus lib. orig. 3. cap. 13. illud ad rem noſtram facit apud Garamantas fontis, interdiu ſic algentis & frigidi, vt bibi non poſsit: ſic ardentis noctu, vt tangi nequeat. reddit ſequentibus carminibus cauſſam.

Tædaq; conſimili ratione accenſa per vndas
Conlucet, quocumq; natans impellitur auris:
Nimirum quia ſunt in aqua permulta vaporis
Semina, de terraq; neceſſe eſt funditus ipſa
Ignis corpora per totum conſurgere fontem,
Et ſimul expirare foras, exireq; in auras;
Non tam viua tamen, calidus queat vt fieri fons.

Sed vt quiſq; puteus maximè eſt profundus, ita maximè frigidus, ratio putatur & hæc, quod ei aër extimus non miſceatur, eiuſque profundiores partes non perurantur aëre inflammato, ac fulgurante.

Quatuor omnino ſiccitatis formas 7. Meth. cap. 6. diſtinxit Gal. primam conſummatam, vbi ſolida ſimplicium partium ſubſtantia reddita eſt ſiccior; alteram, cum illa, quorum ſubſtantia ex humore concreto conſtat, vt caro, & adeps, ſunt liquata. Tertiam ante has, cum proprius humor, vnde partes nutrirentur, omnino eſt abſumptus roris inſtar per omnes animantis partes diſperſus: Quartam, quæ in propriis cuiusque particulæ exilibus venis, & arteriis conſiſtit, quę ex ſanguinis fit penuria.

Prima hæc eſt prorſus conſummata qualitas, vbi ſolida ſimiliarium partium ſubſtantia reddita eſt ſiccior. Altera, cum propria humiditas, vnde partes nutriuntur, omnino eſt abſumta; quæ quidem in omnibus continetur animalis partibus, ceu ros quidam per eas ſparſus. Tertia, his omnibus ſiccitatum formis docet eſſe inimica auſtera omnia.

Has imitatus Auicenna commentus eſt ſecundos quoſdam humores, ſiue potius humiditates, ne me reprehendat Valeſius cap. poſtremo li. 1. controu. Medic. & Phil. qui humore ſuccum intelligi vult; humiditate verò humidam temperiem. Medicis quidem multis non placet inuentum, his, vt falſum; illis, vt barbarum, & ineptum: at verò nec falſum eſt, nec ineptum, neq; barbari ingenij: ſi enim quatuor ſiccitatis probantur formæ, cur nõ & humiditatis probari debebunt quattuor ex regula contrariorum? Vnum vni contrarium, pluribus plura; ex quæ ſint, habes Fen. 1. c. 1. cap. de humoribus, quarum facit quatuor gradus. Non probandum tamen, quod inter liquores connumerat, quæ abſunt longiſsimè à natura liquorum, neque à primis humoribus differunt ſubſtantia.

Hi autem gradus omnes, vt mihi quidem videtur, ad illud humidum natiuum, ac primigenium reuocantur, quod ſparſum per omne corpus animalis, inſtar eſt olei, in quo ſpiritus, & calor, vt in materia, ac fundamento ſubſidet. De quo præclarè ſanè Ioan. Fernelius cap. 4. lib. 4. de ſpiritu, & innato calido: nam & in ſecundarios quoſdam humores diſtinguit Auicennam æmulatus, qui tamen cum aqueo confundens errauit, quoniam potius carnoſa eſt ſubſtantia, vt idem tradit Fern. cap. 5. & ex ſanguine, qui in venis concluditur, deducit.

Senecæ locus correctus, & explicatus, quis ille Maximus, cui ſcribit Ouidius.

CAPVT II.



EMINI ſuiſſe quondam in ſermone nobilem patinã, in quam quidquid apud lautos ſolet diem ducere, properans in damnum ſuum popina congeſſerat; Veneriæ, ſpondyiique, vt oſtrea eatenus circumciſa, quà eduntur, interuenientibus diſtinguebantur echinis, torti diſtracti ſine vllis oſsibus Mulli conſtrauerunt. Piget eſſe ſingula, cogũtur in vnum ſapores, in cena fit, quod fieri debet Saturo in vẽtre. Expecto iam, vt manducata ponantur, &c. Sic enim habet Seneca ep. 96. ſiue 95. è qua vnus conflatus à neſcio quibus liber.

Hsnc autem lectionem ex cortnptiſsima, vt
penè integram Eraſmns propoſnit. In qua tamē
pro torti diſtracti, legerem toti diſtracti, ſc. vt
commixtionem eorum piſcium integram, &
perfectam indicet: & ſanè apparet Seuecam in eo
maximè ſuornm temporum luxuriem in cibis
deteſtari, quod ex variis rebus eſculentis, & per
ſe gratis, ac iucnndis, corruptis tamen, vnum ſa-
cerent, penè vt iam manſa viderentur.

C Vocem Veneriæ non potnit reſtituere Eraſ-
mus, & atduum profectò opns. Tentandnm ta-
men: Veneriæ, ſpondyliq; & oſtrea, &c. hoc ſen-
ſu, vt vendantnr etiam hęc delicatiſsima ita con-
ciſa, & condita, quo modo ſunt comedēda. Non
placet. Mſnus ita. Veneriæ per appoſirionē ſpon-
dyli, & oſtrea, &c. id eſt, piſces ad incitandam Ve-
nerem aptiſsimi, quod & in vniuerſum de oſtreis
traditur.

Indicat Etaſmus aliam mutationem, nec am-
plectitnr tamen, cum ſic loquitur, Viuerras in
delciia fuiſſe non lego, & hic piſcium tantum ſit
mentio: ſic, num Muranæ legendū ſit, aut Sphi-
D rænæ, quam malleolum Theodorus Gaza vertit
in Ariſtotele, neſcit; ego ſnſpicor vertibulæ, ſen
vertebrę, quę & vrtica dicitur, reponendnm, quę
in menſarum delicias venit.

Callns eſt quidsm ad magnitudinem iuglan-
dis, cuius durities ex Ariſtotele media eſt inter
teſtam & corium colore ſubpallido, & rubenti.
eam frequenter in Pyrgorum littore ad centum
cellas repetiri teſtatur extremo cap. 40. lib. ſui de
piſcibus. Iouius nobilis memotiæ noſtræ Medi-
E cus, quam & palato iucundiſaimam, & ſtoma-
chis non inſalubrem eſſe conlicit Schinalum
vulgo dici notat Cæl. lib. 4. c. 2. ſic vt iegi debeat,
vertibulæ, ſen vertebræ, quæ & ſpondyli, idem e-
nim ſignificant, cum vna ſit Gręca vox, latina al-
tera. Colum. lib. 8. cap. 16. pnrpurarum, & con-
charum ſpondylos nominat. & Plin. lib. 32. c. 6. &
qnam nos vertebram hic, ſen vertibulam, vrti-
cam ex Græca voce κνίδη Plin. nominat cap. ex-
tremo lib. 32.

Non diſsimiles Pernæ concharnm generis, vt
F ait Plin. ibidem circa Pontias inſulas, quibns in-
tus pro ſpondylo grandis caro eſt, fortaſſe ea,
qnam Callnm Ariſt. nominat, qui Plinius cap. 10:
notat ſpondylū Tertisnis mederi per ſe alligatū,
vt quartanis cochleas flnuiatiles in cibo recētes.

Meminit & ſpondylorum, ſiue ſphondylo-
rum index quartus Metelli Pont. Msx. de Ponti-
ficia cena luxurioſiſsima apnd Mscrobium cap.
13. lib. 3. Saturn. & lib. 7. apud Athenænm ſpon-
dyli, & mnſtelæ mentio fit, ca. 25. Nsm qui ſpon-
dyli ſint in hominis ſabrica, qni & Vertebrę. Cæl.
loco citato declatat, & Veſal. lib. 1. cap. 3. & poſtre-
G mo ſuę Anatom. præter veteres. Spondylæ autem
genere fœm. generis ſnnt Blattarum odoris fœ-
tidiſsimi apud Ariſt. 5. de hiſt. anim. cap. 3. ſerpen-
tis genns apud Plinium cap. 13. lib. 27. Verticillos
Gaza conuertit.

Niſi placet hæc reſtitutio, pls ceat hæc poſtre-
ma, vt loco Venerię Viuerrę reponatur. eſt autem
Viuerra piſcis, qui & Muſtela, nam Γαλεὸν eſt ge-
neris apud Ariſt. quem piſcem mollem, & apud
Romsnos glorioſnm Gslenus teſtatur: Aſteriam
nominauit ex eo genere Galeorum meliore, ac
molliore Iceſius libro de materia: indicans eſſe
Lampetram maculis obſcuriotibus ſtellatam, vt
& contendit Iouius cap. 34. lib. de piſcibus, qnæ
tamen dicta ſit à veteribus Muſtela à longitudi- H
ne, & candore ventris. & colore ſuperiotis tergo-
ris ſubluteo, qui apparet in Muſtelis terreſtribus,
quo modo ex eius ſimilitudine guloſum illum,
& ſcurrilem ſnperioris ſeculi hominem Irama-
rianum deceperit in conuiuio Ioannes Medices,
qui poſtes Leo X. fuit, eodem extremo cspite iu-
cunda narratione declarat Iouius.

Sæpè Ouid. Fabinm quendam Maximnm ſnis I
Eleglia celebrat iib. de Ponto, Eleg. 2. 3. 6. 10. lib. 1.
lib. 2. 3. lib. 3. 3. & 8. idem enim omnibus his locis
eſt. appellabstnr Paulus Fsbins Maximns. Q. F.
qui conſul cum Q. Aelio Tuberone ſnit anno V.
C. 742. aut certè 43. vt eſt in Faſtis. Item apud Pli-
nium lib. 8. cap. 17. Frontinum lib. de Aquęductu
2. atque alios: quem eins Q. Maximi filium Onu-
phrius exiſtimat ſuiſſe lib. 2. comment. in Fsſtis,
qui ſnb Cæſar. Dictatore conſnl fuit, qni fratrem
habnit Q. Fabium Maximū, qui anno eius con-
ſulatnm conſequeute cum Iulo Antonio Africa-
no Conſul fuit, tametſi Africani cognomen Fa- K
bio accommodetur à Tranqnillo in Claudio c. 2.
ſub quo Coſ. natus Clandius, & à Caſsiodoto in
Faſtis, & à Dione: quod miratur Sigonius in Fa-
ſtos. Erat autem Ouidij vxor Maximi propin-
qua, ſiue Martię eins vxoris, vt li. 1. de Ponto eleg.
3. indicat his verſibns Ouid.

Ille ego, de veſtra cui data nupta domo eſt.
Hanc probat, & primo dilectam ſemper ab æuo
Eſt inter comites Martia cenſa ſuas.

Eum ſanè valde coluit Ouid. & ab eo pependit. L
Hic ille eſt Msximus, quem perpetam lib. de gsr-
rul. Plut. Fuluinm nominat Auguſti amicum, cni
cum Auguſtus arcanum quoddam ſuum dete-
xiſſet de ſucceſſore Imperij, isq; Martiæ vxori a-
peruiſſet: illa autem Liuiæ vxori Auguſti, & cum
Auguſto Linia acerbè egiſſet, cur non accerſeret
Nepotem, quem iampridem ad Imperinm de-
creuiſſet: cnm rediiſſet manè Fuluius, inquit Plu-
tarch. cum Fabium dicere debuiſſet, & Anguſto,
Aue dixiſſet, reſalutauit Auguſtns, vale, inqnit,
Fnlui, intelligens teſciſſe Augnſtnm, quod ipſe M
vxori apernerat, domum illico profectus vxori
dixit: reſcinit Auguſtus me illius atcana dete-
xiſſe, ideo mori mihi decretum eſt; ſubiecit vxor,
mitum, qnòd me non agnoueris mulierem, nec
linguam meam vitaris: ego te præcedam. Mox
accepto gladio ſibi in pectus coram viro adegit.

Quæ narratio breniſsima apnd Cornelium
Tacitum lib. 1. valdè ab hac Piutarchi diſcrepat:
nam prætetquam qnod hunc nominat Fsbium

Maximum, non Fuluium, in dubio reliquit, an quæsita morte, aut inflicta obierit; affirmatq́ue superfuisse Martiam vxorem eius funeri. Ouid. sibi mortis eius caussam adscribit, opinor falsò, sic enim scribit.

Occidit ante preces, caussamq́, ego, Maxime, mortis
Nec fueram tanti, me reor esse tua.

Hoc est, quod indicauit Plinius lib. 7. cap. 45. hac oratione: Augusti calamitates describens. Abdicatio Postumi Agrippæ post adoptionem, desiderium post relegationem, inde suspicio in Fabium, arcanorumq́ue proditionem.

Loca quædam Sallustij ex coniuratione vel emendata, vel enucleata, vel ex Græco imitatione expressa.

CAPVT III.



A NITIVM est coniur. Catil. omnes homines, qui se se student præstare ceteris animantibus. ita Aldi Iun. liber: in aliis, omneis; legendum, omnis, vt in veteribus codicibus, & veterum auctoritate Grammaticorum. Carisius lib. 1. nam accusatiuus iuxta regulam, manente i littera debet enunciari hos, & has Agilis, vt est apud Sall. omnis homines. Priscianus lib. 7. omnium, quæ tam nominatiuum, quàm accusatiuum similem habent, eorum accusatiuus raro in es, frequenter in is solet terminari, vt hic, & hæc omnis. Sallust. in Catil. omnis homines. qui se student. Simile est illud Terentij Andr. act. 5. sc. 4. omnis nos gaudere. & Virg. 5. Aeneid.

Quoq́, magis fessas optem dimittere nauis.

B In antiquis non est sese, sed se tantum. Ceteris animantibus, ita Aldus, & ante Nonius, cum tamen Aldus animalibus esse in omnibus scriptis notet, & Cypr. Phrisius in sex manu scriptis. Sic etiam omnes impressi habent. & Caris. legit li. 1. & Seneca lib. 8. epist. huc enim respexit scribens, Non fames nobis ventris nostri magno constat, sed ambitio. ep. 119. similis est locus. Hos itaq; vt Sallust. ait, ventri obedientes animalium loco numeremus, non hominum: quosdam verò non animalium, sed mortuorum.

C Nam & priusquam incipias consultò, & vbi consulueris, mature facto opus est, ita Demosth. orat. quadam in Philip. vt hinc probari incipiat verum esse, quod Quinct: affirmauit lib. 9. cap. 3. Multa Sallustium à Græcis mutuari.

Vitam sicuti peregrinantes transiere, sicut legit Aldus, fuerunt, qui pro peregrinantes, putarent legendum pecudes, auctor is qui de præexcitamentis Rhetoricæ scripsit, Priscianus fortasse, hunc locum sic adducit, ostendens, quo modo operatio sententiæ similis fit meditationis vsui. A iudicio, inquit, vt Sallust. quoque comprobat dicens. Sed multi mortales dediti ventri, indocti, incultiq́ue vitam, sicuti pecudes transiere: quam lectionem confirmat etiam initium illis verbis, veluti pecora. Nonius tamē Marcellus, & Aelius Donatus perantiqui Grammatici peregrinantes legunt, quare nihil mutauit Aldus, aliiq́ue.

Donatus enarrans hæc verba Phorm. Terent. act. 4. sc. 2. si ab hoc nihil fiat, tum hunc adoriar hospitem, de eo qui superuenit; nomen aptum imprudenti rerum, atq; alieno ab earum scientia. Sallust. vitam sicuti peregrinantes, transiere. D

Plerique, quæ delicta reprehenderis, maleuolentia, & inuidia dicta putant: Vbi de magna virtute, atque gloria bonorum memores, quæ sibi quisque facilia factu putat, æquo animo accipit: supra ea veluti ficta pro falsis ducit. Hæc ex Thucyd. lib. 2. in orat. funebri Periclis expressa. A Ita conuertit Laurentius Valla. Nam auditor, qui & rem agnoscit, & hominem diligit, aliquid ferè & opinione, & voluntate sua inferius dictum existimat; qui verò ineptus est, is propter inuidiam quidquid super suam vim audit, ait supergressum esse veritatem; Eatenusq́ue tolerandæ alienę laudes videntur, quatenus seipsum quisque parem arbitratur alicui illarum assequendæ, quibus vero imparem, iis inuidet, fidemq; non habet. Quem totum Sallustij locum Agellius lib. 4. cap. 15. recitat, in quo diuersa quædam leguntur à lectione nostra. E

L. Catilina nobili genere natus, fuit magna vi & animi, & corporis, sed ingenio malo, prauoq́ue. similia sunt huius loci, quæ Cicero de Catilina scripsit in orat. pro M. Cælio.

De eius genere sæpe, & multum ab eruditis disputatum: euincunt, qui Patricium illum fuisse docent. & suę affirmationis testes habent M. Tullium. Asconium Pedianum in orationē in toga, auctorem eius respōsionis, qua fingitur Catilina Ciceroni respondere, ipsum deniq; Sallustium, apud quem Catilina, cum in eum Cicero vehementer, & acerbè inuectus esset, respondit sibi Patricio homini, cuius ipsius, atq; maiorum plurima beneficia in Plebem Roman. essent, perdita Rep. opus esse, cum eam seruaret M. Tullius inquilinus ciuis vrbis Romæ. Iuuen. Sat. 8. F G

Quis Catilina tuis natalibus, atque Cethegi
Inueniat quidquam sublimius?

Ex quo tamen gente fuerit, & familia etiam dubitatum fuit: Quidam ex Cornelia fuisse falsò putarunt; & vir doctus Iacobus Crucius adnot. in Sallust. demonstrauit multorum testimoniis è Gente, & familia Sergiorum fuisse probans. Vt iam desinat mirari Glareanus, & asserere, ne ex Sallustio quidem ipso hoc sciri posse.

Satis loquentię, sapientiæ parum, elogium est Sallustij de Catilina: sic enim omnes calamo scripti libri, & Grammatici, cum citāt hunc locum: malè igitur vulgò eloquentię; quod item confirmat Agellius lib. 1. ca. 15. Valerij Probi Grammatici Illustris auctoritate, & illustrat scriptorum sententiis.

Ratio itē fauet, vt ex Victorino Rhetore Cru-

cius obseruat, quod Cicero cum de iis, qui arte dicendi abuterentur, verba faceret, non nisi in bonam partem eloquentiæ vocabulo vsus est, quòd videlicet ea viro tantum probo, innocen- H tiq; conueniat: loquẽtia verò malo, improboq; homini, quia est loquacitas, & inanis verborum absq; vlla prudentia fluxus, & profusio: deinde, quia ea vox Sallustium decet verborum nouatorem: quanquam nõ primus Sallustius fuit huius vocabuli inuentor, cum longè ante Nonius Poëta in Gallinaria vsus sit dictione hac loquentia;

O Pestifera Pontica, fera trux, tollutim loquentia:

Accedat Plin. Iunior lib.5. epist. ad Vrsum. Itaq; Iulius Candidus non inuenisti solet dicere, aliud esse eloquentiam, aliud loquentiam: nam eloquentia vix vni, aut alteri, imò si M. Antonio cre- I dimus, nemini: hæc verò, quam Candidus loquentiam appellat, multis, atque etiam improbissimo cuique maximè contingit.

Tandem similis alter est eius loquendi modus in libris hist. vt Quinct. notae lib.4.c.2.& S. Hier. aduersus Heluidium: M. Attilius Palicanus humili loco Picens, loquax magis, quam facundus, imitatus videlicet Eupolidem, vt obseruat loco citato Agellius.

K Quicunq; impudicus, adulter, ganeo, ventre, manu, pene, alea bona patria lacerauerat: Aldus, & alij dissipauerat legunt contra fidem, & auctoritatem antiquorum Codicum. Sic Plaut. Merc. act.1. sc.1. Lacerari validè suam rem, illius augerier; dictiones autem manu, & ventre, impudico: pene adultero, alea ganeoni respondent; quam verborum connexionẽ accuratè à Sallustio obseruatam fuisse nemo inficiabitur: Quid si singula singulis respondeant? si ita est, vox manu respondebit prodigo, quanquam sub ganeone fortasse includitur. Similis oratio Pisonis Frugi in Annalib. apud Cic. li.9. epist. ad Pætum ep.22.

L Candam antiqui penem vocabant; ex quo est propter similitudinem penicillus. at hodie penis est in obscenis: at vero Piso ille Frugi in Annalibus suis queritur Adolescentes peni deditos esse: hic idem Sallustij locus apud S August. legitur mendosus a libro de principiis Dialect. cap.7. emendandus, vt hic.

Igitur color eius exsanguis, ita Aldus, & penè M omnes. Legendum est Colos. Probus Grammaticus in or, inquit, tertiç sunt declinationis, in nominatiuo correpta, in genitiuo producta ris syllaba terminata, hic calor, pallor, caloris, palloris, color, coloris; quamuis Sallust. igitur colos exsangnis, sicut labos, & labor.

Litteris Græcis, & Latinis docta: psaltere, saltare elegantius, quàm necesse est probæ: de Sempronia loquitur. Sic 3. cap. Titi Suet. Sed ne Musicæ quidem rudis, vt qui cantaret, & psalleret iucundè, scienterq;. Spartianus in Adr. psallendi, & cantandi scientiam præseferat.

N Antiquissimus Fuluij Vrsini liber Sallustij habet, psallere, & saltare. neque enim idem est quod saltare, sed potius fidibus canere. Itaque Agellius lib.19. cap.9. de Antonio Iuliano Rhetore. Desiderauit, inquit, exhiberi, quos habere eum sciebat scientissimos vtriusq; sexus, qui canerent voce, & qui psallerent. Tametsi Sebastij Gryphij liber ita habet, quos habere eum adolescentem sciebat: non enim erat necesse dicere, canerent voce, nisi & in verbo psallere cantus inesset; quare vt distingueret, dixit canerent voce.

Adde quod psaltria, & Fidicina æquè dicuntur: & apud Græcos ψάλλω pro canto, & ψαλμὸς, O pro cantu accipitur. Extat item Macrobij testimonium lib.3. Satur. cap.14. qui ita hunc locum citans legit.

Taceo, quòd matronæ etiam saltationem non inhonestam putabant, sed inter probas quoque earum erat saltandi cura: dummodo non curiosa vsque ad artis perfectionem. Quid enim ait Sallustius psallere saltare elegantius, quàm necesse est probæ: adeo & ipse Semproniam reprehendit, nòn quòd saltare, sed quòd optimè scierit. Et Cicero agnoscere videtur in Curionis in- P cessu Fidicinæ mollitiem, cum dixit in oratore in ipsum, & Clodium: cuius hæc verba recitant Nonius, & Rufinianus. Tu verò festiuus, tu elegans, tu solus Vrbanus, quem decet muliebris ornatus, quem incessus psaltriæ; qui leuare vultum, mollire vocem potes.

Paulò ante Sallustius. Sed in ea coniuratione fuit Q. Curius natus haud obscuro loco, flagitiis, atque facinoribus coopertus, ita veteres, & noui libri, ita veterum testimonia, ita manuscripti codices, ita Sallustij mos loquendi, quæ nisi obstarent Aldus legendum putaret fœnori- Q bus. Sic enim Agellius lib.4. cap.17. legit, & cum dixerit flagitiis, superuacuum videtur facinoribus, tamen in verbo facinus, facinoribus legit Nonius: deinde facinora à flagitiis differunt: tum quia facinus interdum bonum est; & cum est malum, maius habet quiddam, quàm flagitium.

Tertio idem Sallustius paulò ante dixit, omnium flagitiorum, atque facinorum circum se tanquam stipatorum cateruas habebat, & quasi errasset Librarius in scribendo, Codex Fuluij R Vrsini superscripta habet hæc verba, flagitiosorum, atque facinorosorum; quæ lectio probatur Cypriano Frisio confirmata ex manuscriptis codicibus, & ipsius testimonio Salustij lib.3. hist. M. Aemilius omnium flagitiosorum postremus. qui tamen hoc testimonio nihil meo iudicio euincit:

Melius nos priorem lectionem stabiliuimus, & stabiliuimus his testimoniis eiusdem, & scriptoris, & libri: nam & ibidem, inquit, alienum æs grande conflauerat, qua flagitium, aut facinus redimeret.

Rursus infrà; omnes quos flagitium, aut faci- S nus domo expulerat. & in orat. ad C. Cæs. de Rep.

 ordi-

ordinanda, non facinus, non probrum, aut flagitium obstat, &c. rursus. An L. Domicij magna vis est, cuius nullum membrum à flagitio, aut facinore vacat? Item, non flagitium à te, neque malum facinus petimus, sed vti libertatem euersam restituas: Tandem in Iugurt. flagitiosissima appellat facinora. Sic etiam coniungit Liuius lib. 9. de bel. Maced. Nihil ibi facinoris, nihil ibi flagitij prætermissum.

In latitudine quid sit Iurisconsultis, & Theologis, rubrica, quo modo accipiatur.

CAPVT IV.

A VOS est Philosophorum, ac Theologorum, cum de re aliqua agunt, eam dicendi in quadam latitudine consistere, indicateq; volunt, eam non esse tam angustis terminis circumscribendam, quos nequeas transilire: qui sane loquendi modus ab antiquis Iureconsultis depromptus fuit; quibus valdè est familiaris.

Extat 5. in Digestis titul. de conditione tritic. l. 3. Vbi hæc oratio est Vlpiani ex Seruio. In hac actione si quæratur res, quę petita est, cuius temporis æstimationem recipiat, verius est, quod Seruius ait, condemnationis tempus spectandum; si vero desierit esse in rebus humanis mortis tempus, sed etiam ἐν πλάτει secundum Celsum erit spectandum: non enim debet leuissimum vitæ tempus æstimari, vt in puncto videlicet, ac momento situm esse existimemus.

In latitudine significat ἐν πλάτει quasi latius dicas, inquit 2. dispunct. lib. cap. 11. Alc. & lib. vn. de eo, quod interest, & non obseruatis iuris angustiis, ne ita mortis tempus spectetur, vt ad leuissimam æstimationem cogamus reum, sed B potius quod bonum, & æquum est, indicemus.

Sic locus alter in Pand. Flor. estque ex respons. Labeo: & hoc ita, quod Græci dicere solent in latitudine ἐν πλάτει: non enim potest hoc memoria non teneri intra annum, puta factum, cum interim nemo fit eorum, qui meminerit quibus consulibus id fieri viderit. Lege etiam Iacobum C Curtium lib. 1. cap. 18. ἀκμαῖον. In hoc mirè se torsit Accursius propter mendum vocis, antea, quæ loco erat huius Græcæ, quæ item reponenda est in responso Labeonis de probat. l. penul. & alio Iuliani de solut. l. ratum. Et Vlpiani tit. tem tatam haberi. l. quo enim.

Rubrica variæ est significationis apud veteres; nam & minium significat, & eius colorem, & omnino terram rubram. Plin. lib. 35. cap. 6. nascitur autem propriè, non fit, vt ibidem Plinius notat: & absolutè rubrum colorem: sic accepit Satyr. 1. Persius.

——Scit tendere versum
Non secus, ac si oculo rubricam dirigat vno.

D Sumta metaphora à Fabris Lignatiis, qui filo rubro ad conformandam lignorum rectitudinem veuntur. Hinc factum, vt Iurisconsulti suarum legū inscriptiones, siue titulos, olim etiam rubricas nominarent, tum quia Prætor album suum litteris rubris inscriberet; quare & ipsæ leges rubricæ nomine vocatæ. Sic Persius Sat. 5.

Excepto, si quid Masuri rubrica vetauit.

Legem videlicet Masurij Sabini Iurisconsulti clarissimi indicans. & Iuuen. Sat. 14. E

Caussas age, perlege rubras Maiorum leges.

Hodie ob miniata capita Iuris, & legum, nihil magis habent in ore Iurisconsulti, quam rubricas: quod fortasse olim etiam fiebat, vt patet Iuuen. & Persij testimonia etiam Quinctil. innuit lib. 12. cap. 3. Iureconsulti, loquit, se ad album, & rubricas transtulerunt. Albi nomine, vt ego quidem puto, edicta Prætorum, Rubricarum autem leges etiam 12. tab. intelligens: in quo mihi visus est acutior Adr. Turn. qui rubricæ nomine ius F publicum in legum sanctionibus positum interpretatur, quod videlicet in publico, ac legitimo tantum iure veteres ponerēt rubricās ad legum maiestatem indicandam, & inferendum animis timorem seueritatis legum: argumentum capit ex illis Prudentij versibus,

——Dicant, cur condita sit lex
Bis sex in tabulis, aut cur rubrica minetur,
Quæ prohibet peccare reos.——

Nam olim, inquit, Ius Ciuile, & priuatum Iurisprudentes tantummodo explicabant. Quod solidum non videtur, cum hæc legamus apud Paulum l. a. §. recup. ff. de interd. recuperandæ possessionis caussa interdicta proponuntur sub rubrica, quæ sanè etiam temporalia erant; Nec fauet ei Prudentius, nam etiam si vnum dicit, alterum non negat, nec verò solum indices, siue titulos, aut capita legum rubrica notabant, sed etiam librorum quorumcunque. indicat planè Ouidius 1. de Trist. eleg. 1. G

Nec titulus minio, nec cedro charta notetur. H

Et Plinius lib. 33. cap. 7. Arbitratur Alch. huiusmodi titulos in singulas leges fieri solitos Græcè posse dici ἰνδίκας Latinè indices; Iustin. nouo vocabulo παράτιτλα nominauit, quæ Barbarè summaria dicimus. Porrò consule de Rubricæ nomine etiam Rain: Cursum I. C. var. hist. lib. 2. c. 2.



Qui Iuuenales fuerint ludi, qui mos olim siue deponendæ, siue gestandæ, siue radendæ, aut tondendæ barbæ.

CAPVT V.

A VCTOR est Suet. in Nerone cap. 11. Ludos edidisse præ cæteris Iuuenales, & ad lusum Senes quoque Consulares, anusque Matronas recepisse, admirabundus hoc scribir, cum Iuuenū tantum dies essent festi; quod idem narrat lib. 14. Tacitus: Nam frequentissimum fuisse in omni ludorum genere Neronem idem lib. 15. commemorat, vt non contentus publicis, priuatim etiam per domum, aut hortos, vt ipse loquitur, Iuuenalia celebraret: in iis enim ludis, quos in palatio Kal. noui anni dare solebant, diem vnum Iuuenalem appellauit: de quibus ad 4. Ann. Taciti quædam I. Lipsius.

B C. quoque Caligula apud Suet. cap. 17. vt lætitiam publicam in perpetuum quoque augeret, adiecit diem Saturnalibus, appellauitque Iuuenalem, in Iuuenum gratiam, inquit Sabellicus, vt longius adhuc ea ætas lasciuiret, ita etiam Beroaldus, qui addit in Suet. Neronem, vel pro salute Iuuenum institutos videri.

Dio *νεανίσκευμα*, id est, tanquam Iuuenilitatem quandam, fine celebritatem Iuuentutis factos narrat propter suam barbam, quam tum primū taserat, & inclusam in auream Pyxidem Ioui Capitolino dicauerat preriosissimis C Margaritis ornatam, vt ait in eo Suet. cap. 12. Xiphil. in Nerone: qui & in Vespas. scribit titum ludis Iuuenalibus, qui in patria eius facti erant armis certasse cum alieno. ficto scilicet certamine, quæ an Iuuenalia fiut, valdè ambigo, sic enim hic Dionis abbreuiator hanc fuisse illorum ludorum instituendorum caussam posita à Nerone barbæ primæ refert.

Atque et Tyrocinij die pueros exercebant, sic barba rasa, Iuuentutem, & tunc in viros transibant: Vnde illud Domiciæ Neronis Amitæ D votum, quæ cum Neronem ex duritia alui cubantem visitaret, & Lanuginem eius tractaret, vt assolet, iam grandis natu, & per blanditias fortè dixisset, simul hanc excepero, mori volo; conuersus ad proximos confestim se positurum, velut irridens ait, præcepitque medicis, vt largius purgarent ægram: Ita Suet. in Nerone cap. 34.

Sanè is dies positæ barbæ etiam ante Neronem Romanis erat festus. Constat ex Dione lib. 48. de Octauio Aug. Tum primum Cæsar rasa sibi E barba splendidè eum diem festum celebrauit, & publicum epulum dedit, ex eo tempore genas læues aliorum more conseruauit. A Vide & de tondendo Capillo ad aram cuiuspiā Dini, quæ habet lib. 4. de ambig. iur. cap. 10. Raeuardus quo item die munera peti, darique solebant ad barbam.

Amm. Marcellinus lib. 17. Cæsar cum petenti ex vsu, Gregario cuidam, vt barbas detonderet, dedisset aliquid vile, contumeliosis calumniis appetitus est à Caudentio, quare Iuuen. Sat. 3.

Ille metit barbam, crinem hic deponit amati. F
Plena domus libris venalibus.

Indicat solitam item Deo alicui sacrari, vt apud Græcos Virginum, Puerorumque Comæ. Plut. in Theseo, qui ex Ephebis excedebant barbam, & capillum primum fluminibus, & Apollini, quem *ἀκερσεκόμην* nominabant, dicabant, vt Theseus fecit Delphos profectus, & Achilles apud Hom. & Philost. lib. 4. Vitæ Apollonij, de quo more præter alios vide Tiraq. in Comment. de iure Primogeniorum. Hinc Suet. loco citato Neronem dixit primam barbam Capitolino Ioui sacrasse. Capitolio legunt vulgati Codices G Suetonij, sed Capitolino esse legendum demonstrat Dio, & ex eo Cælius lib. antiq. lect. 19. cap. 22. ne se Iustus Lipsius putet primum hoc vidisse comment. in 14. Ann. lib. Taciti; Consule Cælium lib. 7. cap. 13. tondendi formas enumerantem. Sidonius Episcopus vetus in Gallia Christianus Poëta, orator, ac Theologus hos ludos ad suum vsque tempus peruenisse indicat his versibus.

Ianum forte suas bifrons Kalendas
Sumendas referebat ad Curules,
Mos est Cæsaribus die bis vno H
Priuatos vocitant parare ludos.
Tunc Cætus Iuuenum, sed aulicorum
Elei simulacra torua Campi
Exercet spatiantibus quadrigis.

Non dissimiliter, quo modi hi ludi Iuuenales fierent, exponit lib. 6. dierum genialium cap. 19. Alex. quorum exemplum à Laconibus desumtum arbitratur, & à Panathenæis, vbi armati inter se pueri exercebantur. Primo tempore etiam I scenici videntur fuisse, vt indicat lib. 14. Ann. Tacitus, & Plinius lib. 37. cap. 2. Cum ad hos ludos respiciens, Neronem scripsit peculiari Theatro in hortis primum cantasse, & Pompeiano prælusisse. Distinguere tamen à scenicis videtur Suet. cap. citato in Ner. quod & facit in Gordianis Capitolinus ita scribens. Cordus dicit in omnibus Ciuitatibus Campaniæ, Piceni, Vmbriæ de proprio illum per quatriduum ludos scenicos, & Iuuenalia edidisse. Deponendæ autem apud Cælites Comæ, & barbæ argumentum est apud Papinium, & Martialem: Vterque enim de Carino K puero, hic ita lib. 9. epigr. 17.

Pergameo posuit dona sacrata Deo.

Ille ita, lib. 3. Silu.

Accipe laudatos Iuuenis Phœbeie Crines
Quos tibi Cæsareum donat puer—

Et Martialis de altero puero Encolpo lib. 1. Epigram. 38.

Hos tibi Phœbe vouet totos à vertice Crines
Encolpus, domini Centurionis amor.

Quem morem Tertull. lib. de anima commemo-
rat. cap. 40. Quis non ea inde aut tutum filij ca-
L put reatui vouet, aut aliquem eacipit erinem,
aut tota nouacula prosecat, aut sacrificio obli-
gat, aut sacro obsignat. Et Censorinus de die Na-
tali cap. 1. Quidam etiam pro cætera bona cor-
poris valetudine erinem Deo factum pascebant.

Quid vniuersè de antiquorum barba dicen-
dum, vt quando primum cœperit hic mos ra-
dendæ barbæ. maximè Romæ, discamus. T. Li-
M uius lib. 6. videtur agnoscere anno V. C. circiter
369. Vbi de Manlio Capitolino in carcerem cō-
iecto sermonem habet, solitum radi barbam,
quoniam dicit moltos mortales barbam pro-
misisse. Signum igitur antea solitum radi, aut
tunderi. Refellitur tamen à M. Varrone s. de re
rust. lib. cap. 11. & à Plinio lib. 7. cap. 59. his verbis.
In Italiam ex Sicilia venere post Romam condi-
tam anno 454. tonsores, adducente P. Ticinio
Mena, vt auctur est Varro: ante intonsi fuere.
Cicero item pro M. Cælio App. Claudium cæ-
cum barbatum inducit aliquot annis post no-
tatum à Varrone æuum antè primum Punicum
N bellum; quod indicat antiquum morem bar-
bam gestandi apud Romanos. Ouidius libro 2.
Fast.

Denique quodcunque est, quo corpora nostra
piantur
Hoc apud intonsos nomen habebat auos.

Et Iuuen. Sat. 4.

—Quis priscum illud miretur acumen,
Brute tuum? facile est barbato imponere Regi.

O Et rursus Capillatum vocat Consulem Sat. 5.

Ipse Capillato diffusum Consule potat.

Hoc est, intonso, & per consequens antiquissi-
mo. quo modo Horatius. Oda 15. lib. 1. Inton-
sum nominat Catonem, & Locanus lib. 1.

Intonsos rigidam in frontem descendere Canos
Passus erat, mœstamq. genis increscere barbam.

Agellius tamen lib. 3. cap. 4. Miratur Scipionem
minorem 40. annorum cum esset, reus, non de-
fiisse barbam radi, & demonstrat ex Antiquis
Annalib. quorum verba profert. Et sanè bello
P Gall. barbatos fuisse Romanos ostendit illud
quod T. Liuius lib. 5. narrat M. Papirium demul-
cente sibi quodam Gallo barbam in caput eius
baculum eburneum incussisse.

Docendum, Iuuenes solitos alere barbam
posterioribus etiam temporibus oppressa liber-
tate, non autem senes; Ideo Sat. 6. eleganter Iu-
uenal. Senem ab iuuentute cuipiam notum ita
describit:

Iam senior, cuius barbam tua ianua vidit.

Apertius Cicero ad Att. lib. 1. epist. 11. Concursa-
bant barbatuli Iuuenes, totus ille grex Catilinæ,
duce filiola Curionis, &c. & epist. 13. Nostri isti
Commissatores coniurationis, barbatuli iuue-
nes, illum in sermonibus Cn. Ciceronem appel- Q
lant; absque vlla lasciuiæ nota. Et pro M. Cælio
allud ens ad Iuuenes, non hac barba, qua iste de-
lectatur.

Petes quoto anno ætatis barbam deponerent
Iuuenes. Respondeo citius, & serius, plerumque
tamen sub 21. ætatis annum. Itaque Macrobius
lib. 1. in somnium Scipionis cap. illo 6. prolixo, &
docto, quo de septenario disputat. Post ter septe-
nos annos innuit solitam deponi: ita colligi-
mus ex Fastis Neronem posuisse eo anno. cum
C. Caligula 20. anno posuerit, auctore Suet. cap.
10. & sine vllo tamen honore, qualis contigerat R
Tyrocinio fratrum eius, hoc est, contra morem
vsitatum Romanorum, & 25. anno Octauius Cæ-
sar, vt scribit Dio. Octauius enim M. Cicerone,
& C. Antonio Consulibus natus, barbam po-
suit, L. Marcio, C. Sabino Consulib.

Primum notant Dio in Traiano, & Ael. Spart.
in Adriano, & Xiphilinus, Adrianum Cæsarem
radendi barbam morem mutauisse reducta ex S
Græcia barba, quam non radebat, nec tonde-
bat, vt vulnera, quæ in facie naturalia erant, te-
geret. Quam tamen consuetudinem ipsius, quæ
ex nummis item certa est, non seruarunt, qui
consequuti sunt Imperatores. Nam Lampri-
dius narrat Commodum barbam sibi, & Co-
mam adussisse timore tonsoris. Hæc de Ro-
manis.

De aliarum Gentium more, tum quod ad
Comam, tum quod ad barbam spectat, legen-
dus lib. 1. Gen. dierum Alexand. cap. 26. & libro
tertio, cap. 27. & lib. 5. cap. 28. & Cælius citato
loco, ac Tiraq. & Adr. Iunius secundo libro de T
Coma.

Detonsam barbam, & capillum demissum si-
gnum mœroris AEgyptiis fuisse, atque Assyriis
commemorant Herod. libro 1. Diod. lib. 1. ca-
pite 3. & 5. Strabo lib. 16. Igitur nec barbam
tondebant, neque capillum. Apud Romanos
luctus, ac tristitiæ indicium barba erat longior,
& capillus submissus. Cicer. 4. lib. in Verr. & de
lege Agr. contra Rullum: T. Liuius lib. 2. & 6. V
& 27. de M. Liuio Salinatore. Suet. in August.
cap. 23. Plutarch. eandem in Catone Vticensi, &
apud Græcos item signum mœstitiæ barbam,
vel Cæsariem sibi præcidisse: sic Achil. 23. libro
Iliad. in funere Patrocli ipsi deuouens Cæsari-
em, quam nutrierat Spercheo amni, si rediisset in
patriam.

Idem Strabo lib. 15. narrat Indos barba sem-
per intonsa fuisse. Arabas Plutarch. in Theseo
abrasa: hunc fuisse morem Siculorum Dionysij
Syracusani factum indicat, qui vt Cicero quin-
to Tusculanarum scribit. candentibus inglandi-
um putaminibus barbam, & capillum adure-
bat.

Græcos barbam nutrire solitos obseruant pe- X
nè omnes, neque tamen vera obseruatio est:
Lacedæmonij enim Græci erant, & barbam ta-

men

men ad cutem vſque radebant, auctor Plut. in Agide, Cleomene, Alcibiade, & lib. de ſera numinis vindicta.

Primus Alexander Magnus Perſico luxu iam fractus apud Athenæum cap. 6. libro 13. ex quarto libro de volupt. Chryſippi, barbam militibus ſuis tondere, ne prædæ hoſtili anſam darent. Idem ſcribit in Theſeo, & Apophtheg. Plutarch.

Illud obſeruandum, quod legitur lib. 1. Gen. dierum Alexand. cap. 26. Priſcos Longobardos, quos multi à longa barba accepiſſe nomen volunt, pro maximo amoris vinculo duxiſſe barbam apud aliquem deponere.

Barba maximè, & Pallio Philoſophi olim diſtinguebantur, ac primus inter Philoſophos Antiſthenes barbam, ſi verum eſt, quod Suidas in voce πώγωνα ſcribit, alere cœpit. Inde Perſius Sat. 1. ioco.

Si Cynico barbam petulans Nonaria vellat.

Et Sidonius.

Quæ Cynici per menta feri, rugoſaq. colla
Rapit odoratam redolenti forcipe barbam.

Et Hor. lib. 2. Sat. 3.

Solatus iuſſit ſapientem paſcere barbam.

Quare Lucianus in quodam mortuorum dialogo ridicule fingit barbato cuidam Philoſopho prolixam barbam, & ſupercilia non forcipe tonderi, aut abradi nouacula, ſed ſecuri abſcindi, ne, qua vehebatur, ſcapha mergeretur.

Extat item faceta narratio apud Philoſtratum hanc Philoſophorum conſuetudinem demonſtrans. Atticum Herodem adiit homo quidam promiſſo capillo, barba prolixa ſtipem rogans ad panem emendum: quærit Herodes, quiſnam eſſet, ille iratus, mirari ſe reſpondit, cur quærat, quod videt. Philoſophus ſum, inquit, tum Herodes, barbam, inquit, video, & pallium; Philoſophum non video: à quo hominum genere B. Hieron. Euſtochium Virginem monet, vt ſibi caueat, quorum videlicet fœminei ſunt crines, hircorum barba, nigrum pallium, &c. in quos iure luſit Græcus ille Poëta hoc diſticho, Anthol. epigram lib. 2. tit. 52. Palladas eſt.

Si promiſſa facit ſapientem barba, quid obſtat,
Barbatus poſſit quin Caper eſſe Plato? B

Omnino qui primus barbam raſit, Corſon dicitur appellatus, vt Cælius notat lib. antiq. lect. 4. cap. 2. lib. 13. nomine, vt mihi quidem videtur, ficto κόρσων apud Athen. lib. 13. ex Euſtath. in 21. lib. Vlix.



De puluere athletico quorundam error detectus. Reſponſa quædam Iuriſconſultorum. hiſtoria T. Liuij confirmata.

CAPVT VI.

VETERIS cuiuſdam Lexici, quod ſæpe laudare ſolent ætatis noſtræ eruditiſsimi ſcriptores Galli, Stephani, Cuiacius, Turnebus, Pithœus & alij, quædam eſt adnotatio, meo quidem iudicio, falſa, cum vim declarat verbi, κονίζω, τὸ ἀγωνίζομαι, id eſt, certo & præparor ad bellum, à κόνεως. Hactenus rectè, videtur eſſe quod Italicè dicimus, ſcaramuzzare. Sequitur falſum. Nam Achæi, cum erant decertaturi in manus ſuas inſpuentes, accipiebant puluerem, vt validè tenerent. Dixiſſet potius ab excitando puluere equorum pedibus, & curſitatione peditum.

Non hic, ſed alius Pugilum erat mos, cum ſe parabant ad pugnam, ſiue luctam, videlicet, cum vncti oleo, (hoc ceroma dicebatur) puluere aſpergerentur, ne alterius vtrius elaberetur prehenſio: ſic enim minus lubrica erat, & magis firma; & locus, in quo id fiebat κονιστήριον dicebatur, qua etiam voce vtuntur Latini, vt Vitruuius cap. 11. lib. 5. vocabatur autem hic puluis ἁφὴ, & κονίστρα, quare Pollux inter Gymnica inſtrumenta ſportulam pulueris, id eſt, κώρυκος κόνεως notat: & Lucianus ſcribit, Pancratiaſtas ſe exercere ſolitos in puluere, quo ſe inſpergebant: cuius etiam mentio fit in pugna Tydei, & Agyllei apud Stat. lib. Theb. 6. eum autem puluerem etiam ex AEgypto adferri ſolitum lib. 35. ſcribit Plinius cap. 13. & Suet. in Nerone cap. 45. & Euſtath. in Homer. & Plutarch. in Alexand. Ouid. libro 9. Metam.

Ille cauis hauſto ſpargit me puluere palmis.

Iuuen. Sat. 3.

Et Ceromatico fert niceteria collo.

Qua de re, quoniam multa doctiſsimus Mercurialis in Gymnaſtica collegit, dicere plura ſuperſedebo.

Notandum hic, eos qui Albini dicuntur L. de excuſat. Artif. in Pand. Albariiue Græcis eſſe κονιάτας. Sic enim Suidas, ſcilicet qui albario muros ſpargunt, quæ calx eſt liquefacta, qua muri exalbantur, renouanturq; in Plinio, & Vitruuio Albaria tectorum interpretantur.

Ex illo autem puluere athletarum natæ phraſes hæ Græcorum, & Latinorum ἀκονιτὶ ἀπὸ κονίας Thucydidis, Ariſtophanis, & ſimilium: citra pulueris iactum, vt Plinij, ſine puluere, Agellij libro 5. cap. 6. & Horatij libro primo, epiſt. 1. pro facili victoria, quaſi non tangeretur puluis, quo ſe luctatores aſpergebant; vel certè, ac fortaſſe verius, nullo cõcitato, vt fieri in pugna lon-

giore

giore folet, puluere, quem quidem in hoc actu Hom. fere κονίσαλον appellat. Nam & ex Galeno 2. & 3. ἰχνευτῶν Eustath. eam vocem significare tradit puluerem athletarum inunctorũ cum sudore mistum, lib. 3. 16. & penult. Iliad. de κόνει athletico.

E A Sudor eorum, qui in arena pugnant mistus luto iuuat ad dissipandus tumores præter naturam, qui valdè atticè loqui volunt, nominant κονίσαλον, de quo & Rhodig. lib. 7. cap. 16. etymon est à κόνις, id est, puluis, & σαλεύω, id est, exciro, commoueo: est enim puluis excitatus, & alia vox κονιορτὸς à κόνις, & ὄρω, id est, excito.

Verum, si legirima est hæc nominis ratio, non video, cur is puluis, quo se aspergunt pugiles appellari, κονίσαλος debeat; neque enim is excitatur, sed qui sub eorum est pedibus: neque exci- F tatur solum, sed etiam in altum rollitur, nisi moueri dicamus, & excitari ipsa lucta, & diuersa prehensione corporum.

Mihi videtur absona Eustathij deriuatio à nomine κόνις, & ἀέλλη: tametsi per quandam similitudinem sit quidam quasi procellosus puluis, aut quasi pulueris procella, quæ inter ardorem surgit pugnæ: quare ab Hom. Iliad. 3. dicitur κονίσαλος ἀελλής. Si Corona muralis ab Imperatore illi sit promissa, qui murum primus ascenderit, duoque eodem tempore ascenderint, vtrique sua debebitur: Sic Iurisconsulti statuunt, quia illi sunt primi, quos nemo antecessit.

G Hanc eorum sententiam P. Scipionis factum probar, quod T. Liuius commemorar libro 26. Cum enim profiterentur duo Q. Tiberilius, & Sex. Digitius se primum muros ascendisse, & haberent ambo, qui ipsis fauerent, ne contentio ad seditionem veniret, P. Scipio. C. Lælij consilio eos ambos virtutis caussa Coronis donauit.

Idem 21. lib. in fœdere, inquit, Romanorum, & Carthaginiensium cautum erat, ne alteri alteris, sociisué bellum Inferrent. Deinde Romani H Saguntinos in socios adsciuerunt. Quæsitum fuit, an id ex fœdere liceret, videreturque futuris sociis ea conuentione prospectum: si in priore, inquit Liuius, fœdere staretur, satis cautum erat Saguntinis, sociis vtrorumque exceptis: nam neque additum erat his, qui tunc essent, nec qui postea assumerentur: & cum assumere nouos liceret socios, quis æquum censeret, aut ob nulla quenquam merita, in amicitiam recipi, aut receptos in fidem non defendi? Taurum ne Carthaginiensium socij, aut solicitarentur ad defectionem, aut sua sponte desistentes reciperentur.

I Idem recentes quidam Iurisperiti decernunt, vt Ang. Aret. cons. 260. & 292. addita hac ratione, quoniam mutua promissio est, quæ vtrique vtilis esse porest. Idem sensit de verb. sign. ad l. 123. Alc. si ab altera tantum parte promissum sit: ex l. si Seruitus. De rerr. vrb. hoc item frequentius esse receptum: De eo plura Io. Andr. in rubr. de treu. in spec.

Litoris definitio expensa. Dramata vnde nominata.

CAPVT VII.

MIROR veterem Iurisconsultum Celsum L. Litus. est 96. de verb. & rer. A signi. ita scribentem. Litus est, quo vsque maximus fluctus à mari peruenit: idque M. Tullium, aiunt, cum arbiter esset, primum constituisse: cum tamen ipsemet Cicero attribuat hoc C. Aquilio Gallo: sic enim in Top. Solebat igitur Aquilius Collega, & familiaris meus, cum de litoribus ageret, quæ omnia publica esse vultis, quærentibus iis, ad quos id pertinebat, quid esset litus, ita definire, qua litus eluderet, hoc est, quasi qui adolescentiam, florem ætatis, senectutem, occasum vitæ, vellit definire, translatione vtens, discedebat à verbis propriis rerum ac suis.

Fabius item lib. 5. cap. postremo, extremo. Sæ- B pe plurimum lucis adfert ipsa translatio, cum etiam ipsi Iurisconsulti, quorum summus circa verborum proprietatem labor est, litus audeant dicere, qua fluctus eludit. Ita dicebantur eludere, hoc est, ludere desinere. Cicer. lib. de opt. gen. orat. de illo orationis faciendæ, ac ornandæ auctore locupletissimo Isocrate. Non enim in acie versatur, & ferro, sed quasi rudibus eius eludit oratio: & simul alludit ad pugnatores rudibus mutuò batuentes. Plinius item lib. 36. cap. vlt. ciuis laxatis potus medetur, vt licet videre gladiatores, cum deluserunt.

Aquilius ergo, qua fluctus eluderet, dixit, id C est, ludere desineret. ex his igitur apparet non mutandum esse hoc verbum in elidere, vt nonnulli volunt, siue alludere, vt putauit Lambinus eos laudans, qui murarunt in alludere, quales commemorat duos Galliæ viros doctissimos Io. Passeratium, & Io. Auratum: sed eluderet aptissimè legitur: sumitur enim metaphora à gladiatoribus gladios, & arma sua ventilantibus præludio, aut fine pugnæ.

Certè Donatus in Eunuchum Ter. eludere exponit, finem ludo imponere, quod proprie est gladiatorum, cum vicerint: sic etiam reciprocus D in littore fluctus alterno accessu, ac recessu alter super alterum Lusitare videtur: isti tamen & eluderet, planè ineptum putant, & alluderet, sic probant, primum ex Catullo de nupt. Pel. & Thet.

Omnia, quæ toto delapsa è corpore passim
Ipsius ante pedes fluctus salis alludebant.

Deinde Propert. eleg. 17. lib. 3.

Clausus ab vmbroso qua alludit Pontus Auerno,
Humida Baiarum stagna Misenus aqua.

Quam-

Quanquam hic multi libri non alludit, sed ludit, habent. & loco Misenus, repentis legunt. Sic & Ouid. Met. libro quarto. Alludentes vndas dixit, quæ alludere videbantur, & blandiri.

> *Huc it & hinc illuc, & in alludentibus vndis*
> *Summa pedum, taloq; tenus vestigia tingit.*

Quo modo etiam Quinctiliani locum auctor magni Latini Thesauri legit. Plinius item lib. 26. cap. 7. in saxis, vbi vnda alludit, &c. De Tripolio loquitur: Aggenus lib. de limit. agr. indicat à verbo alluere dictum litus, ita scribens ex verbis Casii Longini antiqui I. C. in Italia Pisauro flumini latitudinem esse assignatam quousque fluctus alluebat.

Illa verò Ciceronis verba, quæ omnia publica esse vultis, labol. ex eodem Cassio de verb. sign. L. Litus illustrat hac oratione. Litus publicum est eatenus, qua maximè fluctus exæstuat. Ad illam verò ex Celso legem notat Accursius, verba illa Aquilij non esse definitionem litoris; Sit igitur descriptio. nam in vera definitione locum metaphoræ Dialecticus non relinquit. Vellem ipse definitionem assignasset.

Tria vocabula simillima Literis, notione dissimillima. Drachma. Dragma, Drama. Græcè δραχμὴ. δραγμὴ. δρᾶμα. Priora duo manipulum significant, quidquid scilicet manu comprehenditur, ac pugno, à verbo δράττω, quod est prehendo, inde δρὰξ, id est, pugnus, & δραχμὴ genus monetæ, siue δραγμὴ, hoc est, πλῆθος ὀβολῶν, ἢ κερμάτων, vn pugno de quattrini, o baiocchi, Italicè diceremus. Nomen item ponderis significat.

Tertium vocabulum est, Drama, de quo nunc sermo. Est autem Drama genus quoddam poëseos complectens Epos, Dialogos, Comœdiam, Tragœdiam, Satyram, &c. nomen accepisse constat à verbo δράω, cur autem? non ita certum. Scaliger ab gestu, & actione ducit, quia lingua Dorum agere dicitur δρᾷν. Nam etsi sedendo quædam partes expediuntur, sessio ipsa etiam actio quædam est, & à maiore parte nomen fuit imponendum: sic iste lib. 1. Poët. cap. 3. recitat Arist. in Poëtica quorundam opinionem dicentium appellata Dramata, ὅτι μιμοῦνται δρῶντας, quoniam imitantur agentes.

Verior hæc sententia, sed fortasse tertia probabilior, quia Poëtæ Dramatici personas inducunt agentes, non ipsi quidem agunt, loquendo, aut parum omninò, de quo doctè Mazzonius lib. 2. defens. pro Dante cap. 3. Dorum enim lingua facere dicitur δρᾷν, vt Atheniensium πράττειν: hoc autem non est agere, id est, histrionum more, sed facientium aliquid, vt meo iudicio dormierit Scaliger, cum agere, id est, gestu imitari lingua Dorica δρᾷν dici scripsit.

Et facere quidem ipsi Dorienses δρᾷν Athen. vero πράττειν dixerunt. in quo etiam dormit Robert. ποιεῖν versus scribere, & poëma pangere vertens, non simpliciter, vt Paccius, facere: quia inquit, ποιεῖν aliquando significat hoc, vnde & Poëtæ nominati: planè enim constat non hoc significare hoc loco, cum Aristot. dicat illud ποιεῖν, vocati ab Atheniensibus πράττειν: quando autem πράττειν versus facere significat?

Ergò poëmata res exprimentia non per narrationem, sed vt geri solent ab ipsismet hominibus, Dramata nominantur: inde enim Homerum fecisse μιμήσεις δραματικὰς Aristot. docet, quia inducit personas δρῶντας. Vnde facillimum ex Epico poëmate, etiam si interloquatur Poëta. Drama ipsum in scenam producere, ac in Tragœdia fit. Nec aliud esse videtur impedimento, quàm longum temporis interuallum, quod conceditur Epico, plurium etiam annorum, cum vnius tantum diei naturalis spatio concludenda sit Tragœdia.

Ex eo natum prouerbium, quod litteratè Cæl. Rhodig. libro 6. antiq. lect. capite 19. explicauit duo Plutarchi loca illustrans, cuius videtur oblitus adagiorum collector, decertare Drama, siue Drama ad Corollas vsque decertare. Ita Plutarch. libro de claris mulieribus; & ait, Aretaphila varium, & multiplex hoc facinus confecit ad Corollas vsque, & vt liberam ciuitatem vidit, in gynæceum se mox abdidit, quæ longè melius conuertit, quàm Alamannus Ranutinus Florentinus. Exigebant Ciues ab Aretaphila, vt vna cum optimatibus Rempub. capesseret, imperaretque: ea verò, vt quæ varium, ac multiplex Drama vsque ad Corollas se decertasse opinaretur, posteaquam liberam animaduertit Ciuitatem, cófestim in Gynæceum se coniecit; ac ne curis in reliquum agitaretur, ad telam se cum familiaribus agens dedit.

Quo prouerbio rectè vtemur, cum quis non in suscepti laboris, aut prouinciæ principiis succumbit, sed ad finem vsque strenuè perducit, sicuti histrionibus absoluta iam fabula, siue Dramate dantur præmia, & Corollæ. Quo item vtitur Plutarch. in vita Demetrij.



Præse-

Praefectura Ægypti qualis. Ægyptij natura iritabiles: mala insana quae.

CAPVT VIII.

A INTEGRA populi libertate in Prouincias Praesides mittebantur, sine Praefecti, Procoss. & Praetores, quibus tamen adiuncti erant alij magistratus: ea amissa, succedente vnius Imperio, mutata paulatim ratio est, & Praetorum loco, atque Procoss. Praesides, & Praefecti missi, hoc item nomine propriè nuncupati. AEgypti Praefectura amplissimae erat dignitatis gradus, vt qui sex Prouinciis AEgypti ius diceret.

Tit. est in D. de off. Praefecti Augustalis. Augustalis enim haec Praefectura appellata. vt constat ex Dione lib. 51. quia cum Augustus alias B prouincias administrandas Romanis senatoribus daret: AEgyptum iis tantum, qui essent equestris ordinis, vnde ipse originem ducebat, dabat; idque eo consilio, ne fortè, cum rerum nouarum studiosissimi essent AEgyptij, ab aliquo senatorum ad res nonas moliendas concitarentur: sic omnem aditum in AEgyptum proficiscendi senatoribus interclusit: videbat scilicet senatum aegreferre Romanae Reipub. amplitudinem ad vnius hominis imperium denolutam.

C Deinde, ne, qui praeesset AEgypto, cum vellet, fame vrgeret Italiam, leniqne praesidio aduersus ingentes copias insideret, inquit 2. Ann. lib. Tacitus, immo adiungit, etiam illustrib. equitibus Rom. profectionem in AEgyptum ab eodem vetitam. & lib. 12. de Augustalium Praesidum auctoritate ita scribit. D. Augustus apud equestres, qui AEgypto praesiderent, lege agi, decretaque eorum proinde haberi iusserat, ac si Magistratus Romani constituissent. & libro 17. AEgyptum iam inde á D. Augusto equites Romani obtinent loco Regum.

D Ita visum expedire Prouinciam aditu difficilem, annona fecundam, superstitione, ac lascinia discordem, & mobilem, inscíam legum, ignaram Magistratuum domi retinere: quamobrem vt idem lib. 3. histor. scribit multum spei in AEgypti prouincia ad imperium facile obtinendum posuit Vespasianus, quando AEgyptus claustra annonae, vectigalia opulentissimarum prouinciarum obtinerentur. Sic item posse Vitellij exercitum egestate stipendij. frumentique ad deditionem subigi. & Seuerus Imperator ad E Philippum AEgypti Praefectum patrem Eugeniae Virginis, & Mart. iam Christianum, tanquā Regem, potiusquam Praefectum, elegit AEgypti Praesidem: & hoc est, quod Strabo lib. 17. ait, eiusmodi Praefectos Augustales Regis ordinem gerere.

Videbatur ea Prouincia esse quodammodo peculiare Regnum Romani Imperatoris; hinc à suis desertus Nero, vt Suet. narrat cap. 47. in eo, cogitanit inter alia sibi à Senatu Praefecturam AEgypti concedi. Vt verò equestris ordinis homines tantum eam Prouinciam administrarent, vsque ad Seueri Imp. tempora seruatum: Nam eodem lib. scribit Dio, AEgyptum sub eo F meruisse senatores Praesides habere, & à filio eius Antonino AEgyptios in senatum Rom. fuisse adscriptos: perseuerauit tamen idem titulus, vt qui ei praeesset Prouinciae, diceretur Praefectus Augustalis.

Porrò AEgyptios natura suapte prae caeteris nationibus esse iritabiles, & facillimè furere, sic, vt ex minima quaque scintilla immensas excitare solerent flammas incendiorum, Philo narrat contra Flaccum, AEgyptiorum acerbitatem & grauem iracundiam, cuius haec verba in lib. de vita Mosis: & de Agricultura *A* gens AEgypti G sua natura, & infignitere st iactabunda, etsi parua quaedam felicitatis ipsi aura aspiret, irridet, & fastidit plebeiorum vitam, ac studiis in Flaccum rursus; *B* AEgyptij natura inuidi, sic ante dixerat, rumpebantur inuidia, & aliena benefacta putant esse damna sua; *C* & ante, in his, scilicet qui natura sunt iritabiles, primas ferunt AEgyptij & Iuuen. Sat. 15. pro monstro canit.

Hinc ieiunum odium, sed iurgia prima sonare, H
Incipiunt animis ardentibus: haec tuba rixae

Ita cum inter se luderent, quid cum rixarentur?

Ludere se credunt ipsi tamen, & pueriles
Exercere acies, quod nulla cadauera calcent.

Quam puto caussam fuisse, cur occupatum AEgypti Regnum victor Caesar Dict. veritus fuerit Prouinciam facere, ne quandoque violentiorem Praesidem nacta, vt loquitur Suet. in eo, cap. 35. nouarum rerum materia esset: Nam & in Comment. belli Alexa. ita prodirum est ab Hircio, siue Oppio, de AEgyptiis. Gens est fallax, I semperque alia cogitans, alia simulans, & Fl. Vopiscus in Saturn. sunt, inquit, AEgyptij, viri ventosi, furibundi, iactantes, iniuriosi, atque adeo vani, & rerum nouarum auidi.

Vnde Aurelius prudentissimus Imperator praecepit Saturnino, cui limitis orientalis ducatum dederat, ne vnquam AEgyptum viseret: verens, scilicet ne si perturbidam gentem vidisset, ad moliendas res nouas induceretur: Et Amm. Marc. lib. 22. de Alexandrinis, praecipue ad singulos motus excandescentes, controuersi, & reposcones acerrimi. Idem Dio commemorat libro 39. Cum alioqni bellicis sint laboribus ineptissimi. K

Haec certissima, & exploratissima, si vera sunt, vt sunt, quae de immanissima Gentis illius in Christianos persecutione scribit Eusebius lib. 6. Eccl. hist. cap. 34.

Mala insana, quae nos Melanzana, ò Melangiana, Etrusci Petrancia vocant, Melongenana lib. 2.

cap. 445.

cap.445. Auicennæ putat Hermolaus Barbarus in Coroll.in Dioscor. lib. 4. cap. 79. ab antiquis non cognita, vt & Io. Ruellius lib. de stirp. 2. capite 124.
L

De Morio, inquit prior, Mandragora nihil habeo, quod addi possit iis, quæ à Dioscor. notantur. Sed quoniam mala terrestria, & Canina Mandragoræ fructus appellantur, in mentem subeunt, quæ vulgò Melanzana vocamus, hoc est, mala insana: de quibus nihil fuisse veteribus scriptum iam desino mirari, quòd multa eius modi reperio, vt multa quondam fuere, quę modo vel ignorantur, vel certè non habentur. Mala ergò insana è frutice vulgari sunt passim nascen-
M te, vt Melones, & Cucorbitæ, pari quoque cultu, foliis ptope ficulneis, flore oblongo, speciofo, candido, manditur vulgò pomum ex oleo, sale, pipere, fungorum modo coctum.

Idem plane Ruellius, nisi quòd addit, quod Hermolaus tacuit, ant malè explicuit, cincinnatum esse fructum colore punico, vel niueo, vel subluteo, in quo cartilago grania intercepta cucumeraceis, & dum coquitur, vbi paulum inser-
N buit ignis, in orbiculos, vel taleolas digeritur, & loco etiam acetarij esitur; Salgamarij in muria acida seruant cibo per hiemem, & ver, ori non ingrato, sed tamen ægrius concoquitur: In hortis apud nos seruntur, sed frequentius in fictilibus, vt fenestrarum pensilea hortulo exornent.

Similia Matthæolus in Diosc. & prius Antonius Musa Brasanola in Dialogo. Iacobus Forliuiensis non ignobilis medicus 1. Can. Fen. 2. Melangianus color, inquit, à Melangiis, Melangena, Berenga Hispanicè, quidam putarunt esse Morion secundam, siue tertiam Mandra-
O goræ speciem, & pòmo sceguoso nominant: confutat Leon. Fuchsius lib. 5. collect. c. 201. duabus maximè rationibus ex lib. 6. de historia plantarum Theophr. cap. 2. Tum quia Morij fructus niger est, & acinosus, tum quia lethalis.

Et Amatus tamen Lusit. in 3. Dioscor. libro enarr. 39. speciem esse voluit secundam Mandragoræ, quæ dicitur lutei coloris, figura enim
P & vitibus est similis, & quia tristes, & atrabilarios, vt medicè loquar, humores gignit, vt idem ex Auicenna obseruat: & mihi fit verisimile, quod nomen ipsum Græcum μωρὸν indicat, quo insanum significat: vt iam facile nobis fit explicare cur mala insana dicantur, μωρὸς enim Grecè stultus est, & fatuus: hinc Moriones fatui, qui risum mouent spectantibus, vt iam non debeat in lib. 1. de plant. I. C. Scalig. in hoc Hermolaum redarguere, nisi verisimiliua sit, ex eo nomen accepisse, quod, vt attigi, melancholico sit succo, qui proprius est humor insanorum.

Cur autem Galli pomum nominent amorum, qui hoc tradit Ruellius, respondet, quia elegans, & pulchrum, ideoque dignum, quod Q ametur, aut fortassè, quia amor insania quædam est. Veneremque hæc poma excitant, ita Germanicè poma furoris appellantur. accuratius lib. 3. purgam. Dodonæus diuersa esse poma amoris ostendit, quæ nos Itali pomi d'oro nominamus. Fuchsius, cap. 203. hist. plant. nomina, genera, forma, locum, tempus, temperamentum, & vires exponit.

Miruni eur Virg. Marc. in Dioscor. de his ne verbum quidem: Cum tamen Aetius, & Simeo Sethi de illis scribant sub nomine Mazizanion. D Mazizanion, inqnit, posterior, sic & Neapolitani nunc vocant, Melezanum, calida est, & sicca secundo ordine, & melancholicum humorem gignit: Crebrius verò si quis vtatur, pallorem R inducit, affectusque melancholicos: at si cum aceto comedatur, adstringit: oportet igitur ea ante decoquere: quo enim magis coquuntur, eo maior praui succi copia expellitur.

Hos duos vetustiores Medicos, tametsi non vetustissimos legisse non videtur Hermolaus, cum antiquissimis hanc plantam ignotam fuisse tradidit. Sed, opinor, antiquissimos illos intellexit, Hippocra. tum Dioscor. & Gal. lege Rouill. l. hist. omn. plant. 5. c. 31.

Rotundis Templis cur veteres delectati. Pantheon cur dictum: propempticum, & protrepticum carmen quod.

CAPVT IX.

CAELI naturam, & formam veteres imitari rotundis inprimis templis A delectati sunt, inquit vir doctus Gul. Philander in lib. 4. Vitruuij cap. 7. Sanè veteres mundo ædem rotundam statuerunt, mundumque nominarunt, vt apud Festum Cato ait in comm. iur. ciu. ab eo mundo, qui supra, & infra nos est: Sic Vestæ Numa, omnibus Diis Agrippa; Nam & Aristoteles scripsit veteribus placitum Diis templa specie ponere rotunda: tametsi uni Iano quadrata forma erigebantur. Ostendit πάνθεον Romæ, & alia pleraque. B

Pantheon autem lib. 53. scripsit Dio fuisse ϑολοειδές. Tholum vero dixit Varro lib. 3. de re rustica cap. 5. Vbi de ornithone loquitur, ædificium rotundum, columnatum duplici columnarum ordine, quia tunc scilicet ea fortasse erat forma locorum, vbi aues, præsertim cantatrices, nutrirentur: Alias enim Honorato Seruio in C lib. Aen. 9. Tholus est veluti scutum breue, quod in medio tecto est, in quem trabes coeunt, ad quod dona solent, in templis videlicet suspendi: neque tota hæc est significatio huius vocis: quidlibet rotundum in ædificiis Tholum esse

iudicat lib. 3. cap. 5. Vitruuius nominans Tholo-
rum rotunda tecta. Et Ouid. Fast. Curuum Tho-
lum.

D *Esse diu stultus Vestæ simulacra putaui,*
Mox didici curuo nulla subesse Tholo.

Ergò Tholus est ædificij camera, siue erectior te-
studo in orbem circumacta, quæ templis addi
solet: Cuppole vocamus nos Itali, siue tribuere:
hæ vel rectangulæ fiunt, & integræ omni e a parte
circumdantes, vel ducuntur ad ambitum hemi-
cyclo; quare Suidæ est, οἶκος περιφερὴς Hæsychio
στρογγυλοειδὴς, vel εἰς ὀξὺ ἀπολήγουσα ἔχων τὴν στέγην.
habens tectum quod in acutum desinit. Hinc
apud Paus. in Att. hoc est lib. 1. & Pollucem libro
8. extremo Tholus erat locus, in quo Prytanes
conueniebant ad capiendum cibum, vt est apud
Demosth. & Andocidem, & Plat. in Apol. quia
E rotunda erat forma: alter item locus in balneis
ob eandē caussam apud Aleiphr. in epist. Athen.
lib 11. cap. 18. Vtrumq; Alexandrum, & Aphrod.
& Trall.

Difficilius est videre, quomodo declinetur
Pantheon, an πάνθεον πανθέου, an πανθεῖον, πανθεί-
ου sit declinandum: Philander in 2. lib. Vitruuij
cap. 1. ex Paulo Diacono sic inflectit. Paulus Dia-
conus refert Pantheona æreis tegulis tectum,
quarum nos in summo Fornice prægrandes ali-
F quot vidimus.

Suid. legit. πάνθεον. ita enim habet. Locus in
Campo Romanorum, templum erat commune
omnibus Diis, inde dictum. Cur autem? quia
totum diuinum, cum sit sacrum omnibus Diuis,
& Dio, qui vt ait lib. 53. quia in simulacris Mar-
tis, & Veneris multas Deorum imagines accipe-
ret. Vel potius, quod forma conuexa fastigia-
tum cœli similitudinem ostenderet.

Nam & Amm. Marcellinus Pantheon dicit,
velut regionem teretem speciosa celsitudine
fornicatum, vndique, & vsquequaque aspectabi-
G le, vt ego accipio, à πᾶν, & θεᾶν, quod est inspice-
re, quod est etiam etymon θεᾶν ex sententia Eu-
stath. lib. Vlix. antepen. & 6. & 8. Iliad. Dicitur
enim à θεῖον, & ὅλον. quia est, παντοθείοτερον, quid. Ita-
que erit productè latinè efferendum Pantheon,
vel Pantheum. est enim per ει, vt Καισάρεια, Cæsa-
rea; πάνθειος spondeus; siue per ε, sic corripi-
tur.

Quid sit carmē propempticum, & protrepti-
cum nunc explicandum. Auson. Gallus poëma-
H tion composuit ad Nepotulum ex filia inscri-
bens protrepticum, sanè elegans, & eruditum:
atque idem esse multi existimarunt quod Papi-
nij lib. 3. Silu. protrepticum Metij Celeris, nesci-
entes vtrumque nomen distinguere: Nam Au-
sonij, protrepticum quidem est, Statij verò non
protrepticum, sed propempticum: quale est
item Sollij Apollinaris ad libellum suum: quale
item apud Steph. Parthenius conscripsit: tale
item, quorundam opinione, illud Statij V. Silua-
rum ad Crispinum euntem in agrum Tarquini-
ensem. A quibus iure dissentit Lilius suo 21. Dia-
logo, putans hoc secundo Statij loco protrepti-
cum legendum.

Protrepticum igitur est sermo hortatorius, & I
quasi in viam dirigens, & conuertens eum, qui
aberrauerat à via, aut ignorabat, à verbo προτρέ-
πειν, quod est hortor, & dirigo. Ita Auson. Nepo-
tulum suum hortatur, vt studiis litterarum dili-
gentem operam nauet. & Statius, Crispinum, vt
paternos mores imitetur.

Ita Iul. Capitolinus in Salonino tradit M. Tul-
lium, eum, qui de Philosophiæ est laudibus, Hor-
tensium, scripsisse in formam protreptici, hoc K
est, orationis ad Philosophiæ studium incitan-
tis: quo modo AEschines in Ctesiph. dixit, hoc
est, quod præcipue valeret ad excitandos ani-
mos ad studium virtutis: cuiusmodi sunt no-
strorum Iustini, Mart. & Clementis Alexan. λόγοι
προτρεπτικοὶ ad fidem Christi amplectendam inci-
tantes.

Athen. quoque apud Quinctil. lib. 3. cap. 6.
Status in quatuor diuisit, & primum protrepti-
con appellauit: Sic ergò initio epistolæ Ausonij L
legendum, instar protreptici luseram: Sic emen-
da præmisi, & fortasse, ipsi, vertendum in illi, aut
tibi.

In eadem epistola quidam legunt, vt habet
antiquus codex extremo penè superiore sæculo.
Venetiis excusus, iusto pectore, Lilij codex, iun-
ceo habet, explicat ipse pectus læue, & politum,
nullis rugis asperatum, cum alibi idem Ausoni- M
us sic scribat in epist. ad Theonem.

Pectore sic tenero, plena sic iunceus aluo.

Et Ter. Eun. act. 2. sc. 3. Curuatura iunceas dicit:
Sanè iuncto pectore legendum, immò potius
vincto, quod item probat Lilius. Apparet enim
Ausoniū hæc verba à Ter. Eunucho mutuatū, vbi
Chærea sic. Quas matres student demissis hu-
meris esse, vincto pectore, vt graciles sient, & sic
Donatus interpretatur. Nam olim mos erat pu-
ellarum Strophio, & Zona, seu fascia quadam co-
hibere sororiantes mamillas, vt Non. Marcellus
notat. In fine eiusdem epistolæ, Prouerbiū Græ- N
cum integrum non habetur, deest prima dictio
δὶς.

Propempticum autem ad verbum est præmis-
siuum, siue comitatiuum carmē, προπέμπω enim
est dimitto, comitor, abeuntem deduco: hinc &
προπεμπτικὸν, quo aliquem prosequimur hinc,
id est, ex hac vita abeuntem, id est, alienius funus
deducimus, & honoris caussa aliquem comita-
mur: Sic Stat. Propempticon Metio Celeri scri-
bit, vt eo carmine illum in Syriam proficiscen- O
tem comitaretur: quo modo Sollius Apoll.
libellum suum endecasyllaborum
prosequitur, benè illi
precatus.



Constan-

Constantinus Magnus à plerisque Zosimi calumniis liberatus.

CAPVT X.

A ZOSIMVS Comes vir Idolomaniæ addictissimus Imperio Romano ad veram Christi religionem suscipiendam feliciter inclinato, prouinciam hanc suscepit describendæ Romanæ historiæ, hoc tantum consilio, vt ostenderet mutatam Deorum superstitionem in Christi fidem caus-
B sam fuisse declinationis Imperij: contra quam persuasionem B. etiam Aug. libros de Ciuitate Dei putauit sibi exarandos.

Ergò Zosimus calumniæ occasionem suscepit non Constantini res gestas commemorandi, sed inuectiuas conscribendi, ex eo maximè, quod ludos seculares neglexerat celebrare, qui centesimo decimo quoque anno recurrebant, & quos ex libris Sibyllinis diuinitus institutos Romæ putabant, in quibus etiam erant hi versus.

C *Itala sic tellus omnis, tellusq; Latina*
Æternum tua sceptra colet, tua iussa capesset.

Sine, vt Ang. Politianus conuertit, & citat Onuphr. lib. de ludis fecularibus. Cum enim celebratio horum ludorum illis versibus esset præscripta, ita concluditur.

Quæ tibi si stabili sint omnia condita mente,
Cuncta tuo Italiæ tellus, cunctiq; Latini
Subdent colla iugo, & victoris sceptra tenebunt.

Itaque lib. 2. Zosimus plaustris conuiciorum cœpit in Constantinum inuehi: ac primum nouis eum semper tributis populum vexauisse tradit.
D Quæ manifesta calumnia est, & nimis impudens mendacium: Constat enim eum sæpè relaxauisse, & remisisse vectigalia antiqua: Deinde ex aliis ipsius legibus exploratum est, Clementem illum fuisse, benignum. ac pium.

Extat Panegyricus ipsi dictus, in quo hæc de eo scribuntur. Septem millia capitum remisisti, quartam amplius partem nostrorum censuum: Mox remissione ista septem millium capitum,
E viginti quinque millibus dedisti vires, dedisti opes, dedisti salutem. Iterum. Certè & tum liberi Parentes suos cariores habent, & mariti coniuges non grauatè tuentur, & parentes adultorum non pœnitet filiorum, quorum onera sibi remissa lætantur. Hoc dicit, quoniam eos liberarat à tributo, quod pendebant pro singulis capitibus non modo agrorum, sed etiam hominum; quæ vt elatiora tibi sint, lege Commentarium Iusti Lipsij in 2. Ann. Tac. lib. cum Galliarum censum explicat.

F Est item Emeritæ in Hisp. huiusmodi inscriptio, quam retulit Aldus post Schol. in Comment. Cæsaris, quæ mendacem Zosimum facit, Ita enim habet. Imp. Cæs. Flauius Constantinus Aug. pacis, & Iustitiæ cult. pub. quietis fund. religionis, & fidei auctor remisso vbique tributo finit. prouinc. iter restaur. sec. 114. Præterea legem sanxit, ne, qui potentiores essent, humiliores damno afficerent: atque ita, quæ grauiora tributa indicta fuerant, ad pristinam G mitiorem censum professionem reuocauit. l. 1. C. de Censibus lib. 11.

Tertio mentitur Zosimus scribens, Constantinum meretricibus tributum imposuisse. Certo enim certius est, illud tributum fuisse antiquissimum iam inde ab Imperij principio à C. Caligula excogitatum, vt auctor est in eo cap. 40. Suet. quod posteà vetuit in ærarium inferri Alexander Mammææ, vt scribit Lampridius, deputans illud publicis fabricis.

Dicet Zosimus, Chrysargyri tributum à Constantino populis impositum. Falsò dicet, quando constat Constantino esse antiquius, & quatto quoque anno solitum ex negociatione tantum, id est, ex mercatura præstari: Vtiure eum H Euagrius refellat lib. 3. cap. 39. 40. 41. Postea ab Anastasio sublatum: quale autem hoc tributum fuerit, docet Zonaras tom. Ann. 3. & valde ab eo differt quod Zosimus narrat.

Quinctò, adeo fuisse tenacem Constantinum in exigendis tributis, Zosimus ait, vt passus sit ad ea soluenda à parentibus filios distrahi, & filias prostitui; Hoc certè vanum est, ἀπὸ τῶν ἀδυνάτων, Constat enim ipsum, vt egentibus I prouincialibus subueniret, ne quid huiusmodi perpetrare cogerentur, Procons. ac Præsidib. edicto præcepisse, vt ex horreis publicis alimenta ipsis suppeditarentur. Extat. l. 2. de alim. C. Theod.

Constat item abrogasse eum pœnas, quæ seuerissimæ fuerant à superioribus Imperatoribus constitutæ aduersus debitores, qui soluendo non essent. l. 3. de exaction. eo. C. sanctionem quoque edidit, qua parentum inopiæ, qua cogebantur eos filios occidere, quos alere non possent, cum ex ærarij, tum ex priuata pecunia voluit esse consultum. C. eo. l. 1. de alim. K quæ quidem Sanctio pro Italis, & qui in Italia morabantur, valuit; Prouincialibus verò ita prospexit; vt concederetur quidem liberorum distractio, sed ita vt redimi semper possent. l. 2. de Patrib. qui fil. distrax. eo. C. vt omittam, quæ de eius liberalitate erga pauperes scribit Euseb. in eius vita lib. 1. cap. 36.

Iniquissimè igitur facit calumniator Zosimus, qui Constantinum, cum reliquis Imperatoribus, qui eum consecuti sunt, ex nescio quo L Sibyllino oraculo lupum interpretatur, quod graui onere tributorum Byzantium oppressisset, quam veluti alteram Romam effecerat, & aliarum prouinciarum spoliis, atque opibus locupletarat: quod oraculum, si vllum fuit, ad Turcas nationem Scythicam referen-

dum erat, vel ad posteriores etiam Christianos Imperatores schismaticos tamen, vel Hæreticos, certe Romanæ Ecclesiæ sæpissimè rebelles, atque hostes.

At vsus est diutissimè Præfecto Prætorij auarissimo Ablabio pecuniæ mancipio. Non inficior. Sed audi, quid cum illo, aut certè ipsi simillimo homine, quem eum suo nomine non appellat, Constantiuus egerit, dixeritué, ex eodem Eusebio libro 4. Vitæ Constant. cap. 29. extremo, & 30. Cuidam ex suis aliquando dixisse fertur, quousque tandem inexplebilem hanc tuam auaritiam cumulamus, aut sustinemus? Tum hasta, quam manu tenebat, longitudinem hominis humi cum impressisset, omnes, inquit, vitæ diuitias, & vniuersi opes orbis domi si haberes, non plus tamen, quam hoc loculo à me circumscripto possidebis, atque vtinam illud possideas.

Nec vanus fuit Vates Constantinus: miser enim Ablabius instar pecudis per frusta discerptus, vbi sepultus fuerit, ignoratur. Gratior erit fortasse Græca Græci auctoris oratio.

Idem Zosimus putauit, & scripsit eundem Constantinum ad annum vsque 16. sui Imperij fuisse Gentilem, propter quod eius rescriptum de Augurib. consulendis hoc anno 16. emissum l. 1. de Pagan. C. Th. & patriis adhuc sacris vtebatur, non tam honoris caussa, quam necessitatis; quo fiebat, vt & Ariolis, si qui essent experientes, fidem haberet, veluti qui vera ei de rebus omnibus feliciter gestis prædixissent.

Planè vt capitalissimus hostis Christianorum in luce clarissima alucinatur, quia alucinari voluit. Constat enim ante annos decem, cum fuit Iudex à Donatistis interpellatus in causa Cæciliani, sic respondisse apud Optatum lib. 1. Petitis à me in sæculo iudicium, cum ego ipse Christi iudicium expectem, quæ verba non nisi sunt hominis Christiani. Deinde, cum ab initio suæ conuersionis sacrosancto crucis signo, & admirando Christi nomine præcipuum militiæ signum labarum ornatum gestaret, poteratne Gentium sacrificiis, & superstitionibus pollui?

Tertiò, leges iam tulerat pro Christianis aduersus Gentiles, licet nondum Christi Baptismo expiatus foret, (quod non contigit, nisi post Faustæ vxoris, & Crispi filij cædem) quo tempore circumspectè in re Christiana promouenda agebat propter Senatum, & Vrbem ipsam superstitioni Idolorum addictos.

Cur autem rescriptum illud de Aruspicibus daret, caussa esse potuit, ne eos sibi tam infensos haberet: Nam ante aliud edictum aductus Aruspices cum esset V. Cos. cum Licinio Iuniore, vt est in C. Theod. l. 1. & 2. de malef. emiserat; ideoque fieri potuit, vt Romani tumultuarentur, suspicati Constantinum omnino constituisse patrios veteres Deorum ritus abrogare; quam suspicionem vt tolleret, de consulendis Auguribus rescripsit; maxima enim erat Auguriorum in Vrbe auctoritas, magna religio, vt apparet ex lege, quam recitat 2. de legibus M. Cicero. Pœnas tamen huius facinoris domestico bello afflictus persoluit.

Sanè post debellatum Maxentium vrbemque in suam potestatem redactam Deorum se cultu nondum omnino abdicarat: nam illo debellato vna cum Imperio cætera omnia Gentilium Imperatorum insignia accepit, & eius superstitionis Pontifex Maximus creatus, dictusque legitur: vetus hoc indicat Romæ in cæsiorum ædibus inscriptio, quam Manut. de orthogr. exscripsit. Magno, & inuicto Imperat. Cæs. C. Val. Aurel. Constantino Pio, & Inuicto August. Pont. Max. Coss. I. P. P. Proc. D. N. Corpus Coriariorum, Magnariariorũ, Caliariorum deuotĩ numini, maiestatique eius. Qui tertius illius consulatus annus fuit, qui consecutus est victoriam de Maxentio.

Neque fidem habeo Eusebio vitam Constantini scribenti, qui potius ipsius encomium scripsit, quàm historiam, & Constantini vitiis tacitis eius tantum laudes est persecutus: nec inficior tamen eum, tametsi ab Idololatria non abhorrentem, multis officiis Christianos affecisse; & nego tamen, quod Zosimus affirmat, Constantinum tamdiu vsum sacris patritis, quamdiu vniuersum Imperium sub dubia alea esset; Cùm verò plane obtinuit, iis nuncium remisisse: Contrarium enim constat, bello nimirum Liciniano, nihil ab eo gestum, quod Gentilium saperet superstitionem, solum autem, ac securè imperio potitum indigna homine Christiano de Aruspicibus rescripsisse.

Illud item est insigne Zosimi mendacium, cum libro quarto scribit, omnes Christianos Imperatores vsque ad Gratianum dictos esse Pont. Max. Accusant eum omnia vetera monumenta lapidum, numismatum, titulorum, factionum: & hoc tempore, quod intercessit inter Constantinum, & Gratianum, vnus tantum Iulianus Apostata Pontificis Maximi nomen accepit, quod quasi ostentum Sozom. narrat libro quinto, capite primo, & idem ipse Zosimus eodem libro testatur Gratianum oblatum sibi à Gentilibus Senatoribus Pontificatum Maximum repudiasse, quod iidem illi Maximo Tyranno postea detulerunt: Neque vlla vnquam fit de Pontificatu Maximo in Panegyricis, qui Christianis Imperatoribus dicti fuerunt, mentio.

Quod item confirmat Gelasius Papa in tomo de Anathematis vinculo ita scribens. Diabolus in suis quoque imitatus est, vtpote qui

semper

ſemper, quæ diuino cultui conuenirent, ſibi-
met tyrannico ſpiritu vendicare contendit, vt
pagani Imperatores, iidem, & Maximi Pontifi-
ces dicerentur: Sed cùm ad verum ventum
eſt eundem Regem, atque Pontificem, vltra
T ſibi nec Imperator Pontificis nomen impo-
ſuit, nec Pontifex regale faſtigium vendica-
uit.

Verba Zoſimi hæc ſunt. Simul enim atque
ſummum imperium quiſque accipiebat ami-
ctus ei Sacerdotalis à Pontificibus offerebatur,
& continuo Pontificis Maximi titulum vſurpa-
bat. Ac cæteri quidem Principes vniuerſi lu-
bentiſsimis animis hunc honorem accepiſſe, &
hoc vſi titulo videntur: adeoque Conſtanti-
Z nus etiam potitus imperio, licet is à recta ſa-
cris in rebus via deflexiſſet, & fidem Chriſtia-
norum amplexus eſſet; itemque poſt illum &
reliqui ordine ſecuti, & Valentinianus, atque
Valens. Cum ergò Pontifices ex more Gratia-
no talem amictum attuliſſent, auerſatus eſt id
quod petebant, ratus non eſſe fas illiuſmodi ha-
bitu Chriſtianum vti; Cumque Sacerdotibus
ſtola reddita fuiſſet, aiunt eum, qui digni-
tate Princeps inter eos erat, dixiſſe, ſi Prin-
ceps non vult appellari PONTIFEX, admo-
dum breui Pontifex Maximus fiet. Ita Zoſi-
mus.

Hac verò Amphibologia Pontifex ille Gratia-
num eluſit; maximum enim Pontificatum Maxi-
mo Tyranno iidem, qui Romæ erant Pontifices,
Aa poſtea dederunt. At Auſon. Gallus in gratia-
rum actione pro ſuo Conſulatu Gratianum Pó-
tificem Maximum nominat. Sunt enim hæc eius
verba. Auguſtus ſanctitate, Pontifex religione,
indulgentia Pater, ætate filius, pietate vtrumque
ſuperat.

Reſpondet Cæſar Baron. in notis ad Marty-
rol. Rom. 22. Aug. die, id per alluſionem ab eo
dictum; quod indicare videntur citata Auſonij
verba: hinc de ſui Conſulatus auſpiciis non
Gentilium, ſed Chriſtianorum more captatis,
Deum ait habuiſſe tantummodo Conſultorem,
& alludens ad priſtina ſacra, atque Comitia,
quæ tum Pontif. Max. Deo participatus habu-
iſti, &c. & infrà. Operto conclauis tui non
ſanctior ara Veſtalis, non Pontificis cubile ca-
ſtius.

Quæ tamen excuſatio minus eſt idonea, quod
in veteribus inſcriptionibus Emeritæ vna, & al-
tera Romæ in Ponte Cæſtio iuncto Inſulæ Tibe-
rinæ, Valentinianus, & Valens Pontifices Maxi-
mi nominantur: quare 9. Ann. lib. verius locu-
tus cauſſas reddit, cur à Chriſtianis Imperato-
ribus admitteretur Idololatrarum Pontificatus
Maximus.

Bb Ac prima quidem ea videtur cauſſa fuiſſe,
quòd ita videbatur cum Imperatoria dignitate,
ac Maieſtate connexus, & implicatus, vt ſine
Maximo Pontificatu eſſe non poſſet Imperator:
atque in eum S. P. Q. R. bona ex parte Genti-
lis facile tumultuabatur, & conſpirabat, quem
non videret patriæ religionis amantem, ac ſtu-
dioſum.

Altera cauſſa, quod Pontificatus dignitas
erat ampliſsima etiam ſupra Coſſ. Poterat enim
comitia, ne fierent, religionis ergò prohibere;
poterat irrita facere, ſi facta fuiſſent; poterat Se-
natus conſultis intercedere; poterat arbitratu
ſuo bella, quo minus fierent, impedire: eiuſ- Cc
dem item iuſſu Coſſ. magiſtratu ſe abdicabant,
vt conſtat ex M. Tullio lib. de nat. Deorum 2.
& lib. 2. de legibus. Tacito de mor. Germ. Va-
ler. Max. libro 1. cap. 2. & 3. & ex T. Liuio ſæpiſ-
ſimè.

Hanc ergò auctoritatem omnes Rom. Impe-
ratores ſibi eſſe pernecessariam iudicabant, vt
ſummo religionis iure in ſæpe ſibi moleſtum Se-
natum vterentur, & magis obſequentem habe-
rent; ac tanto magis Imperatores Chriſtiani,
qui ſciebant ſe inuito Senatu regnare, & ob reli- Dd
gionis diuerſitatem odium in ſe, atque inuidi-
am Gentilium concitare: quæ cauſſa cum ceſſa-
uit, toto ferè Senatu ad Chriſti fidem traducto,
vniuerſoque populo, aut certè magna ex parte;
Imperatores item Chriſtiani deſierunt hunc ti-
tulum admittere.

Primus hoc exemplo ſuo docuit Gratianus,
tum ſecutus eſt eum Theodoſius, ac ferè ſe-
quentes. Certè ſub Theodoſij Maioris impe-
rio Senatum maxima ex parte fuiſſe Chriſtia-
num S. Ambroſ. indicat ſcribens ad Valenti- Ee
nianum de relatione Symmachi ita loquens.
Abſit, vt hoc Senatus petiiſſe dicatur: pauci
Gentiles communi vtuntur nomine, (hoc eſt,
Senatum ſe nominantes.) &c. Dignum eſt tem-
poribus veſtris, hoc eſt, Chriſtianis, vt digni-
tas Chriſtianis ſenatoribus abrogetur, quo Gen-
tilibus ſenatoribus profanæ deferatur volunta-
tis affectus. Sic etiam indicat Prudentius aduer-
ſus Symmachum.

Igitur Chriſtiani Imperatores abſque Idolo-
latriæ crimine ea dignitate, eaque dignitatis
tunica, ſiue ſtola vti, non ad ſacra profana per-
agenda, ſed ad plenam auctoritatem, poteſta- Ff
temque obtinendam poterant: Neque, vt de
cæteris criminibus, reprehenſi vnquam legun-
tur à Pontificibus Chriſtianis: id verò multo
æquius facere poterat Conſtantinus Magnus,
tum quia ethnicis ſenatoribus plenum habebat
Senatum, & Pop. Rom. pars maxima Idoloma-
niæ erat addicta, tum quia ipſe nondum erat
baptiſmo ablutus, tametſi fortaſsè Catechume-
nus, aut ſaltem ad Religionem Chriſtianam
propenſus.

At Pontifex Max. cum eius dignitatis nomen
ac veſtem ſumebat, vt ſcribit Prud. lib. 4. περὶ στε- Gg
φάνων, ſub terram alta ſcrobe demerſus ſangui-
nem Tauri in ſacrificio necati excipiebat, & ebi-

bebat, aut potius libabat, & Ioui Capitolino, aliiſque Diis ſacta faciebat: quomodo autem Chriſtianis Imperatoribus fas erat hanc ceremoniam obſeruare?

Reſpondeo, cum Pontifex Max. fiebat Imperator Chriſtianus, ea tantum exercebat, quæ ſine Apoſtaſiæ crimine exerceri poterant cæteris neglectis. Itaque legimus tantum eos & amictu Pontificio, & titulo accepto vſos fuiſſe.


Suprema addetur manus capiti, ſi prius ad-
Hb noraucro, quod Sid. Apollinaris lib. 2. epiſt. 8. Conſtantini vitam ab commemorato Ablabio Conſule (eundem enim fuiſſe credo, qui & Præfectus Prætorio fuit) acerbiſsime Laceratam hoc diſticho Palatinis foribus appenſo cecinit.

Saturni aurea ſecla quis requirat?
Sunt hæc gemmea, ſed Neroniana.

Cur autem? quia coniugem Fauſtam extinxerat ealore balnei, filium Criſpum frigore veneni, Licinium etiam Sororis filium interfecerat
Ii ob neſcio quæ habita ab illo cum Barbaris contra ipſum conſilia, vt Euſeb. indicat in Chron. de Licinio Patre priuato loquens. Hæc produntur à Zoſimo libro ſecundo, Eutrop. libro 10. Aur. Victore in Conſtantino, Ammiano libro 14. Ethnicis. à Sidonio iam citato, Oroſio libro ſeptimo, capite 28. 29. Gregor. Turon. capite 36. libro primo, hiſtor. Franc. Chriſtianis.

Neque Artemius Martyr Præfectus Auguſtalis Chriſtianæ fidei apud Iul. Apoſtatam reus hæc negauit, nec Suidas voce *κείνων*, vbi pro
Kk Criſpo male habet Priſcum: Nec Zon. tom. 3. vt parum fidelis hiſtoricus fuerit Euſebius hæc omittens in Vita Conſtantini, & Sozomenus lib. 1. cap. 5. & Euagrius lib. 3. cap. 40. & 41. negantes, quibuſcum Nicephorus coniungi poteſt, lib. 7. cap. 35.

Turpem fuiſſe cauſſam necis filij, & vxoris, Artemius Martyr, Zoſimus, Suidas tradunt. iuſtam tamen, filij, quòd eum nouerca detuliſſet ob tentatum pudorem ſuum, ſiue ob ſtuprum verè illatum, Nouercæ, quia eam mentitam comperit: aliam cauſſam Turon. adiungit, proditionis: narrat etiam Eutropius, ſæuitum ab eo in ſuos quoque amicos plurimos, & renarrat Sozomenus.



Vis Verbi polliceor, & promitto enucleata: Teſtis quid ſignificet, & anteſtari.

CAPVT XI.



HEODORO Priſciano veteri Grammatico Polliceri verbum eſt commune lib. 8. Certè Ouid. paſsiuè vſurpauit 1. lib. de arte amandi. A

Pollicitis diues quilibet eſſe poteſt.

Et Vlp. l. 1. §. eſt autem, ff. de exerc. action. exercenti nauem aduerſus eos, qui cum Magiſtro contraxerunt. actio non pollicetur, Donatus in B Ter. Eun. & Perottus in Cornucop. diſtinguunt polliceri, & promittere: Pollicemur, inquiunt, vltrò: Promittimus rogati; eſt enim promittere, porrò, id eſt, deinde, & poſteaquam quis rogatus eſt, manum emittere. Argumento ſunt legis verba. quidam de probat. Quod enim promiſsionis cauſſa ſolitum eſt fieri, vox indicat mancipi.

Eſt autem Manceps qui manu capit, iſque dicebatur, qui à populo aliquid emit, conducitue, C quia manu ſublata ſignificat auctorem ſe emtionis eſſe. Quin potius protenſa, & exporrecta? qui & præs dicitur, quia, vt ait Feſtus, tam præſtare debet populo, quod promiſit, quam qui pro eo præs factus eſt.

Appellatur etiam conductor, & redemptor. Paulus I. C. l. qui Mancipes ſunt publicanorum principes Romani homines: & cum quæſtus ſui cauſſa decumas redimunt, Decumani: cum portum, aut paſcua publica, portitores, aut pecuarij dicũtur: quorum ratio ſcriptura nominatur, vt ait Aſcon. Ped.

De iiſdem Papinianus l. 53. de locat. & decla- D rantur eſſe, qui à Cenſoribus quoquè anno publica, id eſt, populi vectigalia redimebant, qui & agros vectigales Colonis, & aratoribus elocabant; De quibus ſæpe in Verrem Cicero. In libris I. C. dicitur Polliceri, cum quis ludos, opusuè aliquod publicum Reipub. promiſit l. 1. & paſsim, ff. eod. tit. lib. 6. §. debitores, ff. de mun. & don. lib. 5. ff. ad l. Falcidiam; & omnino exiſtimatur is, qui offert, ideoque dici ſolet pollicitationem eſſe ſolius offerentis promiſsionem, l. 3. E ff. de arg. polic.

Videtur autem acceptum ab haſta. & auctione, vt Valla indicat lib. eleg. 5. cap. 28. & probat Alc. atque explicat. Priuſquam enim ad licitationem veniamus accipitur alicuius dignum pretium offerentis taxatio, quia idcirco polliceri dicitur, quia liceri poteſt, ſicut & poſsidere dicimus, qui poteſt ſedes ponere: & polluere, qui poteſt lauare, quia inquinat: Poſtquam autem quis pollicitus fuerit, id eſt, pretium aliquod obtulerit, tunc fit auctio, & qui pluris licitatus fuerit, rem obtinet: hinc pollicitatio, quæ re ipſa F fit, nomen accepit.

Eſt enim liceri pretium deferre in auctione,
id eſt, venditione, quæ publicè fit. Hinc Alc.1.
lib. Parerg. cap.1. ſcribit in contractu dotis olim
ſolitam fieri ſolemnibus verbis pollicitatio-
nem, quia promiſsio dotis fiebat per licitatio-
nem: Vxor enim ſpondebat marito centum, ta-
cente eo, & non admittente, progrediebatur au-
gendo: quam quidem formulam ſuſtulit Theod.
G & Valentin. l.pen. C.de do. prom. Rub. in eo.tit.
ſic Albericus in dict.iur. Pollicitatio eſt ſolius of-
ferentis nuda promiſsio. ff.de pollicit. l.pactum
de ædibus ed.l. ſciendum, quanquam interdum
amplius eſſe notat, quam nudam promiſsio-
nem. Conſule Bartholum l. ſi vnq. ff. de pactis, &
ſpecul.tit.de Salar.§.2.& 4.

Hæc diſtinctio naſci fortaſſe potuit ab origi-
ne verborum, quorum proprietatem Iuriſpru-
dentes ferè ſequi ſolenentur: boni tamē latini au-
ctores non obſeruant, atque pro eodem polli-
ceri, & promittere vſurpant. Argumento ſit vnus
H Cicer. locus lib. epiſt. famil.7. epiſt.5. ad C.Cæſa-
rem Imper. Nec mehercule minus ei prolixè de
tua voluntate promiſi, quàm eram ſolitus de
mea polliceri.

Teſtem, neſcio qui Grammatici, quia tuetur
ſtatum cauſſæ, volunt appellatum. Non præter-
eunda notio vna, aut altera verbi promitto non
cuiuis nota. Prima cum ſumitur pro præmittere,
ſiue antemittere, ſiue longius mittere. Sic T.Lu-
cret. lib.4.

—Tum fiſſa ferarum
Vngula quo tulerit greſſum, promiſſa canum vis
Ducit—

Hinc promittere barbam, promiſſa barba apud
omnes, cum longius prolata, & demiſſa, quia
creſcens, nam & in arboribus ita Plinius loqui-
tur lib. 16. cap.26. de Pinu, nec vlla arborum a-
uidius ſe promittit, hoc eſt, altius creſcit. altera
cum ſignificat aſſeuerare, quod valdè obſeruan-
dum; conſtat ex his duobus Lucretij verſibus
lib.3.

—Dum taxat vt hoc promittere poſſit,

hoc eſt, affirmat. &

Non, vt opinor, enim dat, quod promittit—

hoc eſt, affirmat. Legi qui obſeruent à Cicer. ſæ-
pe coniungi hanc ob cauſam promittere, & con-
firmare. mihi hæc loca nunc occurrunt, lib.1. fa-
mil. epiſtol. 10. Appio conteſtans omnes Deos
promitto, atque confirmo. Lib.12. epiſt.7. cap.10.
promiſi enim, & propè confirmaui. & alibi; con-
firmo, & ſpondeo; quod explicatius lib.3. de off.
dixit affirmatè promitto. Rideo hoc eorum iu-
dicium.

Olim vox erat amplior, qui enim nunc teſtis,
ſuperſtes, & antiſtes dictus, &c. C.Forus de verb.
ſignif. Quiſquis igitur rogatus alicui adeſſet, ſu-
perſtes dicebatur, quia ſuper ea re, qua de age-
I batur, ſtabat Plaut. Artem. apud Feſtum. Nunc
mihi licet quiduis loqui, nemo adeſt ſuperſtes,
vel ſimpliciter pro præſente accipiebatur. Idem,
ſuperſtitem vtrumque monui, ne iniuſsi abeant:
ſic enim & ſuperſtes dicitur, qui in viuis eſt, hoc
eſt, præſens eſt.

Teſtis ergo eſt, qui tibi ſtat, ſiue qui ante ſtat,
quaſi anteſtis: qua ratione antiſtes, anteſtatus,
anteſtor verbum, & antiſtitor nomen pro teſti-
ficatore. Inſtit. quibus modis filij exeunt de pot.
patr. Plaut. Perſa. ſc. quæ incipit, Niſi ego illanc.
Nonne anteſtaris? tuan' ego cauſſa, carnifex, cui-
quam mortali libero aures atteram? L. Colum.
Neque enim ſingulis totidem Antiſtitores poſ-
ſit dare, qui obſeruent, quiq; præcipiant; ne acer-
bæ vuæ demetantur.

Quare ſicut inſtitor, quaſi antiſtitor dicitur, K
licet ab inſtando Vlpianus de inſtit. actio: dedu-
cat, ſic & teſtis, quaſi antiſtes per Aphæreſin di-
ctus. Quoniam vero teſtes ſolebant rogari, pro
iis qui rogantur, ſeu inuocantur, accepit Virgil.
illo verſu Ecl.8.

Dum queror, & Diuos, quanquam nil teſtibus illis
Profeci—

Et Conſtantinus Imper. eum quem Caius I.C. & L
Boethius in Top. anteſtatum vocant, Iuris te-
ſtem, ſiue interpretem nominat l. fin. C. de his,
qui in Eccl. manumitt. Anteſtari autem verbum
duodecim tab. vt ait Porphyrio, & Acro in lib.1.
Sat. Horat. Sat.9. ad eum verſum.

Exclamat voce, & licet anteſtari?

Ego verò oppono auriculam, rapit in ius, ſigni-
ficat vnum aliquem ex iis, qui adſunt, prehenſa
auricula teſtem ſumere, cum quis alterum vellet
in iudicium trahere: ſimul enim his verbis vte-
batur, licetne anteſtari? Si reſpondiſſet, licet,
tum iniecta manu aduerſarium ad Prætorem
trahebat, quod reſpondere ſcribit Bud. adnot. M
poſt. in Pand. ſub titulo de concuſſ. Græco verbo
[illegible].

Quanquam Priſcianus lib.8. manifeſto erro-
re velit alteri verbo [illegible], reſponde-
re: qui verò componit à particula am, id eſt, cir-
cum, & verbo teſtari Lambinus hoc Horstij lo-
co, ego ei nullam fidem habeo.

Huius verbi occaſione memoriæ occurrit
triplex antiquitatis ritus in teſtamentis confi-
ciendis Romanorum, cuius 5. lib. Strom. ſunt a- N
pud Clementem Alex. argumenta non obſcura,
quæ tamen obſcura fuerunt viro docto Clemen-
tis interpreti Gentiano Herueto. Vnus erat per
æs, & libram, alter per vindicias, tertius per ante-
ſtationem.

Verba Clementis ſunt. Vertit Gent. & quæ à
Rom. fiunt in teſtamentis, locum obtinuerunt,
nempe libræ illæ, & aſſes, propter iuſtitiam, fru-
ctuumq; perceptiones, & aurium contrectatio:
illa quidem vt iuſte fiant; hæc autem ad bonoris
diuiſionem: tertium vero, vt qui incidiſſet, cum
ei onus imponeretur ſtans audiret, & teneret lo-
cum interceſſoris.

Duo priora vocabula referuntur ad æs, & li-
bram, interdum aſſes dicta, vt qui adoptaban-

tur, dicebantur emti à Patre per æs, & librã, quod aliud significat quàm asis, sic in Suet. Per assem legitur fortasse malè pro per æs: licet nonnunquam antiqui dicerent æs pro assibus; vt Varro tradit lib. 8. de ling. lat. Ad vindicias.

Alterum verbum μαρτύρομαι; ad antestationem tactus auricularum, hoc est, αἱ τῶν ὤτων ἐπιψαύσεις.
P Huc referri verba illa Ciceronis lib. 2. epist. fam. epist. 13. ad M. Cælium ad hunc morem antestaudi Victorius putat lib. 8. var. lect. cap. 12.

Verba sunt Cicerouis. Nam & honorificus in me Consul fuit, & suauis amicus & studiosus studiorum etiam meorum. Mea verò officia ei non defuisse tute es testis: quoniã κωμικὸς μάρτυς, vt opiuor, accidit Phania, siue accedit, vt vult Lambinus. In Comœdiis enim, cũ res postulat, repente fingitur à Poëta præstò esse in tempore testis aliquis ei rei, quam narraut: ita Plautus in capt. sc. 1.
Q act. 4. Ergasilus Parasitus. Nunc certa res est eodem pacto, vt comici serui solent; qui item mos antestationis ab eodem in Pænulo sc. quæ iucipit, fuit hodie operæ, his verbis exprimitur.

Ite in ius, ne moramini, antestare me, atque duce.


Ag. ego te antestabor.

Nec abest a Victorij sententia Sebast. Corradus. Tute es testis firmus, & perpetuus, s. Comicus, fictus, vel repentinus, & vltrò, citróque currens, quales in Comœdiis finguntur: propterea vsus est verbo accidit.

Erat vero hic Phania Appij libertus, vt appa-
R ret lib. 3. epistol. fam. epist. 1. & V. Rhodig. tamen lib. 6. cap. 27. reprehendens eos, qui Comicum testem hic accipiunt pro inuiolatę fidei teste, exponit pro teste veraci, ac minimè subdolo, vt qui esset læto, iucundo, atque amæno ingenio, quæ tamen explicatio in eos recurrit, quos reprehendit.

Alc. pro suspecto iu patroni caussa teste intelligit, quòd iu Comœdiis testes non ex veritate rei, sed ex argumento Poëtæ introducantur. Hoc mihi nullo modo probari potest, quòd verbis, & sententiæ Ciceronis aduersetur, qui officia in Appium sua, & amorem eximium non ipsius
S tantum Cælij testimonio, sed etiam Phaniæ liberti Appij velit esse probatum.

Eo pedibus in expositionem Victorij, siue collectoris adagiorum pro κωμικὸς μάρτυς legens, οἴκοθεν μάρτυς, id est, domesticus testis, hoc tamen sensu, vt significet Cicero habere Appium sui aduersus ipsum amoris testem domesticum Phaniam, s. Libertum. Nam altera, quam indicat iste prouerbij initio, sententia nullo modo est probanda. Valet tamen ad illustrandum Italorum prouerbium, quo vtuntur, cum præstringere volunt quempiam sui ipsius laudatorem: dicunt enim, Douete hauere cattui vicini.



Verbi κολάζειν cum verbo castigare similitudo, quæ Græca sit fides.

CAPVT XII.

PERSIMILIS est horum duorum verborum, Latini, & Græci, castigare, & κολάζειν vsus: id ego nunc paucis explicandum suscepi. Quod Aristot. 3. Ethicor. cap. 5. ait κολάζειν τοὺς δρῶντας πονηρὰ punire facientes praua. Cicero castigare improbos dixit. Quod Plato κολάζειν πλημμελεῖς, Cicero 3. Tusc. & 2. de leg. T. Liuius castigare verberibus. Plaut. castigare exuuiis bubulis Mostell. sc. cuius initium, serui, qui cum culpa. Quod Sophocles Aiace τὰ σεμν' ἔπη κόλαζε κείνους, grauibus verbis puni illos. 5. Aeneid. Virg. A B

Dictis castigat Acestes.

Plaut. Bacch. iu sc. quæ iucipit meum ue hic. Vt eum plurimis dictis castigem. Cicero castigare verbis 1. de off. l. Quod Plut. de Elephanto κολαζόμενος, simpliciter, Pliuius lib. 8. cap. 3. reddidisse videtur, castigatus verberibus; significat etiam reprimere, & coërcere. Theophr. 1. de causs. Plant. κολάζειν τὰ δένδρα, est castigare arbores luxuriantes; similiter. 9. Theb. Statius, libertatem dicit C leonum castigatam, & castigata iubarum libertas, Plut. in Artaxerxe κολάζειν τὸ πάθος. Lucianus libro Pharf. 8. immodicum dolorem castigare. Cum de Pompeio victo loquitur vxoris dolorem consolante.

—Prohibet succumbere fatis,

Magnus, & immodicos castigat voce dolores.

Et in 2. quæst. Tuscul. Cicero, videsne, vt obmutuerit non sedatus corporis, sed castigatus animi dolor? Philostr. epist. 13. κολάζειν διαλόγους quod est limare, id est, demere, quod exsuperat; sic lati- D ni, orationem castigare, pro polire, Hor. iu poëtica; Multa litura coërcere carmen, & ad vnguem castigare; Vbi & censor, castigatorq; minorum. Senex dicitur, qui reprehendit iuuenes. Sic verbo Græco κόλον, siue κολοβὸν, respondet latinum mutilum, siue truncum. Herod. lib. 4. κόλον γένος τῶν βοῶν, hoc est, Boum genus cornibus carens. & Theoc. Idyl. 7. κόλον τράγον, & Nicander Ther. κόλον E κεράων, quomodo latini mutilum dicunt. Vt Horat. 1. serm. Sat. 5.

—Cum sis mutilus miniraris.

Et Colum. lib. 7. cap. 3. Aries mutilus, qui propriè ab Ionib. κόλος dicitur; κολοβὸν item κύλικα quem Martialis dixit, curtum calicem, quanquam interpretantur aliqui fractum. quod Virg. Trunca pedum animalia 4. Georgic. cecinit.

—Et visenda modis animalia miris

Trunca pedum primo—

Et Claudianus lib. de bel. Get.

Manibus truncatus, & armis.

Sic in oratioue aliquid esse κολοβὸν, ait Aristot. 2. Rhet. Curtum, mutilum, decurtatum Cicero dicere solet in orat.

Rursus

F Rursus Arist. 4. primæ Philosophiæ cap. 27. his verbis explicat, quid sit κολοβὸν: exemplo etiam vtens calicis. Murilum dicitur quantorum, non quodcunque sed partibile ipsum esse oportet, & totum: nam duo non sunt mutila alterutro ablato vno: siquidem substantiam si calix murilus, adhuc oportet esse calicem; A Græcè tamen hic locus est lib. 4.

G Locus est Asin. Plauti sc. 3. act. 1. Græca mercamur fide. Lambinus in Plaut. intelligit, Græcorum leuitatem argui, sic præsenti, & repræsentata, hoc est, soluta, & numerata pecunia, non credita emimus, tradito videlicet in manus rei pretio: Græcis enim leuibus, & dubiæ fidei nihil creditur, neque Græci inter se pecuniam credunt, sed præsenti pecunia res omnes contrahunt. Sanè Græcorum leue, infidumq; ingenium ex Cic. orat. pro L. Flacco notissimum: immo ex Græco auctore Eurip. in Iphig. Taur.

Πιστὸν Ἑλλὰς οὐδὲν οἶδεν.

Fidele nihil nouit Græcia.

Nam quod numerato semper inter se precio agerent Græci, ibidem Plaut. indicat; cum tamen ex orationibus Demosth. & Aeschinis, atq; aliorum exploratum sit, etiam credita pecunia contrahi à Græcis.

H Turneb. cap. 13. lib. 14. aduers. eadem explicatione vsus, diuersam expressit sententiam, interpretatus Græca fide, id est, optima, hoc est, repræsentata pecunia: quod fieri solebat in palliata, atque adeo Attica Comœdia, quasi Græci nunquã fallerent, sed neque opus esset coactore ad redigendam pecuniam, vt in Italia, quam præsentem persoluerent. Græci nimirum Græcis fauent, & bene de Gente sua & existimant, & prædicant:

I quod in palliata à Plauto est conseruatum: Nam si Græcos vituperasset, eorumque fidem dixisset fluxam esse, recessisset à decoro.

Ac meo quidem iudicio vtrumque potest ex hoc sermone deduci, fidei videlicet Græcæ laus, & commendatio: reprehensio item, atq; vituperatio: nam merces vendere non nisi repræsentata pecunia, & soluto pretio, est bona fide agere atq; integra, hoc est, quod Italicè diceremus, esser reale, trafficat realmente: idipsum etiam indicio est, sibi mutuò non fidere, qui sic contrahunt, quoniam præsentem volunt pecuniam, verbo non fidentes, aut stipulationi: istorum tamen ex-

K plicatio concinnatoris est adagiorũ: Mihi tamen videtur Ausonius Paulo scribens Græca fide, pro integra, & constanti, ac certa accepisse, cum apponat Pœnæ, id est, Punicæ: Punicam autem fidem vanitatis, ac periurij notatam esse tam certum est, quam id quod certissimum, dicat quicquid velit Iunius cent. suorum adag. 7. v. 85. Versus sunt Ausonij.

Nobiscum inuenies, catenyphia, si libet vti,
Non Pœna, sed Græca fide.

In meo codice vetustissimo malè est penna, & in primo versu catenantia: in adagiorum collectore est catenyplia, in Gryphij textu anni 1548. est L catenoplia, & quid aliud interpreten, quam quod Vinetus intellexit, non habeo. Idem Ausonius de Philone Villico suo inquit,

Mutuatur ad Græcam fidem,

Priore sensu, hoc est, repræsentata pecunia. Quo modo autem priore loco Ausonius accipit, duobus aliis prouerbiis confirmatur: Nam & Atticus testis pro incorrupto sumitur à Diogeniano, & Attica fides pro minimè vana, ac dubia à Velleio Paterc. propter templum fidei Athenis constructum, & propter eximiam Atheniensium ad- M uersus Romanos fidem, vt ex Aulul. Plauti constat, & historia Vellei; fortasse & tertia hæc ratio est; quod nec detraherent pactis, nec adderent Athenienses; Nam ad terræ Atticæ ingenium hoc referre hominis non est eruditi: terra enim Attica sterilis est, idcircoque Homerus appellauit eam παραλον.

Hoc videtur Quinctil. lib. 12. cap. 10. indicare, ita scribens. Quos ego existimo, si quod in his finibus vberius inuenerint solum, fertilioremuè segetem, negaturos Atticam esse, quod plusquã acceperit seminis reddat, quia hanc eius terræ fidem Menander eludit. De iis loquitur oratoribus, quos vberiores esse Atticum non permittit solum, siue cœlum. Erat videlicet eius soli fides non admodum feracis, cum agrorum tamen fides laudetur, si cum fœnore reddant, quod creditum est.

Patricij minorum Gentium qui: quimos osculorum olim, & quod osculum Florentinum.

CAPVT XIII.



QVi essent minorum Gentium Patricij Liuius 1. li. hac oratione exponit, A de L. Tarquinio Prisco scribens. Nec minus regni sui firmandi, quàm augendæ Reip. memor, centum in Patres legit, qui deinde minorum Gentium sunt appellati, factio haud dubia Regis, cuius beneficio in curiam venerant. libro item 2. qui essent Patres conscripti, declarat his verbis. Deinde quo plus virium in senatu frequentia etiam ordinis faceret, cædibus Regis diminutum Patrum numerum primoribus equestris gradibus electis ad trecentorum summam expleuit, traditumque inde fertur, vt in senatum vocarentur, qui Patres, quique conscripti essent: conscriptos videlicet nouum sena- B tum, appellabant lectos. Id mirum quãtum profuit ad concordiam ciuitatis, iungendosque Patribus plebis animos.

Tacitus autem lib. Annal. 11. non nihil à Liuio discrepat ita scribens de Claudio Cæsar. Iisdem diebus in numerum Patriciorum adsciuit Cæsar vetustissimum quemq; è senatu, aut quibus clari Parentes fuerãt: paucis iam reliquis familiarum, quas Romulus maiorum, & L. Brutus minorum

C Gentium appellauerunt, exhaustis etiam, quas Dictator Cæsar L. Cassia, & Princeps Augustus L. Senia subiegere. Quod ergo Liuius attribuit Prisco, Tacitus adscribit Bruto: & quos Patres conscriptos à Bruto nominatos tradit Liuius, minorum Gentium dictos scribit Tacitus.

Omninò maiorum Gentium erant, genere, & sanguine Patricij, id est, Patrum à Romulo lectorum progenies: minorum vero cooptatione in D Patres, postea Patricij effecti: inde eleganti translatione ex Diis quidam maiorum Gentium, quidam minorum à M. Tullio nominati lib. Tuscul. quæst. 1.

Minorum autem Gentium appellatio corrupta est apud Suetonium in Augusto cap. 2. qui locus in veteri, & optimo exemplari sic est conceptus de Octauia Gente. Ea gens à Tarquinio Prisco Rege in terminos Gentes allecta in Senatum, mox à Seruio in Patricias traducta, procedente tempore ad plebem se contulit. Vulgò scribitur in codicibus impressis inter Romanas Gentes: neutrum bene habet. Quiuis igitur lauE det reponentem inter minores Gentes.

Hinc intelligi potest, eos, qui à Prisco in Senatum allecti, Patresque facti sunt, non omnes primum ex patriciis Gentibus fuisse, sed ex iis quasdam à Ser. Tull. aliisque deinceps Regibus in Patricias traductas, in quibus fuerit Octauia: alias à Bruto iussu populi Liuius indicat lib. 4.

Putat Lilius Giraldus in quodam suo Dialogò, minorum eis Gentium nomen dedisse, cum F Senatum per eos suppleuisset, secutus Tacitum, non Liuium.

Quod sequitur eodem loco Suetonij. Ac rursus magna vi per D. Iulium in Patriciatum rediit. ex illo veteri exemplari, puto legendum, magno, sic enim veteres absolute dicebant. Sed quoniam Senatorum incidit mentio, reponatur etiam paulò post Patrum nomen, dum scribit de Augusto, sed vt cognouit Antonium post fugam, (verba sunt Suetonij cap. 12.) à M. Lepido receptum, ceterosque Duces, & exercitus consentire pro Patribus caussam optimatium sine cunctatione deseruit. Rectè. Sunt enim Patres optimates.

Illud hic addendum, videri locum Suetonij in Iulio capite 25. mutilum, quo scribit, omnem G eum Galliam in Prouinciæ formam redegisse, eique in singulos annos stipendij nomen imposuisse, inter hæc verba eique in singulos, in optimo exemplari primum esse quoddam interuallum, & vero aliquid deesse indicat: audeo reponere, eique in singulos annos H–S X L. stipendij nomine imposuit: Hoc certè Eutropius iisdem penè verbis li. 8. breuiarij tradit. Erroris, & mendi origo, & caussa manifesta est.

H Verba Suetonij hæc sunt: omnem Galliam, quæ saltu Pyrenæo, alpibusque & monte Gebenna, fluminibusque Rheno, & Rhodano continetur, patetque circuitu ad bis, & tricies centum millia passuum, præter socios, ac bene meritas ciuitates, in Prouinciæ formam redegit, eique H.–S. quadringenties in singulos annos stipendij nomine imposuit.

Ex antiquissimis nostrorum hominum hoc est fidelium, litteris, qui vniuersam Gentilium antiquitatem longo post se interuallo relinquunt, hoc est, Mose, libris Regum, & ceteris vsitatum fuisse morem salutationis per osculum est certissimum: transiit ab Hebræis ad re- I liquas Gentes, apud quas hic mos retentus, vt Persas, Medos, Indos, Romanos, Græcos. De quo Alexander lib. Gen. dier. 2. cap. 19.

Manauit etiam ad priscos Ecclesiæ nostræ auctores, atque parentes: quod ex epistolis sancti Pauli apertum est; & sancti Ignatij viri Apostolici: cum tamen hoc sanctum dicatur osculum, diuersum planè fuit à consuetudine Gentilium, apud quos vsu receptum, vt quoties sibi occur- K rerent, se osculo mutuo salutarent; quem quidem morem, vt valde molestum lege tollendum curauit Tiberius Cæsar, vt in illius vita cap. 34. Suet. tradit: nec quidquam tamen effecit, cum plus lege mos valuisset. Euentus hoc probauit; quando temporibus Domitiani scribens Martialis plenam esse queratur vrbem Basiatorum lib. 7. epigr. ad Linum 94.

Bruma est, & riget horridus December
Audes tu tamen osculo niuali L
Omnes obuios hinc, & hinc seuere,
Et totam, Line, basiare Romam.

Et lib. 11. ad Bassum 99.

Effugere non est, Basse, Basiatores,
Instant, morantur, persequuntur, occurrunt
Hinc, & illinc, vsquequaque, quacunque.

Et alibi sæpe. Natum autem morem Romę, vt ab affinibus & cognatis osculo salutarentur mulieres tradit Plinius auctoritate Catonis lib. 14. cap. 13. vt scirent, an temetum olerent: nam ipsis M interdictus erat vini potus vt idem ibidem notat, & Claudius Aelianus libro secundo capite 38.

Notandum autem osculum latius patere basio. Nam basium propriè est oris, & frontis, osculum autem aliarum etiam partium, vt manuum, ac pedum. Itaque Plutarchus scribit dexteram manum religionis ceremonia osculo seruatam, & Plinius lib. 11. cap. 45. Hinc Plutarchus in Catone, vt hunc morem indicaret, honoris caussa inductum, eius prouincia digredientis manum venerabundos milites osculatos narrat, qui honos vix paucis etiam Imperatoribus tribuebatur.

Reprehensus etiam propter hunc osculandi morem tam vsitatum, ac receptum, Nero fuit, vt notat in eo Suetonius cap. 37. quod neq; peregrè adueniens, neque proficiscens quenquam osculo impertiret, ne salutatione quidem. & Tacitus lib. 15. de eodem Nerone agere grates Diis, ornare lauro domum, genua ipsius aduolui, &

dextram

dextram osculis fatigare, &c. Lucretius libro primo.

—dextras ostendunt attenuari
Sæpe salutantum tactu.

Obseruandum nouum genus ludi, siue certaminis à Megarensibus instituti, apud quem tamen legerim modo non occurrit, finxisse me nemo tamen affirmet, hoc est, puerorum osculis decertantium sub initium veris: præmium erat eius, qui suauius ceteris osculum impresśit, corollæ ex floribus: qui quidem ludus in Dioclis memoriam à Megarensibus institutus fuit, quod is Athenis profugus pro vita sui Amasij defendenda occubuisset: ac ne quis huc spectare, quæ prouerbio fertur, osculana pugna, existimet, Festum audiat pugnam osculanam dici scribētem, cum victi vincunt, deducto prouerbio à Valerio Læuino, qui à Pyrrho Rege victus mox Pyrrhum vicit, & Titinium citat auctorem prouerbij, videtur autem dicta osculana pugna, quod in Oscis facta, nisi forte putes malitiosus intelligi κακοστάλην Domitiani, in qua non honestior Cæsar Gallienus Sudari medullis apud Trebellium dicebat.

Christianorum porrò in prima Ecclesia osculum ferè adiunctam habebat salutationem, his verbis. Pax tecum; quæ etiamnum in sacrosancto Missæ sacrificio retinetur; quæ sanè castum, ac purum continet affectum charitatis; de quo Iu-
P stinus Martyr oratione ad Antoninum Imperatorem, Origenes in cap. 16. epistol. ad Romanos. Tertullianus libro de oratione appellans signaculum orationis, B. Cyrillus catechesi Mystag. 5. distinguit profanum à sacro. S. Chrysostomus homil. 30. in secundam ad Corinthios capite 15. referens ad morem osculandi vestibula templorum, ac fores.

Quoniam autem abusus etiam irrepserat in hoc osculum sanctum, ferè mutatus est, & quidem laudabiliter in sacræ Tabellæ, siue imagi-
Q nis osculum: irrepsisse autem abusum etiam primis illis temporibus indicat Clemens Alexandrinus 3. lib. Pædag. & ante Clementem Athenagoras oratione ad Christianos ita loquens. Tam accuratè temperare osculum, seu potius adorationem salutationis oportet, vt si pauxillum mens polluta fuerit, ab æterna vos vita proscribat verbum. id. caritas verò non in osculo, sed in beneuolentia iudicatur: at illi nihil aliud osculando faciunt quàm commouere Ecclesias, cum interius non habeant amorem: hoc vero turpem mouet suspicionem, & ansam dat blasphemiæ, quod osculo vtantur impudenter, quod alioqui oportebat esse mysticum. *A*

R Certè vt reuerentiæ, ita pacis, amoris, caritatis erat symbolum, & pignus osculum: quę caussa fuit, vt ori venerem præferrent antiqui, & verum sibi mutuo flatum, spiritum, ac vitam per osculum osculantes communicant, Vide Franc. Georg. to. 6. Probl. 126. & in Harmonia: itaque implicitè in caduceo Mercurij serpentes osculantur sese, quod interpres, & nuncius pacem debeat prudenter conciliare.

Hic consiste. Non ita accipiendus hic mos S
Ecclesiæ, vt viri fœminis, fœminæ viris osculum porrigerent: cum olim in locis ad orandum, & sacrificandum institutis viri seorsum à fœminis orarent.

At osculum Florentinum quid? Puto fuisse, cum inter osculandum vtrinque apprehenderentur aures, qui vetus fuit mos: quod osculi genus à Græcis χύτρα, & χύτραν dicitur, sic apud Pollucem priscæ Comœdiæ Poëta Aennicus, vel potius Eunicus, prehendens nescio quem per aures, da mihi, inquit, Chytræ, id est, ollæ osculum.

Λαβὼν τῶν ὤτων φίλασον τὰν χύτραν.
Apprehensis auribus osculare ollam.

Suid. item genus esse osculi χύτραν tradit; quo vo- T
cabulo significatur olla vtrinque ansata, ex qua qui bibebant, vtramque ansam inter bibendum tenebant: immò, & nunc in ansatis bibitur vasis: & narrat suo Dialogo nono, Lilius Giraldus, cum Romæ esset allata ex Hispania ad Leonem X. Pontif. Max. copiosa vasorum fictilium supellex ad ornandam abacum, isque, vt erat liberalisśimus, suis aulicis donasset, ollam sibi contigisse, & alia quædam ex argilla rubra. Hanc
quoque osculandi formam Theocr. in Oedipo- V
ro expresśit his verbis. *B* quos ita Latinos fecit, opinor, Giraldus.

Non ego amo Alcippen, num non prius oscula porsit
Auribus arripiens, tribui quam dona Palumbi,


Et 2. eleg. 5. Tib.

Oscula comprehensis auribus arripiat.

Sic enim legendum. alij legunt compresśis malè, & longè antiquior Plautus in Pœnulo, act. 1. sc. 2. Milphionem alloquens. sine te exorem, sine te prehendam auribus, sine dem suauium. Act. 3. sc. 3. in Asin. prehende auriculis, compara labella cum labellulis.

Natum suspicor hunc morem ex eo, quod au- X
ris memoriæ erat consecrata: Volebant igitur meminissent osculorum. Consule primum historiæ librum de Diis Gentium Gregorij Giraldi, siue, vt commodius oscula, dulciusque figerent arctisśima, scilicet, vt vocat in Galba Sueton. cap. 22. Nam alia auris prehendendæ consuetudo alio huius libri capite à nobis est explicata. Florentinum autem osculum idcirco appellamus, quod hæc osculandi forma Florentiæ viget maximè.

Osculum autem ab ore dictum, suauium à suauitate, vt ex Varr. scribit Nonius, & Ael. Don. oscula docuit esse officiorum, basia pudicorum affectuum, suauia libidinum vel amorum.



Adorandi

Adorandi mos varius, præsertim verò cum dextræ manus osculo.

CAPVT XIV.

A VT anulus anulum trahit, ita caput hoc trahitur à superiore; Adorandi verbum, apud nos præsertim significat supremum cultum supremo numini debitum, Græca voce λατρείαν appellamus. Putat Nonius, tum Priscianus à nomine ador tractum: Ador autem frumenti genus erat, quo in sacrificiis veteres vtebantur: ego Vallæ consentio lib. 5. eleg. 11. deduciq. à verbo oro existimo: est enim propriè precari ore quod Virgil. 3. Aeneid. indicauit illo versu:

Iunonis magnæ primum prece numen adora.

Qusnquam fortasse natum verbum adorandi B ex eo, quod qui olim Deum colerent, manum ad os admouerent, vt nunc in mutuis solemus salutationibus, eo gestu, profitentes velle se Dei dextram tangere, vt omnia ab eo sibi prospera, ac felicia promittentes.

Licet etiam sine voce fiat adoratio: olim tamen apud illos vetustissimos linguæ latinæ auctores, Cascos, atque opicos, adorare sumebatur pro agere, vt sumi in leg. 12. Tab. lynceo vir ingenio Antonius Augustinus vidit in libro emend. iuris: Nam adorare furtum, agere est, hoc est, furari; nisi putes pro adorare, legendum, adornare.

Sanè maius nihil, & præclarius facere mortales queunt, quàm adorare Deum: Adorandi autem mos vnus hic fuit omnibus gentibus penè communis, genibus flexis humi procidere; C & eius, qui adorabatur, genibus implicari, vt vetustissimus Gentilium scriptor Homer. pluribus locis expressit Iliad. 1. 6. vltimo. Vlix. 7. cum describit Vlixem ad Aretæ genua accidentem. & Virg. 3. Aen.

Dixerat, & genua amplexus, genibusq́ volutus.

Ouid. 3. Metam.

Et genibus pronis supplex, similisq́ roganti.

Et 1. de raptu Proserp. Claud.

Genibusq́ suis cum supplice fletu
Admouere suos——

Quam item consuetudinem commemorat capite 45. lib. 11. Plin. nolo enim plura testimonia congerere, cum hoc me labore in semestribus D suis ad dies Gen. Alexandri cap. 19. lib. 2. Audr. Tiraquellus liberarit. Hoc tantum moneo, quod aduotauit in locum citatum Virgil. Seruius, & eglog. 5. Physicos hominis genua consecrauisse misericordiæ, vt autem memoriæ, frontem Genio, dextram fidei. Isid. lib. 11. orig. cap. 1.

Hic item mos, vt adorantes toto corpore prociderent, Indorum fuit, Medorum, ac Persarum, vt ex Arriano Cælius refert lib. 2. antiq. lect. capite 33. etiam cum suis Principibus honorem deferrent: & hunc quidem honorem primo inter mortales Cyro delatum, vt & Xenophon. 8. Pædiæ scribit. Hinc illud egregiè factum Ismeniæ Thebani, qui in conspectum Cyri Persarum Regis deductus, ne eum videretur adorare, anulum sibi è manu cadere passus est, vt se ad eum recipiendum humi inclinaret. Narrat hoc Plutarchus in Artaxerxe, & Ael. lib. 1. var. hist. cap. 21. E Plautus in Rudente act. 3. sc. 2. Trachalionem seruum inducit per genua Dæmonem senem obsecrantem,

Per ego, te hæc genua obtestor senex
Quisquis es. Daem. quin tu omitte genua.

Asin. act. 3. sc. 3.

Atqui pol hodie non feres, ni genua confricantur.

In Petri Arbitri Satyrico conuiuarum genua F puer tangit, & supplex cum fletu orat. porrò etiam tangebam genua, & osculo afficiebam, hinc S. Chrysostomus homil. 19. in Genesi, attentionem captans auditorum suorum, in eo sermone declarando, quòd septies puniendus foret, qui Cain occideret. Ideo, inquit, oro, & precor, & supplico, & quasi genua vestra contingo. & homil. 17. ad populum Antiochenum de Sacerdotibus, & Monachis Christianis iram Imperatoris ob deiectas ipsius statuas placaturis, siue Iudicum potius ad Imperatorem delegatorum ad pœnam ciuium. Vt autem annuentes G viderunt, pedes, & genua complexi, & manus exosculati, &c. mox. quod enim non superba esset fiducia, exosculando genua, & pedes amplectendo, maximè demonstrauerunt.

Cassiod. item lib. hist. trip 11. cap. 6. ex Theodorito Gainam Gotthum, qui tyrannidem meditabatur, narrat legati ad se missi Ioannis Chrysostomi dextrā suis oculis circumposuisse, insuper & filios suos sacra eius genua osculari præcepisse. Idem commemorat Fortun. lib. de vita sancti Martini 3. Valentinianum Imp. & Augustam H fecisse aduersus B. Martini vel nolentem, assurgereq; ei recusantem his versibus.

Hinc sede exiliit rapiens se Cæsar, & ardens
Martini genua amplectens, pedibusq́ volutans.
Sicq́ superbum hominem se agnoscere pœna coëgit.

Corn. Tac. lib. 1. amplius adiungit & arma, ac vestigia à supplicibus tangi. Cum haud ignari, inquit, discriminis sui Viennenses velamenta, & infulas præferentes, vbi agmen incesserat, arma, genua, vestigia prensando, flexere multum animos: erant quoque pacis flagitatæ ea insignia. I Quem morem illustrat elephanti Hieroglyphicum regiæ potentiæ apud Aegyptios argumentum, quòd ea belua genua non flectat, quasi nullius ope egens non supplicet alteri; Nam & Capt. Plautus sic loquentem facit ergasilum, qui sibi ipse αὐτάρκης erat, maximeque fortunatus videbatur. act. 4. sc. 1.

Iupiter supreme seruas me, measq́ auges opes.

Item:

Nec cuiquam homini supplicare nunc certum est mihi.
Ita hic me amœnitate amœna amœnus onerat dies.

Ratio-

Rationes hnius ritus assequere ex Goropio libr. Hierogl.9.& iu Indoscythicis.& Lud. Cœllo lib. antiquat.lect.15.c.18.ac Valer.lib. 2. io Eleph.& l. 35. in genibns. alios quosdam ritns prosequltur noster Martinus de Roa sanè erudite lib.singul. 4.quem mnltis post annis,quam hęc scripsissem, legi Placentiæ.

Alter fuit adorationis vetus mos non modo à Romanis retentus,sed etiam à plerisque nationibus Barbaris,cuius etiam expressa in sacris literis sunt vestigia,vt dextra manu labris admo-
L ta,& ad osculum relata capite submisso corpus dextrouersum circnmagerent,qui in adoratione etiam ciuili videtur à nobis hoc seculo admissus.

Plin.cap.2. libr. 28. in adorando dextram ad osculum reserimus, totum corpus circumagimus, quod in lænum fecisse Galliæ religiosius credunt.Plant.Curcul.act.1.sc.1.Ph. Quo me vertam nescio Pa. si Deos salutas, dextrouersum censeo. Posidonius lib. apud Atheo.4. de Celtarum moribus. & Diuos adorant dextrouersum se vertentes.sic lib.8. Arg.Valer.

—— Pariterq́; precati
Incipiant: ignem Pollux,vndamq́; iugalem
Pretulit vt dextrum pariter vertantur in orbem,

Et hoc fortasse obscurius expresit libro 5.Lucr. illis versibus:

Nec pietas vlla est velatum sapè videri
Vertier ad lapidem, atq; omnes accedere ad aras,
Nec procumbere humi prostratū, & pandere palmas
Ante delubra Deûm. ——

Apuleins Apol.1. Nam,vt audio,percēnsentibus iis,qui istum nouere,nulli Deo ad hoc æui snpplicauit, onllum templum frequentauit. si sannm aliquod prætereat, nefas habet adorandi
M gratia manum labris admouere. Minntius Felix Octanio. Cæcilius simulacro Serapidis viso, vt vulgus superstitiosum solet, manum ori admouens osculum labiis presit.

Rursus Apul.2.de apol.Pontiauns ante pedes nostros aduolntus,fleus.& manus uostras osculabundus. Macrobius 1. Saturn.ex Seneca cap.11. inuenies dominos spe lucri oscula alienorum seruorum manibus infigentes.

Hunc morem obseruauit apol.1.in Rufinum. & lib.3.in comm.in cap.8. Ezech.3. in c.13.Oseæ. Iob.31.S.Hieron. qui & illa verba nascecubar Is. 2.Hebraica,de verbo vt verbum interpretaretur,
N conuertit καταφιλήσατε,id est,deosculamini:quod ego,inqnit,nolens transferre putidè sensum magis secntus sum,vt dicerem,adorate: quia enlm qui adorant,solent deosculari manum, & capita submittere,quod se B. Iob elementis fecisse negat,dicens; si vidi solem cùm fulgeret, & lunam
O incedentem clare, & lætatum est in abscondito cor meum, & osculatus sum manum meam in ore meo,quæ est inlquitas maxima, & negatio contra Deum altissimum.Sic enim Iob.31.& Hebræi iuxta linguæ suæ proprietatem, deosculationem pro veneratione pouunt, id transtuli, quod ipsi intelligunt,quorùm verbum est.

Malè autem quidam eum Iobi locum ita iuterpretantur,vt se tacuisse significet; nam sanè aliud longè est manum deosculari, aliud manum ori apponere, & quasi digito labellum compescere.

Huc item respexit vetus interpres 3. Reg. 19. P
quorum genua non sunt incuruata ante Baal,& omne os,qnod non adorauit eum osculans manum. Illnd item Eccl.29. ἕως ὃ λάβῃ καταφιλήσει χεῖρας αὐτοῦ. non malè vertetur, est qui, dum accipiat, manum osculatur suam,id est,adoret eum,à quo accipit. Sed ego receptam eius loci interpretationem magis probo,donec accipiant, osculantur maums dantis, quæ nonnullis superioribus testimoniis confirmatur.

Quod verò S. Hieron. adiungit, adoraturos
submittere capita, eò pertinet, maximè illud Q
Lampridij de Alexandro; salutabatur nomine hoc, Aue Alexander, si qnis caput flexisset, aut blandius aliquid dixisset,vel abiiciebatur,si loci eius qualitas pateretur, vel ridebatur ingenti cachinno, si eius dignitas grauiori non posset subiacere iniuriæ, hoc enim est, quod idē paulò post scribit, Alexandrum adorari se vetuisse.

Nou omittendus ille ritus,cuius Tertull. est optimus auctor in Apolog.c.16. adoratores etiā plerunque ad solis ortum labia vibrare solitos
in vetusto libro scriptum est, affectatione ali- R
qnando, & cœlestia adoriendi. Lat. Pac. Drepanius Gallus in Panegyr. quem dixit Theodosio Aug. nam vt diuinis rebus operantes, in eam cœli plagám ora conuertimus, à qua lucis exortus est,sic ego vota verborum,quæ olim nuncupaueram soluturus, id orationi tempus afficiā, quo Romana lux capit.

Cæterum veteres etiam Christianos, siue cùm stantes Paschæ, & Quinquagesimæ dieb. i. Pentecostes,sine aliis de geniculis adorarent, ad solis exortum conuersi solitos, vulgatius est, quàm vt adnotari debeat. Illud potius de voti assignatione ex Apul.Apol.priore huc congeratur. Quippe omnibus,si cui forte negotium Magiæ facessitur, quicquid ominò egerint, obiicietur:votum in alieuius statuæ femore adsignasti;igitur Magus es:aut cur signasti? tacitas preces in templo Diis allegasti: igitur Magus es; aut quid optasti? Consule in Schol.siue Comm. Pamelij explicationem.

Iure itaque Græci προσκυνεῖν dixerunt adorare.à verbo κύειν,quod est osculari huuc ritum indicantes. Lege alia in Adrian.Iun. animaduers. libro secundo, cap. 11.



Cornelij Celsi locus examinatus: quæ caussa mortis fuerit Homero, & Aristoteli.

CAPVT XV.

PRoximè ad Ciceronis elegantiam Celsus accedit Medicus, quem pro- A
pterea lego auidè, & iucundè. 4. lib. de stomachi morbis, & curationibus consistere in frigidis medij, capitisque fontibus quales Cutiliarum, subruinarumque sint, salutare est. Vbi Ioannes Cæsarius legendum putat, Cutiliarum, & subcutiliarum. Nam de subcutiliis aquis Plin. cap. 2. lib. 31. quas in salinis calidissimis esse dicit, & suctu quodam corpora inuadere, aptissimas stomacho, neruis, vniuerso corpori: De Cutiliis lib. 2. cap. 93. & lib. 31. cap. 6. quas bituminatis, aut nitrosis bibendo vtiles esse purgationibus tradit. De Cutiliis item Vitruuius lib. 8. cap. 3. qui item explicat cuiusmodi sint aquæ subruinæ. & Plin. lib. 3. c. 13.

Sed errat Cæsarius: Et pro medij capitisque legendum, medicatis aquis: & benè subruinarũ legitur, quas tamen apud neminem potuit repe-
B rire Cæsarius: neque aduertit Celsum in frigidis aquis hoc loco dicere consistendum, nõ eas dicit calidas, sed in salinis calidissimis. Sunt verò raræ hæ aquæ, sed tamen inuentu faciles iis, qui in latio versantur.

Cornelius Tacitus libro 14. Ann. de Nerone. Nam quia discumbentis Neronis apud subruina stagna, cui sublaqueum nomen est, istæ dapes, mensaq; disiecta est. & lib. 11. de Claudio. Fõtesq; aquarum subruinis collibus deductos vrbi in-
C tulit: nunc vulgò subiaco dicitur, notissimus locus, vel B. Benedicti Cœnobio.

In Tacito I. Lips. suspicatur deesse vocem villa ante verba, cui Sublaque. Nam & Frontino de Aquæductu. Neronis villa Sublacensis. à lacu enim sumpsit nomen, cognita: sic emendat Sublaceum propter Plin. qui lib. 3. cap. 12. ex Aniene lacus tres deferri in Tyberim scribit, qui nomen dedere Sublaceo. Silius lib. 8.

Quiq; Anienis habent ripas, gelidoq; rigantur
Symbriuio, rastrisq; domant æquicola rura.

Sunt qui Symbriuia agnoscunt, alij Symbruuia,
D quidam etiam Symbruina, nec desunt qui Symbruina, aut Symbriuina, vt Iust: Lipsius in Taciti lib. 14. 11. eiusdem fontesque aquarum simbriuiois collibus deductos vrbi intulit. Lips. sub Imbriuinis legi vult: non enim ex ipsis collibus ductam aquam vult, sed fontes aquarum, qui sub collibus, Romam perductos: & Silius:

— Gelidoq; rigantur Imbriuio.

Quo modo & legi lib. 8. Liuij vult. Vsque adeò præclara ingenia torquẽtur ignoratione rerum, vt aliquando mori potius, quàm aliquid nescisse vidrei in animum suum inducant. In horum E
Albo Homerus, & Aristot præcipui: ille cum Arcadum soluere problema, siue Aenigma nesciret, quod in eo scribit Herodotus, sed refellens, ænigma erat, quod metro sic extulit Homerus:

Ἅσσ' ἕλομεν λιπόμεσθα, ἃσσ' οὐχ ἕλομεν φερόμεσθα.
Quæ cepimus reliquimus, quæ non cepimus asportamus.

Hic cum explicare, siue potius capere non posset Euripi naturam in Chalcide, quo delatus, quod de Dijs malè, & sentiret, & loqueretur, aufugerat. *A* Vt enim auctor est Diog. lib. 5. Eurymo- F
do Athen. Hierophanta, & sacerdos illi propterea dixerat diem.

Hanc verò caussam mortis huius Philosophi Iustinus Philosophus, & Martyr in Protreptico ad Gentes. Greg. Naz. 1. contra Iul. inuect. & Procop. 4. hist. lib. agnoscunt: sic Naz. exponit Græcus schol. cum Euripi naturam Chalcidici, eius videlicet pelagi, quod septies in die mirabili re- G
ciprocatione conuertitur, deprehendere non potuisset in eam partem se dedisse præcipitem, ita Iust. *B*

Tametsi non ignoro Eumolum scripsisse veneno accepto obiisse; eius hæc verba latina à Laërtio producta libro 5. Hinc itaque puto aconito viuere desiit, cùm annum septuagesimum ageret, vt Eumolus dicit in 7. historiarum libro. Et Censorinus aliter de die natali hac oratione, Aristotelem ferunt naturalem stomachi infirmitatem, crebrasque morbidi corporis offensiones, adeò virtute animi diu sustentasse, vt mirum sit ad annus 58. eum vitam protulisse, quàm vltra non protulisse.

Quæ Imperij Rom. fuerint olim Clausuræ.

CAPVT XVI.

ROMANI Imperatores habuerunt in A
limitibus ὀχυρώματα, quę ipsi clausuras appellant: posteriorum temporum scriptores, vt Luitprandus. Ado, Sigibertus, & eius ordinis cæteri, clausas, clusas, & interpositiones vocant; id primum ab Adriano institutum videtur: de quo Ael. Spart. per ea tempora, & alias frequenter, in plurimis locis in quibus Barbari non fluminibus, sed limitibus diuiduntur, stipitibus magnis in modum muralis sepis funditus iactis, atque connexis Barbaros separauit.

Hæ clausæ propugnaculis quibusdam munitæ fuerunt, quæ castra. & castella dicuntur, vt B
ego quidem reor, quòd instar castrorum militarium vallo sepirentur; vnde & castellanus miles nuncupatur. Herodianus lib. 6. στρατόπεδα, καὶ τὰ φρούρια appellat, & paulò ante τὰ ἐπικείμενα στρατόπεδα ἐν

ὄχθαις

ἐχῶσι dicantur item Burgi. à quibus olim Burgundiones dictos Paulus Diaconus, libro 12. in Valent. Luitprandus, & Isidorus libr. orig. 9. c. 4. tradiderunt; ex quo hi Sidonij Apollinaris versus de Burgo intelliguntur:

Hic namq, Domus de flumine surgunt,
Pendentesq, sedent per propugnacula thermæ.

Clausuræ autem formam habuit etiam murus ille, quo per transuersam insulam ducto vtrinq; ad finem Oceani Seuerus Cęsar Britanniam muniuit; vt auctor est Spartianus, aliiq; plures. Cassiod. in chron. vallum nominat. Sed hoc alio nos libro persequemur.

Meminit & clausurarum Iulius Capitol. tyrannidem describens Trebellani: nam loco vocis custodiarum in vulgaria codicibus clusoriarum reposuerim, siue clusuriarum: Isauri, inquit, post Trebellianum, pro Barbaris habentur, & nunc in medio Romani nominis solo regio eorum nouo genere clausoriarum quasi limes concluditur locis defensa, non hominibus.

Tametsi lectio vulgata defensione sua non vacat, eodem penè sensu: sed quod rei exprimendæ est aptius, & auctoris intelligentiæ magis côgruens magis placet, cum præsertim Ammiani testimonio lib. 14. sim tutus, de iisdem Isauris loquentis, & clusurias appellantis prætenturas. & paulò post, castella, & stationes, in quibus erant milites dispositi.

Apud Suid. κλεισοῦραι leguntur, quasi clausuræ, nisi formatio sit latinæ. ex verbo tamen Græco κλείειν, nam idem significare, quod verbum latinum constat ex iis verbis, quæ subiicit, ἀ claues item interpretari possumus, à κλεὶς κλειδὸς: nam & Italicè sic dicimus de similibus locis, ac præsidiis, & latinè claues, & claustra.

Confirmat Procopius lib. 3. de Iustin. ædif. fluuios arcent duos sibi vicinos. quos clausuras appellare solent. Et lib. 10. Ann. Alexij; nam tempe clausuras esse; Mox. In custodiam positarum circa ingum clausurarum dimisit.

Idem videtur esse clusura apud Cassiod. lib. 2. var. in ep. Theodorici aut Faustum Præfectum Prætorio. Præcipimus 60. militibus in Augustanis clusuris ingiter constitutis annonas pręstare.

Habebant item Romani in limitibus, in quibus à Barbaris fluminibus diuidebantur, lusorias naues, ad prohibendos, vt puto, vicinorum hostium excursus, incursusque vicissim faciendos: quarum refectio Magistris Militum constitutione quadam Cod. Theodos. sub tit. de Lusoriis Danubij, maximoperè iniungitur: sic in Africę limite, id est, traiectu. Dromones erant, vt indicat posterior Iustiniani constitutio de P.P. Africæ.

In limite etiam Rheni armatas naues habuisse dispositas indicat. Panegyr. auctor Constantino dicti, insuper etiam Agrippinensi Ponte faciendo reliquiis afflictæ Gentis insultas. ne vnquam metus ponat, semper horreat, semper supplices manus tendat: cum tamen hoc tu magis ad gloriam Imperij tui. & ornatum limitis facias, quàm ad facultatem, quotiens velis, in hostem transeundi: quippe cùm totus armatis nauibus Rhenus instructus sit, & ripis omnibus vsque ad Oceanum dispositus miles immineat.

Putarim nomen accepisse ex eo, quod instar ludentium huc illuc discursarent, & quasi ludo essent idoneæ propter leuitatem, & agilitatem: hoc item nomine vtuntur Seneca, & Vegetius lib. 3.

Inter hęc subsisto, & num in Bonoso Capitolini clausuras, pro luxurias, reponam, an lusorias ambigo: certè in eo limite multas fuisse naues eiusmodi Amm. Marcel. indicat. ita loquitur Capitolinus. Hic idem cum quodam tempore in Rheno Romanas luxurias Germani incendissent, timore, ne pœnas daret, sumpsit Imperium. Sed inclusuras malim. Sic enim idem in Lolliano scribit, plerasq; Galliæ Ciuitates, nonnulla etiam Castra Postumus per septem annos in solo Barbarico ædificauerat, quæ interfecto Postumo subita irruptione Germanorum, & direpta fuerant, & incensa, ea in statum veterem reformauit. Amm. ita Munimenta, & castra plurima in Rheni limite à Barbaris, id est, Francis. Alemannisque incensa, & exessa, multo post tempore à Iuliano refecta, communitaq;.

Porrò limites à limo, id est, transuerso dicti; eorum nomina recenset 28. Hygenus: limitati autem agri apud Florent. I.C. l. in agris, D. de adquir. rer. dom. dicuntur, qui de hostibus capti militibus per milites, id est, centurias fuerunt assignati: in his neque alluuionem esse, neq; ius capiendi scribit Agennus Vrbicus libro de controuersiis limitum. Solitos verò assignari veteranis agros duobus modis: vno, vt quorum ex territorio agri sumpti erant, nullam iurisdictionem amplius in eis haberent, sed leges ab iis acciperentur, qui veteranos deducerent: alio modo, vt iurisdictio ciuitatis in eos agros salua esset.

Quamobrem iure, libr. prætermiss. primò putat Alc. in Florent. esse distinguendum, vt, qui ager de victis hostibus ita veteranis sit concessus, vt in ciuitatis iure, cuius erat, permaneret, in eo ius alluuionis esse: quoniam videtur adhuc esse priuatus: sed si in ciuitatem non veniat, verum mancipatus, assignatusque veteranis sit, publicus Pop. Rom. remanet, nec alluuione diminuitur.

Limitrophi autem fundi, non à Limenarchis dicuntur, vt aliqui voluerunt, sed à limitaneis militibus, quòd deberent eorum possessores annonam, quæ ex iis prouenicbat, ad castra militum ducere, qui in Imperij limitibus excubabant aduersus Barbaros.

Hinc limes orientalis dictus Fl. Vopisco in Saturnino: Rheticus in Bonoso: Lampridius in

Alexandro, sola, inquit, quæ dehostibus capta, limitaneis ducibus, & militibus donauit, ita vt eorum essent, si heredes eorum militarent, nec vnquam ad priuatos pertinerent, dicens, attentius esse militaturos, si etiam sua rura defenderent. Sic non fructu solum, sed mancipio etiam
O militum esse iussit.

Ex his Lampridij verbis cognosce, qui sint agri limitanei, de quibus in vltima parte tit. de fundis Limitrophis, & quomodo differant à limitrophis, sic intelliges locum illum Vopisci in Probo. Accepit sedecim millia Tyronum, quos limitaneis militibus intersereret. Rufus Festus de acceß. Romani Imperij impetrauit, inquit, Maximianus, vt reparato de limitaneis Daciæ exercitu euentum Martis repeteret Sulp. A-
P lex. libro quarto histor. Eugenius Tyrannus suscepto expeditionali procinctu Rheni limitem petiit.

Notat Suid. voce λιβιτανῶοι, quæ corrupta est, restitue λιμιτανέοι hos maximè in orientali limite aduersus Persas, & Sarracenos fuisse collocatos; cum quibus turpem Iustinianus pacem fecit.

Qui Limitrophum interpretantur Liminarcham, Præfectum militum, qui imperij limina
Q custodiunt, & limitrophos fundos, vnde his alimenta præstantur à limine, & τρέφω, vt verbum sit semigræcum, & semilatinum, non falluntur. At λιμενάρχαι tota est vox Græca, non à limitibus, sed à litore, siue portu, id est, λιμένος, quia custodes erant portuum ab Aristotele in Polit. λιμενοφύλακες appellati. Sic accipienda hæc vox in l. limenarchæ de seruo fugit. l. numerum, D. de muner. & oner.

Ex Pythagoreorum doctrina aduersus Stoicos de moderatione perturbationum animi.

CAPVT XVII.



A Copiosissimo Pythagoreorum penu aduersus Stoicam penè inhumanam feneritatem, qui viros probos, ac sapientes suos, quasi Deum quemdam, ἀπαθεῖς esse volunt, hæc Theagis Pythagorei, de virtutibus tradita, peculiariter de morali virtute, depromamus. A Sumit tamquam certum, & exploratum, quod male Stoici negabant, B exemplo, & similitudine à corporis ducta sanitate expouit sanè grauiter. & aptè: neque enim aliud est virtus, quàm animi sanitas. C Adiungit similitudinem aliam ex vocum petitam concentu. D tum redit ad primum
B exemplum. E Hinc enim fieri vt voluntatis arbitrium peculiariter ad virtutem moralem requiratur, quod ex eo bonæ sint affectiones, vel malæ. Traducit huc illam rerum trium, quæ in omni sunt virtute, partitionem voluntatis nimirum, scientiæ, facultatis. F

Dicam latinè, ne librum abiiciat, qui nescit Græcè, & me vel pro superbo venditet, vel pro imprudente.

Quoniam moralis virtus circa perturbationes versatur, inter quas familiam ducunt voluptas, ac dolor, manifestum, non in eo sitam vim esse virtutis, vt ex animo hæ perturbationes euellantur, sed vt ad modum quemdam, temperationemque reuocentur: neque enim sanitas, quæ temperatio quædam est virium corporis, frigido, calido, sicco, humidoque tollendo efficitur: sed in vnum quasi miscendo: quoniam C
sanitas est certa quædam horum dimensio. Nec in Musica concentus nascitur, si graue adimas, & acutum, sed si in vnum temperes. Vt igitur cùm inter se quattuor illi humores in corpore temperantur, sanitas est depulso morbo: sic cum inter se conueniunt ira, & cupiditas, fit virtus, abit vitium.

Propositum autem voluntatis multum ad virtutem moralem confert: Nam ratione, & potestate vti quis absque vitio, & virtute potest: omnis verò de moribus æstimatio pendet à voluntate: ideoque ratio per vim iram superans, & cupiditatem, animo continentiam inserit, & patientiam: rursus ab his ratio per vim de- D
iecta, molliciem ingenerat, atque incontinentiam. Sic ergò hæ perturbationes nec planè sunt perfectæ virtutes, nec planè vitia perfecta, cùm in ipsis ratio sit sana, ægrotet verò pars ratione carens.

Sanè præclarè, quibus adde Domini Iesu Christi liberatoris nostri fidem & gratiam, nil præterea requires. Lege lib. 2. de prudentia Io. Iou. Pontani.

Animæ defectio num ea sit apud Medicos, quæ syncopa dicitur.

CAPVT XVIII.



A Philosopho ad Medicum transeo. Aretæus hic est libro secundo, capite tertio, de morbis acutis, vbi tradit, quæ sint notæ, & Symptomata τῶν συγκοπτομένων, ij verò à Græcis Medicis συγκόπτεσθαι dicuntur, qui corripiuntur Syncopa, cui vitio nomen non habet aptum Latina lingua: Animæ defectio potest dici: De ea Celsus libro septimo, cap. postremo: quamquam hoc proprium est nomen affectionis leuioris, id est, λειποψυχίας, vel λειποθυμίας: tametsi illam animæ, hanc propriè animi defectionem,

nem, siue deliquium, voluut appellari supersti-
B tiosè opinor.

Ergò dicuntur comprehensi Syncopa, qui-
bus quasi conciditur cor, & contunditur, &
vincula omnia, quibus anima continetur,
quasi discissa resoluuntur. Nihil est, inquit,
Aretæus maius, aut celerius vi syncopæ, quam
dicit esse, cordis morbum, vel noxam vitalis
eius facultatis, & solutionem uexus eam con-
tinentis, & affectum constitutioni hominis ini-
micum. A

Et quamquam συγκόπτεσθαι in Galeno aliqui
interpretentur linqui animo, vt Budæus in
Comment. tamen est plus quàm λειποθυμεῖν, vt
ex Aretæo docui. Et ipse Galenus tradit, &
ab aliis ante se traditum refert libro Meth. duo-
decimo.

Præcipitem definit aliorum consensu Me-
dicorum, omnium animæ virium lapsum, B
& cum præsens esse remedium vini vsum do-
C ceat. cuius item, quia non omnis, ex eo de-
monstrat, quod sine phlegmone in ventriculo,
& iecore interdum gignatur Syncopa: interdum
ex flaua bili: aliquando ex copia crudorum hu-
morum.

Ita cùm primum accidit, panis non mul-
tus dandus, & cum vino, quod celerem in
D corpus digestionem adiuuet: vel cum calida,
si non æstas, aut æstus, nec regio natura sua
calida: si hæc adsint, cum frigida.

Cùm secundum euenit, exhibenda potio
frigida, & vina calida, quòd deductionem in
corpus promoueat; ex hisque eligenda, quæ
flauo sint colore, substantia tenui, vetera, & bo-
ni semper odoris.

Si verò tertium contingat, Falernum præ
cæteris, quia & melioris succi, & calidum, &
E maximè si austerum, modò ne æger assuetus
sit dulcibus cùm valeret, non profero Græ-
ca præstantissimi Medici verba, ne longus
sim.

Nec verò facilè in deliquio mors succedit,
in Syncopa succedit: ait enim Galenus libro
quarto de cau. pulf. & libro duodecimo meth.
Quidam conuulsionem passi, & cum humidi-
tate præ dolore Syncopa correpti mortem obie-
runt. C

Eum lapsum duo præcipua Symptomata
consequuntur: Nam ex soluto calore totius
frigiditas corporis; digesta verò, & consum-
pta solidorum substantia, corporum sudor
maximus fit: is, videlicet, quem Medici no-
minant συγκοπτικόν, & διαφορητικόν, quæ propria
F sunt argumenta huius morbi, id est, vt Are-
tæus loquitur, nam quæ facultatis cuiusque
propria consequuntur, sunt pulsus defectio, sen-
sus, motusq; priuatio.

Cùm igitur essentia virium, quibus regi-
tur corpus, tum in spiritibus, tum in solido-
rum temperatione corporum sita sit, perspi-
cuum est, nihil horum syncopes vitio inte-
grum manere, sed collabi omnia, atque dissi-
pari. Cum spiritibus quidem calorem nati-
uum cum ipsis ita mistum & confusum, vt à
se mutuò separari numquam possint. Cum G
solidorum autem corporum temperamento,
tum eum ipsum calorem singulis partibus natu-
ra insitum, tum primigenium illud humidum,
radicale dictum, quo vno, veluti glutino quo-
dam, robur earum continetur.

Tantus est trium inter se principiorum
consensus, vt protinus noxas omnes suas mu-
tuo communicent, ipsumque os ventriculi
præ cæteris, propter exquisitum sensum, si
grauiter offendatur, syncopas accipere, quæ
ab eo dicuntur, στομαχικοὶ, caussas autem vali- H
das esse, atque vehementes, sic vt ab iis ægri
non modò animo linqui, sed totis viribus re-
solui possint, & proximi esse periculo, alias de-
perdito spiritu ipso, alias alterato, aliquando
magna ex parte consumpto, siue digesto, non ra-
rò hæc vtraq; perpesso.

Eædem caussæ minores tamen, ac leuiores
non συγκοπὴν, sed λειποψυχίαν inducent, ma-
gnitudine sola differentes; nec enim per Li-
pothymiam, vel Lipopsychiam tanta fit animi
exsolutio, quanta fit per syncopen: quoniam I
in syncopa nulla omninò spirituum, vel soli-
darum partium vis manet integra, cùm in de-
liquio, etiam si aliqua ex parte spiritus ex-
soluantur, solidorum tamen corporum, quæ
multò minus obnoxia sunt iniuriis, substan-
tia non consumitur, sed incolumis, & salua per-
sistit.

Huius rei hoc est argumentum, quod in
Lipopsychia nullus est sudor, qui in Syncopa
est perpetuus, & pro caussarum magnitudine,
atque vi, vel paruus, vel multus.

Plus omninò periculi est in iis, quibus
plurimus aduenerit sudor, quàm quibus exi- K
guus. Sic enim maior virium contingit la-
psus: omninò tamen nonnullius esse debet
sudor; hoc enim ratio exigit Syncopæ, ὀξέως,
καὶ ἀθρόως, hoc est, repentè, atque vniuersim:
quandoquidem nulli morbo periculo & acu-
mine cedit. Hinc Galenus eodem libro duo-
decimo Meth. non syncopas hi succi tolerant,
sed quas vocant animi defectiones. & Aegin.
libro tertio, cap. 34. Per consensum cor affe-
ctum malè propter caput, iecur, os ventris,
dolore ac timore, & id genus aliis, inducet
syncopam, densum videlicet vigoris lapsum;
qui manifestè apparet ex dissolutionibus, ani- L
mi deliquiis, pulsuum exiguitate, & summa-
rum partium refrigerationibus, atque sudatio-
nibus.

Animo linqui ἀψυχεῖν dicit Hippocrates
secundo libro de morbis. libr. de prisca med.
& aliis locis, vt animi deliquium ἀψυχίην. ani-
mo delinquitur quis, cum bilis, & pituita ad cor

impegerit, quod fieri est necesse, cùm agitantur, & humectantur.

Aristoteles in Poët. enucleatus, & cum Cicerone conciliatus. vulgaris opinio de diuerso narrandi ordine Poëta, & Historici confutata.

CAPVT XIX.

A QVum in Poët. docuisset Aristotel. Historicum, & Poëtam metro non differre, ideoque Herodoti historiam, si carmine scribatur, historiam item fore, addidit. sed hoc differt quòd historicus, quæ facta sunt, scribit, sed poëta, vt geri debuerint. *A* vbi vult historici esse proprium res gestas narrare, vt gestæ sunt; Poëtæ verò, vt geri debuerint, aut potuerint: hoc, si fingit: illud, si non fingit.

Cicero autem secundo de Orat. lib. multis rationibus demonstrat, historiam conscribere Oratoris esse munus, & officium: ac certè politum genus dicendi, ornata, ac nitida elocutio, hoc verum esse cogunt: probabilia item, ac verisimilia, quæ historicus quoque arripit, vt arripit Orator. Hoc fanè ab Aristotelis sermone videtur discrepare, cui placuit historicum narrare res gestas, vt gestæ fuerint. Poëtam, vt geri debuerint; ergò absurdè Cicero, aut certè ab Aristotelis oratione alienè scripsit, ad historicum B pertinere rem probabiliter, non verè narrare: &, quod grauius est, contra legem historiæ.

Dices verè Ciceronem scripsisse: falsò igitur Aristoteles hoc modo historicum à Poëta distinxit: si enim historicus res narrat, vt geri debuerint, quod vult esse Poëtæ Aristoteles; nihil habebit Poëta proprium, & peculiare, quo differat ab historico, præter metrum; quòd Aristoteles tamen negat.

Vt huic dubitationi satisfaciat Robortell. in Aristot. Poët. vsus est hac distinctione: hi- C storicus aut res gestas narrat, aut orationem, ac sermones hominum: in rebus gestis narrandis nihil debet historicus immutare, sed ita prorsus narrare, vt gestæ fuerunt: sed quoniam homines facit diuersarum nationum, legum, atque morum, loquentes, hoc potest suo arbitratu describere, non vt locuti fuerunt, sed vt verisimile, ac probabile est, locutos, siue, vt loqui debuerunt.

Aristoteles igitur priorem historiæ partem respexit, quæ de rebus est gestis, & verè docuit ita narrandas esse, vti gestæ fuerunt, posteriorem Cicero, quia omne historici artificium in dictis, sermonibus & concionibus describendis versatur. D

In nulla enim re, inquit Robortellus, antiqui magis desudarunt historici, vt Herodotus, Thucydides, Halicarnasseus, Sallustius, Titus Liuius, quàm in sermonibus, concionibusque effingendis, sic, vt nimij interdum videantur, maximè Liuius: nam & ea est caussa, inquit: cur Cæsar Commentarios dixit se scribere, quoniam omittit id, in quo cæteri laborarunt historici, hoc est, conciones. E

Mihi tamen diligenter, atque attentè Ciceronem legenti eo libro, & loco, quo M. Antonius magnum quid esse, tectè historiam scribere, & summi Oratoris proprium, aliter videtur extricandus hic nodus, neque ex Robortelli distinctione extricandi ratio petenda. Nam manifestè tradit M. Antonius magnam requiri dicendi facultatem, cùm in rebus gestis scribendis, tum etiam in verbis, ac sermonibus, & propterea ad Oratorem pertinere, scribere historiam, etiamsi prima lex sit historiæ, ne quid falsi dicere audeat, ne quid verò non audeat. F

An hæc M. Antonij verba solum conciones intuentur, atque dicta hominum? ipsa autem exædificatio posita est in rebus, & verbis: rerum ratio ordinem temporum desiderat, regionum descriptionem: vult etiam, quoniam in rebus magnis, memoriaque dignis, consilia primum, deinde acta, postea euentus expectantur, & de consiliis significari, quid auctor probet, &c. Nam & Cæsaris commentarios, qui conciones non habent, probat tamen, vt maximè oratorios, atque vberes, non, vt veterum illorum Pictoris, Frugi, Catonis, Acusilai, Hellanicique simplices, ac nudos. G

Tantùm igitur affirmare voluit Aristoteles rem verè gestam materiem esse historiæ: Poëseos verò etiam fictam, verisimilem tamen, quæ nullo modo repugnant iis, quæ Cicero scripsit.

Ex eodem Aristotelis loco conceptus fuit à nescio quibus scriptoribus error, In hoc præ cæteris differre Poëtam ab Historiographo, quòd huic sit retinendus ordo naturæ, sumto videlicet initio, vnde res cœpit, progrediendo per media ad finem vsque rei gestæ. H Poeta verò debeat amplecti non naturæ, sed

artis

artis ordinem, atque dispositionem, ita vt non à principio exordiatur ipsius rei, quæ gesta est, vel vt gesta describitur, sed, vel à medio rei, aut fine, vt captata per digressionem occasione, deinceps narret, quæ primum gesta fuerunt. Laudatur huius auctor erroris Horatius, qui ita in Poet. scribit:

Ordinis hæc virtus erit, & Venus, aut ego fallor,
Vt iam nunc dicat, iam nunc debentia dici
I *Pleraq; differat, & præsens in tempus omittat.*

Et post:

Nec gemino bellum Troianum orditur ab ouo.

Item Quinctilianus, Donatus, & Seruius, & Patrum nostrorum memoria homo litteratissimus Rodolphus Agricola, his fortè verbis Aristot. decepti in Poet. Homerum valdè probantis, & propterea cæteris anteponentis, quod non acceperit canendum totum bellum Troianum, quia nimis erat longum futurum K opus, sed vnam tantum eius partem, quam Episodiis variarit Catalogo nauium, & similium.

Verba sunt Aristot. capite octauo. *B* Initium enim sui Poematis Hom. fecit ab iis, quæ medio belli tempore contigerunt, id est, ira & simultate inter Achillem, & Agamemnonem, digrediens ad ea oportunè commemoranda, quæ vel ante occurrerant, vel L postea: & in Vlixea ab iis exorditur, quæ circa finem reditus in patriam euenerant Vlixi, hoc est, à discessu à Calypso occasione sapienter captata narrandi plurima, quæ sibi acciderant Alcinoo Corcyriensium Regi.

Virgilius item Homerum imitatus Aeneida conscribens à fine eorum auspicatur, quæ Aeneæ euenerant, ipsius videlicet è Sicilia profectione, vt deinde in Africa Didoni Reginæ sciscitanti commemoratus priora facta inducatur Aen. 1.

Vix è conspectu, (inquit,) *Siculæ telluris in al-*
M *tum*
Vela dabant læti, &c.

Hinc natum illud veterum prouerbium, *ὕστερον πρότερον ὁμηρικῶς*, illa item Quinctiliani verba, vbi à primis incipiendum, vbi more Homerico à mediis, vel vltimis. Iam verò altas egit in scriptorum animis radices hic error, vt Iacobus Peletarius egregius Poeticæ doctor in Gallia non aliam ob caussam putet Lucanum inter oratores, aut historicos esse col- N locandum, & à Poetarum classe remouendum, quàm quod in bello Pharsalico enarrando ab naturali historiæ, & rei gestæ serie non discesserit.

Horum itáque omnium est sententia, fabulæ Poeticæ, quæ vnum quidpiam totum est, atque integrum, ordinem partium, ex quibus illa constatur, esse mutandum, cum historia ordine suo res, vt gestæ sunt, persequatur: putantque non esse congruentem illam fabulam, cuius principium ab alia re non pendeat, quæ consequuta est, siue consequi potest. Quotus enim quisque est, qui in Vlixes, quæ fabula est, cuius est principium discessus à Calypso, ab alia re pendens, legenda, non ardeat cupidi- O tate cognoscendi, quo itinere Vlixes ad Calypso delatus fuerit? Et si fabulæ Aeneidis principium est profectio ex Sicilia, quomodo possumus affirmare, non pendere hoc principium, & quidem necessario ab alia actione? Certè quilibet scire auet, quinam in Siciliam casus Aeneam traxerit; & omninò Ilias fabula ipsi Aristoteli pars est belli Troiani, eius ergò principium necessariò pendebit ab iis, quæ Achillis iram præcesse- P runt.

Mihi verò eius placet explicatio, hanc istorum opinationem refellentis, & existimantis hac re minimè differre Poëtam ab Historico. Nam Poëta propositum suum refert ad historiam, siue rem gestam, quam sumit imitandam, narrans eam, non vt gesta est, sed vt geri potuit: quare in conformanda fabula nulla est habenda ratio principij, medij, aut finis actionis, quæ instituitur: sed considerandum, Q num proposita vnica actione, aut parte actionis, apta sit ad id efficiendum, quod vult, hoc est, oblectandos auditores, siue spectatores eius actionis, atque ex ea parte sumere principium, quæ plus adferre potest iucunditatis, & tum desinere, cùm minui voluptas incipit: accurateque dispiciendum, ne vlla ex actione ipsa, & fabulæ contextu oriatur in animo auditoris, aut spectatoris con- R fusio, sic, vt siue principium fabulæ sit cognitum, vel obscurum, ab alia re non possit iure dici pendere, quæ extra fabulam sit: vt & partes ipsæ mediæ, & extremæ ex his, quæ intra poëma sunt, cognoscantur.

Exemplo res clara fiet. Iliadis principium mox agnoscitur ex his, quæ primo dicuntur, id est, Achillis ira ex narratione contempti Chrysæ Sacerdotis. Vlixeæ verò ignotum, agnoscitur tamen ex eorum commemoratione, quæ Alcinoo exposuit Vlixes.

Exempla verò Homeri, & Virgilij, quibus isti nituntur, nihil eos iuuant, non enim propositum fuit Homero canere bellum Troianum, sed eius tantum partem, hoc est, ea, quæ ex Achillis ira contigerunt: aut certè vnam eius belli actionem, quæ fuit Achillis ira, & hanc à suo prin- S cipio narrat per medium vsque ad finem,

quod propositio ipsa demonstrat seu inuocatio:

Dic mihi magnanimi Pelidæ musa furorem. C

Nam si bellum Troianum decantandum sumpsisset, initio sanè ipso proposuisset, vt alij solent omnes: & quamquam ab eo multa scribuntur, quæ ante Achillis iram euenerunt, T scribuntur tamen post iram ab eo depulsitam, & veluti appendices; & Episodia ad hunc locum exornandum, & amplificandum referuntur, & sunt quasi partes istius potissimæ actionis; vt sunt, quæ de Diis, vatibus, & nunciis dicuntur, quæ aut iræ tempore, aut paulò ante, vel postea, acciderunt.

Quod præceptum magis Aristoteles confirmat, cùm tradit Comœdiam, ac Tragœdiam iure non posse complecti, plusquam vnius diei spatium, & sæpè tamen narrantur, quæ multorum annorum interuallo sunt gesta, sæpè etiam futura prædicuntur: quo modo Vlixis narratio apud Alcinoum non V sumitur, vt actiones continens multorum Annorum, sed vt actio vna paucarum spatio horarum absoluta: & errorum Aeneæ coram Didone commemoratio, quæ septem annos continet, accipitur vt narratio noctis vnius spatio decursa.

Quòd Homerus bellum Troianum non susceperit celebrandum, sed Achillis iram, hoc est argumentum, quòd non sit verisimile tantum & verborum, & carminum, atX que librorum voluisse in ira Achillis explicanda consumere, quæ minima erat belli particula; Aduentum autem Græcorum ad Troiam, eorum in agro Troiano nouennalem commorationem tot adiunctis præliis, expugnationibus vrbium, depopulationibus agrorum ante iram Achillis, ne attigisse quidem: quæ item postquam ira deferbuit Achillis, contigerant, id est, direptionem, atque incendium Troiæ, Penthesileæ aduentum, res ab ea fortiter, ac strenuè supra sexum patratas, Item Memnonis cædem, AchilY lis, & Aiacis interitum, eiusmodi innumerabilia præclarè facta narratione dignissima, aut silentio inuoluit Homerus, aut vix attigit.

Quæ ratio nos cogit, vt existimemus non fuisse Homeri consilium Vlixis reditum ab Ilio in Ithacam describere, sed iter tantum à Calypso in Ithacam: quòd sanè constat ab ordine, quem seruat.

Ita noster Virgilius narrare voluit aduentum Aeneæ, non à Troia in Italiam, sed à Z Sicilia tantum ordine historiæ seruato: quod si obiicias magis esse communem Vlixeæ propositionem errores Vlixis decantandi:

Dic mihi Musa virum, capta post Mœnia Troiæ.

Esto. Hanc tamen ipse propositionem angustiorem fecit Musæ committens arbitrio, quam liberet explicare partem errorum τῶν ἀμόθεν γε θεά, &c. Virgilij quoque latior est propositio:

Arma virumq; cano.

Nec tamen est cuiusmodi videtur, alioqui fatendum esset hoc fuisse Virgilij consilium, vt Regni Albani, Imperiique Romani res commemoraret, adiungit enim:

—— Genus vnde latinum:
Albaniq; Patres, atq; alta mœnia Romæ.

Hæc enim propositionis amplitudo dirigitur Aa tota ad illustriorem Aeneæ, & posterorum commendationem. Hîc mens est, & Casteluetrij de ordine Poëticæ, & historicæ scriptionis verus, vt opinor, sensus, quem Aristotelis, & Ciceronis esse puto.

Quo modo in disciplinis orationem efficiat διάνοια & quanta vis orationis ab Aristotele, & Cicerone, & Isocrate explicatum.

CAPVT XX.



SENTENTIAS, & verba Rhetores orationem conficere tradunt, A Græci illas nomine διανοίας efferunt, & figuras sententiarum nominant σχήματα διανοίας & διάνοια, non sanè quælibet, sed ἰχνωματοποιΐαν eorum est, vt etiam Poëtarum: amborum enim est res ornate dicendo. Duo verò significat Διάνοια, primum, vim illam, & facultatem animi, cuius præsidio ratiocinamur, & verum, ac falsum colligimus, tum ipsum animi sensum, & sententiam, quam oratione proferimus, siue scribendo, siue loquendo: secunda hæc notio à prima deducitur, & altera λόγῳ ἐνδιαθέτῳ orationi insitæ; altera λόγῳ προφορικῷ orationi prolatæ respondet.

Aristoteles primum sic declarauit in Poët. cùm docuisset in Tragœdia tria esse, primum fabulam, quæ veluti est anima Tragœdiæ, deinde mores, Tertium addidit B sententiam τρίτον δὲ ἡ διάνοια. posse dicere, quæ rei insunt, & conueniunt. quid illa? mox. Et certè omnes facultates, & disciplinæ λογικοὶ & διανοητικοὶ à Græcis dictæ in eo positæ sunt, vt in mortales explicent, quod

mente

mente habent comprehensum. τὰ ὑπάρχοντα ergò sunt,quæ rebus ipsis inhærent: τὰ ἁρμόζοντα,quæ rebus ipsis conueniunt. Est enim Dianœa vis quædam animi,quæ contemplatur,simplicia apprehendens,affirmans, negans,componens,diuidens,argumentans,demonstrans. Mox Δεικνύναι
C τὸ ὡς ἔστιν. A Subiectam scil. ipsi sententiæ materiam docet. Est,inquit,sententia in iis,in quibus aliquid demonstrant esse, aut non esse homines,vel quidpiam vniuersè aperiunt. B

Nolim autem verbo illo ἀποδεικνύναι intelligas vim illam sermonis, quæ scholis Dialecticorum est argumentatio potissima, & vocatur demonstratio,quæ ex veris & necessariis,& eodem modo semper existentibus conficitur,vt in Post. Analyt. docet : quamquam hoc indicari Ro-
D bortellus putet : sed quemlibet sermonem,qui necessario, aut probabiliter,siue alio quolibet modo quidpiam significet, siue ille sit verus, siue probabilis,aut falsus,siue fabulosus,videatur tamen verus : nam hic est sermo Philosophorum,Oratorum,Sophistarum,Poëtarum: omnis tamen oritur à Dianœa, vt vis est animæ nostræ.

Hinc Aristoteles exorsus est Post.Analyt. C eadem libro sexto Ethic. D quod verò est in Dianœa affirmatio, vel negatio, in appetitione persecutio, & fuga. Speculatiuæ Dianœæ verum,& falsum, hoc enim cuicunque dianœtici est opus.

Quibus omnibus locis quid sit διάνοια definit,vt simplex tantum,ac naturale ipsius officiũ
E demonstrarit. cùm tamen apud Rhetores, & Poëtas ars ornandi gratia adiungatur, vt mox apparebit.

Quinque enim sunt artes,quæ circa orationem versantur,& enascuntur ὑπὸ τῆς διανοίας. Apodicticè,Dialecticè,Sophisticè,Rhetoricè, Poëticè. Sexta non iniuria addi potest Grammati-
F cè. Sed cum ea propriè minutiora quædam, ac leuiora tradat , licet necessaria, missam facio.

Orationis proprium, id est, & genuinum munus proferre quod verum est, & necessarium : & quanto aliquod orationis genus magis à vero recedit , tantò propius accedit ad falsum : inter verum , & falsum quasi medio interuallo collocantur hæc tria , quæ melius græcè dicam,quàm latinè, τὸ ἔνδοξον, τὸ πιθανόν,τὸ φαινόμενον. Ergò quælibet facultas ex his quinque suum sibi arripit genus. Apodicticè verum , Dialecticè probabile , Rhetoricè
G suasorium , Sophisticè apparens, quod habet speciem verisimilis, Poëticè falsum, ac fabulosum.

Sed illud maximè obseruandum Apodicticen potissimum pendere , & vim suam totam habere à sermone ἐνδιαθέτῳ, vt cæteras à προφορικῷ , cuius duplicis sermonis magna est habenda ratio , quoniam magni est Philosophi Io. Philoponi, tametsi cognomine Grammatici.

Nec minus attendendum , quod subtilis adnotauit,& doctus Philosophus, Arabs licet, Auerroës,ideo fuisse olim oratoribus præscriptum clepsydra spatium dicendi, quoniam orationem habent potius προφορικήν, quæ semper H
confutari aliquo modo potest. & multas, vt ait, instantias recipit : numquam enim , inquit, conuenirent inter se,neque finem vllum facerent dicendi.

Planè quod Aristoteles 1. Post. Analyt. docuit his verbis. Neque enim ad exteriorem sermonem est demonstratio, sed ad internum animi, cùm neque syllogismus : semper enim instari,id, obiici potest,sermoni externo,interno non semper. E Ergò demonstratoria suam conficit orationem ex iis,quæ insunt suapte natura,& prorsus cum ipsa materie sunt coniun- I
cta,sic vt ab ea nequeant seiungi. Dialecticè ex iis,quæ insunt profectò, sed non necessariò, & certò,tantum probabili modo; vt Aristoteles 1. Post. Analyt. docet, verba non profero,ne sim prolixitate molestus.

Tantum noto τὰ ὑπάρχοντα complecti tres illos modos τοῦ ὑπάρχειν,quos primo prior.Analyt.lib. K
expressit hoc sermone Aristoteles. Quoniam omnis propositio est de esse, vel ex necessariò esse, vel contingere esse: F Horum trium necesse est, vt omnis nostra oratio vnum aliquod expromat.

Primum in scholis dicitur Propositio inhærens,quo vtuntur Dialectici:secundum,Propositio necessaria,quo Demonstratiui:Tertiũ,Propositio contingens, quo oratores, vt eruditus, atq; elegans Philosophus Remigius Melioratus multis aliorum sententiis confutatis aliquando explanauit libro de prop.inhær. Et demonstrat Aristoteles primo libro Top. περὶ συμβεβηκότος L
scribens.

Isocrates item ὑπάρχοντα vocat aduersus Sophistas, qui profitebantur se ita ad dicendum instructuros illos,qui se ad eos applicauissent,nihil vt ipsos effugeret eorum,quæ in argumentis,& causis,quas agerent,inessent: G quomodo & loquitur in Busiride.

Quod si obiicias Poëtam cum fabulosa sectetur,exprimere quidem τὰ ἐνδεχόμενα ὑπάρχειν, non τὰ ὑπάρχοντα simpliciter, multò minus τὰ ἐξ ἀνάγκης ὑπάρχοντα, responderi potest, si verum esset Poëtam fabulosa tantum persequi, ne M
illa quidem, quæ dicuntur ἐνδεχόμενα ὑπάρχοντα prolaturum: Sed ille res omnes, vt orator, diuersa tamen via, ac ratione accommodatè ad hominum persuasionem, ac fidem exponit, neque vnquam falsa profert, nisi quatenus vulgò probata sunt ; Quamobrem verè Aristoteles τὰ ὑπάρχοντα omnia, quæ trium sunt generum, per διάνοιαν Poëticam docet explicari.

Tantumdẽ de Dialectica & Rhetorica dicendum,

dum, sed Dialecticus tantum, quæ rebus ipsis, Poëta, atque Orator etiam quæ personis. Propterea ᾗ τὸ ἁρμόττον subiecit Aristoteles, quæ vtraque Poëtica, & Rhetorica exprimunt.

N Hæc ἁρμόττοντα quæ sint, indicat 3. libr. Rhet. Arist. & moralis vtique est hæc à signis demonstratio, cùm sequatur congruens vnicuique generi, & habitui. Voco autem genus secundum ætatem, ceu puer, vel vir, vel senex, vel mulier, vel Laco, vel Thessalus.

Simplex omninò est, qui quomodocunque sensa expromunt animorum, sed figurata, id est, ἐσχηματισμένη, quæ propria est Rhetoricæ & Poë-

O ticæ distinguitur sub nomine διανοίας ἀναγκαίας à priore ἀπὸ φύσεως, vt vocat Alexander vetus Rhetor lib. περὶ σχημάτων, docens σχῆμα διανοίας nihil esse aliud, quàm simulationem conceptionis ex eo, quod naturale est fingentem ad aliquid vtilius necessariam narrationem. H Necessaria vocatur ab hoc Rhetore διάνοια, quæ tantum affirmat, aut negat, & sine vllo ornatu affert animi cogitata, & sensa. Planè vt Arist. in Poët.

Hinc orta vetus in scholis Rhetorum controuersia, num Rhetoricæ artificio continerentur σχήματα διανοίας, an potius ipsius naturæ vi, & potestate: breuiterque, & accommodatè hic Rhetor dissoluit his verbis; Nisi enim conceptio esset vna quidem naturalis, alia figurata, non differrent neq; à rudibus siue priuatis, nec inter se oratores: Nam rudes quæ simplicius, & sine ornatu aliquo sermone proferunt, splendidius oratores, atque ornatius enunciant: Compertum igitur differre hos duos, quod illi

P

Q extra tempos, & modicè vtuntur figuris, hi verò in tempore, & frequentius.

Idem de his schematibus tradit, quod de vniuersa Rhetorica, & Dialectica Rhetoricæ initio docuit Aristoteles vtriusque quadantenus à natura nos esse participes, ἔννοια etiam dicitur ab Hermog. libro 1. περὶ ἰδεῶν. & cap. περὶ σεμνότητος. Conceptiones igitur sunt graues, maximè quæ de Diis efferuntur. I Nam & Νίκων Halicarnasseo libro de compositione nominum, omnis igitur dictio est, qua indicamus conceptiones vel cum metro, vel sine, quarum vtraque pulcrum adepta concentum potest & metrum efficere, & solutam orationem, inscienter verò, & quasi casu proiecta omne id, quod in animo

R est, vtile euertit.

Ecce tibi quomodo Dianœa fundamentum est quoddam totius orationis, ad quam sermo omnis debet, atque oratio accommodari. Et paulò post. Vt enim nulla vtilitas notionis est bonæ, vel sententiæ, nisi ornatum adhibeas pulcræ dictionis. K

Hermogenes item περὶ ἰδεῶν. omnis igitur sermo sententiam planè continet aliquam, vel

S sententias, & artem, ac regulam circa eam. L Hæc verissima sunt de sententiis.

Sed magna omninò vis est orationis, cui à natura insitum esse tantum ponderis, ac momenti siue in agenda, siue in minuenda re, qua de agitur, Poësis ostendit, & eloquentia: atque ideò in vtriusque artis præceptis nobilis artifex Aristoteles hoc reponit, vt Poeta, atque Orator studeat oratione rem augere, & minuere, prout sese occasio dederit: in 2. quidem Rhetorico circa finem. M in Poet. verò. Sunt verò secundum sententiam hæc, quæ oportet, vi orationis præparari: N & post pauca. ᾗ ἐν μέγεθος, ᾗ σμικρότητα. adhuc magnitudinem, & amplitudinem.

Et Cicero in orat. augendis verò rebus, & contrà abiiciendis, nihil est, quod non perficere possit oratio. quod & inter media argumenta faciendum est, quotiescunque dabitur vel amplificandi, vel minuendi locus, & penè infinitè in perorando. T

Hinc illud Isocratis celebre Responsum. Cùm rogaret quidam Isocratem, quid esset Rhetorica, respondit parua magna, magna parua efficere. Plut. in eo.

Quis vsus est Saltationis apud veteres, quæ Genera, quanti facta.

CAPVT XXI.

SALTATIONIS vsus veteribus frequentissimus, nobis penè nullus, præter eas, quas dicimus, balli, dante, vel carole, & quæ exercent in Bacchanaliis illi, qui à nobis dicuntur, Mattacini. Sed olim magnum requirebant artificium etiam illæ saltationes, quæ nihil repræsentabant, siue imitabantur. A

Duo ergò summa sunt genera saltationum, aliud Poeticum, aliud Gymnasticum: illud rerum imitationem humanarum continebat, & propterea nominata ὑπορχήματα hoc nullam habebat: sic enim libro 14. Athen. cap. 12. & libro primo, capite octauo & 16. de earum origine, & nomine: Ad chorum enim canentem, & imitantem quasi subsultabant, id est, ad chori cantum saltum accommodabant, quod erat perhonorificum, si rectè fiebat, sin malè, penè infame: sic enim adiungit Athen. B

Quare ex Chamæleonte producit Aristophanem, aut Platonem ἐν ταῖς σκευαῖς scribentem, si quis saltat benè, spectaculum est; nunc autem faciunt nihil, sed vt attoniti stantes rugiunt.

Hinc apud Liuium per vrbem ire canentes carmina cum tripudiis, solemnique saltu iussit. Et ex Socrate in poematis, qui optimè saltarent esse fortissimos re bellica, qui chotis optimè Deos honorarent, esse robustissimos in bello. C

Erant

Erant enim quædam præludia, & tyrocinia belli: quoniam bellicas motiones apte imitabantur: licet quædam esset peculiaris armata saltatio belli index σφύαξ, & non modo ὀρχησίαν ostendebant, sed etiam τὴν τῶν σωμάτων ἐπιμέλειαν: earum nomina, ac formas disce ex Polluce libro 4. cap. 13 & 14. atq; aliis.

D Cùm verò in hominum vitatria ferè contineantur, mores, actiones, perturbationes. Sic enim Clemens Alex. initio Pædag. sui, τριῶν ὄντων περὶ ἀνθρώπους, ἠθῶν, πράξεων, παθῶν.

Tria hæc genera imitabarur saltatio. Ecce tibi Aristotelis testimonium de poët. Hi enim saltatores per figuram imitantur mores, affectiones, actiones. A Huius pars videtur fuisse ars aptè, & decorè manus monendi, quæ & circa vniuersum corpus versabatur, id est, χειρονομία E quasi manuum lex, & norma. Erat autem maximè satyricorum propria poëmatum, hinc etiam ad Tragicas traducta recitationes, cùm iis lusus satyrici intermiscebantur ad relaxandos animos, cuiusmodi sunt, quæ nos Itali vocamus, Intermeli, in Comicis, & Tragicis actionibus. Inde Horat. in Poët. Tragicam saltationem satyricæ præponens:

Carmine qui Tragico vilem certauit ob Hircum
Mox etiam agrestes satyros nudauit, & asper
Incolumi grauitate iocum tentauit. —

F Et Eurip. Tragœdiam scripsit Cyclopem, quæ sanè pro Satyrico habenda est poëmate: in eo effoditur ab Vlixe oculus Polyphemo, Sileni, ac Satyri nauant ei in pascendis gregib. in lacte mulgendo, in conficiendo caseo, operam: Vlixes loquitur cum Sileno, & choro Satyrorum, sermones sunt vbiq; iocosi, ac petulantes petulcis apti semibestiis. Iure enim Bucolicus ille Virg. ecl. 5. versus:

Saltantes Satyros imitabitur Alphesibæus.

Ita Achæus Etitriensis apud Athen. lib. 10. in Iride Satyrica Poëta memoratur clarus alioqui & dilucidus, sed in eo Dramate, πολλὰ αἰνιγματωδῶς G ἐκφέρει, scil. obscurè loqui decebat, & implicarè Barbaras illas feras Satyrorum, Silenorum, Faunorum, Cyclopum. Apud eumdem ipso eiusdem lib. initio Ἡρακλῆς Σατυρικὸς nominatur Astydamantis Tragici, in quo Hercules fingitur ἀδηφάγος, id est, vorax, & helluo.

Cum autem duplex sit vniuersa Poësis, altera Scenica, altera Lyrica. Posterior; quæ harmonia, & rhythmo fiebat, non autem sermone; triplicem habuit saltationē, siue ὀρχήσιν Pyrrhicam, Gymnopædicam, Hyporchematicam: Consule Athen. lib. 14. & Pollucem libro 4. de hac non loquimur.

De Priore loquimur, id est, Scenica, quæ fiebat in Scena, harmonia constans, rhythmo, & sermone: & his tribus imitationem actionum exprimens humanarum tres amplectitur formas, hoc est, Tragicam, quæ dicitur ἐμμέλεια: comicam maximè in veteri comœdia, quæ κόρδαξ: & Satyricam, quæ σίκιννις. Hæc tertia maximè saltatrix, & Pyrrhichæ respondens: vtraque enim magna fiebat cum mobilitate, & celeritate: Comica respondens Hyporchematicæ scatebat iocis. Tragica respondens Gymnopædicæ σεμνοτέρα erat, & βαρυτέρα, id est, grauior, & sedatior.

En tibi Aristot. in Poët. testimonium, fabulas aientis paulatim ab exiguitate prouectas ad iustam magnitudinem, ideoque Satyras exclusas, quòd breuior esset ipsarum actio, & imitatio. Nam & Horat. indicat Epist. ad Pisones, quæ dicitur Poëtica, hoc est, Satyras breuia fuisse poëmata, & solita interponi Tragœdiis: vt his duobus testibus vir doctus refellatur Franc. Floridus Sabinus scribens in subsecinis lectionibus à comœdia Satyram fluxisse, cùm à Satyra potius iter factum sit ad Comœdiam: adde iniuriosum, siue H contumeliosum poëma, excepta hymnodia, primum omnium prodiisse in lucem, maximè contumeliosum autem vetustissima Satyra, vt in Poët. testatur Aristoteles.

Obseruandum tres istas partes saltationis à Plutarcho censeri vlt. problem. Symp. libro 9. lationem, figuram, ostensionem, & saltationem ait constare ἐκ κινήσεων καὶ σχέσεων, ex motibus, & habitibus. Cùm Homerus duas tantum formas agnouerit τὴν κυβιστικὴν καὶ τὴν διὰ τῆς σφαίρας. quadratam, & rotundam. agebant verò in Satyricis I deformes, & semihomines, semiferique Dij cum saltatione. Hor. in Poët.

Intereat Satyris paulùm pudibunda proteruis.

Apud Agell. lib. 20. cap. 2. Sicinnistarum nomen iis accommodatur, qui ad sepulchra modos facerent: siticines latinè, quia ad sitorum id. iam sepultorum canerent funera. Galenus τυμβαύλους seu τυμβαύλας nominat.

Et ὄρχησις quidem à Græcis nominata ἀπὸ τῆς ὁρμῆς, καὶ ὃ ἔχει, quia habet impetum Σίκιννις verò ab auctore dicta Barbaro, siue Cretensi Athen. libro primo, cap. 16. cùm præ cæteris na- K tionibus saltatione Cretenses delectarentur, vt nunc in Italia Transpadani: nisi velis ab etymologia deducere, id est, κινεῖν & σείειν à monendo & quatiendo. Eorum enim saltatio non est grauis, & moderata, sed vehemens, & incitata, ταχυτάτη vt ait Athen. atque hi, qui saltabant, vt Pollux loquitur libro quarto, τὴν ἰδέαν ὑποκρίνονται.

Hinc lib. 7. ἀρχαιολογ. Halicarn. Post armatos saltatores in pompa incedebant Satyri referen- L tes Sicinnin Græcanicam: erant habitu ipsorum hirsutæ tunicæ repræsentantium videlicet Silenos; quas fœneas nominant, & cum omni genere florum conferta amicula, nam qui Satyros imitabantur, campestribus induti erant, & pellibus hircinis, & habebant capita setis horrentia, vt Phocæ. B Ferebant etiam venabula, seu contos, ac thyrsos, Græcis δοράτια θυρσοειδῆ nominata, quia cum libero Patre ipsis armati prælia gesserant.

Dici

Dici verò non poteſt, quantum animos etiam moueat ſaltatio aptè, atq; artificiosè exercita, vt Demetrium docuit ſaltator quidam eximius. cùm enim ſaltationem ille vocaret quiddam πάρεργον, vt eſt apud Luc. de ſaltatione, ſaltator Neroni cariſsimus eum rogauit, vt ſe ſpectaret ſine tibiis, & cantu nudè ſaltantem; annuit Demetrius: & admirans exclamauit: Audio, quæ facis, non modo video, & mihi videris ipſis manibus loqui. Lege Bulenger. de Theatro, nec te fortè pœnitebit & legiſſe noſtra hæc paucula.

Varij notarum, ſiue emendationum floſculi ex diuerſis Auctoribus decerpti.

CAPVT XXII.

CRETISSARE, ſiue κρητίζειν mentiri eſt, à Cretenſium natura, vt primum cecinit Epimenides, tum Callimachus, poſtremò S. Paulus vſurpauit. κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, ſignificat item decipere: Nam adiungit Heſychius ἀπατᾶν, hinc vſurpatum vetus adagium πρὸς κρῆτα κρητίζειν, cum Cretenſi cretiſſare, ſicut πρὸς κάρα καρίζειν, cum care cariſſare: & apud Plaut. ſiculitiſſare cum Siculo. inueni ab aliquo notatum ſiceletiſſare ſiue ſicelisſitare, ego Menœchmi prologo tantum reperio, hoc eſt, mendaciis vti contra mendacem, fraude agere tum fraudulento.

Longè tamen aliud ſignificat Συγκρητισμὸς à facto Cretenſium traductus: Eſt enim cum aliqui poſt diſcordiam, ſiue diſſenſionem inter ſe recõciliantur, vt communi hoſti reſiſtant. Quod feciſſe aliquando Cretenſes commemorat lib. de fraterna caritate Plut.

Metaphoricè καλάμη corpus eſt ſenectute confectum, & quaſi aridum, vixque conſiſtens, inſtar cannæ aut ſtipulæ quo, modo decrepitus, & capularis ſenex iure poteſt nominari: vtitur hac voce lib. Vlix. 14. Hom. A Vbi vide Euſt. & Lucianum in Alexandro. & aptè vſurpari Ariſt. docet libro tertio Rhet. Hom. item Iliad. 7. interprete Euſtathio, occiſi hominis cadauer ita nominat, anima ſcil. vacuum, & caſſum, vt canna inanis planta.

Locus eſt in orat. ad Brutum Cicer. de tribus dicendi generibus loquentis, medium ita deſcribit. Eſt autem quidam interiectus inter hos medius, & quaſi temperatus, nec acumine poſteriorum, nec fulmine vtens ſuperiorum, vicinus amborum in neutro excellens, vtriuſque particeps, vel vtriuſque, ſi verum quærimus, potius expers.

Vocem vicinus, quæ vna eſt, diuidit P. Vict. & alij, ſic vt legant, vt Cinnus: ſignificat enim, vt aiunt, duo priora genera ita in hoc tertium coaleſcere, vt vnum quidpiam tantummodò videatur, ſicut diuerſa elementa per commiſtionem ita coëunt inter ſe, vt tertium quidpiam efficiãt, quod vnum videtur: immò ex his Ciceronis verbis colligunt explicari, quid ſit Craſis. id eſt, qualitas commiſta ex duobus aut pluribus. quæ licet à ſe mutuo diſcrepent, ita coaleſcunt tamen vt vnum quidpiam tantummodò videatur.

Quo modo Ariſtoteles lib. de Mundo explicatur ab ipſis: hoc eſt, vocalium, & mutarum literarum cinnum efficiens: & Alexandri Aphrod. locum ponunt quaſi exemplum ad hoc confirmandum. Quæ ſimul conueniunt, hæc quidem ſecundum miſtionem, & qualitates elementorum omninò habentium primas qualitates debilitatas, & alias factas, ſed quæ poſſunt rurſus ſeparari, & conſeruari. B

Cinnus autem eſt plurium commiſtio, auctore Nonio: ſic Angelum Politianum Picus laudans vtriuſque linguæ Cinnum appellauit. Ergò tertium dicendi genus Cicero nominauit Cinnum amborum, quia temperatum ex vtroque, primo, & ſecundo, id eſt, humili, & grandiloquo.

Huc propter Nonij teſtimonium inclinat Lambinus, quod ego non reprehendo, ſed vulgatam tamen lectionem magis probo cum iuniore Aldo in ſuis commentariis, & homine docto, qui linguæ latinæ theſaurum collegit, vicinus amborum, vtriuſque videlicet particeps extremi, quia medius inter vtrumque, demiſſum nempe, & excelſum genus interiectus.

Alter eſt non longè ab hoc locus, qui ſic legitur in omnibus impreſsis codicibus. Itaque ſe purgans Demoſthenes: negat in eo poſitas eſſe fortunas Græciæ in hoc in eum, huc, an illuc manum porrexerit. Conatur emendare P. Vict. in ſuis caſtigationibus, & commemorata quorumdam hac emendatione, hoc, an illud, huc, an illuc, integram facere ſententiam confitetur, nec tamen omninò probat, at manus dans vt vitioſum locum reperit, ita relinquit.

Mihi videtur aliquod verbum deeſſe in illa particula, hoc, an illud, hoc eſt, dixerit, vel ſimile quidpiam: Græcè ita Demoſt. pro Cteſiph. C Ex his enim verbis, quæ tamen Victorius non attulit, emendari poteſt, & ex S. Ambroſio, qui eum recitat c. 2. lib. 2. in S. Lucam. Sic ergò emendate leges. Negat in eo poſitas eſſe fortunas Græciæ, hoc, an illo verbo vſus ſit, huc, an illuc manum porrexerit. Nimirum elocutio, & actio in oratore præcipua: vtramque in aduerſario Aeſchines reprehendebat.

Eſt locus alter Ciceronis 1. lib. de Diuin. in carmine:

Tum ſpecies ex ære vetus, generataq; Nattæ
Concidit. ——

Emendare neſciuit Adr. Turneb. tantum explicat, id eſt, Statua facta Nattæ, id eſt, in honorem Nattæ. Quis vnquam latinè generare ſtatuam

dixit,

dixit, pro effingere, siue ducere ex ære? ergo legendum, vt vidit Lambinus.

—Generosaq; Nattæ,

Generosa autem dicitur, quia Nattæ erant nobiles, vt lib.2. idem Cicero. Pinarij Nattæ erant nobiles. Cic. pro L. Mur. de eius priuiguo, L. Natta: summo loco adolescens, Pinariæ gentis cognomen. Virgilius 4. libro. Georg. de Apibus ita.

Prima fauis ponunt fundamina, deinde tenaces
Suspendunt ceras—

L De hist. Anim. lib.5. cap.22. Arist. latinè sic, fauos primum conficiunt, mox ferum emittunt, sic autem ex floribus fauus, cerationem finguut, ex lacrymis arborum. Ar lib.9. cap.40. fabricant fauos deferentes ex floribus, & arboribus, quæ lacrymas emittunt, salicis, vlmi, & aliarum glutinosarum: ex quo videtur transcripsisse Plinius lib.11. cap.6. Primum fauos construunt, ceram fingunt, hoc est domos, cellasque faciunt: deinde sobolem, postea mella. Ceram ex floribus, melliginem ex lacrimis arborum, quę glutinum pariunt, salicis, vlmi.

Quocirca pabulum apum pręcipuum Cerin-
M them Plin. vocat c.17. lib.1. ... lib.6. Theophr. cap.7. de hist. plaut. immò Aristot. ex aliis: estque flos æstiuus: mellis habere succum Plin. tradit γλυκύτητα καλῶς. Aristot. lib.9. cap.40. Plin. lib.11. cap.7. notat Aristotel. modum efferendi mel, vt & ceram, feruur verò hoc cruribus, vt & ceram.

Fauum significare vacuas cellas indicant citata Virgil, carmina, & Tibulli, cum dicit apem melle complere fauos, vt & Plin. cum tamen Plinius iunior pro cellulis melle plenis acceperit, scribens bucellam panis dedit, & fauum mellis,
N & Athen. lib.14. cap.19. ex Hipponacte, Plin. interdum ceras, interdum cellas reddit ex Aristot. vbi enim hic ita scribit. Faui fucorum minores sont fauis apum. Sic ille. Fucis cellarum minimæ sed ipsis maiores Apibus, quod Arist. lib.5. cap.22. Plin. ita conuertit cap.8. lib.11. esse, quæ sub terra triplici cerarum ordine mellificent. Cum in præfatione vertat fauum.

Inscriptionis apud Græcos mira felicitas κηρίον inscripsere, quod volebant intelligi fauum, quia, s. pro vtroque sumitur. Euripidis est senarius prouerbialis in Iphig. Taur. Cuius meminit
O Eust. in 1. Iliad. prouerbiorum collector ita conuertit hominum vniuersa proluit pelagus mala. Melius conuertisset per verbum abluo ex Catullo, qui de quodam scelere ita cecinit in Gellium.

Quantum non vltima Tethys
Non genitor Nympharum abluat Oceanus.

Minutal Apicio de re culin. Iuueuall, & Martiali edulium est, vt quidam explicant ex herbis, carnibusque concisis, vt alij ex marino pisce, liquamine, oleu, vino, porrhis, Coriandro: ita videtur apud Athenæum lib.9. cap.7. ex Dionysio Comico loquente de Piscis frusto, & iis, quæ eximuntur exenterando. Resegminum vero ordinem, vel positionem fert in crastinum te, & me P
hæc oblectabunt. Græcis est vt indicat Pollux libro 6. cap.9. Pericomma, olera concisa, & c. & Hesychius ἀγωμάνια. Athen. item lib.4. cap.8. & in equit. Aristoph. expouit Suid. quæ à coquis auferuntur ex carnibus. Plautus in aliqua sua Comœdia, te, vt minutal frustulatim concidam, te circum circa detruncabo.

Mihi apud hos auctores Gręcos ea verba Gręca non significare minutal, sed potius frusta carnium, aut piscium, & ceterorum reliquias ciborum videntur.

Libro de habitu muliebri Tertullianus pulchrè minutalia vocauit terræ lapillos, & gemmas. sic enim cap.6. sed & lapillos istos, qui cum auro superbiam iungunt, quid aliud interpreter, quàm lapillos, & calculos eiusdem terræ minutalia? hoc est minutias, & exiguas particulas. Q
& 1. contra Marcionem lib. cap.4. Minutalia regna terræ appellauit regna parua, & quasi minuta.

Apud Sallustium in Catil. Cæsar ita orationem suam orditur. Omnes homines, P.C. qui de rebus dubiis consultant, ab odio, amicitia, ira, atque misericordia vacuos esse decet. Haud facile animus verum prouidet, vbi illa officiunt; R
neque quisquam omnium libidini simul, & vsui paruit: vbi intenderis, ingenium valet: si libido possidet, ea dominatur, animus nihil valet.

Præceptum est Arist. 2. Rhet. D neque enim eadem esse iudicant in rebus ij, qui diligunt, & ij, qui oderunt: neque irati, atque beneuolè, & humanè affecti, sed aut omnino diuersa vel differētia magnitudine. obseruauit Demosthenes, quanquam senior Aristotele, in orat. de Cherron. oportebat quidem oratores omnes neque vllum facere sermonem odij caussa, & inimicitiarum, neque gratiæ, & amicitiæ. E Et Demosthene antiquior Thucyd. lib.3. in concione Diodoti. Existimo duo esse maximè aduersa bonis S
consiliis, celeritatem, atque iram, quorum alterum stultè facere impellit, alterum temere, &c. F

Atque huc fortasse Cæsar, vt vir doctus, oculos mentis, cum hæc diceret, conuersos habuit. Nec minus Cato iunior ad illa Demosthen. Olynth.3. Non idem statuere possum, & cum animum ad res conuerto, & cum ad verba, quæ audio. G. Vt vehementer Græcorum studiosus. T

In Iugurth. eiusdem in oratione C. Marij ad Quirites docti quidam doctos reprehendunt ipsi magis reprehendendi; Nam illa verba, quod si iure despiciunt me, faciunt idem maioribus suis, quibus, vti mihi, ex virtute nobilitas cepit. Ita omnino sunt explicanda codē modo maiores suos despiciunt, sicuti me: siue quoniam de-

spiciunt me, quasi nouum hominem, despiciant etiam maiores suos, quibus virtus nobilitatem dedit, cum ante noui etiam ipsi homines forent: hoc enim illa verba significant, quibus vti mihi, &c.

V At acutiores videlicet docti alij hunc sensum peruersum esse, & apertè falsum scriptis affirmarunt, & hanc esse horum verborum significationem scripserunt. Si me iure despiciunt, faciant idem quod maiores sui fecere, id est, imitentur maiores suos in rectè factis. non enim debent & me despicere, & maiores suos non imitari: Cui sententiæ Græca loquendi ratio, vt aiunt, parum explorata tenebras offudit: Græca autem

X phrasis illi est similis, qua & Horat. in Poët. vsus est illo versu,

Inuitum qui seruat, idem facit occidenti.

Et longè antè Lucretius, cuius versus producunt eum Græcorum testimoniis. Sed siue faciunt, si ue faciant legatur, prior sensus & apertior est, & æmulos suos magis præstringit.

Pausanias diligens alioqui rerum vetustissimarum obseruator, libro tamen 7. hoc est in Achaicis, manifestè errauit, eum Sardiniam in Prouinciæ formam à Nerone Cæsare scribit redactam loco Græciæ, cui suam libertatem reddidit: constat enim longè antè Neronem Sardiniam vna cum Sicilia primam fuisse, quæ à Ro-

Y manis prouincia facta fuerit, vt scribunt Solinus, & Vell. pri. vol. & Pomponius de origine iuris.

Quod autem scribit Pausanias libertatē Græciæ redditam sine detrimento imperij, debuerat rationem hanc reddere, non Sardiniæ prouinciæ iamdiu factę: sed, vt Sueton. tradit in Ner. cap. 18. Pontici Regni concedente Polemone, item Alpium defuncto Cottio in Prouinciæ formam redactarum.

Z Locus est in quadam constitutione Arcad. & Honor. in quo Mancipes dicuntur esse Salinarum conductores, cum tamen omnes comprehendat, qui à Fisco aliquid vel emunt, vel conducunt: vnde nomen acceperit alio huius libri loco explicaui: Hinc in L. Nerusij tumulo in Sabinis.

Securè solui semper Fiscalia manceps:

Nexus autem, vt Boëthius in Top. Cicer. tradit, Iuris erat solemnitas, quam in instit. Caius I. C. exponit, cum res mancipi venduntur: Interueniunt enim quinque testes ciues Romani, Puberes, & is, qui libripens dicitur, & qui mancipium accipit, æs tenens ita dicit. Hanc ego tem ex iure Quiritium meam esse aio, isq; mihi em-

Aa tus hoc ære, æneáque libra. Deinde ære percutit libram, idque æs dat ei, à quo mancipium, seu aliam rem accipit, quasi precij loco. Quæ res sine hac solemnitate vendebatur, erat mancipi.

Festus ex Ael. Gallo I. C. Nexum eodem modo ait dici, quod per æs, & libram geritur: talia sunt factio testamenti, nexi datio, nexi liberatio: sic nexum æs apud antiquos dicebatur, pecunia, quæ per nexum obligatur.

Sic Cicero in Top. Abalienationem dicit esse Bb traditionem alteri nexu: & fortasse moris fuit, vt coniectantur quidam viri docti, vt dicis caussa alterum manceps, cui. s. res abalienabatur, alligaret, seu nectetet, vnde obligationis verbum apud I. C.

Qui non satisfaciebant, nexi addicebantur, abducebanturque, lib. 2. T. Liuius, Nexu vincti, solutique se vndique in publicum proripiunt.

Quum autem rem manceps accepisset, debitorem soluebat; vt constat ex lib. 2. Cicer. de leg. vbi legatarius, qui non vult accipere quasi ex te- Cc stamento, stipulatur ab herede, & per æs, & librā ab eo accipit. Ita legatarius, inquit, heredem soluit, qui vero abalienabat, æs à libripende, vt Caius ostendit, accipiebat: sic res nexa, & nexa pignori dicitur, quæ pignoris nomine obligata est l. 1. §. si quis. ff. Ne ius fiat ei, qui Impot. & ff. de iu. fisc. l. 12. §. 1. & C. de dicti pign. l. 2. & 7. & ita nexus pro vinculo accipitur obligationis ab Vlp. l. 26. § 7. ff. de cond. in deb.

Notandum autem in Salinis eam fuisse naturam vectigalis, vt soli mācipes l. si quis, prima, de vectig. hoc est, qui à fisco ius emerunt, sal ven- Dd dant, idque Principis monopolium est, quod olim etiam Reipublicæ temporibus institutum: Inde enim Salinatori Liuio inditum nomen, vt pluribus exponit libro 23. extremo T. Liuius. Licinius Rufin. vetus I. C. proximi appellatione etiam illum contineri dixit, qui solus est. Rectè. Nam mortales eum præsumunt solum, cuius socij apparent nulli, cum verisimile sit ad lucri partem omnes conuolaturos, si extaret; id quod Ter. Phor. immo is, ex quo Tetentius est mutua- Ee tus, Menander eleganter dixerat sic malitiosè loquentem Phormionem inducens, eam ob caussam nolle Demiphonem eam puellam, vt sibi cognatam recognoscere, quia pauper erat, & egens opis. Act. 2. sc. 3.

Quia egens, inquit Terentius, *relicta est misera, ignoratur parens.*

Negligitur ipsa, vide Auaritia quid facit. Ff

At si talentum rem reliquisset decem

Primus esses, memoriter progeniem vestram vsque ab auo, atque atauo proferens,

Menander ita. Quæ ita lego apud Mur. conuersa lib. 2. var. lect. cap. 7.

—egrè inueneris

Cognatum egentis: nemo enim agnoscit libens

Ad se attinere eum opis alicuius qui indiget,

Nam mox petitum quidpiam à se irriputat. H

Hinc & fertur vulgaris Græcorum Senarius contrarius in diuites sententiæ. Sic latinè ab Alc. redditus de verb. signif. ad l. 155. omnes virorum diuitum sunt proximi.

Ex hoc iure quidā Iurisprudentes deducunt, si Gg in iudicio alius agnatus non appareat, si eum ad

id cogeremus, vt probaret neminem, quàm ipse sit, defuncto esse propinquiorem, durum hoc videri, Sic Philippus Corneus in 4. vol. cons. 194. quem Alciatus probat.

Hh Illius autem pudoris affinem non recognoscendi pauperem, illam etiam caussam esse puto, insitum à nobis natura quendam superbiæ fastum, vt vel nolimus agnosci egentes; vel diuites, & copiosi velimus videri.

Secundo de part. Anim. lib. cap. 16. mancus omnino fuisse videtur in tradẽdo de vsu, & commoditate labrorum Aristoteles: nam cum in brutis doceat esse facta propter oris, ac dentium tutelam, in homine tum propter hoc, tum propter sermonem, vt & Auic. 8. 3. cap. 81. omisit necessarium ad vitam vsum, edendi s. ac bibendi. neque enim edere, aut bibere commodè animalia possunt, absque labris: quem vsum non tacuerunt Gal. lib. 4. de administr. anat. cap. 1. & Cor-

Ii nelius Celsus lib. 7. cap. 9. Cum dixisset eximiam quandam labra à natura accepisse constitutionem propriam, addit, possumus videlicet facile deflectere, inuertere, contrahere, distendere, stringere, laxare, quocunque edentium, vel bibentium, vel differentium, seu quouis alio munere fungentium vsus poposcit. Ad locum verò

Kk Aristotelis. Auerroës aptè retulit, vt actionem, inquit, potandi sigillet, supple labrum.

Verba sunt Aristotelis. Sed ceteris animalibus labrorum natura ad salutem, ac tutelam dentium est: homini verò mollia, & carnosa, &c. & custodiæ dentium caussa: vt cetera quoque & adhuc magis, vt bene esset, quod ea vsui sermonis inseruiunt. I Quare morbus est in Pueris, qui ῥαγάδες, vel ῥαγάδια τῶν χειλῶν dicitur, id est, scissuræ labrorum, quibus impeditur suctio, hoc est, quo minus lac sugere possint.

Hippocr. item, & Galen. 1. de art. lib. t. 25. & 26. Ll rationem adserentes, cur Homerus hieme Boues emaciari scribat, hanc inter ceteras producunt, quia cornuta animalia altero carent ordine dentium, & crassa habent labra, ex quo nequeunt humiles herbas depascere, quod possunt oues propter labrorum tenuitatem.

Nec tacendum labia crassissima fieri iis, qui elephantiasi laborant; vt Gal. docuit 1. de Sympt. cau. cap. 7. metuentibus verò, & iratis pueris maximè pendere solet labrum inferius, ac tremere, quòd ea pars est valdè mobilis, minimè sanguinea, ideoque refrigerata (destituitur enim calore, cuius est pondera sustentare) tremit facillimè, vt ait Aristot. 2. Probl. q. 6. & 7. superest pars maxima florilegij. Hortus erunt sequentes libri.







HORARVM SVBSECIVARVM LAELII BISCIOLAE MVTINENSIS SOCIETATIS IESV

LIBER VIII.

Num in vnoquoque & ex vnoquoque elemento aliqua viuant animantes.

CAPVT I.

A SVMMVS Theologorum è Schola coryphæus S. Th. eo libro, quem de virtutibus, & vitiis inscripsit, & qui totus quaternariis conficitur, quatuor esse animalia tradit, quæ ex fingulis elemẽtis viuant: hoc est, Halecem, ex aqua. Salamandram ex igne. Ex terra Talpam. Chamæleontem ex aëre.

De Chamæleonte, vt à postremo ineipism, nihil simile apud Aristotelem summum naturę inuestigatorem lib. de hist. Anim. 2. cap. 11. quo toto hoc animal tanta cura describitur, vt penè viuũ, ac pręsens oculis legentium subiiciatur. Plin. tamen S. Thomæ sententiam confirmat libro 8. cap. 33. ipse Celsus, id est, Chamæleo, hianti semper ore, solus animalium nec cibo, nec potu ali-
B tur, nec alio, quàm aëris alimento: quanquam aëre maximè abundare ibidem Aristot. indicat, cum ait. dissectus hic totus spirare præterea diu potest, cum motus adhuc exiguus circa sedem cordis supersit. A

Verum hæc spirandi facultas, ac diuturnitas earum animantium naturæ est propria, quæ dicuntur in scholis anulosæ, vt lacerti sunt, ac vermes, qui in mille partes diuisi singulis mouentur, spirante etiam diutius ea, quæ cordi propior
C est, parte. Existimo hanc spirandi in eo facultatem inde nasci, quòd vt Plinius lib. 11. cap. 33. testatur, ipsi pulmo est portione maximus, & nihil aliud intus; is enim est spirandi officina, attrahens, ac reddens animam.

Consentit lib. de pall. Tertullianus Chamæleontem non malè describens inter cetera, oscitans, inquit, vescitur, follicans ruminat, de vento cibus: de vento, inquit, non de aëre; hoc est, de puro elemento: misto enim viuit, licet imperfecto: & falsum aëre nutriri deprehendit Io. Brod. lib. Miscell. 6. cap. 21.

Describit item Cassiodor. lib. var. 5. epist. 34. D
Naturam eius ad Frontosum nescio quem, sui nominis testem traducens. meritò, inquit, Chamæleonti conferendus, quæ paruorum serpentum formæ consimilis, aureo tantum capite, & reliquis membris subalbentis prasini colore distinguitur. Hæc quoties humanos aspectus incurrerit, dum ei fugiendi velocitas denegatur, nimia timiditate confusa, colores suos multifaria qualitate commutat, vt modo Venera, modo E
blattea, modo prasina, modo possit Cyanea reperiri. Vnde mirum est in vna superficie tot diuersa conspicere.

Talpam viuere terra, aqua Halecem, consentit auctor libri, qui inscribitur summa de exemplis, & similitudinibus cap. 43. lib. 1. de Halece, si modo ea est Mænis, vt Gaza putauit, id Arist. tacuit 6. de hist. anim. cap. 17. aliisque locis, quanquam maximè omnium piscium aqua nutriri, Inde sumi argumentum posset, quòd eodem auctore ibidem, halec videatur esse omnium pisci- F
um fecundissima: certè aqua fecunditatem maximè largitur, ex eoque maior animantium in aqua copia, quàm in terra.

Verum neque aqua, qua viuit Halec; nec terra; qua alitur Talpa; pura sunt elementa, sed inquinata, & sordida, & prorsus mista: Nam & oues videmus, & capras, quin etiam Columbas terra, & puluere vesci. De Buffone nihil mirum, similibusque bestiolis, quod in defossis humi G
cauernulis versentur. Inde Virg. lib Georg. 1.

—Cæci fodere cubilia Talpæ,

Et:

Inuentusq́; cauis Bufo—

Maior est in Salamandra quæstio; ac igne quidem pasci, ac nutriri, neminem, qui adhuc aut dixerit, aut scripserit, comperi: In igne viuere, non ex igne, id est, in igne morari diutius, Arist. scripsit, scripsit Plin. scripsit S. Augustinus, scri-

pserunt

pſerunt plurimi, & crediderunt: quanquam & iſti ali etiam indicant, cùm viuere dicunt: non viuerent autem, niſi etiam alerentur.

Ariſtot.cap.19.extremo 5.lib.de hiſtor.Anim. exemplo Salamandræ per ignem inambulantis, H & eum extinguentis μὴ φύεσθαι ab igne dicit & ſubſcribit Plinius lib. 10. cap. 67. hac oratione. Salamandra animal lacerti figura, ſtellatum, nunquam niſi magnis imbribus proueniens, & ſerenitate deficiens, huic tantus rigor, vt ignem tactu extinguat, non alio modo quàm glacies, ſic & S.Auguſtinus cap.4. lib.21. de ciuitate Dei. Quod ſi verum eſt, non videtur poſſe igne nutriri.

Primùm enim ſereno ignis eſt cognatus, hæc verò ipſa ſerenitate deficit: deinde ignem extinguit: vt glacies: vt ergo glacies ignis calore augeri nequit, nec ali igne Salamandra poterit. Quod acutè Brod. vidit lib.3. cap.3. Miſcell. Didicit tamen à Gal.3. de temper. lib. & Dioſcor. lib.2. cap. 55. qui ſtultum eſſe ſcribit, putare eam igne non conſumi: probat experientia ſua hoc Matthæolus.

Non eſſet tamen hoc inficiandum, ſi verum item eſſet, quod Ariſt. ſcriptum reliquit, & Plin. I qui ab eo mutuatus eſt, vt pleraque omnia. Nam libro & cap. citato, generari in igne animalcula quædam magnarum muſcarum inſtar ſcripſit, vt Aelianus lib.2. de anim.cap.31. pyrigonos appellat, vt libro eodem cap.2. volucres nempe ex igni, vt in igne generatos, affirmat ibidem de Sa- K lamandra, ſcribitque eam ignem aggredi tanquam hoſtem, nec ſabros ærarios lædere, dum accenſum habent ignem. & confirmat S. Auguſtinus lib. citati cap.2. in ignibus nonnulla viuere animalia, in aquis calidis nonnulla, & ab Ariſtot. producuntur lib. de hiſt.anim. 9.cap.1. animalcula χαλκεῖα vocat ipſe, quæ μυθολογοῦσι φύεσθαι ἐν πυρκαϊαῖς.

Plin. autem cap.36. li.11. Gignit & aliqua con- L trarium naturæ elementum. ſi quidem in Cypri ærariis fornacibus ex medio igni maioris Muſcę magnitudine, &c. volat pennatum quadrupes: appellatur pyralis, à quibuſdã Pyrauſta. Quamdiu eſt in igne viuit, cum euaſit longiore paulo volatu emoritur. B

Diſertiſsimis verbis affirmat Seneca cap.6. V. Natur. quæſt. lib. Ignem, qui omnia conſumit, quædam etiam creare, & quod videri non poteſt, ſimile veri, ſed tamen verum eſt, animalia igne generari. quo modo & Stoicorum partes defendens apud Cic. de nat. Deorum lib.2. Balbus Ariſtot. teſtimonio confirmans: quem tamen ego ignis nomine aſtra etiam complecti arbitror, quæ natura eſſe ignea Stoici putauerunt, & animantia, vt Platonici ferè.

M Hinc Philo lib. de Gigantibus neceſſario totum mundum habere docuit in omnibus ſuis partibus animata; ideoque animalia in igne genita in Macedonia plurima reperiri. Ariſt. contra 4. Meteor. eſſe tantum in terra & aqua, non in aëre & igne, vbi Olympiod. Præſtringit fortaſſe Platonem hoc ſermone dicentem, eſſe animalia quædam ignea, quædam aëria, quales Nymphæ, quæ Macræones appellantur, id eſt, longæuæ. C

Argutè Caſsiod. lib. var.3. epiſtol.47. quæ eſt Theodorici Regis Fauſto Præpoſito vrbis, qua N Iouianus curialis cædis reus Vulcaniæ inſulæ perpetua relegatione damnatur; Salamandræ, inquit, ſecuturus exemplum, quæ plerunque degit in ignibus; tantò enim naturali frigore conſtringitur, vt flammis ardentibus temperetur: Subtile, ac paruum animal, lumbricis aſſocium, flauo colore veſtitum, vitam præſtat ſoli, qui mortalia cuncta conſumit: Vbi præclarè de natura Vulcaniæ inſulæ ignibus flagrantis.

Ego hæc nugas puto, & putauit Ariſtot. quo loco vſus eſt verbo μυθολογεῖν, & aliis retulit non O ſuum, ſed aliorum, & communem ſenſum vulgi vt cap.11. lib.3. de Gener. anim. qui cum dixiſſet ſedem eſſe ſuorum vnumquodque elementum animalium, in quo viuant.

De igne tamen ita dubius videtur, vt indicet, putare ſe, non eſſe; non eſſe verò apertè docet ſecundo eiuſdem inſcriptionis libro capite 3. ſic 2. de ortu, & interitu, textu 21. neq; ex glacie quidquam gigni, neque ex igni concludit, D propterea quod glacies eſt concretio humoris, & P frigoris; ignis eſt exarſio caloris, & ſiccitatis, quibus in ſymbolis conſiſtere vita nequit: & ſumma ſecunda lib.4. Meteororum, cap.1. Diſertis, & conceptis verbis, & in terra, & in aqua tantummodo ſunt animalia, in igne verò, & aëre non ſunt. & loco illo 2. de ortu, & interitu adiungit, ex niue quidquam naſci, ſ. animal negans.

At Geographus libro 12. ex Apollonide, ac Theophane Vermes in Armenia creari affirmat; immo & Ariſtot. lib.3. de hiſt. anim. citato; qui à niue ſeparati intereunt; Reſponderi tamen po- Q teſt, ex niue, quæ vere ſit nix, animal procreari nullum, ex niue ita affecta penè, ſ. corrupta, nam παλαιάς vocat Ariſtot. & nimia vetuſtate rubram fieri tradit poſt amiſſum vehemens illud ſibi natiuum frigus, creari poſſe.

At ſcriptor minime vulgaris Athenæus cap. 2. lib. Δειπνοσ. 2. Aquam nutrire hoc argumento probat, quod animalia quædam alantur aqua, vt Cicadæ, & nonnulli piſciculi. Reſponde, Cicadas non nutriri aqua, ſed rore; ex humoribus cibum trahere ſcribit Ariſtotel. 4. de part. A- R nim. lib. cap.3. Plinius lib.11. cap.26. Rurem Lambere, Anacreo, bibere, ὀλίγην δρόσον πεπωκώς. Virg. eclog.3.

Dumq; Thymo paſcentur apes, dum rore Cicadæ

Sic & Ouidius egregiè philoſophatur, Igni, ſiue etheri nullas animantes aſsignans, primo libro Met.

Neu regio foret vlla ſuis animantibus orba
Aſtra tenent cæleſte ſolum, formæq; Deorum.

Cesserunt nitidis habitandæ piscibus vndæ
S *Terra feras cepit, volucres agitabilis aër.*

Et lib. Fast. 6.

Nec tu aliud vestam, quam puram, (seu viuam) *intellige flammam,*
Nataq; de flamma corpora nulla vides.

De aëre qui id dicemus? In Chamæleonte negauisse videmur, At quodam loco orbis amœnissimo esse homines Platonicorum sententia ex æthere, aëreque conflatos, qui aëriis maximè fructibus alantur: Mars. Ficinus affirmat in argumento Platonici Phædonis: & Arist. in histo-
T ria, quā producit Olympiodorus, narrat, se hominem vidisse, qui solo nutriebatur aëre, & sole, vt me legisse memini, quo scriptore non memini; fanè legendo Olymp. in Aristotelis Meteora hoc me fugit.

Tantum hoc lego de Salamandra, & Pyrimacho, quæ nihil faciunt ad hanc historiam in libro quarto Meteor. sectio. 51. quæ est postrema. Probat ex lignis viridibus, quæ extinguunt potius ignem, quàm vt vrantur; quem humorem, vt vulgatam de Salamandra sententiam propugnemus, habere ipsam dicendum, quo ignis ardorem superat.

Latinè ita. Vstibile illud esse tradit, quod mea-
V tus habet patiendo aptos, & idoneos igni recipiendo: signum ex Salamandra, cui quia desunt hi meatus ab igne non vritur, ipsa potius ignem extinguit. Itaque magna ope conantur vitri magistri papyrum quatere, ne intus deprehensa Salamandra ignem extinguat: hoc enim eis valde est perniciosum: neque tamen satis est carere bis meatibus, vt vstibile sit corpus, sed necesse est, vt præditum sit humore æreo, non aquoso, eo. s. qui possit affici ab igne.

De Pyrimacho vero sic, post pauca. Sed nec
X vero Pyrimachus lapis est vstibilis, quia in cinerem non dissoluitur, sed stillans cogitur, & concrescit: vnum ipsi nomen Idem de asbesto puta, ac similibus.

Huc refer quæ ex nescio quo profano scriptore adducit Homilia decimaquarta, aliud agens D. Macarius Eremita Aegyptius non minus doctrina, quàm sanctitate insignis vir, esse nimirum montes quosdam igneos, in quibus
Y ignis semper durat, in quibus animantes sint ouibus persimiles, ad quas capiendas venatores rotis vtantur, atque hamis ferreis iactatis in illum ignem: illis enim animantibus ignem esse pro cibo, pro potu, pro requie, pro incremento, pro vita, pro omnibus, quas si in alterum transferas, aërem petire: eorumque operimenta, cum sordidantur, non aqua, sed igni elui, ac mundiora, & candidiora fieri.

Fabulæ sunt, sint tamen res veræ, Platonici
Z aëriis fructibus, id est, qui leuissimi essent, ac purgatissimi, non aëre, mortales illos pasci tradunt, ac fortasse felicem illam hominis in terrestri paradiso degentis vitam innuere, per somnium voluerunt.

Historia Aristotelis aut naturæ prodigium est, aut præpotentis Dei naturæ, architecti.

Sed vulgò creditur auem quandam, Manucodiata Nos Itali vocamus, solo aëre viuere, in eo semper esse; tantum mortuam in terram de-
cidere: ea tota ferè ex pennis constat, vix vilis prædita, vt Chamæleo, carnibus: De ea copiosè scripsit Maximilianus Transyluan. in epistola; quæ Italico libro circumfertur, quo res Africæ memorabiles describuntur: Ego illam aut rore, ac vaporibus pasci, aut animalculis, quæ per aëra volitant, mihi persuadeo. Aa

Facilius est credere, quod de lapide, qui Pyrimachus dicitur (fortè est Aristot. 2. lib. Meteor. Anthrax) afferunt, nihil eum affici ab igne, ac ne calefieri quidem. Bb

Salamandram Scaliger. putat exerc. 183. libro de subtil. ad Cardanum, non frigiditate, sed lentore pruinas extinguere, quod ab aliis quoque fit carnibus, ipsam tamen interiisse. Ergo Nicander in Ther. [Greek] appellat, hoc est, pingui corio, &, vt ita dicam, vnctuoso. Vbi vide Schol. Græca. ait enim humorem, nescioquem, ex ea fluere, qui extinguis ignem.

Quid si magis philosophicè quæramus in vniuersum, num simplex elementum nutrire possit animalia? immò quæramus. Aristoteles prima sect. Problem. quæstion. decima tertia aquam putauit corporum esse alimentum, qui negauit libro de sensu, & sensibili, decernens rem mistam solam alimento esse animantibus, & Pythagoreos reprehendens, quòd affirmatent quædam animalia solis odoribus nutriri posse: Nam, quæ aluntur, composita sunt, non simplicia, & alimentum debet esse compositum.

Quanquam hæc ratio non euertit, meo quidem iudicio, Pythagoreos: odores enim non omnino sunt simplices: Itaque eorum feruntur exempla, qui ad coctarum carnium vaporem, ad recentis, & calidi panis exhalationem, diu vitam conseruarunt. Dd

Nobile Democriti est exemplum, quem ad vapores ex melle, cui erat proximus, multos dies vitam sustentasse: Athenæus libro secundo commemorat capite tertio, quatuor dies Oribasius affirmat in Aphor. libro primo, nec vapores nominat, sed odorem, quamquam odor secum vaporem trahit, vel contra potius. Odorem panis calidi ac recentis narrant alij; vt Laërtius in eo lib 9. & Suid. quin etiam Tzetzes, in 4. lib. Chil. immo & 3. & tres dies ad eorum odorem Ee fugientem retinuisse vitam; Vnius, aut alterius tantum verba referam.

Suidæ oratio breuior est, quàm Athenæi. ex
vicina morte doleotem sororem, quòd Cereris
ferils, quæ aderant, moriturus esset, neque ipsa
Ff ea obsequia præstare Cereri posset, quæ dece-
rent, eam consolatur, & cum iusisset conferri si-
bi quotidiè panes calidos, eos applicabat nari-
bus, ita feriis absolutis, tres autem dies dura-
runt sine vllo doloris sensu, excessit è vita.

Idem sensus est Epigrammatis qood legitur
in eius vita apud Laërt. lib. 4. Græcum ooo dabo,
sed Latinum duntaxat ex Ambrosij conuersio-
ne.

Dixit opus sapiens vnquam quis tale peregit,
Fecit quale sciens omnia Democritus?
Qui per tres tenuit præsentia funera soles
Incalidis panum sospes anhelitibus.

Et quidem inter hos scriptores discrimen huius
Gg historiolæ aduotarat Io. Alex. 8. part. 6. Epid. &
Petrus Spon. in commeut. 12. part. 8. Probl. Arist.
& diff. 155. hoc verò Tzetzis versus signant. hist.
Chil. 1. cap. 61. Democritus ille omniscius, panũ
vaporibus recentium, & calidissimorum dies
tres se sustentans, Ditem moratus est. F Ratio,
quæ sequitur, est firmior, quòd alimentum creet
feces, & excrementa, quod non potest corpus
omnino simplex, quale est elemeotom.

Neque hæc ratio Pythagoreos vincit: si enim
Hh odor nutrit, quia corpus est compositum, non-
nihil etiam creabit fæcium. Priorem autem re-
petens rationem, squam solam demonstrat nu-
trire non posse, ac multo minus aërem, quòd co-
gi in corpus non posit. ex quo etiam probat 2.
de ortu, & interitu. in quouis misto omnia cor-
pora simplicia, scilicet elementa, pariter ingesta
reperiri scil. quoniam mista omnia compluri-
bus rebus aluntur, iisdemque aluntur, quibus
constant, vsque adeo, vt stirpium genus, quod
vnico tantum elemento, scil. sola aqua videtur
ali, neget solo hoc elemento nutriri, sed aqua
terræ permista: qua ratione locus ille citatus ex
Ii probl. est accipiendus: explicat verò populari
rer agricolarum exemplo irrigantium plantas
facta vtriusque commistione elementi.

Neque ignem nutrire posse ex eodem Philo-
sophi sermone colligo 1. materiam enim eius,
quod alitur, alimentom esse persuadet. at ignis
ad naturam accedit formæ, sibi igitur quasi ma-
teriam reliqua applicabit elementa, vt nec mi-
sta, nec alia posit elementa nutrire.

Kk Atque huc pertinet, quod B. Tho. argumento
6. de malo q. 1. tradit, nullum aërium animatum
esse posse; & Auerroes 2. lib. collig. cap. 19. si vi-
uens ali posset elemento, totum animal simplex
corpus posset effici, quod Magistro aduersatur
Aristoteli secundo libro de anima, sub finem:
Funditus item omnis tolleretur animantis na-
tura.

Additur ab aliis, sed eadem penè ratio est, nu-
tritione reparatur, quod amissum fuit, sed si ex
simplici corpore non nisi simplex fiat, quod re-
paratur necessario simplex erit, ergo totum ani- Ll
mal sensim efficeretur simplex.

Alb. cognomento Magnus in opusc. de nutri-
mento, non fieret, inquit, nutritio, nisi retine-
retur inter continens, siue quod alitur, & id
quod valet ad alendum, proportio, sic, vt pos-
sit continentis formam induere; ea verò pro-
portio in eo maximè est sita, primum, vt ali-
mentum sit mistum, quemadmodum & viuens. Mm
Est enim dissimilium partium. hoc est, ἀνομοιο-
μερὲς; at alimentum est simplex, & similium parti-
um, id est, ὁμοιομερὲς. Deinde, vt mistum ad viuen-
tis temperationem proximè accedat, elemen-
tum maximè recedit.

Iam verò de igne, ac terra præcipua quædam
ratio nos cogit, vt existimemus alendo esse ine-
ptissima. Nam suapte natura omni penitus hu-
more carent, qui tamen est necessariò commu-
ni Physicorum, ac Medicorum consensione tri-
buendus alimento. Et peculiaris est in igne illa
ratio, qua Philosophi probant natiuum calo-
rem, ac primigenium differre ab elementari,
quòd hic rebus interitum afferat, natiuus det Nn
vitam, nutriat, augeat: quæ item ratio est, cur
verior esse putetur illorum opinio, qui negant
elementa in mistis inesse corporibus actu, siue,
vt loquuntur, formaliter.

Suadet etiam illud argumentom, quo me-
talla nutriendis corporibus minimè esse ido-
nea conficitur, quod magna inter ipsa, & simpli-
cia corpora, scil. elementa intercedat cognatio, Oo
cum in ea facillimè abeant.

Cum ergò seu viuens, siue animal audimus,
aut legimos sola aqua, aliisque elementis nu-
triri, id ita interpreremur oportet. ea elementa
non esse pura, ac sincera, nec à mistione libe-
ra, & certè vix suis in locis, domiciliisque na-
turalibus pura suor, vt cum Galeno etiam Phi-
losophi confitentur. Hoc de argumento non-
nihil Hieronymis Mercurialis libro Var. lect.
tertio, capite 14.

Acclamationum Rom. modus penè harmonicus fuisse demonstratur, quod nominis Vidua etymon, & qua notio.

CAPVT II.

Adnotatione dignissimum, quod
vix credidissem, credendum tamen, A
quod certa historicorum fide com-
probatur. Artem fuisse & acclaman-
di, & plaudendi, siue Principibus, siue in theatris
apud Romanos, vt ipso clamore musicus ede-
retur concentus. Indicat his verbis Corn. Ta-
citus libro Ann. 16. cum de Theatrico Principe,

hoc est, Nerone, scribit. Et plebs quidem vrbis Histrionum quoque gestus iuuare solita, personabat certis modis, plausuque composito. Crederes lætari, & Amicus illius Plinius in Panegy-
B rico Traiani, & populus quidem Romanus delectum Principum seruat, quantoque paulò ante concentu formosum alium, hunc fortissimũ personat: quibusque aliquando clamoribus gestum alterius, & vocem, huius pietatem, abstinentiam, mansuetudinem laudat.

Ecce tibi concentum nominat populi plausum, & acclamationem: quam ob caussam Dio Xiphilini in Pertinace dixit, εὐρύθμως ἐπεβόων. Quæ soliti erant in Commodi honorem in theatris composita omnia ad numerum acclamare, tunc immutantes ad risum cecinerunt.

A Mansit hic mos ad vsque Gothorum tempora. Nam apud Cassiod. 1. Var. epist. 31. quæ Pop. Rom. scripta, edictum Theodorici Regis continet, hæc leguntur de clamoribus plebis in
C spectaculis. Soletis enim aëra ipsum mellifluis implere clamoribus, & vno sono dicere, quod ipsas quoque beluas delectet audire: profertis voces organo dulciores, & ita sub quadam harmonia citharæ concauum theatrum per vos resonat, vt tonos quilibet credere possit, quam clamores.

Ac nescio, an quod Plutarchus in Pomp. scribit, huc pertineat. Cum ferretur, inquit à Gabinio Lex de Imperio Pompei aduersus piratas, vsque adeo populum succlamasse, vt fortè fortuna superuolitans coruus decideret in forum.
D Accidisse hoc potuit vel scisso tot clamoribus aëre, vel quasi fluctibus in eo excitatis.

Similius est narrationi Luciani lib. de scrib. hist. tanto clamore nescio quem vociferatum in prælio, vt decem homines attonitos primum, mox emortuos in terram deiecerit. Εὐλο- χαῶν hoc. Quanquam Stentoris pro miraculo vox celebratur, & apud nostrates fabulatores Aistulphi cornu.

Etymon Viduæ non admodum certum. Quid
E Grammatici, quid Iurisconsulti doceant, proponam, Macrob. lib. Saturn. 1. cap. 15. Originem Etruscam facit, iduare, inquit, Etrusca lingua, est diuidere: vnde vidua quasi valde Idua, id est, diuisa: aut vidua à viro diuisa: & idus vocamus diem, qui diuidit mensem.

Iurisconsulti D. de verb. sig. l. 242. §. Viduam non solum eam, quæ aliquando nupta fuisset, sed eam quoque mulierem, quæ virum non habuisset, appellari, ait Labeo, quia vidua sic dicta est, quasi vecors, vesanus, qui sine corde, aut sanitate esset: Similiter Viduam dictam esse sine duitate; siquidem solitaria manet: lege Isidor. lib.
F Orig. 9. cap. 8. Et quanquam propriè Latinis Vidua sit, cui mortuus est vir, est tamen etiam illa, quì cum vir fecit diuortium seu discidium, vt ex Plauto constat, Menæchmis scilicet quæ incipit, Ni mala, ni stulta sis.

—Faxo foris vidua visas patrem.

Et quæ seni est nupta, quasi pictus sit vir, & ineptus officio matrimonij; est enim ac si virum non haberet. Plaut. Mercat. act. 2. sc. 2.

Nam eo quidem animo vetulus decrepitus senex,
Tantundem quasi sit signum in pariete.

Idem Mil. glor. scil. cuius initium. Voluptas est, quod, Palæstrionem inducit dicentem, Adolescentulam mulierem esse & nuptam, & viduam, G
quæ seni nupta est: Item vidua dicebatur, quæ virum haberet absentem: Plau. Sticho, Penelopam, quæ diu marito caruerat suo, viduam nominat. act. 1. sc. 1. initio.

Credo ego miseram fuisse Penelopam soror suo
Ex animo, quæ tamdiu viro suo caruit.

Et apud Senecam in Agam. Clytemnestra de eo marito.

Decem per annos vidua respiciam virum.

Sic Deianira de suo Hercule apud Ouid. epist. 9.

Vir mihi semper abest, & coniuge notior hospes H
Monstraq, terribiles persequiturq, feras.
Ipsa domo vidua votis operosa pudicis
Torqueor, infesto ne vir ab hoste cadat.

Licet hic ad domum referatur: sed ideo domus vidua, quia se pro vidua habet ob mariti absentiam: quomodo & Iurisprudentes eiusmodi fœminam censent viduam iudicio legum: quod Baldus adnotauit ad l. Fab. de plag. l. vlt. Atque I
ante Accursius: certè prior, priuilegia viduis cõcessa transfert etiam ad eas, quæ maritos habent inutiles. Et Iason diligenter obseruandum censet in Repet. ad l. si is. qui pro emtore: quod etiam ius Ecclesiasticum probat, viduatam sponso Ecclesiam dicens, quæ Episcopum habet inutilem, vt constat C. inter corporalia de transl. Prælatorum.

Quantum verò sit malum fœminę adolescenti, viro esse coniunctam iam seni (vt suum cuique relinquam) eruditè demõstrat petitis hinc inde testimoniis, ac rationibus, And. Tiraq. p. 6. gl. 1. in 6. l. connub. Senex tamen, ac penè decrepitus vir gignere filios potest, quod tamen rarissimum. K

Scribit AEn. Sil. in Europa cap. 25. Vladislaum Poloniæ Regem nonagenarium duos suscepisse Liberos, Vladislaum, & Casimirum. T. Liuius epist. 50. Plin. cap. 14. lib. 7. Solinus Polyhist. cap. 4. & Val. Max. lib. 8. cap. 14. narrant Masanissam Numidiæ Regem filium habuisse post octogesimum sextum ætatis annum; Catonem Censorinum, post 87. Sanè & in legibus instar miraculi, ac portenti habetur, si mulier quinquagenaria liberos habeat. C. de leg. hær. l. si maior. Festo Pomp. lib. 19. L

Viduertas est calamitas, quod viduet, id est, spoliet bonis. Viduare certè pro priuare metaphoricè à poëtis vsurpatur; Virg. Aen. 8.

Iam multis viduasset ciuibus vrbem.

Hor. Carm. lib. 2. Od. 9.

Et foliis viduantur orni.

Itali-

Italicus lib.3.bel.Punici.

M *Nec stygis ille locus, viduataq; lumine regna.*

Et viduus pro eodem: Hor.lib.1.Od.10.

—Viduus pharetra risit Apollo.

Et 4.Od.5.

Et vitem viduas ducis ad arbores.

Mos vetus loquendi ex loco edito Principum: Quis item vsus Senatorum peregrinationis.

CAPVT III.

A OLIM solitum loco esse celsiore Principem, Ducem, Regem, Imperatorem, vt nunc, cum quid publicè agitur, demonstrat in sacris litteris militum illud, & aulicorum Regis Israël factum, qui cum Iehu ab Elisæo vnctum vellent ostentare. 4.Reg.9. festinauerunt, & vnusquisque tollens pallium suum posuerunt sub pedibus eius in similitudinem tribunalis. Hoc imitati sunt Græci, Romani, & Barbari. Lucanus lib. 5.

—Stetit aggere culti
Cespitis, intrepidus vultu, meruitq; timeri.
Non metuens—

Loquitur de Cæsare concionante. Plin. in Panegyrico Traiani. Decora facies consulis, multa post secula tribunal viridi cespite extructum, nec
B fascium tantum, sed pilorum, lignorumq; horrore circumdatum, honore vulgò legitur.

Plut. in Pomp. Cum deesset materia extruendi militaris suggestus, glebas, inquit, terræ cumulabant: Cum non esset ibi suggestus, A neque enim adhuc erectus fuerat Castrensis, quem faciunt grandibus cespitibus excisis, & accumulatis.

Tacitus 1. Ann. lib. in exercitus tumultu, quē
C concitauerat Percennius quidam, simul, inquit, congerunt Cespites, extruunt tribunal, quo magis conspicua sedes foret, indicans signum illud fuisse noui eligendi Imperatoris ac Ducis, quod allocuturus milites conscenderet: Quare Blæsus legatus accurrens, leuiore, inquit, flagitio legatum interficietis, quàm ab Imperatore desciscatis.

Tale illud Fl. Vopisci in Probo, vndique ab omnibus adclamatum est, Probe Auguste, Dij te seruent. Deinde concursus, & Cespititium tribunal, appellatusque Imperator.

D Sic & Ann. Marcell. lib. 23. de Iuliano, & de eodem cum Cæsarem eum Constantius fecit, lib. 15. Omni, quod aderat, commilitio tribunali ad altiorem suggestum erecto, ipse aggere glebali assistens, coronaque Celsarum circumdatus potestatum, talia ore sereno disseruit.

Adde Io. Xiphilinum de Bunduica Britanniæ Regina, quæ allocutura milites tribunal ex terra palustri confectum Romano more conscendit. E
Coëgit exercitum ad 120, millia hominum, & tribunal cōscendit ex terra palustri more Romano erectum. B

Suet. in Claud. cap. 23. Commeatus à Senatu peti solitos beneficij sui fecit. Sanè obscura, & quibus lucem addere non potuit Beroaldus superficie tenus declarans.

Ego ita accipio, & illustro, libera Republ. liberum erat senatoribus peregrinari etiam rei priuatæ caussa: id tantum excogitatum, vt legatio libera peteretur à Senatu, susciperetur q; vt maiori abessent eum dignitate: mille Cic. locis hic mos indicatur, vt non sit necesse operam citan- F
dis perdere. Rep. vero oppressa ademta est senatoribus hæc potestas.

Nam Octauius Aug. imperio suo confirmando abstulit, vt ne quis Illustrium Ciuium commeare posset ad exercitus, & prouincias, & conciliare sibi milites, ac prouinciales, exemplo Iulij Cæs. qui propter vrbis infrequentiam bellis exhaustæ ciuilibus, vt idem scribit Suetonius in eo
cap. 42. sanxit, ne quis senator, senatorisué fi- G
lius, ita enim legendum videtur, nisi contubernalis, aut Comes, magistratus peregrè proficisceretur. De illo ita Dio lib. extremo 52. Præterea edixit, ne quis Senator iniussu suo, permissuque extra Italiam abiret, id quod hodieque seruatur. C

Item cum id fiebat, vt commeatus peregrinādi à Cæsare, ac Senatu peteretur. Sic enim in C. Calig. Suet. cap. 29. Prætorium virum ex secessu Anticyræ, quam valetudinis caussa petierat, propagari sibi commeatum sæpius desiderantem,
cum mandasset interimi, adiecit necessariā esse H
sanguinis missionem, cum tamdiu non prodesset Helleborum.

Claudius autem à se solo id peti instituit primus, quod subobscurè Suetonius primis illis verbis significauit. Cor. Tacitus lib. 12. ann. Galliæ Narbonensi datum, inquit, vt senatoribus eius Prouinciæ iure, quo Sicilia haberetur, inuisere res suas liceret, non exquisita Principis licentia. Ita Suetonium intelligendum hæc Dio-
nis verba suadent lib. 60. Petentibus extra Itali- I
am perigrinationem concedebat quidem non Consulto senatu, vt abesse tamē lege viderentur iubebatur S.C. fieri. & l. 22. ad municipalem: & vt ab hoc decreto suo exceperat Augustus Siciliā, ita Claudius Narbonensem Galliam, quia vtraque Prouincia vicina, & quasi suburbana.

Ecce tibi aperta Dionis verba. Non licet vlli è senatu præterquam in Siciliam, & Galliā Narbonensem peregrinari. Ad hoc edictum Claudij in voce κλαύδιος respexit Suidas aliter producēs.

Legem proposuit, ne cui è senatu iniussu Imperatoris vltra septimū lapidem ab vrbe proficisci liceret. D



Qui

Qui apud veteres olim Domini, ac Dominæ vocarentur apud Latinos præsertim.

CAPVT IV.

ANTE Augustum Cæsarem appella-
A tos Patres à liberis Dnminos reperio, & à fratribus blandientibus fratres: id ille suæ domi vetuit, Suet.in en c.53. tam modestus, quàm Domitianus arrogans, qui se primus Dominum dici voluit, ac Deum, vt in eo Suet. cap.13. Quid ni? Sanè per adulationem Deus nuncupatus, vt à Martiali epigr.1.& 7.lib.7.& lib.8. epigr.2.

Terrarum Domino, Deoq; rerum.

Quod Patres, Domini, ostendit epistula Diadumeni ad matrem suam apud Ael. Lampr. Dominus noster & Augustus nec te amat, nec ipsum se, qui inimicos suos seruat. & Martialis lib.1. epigr.49.

B *E seruo scis te genitum, blandeq; fateris*
Cum Dominum appellas, Sosibiane Patrem

Siue, cum dicis Dominum. Mart. lib. 2. epig.68.

Reges, & Dominos habere debet;
Qui se non habet, atq; concupiscit,
Quod Reges, dominiq; concupiscunt.

Cuius epigr. hnc est initium.

Quòd te nomine iam tuo saluto,
Quem regem, & Dominum prius vocabam.

C Quòd fratres ita dicti, elegans est locus Senecæ epist.105. Illud mihi in ore erat Domini mei Gallionis, 1. Iunij fratris. Quòd Principes, ostendit marmor Rom. M. Aurellus Augg. N. N. lib. Epaphroditus exactor operum Dom. N. N. & Mart. lib.7. epigram.63.

Qui tonsor fueras tota notissimus vrbe,
Et posthac, Dominæ munere factus eques.

Dominam appellat Principis vxorem. Coniuges item inter se, notat Seruius ad illud carmen Virg. Aen.4.

D *—Connubia nostra,*
Repulit, ac Dominum Aenean in regna recepit.

De Didone loquitur Aeneam maritum concupiscente, & 2. Fast. Ouid, Lucretia de suo marito.

Mittenda est Domino, nunc nunc properate puellæ,
Quamprimum nostra facta lacerna manu.

Iure, vt Non. Marcellus diligens proprietatis vocum examinator, ex eo Virgilij loco Dominum pro marito acceperit; sic mariti vxores.
E Virg. Aen.6.

—Ditis dominam deducere adorti.

Plutonis vxorem. Quanquam nihil prohibet intelligi propriè, quæ imperium inferorum tenet. Vt illud Virg.4. Aen. citatum. Propert. lib. eleg. 15. ad vxorem.

Nox media, & Dominæ mihi venit epistola nostra,

Rursus:

En agedum Dominæ mentem conuertite nostræ.

Catul. in nuptiis Iuliæ, & Manlij.

Ac domum Dominam voca
Coniugis cupidam noui.

Ouid.1. de Rem. amoris.

Tu quoq; compositis sua cum linit ora venenis, F
Ad Dominæ vultus, nec pudor obstet, eas.

Mart. lib.12. epigram.31.

Munera sunt Dominæ,—

De vxore sua loquens Marcella. Suet. in Claud. cap.39. Occisa Messalina, paulo postquam in triclinio decubnit, cur Domina non veniret, requisiuit. Qui mos inde natus esse potuit, quod mariti propter amplam vxorum dotem domum allatam honore afficerent, & potius ipsæ maritus G
essent; iure, vt Plautinus Megadorus in Aulul. act.3. sc.5. Nam quæ indotata est, ea in potestate est viri, dotatæ mactant & malo, & damno viros. & apud Aristoph. legi Thesmophor. Domina enim seni sponso vxor. quod ex Eurip. Phœnice repetit Stob. Serm.69. & Quinctil. in cæco In limine, quæ seni nupserat adolescentulam vocauit Dominam. & Mart. lib.8. epigr.12.

Vxorem quare locupletem ducere nolim
Quæritis? vxori nubere nolo meæ.

Tib. lib.1. el.5.

—Consuescet amantis
Garrulus in Domina ludere verna sinu.

Lib.2. el.4.

Sic mihi seruitium video, dominamq; paratam, H

Et:

Ad Dominam faciles aditus per carmina quæro.

Lib.3. el.4.

Sæuus amor docuit Dominæ fera verba minacis,

Pruper. lib.2. el.4.

Multa prius Dominæ delicta queraris oportet.

El. vlt.

Cur quisquam faciem Dominæ iam credat amico?

Siue quia vxoribus viri blandiuntur ob concubitum, vt Epict. in Enchir. cap.55. tradit. Quæ I
caussa est, cur etiam amicas Poëtę eo nomine exornent. à decimo autem quarto anno ætatis nomen id ipsis tribui idem notat.

Ego potius à Græcis illis antiquissimis ad Latinos manasse credo, apud quos vxor vulgò *δέσποινα* vocabatur. Vlix.3. Nestoris vxor. & 7. extremo Alcinni, & Menander apud Agellium lib. 2. cap.23. famuli sunt, ac serui, qui sic vxores appellant. l. vxorem, D. de ann. leg. aut bardi certè, ac stupidi, nisi si honoris fiat caussa. Bardus erat
Claudius Cæsar, qui non Messalinam vxorē mo- K
do Dominam vocabat, sed & ciues etiam Romanos, Dominos, vt ait Suet. cap.21.

Potior est Hebræorum appellatio, apud quos vxores maritos suos nominant Dominos: notat hoc S. Chrys. Hom. in 1. ad Cor. epist.26. exemplū Gen.18. Saræ de viro suo Abrahamo dicētis. Dominus meus vetulus est. ꝙ produxit S. Petrus, suæ Catholicę cap.3. & Iud. c.19. mulier venit ad ostiū domus, vbi manebat dominus suus, id est, maritus. Sic & Regina Bersabea Danidē 3. Reg.1.

Certè

L Certè vxorē esse in potestate viri Patris egressam domo Hebræorum, Græcorum, Romanorum, omnium ferè gentium iura voluerunt. Et eruditè non modo suorum iuris consultorum sanctionibus, sed omnis generis scriptorum testimoniis comprobauit And. Tiraq. in r.l. connubia Glossæ 1. part. 1. ne iis adducendis illius ego scrinia compilem: tantum ex Iamblicho epist. de vsu matrimonij demonstrabo, quā suaui genere dominatus vir præesse debeat vxoti. Igitur & quod mas dominetur, & pareat fœmi-
M na, conueniens in sententia; forma autem imperij erit, non vt domini, quod præponit vtile meliori, neque vt artificis, qui inferius curat, sed vt ciuilis dominatus, qui ex æquo rationem habet boni communis. A

Olim item vxores apud multas gentes emebantur, & se ipsæ vendebant; quæque ære apud Rom. in manum conueniebant viri, matres familias proprie dicebantur, non vxores tantum:
N ex quo factum vt apud Ter. Adel. Act. 4. Sc. 7. mater familias simpliciter pro vxore sumatur. Prob Diuum fidem, Meretrix, & materfamilias erit vna in domo. & apud Liuium lib. 4. bel. Maced. & cum tibi viro liceat purpura in veste stragula vti, matrem familias tuam habere amiculū purpureum non fines? & lib. 9. hunc insta matrefamilias, illum pellice ortum.

Tres porrò modi erant ducendarum vxorū, farre, vsu, coemtione; hic solus tertius vxorem faciebat matremfamilias. Quanquam apud I.C. Veteres aliter hoc nomen plerunq; sumitur, vt
O omnis penè generis scriptorum auctoritate recentes probant I.C. Alc. Duar. & Tiraq.

Hic notandum quod B. Isid. lib. Orig. 9. c. 8. refert, matronam esse, quæ iam nupsit, quasi sit mater nati, vel quia iam mater fieri potest; vnde & matrimonium dictum: ita matronam esse, quæ iam in matrimonium conuenit: matrem quia genuit, matremfamilias, quia iam per quādam iuris solemnitatem in familiam mariti transiuit.

Hinc Plut. opere, quòd in Principe requiratur doctrina, Persarum Reges notat, qui cæteros omnes loco habent seruorum præter vxorem, cui maximè vt imperarent, decebat. Pittaci enim dictum fuit illustre, γυναικὸς ἄρχειν & Eurip. Oed.
P & Magna Tyrannis viro liberi, & vxor, B &, quæuis mulier modesta viro inseruit suo. Apud Stob. Serm. 67. qui in Electra, ait, atqui turpe præsidere in domibus vxorem, non autem virum. & verò Regis vxor, quę Regina etiam Domina Hebrçorūm more nominabatur. argumentum Ier. 29. postquam egressus est Iechonias Rex & domina, &c. Et egregium est siue Senecæ, siue P. Syri dictum.

Casta ad virum matrona parendo imperat.

Cuius præceptum nescio an Themistocles obseruarit, vt est apud Plut. in eo. & in Catone, atq; in Apophth. qui dicere erat solitus, Athenienses Græcis imperare, vxorem sibi, vxori filium: nam Cato Senior eodem Plut. auctore in eo, non obseruasse Romanos iudicauit, cum dixit, omnes mortales vxoribus dominari, Romanos mortalibus, Romanis verò vxores.

Pessimus omninò mos eorum populorum apud quos viris vxores præsunt: quales nominat Q
Tacitus lib. de mor. Germ. ferè extremo, Sithones, Bactros, Lycios, Susios, Sauromatas, & Clement. lib. 9. recog. cap. 17. & Nicolaus Damasc. de mor. Gent. apud Stob. Serm. 42. & Heraclidea in polit.

Modestissima, & maximè rationi congruens lex antiqua Romuli fuit, quam recitat Dion. Halicarn. lib. Archæol. 2. Mulier viro legitimè coniuncta fortunarum, & sacrorum socia illi esto; R
vtque Domus ille Dominus, ita hæc Domina. Vnde natus ille ritus nuptialis Romæ sponsam introducentium in Domum, ac dicentium, vbi tu Caius, ego Caia. Plut. in probl. Rom. cap. 28. itaq; Domina quidem domus erit, non mariti, qui Dominus est; neque tamen esse debet ancilla.

Quare 1. Polit. cap. 1. Arist. eas reprehendit nationes, quæ pari loco seruum habent, & vxorem. & lib. 8. Eth. cap. 10. idem ius esse vxori cum viro domi suæ ostendit, quod in vrbe, quæ aristocratea regitur: nam cum vir pro dignitate imperat, S
in iis imperat, quæ digna sunt viro, vxori tribuens, quæ feminam decent; quod si in omnibus velit penitus imperare, mutatio fit domus in Oligarchiam, dicas tu Monarchiam, siue Tyrannidem.

Sanè virum, qui vxorem tractat durius, Tyrannum vocat Pontifex Romanus cap. 1. de iis quæ vi ucę. Ve. cau. fiunt, & esse primæ matrimonij institutioni aduersum ipsa Phrasis Hebr. indicat Gen. 3. mulier, quam dedisti mecum, & sic T
LXX. ἣν ἔδωκας μετ' ἐμοῦ, mihi sociam, nostra versio. Obuios item, si nomen non succurrit, Dominos salutamus, inquit, Seneca ad Lucil. epist. 3. Confirmat epigr. 113. Mart. lib. 1.

Cum te non nossem, Dominum, Regemq́, vocabam.
Cum bene te noui, iam mihi priscus eris.

Hinc illud argutum Palladæ epigr. lib. 1. Anthol. tit. 24. εἰς κόλακας duobus postremis versibus adquiesce.

Magno emitur domini cognomen, & ægrè tenetur.
Ast ego quod do, minus, nemini ero dominus.

Vertit C nescio quis. & Mart. lib. 5. epigram. 58.

Cum voco te Dominum, nolo tibi Cinna placere
Sæpe etiam seruum sic resaluto meum.

Consule Torr. Læuini in Suet. Aug. cap. 53. notas, Lips. ad 2. Annal. Tac. Brisson. lib. 8. form. Radcrum nostrum in epigra. Mart. 67. & 91. lib. 1. multa nos addidimus, nonnulla tacuimus.



Ex

Ex vno crimine aliud in mulieribus colligi demonstratum.

CAPVT V.



DNOTATIONE dignum in veterũ
monumentis,ex vno mulierum fla-
gitio coniecturam alterius capi fer-
A mè necessariam: hoc est, vt exemplis
rem declarem, ex impudicitia, præsertim adul-
terio, veneficium, ex vinolentia adulterium, ex
licentia item vagandi, sic vt quæ impudica, ea-
dem sit venefica; quæ ebriosa, eadem impudica,
vt,& quæ peregrina. Singula mihi adstruenda.

Putantur veneficium, & adulterium cognata
vsque adeò,atque connexa, vt Cornif. 4. ad He-
ren. lib. ratiocinationis huiusmodi exemplum
tradat. Maiores nostri, si quam vnius peccati,
mulierem damnabant, simplici iudicio, multo-
rum maleficiorum conuictam putabant. Quo
B pacto? quoniam,quam impudicam iudicarant,
eam veneficij quoque damnatam existimabant.
Quid ita? Quia necesse est, eam, quæ suum cor-
pus addixerit turpissimæ cupiditati, timere per-
multos. Quoa istos? Virum, parentes, cæteros,
ad quos videt sui dedecoris infamiam pertine-
re. Quid postea? quos tantopere timeat, eos ne-
cesse est, vt quoquo modo posit, veneficio pe-
C tat. Cur? quia nulla potest honesta ratio reti-
nere eam,quam magnitudo peccati facit timi-
dam,intemperantia audacem, natura muliebris
inconsideratam.

Quid veneficij damnatam? Quid? putabant
impudicam quoque necessariò. Quare? quia
nulla facilius ad id maleficium causa, quam tur-
pis amor, & intemperans libido commouere
potuit. Cum, cuius animus mulieris esset cor-
ruptus,eius corpus castum esse non putarent.

Quid in Viria? idemne hoc obseruabant? mi-
D nimè. Quid ita? quia viros ad vnumquodque
maleficium singulæ cupiditates impellunt: mu-
lieres ad omnia maleficia cupiditas vna ducit.

Et Seneca lib. 4. Contro. Vnum crimen alteri-
us fieri probationem docet, vt eum dicimus,
adulteram fuisse. credatur propter hoc venefica.
Et M. Fabius lib. 5. cap. 11. M. Catonem dixisse re-
fert,nullam adulteram non eandem esse venefi-
cam, iure vt Auson. cecinerit epigram. libro.

Toxica Zelotypo dedit vxor mœcha marito.

E Nam & Menander apud Luc. Dialogo, qui in-
scribitur ἔρωτες, à nuptiis homines reuocat. quod
cum quisplam vxorem duxerit, mox delitiæ cõ-
sequuntur adulterorum, inde insidiæ, & venefi-
cia. In deliciis habere adulteros, hinc insidiæ, &
veneficia.

Præclarus est Artemidori locus 4. ὀνειροκρ. lib.
cap. 73. Vidit quidam in somnis Pana sibi dicen-
tem, vxor venenum tibi per nescio quem tuo-
F rum familiarium miscebit: & vxor tamen vene-
num non miscuit, sed cum eo adulterium com-
misit, per quem miscendum prædixerat Pan ve-
nenum; nempe vtrumq; insidiarum par est ge-
nus, & nec adultera, nec venefica diligit virum.
Putabat nescio quis ipsi dicere Panem, vxor tua
tibi poculum dabit per talem sibi notum, & fa-
miliarem: hoc verò poculum non dedit vxor,
sed ab eo compressa fuit, per quem dicebat por- G
rigendum poculum: nam veneficium, & adul-
terium clam fiunt, & vtrumque nominantur in-
sidiæ, & neque adultera, neque venefica amant
viros.

Confundebant & veteres I. C. veneficam mu-
lierem cum adultera: id constat ex Cod. de re-
pud. l. Consensu. §. Vir quoque ibi, nisi adulterã,
vel veneficam. Et recentiores auth. de nupt. §.
mitiores.

Eadem fiebat de potatrice vini consecutio,
bibax; igitur adultera. Romuli lex. Si vinum bi-
berit domi, vt adulteram puniunto: hæc caussa
erat, cur apud Rom. & aliæ nationes seuerissi- H
mè caueretur, ne vino vterẽtur mulieres: quam-
obrem? ne videlicet proximo gradu in impudi-
citiam dilaberentur. Val. Max. lib. 2. cap. 1.

Proximus est locus à libero Baccho ad in-
concessam Venerem, & Ouid. lib. de Rem. amo-
ris 2.

Vina parant animos Veneri—

Sic Halicarn. lib. 2. ἀρχαιολ. Si quid vxor commi-
sisset mali, puniebatur arbitrio mariti, cumque
eo de peccati pœna cognati decernebant: in his I
erat adulterium, & quod Græcia erat leuissi-
mum, Vini potus: Vtrumque enim Romulus
censuit grauiter puniendum ratus è stupro in
solentiam, stuprum è vinolentia nasci, & diutis-
simè vtrumque crimen inuiolatè apud Rom.
punitum, & præcepti æquitatem comprobarunt
spatia tam longi temporis. Ita Dion.

A Quin etiam Accursius celebris veterum le-
gum, sed inquinatus interpres, illum S. Pauli lo-
cum ad Eph. 5. Nolite inebriari vino, in quo est
luxuria, ad hoc refert crimen, C. de adult. l. quæ K
adulterium. Tu lege infinitæ lectionis I. C. Tira-
quellum, quàm pronæ sint in vinum fœminæ, &
mirabere.

Tertium superest probandum, quod nullo fit
negotio. Primum Classici scriptores Latini, quæ
meretricem placebat honesto appellare voca-
bulo, peregrinam nominabant. Notat hoc Ael.
Don. in And. Eun. Phorm. Terentij, cum contra, L
cum dixissent ciuem, pro honesta, ac pudica vo-
lebant haberi. Sic ergo Terentius in Andr. Act. 1.
Sc. 1. Pamphilum pro vxore habere hanc pere-
grinam. Act. 3. Sc. 1. Adeon' est demens ex perè-
grina? Act. 2. Sc. 3. Num illi molestæ quidpiam
hæ sunt nuptiæ propter hospitæ huiusce consue-
tudinem? In Eunucho Act. 1. Sc. 2. Thais loquitur.

Samia mihi mater fuit, ea habitabat
Rhodi.

Sic Phor. Act. 2. Sc. 3. Quod item Landinus obser-
uauit in illud Hor. 3. carm. lib. Od. 3.

—Ilion,

—Ilion, ilion
Fatalis, incestusq; index,
Et mulier peregrina vertit.
In puluerem—

Certè quæ vaga esset mulier, & patriis non contenta muris, alios lares quæreret, aut intra patriam suam aliorum domus liberius circumcursaret, impudicæ nomen ferebat. Vt verè Angelus I.C. notarit C. ad S.C. Orphit. l. si quæ illustris, eam præsumi meretricem, quæ alienas domos, nunc hanc, nunc aliam intrare consueuit. & longè ante Iunen. Sat. 6. eas reprehenderit mulieres, quæ norunt

—Quid toto fiat in orbe,
Quid Seres, quid Thraces agant—

Et se apud Eurip. in homonyma Tragœdia Medea, quod domo abesset, ac patria sua, veluti criminis à se suspicionem amoliens excusat. Corinthiæ mulieres è domibus exierunt, ne de me queramini, nam qui ab oculis longè, agnoui multos mortales modestos fuisse. B Iure; Nam Lęuina castißimi nominis femina Domi sedens, cum cœpit nunc Lucrinum, nunc Auernum, nunc Baias frequentare, pudicitiam amisit, relicto viro adolescentem secuta stupratorem, cuius rei nobile extat Martial. 20. epigram. libro primo.

Casta nec antiquis cedens Leuina Sabinis,
Et quamuis tetrico tristior ipsa viro,
Dum modo Lucrino, modo se permittit Auerno,
Et dum Baianis sæpe fouetur aquis.
Incidit in flammas, iuuenemq; secuta, relicto
Coniuge, Penelope venit, abit Helene.

Longè nobilius exemplum ex Gen. 37. cap. est Dinæ Iacobi filiæ, quæ egressa est; vt videret mulieres regionis illius, & à Principis filio rapitur, ac stupratur: Inde cædes eius gentis, & vrbis excidium. Talem describit Salomon Prouerb. 5. & 7. vagam mulierem.

Asciburgij, & Leodij vocabula vrbium vnde ducta. Vox in Tacito emendata.

CAPVT VI.

MEMINIT Asciburgij vrbis in Germania ad Rhenum Claudius Ptolemæus, & lib. Ann. 20. Tacitus. & lib. de moribus Germ. fusius; in Sicambris, siue, vt alij volunt, Sugambris reponit Altamarus Schol. in Tac. hoc est, in Geldriæ Ducatu: & esse, quæ nunc Embrica dicitur, Emmerich. Vbertus Thomas infra Coloniam Agripp. non procul à Zantho Cliuiæ ditionis opido: celebre olim municipium, nunc tenuissimum vicum nomine Aschelburg.

Bilibaldus Pirchm. in explicatione locorum per Germaniam, esse putauit Aspruch in terra Montensi, nunc ruinis solis notum. Alb. Crantius lib. suæ Saxoniæ 5. cap. 42. Asciburgum nominat, eiusque arcem vetustate penè consumtam, & conuulsam sub Henrico IV. prodit, instauratam ab Archiepiscopo Moguntino. Eius nomine contineri etiam vult Altamerus omnia montana, quæ per Silesiam ad Poloniam, Cracouiam vsque protenduntur, & montem esse scribit: qui sanè in nominis ratione, & corrigendo Tacito se vexat, & multa peccat.

Mihi, quod Dei munus fuit, ipsum legenti, vera mox Taciti lectio occurrit, & nominis ratio: nam dubitandum non est, quin Astypyrgium legi debeat, vnde Asciburgium corruptè factum.

Altamerus Codicem habuit Cornelij Basileæ excusum, quem & ego legi, in quo ita loquitur Tacitus, Cęterum & Vlixem quidem opinantur longo illo, & fabuloso errore in hunc Oceanum delatum adiisse Germaniæ terras, Asciburgiumque, quod in ripa Rheni situm, hodieque incolitur, ab illo constitutum, nominatumq; Acriniprion.

Penè ridicula in omnem se partē versans commentatur Altamerus; & antè illū Beatus Rhen. in Schol. huius loci ad marginem, vt istius vocabuli plagæ tam atroci medeatur. Fortaßis, inquit, legendum Actinericon, cum Nerici apud Hom. & Strabon. mentio fiat, aut Acriniterion, nam Niterij promontorij Suidas meminit, vt & Neriti opidi in Cypro è regione Ithacæ, & Cephalenię, Leucas olim dictum, quod Laërtes cœpit. Virg. 3. Aen. Strabo lib. 10. Vt verisimile sit, huius opidi amore, vrbi Germaniæ Vlixem nomen dedisse. Vel legendū Achnepyrgion à puluere, & castro: siue Acropyrgon, quasi arcem, siue turrim excelsam dicas. quid si legas [illegible], vt in Ptol. lib. 12. cap. 11. legitur?

Vbertus Th. in Tac. legit. Ἀκρινήτιτον, ego Astypyrgium, vt dixi, vnde facilius Asciburgiū formare est, ac deriuare: ei verò loco, vbi consedit Vlixes, hoc nomen eum indidisse, verba Taciti insinuant; quod postea deprauatè Asciburgium fuerit appellatum; non enim, vt Vbertus interpretatur, prius Asciburgiū vocabatur, & Vlixes in Acrinetiton commutauit: ait enim Tacitus, Asciburgium ab Vlixe conditum, nominatumque Astypyrgium.

Vehementer autem sum gauisus me postea hunc locum ita correctum à nescio quo legisse in libris Lugduni editis anno 1559. apud hæredes Sebast. Gryphij: quidam alius eum locum, quem nunc Doesburg nominamus, quasi Vlixis arcem dixeris, notat dictum, id est, ἰθακίας πύργον.

Nec verò improbanda est, quæ de Leodij nobilißimæ in Belgis vrbis nomine coniectura traditur ab eodem Vberto lib. de Tungris, & Eburonibus; quam tamen non antè Cæsaris ætatem multi volunt exstitisse, aliique eius conditorem celebrent, non multo ante Carolum ma-

gnum, Vbertum quendam Aquitanicum ex eius procerum numero.

Ergò Vlixem aiunt ad Rheni, & Mosæ oras delatum errore nauigationis diuturno, Asty-pyrgium condidisse, vnumque ex eius sociis ętate grauem, Oenopi nomen erat, ab eo impetrasse, vt, quoniam reditum in Ithacam desperaret, sibi in iis locis consistendi potestas fieret: atque vt Leodis absentia filij desiderium leniret, de ipsius nomine vrbem ad Mosam exædificasse Leodium.

H

Hæc fabulis videntur esse similia: licet affirmate Strabo tradat lib. 3. Vliseam Lusitaniæ, Vlixiponem dicimus nunc, Vlixis esse monumentum, quem & Britanniam venisse ex ara Græcis literis inscripta colligit Sol. cap. 25. sui Polyhist.

I

Est item in Zelandia Vlixilinga, item Cirzea, quæ à Circe dici potuit, lingua Belgica Cirickxea mare Circæ significat.

Quæ tamen omnia ridet homo iudicij valdè recti Iustus Lipsius in notis ad Coro. Tacit. de mor. Germ. & vanitatem in hoc, lasciuiamque agnoscit scriptorum ingenia sua, quasi ludicrè ostentantium, vt Io. quoque Brod. in Miscell. quem Lipsius non iniuria dilaudat. Et vnus Homerus idoneus huic rei confutandæ testis, quòd ex erroribus Vlixis ab eo descriptis deduci non possit in ea illum venisse loca.

K

Sed si fabulosa hæc, & vana narratio, non est verior, nec certior de Aduentu Aeneæ in Latium historiæ, quam tamen plenis buccis Roma prædicat, credunt omnes.

Legi etiam, qui inter veteres Germanorum Reges Vlixem connumerent, ac Laërtem: non illos tamen Homericos, vt in Tacitum Iudocus quidam Resellianus obseruat.

M

Mersæus autem cap. 4. Anna. de Episcopis Tungrensibus narrat, à legione Rom. cæsa Leodium nominatum, quasi legium, vt prius appellabatur: atque in ea valle, vbi Leodium est, cæsam scribit: primum autem Leodij accepisse nomen ab Episcopo Traiectensi Vberto filio Ducis Aquitaniæ, cum in eum Traiecto Episcopi sedem transtulisset, & repetit in Catalogo Episcoporũ Traiectensium.

Melius Io. Molanus in Indiculo sanctorum Belgij, sanctum Tungrensium Antistitem Vbertum sub annum Christi 720. & amplius, Leodij sigillum publicum S. Martyris Lamberti forma insculptum dedisse, hac inscriptione.

sancta Legia Romanæ Ecclesiæ filia.



Quæ gentes seruitutem semper seruierint, quæ origo seruitutis.

CAPVT VII.



QVEMADMODVM Plinius cap. 22. libro 6. neminem in Insula Taprobana seruum esse scripsit, ita plerasque gentes in totum seruitutem seruisse rerum antiquarum commentarij tradunt. Ac primum quidem Geographus libro 15. narrat, quosdam Indiæ populos seruis vti solitos validis adolescentibus, τοῖς ἐν ἀκμῇ παισί. Profectò sapienter: est enim illa ætas, & viribus corporis, & ingenij florentior, vt & sciat, & possit seruire. A

Libro 8. Spartanos tanquam perpetua mancipia habuisse τὰς εἵλωτας, ad quod iugum eam gentem fuisse compulsam, quòd cum finitimi omnes tributa penderent Spartanis, ita vel mandante, vel cogente Agide Eurysthenis filio, soli ἱερὸν τὸ ἕλος, locus erat, siue palus, aut opidum ad mare, siue nõ valdè longè à mari Spartæ conterminus, vt Pausanias refert in Lacon. hoc est, lib. 3. id imperium detrectarent: eos enim tam duræ seruituti vi, & armis victos Agis subiecit, vt ne dominis quidem licuerit aut eos manumittere, aut extra Spartanorum fines vendere; quorum seruitus εἱλωτεία vocata vsque ad tempora Romani peruenit Imperij: atque hinc illa Plinij verba cap. 56. lib. 7. nata sunt: seruitium inuenere Lacedæmonij: sed longè tamen antiquius est, vt mox probabo. B C

Hos Paus. lib. citato publicos Lacedæmoniorum seruos nominat. Pollux tamen lib. 3. cap. 8. extremo, medium Hilotarum fuisse ordinẽ hac oratione affirmat, inter Liberos, & seruos Lacedæmoniorum, & Hilotes.

Dmoitæ, siue, vt vocat Geographus lib. 15. & alij, Ephamiotæ seruierunt Cretensibus, Argiuis Gymnesiæ, Penestæ Thessalis, Corynephori Sicyoniis, Pelasgi Italis, Atheniensib. Thetæ. Vide item Athen. lib. 6. cap. 7. qui hunc locum illustrare potest, qui & penistas bello captos tradit seruos, vt leges apud Steph. de vrbib. inter quem, & Plinium de seruitij origine nulla pax, non hos propriè seruos, aut horum quosdam Dion. Halicar. tradit lib. 2. antiq. Rom. Sed respondisse clientibus Romanorum, magis tamen seruos clientibus: cum Thessali, & Atheniens. nobiles illis vterentur illiberalius, etiam parum libero homine digna ministeria exigentes ab eis: in quo Romanos præfert summo quidem iure. D E

Gabaonitarum perpetua fuit erga Hebræos seruitus, vt sacris commemoratur historiis; ergo omnium, quæ narrantur à Græcis, antiquissima. eum isti sub Iosue cœperint seruire: Iosue autem Cadmi tempora vel antecessit, vel est comitatus.

Antiquissima, & Gabaonitarum seruitute antiquior fuit Chananæorum, quam ipsis & prædixit, & minatus est vetustissimus Patriarcha Noëmus, quo historia gentium omnium, & memoria omnis est recentior: inter has duas, Hebræorum fuit in AEgypto seruitus, quæ annos mansit quadringentos, quamadmodum Vaticinatio Gen. 15. confirmat. Et subiicient eos seruituti, & affligent annis quadringentis, vt mentiti fuerint Hebræi illi, qui, vt scribitur Io. 8. dixerunt Christo, semen Abrahæ sumus, & nemini seruiuimus vnquam. quasi verò non semini Abrahæ, sed alienæ genti redditum fuisset illud oraculum; quasi non seruierit deinceps semen Abrahæ, Mesopotamitis, Chananæis, Moabitis, Ammonitis, Philistæis ante reges, post reges etiam Babyloniis, Persis, ac Medis: licet eos à mendacio liberare possimus, vt liberat S. Ioan. Chrysost. & Euthym. quòd de seipsis loquerentur, qui licet Romano subessent imperio, eorum tamen seruierunt nemini.

Seruitutis etiam nomine Phryges, Cares, Mysi, Lydi male apud veteres audierunt, quòd seruili esse ingenij, & conditione putarentur, Lydi præsertim. Hinc illud pro L. Flacco Cicer. quis vnquam Græcus Comœdiam scripsit, in qua seruus primarum partium non Lydus egisset? Nam & Getæ, & Daci in hoc numero sunt reponendi, ex quibus seruorum in Comœdiis ducta sunt nomina Daui, Getæ: eiusdem posterioribus temporibus ingenij sunt habiti Afri, præsertim Maurusij. Suid. in voce [illegible], qui serui fuerunt Syracusanorum plausibili appellatione.

De origine rei, & vocabuli nunc agendum. Arist. in Polit. Originem ex natura seruitutem ducere constanter defendit, & cap. 3. ferè extremo libri primi, concludit natura eos seruos esse, quorum est opus in vsu corporis, & hoc in ipsis est potissimum, quibus melius est, vt imperetur: esse enim natura seruum, qui potest alterius esse, & alterius est, quique hoc modo tantum rationis est particeps, vt sentiat quidem, rationis videlicet opera, & functiones, non habeat tamen: quin etiam cap. 1. dixerat, sic esse natura distinctum à libero seruum, vt est femina à mare: quamobrem eodem apud Barbaros gradu esse feminam, & seruum: hinc & Poëtas canere Græcos oportere Barbaris dominari, quòd idem sit natura Barbarus, & seruus.

Aristotele melius Vlpianus l. manumissionis D. de Inst. & Iur. iure gentium introductam vult seruitutem, & quidem secundario, non illo primario, vt Gul. Bud. prior. adnot. in Pand. l. 1. de Iust. & Iure. obseruat, quod naturale dicitur ab eo, vt Caius inquit, quia naturali ratione inter homines constitutum est, quod ius humanum lib. 5. T. Liuius appellat, & verissimum est duriorem seruiendi formam, de qua etiam Arist. loquitur, hoc iure in orbem terrarum inuectam fuisse, quàm sit illa mitior, quæ subiectio quædam est filiorum sub parentibus, vxoris sub marito, populi sub rege, quæ & à natura præscribitur, & quarto Dei præcepto apud Mosen explicatur.

His verius sacræ Geneseos liber demonstrat non natura esse seruitutem, sed culpa; Nam ob culpam filio suo Cham secundus ille orbis restituti parens Noëmus imprecatus est seruitutem, quæ in Chananæos transiuit, aliasque gentes, quæ illo parente, & generis auctore se iactant: ab eo enim, vt se affectum ignominia sensit detectis sibi ob vinum dormienti virilibus, clamauit, vt legimus Gen. 9. Maledictus puer Chanaam, seruus seruorum erit fratribus suis; vt non iniuria S. August. scripserit cap. 16. lib. de Ciuit. Dei 19. Conditionem seruitutis primò impositam fuisse peccatori, ac proinde nusquam legi in scriptura seruum, antequam hoc vocabulo Noë iustus peccatum filij vindicaret.

Nomen itaque istud culpa meruit, non natura, vt & S. inquit Amb. lib. de fide Resurrectionis. Liberum innocentia facit, culpa vernaculum; & cap. 5. lib. de Elia, & ieiunio, idem significat, cum ebrietatem Noë seruitium terris imposuisse decernit: Ebrietas enim caussa fuit somni, somnus nuditatis, nuditas derisionis. Caussam improprie dico, occasionem dicere volui: & non esset hodie seruitus, inquit, si ebrietas non fuisset.

Idem scribit S. Ioan. Chrysost. Homil. in Gen. 29. & præclarè Theodoretus orat. 7. de Prouid. Neque enim ab initio opifex Deus his quidem vt seruirent, præcepit, illis, vt imperarent: in arcam nemo seruus ingressus est. A Et præter naturam veteres I. C. seruitutem esse indicarunt. vt Pomponius D. de verb. & rer. sign. & Florent. de statu hominum. Seruitus est, inquit, constitutio iuris gentium, qua quis dominio alieno contra naturam subiicitur.

Quanquam & naturalis dici potest seruitus, & inuenta, aut facta: naturalis ab ipso videlicet ortu cuiusque: sic serui dicti, qui ex ancillis nascuntur, licet propriè natura liberi, quia homines: facta vero sunt serui, qui bello capiuntur, siue iure fiunt ciuili: Sic apud Rom. olim, immo & apud Hebræos, ex ære alieno quis creditoris sui fiebat seruus.

Quam diuisionem apparet vidisse Aristotelem, nec probasse, sed immerito. Sic enim 1. Politic. His videtur præter naturam esse dominari, cum lege sit seruus, ac liber, qui natura nil differunt, quare neque iustum violentum. B

Veterum Patrum sententiam non ita veteris, docti tamen Theologi Albini 3. & 4. lib. quæst. in Gen. de statu hominis pauca hæc, & plena verba declarant, & illustrant. Seruum autem fecit

R iniquitas, vel aduersitas: iniquitate maledictus Chanaan seruus fratribus, aduersitate venditus Ioseph alienigenis.

Cui adde B. Aug. lib. de vera relig. cap. postremo, doctrinam, seruitutem agnoscentis duplicem: alteram corporis, quæ inuoluntaria est, alteram animi, quæ voluntaria est, & est sola verè seruitus: qua vtraque implicatam fuisse Hebræorum nationem tract. in Io. 41. demonstrat, S qui etiam tract. 85. & 88. ex duplici metu duplicem oriri seruitutem docet, laudabilem vnam, & perfectam; aliam vituperatione dignam: à qua ratione seruitutis longe illa distat in quatuor membra partitio, quæ ab eodem tradita fuit in tractat. super Magnificat: quanquam is tractatus eximium B. August. non olet ingenium: triplicem autem S. Thom. 22. quæst. 122. art. 4. ad 3. quarum vna, Dei nimirum, vera est libertas.

Ab illis tamen priscis Ecclesiæ doctoribus videtur dissentire S. Primasius in cap. 6. Epist. ad Eph. ita scribens, seruitium non natura dedit, T sed captiuitas adinuenit: neque ex maledicto Cham cœpit, vt quidam putant, cum ex eo Reges legamus esse generatos, sed in Chananæis impletum est, qui Israël sunt filiis subiugati.

Cui Th. Caiet. subscribit, præclarior in Schola, quã in sacra scriptura Theologus, infima species, inquit, seruitutis significatur, dicendo, seruus seruorum erit fratribus suis, tanquam non sit satis seruire fratribus, sed oportere etiam ser-V uire fratrum seruis: pœnalis autem hæc maledictio prophetauit futuram Chananæorum seruitutem, quæ postea superuenit. Idem Strabus, & Dionys. Carthusiensis indicant. Conciliandi.

Origo prima seruitutis à prioribus designatur, à posterioribus etiam absolutio, & perfectio, cum Chananæos Hebræi sibi subiunxerunt & pro seruis habuerunt: maximè verò in Gabaonitis eluxit, de quibus Iosue 9. ita legitur, reseruentur quidem vt viuant, ne contra nos ira Domini concitetur, si peierauerimus; sed sic viuant, vt in vsus vniuersæ multitudinis ligna X cædant, aquasque comportent.

Vt iam ex his constet ridendos esse Plin. Stephan. Athen. & id genus prophanos scriptores; ex quibus Plin. auctores facit seruitutis Lacedæmonios, quod primi vsi fuerunt mancipiis, Chios Steph. lib. de Vrb. & Athen. libro 6. cap. 7. Vbi plurima de hoc argumento reperies ex antiquis.

Y Nouum quoddam seruitij genus commemorat Plato in Symposio voluntarium, virtutis caussa susceptum, cum quis sese addicit alicui, vt melior, & doctior euadat. Hæc verò est seruitus circa virtutem: Statutum iamdiu nobis, si quis velit aliquem obseruare sentiens eius ope fieri posse meliorem vel in sapientia, vel in alia re aliqua, hoc esse virtutis partem: & hæc voluntaria seruitus neque est turpis, neque adulatio. C

Brysonis veteris Philosophi Oeconomicus liber à Stob. productus lib. suæ Anthol. sina Amalthææ cornu serm. 83. tripartito seruitutem distinxit ita scribens. Lege videlicet, natura, mo- Z re seruos esse homines, & more præsertim, ac verissimè.

Vita seruilis triplex, altera lege fit, altera animi studio, qui passionibus vincitur, non simpliciter hæc dici seruitus potest, neque natura, sed affectionum, siue abusu. Tertia, naturâ, qui commodè corporis exequi potest munia, quæ imperarint domini, licet neque virtute sit præditus, neque improbus. D Vt item in Alexandro Eurip. apud eundem Stob. Serm. 60. ô pessimi, & seruitutem non re ipsa habentes, sed arte, AA qui possidetis melius. E

Illi dissimilis, quam sponte olim subiit vir sanctus Serapio Sindonites apud Palladium in Laus. num. 83. seipsum vendens, dominos vt ad Christi fidem adduceret, & S. Paulinus Nolæ Episcopus, vt viduæ filium è seruitute eximeret apud S. Gregor. lib. Dial. 3. capite 1. hæc de re ipsa satis; nam de seruitutis malo ex profanis, & sacris monumentis alio libro disseruimus.

De nomine pauca. Origo vocabuli seruorum, inquit, loco allato S. August. in Latina lingua inde creditur ducta, quod hi, qui iure BB belli poterant occidi, à victoribus cum seruabantur, serui fiebant, à seruando appellati: quod etiam ipsum sine peccati merito non est. Sic & S. Isidor. libro orig. v. cap. 27. & libro 9 cap. 4.

Consentit Flor. I. C. lib. Instit. 4. qui ait, serui ex eo appellati sunt, quòd Imperatores captiuos vendere iuberent, ac per hoc seruare, nec occidere solerent. Ita etiam Pompon. lib. sing. Enchir. hi & mancipia dicti, eo quod manu ab hoste caperentur.

Hæc si vera sunt, non à seruio seruus, sed seruio à nomine seruus dicitur: mihi tamen est probabile etiam à seruiendo dictum, quia seruabatur, vt seruiret. Charis. inst. Gramm. seruitium, inquit, multitudo est seruorum, seruitus conditio seruiendi, at veteres seruitium etiam pro seruitute posuerunt.



Romanæ aues quæ, quæ materia, & forma, quis vſus.

CAPVT VIII.

A PLVRIVM generum ſigna fuerunt Romanæ militiæ, de quibus eruditè Neap. Alexan. lib. dierum Gen. 2. cap. 2. Præcipuum tamen Aquila fuit, regni, poteſtatis, atque imperij, & victoriæ ſignum: & hæc ratio eſt, cur auis Romana vocetur. Ioſippus lib. 3. de bell. Iud. cap. 5. Tacitus libro 2. Ann. exclamat, irent, ſequerentur Romanas aues, propria legionum numina, quòd octo Aquilas vidiſſent pugnaturi.

Hæc item cauſſa, cur prætulerint Aquilam cęteris ſignis, quia imperij, & principatus eſt index, & victoriæ omen: nam & propterea Ioui ſacra, & Iouis nuncia, atque ales nuncupatur, hinc
B ille veteris Poëtæ apud Cic. 1. de leg. lib. verſus.

Nuncia fulua Iouis miranda viſa figura.

Ita enim iudicabant Romani rerum ſe dominos eſſe. Apud Ezech. cap. 17. Aquila grandis magnarum alarum regem ſignificat.

Vſus origo aut hæc fuit; aut, quòd ea vſus fuiſſet aduerſus Titanas Iupiter, vt in Arati comment. Cæſar Germ. tradit, & ex eo Lact. lib. 1. cap. 11. Fulg. 2. Mythol. in Ganymede, hinc enim tranſiuit ad Cretenſes, ab his ab Troianos, demum Aeneas in Latium detulit: aut, quia Ioui aduerſus Saturnum dimicanti Aquilæ volatus augurium Victoriæ dedit.

A Perſis accepiſſe Iuſtus Lipſ. putat, quibus in
C militia præcipuum erat, & regale ſignum Aquila: ita Xenoph. 1. de exped. Cyri. Et regium vexillum ſe vidiſſe dicebant Aquilam quandam auream in pelta ſuper lignum extenſum, & lib. 7. pæd. ipſi verò ſignum erat Aquila aurea ſuper haſtam longam erectum, & idem ſignum hodieque Rex Perſa conſeruat. A

Ego aliter ſentio, vt me Dionyſ. Halic. ſentire
D facit, qui conditam vrbem auſpicio Aquilarum à Romulo tradit ad finem lib. 1. ἀρχαιολ. Quare vero propterea eſt ſimilius admiſſam à Rom. nō aliunde acceptam, cum nondum Perſæ noti Romanis forent. ita Dionyſ. ei primum auſpicatæ ſunt Aquilæ: eſt 8. cap. in Cod. Græco. Deinde circum Aquilam ſigna alia, quæ omnibus apud Rom. agminibus præeſt, quod & vniuerſarum auium regnum habeat, & ſit validiſsima. Itaque illam & principatus inſigne putant, & omen victoriæ quodcunque bello petierint. Sic Gelen. conuertit.

E Scripſit Alexa. loco citato, ſed ex Plin. à Marij tempore ſolum in Caſtris Aquilam fuiſſe ſignū cæteris depoſitis, quod falſum eſſe puto, cum ſæpè legam in ipſis præliis ſigna, & Aquilas nominari. Liuius lib. 6. obſtringere periurio non ſe ſolum, ſuumque caput, ſed ſigna militaria, & Aquilas, ſacramentique religionem. Luc. 1.

—Infeſtiſque obuia ſignis
Signa, pareſque Aquilæ—

Item:

Vt nota fulſere Aquilæ, Romanaq; ſigna. F

Illud etiam pro falſo habeo ante Marium ſolam Aquilam, quæ ordines præcederet, è Caſtris educi ſolitam reliquis ante prætorium fixis, nec motis: tametſi verum fortaſſe poſterioribus temporibus fuit, vt indicat Ioſippus lib. 3. de bell. Iud. cap. 5. Vbi nec vſum Aquilarum apud Rom. refert ad Perſarum exemplum, vt Lipſius voluit.

Quod ergò Plin. ſcribit lib. 10. cap. 4. Aquilam Marius Romanis legionibus ſecundo conſulatu ſuo propriè dicauit: & mox, paucis ante annis ſola in aciem portari cœpta erat; reliqua in Ca- G
ſtris relinquebantur; Marius in totum ea abdicauit, intellige principem factam cæterorum ſignorum; vt Veget. lib. 2. cap. 6. tradit, & loco citato Ioſippus, ſiue, cum ipſe præliaretur: Nam, vt idem Veget. lib. 2. cap. 13. Dracones per ſingulas cohortes à Draconariis ferri ad prælium docet, vt Aquilas ab Aquiliferis per ſingulas legiones: & certè alia ſigna in præliis geſtari ſolita, illud Ouid. Faſt. indicat. Romanæque Aquilæ ſignifer hoſtis erat; Val. Flaccus, lib. 6.

—Quorum agmina pilis, H
Atque Aquilis vtrinq; micant—

Plin. in Panegyr. Romanæ Aquilæ, Romana ſigna, Romana denique ripa. Erat autem effigies Aquilæ modica ex argento, quæ ſummæ haſtæ inſiſtebat expanſis alis, pede fulmen aureum tenens: Conſtant omnia ex M. Antonij numis, & Dione lib. 43. cum de prodigiis loquitur ante pugnam Mundenſem. Verum Aquilæ exercitus Pompeiani alas ſuas concutientes, fulminaque, quæ aurea nonnulla pedibus geſtabant proiicientes, Pompeio exitium palam obnunciabant, & ipſæ ad Cæſarem aduolabant. Singula per ſe I
probanda.

Argenteam dixi, quoniam ex argento omnia ſigna militaria olim facta, Plin. affirmat, vt Aldus in 1. Catil. Cicer. & Lipſius in 1. Tac. Ann. lib. obſeruant, quos vellem locum citaſſent, ego reperi cap. 3. lib. 33. Appianus verum eſſe indicat lib. 4. belli ciuilis cum narrat binas Aquilas in Vexillis argenteis conſediſſe C. Caſsij, & M. Bruti: diſertis verbis Cicero 1. in Catil. & 2. & Portius Latro declam. in Catil. de Aquila affirmant: K
ſic enim prior primo loco, à quo etiam Aquilam illam argenteam, quam tibi, ac tuis omnibus pernicioſam eſſe confido, & funeſtam futuram, cui domi tuæ ſacrarium ſcelerum conſtitutum fuit, ſciam eſſe prætermiſſam; & altero; Cum ſigna militaria, cum Aquilam illam argenteam, cui etiam ſacrarium ſcelerum domi ſuæ fecerunt.

Poſterior; Aquilam argenteam proferri continuo iuſsiſti, præclaram auſpicem, ac gubernatricem furoris tui futuram: eam verò fuiſſe in

coniuratione Salluſt.tradit; illamet, quam bel- L lo Cimbrico C. Marius in exercitu habuiſſe dicebatur.

Eam poſtea luxus auream fecit: talem enim deſcribit 40. lib. Dio. Cum de ominibus in bello Craſsi contra Parthos agit: Aquila exigua quædam eſt, Sacelli effigies, inque eo Aquila aurea eſt collocata: conſtituitur autem in omnibus legionibus Romanis, & eam Aquilam impoſitam haſtæ certus vir portat, cuius pars infi- M ma præacuta, vt in ſolum poſsit defigi. Erat ſcilicet eiuſmodi ſuo æuo.

Dixi modicam, quod verum eſſe L. Florus lib.4. demonſtrat Cladem Varianam in Germania commemorans hac oratione: Signa, & Aquilas duas adhuc Barbari poſsident, tertiam ſignifer priuſquam in manus hoſtium veniret euulſit, merſamque intra baltei ſui latebras gerens, in cruenta palude delituit: Nam quomodo à Balthei latebris tegi potuiſſet Aquila admodum magna?

Vbi obſerua diſcordiam inter Tac. & Florum. Nam ille vnam ex Aquilis inuentam lib.1. tradit, N alteram lib. 2. defoſſam: tertiam autem ſeruatam militis aſtu; Cum Florus affirmet duas Aquilas adhuc à Barbaris poſsideri: forſitan illa vox, adhuc. ad T. Liuij ſæculum referenda, cum earum potirentur Germani; non ad Flori.

Quod verò Dio neſcio de qua ædicula ſcribit, in qua Aquila reponebatur, accipe tu, quaſi de Sacello in Caſtris: Nam in Caſtrorum prin- O cipiis ædicula quædam erat, ſiue paruum templum, in quo religionis cauſſa & Aquilæ, & reliqua ſigna aſſeruabantur: Clarum hoc ex Herod. lib.4. Vt autem incurrit in exercitum, & in ædem, in qua ſigna, & ſtatuæ exercitus adorantur. B Ad quod alluſit Cicero locis productis cum ſacrarium domi ſuæ feciſſe Catilinam Aquilæ dicit.

Sacræ omninò habebantur Aquilæ, & ſigna omnia militaria, & propè Dij erant militum, Plin. lib.13. cap. 3. Aquilæ certè, ac ſigna puluerulenta illa, & cuſtodiis horrida inunguntur fe- P ſtis diebus, &c. apertius Tacitus libro ſecundo, Ann. Aquilas propria legionum numina. conuerſus. Mox conuerſus ad ſigna, & bellorum Deos. Dionyſius antè. Maximo enim honore apud Roman. in exercitu habentur hæc, & quaſi Deorum ſedes ſacræ putantur; C indicat T. Liuius lib.6. obſtringere periurio non ſe ſolum, ſuumque caput, ſed ſigna militaria, & Aquilas, ſacramentique religionem.

Q Hinc ille Tertulliani ſermo apolog. cap.16. Religio Romanorum tota Caſtrenſis ſigna veneratur, ſigna iurat, ſigna omnibus Diis præponit. Idem Fl. Veg. lib.2. cap. 6. de imaginibus Imperatorum ſcribit. Hæc, ſcilicet legio imagines imperatorum, hoc eſt diuina, & præſentia ſigna veneratur.

Notandus mos in extremis periculis Aquilam ſiue intra Vallum proiiciendi, ne in hoſtium poteſtatem veniret, ſiue intra confertos hoſtium cuneos ad accendendos milites. Prioris exemplum V. bell. Gall. lib. apud Cæſarem L. Pe- R troſidius Aquilifer, cum magna multitudine hoſtium premeretur, Aquilam intra Vallum proiecit.

Poſterioris lib. 4. Liuij. Conſulem ſignum quoque intra Vallum iniecisse ferunt. quo milites acrius ſubirent, repetendoque ſigno primam impreſsionem factam. Loquitur de prælio aduerſus Volſcos. & lib.34. de bello aduerſus Gallos Boios. Q. Fictorius primi pili centurio, & C. Annius Trib. mil. quartæ hic, ille ſecun- S dæ legionis, rem in aſperis præliis ſæpe tentatam, ſigna adempta ſignifetis in hoſtes iniecerunt.

Obſeruandum item Aquilæ nomine totam ipſam legionem ſumi. Iuuen. Sat.8.

—Dominiq, Batam,
Cuſtodes Aquilas—

Et 14.

Vt locupletem Aquilam tibi ſexageſimus annus
Adferat—

Et alij. Latius ipſam militiam. Porrò triplicia Romanæ militiæ, immo gentium omnium, ſigna quæ fuerint, Vegetius exponit libro tertio capite 5.

Quid tolles, & tonſillæ in ore, quæ oris partes: notatus Mercurialis.

CAPVT IX.



ERVDITISSIMVS non ſolum in re medica, ſed in varia etiam doctrina Medicus Hieron. Mercur. cap. 12. lib. 2. de Morb. puer. neſcire ſe fatetur, quo ſpiritu vnus Serenus medicus tonſillas appellauerit tolles: cum miror ego, quo ſpiritu ſe neſcire hoc affirmet, cum, ſi Pomp. Feſtum legiſſet claſsicum Latinorum verborum explicatorem, intellexiſſet à Sereno Tolles nominatas ſpiritu linguæ Latinæ: huius enim vocis diminutio ſunt tonſillæ, aut ait Feſtus, qui tumor eſt faucium: tametſi Cæl. ant. lect. lib.4. cap. 2. rationis dicat eſſe incompertæ, vnde nomen acceperint. B

Quærendum tamen, cur tolles dictæ: mihi alia ratio non occurrit nominis, niſi à tollenda carne, ſiue pelle, quæ intumeſcit: ſunt enim partes quæ eminent, vt ex Polluce conſtat Vix tamen apud bonos auctores tolles legimus.

Tolles Iſidorus lib.11. cap.1. Gallica dici lingua notat per diminutionem Tonſillas, quæ in fauci-

faucibus turgescere solent. Tonsillas semper, vt apud Celsum libro 6. Plinius sæpissimè. Cicero item 4. de Nat. Deorum nominauit Tonsillas ex vtraque oris parte. Sunt enim extremæ faucium partes, quæ circa linguæ radicem gulam vtrin-
C que attingunt; Amygdalinæ à forma Galeno dictæ, hoc est, glandulæ ad radicem linguæ, quæ saliuam conficiunt, propter glandis similitudinem.

Plinius tamen lib. 11. cap. 37. Tonsillæ, inquit, in homine, in sue glandulæ: quod inter eas vuæ nomine vltimo dependet palato, homini tantum est; sub ea minor lingua epiglossis appellata, nulli oua generantium, qui item aliis locis Tonsillas, & vuas distinguit, vt cap. 17. lib. 20. capit. 6. lib. 23. cap. 4. lib. 28. cap. 9. lib. 31. cum multi tamen vuam, ac Tonsillas pro eodem accipiant, qui ἰσθμὸν vuam, & Tonsillas vertunt; sed malè, Hippocr. libro de ipsis, factas putat à natura suscipiendæ cerebri humiditati, qua, vt & saliua, irrorant fauces.

D Medicorum quibusdam tumor est inflammatione factus, & ex consequenti morbus: quibusdam non morbus est, sed pars: sic enim Rufus eph. 1. de part. hum. corp. quatuor esse Tonsillas docens, & tribus afficiens vocabulis. *A* Sic & Pollux lib. 2. ca 4. seu 5. locorum, qui intus sunt post eos, qui sunt post hypoglottidem, hi quidem vtrinque eminent, & dicuntur antiades, & paristhmia. *B*

E Galenus autem morbum esse scribit 3. Aphot. lib. Aphor. 26. qui nominetur παρίσθμια inflammationes locorum circa isthmon. Vt etiam Aegin. cap. 26. lib. 3. Vtrumque ex Dioscor. expiscor lib. 1. cap. 181. Succus, inquit, mori ad fluxus, & paristhmia inflammata. & cap. 184. decoctum ficus conuenire tradit, iis quæ circum arteriam, & paristhmia sunt inflammationibus. Tonsillarum enim inflammationes posteriore loco dixit, quia partes quædam sunt in ore, quæ vitium contrahunt inflammationes; priore, ipsas partes, scilicet Tonsillas inflammatas, ac turgidas dixit eodem modo, quia in ipsis fit inflammatio.

F Vtrumq; igitur verum, & partem esse corporis in ore, & faucibus, & hanc partem id vitium pati, quod partis nomine profertur.

Nominis autem Græci ratio, vnius ex Galeno, vtriusq; ex Rufo cognoscitur, Galeni locum iam produximus, nunc producamus Rufi. Dicta quod in apertione oris angusto sunt loco, nam veteres angustias vocabant isthmos, antiades, quod mutuo sibi aduersæ appareant, cum præsertim inflammatæ sunt. Ve videas Rufum in his
G etiam morbum, ac vitium agnouisse.

Oscitanter autem dubitauit præcellens Medicus Altomaris, num Tonsillæ sint apud Celsum, quæ Græcis sunt, ἀντιάδες, cum ipsemet Celsus apertissimis id verbis dicat cap. 12. lib. 7. Tonsillæ, quæ Græcis ἀντιάδες vocantur, quas esse Paulus Aegin. definit, cum in tumorem obduruerunt, & cibi, potus, ac spiritus vias præcluserunt; vt hoc etiam nomine duros, ac scirrhosos tumores acceperit, quas scrofulas alibi vocauit. χοιράδας, quæ Strumæ Corn. Celso, quæ sæpè febres monent.

Affinis est vox Antiæ Antiarum latina apud Pompon. Festum lib. 1. quæ tamen longe aliud H
significat, muliebrem, s. capillum demissum in frontem ex Græco appellata: quod enim nos contra, illi ἀντὶ dicunt, nam & illæ antiades dictæ, quòd hinc inde sint in ore: & latini respexerunt ad capillorum diuisionem hinc inde sparsorum, & vtraque parte sibi in fronte respondentium.

Sic & dicuntur in iannis, & fenestris Latinè Antes, Italicè Ante vtrinq; vt & vitium ordines I
sibi vt opinor mutuo respondentes. Vide Turneb. lib. Aduersar. 19. cap. item 19. & li. 27. cap. 10. lib. orig. 15. c. 11. postes, & antes, inquit, quasi pòst, & antè stantes: & antes, quia antè stant: vel quia antea ad eas accedimus, priusquam domum ingrediamur. postes cò quòd post ostium stent.

Antias autem vocat Apul. lib. Asini 2. crines antependulos, in libro florid. anteuentulos, & propendulos, προκόμιον Græcè apud Pollucem libro 4 cap. 22. Valterus interpres vertit Antias, vt Gaza comam appositiuam: latinis putatur esse à quibusdam galericulus.

Obserua autem remedia illa, quæ apta sunt K
curandis thoracis, & arteriæ vitiis, ipsique tussi vocari à Galeno lib. 7. 2. locos cap. 2. ὑπογλωσσίδες ὑπογλώττια ab Aegin. libro 2. cap. 48. quia linguæ subiiciuntur.

Hip. 2. lib. de morb. Tonsillas, & ceteras in ore sub lingua affectiones ex pituita oriri docet hac oratione, quæ quidem pituita deferatur ex capite, & ipsum caput trahat ex reliquo corpore calefactum; incalescere verò tum propter cibos, & solem, tum propter labores, & ignem.

Eodem lib. post multa his attribuit remedia L
hæc, cum quid essent prius explicauisset. Tonsillæ si oriantur sub maxillis vtrinq; fit tumor, & ad contactum foris durus est, & totus gurgulio inflammatur, & cum sic se habuerint, immisso digito tonsillas protrudito ad gurgulionem verò æris florem siccum illinito, & herbarum hortensium odoratarum decoctum insolatum gargarizandum exhibeto, & extrinsecus, qua parte erit tumor, hordeaceam farinam in vino, & oleo coctam in cataplasmate tepidã admoneto.: cum autem tubera videbuntur esse molliora intus contrectata scalpello pertundito: & quædam tamen sua sponte sedantur.

De hypoglosside sequitur docere, de polypo, M
& similibus. Porrò Gal. lib. de tumor. præter naturam exponit, inflammationes glandularum sibi mutuo respōdentium in principiis pharyngis cum alioqui & significent glandulas, quæ in

extremo ore vtraq; ex parte sibi opponuntur, & supra laryngen sitæ sunt. Videndus item Celsus lib. 6. cap 9. & P. Aeg. lib. 6. cap. 30.

N Hypoglossis verò est tuberculum sub lingua, & ὑπογλώσσιος βάτραχος est Aetio retrab. s. lib. 4. c. 39 rana Columellæ l. 6. c. 8. absessus sub lingua, Celso c. 8. lib. 6. & 10. c. lib. 7. enimuero partes hæ sunt oris interiores: palatum, hoc est, totum fastigium supra linguam vsq; ad fauces ὑπερῷον, & ὑπερῷα Homero Iliad. antepen. lib. Galeno lib. 1. ad Glauc. & Ruso. Aristoteli, & Ruso οὐρανὸς, Galeno οὐρανίσκος. Vt à Lucret. lib. 4. templum.

Suauiter attingunt, & suauiter omnia tractant,
Humida linguai circumsudantia templa.

O Deinde φάρυγξ Gal. 4. de loc. affect. cap. 5. oris interna pars, vbi simul conueniunt gulæ, & gutturis partes extremæ: dicitur & ἰσθμὸς in quo spatio gurgulio, & amygdalæ: hinc à nonnullis ipse γαργαρεὼν ἰσθμὸς dicitur, quia inter duas cauitates, tanquam inter duo maria, collocatur.

Tonsillæ duæ euidentes, & magnæ, totidem occultæ: λάρυγξ longè distat à pharynge, quia illa est arteriæ asperæ caput, siue gutturis nodus, qui nonnullis foras prominet, & bronchorum caput, vel absolutè bronchus dicitur.

P Supra laryngem est ἐπιγλωττὶς cartilago mollis, quæ laryngis est operculum simile folio hederæ, ad claudendam asperam arteriam à natura facta, ne cibus, aut potus illabatur, & ad eam aperiendam in aëre attrahendo.

Γλωττὶς verò ligula est in orificio asperæ arteriæ, cuiusmodi est in musicorum fistulis, rima duabus tenuissimis membranis constans, cuius opera gemina, inquit, Plin. lib. 11. cap. 37. duabus interposita fistulis; interior earum appellatur arteria ad pulmonem, atq; cor pertinens: hanc operit in epulando, ne spiritu, ac voce illac mean-
Q te, si potus, cibusuè in alienum deerrauerit tramitem, torqueat.

Altera exterior appellatur sanè gula, qua cibus, atq; potus deuoratur. Tendit hæc ad stomachum, is in ventrem: hanc per vices operit, cum spiritus tantum, aut vox commeat, ne restagnatio intempestiua alui obstrepat. Ex cartilagine, & carne arteria, gula, neruo, & carne constat.

R Tonsa etiam nauis est instrumentum, remus à decutiendis, seu diuerberandis fluctibus. Enn. lib. 7. apud Festum.

Pone petunt, exin referunt ad pectora tonsas.

Lucret. lib. 7.

Antennas, proram, malos, tonsasq; natantes.

Virg. 7. Aen.

—& in lento luctantur marmore tonsæ.

Et verò tonsillam aliter B. Isidorus lib. etym. 19. capite 12. interpretatur vncinum ferreum vel ligneum ad quem in littore defixũ funes nauium illigantur, de quo Ennius.

Tonsillas rapiunt, configunt litus ad vncas.

fœdè alucinatus.

Duorum nominum possessio, & Pontifex, ratio, & origo qua. Grammatici aliquot, & plerique I. C. reprehensi.

CAPVT X.

LATINITATIS bonæ ignari olim pleriq; omnes Christiani Iurisprudentes, qui veterũ latinissimorum I. C. libros, aut leges enuclearunt in verborum enucleatione parum sequendi. Primum, quia vulgo locum Pauli lib. 54. ad edictum corruptum, integrum putarunt, pro sedibus legentes pedibus; deinde, quia possessio nomen à pedibus dictũ manifesto errore scripserunt: tertio, quia falso hoc fundamẽto nitentes tempus, & operam in ea quæstione sanè vanissima perdunt, cur potius à pedibus nomen possessio acceperit, quàm ab alio corporis membro. A

In quo princeps minus literatè peritorum iuris Accursius toto errans cœlo hoc maximè argumento probat, nõ dici possessionem in rebus mobilibus, quòd in earum possessionem pedib' non eamus. Verius Grammatici veteres, & recentes à verbo sedeo deducũt, & his prior Labeo vetus I. C. qui quasi positionem dictam possessionem voluit; sanè ponere sedes dicimus. B

Itaq; vox est possessio ex duabus vocibus conflata, pos, & sedes, qui enim possidet, dicitur possidere, quia potis est sedem ponere, siue sedere: indicat hanc deriuationem Gallorum lingua continuare possessionẽ dicentium, sessire, quod C Alc. l. 203. de verb. sign. adnotauit; qui & loco illo Pauli, ex quo natus error interpretum, legi in vetusto codice affirmat, sedibus, lib. 1. dispunct. cap. 1. naturaliter enim res, & locus tenetur ab eo, qui ei insistit. Sedes autem dicuntur, in quibus quis habitat, Virg. 1. Aeneid.

—Sedesq; vbi fata quietas,
Ostendunt:

A pos verò, vt ait Varro, olim pro potens, sic possum coniunctum, vnde possidere, qui potest sedere, id est, sedem, & habitationem suam in aliquo loco collocare, fermar stanza Italicè diceremus: & de prædiis quidem primum vsurpatum, D sed translatum iterum ad res mobiles, & mancipia: sic possidere, non est simpliciter sedere, atq; omnino, sed sedendi vim, & potestatem habere: quare sequitur, vt rectè possidere dicamur per alios, v. g. colonos, seruos, cõmodatarios, depositarios; l. 3. §. 7. l. 6. §. vlt. D. de adquir. vel amit. pos.

Significat aliquando proprietatem vox possessio. l. 78. D. de verb. sign. sic responsum de eo, qui possessiones suas legasset.

Agri quoque latè patentes publici: ac priuati dicebantur possessiones, cum non tenerentur E mancipatione, sed vsu, & vt quisq; occupauerat, colebat: Ita B. Isidorus lib. orig. 15. cap. 13. sed vt

quisque

quisque potuit, occupauit atq; posse. it, vnde & nuncupati, & vt uotat Festus etiam vsus agri, vel ædificij dictæ, non ipse fundus, aut ager: possessioncque capere pro vsu capere dictum à Iuliano l.nou solum 33 §. si domiuus. l. qui fuudum 7.§. seruus. D.de emt. & à Iaboieno l. emtor 4. D.de eod.potest.

Eadem notio transferri ad possesioοem, & vsum, quæ fiunt animo, aut corpore.id.vel vuluntate, vel reapse, vt indicatur illa Cic. orat. 12. ph. scimua ne igitur, Pansa, quibus in locis uuuc sit Lentonis auctoritas? nobiscum nec auimo certè est, uec corpore.

Videturque bene definiri possesio, vt sit ius vtēdi re curpotea pro dominio, id. pro imperio, ac potestate; quam iliustriotem explicatio faciet I. C. eruditisimi commentarius verb. Iur. Vbi item notat, fuudum possesiunis nomine etiam apud Italos significari, cum tamen sie differant, vt ager, & prædium: vt ait lab. l. 115. de verb. sign.

Fundus est omne quidquid solo tenetur: ager est, si species fundi ad vsum hominis compares: possesio ab agro iuris proprietate distat: nam quidquid appreheudimus, cuius proprietas ad nos nou pertinet, nec potest pertinete, hoc possesionem vocamus.

Possesio ergo vsus, aget proptietas est ioci; prædium vtriusq; generale est nomen: nam fundus cum populo alicui accommodatur, aliud est, nec huius est loci explicare: cum propriè iu iure fundus dicatur Ager cum ædificio. iuferius de hoc aliquid. Græci hoc [Greek] dicunt, quæ verba sunt Labeonis: sic omuia hæc verba assidere, confidere, residere, disidere, posidere nihil habent commune cum pedibus.

Cornelius Fronto vetus Grammaticus, inter habere. & posaidere sic distinguit: habere potest etiam fur, & nequam: posidet uemo, nisi qui, aut relictę, aut donatę, aut emtę rei dominus est: ita in habente onus, in pusidente vsus est: meus liber ius legit, quæ antiqui est iuris differentia. Ita S. Isidorus lib. etym. 5. cap. 25. Bouorum possesio est ius possesiouis certo ordine certoque titulo adquisitum. Festus ergo rectè, posidere est in pusse, id est, in potestate sua habere.

Nec disseutit Aelius Gallus definiens possesiouem vsum agri, seu ædificij, uon ipsum fuudum, aut agrum: non enim possesio est nisi in iis rebus, quæ tangi possunt: agri autem tam latè patentes publici, priuatique uou tangebantur, sic uou mancipatioue, sed vsu tenebautur: & vt quisque occupauerat, collidebat, aiias colebat, melius, posidebat.

Lougè tamen aliud mos ioquendi bonorum auctorum requirit: possesiouem enim pro proprietate iu bonis ipsis immobilibus, huc est, prędiis, ac fundo accipiunt, vt pasim Cic. in Philip. in Parad. pro A. Cæciuna lib. 15. epist. epistula 5. ad Valerium; & ipsemet nobilis I.C. Paulus lib. 4. ad Plaut. disertè tradit.

Et qu nquam communis loquēdi vsus repugnet, vt proprietate immobilium possesiouem designemus, tamen etiam mobilia propriè possidentur. & in hac significatione distinguit Iabolenus possesionem ab agro, fuudu, prædio lib. ep. de verb. sign. l. 110. quę optimè declarat Andr. Alc. colligens hanc possesionis definitiouem, vt sit vsus rei à proprietate, vel iure separatus: quo modo Modest. ab agro possesionem disiungit, i. iuris proprietate, quem Laur. Valla lib. eleg. 6. ca. 41. reprehendit defensum ab Alciato lib. 4. de verb. signif. quam solidè aliorum esto iudicium.

Facilior opera originem, & uotionem nominis Pontifex euuclcare, cuius dupiicē apud priscos veteres interpretationem reperio; alteram Q. Mutij Scæuolæ, M. Terentij Varronis alteram, vt idem Varro lib. de lingua lat. 4. refert. Pontifices, vt Q. Sæuola, Pont. Max. diccbat à posse, & facere, ego à Ponte arbitror, uam ab his sublicius factus est primum, & restitutus sæpè, quum ideo sacra, & vls, & cis Tiberim nō mediocri titu fiant.

Iuniorum pars maior Varronis explicationem sequitur, & scitè in Iucundum Veronensem pontis à C. Cæsare supra sequanam facti explicatorem lusit Iacobus Sanszarius ex hac notatioue.

Iucundus quatuor fecit tibi, sequana, pontes,
Iure tuum potes hunc dicere Pontificem.

Ego Scæuolæ explicationem sequor: primùm, quòd autequam sublicius pous ab Anco Marcio exstrueretur, vt T. Liuius lib. 1. & alij tradunt, in quibus Halicar. li. 3. ita loqountur, & ligneum pontem, sublicius dictus est, dicitur Rex imposuisse Tiberi: is ex solis lignis fit, nec fas est ferri, aut æris ipsi quidquam adiungere: hodieq; visitur, & vt sacer habetur: cuius pars si resarcieuda sit, id munus est Pontificum adhibitis more patrio sacris ceremoniis.

Ecce tibi Dionysium, præesse quidem, vt rei sacræ, pouti resarciendo Pontifices, non autem fecisse, sed autequam fieret, fuisse nomen, & rem Pontificum, & hic tamen lib. 2. à sarciendo ponte dictos pontifices tradit, non à faciendo. A

Quæ Suid. adfert verbo [Greek] nonnihil cum Dion. hist. conueniunt: nec couueniunt tamen, quiu verò etiam fabulosa mihi videutur: confirmat tameu priorem rationem; ait enim Pontificem magnum, maximum dicere debuerat, apud Rom. sacerdotem, quem Romę coustitueritRomauorum legistator Numa cum valido impetu in antiquisimum pontem irrueret Tiberis, vota fecisse adeò efficacia flumiui, ne secum pontem abstraheret, vt flumen placidè difflueret, parceretq; pouti; inde pręfectoa sacerdotibus Pontifices, & flaminea appellatos insiuuat ergo à ponte Pontifices, à flamine flamines, quasi flumiues appellatos, quod postremum sane falsum.

At Flamines, & Puntifices ism uominabautur ante hunc pontis casum; iam à Numa Pompilio quatuot Pontifices, & Pont. Max. instituti fuerāt, ideoque prius est nomen Pontificis, quàm sub-

licius pons: Deinde, quia Pontificis munus non
est pontes facere, sed fabri, siue architecti.

Scæuolę autem interpretatio quod Pontificis
officium sit, longè melius persequitur, duobus
autem modis verba illa, posse facere sumi pos-
sunt; primo quidem, vt facere sit idem quod sa-
crificare, vt sæpius vsurparunt antiqui scripto-
res Plau. Aulul.act.4. sc.2.

Sed si reperero, ô fides—
R *Mulsi congialem plenam faciam tibi fideliam*
Id adeo tibi faciam.

Et Sticho act.2.sc.1.

Iamne exta cocta sunt', quod agnis fecerat?
Illa quidem nullum sacrificabit.

Qui locus vulgò corruptè legitur. Virg.ecl.3.

Cum faciam vitula—

Macrob.lib.3.Satyr.cap.2, Cicero pro L.Murena.
Nolite à sactis patriæ Iunonis sospitæ, cui om-
nes Coss. facere necesse est, domesticum, & suum
S consulem potissimum auellere. Ipse Varro lib.5.
de ling.lat. Aquam Ioui facit. Censor.de nat.die.
cap.1. quid caussæ sit, vt merum fundendum Ge-
nio, non hostia faciendum putauerit.

Secundo verò eadem verba posse facere, ius
quoddã, & quandam facultatem amplissimam
faciendi significãt: quanta vero, & qualis esset in
Pontificibus auctoritas, & facultas etiam supra
Consules fusè Cicero lib. de nat. Deorum 2. & 2.
de leg. explicat.

Quo item sensu vetus est accipiendum voca-
bulum, Pontificium, hoc est, pro iure, & faculta-
te aliquid agendi, vt adnotauit 2. Parerg. lib. Alc.
cap.6. cui tamen placet dictum Pontificem, quo-
niam ius ipsi erat sacrificandi.

T Sed tamen propriam esse huius vocis postre-
mam hanc significationem demonstrat phrasis
vetus in legibus, & scriptoribus sacris. Extat in
Cod. Theod. l.1. fiunt in parentum potestate, ac
dominio, vt fruendi Pontificium habuit, alie-
nandi eis licentia denegetur. & Cod. quæ res ex-
portari non deb. L. item 1. sic habet, & hanc agno-
scit antiquam lectionem Rhodig. lib.6. cap.6. ad
Barbaricum transferendi vini, olei, & liquami-
nis, nullum quisquam habeat Pontificium.

V Arnob. si modo is auctor est, in Psal.68. hi ac-
cipiunt pontificium iudicandi, & corripiendi.
Gelasius PP. ad Episcopos Dardaniæ. Satis con-
stat Acacium nullum habuisse pontificium, sen-
tentiam Sedis Apostolicæ siue eius nomine sol-
uendi. Qua item notione vtitur Ecclesia Dei in
precibus Cathedræ S.Petri, ligandi, atq; soluen-
di pontificium tradidisti.

Adiungendus sacris istis scriptoribus pro-
phanus, & impius auctor Symmachus, qui in e-
X pist. sæpè hanc vocem vsurpat: & ex eo, atq; aliis,
& diuersis Imperatorum rescriptis testimonia
colligit vir doctus Iuretus in notis ad epist. Sym-
machi 27. lib.7. Collige Pontificem à posse face-
re, & Pontificium ab agendi facultate ius ipsum
appellatum.

Primicerij qua dignitas, quod mu-nus, nomen vnde sumtum.

CAPVT XI.



VTAVIT Andreas Tiraq. comment. A
de iure primigeniorum, Primice-
rium nouam esse vocem, & primùm
à B.Hieronymo in Eusebij Chron. v-
surpatum: nouam esse, hoc est, Christianorum
Imp. seculo natam, ei libenter do. nego auctoré
esse B.Hieron. constat enim vsitatam illo æuo, &
paulo superiore fuisse, quod Ammiã. Vegetij, &
illius ætatis Cæsarum testimonia demõstrabunt.

Propriè autem Primicerius primus erat Nota-
riorum Principis: qui enim post emeritam in or-
dine Notariorum militiam, qua dignè persun-
ctus fuerat, ceteris omnibus notariis pręficieba-
tur, is Primicerius vocabatur, & Primiceriatus
dignitatẽ cõsecutus inter senatores referebatur.

Certum ex Cassiod. li.6. var. form.16. sed quo- B
niam de probatis moribus institutum, venatrix
bonæ conuersationis solicitudo nostra respexit,
ab illa indictione Notarium te nostrum esse cen-
semus. Vt ordine decurso militiæ ad Primiceria-
tus feliciter peruenias summitatem: honor, qui
efficit senatorem, cui patrum aula reseratur; non
iniuria: nam qui nostris curis militat assidua lu-
cubratione, iustè videtur & curiam libertatis in-
trare. Rursus lib. eodem form.7. comitiuæ sacra- C
rum largitionum: Sed huic, vt ita dixerim, mu-
nerarię dignitati pręconem largitatis nostrę pu-
blicæ felicitatis indicium, locum quoq; Primi-
ceriatus adiungimus; vt per te demus honores,
per quem & nostræ pecuniæ conferimus largita-
tes. lib. item 10. cap.11. Atque ideò, quod feliciter
dictum sit, ad Primiceriatus, qui & domesticatus
nominatur, ab indictione 14. tibi conferimus
dignitatem. Vsurus ea omnibus titulis, qui ad
eius pertinent actionem, &c. infrà, magnam esse
dignitatem innuit.

In qua notione Renatus Frigeridus in histor.
Honorij, & Theod. vtitur, Rusticus Agretinus ex
Primicerio notariorum Iouini, multique nobi-
les apud Aruernos capti.

Ab ea deinde traducta vox ad significandum D
quemcunq; in alio ordine, schola, aut classe pri-
mum. Ita B.Hier. in Chron. Iouinianus, inquit,
ex Primicerio domesticorum Imperator est fa-
ctus. Amm, li.18. inter quos etiam Valent. ex Pri-
micerio protectorũ Tribunus, vt cum suis inter
complures alios tortus aliquoties superuixit.

Veget. lib.2. cap.21. sicut Primicerius in officio
Præfectorum, Prætorioq; ad honestum, quęstuo- F
sumque militiæ peruenit gradum, ita legionarij
equites, &c. Auctor vitæ Martiani. Adrianus Se-
pticium Primicerium scholæ candidatorum or-
dinauit epist. Athalarici Goth. Regis ad senato-
res Romæ. Illustri viro, atq; Illustri Patricio Ma-
ximo Primiceriatus, qui & domesticatus dici-

tur,

tur, gerendam duximus dignitatem. Hinc Zon. to.2. Chron. Magni primicerij vmbraculum, seu velum dimidio nigrum, dimidio album est.

Quanquam illo Vegetij loco monet lib. 24. cap. 13. aduers. Turn. pro Primicerius in vetustissimo codice legi, Primiscrinius, quod probat. Ita
G C. de off. Praefec. vrb. L. Primicerius, & C. de domest. & Protect. lib. 12. l. 2. & C. de Primic. l. 2. & dicto lib. 12. C. de Fabric. l. Primicerium. His enim legibus Honorius, Theod. Iustin. Zeno Imperatores loquuntur. & posterius Isidorus 25. d. §. Primicerium.

Nam & in prisco illo notitiae Prouinciarum Roman. Imp. monumento numerantur multorum ordinum Primicerij, vt Primicerius totius
H officij, Primicerius scrinij Canonum, scrinij Tabulariorum, scrinij numerariorum, scrinij aureę massae, scrinij auri ad responsum, scrinij vestiarij sacri, scrinij argenti, scrinij anularensis, scrinij à pecuniis, secundicerius officij, qui primicerius est exceptorum. Tertiocerius officij sub officio comitis sacrarum largitionum.

Sic erant diuersi ordinis Primiscrinij, qui omnes militabant sub officio comitis rerum priuatarum, & sunt hi. Primiscrinius beneficiorum, Primiscrinius Canonum, seu rationum, Primi
I scrinius securitatum, ac Primiscrinius largitionum priuatarum. Erat & Magister scriniorum memoriae, epistolarum, libellorum. Erant & Primiscrinij diuersorum Magistratuum tum Palatinae, tum etiam Castrensis militiae. Erat & schola scriniariorum eorum, qui scriniis, hoc est actis publicis scripturarum praeerant.

Primiscrinij verò emeriti promonebantur inter Notarios, & Tribunos, vt apparet ex Casiiod. lib. 11. var. cap. 20. & horum quidem magistratuum frequens est mentio in Cod. Theod. & Iu-
K stin. nec non in Nouellis eiusdem.

Dicendum est autem Primicerius, non Primocerius, vt Primigenius, & Primigenitus, & Primipilus, non Primogenitus, nec primopilus; vt Laur. Valla demonstrat reprehensus à Barptolemaeo Fario; quod Alphonsum nominasset Primigenium ex filiis Regis natu maximum, quasi insoléti vsus voce. Ridiculè autem parum aptus verborum, non item rerum, explicator Accursius. Primicerius dictum voluit, quia primus fe-
L rat Cereum.

Alc. in adnot. inter poster. lib. Cod. lib. 17. to. 2. quem, vt opinor, indicauit Cęlius lib. Ant. lect. 12. ca. 6. illis verbis, quidam bene doctus, & Io. Molanus in Notis ad Martyrol. Vsuardi die 19. Maij. Primum Notariorum à cera nominatum volút, quòd in ceraris tabulis esset olim scribendi vsus; sic secundicerium, notariorum secundum, quae explicatio non placuit Barnabae Brissonio Iurisconsultissimo Gall. docenti li. 14. de verb. signif.
M Verbum hoc non esse innatum, sed simplex, argumentum perit ex Suida qui πρωτεῖον interpretatur, hoc est eum, qui in quocunque ordine primum locum obtinet, vt missa faciam pleraq; alia, quibus hanc suam explicationem confirmat.

Quae item probatur Caesari Baronio prophanae, & sacrae historiae scientissimo in Notis ad 19. diem Maij in Rom. Martyr. adiungenti à B. Aug. siue S. Fulgentio serm. de S. Stephano eadem ratione appellatum eum Primicerium Martyrum, hoc est, primum Martyrum. Mihi explicatio Alc. probatur.

De huius vocis origine, quę deinde ad quemcunque primum traducta fuit, vt in aliis factum vocabulis. quam item adiuuat auctor ad Theod. N
Imper. inuentu rarus Primochirium dicens nominatum à manib. id. ἀπὸ τῶν χειρῶν. & verba Cassiod. loco citato lib. 6. in form. Comitiuae sacrae: ipsis quoque proceribus chartarum confirmes officium: dum perfectum non creditur, nisi à te fuerit pro solennitate completum; quasi ad κήρωμα. id est, ceratam respiciat tabulam, in qua antiqui scribebant, non, quod scripsit doctus magni lexici Graeci quinquepartiti auctor, quia in tabula cerata primi notarentur, qui erant Primicerij.

Vis aduerbij praecisè explicata, & nominis sincerus.

CAPVT XII.

IN rebus corporatis, & materiatis verbum praecidere, amputare significat, auferre, & scindere, petenda ex dictionariis exempla. Ad res au- A
tem, quae in animo sunt, & materia vacant, eleganti notione traductum est: in qua saepe bene latinè loquendi princeps Cic. vsus est epist. 9. ad M. Brutum. oppressa ab impiis ciuitas opitulandi potestate praecisa, Italice diceremus leuata, o tolta, o tagliata ogni possanza d' aiuto. o tolroci ogni potere di acuto. In Laelio praecidere amicitiam, i. rompere. i. in Verrem, praecidere spem, i. troncare la speráza. ex hoc igitur verbi vsu quid aduerbium significet colligi fortasse poterit.

Gul. Budaeus adnot. prior. in Pand. praecidere, inquit, esse latinè, quod vulgus appellat quota- B
re, id est, designare quotumquemq; articulum, quotumquodq; caput oppugnare litigator velit, ne in vniuersum admissua tergiuersari licenter, & identidem variare possit.

Sic accipit illa Cic. verba in Lucullo, praecide, inquit, statne aliquádo quidlibet, hoc est, secerne, & designa certum caput, de quo futura sit disputatio. ductamque vult à fabris metaphoram, qui id quod abscindere volunt, ducta linea praecidunt, vel ab iis, qui ex re communi parietii sibi eligunt priua signantes, postea delectam auferentes, sic abscissum à Callistrato I.C. pro fixo, & certo positum. In quo euariare non licet: est igitur non simpliciter, & in vniuersum aliquid di- C
cere, sed designatè, & praecisè, quod Graeci ἀφοριζειν dicunt.

Sic

Sic illud Cic.ex Lucullo.Præcide,exponit,his
verbis græcis ἀφαιρεῖν, περιαιρεῖν, à fabrili more
ducta ratione. Nam fabri, quod desecare serra
volunt, prius linea ducta signant, & præcidunt:
Vel à more vestem lineam, vel sericam venditan-
tium, quod enim emtori addixerunt, & admensi
sunt, prius leuiter incidunt, quatenus mensura
procedit, deinde abrumpunt, quando ita fert
D natura vestis, vt secundum præcisuram rectis li-
neis dirumpatur, demonstratur, inquit, Callistr.
variè, nec abscisè numerum liberorum ad ex-
cusationem munerum municipalium prodesse,
id est, qui numerus liberorum immunitatem
præbet, nec status, nec fixus est: hoc vsitatius
præcisè dicitur, & præcidere verbum in ea re
commodius est.

Præcisè item sumi dicit pro durè, & præcide-
re pro dure negare, vt Cic.epist.4.lib.8.ad Attic.
quibus literis ita respondit, vt ego nemini.mox.
nunquam reo cuiquam tam humili, tam sordi-
do, tam nocenti, tam alieno, tam præcisè nega-
ui, quàm hic mihi, planè sine vlla exceptione
præcidit; & lib.11. epistola antepenultima idem
E narrans. Quod quia planè, cum in Formianum
venisset, præciderat, asperius ad te de eo scribere
solebam, exponit, ἀποτόμως, quasi spe omni præ-
cisa obtinendi, & præcidere pro durè negare, &
probat hoc Isocratis loco in Archidamo.

Qui tamen locus longè aliter, meo iudicio
explicandus, vt illud aduerbium, quod rectè
reddi potest per præcisè, non significet quod
F vult Budæus, sed potius, quod alias dicunt Græ-
ci παντελῶς, planè, omnino, simpliciter, quod
Italicè diceremus, parlando vniuersal mente: &
in Cicer. duobus illis locis ad Atticum accipe-
rem pro omnino, & affirmatè negare, siue abso-
lutè, & sine vlla tergiuersatione, quemadmo-
dum, qui Italicè conuertit Matth. Senarega pri-
mum locum, con minor circuitione di parole,
& alterum, senza altri giri di parole troncata af-
fatto ogni speranza.

Ego vertissem primum locum, men' violuta
mente; alterum, à lettere di scattola me l'ha ne-
G gato; vi solutamente non n'ha voluto far altro:
cuius explicationis auctorem habeo Alciatum,
qui interpretatur sine tectorio aliquo, & sermo-
nis inuolucro: ducta ab illis translatione, qui-
bus imperamus, vt longis verborum ambagi-
bus imponant finem, & superflua amputent, &,
vt dicitur, ad punctum veniant. Tiraquellum i-
tem cap.20.lib.de Nobil. numer.69. qui aduer-
bium prorsus C. vt armorum vsus, lib.12. l.1. vo-
cat præcisum, & vniuersale.

Idem Budæus in Pand. adnot. Poster. tit. de re
H milit. cap. qui cum vnum, §. omnis. aliter expli-
cat emendans deprauatam vocem preciosio-
rem, & restituens præcisiorem; hoc est, durio-
rem, & intractabiliorem, ex imitatione Græco-
rum, qui dicunt τραχὺ, σκληρὸν, ἀπόκρημνον. quod la-
tini præfractum, præcisum, abruptum, abscis-
sum, declarans testimoniis, & ducta inde meta-
phora, quòd quæ præcisa sunt, ea iusto sunt con-
cisiora, & breuiora, ideoque obscuriora: siue sa-
xis præruptis, vnde durior est descensus: quo
modo nimiam seueritatem, cum res nimis ad
viuum resecatur, & nimis agitur præcise, vocant
Græci ἀποτομίαν, id est, rigorem, omnino sapien- I
ter, cum explicat, breuiter, compendiosè, stri-
ctè, & propterea obscurè, Italicè dicitur parlar
mozzo.


Sic Cicero vsus lib.2. de Nat. Deorum. Sed id
præcisè dicitur, vt si quis dicat, Atheniensium
Rempublicam consilio regi, desit illud Areopa-
gi. Ita 4. ad Heren. lib. præcisio est, cum dictis
quibusdam reliquum, quod ceptum est dici, re-
linquitur in audientium indicio: sic; mihi te-
cum par certatio nō est, ideò quod populus Ro-
manus meus, nolo dicere, ne cui forte arrogans K
videar: te autem sæpè ignominia dignum puta-
uit. Abscisionem quidam perperam legunt, sed
exemplum penè simile. Tu ista forma, & ætate
nuper alienæ domui, nolo plura dicere. Contra-
ria est commorationi apud Cicer.3. de orat. lib.
quæ est illustris rerum, & copiosa explanatio, &
sub aspectum penè subiectio.

Ita ergo I. C. volunt accipi præcisè in legibus,
vt quæcunque alia præcidantur, quæ illi offici-
unt, vt ipsi loquuntur, dispositioni, & eam am-
biguam reddunt. Iason l. omnes populi. Bald. l. L
maximum scribunt, reiici huiusmodi verbo
quæcunque glossemata, nisi quæ ex aliis legibus
assumuntur.

Verè igitur Marius Niz. præcisè explicat bre-
uiter, alij compendiosè, strictè; ego simpliciter,
vniuersè, apertè, affirmatè.

In illud Ter. Eunucho. act.1. sc.2. si illud crede-
rem sincerè dici. Don. explicat sincerum, pu-
rum, simplex, sine fuco', quasi sine cera mel, ita
videtur per i latinum scribendum, non per y
Græcum. Laurent. Valla cap.27. lib.6. eleg. immo M
cum cera potius, nam à σὺν componitur, non à
sine, quæ nunquam compositionem admittit,
quasi cum cera mel, quod integrum est, & soli-
dum, & nulla sui parte fraudatum: Vt si diuide-
rem fructum communium Aluceariorum cum
socio, partemque tantum mellis assignarem, ni-
mirum syncerè non agerem, quod sine cera mel-
la darem: ita cum y Græco scribendum, quare
vox tota Græca.

Quod quidem ego mihi persuadere non pos-
sum, cum apud neminem Græcum scriptorem,
Vox tota reperiatur: quid si tota sit latina, & de-
ducatur à carie, quasi sine cari, quod integrum
est, non putridum, sine cariosum, nec depra-
uatum: omnino mihi scribi placet
cum i latino.



Plagiarij qui, vnde nominati: fur è Græco dictus: quid furem faciat; num furtum natura probrum.

CAPVT XIII.

A XTAT lex de Plagiariis, Fabia, Fa-
uia, Flauia à diuersis dicta: Manut.
de leg. agnoscit Flauiam, quæ capi-
tis pœnam interdum grauiorem,
interdum leuiorem, habita personarum, & re-
rum ratione, irrogabat: Nam etsi quis liberum
hominem sciens emisset, aduersus eum, vt ait
Vlpianus, capitale crimen ex L. Flauia, de pla-
gio.
Ergò ridendi I. C. Accursius inter eos prin-
ceps, qui vulgò putant legem ipsam plagiariam
appellatam, quod qui criminis essent conuicti,
lege Flauia plagis damnarentur: nec illi com-
mendandi, qui plagiarios, vnde nomen legi, à
plaga dictos voluerunt, hoc est, dolore, quo ille
afficitur, qui surreptus est: nam plagiarij homi-
B num sunt raptores: repugnat enim ratio syllabæ,
quæ in plaga producitur, in plagio corripitur.
Mart. lib. 1. Epigram. 20.
Impones plagiario pudorem.
Scio Græcè πλάγιον esse obliquum, siue transuer-
sum, vnde orationis schema plagion, cum quid-
piam ita profertur, vt ad hunc referri possit, & ad
illum. Vt notat Scholiastes Thucyd. diei hæc à
Themistocle possunt; dici possunt & à Thucydi-
de, & notat Cæl. lib. 18. antiq. lect. cap. 38. & Hesy-
chio πλαγιάζειν est decipere, & in errorem induce-
C re. πλαγίως, δολίως, hoc est, subdolè, interpretatur
Suid. non docet tamen hinc plagium dictum,
quod asseruit politus, & eruditus nostri æui I. C.
in comment. verb. iur. ciu. credens fortasse ali-
cui citanti.
Hinc puto plagiarios dictos, quod obliquis
artibus, & omni genere fraudis in seruitutem
homines traherent, quod postea reperi à Franc.
Philelpho viro sui temporis eloquentia claro
traditum, & ab Alc. approbatum, lib. 1. παρέργ. c.
47. qui & notat πλαγίως Græcè quandoque pro
dolosè vsurpari: nisi quarta placeat nominis ori-
D go, quòd quasi in plagas, hoc est, casses, trahe-
rent, quos seruitute premebant, vel seruituti ad-
dicebant.
Itaque plagiarij erant, qui liberos homines
emebant, vel vendebant, qui seruo, aut ancillæ
suadebant, vt à domino fugerent, vel inuito Do-
mino, aut sciente celabant, siue qui hominem li-
bertinũ, vel ingenuum celant, vinctumq; habẽt,
emuntuè scientes dolo malo, vel in eo socij sunt,
l. penult. ff. de plag. vinctum habebant, emebant,
E vendebant: ἀνδραποδισταὶ Græcis: quo nomine vo-
cati ab Aristophane Thessali, quod liberos ho-
mines in seruitutem redigerent, ac distraherent.
Vide Cels. lib. 9. cap. 22.
Hic te moneo, mendosum videri Turnebo
vocabulum illud Plagiosippus. 4. ad Heren. libr.
eumque lib. Aduers. 20. cap. 25. conari restituere.
Furtum à furuo, id est, à nigro, inquit Pau-
lus I. C. l. prima de furtis, sequitur S. Isid. libro 5.
orig. c. 26. dictum, Labeo ait, quod clam, & ob-
scurè fiat, & plerunque in nocte; vt L. Lælius apud
Varro. lib. 14. rerum diuin. in Agell. libr. 1. cap. 18.
immò non Lælius Magister, sed Varro discipu-
lus. Vel à fraude, vt Sabinus ait. Vel à ferendo, seu F
auferendo: Vel à Græco sermone; Græci enim
φῶρας dixerunt παρὰ τὸ φέρειν ab auferendo, & cõ-
trectando, vt L. Lælium Varro reprehendens, hoc
non viderit, vt est eodem Agellij loco Varronem
reprehendentis.
Varronem sequitur Non. ex Varr. rerum di-
uin. 14. lib. vt & Agell. citat, quòd furuum atrum
appellauerint, & fures, per obscuras noctes, atq;
atras facilius furentur. Hom.
κλέπτην δέ τε νυκτὸς ἀμείνω.
Adiungit Alc. de verb. sign. in l. 185. licet contre- G
ctare verbum Græcum non significet: omninò
vera est origo ex Græco: malè autem etymolo-
gus exponit λῃστὴν, cùm potius sit κλέπτης, cum eo
Suid. & Hesych. Ille enim latro est, ac prædo, qui
interdiu, qui palam, qui res aufert, & mortales
spoliat, sæpè vulnerat, & occidit: hic autem qui
noctu, siue clam, vt & φώρ.
Melius igitur Agell. lib. 1. cap. 18. quod à Græ-
cis nunc κλέπτης dicitur, antiquiore Græca lin-
gua est dictum, φὼρ quasi φὼρ per Metathesin.
Quod verò Suid. ait, mendosum est, & rescri-
bendum. quamquam etiam hoc habeo pro fal-
so, cum φωρᾶν potius deducẽdum sit à φὼρ quàm
φὼρ à φωρᾶν, quod propriè videtur esse, scrutari, &
peruestigare ad inueniendum, & deprehenden- H
dum furtum, licet absolutè vsurpetur pro depre-
hendere, & peruestigare: hinc φὼρ pro explorato-
re, quoniam eius est munus se in multis, tamquã
furem gerere. φωρὰ item, ac φώριον furtum.
Sed Iurisperitorum est quæstio, quid furem
efficiat, resnè, an affectus: & affectione furem fie-
ri, vt aleatorem, & adulterum tradunt, hoc est, I
cum & crimina ab aliquo affectantur, quamuis
re non perficiat. quo modo l. fugit. eo. tit. fugiti-
uus habetur, qui fugiendi consilium habuit, li-
cet adhuc fugam non arripuerit. Sic Alc. initio
comment. de verb. sign. & in l. cit. quæ est ex Try-
phon. lib. 1. dispos. & lex est de verb. signific. 225.
εἰς τὸ τὴν ἁρπάσαι adiungit (Theologiæ ignarus)
S. Hieron. appellat: Sic enim hic sanctus de Chri-
sto Domino tantùm: ab affectu Grammatici: K
quomodo Cic. in Arato à se conuerso:
Vt quondam Orion violasse Dianam
Dicitur. ——
Id est, violare appetiisse. Et Virg. 8. Aen.
Galli per dumos aderant, arcemq; tenebant.
Id est, tenere affectabant, vel credebant fore, vt

c ... iam

ſiam iamque tenerent. At hoc propriè legibus non ſubeſt: ſubeſt, ſi commiſerit furtum, vel ſugerit, id eſt, ipſo facto fugæ vitium mentis deduxerit, vt Triphon loquitur.

L Non tamen propterea furti probrum non eſt natura, ſed ciuiliter tantum, & quaſi more ciuitatis turpe. quod malè voluit Vlpianus libro 53. quia poteſt, inquit, & in hominem idoneum incidere: quem idoneum intelligat, non video, niſi cùm caſus incidit neceſsitatis viro bono; qui ſi rem alioqui alterius, vt vitam ſuſtentet, auferat, furtum non fecit, ſed, quod ſuum eo caſu erat, abſtulit: vt miter Alciatum hominem Chriſtianiſsimum, ne à ſuo diſcederet Iuriſconſulto, deſciuiſſe à vero, & ab Accurſio l. 42. de verborum ſignif. qui furtum etiam natura probrum eſſe tradidit, quia in decalogo legitur

M vetitum: decalogus autem è natura totus eſt decerptus.

At, inquit Alciatus, nonnullis olim populis impunè furari licebat, vt Aegyptiis, quod ex Ariſtone I. C. tradit Agell. cap. 18. libro 11. & laudi erat apud Lacedæmonios, cùm non deprehendebatur fur, videlicet, vt Iuniores diſcerent induſtriam, & diligentiam: At de Lacedæmoniorum moribus ſumſerunt aliqua 12. Tabul. leges: communi item omnium gentium iure furtum non punitur: adulterium autem na-

N tura eſt probrum, quod etiam iure gentium eſt deteſtabile.

Plumbeum verò Alciati pugionem; nam ſi, quia nonnullæ gentes non puniunt furtum, nonnullæ etiam faciunt, non eſt natura probroſum, & turpe, Idem prorſus dicemus de adulterio, quod tantum abeſt, vt à quibuſdam nationibus puniatur, vt etiam earum inſtituto palam exerceatur, quia vxoribus vtuntur com-

O munibus; vt Garamantici, Aethiopes apud Plin. libro quinto, cap. 8. Melam. libro 1. Sol. capite 39. vel 43. & ſuperioris Libyæ populi apud Ariſtot. 2. polit. lib. cap. 2. Arabes quoque apud Diod. libro tertio. Perſæ apud Agath. quarto libro de bello Goth. vt pleraſque alias nationes omittam. Certè coitum, quem fornicationem vulgò nominant, multæ gentes non puniunt, amant etiam, & exercent paſsim.

Neque debuerat ita ſoluere illud, quamuis lege Iudæorum fures punirentur, non tamen

P conſequens eſt, vt iure gentium id crimen puniatur, nec enim ſoli Iudæi ius gentium conſtituunt, quibus vt Cornelius Tac. ait, Moſes nouos ritus, contrarioſque cæteris mortalibus indidit: Quis enim iure debeat iſti in hac re credere Iudæorum, & Chriſtianorum hoſti infeſtiſsimo, & à vero Dei cultu remotiſsimo?

Addit Alciatus, adulterium iure gentium eſſe deteſtabile, quia matrimonium polluit, ac datam à coniugibus mutuo fidem corrumpit. optimè. ſed hæc transfer ad furtum, quod ſanè commune hominum ſocietatem lædit, & ſidem commerciorum è medio tollit, &, vt proli officit adulterium, ita in diuiſione, & poſſeſsione rerum furtum.

Subiicit, illud eſt probrum, quod non ſolum prohibetur, ſed quod etiam ignominia afficit Q peccantem: ſuo nimirum gladio ſe conficiens: nam ſi hæc vera probri definitio, ſanè furtum erit probrum: quod enim maius dedecus nominis alicuius, quæ macula fœdior, quam furem dici, & eſſe?

Poſtrema Alc. ratio; ſed etſi concedamus, inquit, lege naturali furtum vetari, & arg. eſt l. de furtis, non tamen ſequetur, vt ideò ſit probrum, quoniam lege ciuili non poteſt maritus donare vxori, & tamen huiuſmodi donatione oppro- R brium nullum inducitur.

Omninò peruersè. Quis enim det hoc genus argumentationis cuiquam Dialecticæ perito? Quod fit aduerſus legem humanam, aut ciuilem, non eſt turpe; ergò nec quod fit contra legem naturalem, aut diuinam: Quis enim tam hebes, qui neſciat maiorem vim ineſſe in natura, & præcepto Dei ad quidpiam turpe efficiendum, quam in more, & inſtituto humano? S Deſignat igitur præſtantiſsimus I. C. præſtantiſſimo iuris interpreti Accurſio repugnare, immò communi ſententiæ.

Iure tamen queritùr morte puniri furtum, vix pecunia adulterium longè ſceleſtius, in quo tamen ego labellum compeſco, ne publicum, & communem morem calumniari videar. & ſcio tamen nonnullis magni nominis Theologis non diſplicere, cum libro 5. orig. cap. 26. B. Iſid. teſtetur furtum capitale crimen apud maiores fuiſſe ante pœnam quadrupli.

Manutij de Quæstura lapsus, Onuphrij de Atilio: Lipsij de Beroaldo. Discordia inter Suet. & Tacit. loco alterius restituto sublata.

CAPVT XIV.



IRGILIO fuit laudi ex Ennij ſtercore gemmas colligere, liceat nunc mihi ex hominum doctorum ſcriptis tamquam gemmis errores, vt ſtercora eruere, vt purgatiora ſint. P. Manutius ergò latinitatis hoc æuo princeps lib. de legib. Rom. eruditiſsimè negat vllam fuiſſe quæſturæ legitimam ætatem, cùm tamen Ciuis meus Carolus Sig. lib. de Ant. Iure Ciu. Rom. 2. ſcribat capiendæ quæſturæ annum fuiſſe 27. ætatis legitimum ab aliis demonſtratum: & Pacatus Panegyr. confirmet non ſolum in ampliſsimis magiſtratibus adipiſcendis, ſed etiam in ædilitatibus

tatibus capessendis spectatam fuisse petitorum ætatem.

Legem ille vocat comitialem, antiquiores dixerunt annalem, siue anuariam: & apertissima sunt veterum testimonia, quæ falsi Manutium damnent.

Tacitus libro tertio Ann. de Caio Caligula quinquennio maturius, quàm per leges quæsturam peteret. Suet. in Calig. cap. 1. de eius patre quæsturam quinquennio antequam per leges
C liceret, & post eam, Consulatum statim gessit. Spart. in Iul. Didio. Quæstor ante annum, quàm legitima ætas sinebat, designatus est. Excusabis hominem, quod illud affirmarit libera republica.

Hæ autem testimonia auctorum sunt, qui serua sub Imper. Repub. scripserant: nulla excusatio: nam præter Ciceronis testimonia, quæ producit Signnius, & alij, scimus M. Catonem 29. ætatis anno C. Gracchum 27. Quæsturam gessisse:
D Caluum, Cæsarem, Pollionem multò ante Quæstoriam ætatem grauissima iudicia omnes suscepisse; Atqui Cæsar vno, & 20. anno Dolobellam, altero & 20. Asinius Pollio C. Catonem, nec multo ante Caluus Vatinium iis orationibus insectati sunt, quæ etiamnum extant.

Tib. item Cęsar, vt ait, Velleius, Quæstor fuit, vndeuigesimum agens annum: Ac hic ipse Tib. non nisi quinquennio maturius creatus, quam per leges fas esset, vt notat libro 53. Dio. & Tac.

Olim itaque videtur annus legitimus fuisse 27. seu 25. Ab Augusti sæculo certior videtur fuisse 24. Plin. locus est, quo 22. annum videtur assignare Quæsturæ, ita scribens Traiano, epist. est 82. Cautū est Domine Pompeia lege, ne quis capiat magistratum, neuè sit in senatu minor annorum 30. dein secutum est edictum Augusti, quo permisit minores magistratus ab annis 22. capere, &c. quod tamen edictum spectare videtur ad prouincias, & maximè Bithyniam,
F vt indicat Dio. libro 32. & quidem ex decreto Mæcenatis, quod proculdubio Cæsar secutus senatoriæ ætati annum definiuit 25.

Quæstura autem primus gradus in senatum, nisi si prærogatiua aliqua aliud paucis concederetur: hoc item colligitur ex lege 2. de minoribus. Vt hæc non vidisse mirer Rom. politiæ expertissimum Manutium.

Qui Consul Atilius Auiola cum M. Asinio
G Marcellino, extremo Claudij Cæsarius tempore nominatur à Tacito, sub quo mortem obiit hic Claudius, idem putatur fuisse ab Onuphrio secundo Comment. lib. in fastos, atque is, quem Plinius consularem in rogo reuixisse tradit lib. 7. cap. 52.

Cuius errorem detegit Valerius Maximus libro primo, capite 8. qui idem narrat, quod Plin. Cùm autem Valerium scripsisse sub Tiberio sit certissimum, quo modo Auiola Taciti esse potest idem atque Auiola Valerij, tanto interiecto annorum spatio? ergò Auiola, cuius meminit Tacitus non ille est, qui in rogo reuixit, sed alter, eius fortassè filius, qui legatus in Germania res prosperè, & feliciter gessit, vt idem H
Tac. lib. Ann. 3. narrat.

Notandum tamen non postremo Claudij anno, sed Neronis 2. in Chron. Cassiod. consulem referri. deceptus est in notis Tac. vir doctus Iustus Lipsius eumdem Onuphrij errorem Beroaldo tribuens, cùm apertè in caput penultim. Suetonij Claudij de hoc Auiola ita scripserit Beroaldus: Alius fuit ille Auiola, quem Consularem in rogo, &c.

In lapidibus, & nummis Liuiæ Augusti vxori, matrique Tiberij nomen adscribitur Augustæ, & sanè id nomen eam recepisse Tacitus disertis verbis libro Ann. 1. affirmat. Liuia in familiam Iuliam, nomenque Augustæ adsumebatur, & libro 4. sæpè; nunc, miseratusque Augustæ extremam senectutem; nunc, & quoties Augusta theatrum introisset; nunc spreta potentia Augustæ; nunc, idque Augusta exprobabat; nunc, Augustæ ope sustentata; postremo, Augustæ valetudo atrox, & Liuia Augusta mortem obiit. I

Suetonius in Calig. cap. 15. 16. 23. Seneca libr. de consul. ad Martiam cap. 4. Plin. libro 15. cap. postremo; Namque Liuiæ Drusillæ, quæ postea Augustæ matrimonij nomen accepit, sic alias eam vocat, vt cap. 55. libro 10. Liuia Augusta prima sua iuuenta, Tiberio Cæsare, & Nerone grauida: & cap. 2. lib. 37. quam in Capitolio Liuia Augusta dicauerat: eidem Iuliæ nomen adscribunt nummi, & lapides. K

Vnus repugnat Suetonius cap. 11. Claudij, ita narrans. Auiæ Liuiæ diuinos honores, & Circensi pompa currum elephantorum, Augusteo L
similem, decernendum curauit: patri Circenses annuos natali die, matri carpentum, quo per circum duceretur, & cognomen Augustæ ab Auia recusatum. Porrò hęc Auia sanè alia non est, quàm Liuia, quæ tamen, vt Plinij, ac Taciti, & aliorum testimoniis constat, nomen Augustæ receperat.

Nulla discordia, sed in voce Auia est labes sic abstergenda à viua: referuntur enim hæc ad matrem Antoniam, quod vel indicat sermonis ipse nexus, & alij Suet. ostendunt loci producti: Nam Antonia viua nomine donata Augustæ à Caligula, vt scribit Dio. libro 59. nunc M
mortua per Claudium recepit, verba Dio. Hanc Augustam statim, & sacerdotem Augusti fecit.

Vidit Beroaldus testimonia Plinij, non vidit mendum, in Sueton. ideoque nec correxit; hinc in lapidibus æui Claudiani Antoniai Aug. Drusi. Illustris verò illa est in Panegyr. Plinij N
duarum mulierum, vxoris, & sororis Traiani Imperatoris commendatio, quæ Augustarum

nomen oblatum deprecatæ fuot. Obtulerat,inquit, illis senatos nomen Augustarum, quod certatim deprecatæ sunt, quamdiu appellationem patris patriæ tu recusasses: seu, quod plus esse in eo iudicabant, si vxor, & soror tua, quàm si Augustæ dicerentor: sed quæcumque illis ratio tantam modestiam suasit, hoc magis dignæ sunt, quæ in animis oostris & sint, & habeantur Augustæ, quia non vocantur.

Suet. locus Sen. & Tacit. oratione aduersus Beroaldum, de gradibus amicorum Principis Rom. explicatus.

CAPVT XV.

A NON assentior Ph. Beroaldo hæc Suet. verba cap. 46. Tiberij de tribus classibus ab Aug. iostitutis, vt Fl. reg. lib. 4. de re militari cspite 31. scribit, & 4. Ann. non longè à principio, quamqoam duarum tantum meminit Vegetius, interpretanti: ea sic habent de parsimonia, ac tenacitate Tiberij. Vnam modo liberalitatem ex indolgentia Vitrici, id est, Augusti coosecutus cum tribus classibus factis pro dignitate cuiusque, primæ
B 600. sestertia, secundæ 400. distribuit, 200. tertiæ, quam nō amicorū, sed Græcorū appellabat.

Nihil hic de custodia maris, sed de amicorum ordioibus, qui trium erant generum, in quos se valdè liberalem præstitisse Tiberium putauisse indicat Sueto. quam rem longè apertius Seneca lib. de clementia 1. cap. 10. exposuit hac oratione. ignouit abauos tous, id est, Augustus victis, nam si nō ignouisset, quib. imperasset? Sallostiom, & Cocceios, & Duellios, & totam cohortem primam interioris admissionis et aduersariorum castris conscripsit. Nam Domitios, in ciuitate erat, clementiæ sox Messallas, Asinios,
C Cicerones, & quidquid floris debebat. Et de amicis intelligi illa vox indicat amicorum, addic Græcorum potius appellaoisse tertiam classem, qoasi viliorum capitum, quæ vix digna forent admitti in principis amicitiam.

Easdem classes amicorum insinuat lib. Ann. 5. Tacitos his verbis. Secutæ debine Tiberij literæ in Sex. Vestiliom Prætorem, siue Prætorium, quem Druso fratri percarum in cohortem suam transtulerat. Dicebantor autem ab ordine,
D quo admittebaotur ad Principem, siue eios amicitiam, amici primæ, secundæ, tertiæ admissionis.

Ecce tibi Senecæ verba clasissima lib. 6. de benef. c. 33. Noo sunt isti amici, qui agmine magno ianuā pulsant, qoi in primas, & secondas admissiones digeruntur. Consuetudo ista vetus est Regibus, Regesque simulantibus populom amicorom describere. Est propriom superbiæ, magno æstimare introitum, ac tactum sui liminis pro honore dare, vt ostio soo propius assideas, vt gradom prior intra domum ponas; in qua deinceps molta sunt ostia, quæ receptos quoque excludunt.

Durauit mos apud insequentes Principes. E
Lampr. in Alex. Seoero, moderationis tantæ fuit, vt nemo vnqoam ab eius latere submoueretur; vt omnibus se blandum, affabilemque præberet; vt amicos oon solum primi, ac secundi loci, sed etiam inferioris ægrotantes viseret; vt sibi ab omnibus liberè, quæ sentiebant, dici cuperet: & cùm dictum esset, audiret: & cùm audisset, ita, vt res poscebat, emendaret, atque corrigeret. Nam F
& Plin. in Panegyr. admissionum facilitatem in Traiano valdè commendat.

Ex hoc more natum officiom in aula Imperatorom, admissionalium, siue Magistri admissionum à cura videlicet, non admittendi solum ad Principis coospectum, & colloqnium, verum etiam amicitiam: hinc eiusdem Lampr. illa oratio in eodem Alex. Salutaretur verò quasi vnus de senatoribus patente velo admissionalibus remotis, aut solis iis, qui ministri ad fores fuerant: cùm antea salutare principem non liceret, quod eos videre non poterat. & libro 15. Ammianus per admissionum magistrum aueto. Et in Aureliano Fl. Vopisci qoædam citantur ex libris Acholij, siue Accoleij, qui magister admissionum G
Valeriani principis fuit.

Erat autem munus libertorum, vt ex Vespasiano Suet. colligi potest cap. 14. quidam ex officio admissioois simol expellens, obire Morboniam insserat: hunc Phœbum appellatum obseruauit Lipsius In Tac. Plin. lib. 33 csp. 3. Fuit & alia Claodij principatu differentia, in solis his, qui bus admissiooem liberti eius dedissent, imaginem principis in annulo ex auro gerendi, magna criminum occasione: restituit hoc modo Turnebus lib. 4. Aduers. cap. 13. ne se correctorem venditet Lipsios. Quibus admissionum liberti ius dedissent. H

Quid verò illa verba indicent, magna criminum occasione, præter multa antiquitatis exempla, hoc illustre apud Sen. lib. de benef. 3. cap. 26. declarat. Cenabat Paullus Prætorius in conuiuio qoodam, imaginem Tiberij Cæsaris habens exsculptam eminente gemma. rem ineptissimā fecero, si nunc verba quæsiero, quemadmodum dicam illam matellam sumsisse. quod factum simol & Maro ex notis illius temporis vestigatoribus notault. At seruoseius, cui nectebantur insidiæ, ei ebrio anoulum extraxit; & cùm Maro conuiuas testaretur admotam esse imaginem obscœnis, & iam proscriptionem componeret, ostendit in mano sua seruos anoulum. Si quis hunc seruom vocat, & illum conuiuam vocabit. I

Origo fuisse creditur à Tib. Graccho, & Li-

uio Druso Tribb.pleb.sicenim libro 6.de benef.
K Sen.cap.34. Apud nos primi omuium Gracchus, & mox Liuius Drusus instituerunt segregare turbam suam,& alios in secretum reciperei,alios cum pluribus,alios vniuersos habuerunt. Itaq; isti amicos primos habuerunt,& secundos,nunquam veros.

Qualis autem hic Drusus fuetit idem lib. de breuit.vitæ csp.6.breuirer demoustrat.sed ita vt plurium de illo sermones vincat. Huuc item morem iu Priucipum Christianorum aulis,Gallica maximè,commemotat 4.de Asse lib.Bud.

At scire aues,qui illi Sallustij, qui Cocceij, qui Duellij fuerint.Omuinò Sallustius is est,cu-
L ius meminit lib.1.& 2.itemque 3. Corn. Tac. hoe euim 3.lib.fine,inquit,anui,concessere vita insigues viri L. Volusius, & Sallustius Crispus: mox. Crispum equestri ortum loco C. Sallustius rerum Rom. florentissimus auctor, sororis uepotem in uomen adsciuir, atque ille. quamquam promto ad capessendos houores aditu, Mæcenatem æmulatus. siue dignitate Senstoria multos triumphalium,consulariumque potentia ante-
M iit,&c. eumdem intimum fuisse Liuiæ, ac Tiberio lib.1.tradit,& lib.7. ipsius astu Pseudo Agrippam deprchensum fuisse. Ab eodem æs eximia bouitare Sallustianum appellatum, ab amico Augusti,inquit,Plin.cap.2.lib.34. à quo & Horti Sallustiaui acceperuut nomen.

Cocceius, Nerua intelligitur, cui C. prænomen alij,alij M.adiiciuut: is videtur esse,qui anno V.C.718.consul fuit cum L.Gellio Poplicola, vt Glar.vult,vt Sigon.in Chron.Liuij 714. huius item meminit Hor.1.ser.lib.Sat.5.

Huc venturus erat Mæcenas optimus,atque
Cocceius,missi magnis de rebus vterque
N *Legati,auersos soliti componere amicos.*

Mox:

—— Interea Mæcenas aduenit,atque
Cocceius,Capitoq́ simul Fonteius ad vnguem
Factus homo, Antoni, non vt magis alter amicus.

Hic uon ignoti nominis I.C.fuit,cum legum peritia,vt ait lib.4.Tacitus,quem Tiberij socium in secessioue campana Tacitus lib. eodem narrat:
O bunc prætorem disignatum triumphasse 5. Fast. lib.uotat Onuphrius,& ex Tac.videtur accepisse ferè extremo libro 15.& suffectum Cousulem ex Cal. Iul. habeut Capitolini Fasti cum C. Vibio Rufino testautur D.Haterio, & C. Sulpicio Galba. Certè functum cousulatu ibidem Tac. affirmat. Vel I.C. Pater, cuius Nerua Imper. uepos fuit. Ambo hi consules abdicasse dicuutur ab Onuphrio lib.2. suffectis Gellio quidem L. Munatio Planco: Cocceio autem, P. Sulpitio Quiri-
P no.Casiod.hoc tacet.

Huius siue filius, siue nepos Cocceius Nerua cum Vespasiano 3. consule gessit Cousulatum primum,vt à Cassiodoro ponitur: secundum verò cum Domitiauo 7. Tertium, & quartum iam Imperator cum Virginio Rufo, & Vlpio Traiano, vt habet Haloander: Cassiod. ei Imperatori nullum consulatum adscribir: omuinò malè,vt Cassius Dio extremo lib. de illius vita ostendit;& iu hortis eum Sallustianis morbo periisse trsdit.

Diouem mirot,qui huius Imperatoris, cuius vix annuum fuit imperium, optimi tamen, de origine,& maioribus uullum fecerit verbum, Q
cum tamen obsetuet multos illum habuisse propinquos,& coguatos.

Meminit & Plin. Neruæ lib. s. epist. epistola 12. ad Arrianum. quem iu sortitione prouinciæ, Firmini criminibus Infamis, & iu senatum inducti uullam esse habeudam rationem ptonuuciauit,qui sanè pater Imperatoris fuit, nam auum nou possum credere; vt lib. 7. epist. postrema ad Tacitum Diui Neruæ, & Philostr.lib. 7. & libro octauo. Apoll. quem habuit familiarissimum.

Cognomen item fuit filiorum Nerua, vt P. Silij,qui cousul tum M. Apuleio fuit anno V.C. R
734.& 780.cum App.Iunio Silano superioris, vt opinor filius, cuius memor 4. Aun. Tac. ad finem; Rursus anno 817. qui siue prænomiue uotatur,fuit & Liciniorum: Nam in Chron.Glar. Consul cum Q. Cæcilio Cretico pouitur A. Liciuius Nerua anuo vrbis conditæ 759. qui 2. Fsst. Ouuphrij Nerua Silianus dicitur,à Silio, credo, adoptatus.

Alij fuerunt in familia Licinia Neruæ, ex quibus is Licinius Nerua, quem in Macedouia S
Prætorem Varro nominat lib.2. de re rust, cap.4. vt ex Aeutia, Acutium enim Neruam Plinius commemorat lib.2.epist. ad Arriauum, quæ est 12. Coecciorum autem familia plebeia erat,& iuter eas receuset Onufr. libro de nomin. Rom. quarum ueque auctor, ueque origo uominis habetut.

Duelliorum,siue Duilliorum familia Romę plebeia fuit, ex qua iusiguis, qui primo bello Pun.classe Pœuos primis vicit C.prænomine,aut potius Cn.ante quem Liuius lib. 2. 3. 7. commemorat Marcum Tribuuum pleb. virum valdè
prudentem: prioris præter cæteros historicos T
Plin.meminit libr.16. cap.39. & libr.34.cap.15.iu epist. orthograph. ex lapidibus capit. & nescio quibus aliis,iunior Aldus Diulium vult scribi, à sua tameu senteutia reuocatur auctoritate Cic. in loco Senecæ. Iustus Lipsius legi vult Dellius auctoritate Plutarchi,qui bis commemotat vocaus historicum in Antouio.

Ego vel uihil mutandum puto, vel si mutandum, nou in Seneca mutatio quærenda, sed po- V
rius in Plut. in quo, pro Dellius, repouendum Bellius,tum quòd olim vucabantur Duellij, vel ipso Cic.auctore iu orat. ad M. Brutum. Nam vt Duellum, bellum, & Duis, bis, sic Duellium eum,qui Pœnos classe deuicit, Bellium nominauerunt,cum superiores appellati essent semper Duellij,de quo & Quinctil.lib.1.cap.6.& Bellio-

rum extant inscriptiones. tum, quia nulla, quod meminerim, Delliorum Romæ familia. Deliorum tamen fuit, & ad Q. Delium Odam 3. inscripsit lib. 2. Hor.

Plut. hic est latinè vtcumque versus. Complures præterea alios M. Antonij amicos Cleopatræ adulatores expulerunt, quod eorum procacissimos non ferrent mores. in his M. Silanus fuit, & Dellius historicus. Hic insidias quoque timuisse ait se à Cleopatra, idque Glaucum medicum indicasse propter offensam Cleopatram, quoniam cenans iactarat, infundi sibi acidum, cum Sarmentus Romæ biberet Falernum. Erat verò Sarmentus puer, amor, ignisq; Cæsaris.

Hunc esse Deillium existimo, de quo ita Seneca in prima suasoria. Bellissimam tamen rem Deillius dixit, quem Messala Cornious desertorem bellorum ciuilium vocat, quia ab Dolobella ad Cassium transituro salutem ei pactus, si Dolobellam occidisset, & à Cassio dein de transiit ad Antonium; nouissimè ab Antonio transfugit ad Cæsarem.

Hic est Deillius, cuius epistolæ lasciuæ ad Cleopatram feruntur. Cùm Athenienses tempus peterent ad pecuniam conferendam, nec exorarent, Deillius ait, & tamen dicito illos tibi annum biennij, triennij diem debere, vt ego putem delendam maculam nominis Deillius, & reponendum Bellius, siue Duellius, aut Delius.

Historia Liuonica, siue Ruthenica, alteriusq; Germanicæ admirabilis narratio.

CAPVT XVI.



VRISCONSVLTVS quidam Simon Scardius Germanus rerum, quæ sub Carolo V. Ferd. I. & Maxim. II. contigerunt, historias tomis distinctas tribus collegit; ex hæreticis multas, plures ex Catholicis scriptorib. ipse Confess. Augustanæ, quæ communis Ecclesiæ German. pestis, ac pernicies fuit, assecla est: in altero Tomo extat Commentarius de bello Liuonico, quod Magnus Ruthenorum Dux Moscbus gessit anno Domini 1558. qui à Catholico viro est conscriptus: hoc bello Torpatum, & quæ ab ea nomen accepit Torpatensis prouincia, tota Moscho cessit iustissimo Dei iudicio, vt qui Lutheranam amplexi perfidiam fuerant Catholica religione abiecta, libertatem amitterent, & imperium.

Hoc enim diligenter superioribus annis fuit adnotatum, nullam vnquam cladem à Moschis, quibuscum prælia continenter exercebant, Liuones accepisse, cum Catholicè vixerunt, simulatque Catholicam fidem per summum abinrarunt scelus, profligatos semper, semper victos: quod item obseruamus in Gallia, & Belgio, victoriam ferè semper à Catholicis stetisse, vt iactatum illud carmen fuerit

Hæreticis certum Flandrorum terra sepulchrum.

Quod scribit lib. 4. Chron. Genebr. Ergò illius commentarij literis proditum legi, cum Torpati arx munitissima Nienhusia anno Domini 1381. exercitu trecentorum millium hominum oppugnaretur à Moscbo, quassatis iam muris, dirutis propugnaculis, magna militum parte occidione occisa, sola in præpotentis Dei ope spes esset præfecto, isque totam in ea precibus impetranda noctem ante primariæ ædis aram consumsisset: Ecce tibi præsens clementissimi numinis auxilium: orta luce Ruthenis certam expugnationem sperantibus præfectus arcis, cum Dei nomen, ac numen supplex implorasset, arcu ex fenestra iaculum dirigit in exercitum arci circunfusum: mirum dictu: Volat, vt Poëta canit, missile ferrum, &, ferreus ad costas Moschorum Principis alto stat vulnere mucro eius corde infixus: Ita cæde Principis vnlnersus Moschorum exercitus in fugam versus dissipatur. Commemorabilis omninò victoria.

Arcus Præfecti tamquam illustre victoriæ diuinitus acceptæ trophæum ad aram Basilicæ arcis suspensus adhuc visebatur, quo tempore ciuitas in Moschi potestatem venit, & in qua Ciues, ac milites penè omnes iam Lutherani, cùm ad præpotentem Deum placandum obire templa deberent, nouo impietatis genere ædem maximam, in qua sola ritu Catholico supplicabatur, claudunt, vetantque extremo proposito supplicio sacrosanctum Missæ sacrificium offerri.

Altera est narratio Chronici Germani cuiusdam Monachi Herueldensis hominis, nimis, quàm Monachum decet, Henrico Imperatori schismatico aduersus summos Pontifices lege creatos addicti. Scribit hic Verherum quemdam Comitem Henrico carissimum Chirbergam Herueldensis Cœnobij villam Henrico eam concedente inuasisse anno Domini 1064. cùm Monachi ieiuniis, & precibus insistentes Deum assiduè rogarent, ne ea villa diutius esset in potestate Verherij, ille verò it minabundus, & ridens dicebat, magno se munere à Cæsare donandum, quòd in sancto opere languidiores Monachos quasi facibus ad latera adhibitis excitasset, & vel inuitos ad ieiunia, ac nudipedalia coëgisset. At quibus quis peccat, his & punitur.

Venit Comes Verherus cum Cæsare ad Conuentum Triburiensem, casu diuertit ad Ingelnehinam villam, cuius pars quædam ad Herueldense Monasterium pertinebat, milites ipso dissimulante, ac fortasse etiam approbante, prædas de paganis insolenter agere, rapere, cædere, susque deque omnia vertere cum cœpissent, & pagani concursu facto vim vi repellerent, ad suos defendendos properat Comes, & in Herueldensis Monasterij incurrens mancipium, ab

eo clana malè acceptus luculentum in capite vulnus accipit.

Semiuiuus defertur ad Cæsarem; ab Episcopis, qui præsentes aderant, monetur, acceptum vt tribuat hunc suum interitum Heruældensium Monachorum precibus, eisque villam iubeat restitui, quam per vim occuparat: ille pertinaciter negat; instare illi, ac minari se morienti cælestia pania communionem minimè porrecturos; tum verò pudore, & infamiæ metu potius, quàm religione victus cessit, & peccatum confessus villam reddidit, & mox è viuis excessit. hinc sumant exempla, qui ecclesiasticis bonis inhiant, iisque per vim, ac scelus occupandis delectantur.

In Tiberij Cæs. vultu, atque habitu corporis describendo, Sueton. ac Taciti differentia: Pomerij amplificatio qua, & quoties facta, quorumdam in eo errores notati.

CAPVT XVII.

MANIFESTA inter Suet. ac Tacit. in delineatione Tiberij pugna. Et Suet. quidem cap. 69. corpore, inquit, fuit amplo, atque robusto; statura, quæ iustam excederet; latus ab humeris, & pectore, cæteris quoque membris vsque ad imos pedes æqualis, & congruens. Post pauca. Colore erat candido, capillo pone occipitium summissiore, vt ceruicem etiam obtegeret, quod gentile in illo videbatur, facie honesta; in qua tamen crebri, & subiti, siue subtiles, (hæc enim duplex lectio) tumores cùm prægrandibus oculis. & mox. incedebat ceruice rigida, & obstipa, adducto ferè vultu, plerumq; tacitus.

Tacitus paucis verbis his penè contraria quarto libro Ann. non valdè longè à fine, cùm de eius secessu campano loquitur post Seiani, & amicorum strages. Erant, qui crederent in senectute quoque corporis habitum pudori fuisse, quippe illi prægracilis, & incurua proceritas, nudus capillo vertex, vlcerosa facies, ac plerumq; medicaminibus interstincta.

Confer nunc cum verbis Taciti. Sueton. amplo, atque robusto corpore. Tac. prægracilis. Sueton. incedebat ceruice rigida, & obstipa. Contra Tac. incurua proceritas. Sueton. capillo pone occipitium summissiore, vt ceruicem etiam obtegeret. Tacitus contra, nudus capillo vertex.

Hoc probat Dionis historia libro 58. narrantis caluitium Tiberij à L. Seiano irrisum. Quamquam in hoc vtrumque affirmari potest, quòd videlicet capillo verticem quodam modo spoliaret, in occiput demittens.

Hæc non animaduertit oculatus licet interpres Suetonij Beroaldus; in quo Suetonij loco Lipsius oculatior, pro illo verbo, subiti, vel subtiles, reponit substili, vel etiam substilles, bona sanè coniectura: non enim potuit aptiore verbo exprimi liquor, ac sanies, quæ in huiusmodi tumoribus minutatim stillat: ita etiam substillum Festo, tempus ante, postque pluuiam; quod ante stillaret, siue nondum desiisset; Et Tertull. lib. de pallio c. 2. cœli ambitus nunc nubilo sordidus, aut imbres ruunt, & si qua missilia cum imbribus, debinc substillum, & denuò sudum.

Antiquissimus Cato de vitiis vrinæ cap. 156. lib. de re rust. nunc de iis, quibus ægrè lotium it, quibusque substillum est; illud δυσουρία est, hoc στραγγουρία. Galen. in Aphoris. comment. 5. sect. 28. quod intellexit Adrian. Turneb. libr. Aduers. 10. cap. 19. non intellexerunt alij pro eodem vtrumque apud Catonem sumentes.

Pomerium, vt est apud Agellium libr. 13. cap. 14. ex lib. Augur. locus definitur intra agrum effatum per totius vrbis circuitum, pone muros, regionibus certis determinatus, qui facit finem Vrbani hospitij. Magnam in eo habitam fuisse rationem augurioꝝ tradit Cic. de nat. Deo. 2.

Dictum est autem, vim solam verbi si intueamur, vt est apud Liuium lib. 1. post mœnium, restitue ex Sigonio post mœrium: nam antiquitus mœri pro muri dicti. Varro 4. libro de lingu. lat. principium, quod erat post murum pomœrium dictum. Lucr. lib. 4.

— Æstus ab vndis,
Æquoris excesor mœrorum littora circum.

Et lib. 6. repetit non alio discrimine, quàm vltimo pede, qui est, propter. Rursus Varro 5. de lingu. Lat. cùm circum mœros mittitur, & cùm concio aduocatur. vt contra olim, pro punio dicebatur pœnio, mœnio pro munio Plaut. Bacch. act. 4. sc. 9. pro punicus pœnus, pro curare, cœrare, pro vsus, œsus; etiam nunc 2. l. de leg. apud Cic.

Festus, paulò aliter lib. 14. pomerium, quasi post murum pontificale, vbi Pontifices auspicabantur, quasi promurium, i. muro proximum. Indicat Agell. post muros fuisse. Vt & Varro 4. de ling. Lat. Idem videtur significare Tacitus; & hoc sequitur Godoleuæus in Liuium, extra muros tantum docens fuisse pomerium.

Liuius tamen esse magis circa murum locum, quàm post, nec magis dictum quòd post murũ esset, quàm quòd murus post ipsum. Sic tum intra murum intelligemus fuisse pomerium: quod Hyginus Vrbicus in Frontinum voluit, prioris sentẽtiæ fuisse videtur in Romulo Plut. & Pollux lib. 9. per syncopen nominatum tradentes, à pone, & murus, quamquam Godaleuæus affirmat posteriorib. temporib. solitũ etiam relinqui pomerium intra muros. Neq; aliud erat proferre pomerium, quàm vrbis mœnia protendere. Et cùm ferè omnes cum, œ, scribant pomœrium iunior Aldus in orthographia demonstrat contra

uriginem fcribendum effe abfque diphthongo. H Sig.uptimè libru de Ant. iure Rum.cap. 2. notat paucos huc fibi decus vendicaffe, cùm vrbem munierint, ac dilatarint.

Errauit Alex. ab Alex. libro 6. dierum Gen, cap.14. cùm feribit, fuiffe conftitutum, vt nemu Cæfarum, nifi qui imperij finea propagaffet non Prouinciali; fed Italicu agro quæfito, natiunesq; fignis collaris. & iufto prælio perdomuiffet, iua proferendi pomerij haberet: iu qua re eft anim-aduerfum, Syllam vltimum Rum. prutuliffe po- I merium: poft eum Claudium Cæf. terminus vrbia propagaffe. Erroris occafio verba fueruut nefcio cuiua ociofi ne, an curiofi dicam, an v-trumque. & nugatoris apud Seuec. cap.14. libro de Breu. vitæ eum reprehendentem, ac irridentem.

Sanè Agelliua locu cit. vniuersè loquitur ita: habebat autem ius proferendi pomerij qui pop. Rum. agro de huftibua capru auxerat, & Ser. Tullium, tum Syllam, tertio C. Iulium protuliffe pomerium exclufu femper Auentino, quem poftea Claudiua intra pumerij fines receperit, vt & Tacitus libro Ann. 12. qui obliuiofua, vbi docet poft Britanniam Rumano adiectam imperio pumerium vrbis auctum, more prifco à Claudiu: quod Duces Romani quamquam maguis nationibua fubactis nun vfurpauerant, uifi L. Sylla, & D. Auguftus, nullum enim verbum de C. Dict. vt neq; Suetoniua de eo, & de Cæf. Augufto: quud tamen dignum erat memoria facinus.

Et Iulium quidem auxiffe pomerium, nun Agellius tautum, fed & Dio lib.43. affirmat hoc fermone: hæc faciebat, & leges tulit. & pumerium latiua fecit. Et iterum iu laudatiune Cæfaria funebri ab Antoniu babita libru 44. in ea vrbe per infidias occifus eft, cuius pomerium ipfe prutulerat.

Cicero item, cuius maiur eft, quàm cæterorum auctoritas, lib. epift. ad Att. 13. epift. 20. de vrbe augenda, quid fit promulgarum, nuu intel-lexi: id fanè fcire velim: & epift. 33. fed cafu fermu à Capirone de vrbe augenda à ponte Miluio Tiberim duci fecundum muntes vaticanos, Campum Martium coædificari: illum autem campum Vaticanum fieri quafi Martium campum. & epift. 35. ô rem indignam. Gentilis tuus vrbem auget, quam hoc bienniu primum vidit, & ei parum magna vifa eft, quæ etiam ipfum capere putuerit.

Quæ omnia verè & doctè Manutius interpretatur, & prudenter monet uun effe putandum cuiquam, quoties pumerium pruferretur, toties murorum ambitum vnà prolatum effe. Nam, vt Diunyfius lib.4 tradit, manferunt veteres muri à Seruio rege cunditi, fed ita permifti priuatarum ædium multitudine, vt ipfius etiam Dionyfij ætate agnofcerentur; qui libro nono tradit Lucio Ebutio, Publiu Seruiliu Cunfulibus nun maiorem fuiffe tunc ambitum mururum, quàm Athenarum, repetens quod dixerat libro quarto: cuius hoc lib. oratio Latina.

Hic regum vltimus vrbis pomeria protulit, duobus ad quinque colles additis, aufpicatò, & re diuina ritè peracta, vt mos fuit: vlterius non prucefsit eius ambitus, religiouibus vt fertur, nun permittentibus: fuburbia, quàm latè manent, immuuita funt, & hoftium incurfibus obnoxia: quæ adeò vrbi coniuncta funt, vt magnitudinem eurum confiderantes fallantur, nec certò difcernere queant, vbinam ea vel incipiat, vel definat: ita vrbanis ædificia fuburbana per- K petuò nexa cohærent in infinitam longitudinē porrectæ vrbia exiftimatiunem fpectantibus præbentia: quod fi quis mœnia inuentu difficilia propter vndique coniunctas ædes veftigiia veteria ftructuræ periuftrata conferre Athenarum amplitudini voluerit, non multò capacior apparebit Romæ ambitus.

Quibua verò nunc Roma fepta mœnibus eft, ea cuudidit Aurelianus Imperator; partem à Gothia euerfam Belifarius Iuftiniani Dux reftituit, dum Gallorum ad vrbem reditum expectat. Huc Volaterr. ubferuat lib. comment. Vrb. L 6. Vrbis circuitum fub Valerianu, reftitue Aureliano, qui mœnia reftituit, fuiffe milliaria 50. quud ipfi verifimile non videtur, nifi ex I. C. fententia iudicemua, qui Rumam aliam ab vrbe facit; nam vrbem tantum intra mœnia effe Romam verò facrum etiam pomerium, & fuburbana cumprehendere: quoniam ab Ocriculi ponte vfque ad mœnia via ædificiis erat plena: itaque peregrini fe tunc vrbem ingredi putabant.

Vt & accidit Conftantio, cùm primum Romam cum Ormifda venit, &, vbi medium effet vrbia, percunctatus eft, id quod ego in meo Marcelliuu non reperio: tautum lego lib. 18. interrogatum, quid de Roma fentiret, id tantum fibi M placuiffe dixiffe, quod didiciffet ibi quoque homines mori.

A Claudio in Vrbem primum receptus Auentinus muua, quud norant Agell. & Seneca locis cit. & Volaterr. Cur autem ulim inter pomerium non includeretur, idem Agell. ex Meffala caufas expouit, & Seneca ex nugatore, quem produximus.

Nutandus item Fl. Vopifci iocus iu Aurel. N His actis, cum videret, poffe fieri, vt aliquid tale iterum quale fub Galienu euenerat, proueniret: adhibitu confiliu fenatus muros vrbis Rumæ dilatauit: nec tamen pomerio addidit eo tempore, fed puftea.

Pomerio autem nemini principum licet addere, nifi ei, qui agri Barbarici aliqua parte Rom. Remp. locupletauerit. Addidit autem Auguftus, addidit Traianus, addidit Nero, fub quo Puntua Polemoniacus, & Alpes Cottiæ Romano nomini tributæ. Et bic obliuiofus Claudium tacens, & Iulium.

Qnid verò illud sit, quod sub Galieno contigisse scribit facilè est ex Trabell. Pollione consequi narrante, Imperium Romanum sub Gallieno à 30. Tyrannis infestatum, nisi de terræ motu intelligamus, quo Roma contremuit. De Pomerio autem lege Blondum lib. 1. Romæ instauratæ. Marlianum libro primo, cap. 3. & 7. antiq. V.R. Onufrium in comment. V.R. Magium 3. Miscell. lib. cap. 13.

Vocis numerus in militia significatio quæ: elegans in comparatione loquendi modus.

CAPVT XVIII.

A  EOLIGENTIORAS illi fuerunt, qui varias latinorum verborum, ac nominum alphabeti serie notiones collegerunt: vna vox numerus præ cæteris ita confirmat; cuius non ita vulgatam notionem prætermiserunt; quæ post Ciceronis sæculum à bonis auctoribus vsurpata fuit in re militari, quæ item in Græcorum scriptorum libros ex vsu latino irrepsit. Plin. Corn. Tac. Suet. Tranq. Iul. Capitol. vsurparunt. Claudianus item poëta, & inquinatus scriptor. Amm. Marcellinus. Tam verò est obscura, & ignota, vt cùm ego obseruarim, vix vnum, aut alterum inuenerim, qui cognouerit.

Vnus ex his Adr. Turn. libr. Aduers. 24. cap. 36. emendato Suetonij loco. Alter est Iustus Lipsius corrigendo quodam Taciti loco, quamquam postea Cœlium legi illius Suetonij loci emendatorem, vt Beroaldum mirer, qui non viderit. Vtuntur etiam passim Iurisconsulti veteres.

Plin. lib. 3. epist. epist. 8. scribens Tranquillo petenti, vt Tribunatum, quem ipsi impetrarat à Nerario Marcello V.C. in Cęsennium Syluanum propinquum suum transferret, neque enim adhuc, inquit, nomen in numeros, (intellige militares) C relatum est. Ideoque liberum est nobis Syluanum in locum tuum subdere. Et libro 10. epist. 29. de seruis inter Tyrones inuentis, ita scribit Traiano: sacramento militari nondum distributi in numeros erant. Sic ei respondet Traianus sequenti epistola. Neque enim multum interest, quod nondum per numeros distributi sunt.

Suet. in Vesp. cap. 6. cùm de militibus loquitur, qui Vespasianum Imperatorem fecerant, & tunc quidem compressa res, reuocatis ad officium numeris parumper, mendosè enim legitur, muneris: quod ignotum Beroaldo.

Tacitus in soceri sui Iulij Agricolæ vita. D Quamquam transacta æstas, sparsi per prouinciam numeri, hoc est, milites. Idem libro hist. 1. multi ad hoc numeri è Germania, ac Britannia: cùm vulgò legatur, multi ad hoc, & innumeri. & Ferrettus emendet, milites ad hoc innumeri: sed meritissimò Lipsius ita legit restituta voce numeri.

Iulius Capitol. in Macrino: timuit autem etiam collegam, ne & ipse imperare cuperet sperantibus cunctis: quod si vnius numeri consensus accederet, neque ille recusaret, & omnes cupidissimè id facerent. Marcell. quoque lib. 21. collectus tamen ex potioribus numeris miles diuturnas ferre, &c.

Vlp. in fragm. exercitum non vnam cohortem, neque alam dicimus, sed numeros multos militum. & rursus. Si quis militum ex alio numero translatus sit in alium, & Iustinianus alias. E

Adde etiam Ecclesiasticum scriptorem Tertull. ita in Apol. cap. 37. loquentem. Si enim & hostes aertos, non tantùm vindices occultos agere vellemus, deesset nobis vis numerorum & copiarum; hinc & Claudianus cecinit Epithalamio Palladij. & Serenæ:

Regnorum tractat numeros, cuneosq; recenset.

Et ipsæ legiones ita nominatæ, si verum est illud Sozomeni lib. 1. hist. eccle. cap. 2. ordines Romanorum quos iam numeros appellant, cum tamē olim vox ἀριθμὸς in militia vsurparetur. Lego enim παιδ. 2. Xenoph. Tu latinè diceris, numeros militares. F

Itaque numerus in militia pro cohorte, siue legione, siue militum copiis accipitur: vt vix verum esse credam, quod omnia sciens Rhodiginus adnotauit cap. 8. lib. 29. Antiqu. lect. cùm docuisset vilissimum quemque numerum appellari, & ex multis vnum, ad id referendum ex aliorum tamen sententia, quòd in re militari, qui legionibus non insunt milites, numeri dicantur.

G Nec sine signis tamen erant, cùm ducem proprium agnoscerent. Lance spezzate nunc vocamus, vt quidam volunt; mihi non placet, venturieri potius, qui videntur fuisse Romanorum volones: qui ab his diuersos esse extraordinarios milites ex Polybio tradit ac Liuio. ἐκτάκτους nominant Greci, vt extra ordinem adiectos, cuiusmodi sunt Cornicines, signiferi, fabri, & id genus alij: sic enim Suid. faciens, quinq; tantum genera nominat. & sunt hi: quos item Budæus in Aeliano extraordinarios interpretatur.

Non ita vulgatus loquendi modus in comparatione est, vt à quouis possit intelligi, cùm boni auctores sæpè reticent, siue omittunt dictionem hanc, magis, cùm subiiciunt quam. vt non putemus, quod docti plerique adnotarunt, H phrasim esse propriam sacrorum Bibliorum, vt in illo Psalmo. ps. 117. Bonum est confidere in Domino, quàm confidere in homine. Exempla enim sunt clarissima, & plurima optimorum scriptorum.

Plaut. Rud. act. 4. scen. 4. eò tacent, quia tacita bona est mulier semper, quàm loquens. Idem I

Menæch.act.5.sc.1.Quin vidua viuam,quàm tuos mores perferam. Rursus. Certum est moriri, quàm hinc pati Lenonem in me grassari.

Titus Liuius multiplex,quàm pro numero, damnum est.Cornelius Tacitus Anna.1. pacem, quàm bellum probabam. & libro 4. Agrippa claris maioribus,quàm vetustis.& 3. lib. histor.
K Arrius Varus strenuus bello, quàm bonus: sic enim litterati periti emendant,& 4.lib. De Classico Præfecto Alae Treuirorum. Is se è maioribus suis hostis populi Rom. quàm socius iactabar: opinor Græco more, quo μᾶλλον omittitur, vt Hom.1.Iliad.

Nam cupio populi potius seruire saluti
Quam quod pestifera pereat sic morte necatus.

Laberius consistes ægrè,& quàm descendas, decides. Q.Curtius libro 7. nec me ars mea, quàm beneuolentia perturbat.

Illo autem loco 4.hist.Tacit. alter est dicendi modus è Græcia petitus pro eo,quod vulgò dicitur. iactat se socium esse. vt Homer. Iliad. sic
L Plaut.Asin.act.2.scen.3. Argenti viginti minæ me modo ad mortem appulerunt.quas hodie Adolescens Diabolus ipsi daturus dixit. Et Bacchid. act.1. sc.3. Eia nunc esse ego opinor Hercules,tu autem Linus.sic enim legendum è manuscriptis Codicib. quos ignari imprimendo corruperunt.simile est illud Virg.2.Aen.

— Sensit medios dilapsus in hostes.

Et Apul.lib.7.(in quo auctore specimen reperio
M latinitatis antiquæ non malæ) summos illi promitterent honores habituri mihi.Quę sermonis ratio magis est poëtica, quàm oratoria, vt superiora docent exempla,& hęc quę sequuntur.Lucani lib.1.phars.

— Tutumq; putauit
Iam bonus esse socer. —

Et eo melior Ouid. 2. de Tristib. ad Augustum Cæsarem:

Acceptum refero versibus esse nocens.

Et 13.Metam.

— Sed enim quia rettulit Aiax
Esse Iouis pronepos. —

Vtroq; melior Catullus in hendecasyllabis:

Phaselus ille,quem videtis,hospites,
Ait fuisse omnium celerrimus.

Num Seneca Cos. quæ ipsi obiecta vitia.

CAPVT XIX.



A PLVRIMAE lectionis, & magnæ doctrinæ vir Iustus Lipsius miratur, cur, cum Seneca in Fastis capit. Cósul scribatur collega Trebellio Maximo,nusquam tamen Suetonius, Dio. ac Tacitus ei tribuant consulatum,& apertissimè ei neget Ausonius Gallus in Panegyr. Ac sanè 2. Fastorum Onufrij libr. recensentur Consules ex Cal. Iul. L. Annæus,L.F. Seneca, Trebellius Maximus octauo Imperij Neronis anno.

Sed apparet hos non fuisse ordinarios consules,qui inire magistratum solebant ex Calen. Ian. sed suffectos: quorum ratio aut nulla, aut vix vlla haberi à scriptoribus solet, & de quibus Ausonius scitè lusit, in grat.act.à Grat. B
pro suo Consul.quæri, quibus consulibus consules fuerint: ordinarij enim fuerant P. Marius Celsus, & L. Asinius Gallus: quare in Chron. Cassiod. ab his ordinariis, nulla mentione facta suffectorum,transiit ad sequentis anni Consules L. Memmium Regulum, & Paulum Virginium Rufum; & Haloander;vt iam desinat mirari Lipsius.

Sed extra lineam aliquantisper excurramus in Senecæ grauissimi scriptoris gratiam; cùm præsertim eum S. Hieron. in scriptorum Ecclesiasticorum Catalogo reponat. Cuius auctoritate adductus Raph.Volater.lib.19.qui Anthropologia inscribitur, Senecæ scripta, ac memóriam veneratione prosequitur, cum alioqui arduum ipsi videatur, inter tot opes, delitiasque C
hortorum,& rei studium non cupidi potius, ac luxuriosi hominis, quàm philosophi, aut sancti viri posse vestigia seruari.

Certè Rhodiginus libro Antiquit. lect. 11. cap. 12. eum præstringit quasi adulatorem, ac mendacem propter hæc ipsius verba lib.Natur. quæstionum sexto,capite octauo. Ego quidem Centuriones duos,quos Nero Cæsar,vt aliarum virtutum, ita veritatis imprimis amantissimus, D
ad inuestigandum caput Nili miserat, audiui narrantes: tam in eo mendacium est manifestarium, quàm in Plauti Comœdia Mœchus.

Liberemus tamen Senecam ab criminibus, vel quod primis Imperij sui annis id Nero fecerit: vel quod nemo tam malus, quin aliqua in re bonus: tametsi leuis hæc defensio, cùm solus hoc Seneca scribat; nullum cæteri scriptores verbum faciunt.

Ambitiosum illud indicat, quod scribit Suetonius cap. 25. Ner. his verbis. Liberales disciplinas omnes ferè puer attigit: sed à philosophia eum mater auertit, monens imperaturo contrariam. A cognitione veterum oratorum Seneca præceptor, quò diutius in ad- E
mitatione sui detineret: & narrat Tacitus Fenium Rufum,& Ofonium Tigellinum obiecisse illi, quòd eloquentiæ laudem vni sibi adsciscerer. Nam & Quinctilianus lib.10.cap.1.eumdem notat,quòd non desisteret incessere potiores se, placere se indicendo posse,quibus illi placerent, diffidentem.

Rursus Tacitus libro histor. 13. commemorat P. Suillium, Senecam studiis inertibus, F
& iuuenum imperitiæ assuetum inuidere iis,qui viuidam, & incorruptam eloquentiam tuendis ciuibus exercerent affirmantem.

Hic autem ille est Suillius, qui ante criminatus fuerat Valerium Asiaticum, & alios illustres Romanos ciues, vt libro 11. acephalo, ipso initio scribitur à Tacito: quem item præpotentem vocat, ac venalem, & Claudij Principis amicitia diu prosperè, nunquam benè vsum, adulatorem profectò seipse ostendit in consol. ad Polyb. cap. 31. & 36. mitificis Claudium Cæs. laudibus extollens, in quem tamen mortuum petulanter insultat.

Adulatorem item notant iidem eius accusatores cit. 14. lib. Tac. quòd carmina crebrius factitaret, postquam Neroni amor eorum euenisset: nam ad poëticam pronum fuisse Neronem G loco citato tradit Sueton. & carmina libenter, & sine labore composuisse: Certè Plin. libro epist. 5. epist. 3. Aristoni se excusat etiam Senecæ exemplo, quòd versus pangeret.

Ingentes item opes congesisse, villas possedisse magnas, ac multas, delitiis etiam hortorum delectarum, eorum temporum vicini Tacitus, Plinius, Dio, & ab iis remoti scriptores Ausonius, & Xipbilinus Dionis abbreuiator literarum monumentis consignarunt. Et Ausonius H quidem ita scribit in Paneg. Diues Seneca, nec tamen Consul, argueretur rectius, quàm prædicabitur non erudisse indolem Neronis, sed armasse sæuitiam.

Dio maxima ipsi vitia, & scelera, quæ & ab Ausonio iudicantur, appingit: adulterium videlicet cum Agrippina Imperatoris matre, auctorem eiusdem à filio interfectæ, pullarium item fuisse Imperatoris, idque vitium ab eo Neroni insitum. In hoc tamen mendacium agnoscunt docti quidam, & malignitatem scriptoris: quando etiam stylum acuit in optimos viros, Ciceronem, Brutum, & Cassium: quæ vera esset defen- I sio, nisi fermè eadem apud Tac. libr. 13. P. Suillius Senecæ exprobraret his verbis. Se Quæstorem Germanici, illum domus eius adulterum fuisse: an grauius existimandum sponte litigatoris præmium honestæ operæ assequi, quàm corrumpere cubicula Principum feminarum?

K Eumdem etiam in inuidiam vocat ob immensas ipsius diuitias. Qua sapientia, quibus philosophorum præceptis intra quadriennium regiæ amicitiæ ter millies sestertium parauisset? Nam & hoc Dio in eo reprehendit: vt iure Budæus libr. 5. de asse scribat, fidem scriptis eius, & auctoritatem propterea derogari. Si enim scripta eius æstimentur, nemo vnquam animosius calcasse diuitias, & pauperiem securam adstri- L ctius eo amplexus fuisse videbitur; prudenter colligens, si sestertium ter millies quarto iam anno Imperij Neronis quæsierat, quid putandum habuisse illum octauo eiusdem Imperij anno eum oratione habita se apud Neronem aduersus calumniatores defendit?

Ac bonis artibus comparasse illum dicesi verè, si bonæ artes fœnora sunt: fœnoribus autem magna ex parte locupletatum idem Suillius apud Tacitum eodem libro prædicat. M Romæ testamenta, & orbes velut indagine eius capi: Italiam, & Prouincias immenso fœnore hauriri: at sibi laboré quæsitam, & modicam pecuniam esse: nam & cùm moreretur, prædiues, & præpotens libro 15. à Tacito dicitur.

De ipsis verò hortis, & fundis Columella libro tertio, capite tertio, & Plinius libro 14. cap. 4. scribunt: & Plinius quidem eum vocat principem eruditionis, ac potentiæ, quæ postremò nimia fuit super ipsum.

Addamus Iuuenalem Sat. 10. qua demonstrat, nihil esse hominibus tutum in hac vita, & insidias parati virtuti, doctrinæ, eloquentiæ, opibus, honoribus, quibus non? Exemplo Cassij Longini Iurisconsul. Senecæ, Plautij Laterani, N quos Nero ad necem compulit, vt opes eorum inuaderet:

Temporibus diris, igitur, iussuq; Neronis
Longinum, & magnos Senecæ prædiuitis hortos
Clausit, & egregias Lateranorum obsidet ædes.

Hic igitur se diuitiarum maximum exemplum proponere iustius debuit, quàm Cn. Lentu- O lum Augurem, quem libro de benef. secundo, cap. 27. quater millies sestertium se vidisse commemorat.

Simulatorem quoque egregium Tacitus libro 13. ostendit his verbis, secutaque leuiras in Plautium Lateranum, quem ob adulterium Messalinæ ordine remotum reddidit senatui, clementiam suam obstringens crebris orationibus, quas Seneca testificando, quàm honesta præciperet, vel caussa iactandi ingenij, voce Principis vulgabat.

Indicat eodem loco odium Neronis in P matrem in Senecam referri ob Actæ libertæ amorem, donec vi amoris, inquit, subactus exueret obsequium in matrem, Senecæque permitteret. Excusat Senecam, si tamen excusat, oratio ipsius ad Neronem habita, quam recitat 14. lib. Tac. cui valdè subdolè, & dissimulato egregiè odio, vt bonus discipulus Nero mox respondit, additis orationi fallacibus blanditiis. Hoc breuiter Suetonius in Nerone ita scribit capite 34. Senecam præceptorem ad necem compulit, quamuis sæpè commeatum petenti, Q bonisque cedenti persanctè iurasset, suspectum se frustra, periturumque potius, quàm nociturum.

Proditorem etiam Romanus quidam apud Tac. lib. 14. extremo. Secretis criminationibus incusat, vt C. Pisonis socium, sed validiùs à Seneca, inquit Tacitus, eodem crimine perculsus est: vnde Pisoni timor, & orta infidiarum magna moles, sed prospera: & libro 15. Natalis totius coniurationis magis gnarus: & post pauca, idem Natalis promisit, missum se ad ægrotum Senecam, vt viseret, conquerereturque cur

Pisonem

Pisonem aditu atcetet:melius fore. si amicitiam fsmiliari congressu exercuissent: & respondisse Senecam sermones mutuos,& crebra colloquia neutri conducere:cæterum salutem suam incolumitate Pisonis niti. Tametsi Nero, non quia coniurationis manifestum compererat, sed vt ferro grassaretur, eum ad mortem compuletat.

Inimicorum item suorum odia. & quas S acceperat,iniurias acerbè persecutum p srum pbilosopho dignè P. Suillij damnatio probat, vt est apud Tac. lib. 13. qui eum non sine inuidia Senecæ damnatum narrst: nam,& idem Suillius Senecam increpat, vt infensum amicis Claudij, sub quo, inquit, iustissimum exilium pertulisset.

Sed & seipsum vitus est iepidissimè libello eo,qui ludus de morte Claudij inscribitur, graphicè descriptis Claudij vitiis, & sceleribus, tametsi adulatorem se ostendit eiusdem Claudij de exilio suo his verbis modestè, ac timidè scribens. Nec enim sic me deiecit, vt nollet erigere, T immò ne deiecit quidem, sed impulsum à fortuna,& cadentem sustinuit, & in præceps euntem leniter diuinæ manus vsus moderatione deposuit.

Ingratus item Agrippinæ fuit, si verum est, vt adnotauimus, Auctorem fuisse Neroni illius interficiendæ: nam illa, vt loquitur Tacitus lib. 12. ne malis tantum facinoribus notesceret, veniam exilij pro Annæo Seneca simul præturam impetrat, lætum in publicum rata ob claritudi- V nem studiorum eius, vtque Domitij pueritia tali magistro adolesceret, & consiliis eiusdem ad spem dominationis vteretur: quia Seneca fidus in Agrippinam memoria beneficij, & infensus Claudio dolore iniuriæ credebatur.

Multa ex his, quæ attulimus, quantæ fuerit auctoritatis,& potentiæ Seneca, demonstrant: & illud, quòd Afranium Burrum, cui valdè infensus erat Nero, in Prætura detinuit; cuius postea mors, vt ait Tacitus libro 14. infregit Senecæ potentiam: quia nec bonis artibus idem vi- X rium erat, altero velut duce amoto: & Nero ad deteriores inclinabat: quorum hæ criminationes in Senecam fuerunt, tamquam ingentes, & priuatum supra modum euectus opes adhuc augeret, quodque studia ciuium in se verteret. Hortorum quoque amœnitate, & Villarum magnificentia quasi Principem supergrederetur.

Tacitus duobus aut tribus illum verbis de- Y fendit, cum bonis artibus vsum fuisse commemorat. Eius mortem describit Tac. lib. 15. quam interitum pertulisse tradit: quamquam aliorum commemorat mortes non philosophorum, qui eas tamen philosophicè magis tulerunt. sibi ipsi moriens epitaphium composuit hoc:

Cura,metus,labor,& sumti pro munere honores
Ite,alias posthac sollicitate animas.

In ore habere solitus, vt homo natura constantissimus Demosthenicum illud: boni omnis. siue honesti principium quidem intelligentia, Z siue prudentia; finis autem constantia, siue fortitudo.

Quantum ad genus scribendi Quinctil. ei copiam attribuit lib. 12. cap. 10. quam verè alij viderint;& quid de eo senserit, præclarè exponit lib. 10. cap. 1. extremo. Somnio verò ipsi demonstratus est discipulus Nero, vt narrat Suet. in eo cap. 7. feruut Senecam proxima nocte, videlicet, quàm ei traditus fuisset erudiendus Nero, visum sibi per quietem C. Cæsari præcipere, id. Caligulæ;& fidem somnio Nero breui fecit, prodita immanitate naturæ. Certè ei simillimus fuit,& longè ipso peior: nam & eum solitus erat laudare nullo magis nomine, vt Suet. in eo loquitur Aa cap. 30. quàm quod ingentes à Tiberio relictas opes in breui spatio prodegisset: præcipere autem Cesari, est Cesarem habere discipulum, vt ex Dione Petrarca interpretatur lib. 4. rerum memor. tract. 3. cap. 13.

Duobus autem locis obiecta sibi vitia Seneca depellit: alter est epist. 84. quæ initium est libri 12. in ea enim eius frugalitas, & parsimonia describitur; præter cætera vtitur hac oratione. Panis deinde siccus, & sine mensa prandium; post quod non lauandæ manus: dormio minimum: consuetudinem meam nosti, breuissimo Bb somno vtor, & quasi interuigilio, siue ex vetusto Codice interiungo, sumta ab iugis metaphora: Satis est mihi vigilare desiisse, &c. Frigida tamen defensio; nam de se iam sene loquitor.

Alter est libro de Vita Beata, quem fortassè scripsit, vt calumniatoribus responderet, qui ob illius opulentiam inuidia rumpebantur. Nam cap. 8. sibi fuisse indicat opes, quasi aduentitias, & eo loco, quo sunt in castris auxilia,& armatura leuis, scil. vt seruiant, non vt imperent. Et cap 9. Cc Voluptatea sibi fuisse quasi accessionem, & cap. 11. quæ sequatur, & pareat, non regat, vt Nomentanum regebat, atque Apicium. Et cap. 12. hæc omnia interposuisse vitæ, vt ludum, iocumque inter seria.

Addit cap. 15. ista bona fortunæ consequentia summum bonum, non consummantia: maximè verò cap. 17. & sequentibus sibi ipse obiicit, quod item eius æmuli, qui, vt loquitur, philosophiam collatrabant, illi obiiciebant. Quare er- Dd gò tu fortius loqueris, quam viuis? quare superiori verba submittis, & pecuniam necessarium tibi instrumentum existimas, & damno moueris, & lacrimas audita coniugis, aut amici morte demittis, & respicis famam, & malignis sermonibus tangeris? quare cultiua tibi rus, quàm naturalis vsus? respondet conari se non vt optimis par sit, sed vt malis melior.

Hoc mihi satis est, inquit, quotidie aliquid

ex vitiis meis demere, & similia: & capite decimo octano philosophos omnes dixisse, non quemadmodum ipsi vixernnt, sed quemadmodum ipsis viuendum esset: & capite 20. licet non præstent philosophi, qnæ leguntur; multum ta- Ee men præstant, qnod loquuntur, quòd honesta mente concipiunt: nam si & paria dictis agerent, quid esset illis beatius? & cap. 21. vulgaria bona ita contemnenda ab eis, aut mala corporis non æstimanda, non ne habeant, sed ne solliciti habeant. & capite vigesimo secundo propterea sapientem opes habere, quia maior materia sapienti viro sit animnm explicandi suum in diuitiis, qnàm in paupertate: & concludit hoc esse discriminis inter sapientum dinitias, & cupidorum, qnòd non eundem apud vtrumq; habeant locum.

Ff Mihi, inquit, diuitiæ si effluxetint, nihil auferent, nisi semetipsas: tu stupebis, & videberis tibi sine te relictus, si illæ à te recesserint: Apud me diuitiæ aliquem locnm habebunt, apud te summum. Ad postremum diuitiæ meæ sunt, tu diuitiarum. & capite 23. Sapientem habere opes bonis artibus, cupidum malis: hunc sordide, aut luxuriosè posidere, illum honestè, & magnificè. Hæc sanè præclara. Sed fucata vitiorum excusatio.

De familia verò Senecæ hæc habeo obsetuata. Gg Florentissimam Cordubæ in Hispania etiam nnnc Annæam familiam tradit Giraldns octauo Dialogo. de Histor. & Poët. & Romæ eam ante sæcula Augusti reponit Onnfrius libro de Antiqnit. nom. Roman. dinersam ab Annia, & Anneia. Qui in ea primum dictus est Seneca, ex eo id nomen innenit, vt apnd Cælium libro 24. capite 15. Cassiodorus scribit, qnod canns esset natus, vt de Numa Pompilio legitur: ad qnod allnsisse Virgilinm 6. Aeneid. volnntquidam illo versu

—Agnosco Crines, incanaq; menta
Regis Romani—

Patrem Seneca habnit Marcum Annæum Sene- Hh cam ex equestri ordine, cuius extant declamationes, qnas & sunt qui filio tribuant: ita Martialis, vnum facit Lucanum, duos Senecas, patrem & filinm: duos item Apollinaris ad Felicem, vt libro 3. de Poët. latin. Petrns Crinitus adnotauit, philosophum vnum, de quo loquimur, Tragicum alterum, quod item obseruat lib. 19. Volaterr.

Fratres eius fuerunt ex Elnia Albina matre. Iunins Annæus Gallio, & L. Annæus Mela, qni Lucannm poëtam habnit filium: sunt etiam, qui Senecam tragœdiarum scriptorem eundem esse, ac philosophum putent, qnos non probat Crinitus, cum fratris fuerit filins. Has ego Tra- Ii gœdias omnes non puto esse à Senecæ stylo, & grauitate diuersas. Vide plura in Volaterr. & Crinito.

Eiusdem item familiæ videtur fuisse Annæus Serenus, cuius meminit Tacitus lib. 13. his verbis, cum de Seneca loquitur. ex cuius familiaribus Annæus Serenus simulatione amoris aduersus eandem libertam primas adolescentis cupidines velauerat; præbueratque nomen, vt quæ princeps furtim mulierculæ tribuebat, ille palam largiretur.

Erat hic præfectus Vigilum Neronis, vt est apud Plininm lib. 22. cap. 23. qnem fnngi interemerunt. & Annæus Mela eqnes, immo Senator à Nerone cum aliis occisus, apud Tacitum lib. 16. Statius item Annæus, qnem din amicitiæ fide, & arte medicinæ probatnm Senecæ, libro 15. Tacitus commemorat, & per quem venennm frustra Seneca sumsit; & Annæus Cornutns, cuius Kk est reprehensio quorundam Virgilij carminum apud Agellinm lib. 9. cap. 10. & cap. 6. lib. 2. At nimis iam longum sum locutus.

Vaticinium etiam præteritorum: phrasis quædam Plauti Græcorum, & Hebræorum propria: Verbi mirifico, & vro vsus elegans.

CAPVT XX.



QVOD nostri docent, etiam si de rebus præteritis Moses scripserit, cum A tamen fuisse Prophetam: esse enim etiam de præterito occulto, quod nisi Dei instinctu non potest sciri, prophetiam tradit 1. in Ezech. Homilia Gregorius Magnns. & ex eo S. Thomas 22. quæst. 171. artic. 3. Veteres etiam οἰδλομενοῦς pntauerunt; apnd quos Cretensis Epimenides, cuius est mentio apud Varronem 7. de l. l. libro. Cicer. 2. de leg. Plutarch. in Solone Athen. lib. 13. cap. 27. scribit, & cuius versum Tito scribens S. P. vsurpat, profitebatnr se diuinum, ac vatem, non vt reliquos, qui res futuras & præsentiscerent, & prædicerent, sed factas iam, at obscnras. A Sic enim de eo tertio B suo libro Rhetorico Aristoteles difficilius esse tradens in genere deliberatiuo cum laude versari, quàm in iudiciali; quia in illo futura, in hoc iam facta tractantur: quæ etiam, inquit, subiicinntur Vatum sententiæ, qni de præteritis, sed ignotis, vaticinantur. Vide capite sequenti.

Qnanquam etiam futurorum Vates fuit, vt ex antiquis illud Cælij libro duodecimo capite sexto indicat: prædixit, quæ à Municha ad Athenienses detrimenta ventura erant, enm, nisi cæci essent homines futurorum, enm locum dentibus concerptnros fuisse dixit. Planti est phrasis Græcorum & Hebræorum propria, sic ab eo Ca- C sinæ prologo enunciata.

—Antiquam eius edimus Comœdiam
Quam vos probastis, qui estis in senioribus
Nam iuniorum qui sunt, non norunt omnia.

Psalm.53.vbi ex 70. nos legimus.& Dominus susceptor est animæ meæ: Hebræi habent, tu es in sustentatoribus. Vt Psalm.98. Moses, & Aaron in sacerdotibus eius, & Samuel in aduocatoribus nominis eius. Prouerb.22. ne esto in fideiussoribus. & vigesimo tertio, ne esto in vini potoribus.

D Verbum item mirificandi, id. celebrem reddendi, siue miris beneficiis cumulandi, quod in Bibliis est frequentissimum semel vsurpauit Plautus in Amphitrnone act.2.sc.2. Vbi Gryphij liber, & nonnulli alij habent. Quanquam adeo Ciues Thebani verò rumiferant probam, legendum enim ex vetustissimis modo miro mirificant, probant, id miris laudibus extollunt.

Vrendi etiam verbo vtuntur pro cruciare,& affligere latini. Plaut. Bacch. sc. cuius initium, quæcunque vbique sunt.

—Quam magis id repeto,tamen magis vror.

Ex Pæn.sc.quæ incipit, suspendat omnes.

Id nunc his cerebrum vretur.

Ex Menæh. act.5. sc.2. Parum aptè adducitur hic locus,

Vt illi oculos exuram lampadibus ardentibus.

Et sequenti versu.

Pers, mi pater, minatur mihi oculos exurere.

Aptior locus in Persa act.5.sc.2.

Vritur cor mihi.

E *Da illi cantharum. Extingue ignem, si cor vritur, caput ne ardescat.*

Ter.Enn. act.2.sc.2.

Vro hominem.


Id.Veyo, & crucio. Horatius libro epistol.1. epistol.10. .

—Vt calceus olim si pede maior erit, subuertet, si minor, vret.

Et quoniam eleganter ad eum cruciatum significandum, transfertur, quo amantes conficiuntur, propriam notionem incendendi cum hac Virg.coniunxit ecloga 8.

Daphnis me malus vrit, ego hanc in Daphnide laurum.

F Vtuntur & sacri interpretes. Vt Psalm. 9. Dum superbit impius, incenditur pauper. id. torquetur, & cruciatur. Psalm. enim 36. ignis pro cruciatu sumitur. Igne me examinasti, & Psal.56.ij, qui vexant alios nominantur vrentes, siue ardentes; & vbi legitur, de medio catulorum leonum, Hebræi habent:|quando iacebam in medio ardentium,siue vrentium. Ita 2.ad Corint.11. S.P.quis scandalizatur,& ego non vror? hoc est torqueor, & mœrore conficior.



Quomodo Aristotelis de Poët. imitatione præceptum summorum Poëtarum Homer. & Virg. imitationi non aduersetur.

CAPVT XXI.



CVM Poëtæ sit imitari, aliquid imitetur necesse est: aliquid esse non potest, nisi fiat, aut fieri possit: fieri quod ἀδύνατον est, non potest, ergo Poëta finget quod esse potest, licet non fuerit: vel imitabitur quod factum fuit: hinc enim accepit nomen, vt ποιητὴς dicatur. Ac tametsi plerunque mentitur, verisimiliter tamen, & probabiliter mentitur. Sic enim Aristoteles in Poëtica. Constat ex his, quæ diximus non esse officium poëtæ facta dicere, sed qualia fierent,& fieri possent verisimiliter,& necessario. A B

Quod scripsit aduersus illos poëtas, qui res omnes gestas exempli gratia Thesei, Herculis, Achillis scribendo commemorarunt: nam vnius tantum actionis imitatio est poësis, non plurium inter se diuersarum. Quo item Horatius in Poët. illis versibus respexit.

Ficta voluptatis caussa sint proxima veris C
Nec quodcunque volet poscat sibi fabula credi.

At quo modo hoc Aristotelis præceptum consistit? aut si consistit, quomodo erunt Poëtæ, qui Principes sunt ceterorum Virgilius & Homerus? Vterque Deos fingit nectare, & ambrosia victitare; inter mortales versari, obnoxios esse flagitiis, hoc est, furtis, adulteriis, incestibus; furem enim Mercurium, Venerem, & Martem adulteros, Iouem, & Iunonem incestos prædicant, Deorum cum mulieribus, Dearum cum hominibus concubitus celebrant, patere ad inferos mortalibus descensum; Cerberum esse tricipitem, septicipitem hydram; Cyclopas esse,ac sirenas canunt. Aristophanes propriè nebulas inducit loquentes, mutationes nanium in Nymphas Virgilius, Homerus conuersos à Circe in varias bestiarum formas homines. D

Quam dubitationem ita soluendam esse existimo. Poëta dupliciter fingit, ac mentitur; primum, in rebus secundum naturam; deinde in rebus præter naturam; si præter naturam, rursus dupliciter, aut in iis rebus, quæ iam sunt in opinione vulgi: aut in iis, quas nunquam audiuit, aut alius narrauit. E

Ergo si id fiat in rebus secundum naturam, potest suo quisque arbitratu, & consilio, modo seruetur τὸ εἰκὸς & ἀναγκαῖον, quidlibet fingere. Si præter naturam, hoc non est cuiusuis arbitrio, neque omnino licet, nisi ex falsa ratione, quam παραλογισμὸν vocat Aristoteles cum videlicet falsa sumunt pro veris, vt quod Dij ambrosia

vescautur, potent nectar: hoc quidem est præter naturam, sed ductum est ex paralogismo; quoniam ita habet sensus vulgi: qualia sunt item, Deos cum hominibus loqui, vulnerati, epulari, & id genus alia.

Humana enim omnia cæca antiquitatis natio Diis attribuebat: quæ caussa est, vt de Home- G ro Cicero queratur 1. Tuscull. quæst. Non enim ambrosia, inquit, Deos aut nectare, aut iuuentate pocula ministrante lætari arbitror, etcæt. nec Homerum audio, qui Ganymedem à Diis raptum ait propter formam, vt Ioui pocula ministraret: non iusta caussa, cur Laomedonti tanta fieret iniuria, fingebat hæc Homerus, & humana ad Deos transferebat: Diuina mallem ad nos.

Porrò hoc maximè verum est in Epopeia, quæ fit δι' ἀπαγγελίας recitando scilicet, quæ qui- H dem ἀπαγγελία multa admittit θαυμαστὰ, & præter fidem: nam Tragici, & Comici Poëtæ, quia homines imitantur aliquid agentes secundum naturam, hæc non committent: vt quæ de Circe, de Sirenibus, de Cyclopibus narrantur: quod si committant, digni sunt reprehensione.

Comœdia certè quædam & ipsa non admittit, quæ in Tragœdia recipiuntur: vt sunt collocutiones cum Diis, Deusque machinæ. Comœdia, inquam, noua, quæ actiones hominum exprimit humiliores, aut non ita frequenter: I quamobrem liberior est Epopeia, & plura recipit, quam Tragœdia: & Tragœdia plura, quàm Comœdia: hæc enim nullum prorsus admittit figmentum præter τὸ ἀναγκαῖον, & εἰκός.

Itaque reprehendendus Plautus, qui Amphitr. inducit Mercurium: Aristophanes non item in nebulis, quoniam iste veterem scribebat Comœdiam, quæ liberior est: quamquam nec Plautus iuste reprehenditur exempla secutus veterum Græcorum: vt alio libro docebo. K Deinde, quia receptum erat Nebulas esse Deas, igitur loqui: nona autem Comœdia non assurgit facile ad Deos: sic Homerus excusatur multa fingens præter veritatem, sed quæ tamen pro certis vulgo habebantur, & ex ipsis fieri poterat paralogismus.

Quo loco triplex notanda apud veteres docendi ratio, prima per nomina Deorum: altera per numeros, & figuras; tertia optima, per ipsa rerum nomina: Deorum igitur, ac Dearum nominibus omnia pene comprehendebant, eamque inter se ipsos habere cognationem affirmabant, cuiusmodi esse cernitur in- L ter elementa, & res omnes, quæ natura constant.

Ita Saturnus Iouis dictus pater, Iuno Iouis, & soror, & coniux; Minerua è cerebro nata Iouia, è Mari Venus orta, Saturnus filiorum vorator, Veneris, & Martis complexus, & tota illa θεογονία Hesiodi huc refertur: hæc enim omnia pro symbolis erant rerum natura- M lium.

Inde Aristoteles libro de anim. motu. capite 3. ex Homeri versibus demonstrat cœlum non posse dissolui, propter immotum eius principium; nam ille Iouem cecinit tantum habere firmitudinis, vt quamquam in eum Dij omnes faciant impetum, ac de statu suo conentur deturbare, non tamen possint: versus sunt pene ipso initio 8. Iliad.

Et quamquam Aristoteles ab hoc philosophiæ genere omnium longissime abfuit, primusque nominum vti cœpit proprietate, nullamque patitur in philosophica disputatione translationem, libro tamen secundo Meteor. tonitru, & coruscationem Vulcani, & Vestæ visum N obseruat nominari, siue minas amborum: habebat scilicet hæc pro Diis vulgus, quæ philosophi, vt naturalia intelligebant: ex quo & Cicero Tuscul. quæst. & libro de Nat. Deorum ita pleraque explanat.

Quin etiam ipsi philosophi animi perturbationes cocyti, phlegethontis, furiarum, lethes, O Tartari nominibus affecerunt. Cur autem? simplicius declarat in proœmio Categ. Arist. ne res natura ipsa arcanæ, & reconditæ cuius rudi, ac profano essent apertæ.

Alterius philosophiæ rationis, cum per numeros, & figuras Geometricas naturalia docentur, princeps fuit Pythagoras, quem in Timæo est imitatus Plato, & ipsius interpres Proclus.

Tertiam rationem secutus est propriè Aristoteles ab iis progressus, quæ sub sensum cadunt, & propriis, atque apertis verbis vsus. Consule eundem simplicium loco citato.

Atqui nec fabulis, nec symbolicis, obscuris, P videlicet ambiguitatibus, ac nodis, vt ante illum nonnulli fecerunt, vsus est Aristoteles, sed loco cuiusuis velaminis vsurpauit, & probauit obscuriorem modum scribendi. B

Virgilius nullo modo videtur excusandus in conuersione nanium, atque in hoc à Seruio vetere Grammatico reprehenditur, itemque in eo, quod lib. 3. Aeneid. fingit ex Polydori cada- Q uere efflotuisse virgulta, vt & in rami aurei fictione.

Quamquam, meo quidem iudicio, non tam hoc admirabile est, vt reprehensionem mereatur: & sunt qui aliusisse velint Poëtam ad Romuli hastam, quæ in monte Albano & frondeuit, & floruit: quem etiam in ramo aureo Crinitus lib. de hon. discipl. 10. cap. 6. defendit aduersus Aurelium Cornutum, quasi sacrorum Druydum imitatorem, apud quos viscus, & ar-

bor, in qua gignitur, religiosa erant, vt ostendit Plinius lib. 16. extremo, & Cæs. bel. Gall. qui quidem risum appellabant omnia sananrem, & credebant aduersus omnia mala valere. hinc illud Ouid. lib. Fast.

R *Ad viscum Druidæ, Druidæ clamare solebant.*

Quod nunc etiam Galli tot annos Christiani ineunte quoque anno seruabant clamantes ad viscum, annus nouus, Gallicè au guy l'an' neuf. Tantum potuit longæua tametsi superstitiosa gentis vetustas.

Elegiæ nominis, & rei origo quæ: ad quæ traducta.

CAPVT XXII.



A ELEGIAS origo, nomen, res incerta, & obscura. Horat. in Poët.

Quis tamen exiguos elegos inuenerit auctor,
Grammatici certant, & adhuc sub indice lis est.

Athenæus si rectè lecta recordor, Theoclem nominat, vt ex eo Cælius lib. 9. capite 3. siue Eteoclem, vt Philippus Pedemont. in Ephrasi in Horat. Poët. qui Naxium faciunt, qui Eretriensem, qui primus elegos furens effuderit. seu Polymnestum Colophonium: Terentianus Callinoum putat. De Pentametro versu.

B *Pentametrum dubitant, primus quis finxerit auctor*
Quidam non dubitant dicere Callinoum.

Is opinor Callinus, quem libro 13. Strabo elegiæ vocat Poëtam, vt libro decimo. Quinctilianus capite 1. elegiæ principem Callimachum. Ergo merito Horatius ita locutus. Vsus item varietas magna: nam iis amores cantantur: Hinc Naso lib. 3. Amor. eleg. 1.

C *Forma decens, vestis tenuissima, vultus amantis,*
In pedibus vitium caussa decoris erat.

Et circa finem li. 1. de rem. amor. vitium in pedibus dicitur propter impares versus. ex quo Hor. in Poët.

Versibus impariter iunctis, &c.

Idem Ouid. & lib. 3. de ponto ad Cupid.

Tu mihi dictasti iuuenilia carmina primùm
Apposui senis te duce quinque pedes.

Idem.

Venit odoratos elegeia nexa capillos
Et puto pes illi longior alter erat.

Et lib. 1. eleg. 1.

Sex mihi surgat opus numeris, in quinque residat
Musa per vndenos emodulanda pedes.

Et lib. 3. eleg. 3.

—& longis versibus adde breues.

Et quidem canebantur noctu ante fores amicarum voce querula, hinc idem libro tertio am.
D eleg. 1.

Quam tu non poteris duro reserare cothurno,
Hæc est blanditiis ianua laxa meis.

Et præter Ouid. 3. maximè libro de art. am. Cornelius, Gallus, Propertius, ac Tibullus, itemque Varro demonstrant: Inter Græcos Mimnermus, cuius sunt hi duo apud Stobæum versus serm. 61.

Quæ nam vita foret, quidnè iucundi sine aurea Venere? E
Emoriar, cum mihi non amplius hæc fuerint cura: A

Verè sanè & eum viueret mortuus, è corpore cotus pendens, totus corpori infixus, vt saxo polypus. Ad quos allusit Horatius libro epistol. 1. epist. 6.

Si Mimnermus vti censet sine amore iocisq.
Nil est iucundum viuas in amore, iocisq.

Res item bellicas celebrarunt: Tyrtæus enim dux militum, & insignis Poëta.

—Mares animos ad fortia bella
Versibus exacuit—

Vt Horatius in Poët. scribit, & lib. 14. Athenæus cap. 12. cuius versus Plato 1. de Republica libro compendio recitans, eum facit Atheniensem, F cum alij Milesium putent à Lacedæmoniis donarum ciuitate; quem præter cetera elegias scripsisse, & Mele πολεμιστήρια libros V. Suidas. Aliquot etiam à Stobæo citantur: hinc illa ipsius ad Leonidam responsio, quam his verbis describit Plutarchus lib. Vtra animalia prudentiora. Cum Tyrtæum rogasset Leonidas, quemnam bonum censeret esse vatem: respondit Tyrtæus, qui sciret iuuenum ornare animos: nam hæc vis erat eius poëtæ, vt suorum vsu carminum impetum iuuenum animis ingeneraret cum mentis G ardore, & cupiditate gloriæ nullis in pugna cedentem periculis. B

Traducti etiam ad leges describendas: quo modo vsus est Solo apud Athenienses, vt est libro 1. Diogenes Laërtius, & in oratione Demosthenes de falsa legat. & alibi, quod etiam Athenæus lib. 14. cap. 6. ita scribit. Athenis Charondæ leges inter pocula canebantur, auctore in libro de legum latoribus Hermippo. & Aristoteles sect. 19. Probl. quærens, cur multæ cantiones leges nuncupatæ. Respondet mortales antequam H litteras scirent, leges discere solitos canendo, vt animo firmius hærerent.

De moribus item, ac vita cum virtute restituenda elegis laboratum. Extat antiquissima Theognidis doctissimi Poëtæ aurea parænesis, si pauca demas, in quibus homo à vera religione alienus fallitur.

Solita etiam elegis reddi oracula lib. 13. cap. 27. indicat Athenæus oraculum Apollinis recitans, in quo contra morem elegorum versus pentameter priorem locum obtinet, posteriorem hexameter. Responsum f. Apollo dedit Charitone I præponens versum pentametrum hexametro, vt postea etiam Dionysius Atheniensis fecit, is qui Ahenei cognomen habuit, in elegis suis. Fortunatus Charito, & Menalippus est natus diuinæ duces optabilis amicitiæ. hos tamen Aelianus

lib. 2.

lib.2.cap.4. Var. hist. suo ordine collocat Pentametro hexametrum præponens, latinè ita redditos.

Humanæ genti auctores cœlestis amoris
Et Charitem felix, & Menalippus erat.

Iisdem epigrammata scribuntur, epitaphia, atque epicedia, immo vero hæc fortasse prima origo & vsus vetustissimus. Sic enim Proclus scribit libro περὶ χρηστομαθείας elegiam conflari ex Heroo carmine, & pentametro, & connenire defunctis, hosque his versibus laudari, cum posteriores vsurparunt ad diuersa alia argumenta. K Ideoq; Aristoph. dicit τοὺς οὐκ ἐλέγους pro θρήνους: & Horat. indicat in Poët. primam originem lugubrem fuisse, ac mœstam.

Versibus impariter iunctis querimonia primum;
Post etiam inclusa est voti sententia compos.

Hoc est à tristibus ad læta, & iucunda translati: quare Oda 33. lib.1. ad lib.

—Neu miserabiles, inquit,
Decantes elegos.

Et Amorum 3. epist. Ouid. 1.

L *Flebilis indignos elegeia solue capillos,*
Ah nimis ex vero nunc tibi nomen erit.

Et Seuer. Boëth. initio consol. suæ.

Carmina qui quondam studio florente peregi,
Flebilis heu mœstos cogor inire modos.
Ecce mihi laceræ dictant scribenda Camœnæ
Et veris elegi fletibus ora rigant.

Deorum item laudes, qui hymni dicuntur elegis comprehensæ, vt à Callimacho: sed suus Grãmaticis sit in re eorum propria locus.

M Didymus elegiam definit, lamentationem tibia, decantatam. Suidas elegus, lamentatio, quæ nomen accepit à proferendo ε ε, ad tibiam decantatæ lamentationes, nam luctuosam habitam fuisse tibiam. Et Pollux libro quarto minus propriè interpretatur αὐλημον, qui γίγγρας Phœnicum lingua dicebatur ab Adonide; qui Phœnicibus γίγγρας est. qui imitaretur in Adonidis so- N lemnibus τὸ γοῶδες: atque hinc ad amores traductum hunc versum diuinatur Scaliger Senior libro primo Poëtic. capite quinquagesimo, quia frequens est in amoribus conquestio, & mors verissima. Sed si threni hoc versu canebantur, cum primus threnos fecerit Linus Poëta, non iniuria dici poterit auctor.

Ab iisdem interiectionibus flebilibus ε ε, Aristophanis equitum Schol. dictos elegos notae, etiamsi ε ε aspero notentur spiritu dictio verò elegus leni: sic etiam αἴλινος cantio lugubris discipulorum Lini dicta, cum ab Hercule ad discendum tardiore, cui propterea succensuerat Linus, fuit occisus: αἶ enim heu significat. Schol. in Aiace flagell. in oreste Eurip. Schol. Callimachi. Eust. in 18. Iliad. vt erat quoque monodia. O Suid. Isaac, Prolegom. Cassandræ: ita Origen. noster in cantica Salomonis. Threnos Ieremiæ esse Monodicos obseruauit, non canticum Salomonis.

Quomodo Athenæus apud Eustathium & Sophoclem Aiace Schol. verbum οἰμώζειν deducunt ab interiectione οἴμοι, & φεύζειν à φεῦ & αἴζειν pro αἶ λέγειν. quæ verba sunt plangentium, & eiulantium. Tametsi duo posteriora Aelij Dionysij notatione apud Eustathium obsoleta: quæ etyma ignorasse videtur de elegia scribens Robortellus: ab hoc verò ε ε etiam nomen ἔλεος acceptum, quod miserationem significat.

Neque tamen ridiculum puto etymon ab εὖ Q λέγειν quasi εὔλεγος, εὐλογία, à laudandis videlicet mortuis, vt Scaliger opinatur; habet enim approbatorem Proclum loco à nobis paulò antè allato: tametsi priorem huic antepono: horum carminum scriptores ἐλεγοποιοὶ ab Aristot. in Poët. nominati; & [illegible] Aelinus cantio fuit etiam læta; vt aiunt primùm Ath. lib.14. cap.6. tum Eust. 18. Iliad.

Non dissimilis est Nenia, quæ tamen aliud etiam significat, vt ex Pontano demonstrat Scaliger, & fusè ex veterib. Cicerone, Fabio, Nonio, Festo, Tiraquello annot. in 2. lib. Alexand. ab Alexand. cap.4. & lib.3. cap.7. & Lamb. in 1. Odam libri carminum Horat. 2. & in 2. lib. epist. epist. 1. & Ludouicus Viues in cap.9. lib.6. S. Augustini de ciuitate Dei. Non igitur ineptum, & inconditum carmen fuisse Neniam scribit, quod adducta mulier præfica his, quibus propinqui non essent, mortuis exhiberet ex Varr. libro quarto de vita Patrum, cantatumque ad tibiam, & fides.

Poëtarum tamen Neniæ arte fiebant, sicvt R inconditum carmen iure dici non possent: auctorem videtur agnoscere Simonidem Hor. lib. 2. carm. Oda 1.

Ceæ retractes munera Neniæ

Honoratorum virorum laudes, inquit, 2. de leg. Cicer. in concione memorentur, easque etiam cantus ad tibicinem prosequatur, cui nomen Neniæ, quo vocabulo etiam Græcchos (quam dictionem ignotam sibi P. Man. cum Aldo fil. scribit, cum Victor. Græcos legat) cantus lugubres nominantur, cum legendum sit nominant, vel mutandus casus accusatiui Græcos in Græci, vel Græcis. Ita Ausonius præfat. parenta- S lium.

Nenia funereis satis officiosa querelis.

Et num. 17.

Nec Herculanum genitum germana mea,
Modulamine Nenia tristi,
Tacitum sine honore relinques.

Sumitur etiam pro leui, & puerili cantione apud Horat. lib. 1. epist. epist. 1.

Roscia, dic sodes. melior lex, an puerorum
Nenia? quæ rectè regnum facientibus offert.

Item pro cantione maleficarum, quæ incantatio T dicirnr, Ouid. 6. Fast.

Siue igitur nascuntur aues, seu carmine fiunt
Nenia, quæ volucres falsa figurat anus.

Ad primam, aut secundam notionem verba illa Plau. Bacch. act.4. sc.8. pertinent. Si tibi est machæra, & nobis vrbina est domi, restitue, veruina, qua quidem te faciam, si tu me irritaueris confossiorem soricina Nenia. Adr. Tur. lib.24. cap.11. Sed valdè acuta est explicatio Lambini in hunc Plauti locum.


Item Dea fuit, vt Festus notat lib.12. cuius sacellum extra portam Viminalem fuerat dedicatum, cuius meminit S. Augustinus libro de ciui-
V tate Dei 6. cap. 9. ex Varr. quem refert Deorum numeros à conceptione hominis exorsum à Iano perduxisse vsque ad decrepiti hominis mortem, & clausisse ad Neniam Deam, quæ in funeribus senum cantabatur: cum tamen eximius nostræ memoriæ Poëta Iouianus Pontanus Nenias inscribat, quę canuntur à matribus, siue nutricibus liberis infantibus.

X Eo autem verbo finem significari quorundam sententia Nonius indicat; cum alij ab extremi intestini vocabulo dictam putent, quod Græcia est νέατον. quoniam etiam chordarum vltima νήτη, quia Nenia extrema est cantio: quare illud hic moneo non esse per æ diphthongum, vt vulgo scribitur etiam à doctis, efferendam vocem, sed per e longum respondens η Gręco, Gręcis enim, vt acutè vidit in originibus Scaliger, & repetiit loco Poët. citato, νεάτη & νέατος extremus dicitur.

Ergo Nenia cantio, quæ extremi officij loco præstatur mortuis: quare Phliasius Pratinas tibiam, quæ in funeribus adhibebatur, nominauit νηνίατον, quod alio libro à me obseruatum.

Qui verò nuper Calepini Lexicon doctissimè locupletauit minus bene à νέατος deducit, Y tametsi idem significat: mihi nō displicet deduci ἀπὸ τοῦ νηεῖν quod significat congregare, quia ad funua cogebantur lamentaturi. Plura verò de elegia doctissimus collegit in suo historico, qui est liber primus Poëticæ, Scaliger cap.17.18. & sequentibus.

Atque hic desinat liber octauus Pantheræ corio magis varius, ac maculosus, & eum excipiat varia scriptorum lectione Nonus Chamæleontis instar non minus varius: si tamen & neniam obserues significare, vt leuiter iam indicaui, edulij genus in minutissimas partes prosecti, & proscissi non valdè à minutali alienam, & farto, siue farcimine.





HORA-



HORARVM SVBSECIVARVM LAELII BISCIOLAE MVTINENSIS SOCIETATIS IESV

LIBER IX.

Quomodo sanguis in mammis furoris in mulieribus signum, & ipsa mamma, & lac futuræ prolis: Lucretius explicatus & à Plinio Hippocrates defensus.

CAPVT I.

A SCHOLAS ingredimur medicorum. Verba sunt Hipp. aphor. 5. lib. 40. *A* 2. Item epid. sect. 6. extrema, simile oraculum primo: ei qui furiosus fit euasurus hoc prædicit signum, colligitur ei sanguis ad papillas, siue mammas. quibuscunque mulieribus ad mammas colligitur sanguis, indicat furorem. Ex veteribus Galenus nunquam hoc se vidisse testatur: ex recentioribus Amatus Lusitanus Cent. 2. cur. 21. se curasse tradit mulierem nobilem, quæ menstruũ sanguinem è mammis emittebat: & in scholiis, ex duarum mulierum Italæ, ac Lusitanæ papillis mammarum effluxisse sanguinem.

B Antonius item Brasauola, ex alterius, quæ gemellos nutriebat mammis ductum sanguinem, ex nimio eorum suctu nondum in lac conuersum: nec tamen illæ furebant: & qui Venerem immodicè exercent, iis sanguis exit, qui in semen conuerti non potuit, nec tamen furunt: Cõsistit sapientissimi senis oraculum: istis enim sanguis exiit, illæ autem quibus collectus est, eas furere affirmat: quare si non effluxisset, versi fuissent in furorem.

Euentus ratio hæc potest esse, quòd cum mulieri copiosus, ac feruidus ex toto corpore efferatur ad caput sanguis pars in mammis collecta non potest in lac mutari propter feruorem, & copiam; quare cerebrum offendit: inde furor.

Mercur. ad hunc Epid. locum ita notat: retentus in mammis sanguis putrescit, aut cordis vicinia aduritur, ex quo facilè noxa ad cerebrum transit, vnde creatur furor: pectora namque omnia feruida mentem deturbant: Quare Gal. 3. de C caus. puls. inter signa pleuritidis cerebri læsionem connumerauit.

His adde quod Io. Fernelius lib. 6. de partium morb. & symptom. notat cap. 17. inde coniici, mas ne, an femina gerator: nam cum dextra mamma amplior est, ac tumidior quàm sinistra, eiusque papilla nigrescit, ac tenditur, & lacte citius stillat, venæ, atque arteriæ magis implentur ac tument sub lingua præsertim, mas est: nam femina cum gestatur, sinistra omnia firmiora, magisque conspicua, & papillæ mammarum flacciores.

Hippocr. lib. de superfetatione: horum partem probat, immo ex eo acceperunt alij: nosse debet mulier, inquit, vtra mamma sit maior, ex D ea enim parte fetus erit: idem de oculo dicendũ: nam maius erit, & lucidius quidquid intra palpebram cõtinebitur, qua parte mamma est maior. A Rursus cum mas geritur, si lac aquæ instilletur, ipsum cohæret, diutiusque in summo per sistit: si femina, quia dilutum est, ac tenue, dispergitur ac dissipatur: argumentum etiã est color, maris quidem inuidus in hilariore vultu, feminæ tristior: Nec tacẽdi Lucretij vers. lib. 1. de Natura.

—Et candens lacteus humor
Vberibus manat distentis hinc noua proles.
Artubus infirmis teneras lasciua per herbas
Ludit, lacte mero mentes perculsa nouellas.

Siue percussa: quos non declarasse Lambinũ miror: Scribit igitur Lucr. teneros caprarum fœtus E solo, ac puro & vero lacte dementari, ex eoque lasciuire: & minimè est dubium medicis tenerrima infantium cerebella nutricis lacte magnopere percuti, atque offendi.

Quare nõ ignobilis medicus Iacobus de partibus in comm. ad cap. Anic. 3. doctr. 1. fin. 3. lib. caussam tussis in pueris, putauit esse copiam lactis, quod sugunt: Quod item existimasse Galenum iure docet 2. lib. de morb. puerorum capite 10. Hier. Mercur.

Iniuria medici quidam de Plinio queruntur, quasi Hippocratē laceret, cap. 12. lib. 26. nat. hist. ita scribentem de morbo regio. Hippocrates à 7. die in febre mortiferum signum esse docuit. F Nos scimus vixisse aliquos etiam ab hac desperatione, quod sanè lacerare non est. Hippocratis autem hæc oratio est; quibus in febribus morbus regius, ante septimum accidit, malum, 4. Aph. 62. quæ intelligenda est ante humorum, siue materierum, vt loquuntur medici, in febribus cococtionem: si enim vigente febre, aurigo superuenerit, vera est: nam si ante septimum, cōcoctæ fuerint materiæ, & in ordinem redactæ à natura, sic vt bilis ad cutem decretorie repellatur, bonum; nam sanitas consequitur: quare & ipse Hipp. de ratione victus in morbis acutis, siue alius, ait, in biliosa febre, morbus regius, cum rigore ante septimum diem exortus, morbum soluit: quod si absque rigore, præter occasionem superuenerit, letale.

Auenzoar lib. 1. tract. 13. cap. vlt. reprehendit Hippocr. veterum nomine, ipse forte reprehendendus. Hinc enim Auerr. lib. 4. collig. c. 43. plures Ictericos ante diem septimū curatos testatur se vidisse, verumq; id Hippocr. dictum in ipsius regione: nam falsum in Persia, & calidioribus locis. Verius dicendum, minus attentè à Plinio lectum Hippocratem.

Syphilidis nomen, cum de morbo gallico agitur, vnde ductum.

CAPVT II.

A INOBNIA risi quorūdam medicorū etiam Græcè peritorum, in inuestiganda huius vocis Syphilis ratione, quæ inscriptio est poëmatis de morbo Gallico ab Hieronymo Fracastorio patrum nostrorum memoria Poëta, ac medico eximio conscripti: quem tu iure possis cum antiquis conferre: & verò excellens Philosophus, & medicus Vercellensis Georgius Magnetus, quem vulgo nominant Constantianā, me putauit, vt vim huius nominis, rationemq; perciperet, consulendum, cum Græcas ipse litteras non attigisset, aut certè ingenium vt experiretur meum.

Puer quidem Fracastorij poëma legeram, nec recordabar tamen, cur Syphilidis nomen indidisset: quæ inscriptio à morbo Gallico, quod argu- B mentum est carminis, abest longissimè: respondi tamen, videri mihi pro more poëtarum fictū nomē aut Nymphę alicuius, aut loci ab euentu: & quidem Sypilū montis esse nomen: nec me fefellit coniectura: nam sumtam esse vocē ab homine, qui primus hac lue infectus fuit, ipse auctor exponit, sed præstat audire, quid præstantissimi medici Poëtarum instar sint commenti, in huius vocabuli explicatione.

Ciuis meus Gabriel Fallopp. cap. 2. extremo lib. de mor. Gall. Syphila nominatam, Syphilida dicendum fuit, morbum hunc, quia ex amore, & coniunctione Veneris inter hominem, ac feminam plerunq; suboritur: quasi cōcordiæ, & amicitiæ Venereæ sit partus: hinc fieri ex nonnullorum sententia, vt prima eius morbi semina, sese in pudendis partibus seu viri, siue mulieris, siue vtriusque, exerant; ita enim tradiderunt Nicolaus Leon. Antonius Beniuen. Gaspar Torrella: C quare pudendagram tertius hic nominauit, tractatu de ea, & Augerius Ferrerius, mentagram à Plinio vocatam lib. 26. cap. 1. putans ille ac si à mentula non à mento traxisset originem.

Sed alter medicus Antonius Musa, multis à mentagra differre ostendit, & ab ore interdum, interdum à mammis incipere, cum Falloppius doctissimè mali fontē hepar esse demonstret, vt & Franc. Frizzimelica, & Bern. Tomitanus ex Magistro Io. Bapt. Montano, eloquentiæ, & medicinæ laude clarissimo; quem tamen reprehendunt Gul. Rondeletius, & Leonardus Botallus, & aliud existimat Alexander Traianus, aliique. Idem Magnetus, aliiq; medici, notiones huius vocis D alias finxerunt, siue à phylis, quæ canna est, seu fistula: quoniam hæc lues ab vrinæ fistula incipit: siue à Symphilos, quæ vox gentilem, familiarem, & vernaculum significat: dixisset etiā, contribulem, nam φυλὴ tribus est; quoniam, inquiunt, nomen accipit à Gentibus iis, quibus adscribitur primus ortus: ita Gallicus, Hispanicus, Neapolitanus, Indicus nominatur; siue à φιλία, id est, amore, potius amicitia, quoniā per amoris actus corripit, tandem à σύμφυσις, quæ coalescentiā, & complexum significat, ac si esset Symphysilis, hoc enim modo, morbus iste contrahitur.

Quod si pro cuiusque arbitratu fingendum omninò erit, hæc ratio nominis probabilior, vt dicatur à voce σὺν, & φίλος; planè enim porcina est amicitia, quæ Veneris frequentia extra matrimonium fit: hac enim ferè affectus iste concipitur, acutè, dicerem, si verè possem affirmare. Qui nomen dedit poëmati, se appellauisse Syphilidē E in suis lusibus scribit lucubratione de morbo Gall. excepta ex lib. 2. de morb. Contag. rursus in poëmate dum caussas morbi diuinitus immissi recenset, ac postremam idolorum cultum, affirmat, fuisse, ita canit, philomela sanè dulcius.

Syphilus, vt fama est, ipsa hac ad flumina pastor
Mille boues niueas, mille hac per pabula regi
Alcithoo pascebat oues, & forte sub ipsum
Solstitium, vrebat sitientes Sirius agros,
Vrebat nemora, & nullas pastoribus vmbras
Præbebant siluæ, nullum dabat aura leuamen,
Ille gregem miseratus, & acri concitus æstu
Sublimem in solem vultus, & lumina tollens
Nam quid sol, te, inquit, rerum patremq; Deumq;
Dicimus? & sacras vulgus rude ponimus aras? F
Mactatoq; boui, & pingui veneramur acerra?
Si nostri nec cura tibi est, nec regia tangunt
Armenta? An potius superos vos arbitrer vri
Inuidia? mihi mille niuum candore iuuencæ,

Mille vbi pascuntur oues: vix est tibi Taurus
Vnus, vix Aries cælo, si vera feruntur,
Vnus, & amenti custos canis arida tanti.
Demens, quin potius Regi diuina facesso,
Cui tot agri, tot sunt populi, cui lata ministrant
Æquora, & est superis, ac sole potentia maior:
Ille dabit faciles auras, frigusq. virentum
Dulce feret nemorum armentis, æstumq. leuabit
Sic fatus, mora nulla, sacras in montibus aras
Instituit regi Alcithoo, & diuina facessit:
Hoc nemus agrestum, hoc pastorum cætera turba
Exequitur, dant thura focis incensa, libantq.
Sanguine taurorum, & fumantia viscera torrent.
G *Quæ postquam rex in solio dum forte sederet*
Subiectos inter populos, turbamq. frequentem
Agnouit Diuum, exhibito gauisus honore
Non vllum tellure coli se vindice numen
Imperat, esse nihil terra se maius in ipsa
Cælo habitare Deos, nec eorum hoc esse quod infra est.
Viderat hæc qui cuncta videt, qui singula lustrat
Sol pater, atq. animo secum indignatus iniquos,
Intorsit radios, & lumine fulsit acerbo:
Aspectu quo terra parens, correptaq. Ponti
Æquora, quo tactus viro subcanduit aër.
Protinus illuuies terris ignota profanis
H *Exoritur primus regi, qui sanguine fuso*
Instituit diuina, sacrasq. in montibus aras
Syphilus, ostendit turpes per corpus Achores,
Insomnes primum noctes, conuulsaq. membra
Sensit, & à primo traxit cognomina morbus,
Syphilidemq. ab eo labem dixere coloni,
Et mala iam vulgo cunctas diffusa per vrbes
Pestis erat, regi nec sæua pepercerat ipsi.

Vt videatur exprimere voluisse, quæ paulo senior doctissimus Philosophus, & medicus Nicolaus Leonicenus hoc sermone describit lib. suo de morbo Gall. Illud statis constat eo, quo morbus Gallicus cœpit pullulare anno, magnam aquarum per vniuersam Italiam fuisse exuberantiam; testis est Roma, quæ id malum prima sensit, in qua Tybris ita intumuit, vt tota sit facta nauigabilis, quam rem Pomponius nostri temporis Poëta celeberrimus eleganti tetrasticho publica columna impressu designauit.

I *Tempore Alexandri sexti, nonisq. Decembris*
Intumuit Tiberis bis senas circiter vlnas
Insula quæq. domus facta est, mediisq. repente
Circumducta viis æquabat cymba fenestras.

Leonicenus vero, vt eluuionem complecteretur, quæ bonam Europæ partem oppressit, addidit duos versiculos.

Deucalioneo vix tantum tempore Tellus.
Diluuium passa est, latuit cum tota sub vndis.

Quanquam anno 1534. maiorem fuisse in vrbe eluuionem aquarum tradit Auson. Musa eiusdem inscriptionis libro.
K Verum hæc tempora non conueniunt cum huius morbi initiis, quæ fuerunt 1493. vel 1494. Neapolim infestante Gallorum exercitu sub Carolo VIII. Inde enim vniuersam occupauit Italiam delatus à Christophoro Columbo ex Orientis India, vt cit. libro cap.1. Fallopius describit, tum Bernardinus Tomitanus lib.1.cap.5. & Alex. Traianus lib.1.cap.1. quam ab Indis vocari Bugam notat cap. 4.

Infantium & adultorum capiti frigida, & calida vt salutaris, vt noxia: partium item corporis torpori: Hipp. Gal. Ægin. & Auic. loca enucleata.

CAPVT III.

HVMIDISSIMA est puerorum temperatio: inde mille obnoxij morbis: A
Capitis autem præsertim humiditas est manifesta. Illi consumendæ, & auferendæ prodesse vult aquam calidam, si eorum capita perfundantur, Paul. Aegin. lib.1. c. 7. Oportet igitur lauare puellum multa calida, & vngere illi caput copioso melle: quem sequitur Auicen. cap.3. doct.1. Fen.3.1. lib. ac si optimum sit hoc remedium, & præsentissimũ ad distillationes, & tusses ipsorum depellendas. quod sanè falsum est: nam eiusmodi aqua magis liquat, & imbecillos puerorum sensus vehementer percutit; Tepida item magis relaxat, & vehementer humectat, igitur ægritudinem auget.

Defendes horum sententiam testimonio Gal. ex auctoritate Hippocr. 5. lib. Aphor. aph. 22. docentis calidam affusam capiti auferre ipsius grauitatem, id est, κεφαλαλγίαν, & eas humiditates dissipare, & consumere, quibus capitis grauitas inducitur. Respondeo, hoc affirmare Galenum B
in iis, quibus durior est cutis, cranium durius, duriora omnia, qualia sunt in viris, non in pueris. Adde ex hoc maximè differre capitis grauedinem in adultis, & viris curare, ac tusses, & anhelitus in pueris: ad hæc enim iuuant quæ blandè exulcerant; cum manifestè videamus vlcera in puerorum capitibus sponte nata ipsos ab huiusmodi vitiis, & affectionibus liberare.

Nec inuoluendum silentio quod Hippoc. extremo lib. de Virgin. laudat auferendo torpori salutare, vt pedes in aqua gelida detineantur vsque ad malleolum: quoniam, inquit, mox redit sanguis, cum tamen prima fronte videretur hoc debere esse fomentum torporis, atq; incrementum: torpor enim ex frigore fit, aut humore frigido: quare lib. de morb. puerorum 2. c. 5. Hier. Mercur. refert sermone nobilissimorum Sarmatarũ se accepisse in eorũ cælo ꝙ frigidissimũ sit, sæpè cõtingere, vt nares incolis, aures, manus, pedes, prę summo frigore tantopere rigeãt, ac tor- C
peant, vt si vel tangantur manibus calidis, vel ad ignẽ prope accedant, emortui decidant; remedium esse, si prius in gelidã iniiciant, antequã igni admoueant, aut niuem applicent, vt à Societatis nostræ hominibus fide dignissimis accepi.

Ratio est ex Arist. 4. Meteor. nam corpora quę congelantur frigido, & sicco, vel summè congelantur, vel minus, & non summè: si summè, nulla re dissolui possunt, nisi vehementissimo igne, & quidem rarissimè; cuiusmodi est cryst allus mõtana, adamas, & similia: si minus dissoluuntur, tum calido, ꝙ actu sit humidum, tum ab humido, & frigido: talis est glacies, quæ calida aqua dissoluitur, & frigido: sed calida cito eius aliquid consumente: frigida dissoluit tantum, non consumit: ergò membra corporis rigida cum calore dissoluuntur, etiam consumuntur, sic decidunt emurtua: at si tractentur aqua frigida, absque vlla cõsumtione, sensim fit dissolutio: Ac ne semper medici simus, argumentum, quasi chamæleontes, colorem, mutemus.

Quinctil. locus de Aristot. reprehensus: Cicer. alter de oratione flexibili Arist.

CAPVT IV.

A CVM hæc Aristot. verba lego in Poët. cap. 20. omnis dictionis hę sunt partes, elementum, syllaba, coniunctio, nomen, verbum, articulus, casus, oratio: A non intelligo quid impulerit Fabium vt lib. 1. orat. instit. cap. 6. scriberet, tres tantum orationis partes ab Arist. cõstitui, hæc enim eius verba. Veteres quorum fuerunt Arist. quoque, B & Theodectes, verba modo, & nomina, & cõiunctiones tradiderũt, videlicet quod in verbis vim sermonis, in nominibus materiam, quia alterum est ꝙ loquimur, alterũ de quo loquimur, in cõiunctionibus autẽ complexum eorũ esse iudicauerunt, quas cõiunctiones à plerisq; dici scio sed hęc videtur συνδέσμων, magis propria translatio. paulatim à Philosophis, & stoicis auctus est numerus: ac primo cõiunctionibus articuli additi.

Quomodo enim primum additus articulus orationis partibus à stoicis, quem inter partes orationis ante stoicos in Poët. collocarat Arist. aut quomodo verum esse potest, tres tantum il- C lum partes orationis tradidisse, cum ex eo paulo antè octo numerauerimus? nõ ergò legerat hũc librum Arist. Quinctil. aut se legisse oblitus erat: nisi ex his Quinctiliani verbis inducere velimus in animum, non esse hunc Poëticæ librum Arist. vt minoribus cõiecturis solet vir & alioqui grauis, & multiplicis doctrinæ, acerrimique iudicij Franc. Patricius in discussionibus peripateticis aliquot in dubium vertere, aut etiam ex albo Astoteleorum eximere: ac nisi aliud esse λέξιν dicamus, aliud orationem.

Omninò mihi videtur hoc loco oratoris ad M. Brutum, quo orationẽ scribit Cicero mollem esse, ac teneram, & ita flexibilẽ, vt sequatur, quocunq; torqueas, vocis mutationes esse totidem, quot sunt animorum, qui maximè commouentur, ad ea verba respexisse Aristot. quæ 3. Rhetorico libro leguntur, est, inquit, vox omniũ partium, ac membrorum aptissima ad imitandum: nam & propterea artes fuerunt constitutę Rhapsodorum Histrionum, aliæque: B & rursus. Est D verò dictio, siue locutio scriptionibus aptissima, quæ est exquisitissima; concertationibus verò, siue iudiciis, quæ cum actione maxime coniuncta: cuius duæ formæ, morata vna, affecta altera: & has potissimum in fabulis consectantur Histriones, vt hos Poëtæ, C & nõ longe ab initio eiusdem libri parem esse docet in hoc poësim, & eloquentiam, ꝙ ambæ operam, ac studiũ collocent suũ, vt videant, quomodo oporteat voce vti ad exprimendum quemlibet animi motum, & quando magna, & parua, & quando media. D

Adiungit Cicero 3. de orat. lib. motum corporis magna sanè ratione: & quædam certè sunt, ex E quibus si pronunciationem tollas, ac gestum, mox languebunt: quamobrem, & quæ actione, siue actioni sunt accommodata, cum illa demitur, insulsa, & fatua putantur, quod minus suo fungantur munere. E

Quare Demetrius Phaler περὶ ἑρμην. irritum esse, ac vanum studium Histrionum notat; nec posse quidquam efficere in oratione, quæ non sit ad animos perturbandos accommodata: illud omne, inquit, quod affectibus caret agendo est ineptum. πᾶν τὸ ἀπαθὲς ἀνυπόκριτον.

Hæc vidit Cicero, sic in orat. scribens. Itaq; ille perfectus, quem iamdudum nostra indicat oratio, vtcunque se affectum videri, & animum audientis mouere volet, ita certum vocis admouebit sonum: cum gestu verò coniunctus est vultus: quibus omnibus dici vix potest quantum intersit, quemadmodum loquatur orator, nam & infantes actionis dignitate eloquentiæ sæpè fructum tulerunt, & diserti deformitate agendi multi F infantes putati sunt: vt iam non sine cau- F sa Demosthenes tribuerit & primas, & secundas, & tertias actioni: quod cum est oratori maximè expetendum, tum verò difficillimum.

Ideoq; vt Histrionem Theodorum maximopere commendat Arist. hoc 3. lib. longe ante verba citata, quod ita sæpè singulos hominum loquentium affectus voce, ac vultu exprimebat, vt eos ipsos loquenter sibi aliquis audire videretur: sic vehementes illi oratores laudandi sunt, qui hoc ipsum arte faciunt, vt artem tamen occultent, & potius naturæ sponte id facere videantur: Sic enim ibi Arist. en tibi vim imitationis in voce, ac gestu.

Sequitur Arist. Illud vero cõtrarium, vt enim, G insidias ponentem calumniantur, ceu in vinis mistis: G mox de Theodoro, & vt vox, inquit, Theodori collata cum voce, qua cæteri vtebantur Histriones; nam illius vox dicentis esse videbatur, cæterorum aliena, sic vt te falli auditores timerent, qualis erat Theodori vox relata ad vocem aliorum histrionum: nam eius videbatur

esse

esse dicentis aliorū alienæ Hæc interpretes fusius explicabunt, Victorius maximè, & Aotonius Bern. Episcopos Casertanus.

Ζοφοδορπίας *quid: Suid. & Hesych. emendati, itemq; Laërt. vesperi oculta notio detecta.*

CAPVT V.

Ζοφοδορπίας ὁ σκοτεινὸς δεῖπνος explicatur à Suida, vt de epulis intelligatur, quæ celebrantur ortis iam tenebris: Hesych. Ζοφοδορπίας expouit σκοτοδείπνους, & λαθροφάγοι, & in veteri quodā Suida magni lexici concinnator testis est legi Ζοφοδορπίας, cui tamen apponitur eadem interpretatio σκοτεινὸς δεῖπνος, sed & δεῖπνος in genere masculino suspectum est nomen: emendetur ex vtroque scriptor vterque. Legitima est lectio Ζοφοδορπίας, vt est in codicibus vulgaris Suidæ, & explicetur, vt est in Hesych. σκοτοδείπνους, mutato tamen numero, & casu, vt dicatur σκοτόδειπνος, sed referatur ad significandum eum, qui ortis iam tenebris cenat, non ad eum, quem significat alia vox in Hesych. λαθροφάγος, id est, in tenebris, siue tenebroso loco edens, siue potius clam, & occultè.

B Est ergo Ζοφοδορπίας primę declinationis simpl. vt ταμίας; estq; nocturna cena, vt ἑσπέρισμα. & eadē vtriusque vocis notio: inde & à Plauto vesperum dicta, quia vesperi fiebat. In Mil. Glor. act. 4. Sc. 2. tanquam quidam, qui vesperi viuat suo, & Rud. Act. 1. Sc. 2. Extrema, si tu de illarum cenaturus vesperi es, vbi mendosè legitur supparis. Si Ζοφόδορπ. interpretemur vespernam, perinde fuerit ac si interpretemur cenam: Nam Festus Vespernam antiquis fuisse tradit, quod eorum posteri vocarunt cenam; cum tamen Ζοφόδορπ. dici videatur de epulis, quæ sequuntur ipsam cenam, hoc est, δεῖπνον, atque ita à Suida non simpliciter δεῖπνος sed σκοτεινὸς explicatur: & cum ex Plut. in probl. lib. 8. q. 6. Conuiual. δεῖπνον esse constet, quam Latini cenam vocant, Suidas dicere volet, cenam, quæ in tenebris fit.

Ego tamen Ζοφοδορπίαν esse puto non cenam nocturnam, sed eum, qui noctu cenat: ac certè si emendamus in Suida σκοτόδειπνος aliter non possumus explicare; quod indicat alia voce Hesych. λαθροφάγος, & constat ex Plut. q. 16. lib. 8. Symp.

C appellantem eos, qui serius ad cenam redibant κολυνδείπνους & Ζοφοδορπίδας, quasi remoricenas & nocticenas, Ζοφοδορπίδας legunt alij, vt Cælius lib. ant. lect. 27. cap. 24. accipiens pro eodem κολυνδείπνους, id est eos, qui in noctem cenam protraherent: & com per iocum, qoi ita vocabantur, se defenderent illos appellabant, vt par pari referrent, τρεχεδείπνους, id est curricenas, cū tamen à contrario sensu significet, eos, qui minus ad cenam currunt; nominantur etiam ὀψιδείπνους, scilicet qui nuuquam vocatoribus oegant, tamersi occuparissimi ad horam præscriptam adesse nequeant cenæ.

Omnes isti in nomero habebantur, τῶν κολυνδείπνων, cunctabantur enim cenam adire, & sua illa mora impedimentum aliis adferebant, quo minus mature ipsis liceret cenare, ideoque conuiuium in longam noctem producebatur: isti communi vocabulo φιλόδειπνοι possunt iure nominari: quo duos reges Antigonum, atque Antiochum nominauit lib. 5. Athenęus cap. 4. & lib. 10. cap. 12. quod libenter conuiuarentur: apud quem etiam lib. 2. cap. 24. Apollodorus lib. Etymol. 2. vocem κολυνδείπνος cuidam attribuit generi cochlearum, siue limacum. D

Porrò in Plut. fortasse legendum Ζοφοδορπίας, aut Ζοφοδορπίδας, habet enim in accusatiuo Ζοφοδορπίδα ab illo nominatiuo, cum tamen in aliquibus libris Ζοφοδορπίδα legatur, à nominatiuo Ζοφοδορπίς: Laërtius tamen Ζοφοδορπίδα habet, cum & ipse narrat lib. 1. nominarum ab Alcæo Pittacum Ζοφοδορπίδαν. Plut. interpretatur non quod serò cecinaret, sed quòd obscuris alioqui sordidis, & vulgaribus conuiuis delectaretur. Laërtius verò ὡς ἀλυχνον quam vocem interpres exponit, quòd obtusam haberet aciem oculorum, vim huius vocis non intelligens, aut fortasse quia legit Ζοφοδορκίδα, id est, in tenebris videntem, vt mos est illorum, qui debili sunt acie: nam ζόφος tenebras significat, & δέρκειν est videre: inde enim δορκάς, id est caprea, & δορκάδιον, quòd acuto sint visu: nam δεῖπνος non ad oculum pertinet, sed ad cibum. E

Est etiam menda in prima parte huius vocis Ζοφερὸς, scribendum enim Ζοφερὸς, nam Ζοφερὸς tenebrosus est, Ζοφερὸς autem nihil significat: itaque vox illa ἄλυχνον interpretans priorem, cum ea nihil habet commone: ad verbum significat sine lucerna, ac propterea interpres ad oculum pertinere existimauit.

Ego maculam inesse puto vnius litteræ, nam positum est υ, pro ι, vt legi debeat ἄλιχνος à particula augente significationem, vt in aliis nominibus, & λίχνος, vt significetur eom, qui valdè, & insigniter gulosus sit, atq; liguritor, quę notio com voce Ζοφοδορπίας conuenit, & propterea Pittacus ita sit appellatus, propter cupedias, quòd noctu cenaret, ne eius appareret λιχνεία, id est, voracitas; ita mihi videtur hæc vox in Laërtio restituenda; quanquam non repugno legi ἄλυχνος sine lucerna, & notatum propterea vt gulosum, quòd in tenebris, & quasi clam cenaret, ne à quoquam videretur, & libetius se ingorgitaret. F

En cuiusmodi habuit Græcia sapientes: Nullum verò in hoc vocabulo prouerbij agnosco vestigium, vt agnouit is, qui prouerbia digessit in chiliadas; sed de re leui iam nimis multa.



De

De Anguilla Aristot. locus cum Athen. loco comparatus, & propria quaedam in hoc pisce notata: alter Plinij cum altero Strab. collatus & emendatus de Pelamide.

CAPUT VI.

A ATHENAEI sunt verba lib. 7. c. 17. Aristoteles, scribit, gaudere anguillas aqua integerrima: quare, qui eas nutriunt, claram ipsis aquam infundere, quod turbida strangulentur. A Credo indicari hunc locum lib. 8. de hist. anim. cap. 2. Anguillae paucae quaedam, certisque locis vescuntur limo, atque eduliis, si quis apponat, sed plurimae dulci humore viuunt idque qui viuariis anguillatiis dant operam, seruant, vt quàm maxime pura, sinceraque sit aqua, adfluens semper, & effluens per tipas, vbi viuaria exstruunt: nam nisi aqua sit clara, breui strangulatae intereunt: Sic Gaza vertit.

Conueniunt haec verba cum Aristoph. loco equit. quem lib. 7. cit. Athen. producit de piscatoribus, quibus commode accidit, dum piscan-
B tur, si aqua turbida sit, ac limosa: nam & subiungit nominis rationem, apertè significat anguillā ex luto capi, nam & nomen in vs terminatur, in luto fundatur, id est, ἀπὸ τοῦ ἰλῦϊ χεῖσθαι, vt vult Eust. In luto hętere, vt altet vult, hoc est, ἀπὸ τοῦ ἐν ἰλῦϊ ἴχεσθαι, mirum certè ab eo nomen accepisse, quo suffocetur, non ab eo, quo delectatur: praesertim cum ex limo gignatur: id est ἰλύος, vt Oppianus cauit, & mox docebimus. Inde Homerus rei Physicae scientissimus, cū vellet explicare ipsum fluuij eombnti fundum dixit Iliad. φ.

—Τείρετ᾽ ἐγχέλυές τε καὶ ἰχθύες.

Probat haec Plin. cap. 21. lib. 9. Sumens ab Aristot. loco citato cum scribit, non tolerare vitam in a-
C qua turbida, ideo circa Vergilias maxime capi fluminibus tum ptaecipuè turbidis: quae item caussa est, vt dureut, & fine aqua senis diebus Aquilone spirāte, Austro paucioribus: nam Aquilo ventus est minimè turbidus, imo valdè serenus: & cur hiemem in exigua aqua non tolerent.

Sciscitatur autem Plin. caussam, cur exemtae aquis diutius viuant, contra aliorum pisciū morem, ex natura quorundam piscium quos terrenos vocat cap. 57. qui quidem & ouis in limo relictis generentur, & ad pabula petenda exiguis palpitant branchiis, quòd videlicet non indigeant humoris: nam & ipsae anguillae binis sunt pinnis, vt ait cap. 20. ex Arist. cap. 13. lib. 2. de hist. anim. quoniam non multum refrigerationis, inquit, desiderant, propter pauciores branchias, minusque continentes.

Quod verò ait lib. eodem Plin. cap. 51. Anguillae stetetunt se scopulis, ea strigmenta viuiscunt, D nec alia est earum procreatio; vereor, vt sit verū, cum vulgo credatur implicari serpentibus, siue anguibus, & à probatissimis viris acceperim in Trasymeno lacu ipsis hoc esse familiare. Plinium tamen confirmat Arist. lib. 6. de hist. anim al. cap. 16. & lib 3. de gen. anim. cap. postremo: quo libro inter intestiua terrae, hoc est vermes, & quae vermis habent naturam, collocat, & ex his nasci lib. 6. de histot. cap. citat. tradit, cum tamen ad aquam potius attineant.

Illud item notandum, anguillarū proprium, genus earum sexum nō habere, quia in ipsis nec marem, nec feminam esse pro comperto habet Arist. 4. de hist. anim. cap. 1. & 2. de gen. anim. c. 4. longissimo, qui tamen secum pugnare videtur, cap. postremo lib. 8. cum tamen se ipse sibi conciliet, ita loquens, & in genere anguillarū quoqꝫ meliores sunt, quas feminas appellant: quae nomen feminae temerè acceperunt; non enim sunt E feminae, sed quia aspectu discrepant á ceteris nominantur feminae, quale tradit genus quoddam mugilum in fluuiis lutulentis: nam & rubellionem tantum feminam esse putat: & lib. 6. de hist. anim. c. 14. mares omnes semen habere genitale praeter anguillam, & lib. 8. c. 2. nō tolerare mutationē ex lacu in piscinā, rursus lib. 6. de hist. cap. cit. ascēdere de mari in lacus, & fluuios mugiles: contra anguillas è lacubus, & fluuiis in mare.

Iouius tamen cap. 33. lib. de piscib. rarissimas esse in mari anguillas tradit, ingentes, ac sapidissimas ali à Vulsiniensi lacu, & in toto genere piscium, anguillam cum sapidissima sit, noxiam esse, vt pene iniquè fecisse naturā queratur; quā Christianè ipse iam nouit: minimè autem noxi- F um, & maxime exilē esse Serij fluuioli agri Cremonensis: apud veteres autem in ptetio erant dictae Copaides in Boeotia, hac item praerogatiua, vt praecipuas Diis immolarent Boeotij more victimarum coronatas: ita cap. 17. lib. 7. Athen. ex quo Caelius lib. 28. cap. 7. malè pro Boeotia Euboeam scribens.

Similes erant Plotae in Sicilia Eloti fluuij vt Nymphodorus apud Athen. lib. 8. ferè initio notauit, grandiores item, quae in AEgypto, dictae propterea Basilicae, & rescripsit lib. 9. cap. 12. Caelius. Porrò Copaides nominatae à magnitudine, quia longae remi instar, qui κώπη dicitur, aut sanè ab vrbis, quae Copae dicebatur, palude, vt habes in Eust. & Steph.

Plotas autem supernatare, viuas intellige, obseruat Macrob. lib. 3. cap. 15. cum Arist. neget mortuas supetfluitare, vt reliqui solent pisces, lib. 8. da hist. cap. 2. Archestratus apud Athen. lib. 7. ἐγχέλυς, inquit, μόνη ἐστὶ ἀπύρηνος μόνος ἰχθύων, id est, G sola piscium est exossis, ac spina carens, ad verbum siue nucleo: ἀπύρηνα dictam ἀσπίνος, id est, vrbanè osseam spinam. Eust. obseruat capturam earum, odoribus facilem, vt caeterorum piscium, odore enim pisces valere, & eo maximè

capi,

capi, demonstrat Arist. lib. 4. de hist. cap. 8. & artem capiendi ostendit.

Admirabilis verò illa, & ingeniosa, qua in Padoangnillas capi refert Aelianus lib. 14. de anim. cap. 8. Intestinum ouillum, quo maximè delectantur, cannæ alligatur, & in aquam immittitur: cum adhæsisse anguillam intestino ex agitatione intelligit piscator, intestinum per cannam ore inflat, quo flatu, & intestinum intumescit, & vento anguilla impletur, sicq; penè suffocatur.

Limosum pisci subiicio alterum ipsum penè li-
H mum: nam ab eo accepit nomen, & vna medeor leniori quidem vulneri Plinij, sed quo historia reddebatur mendax: est ergò Plin. locus lib. 9. cap. 15. Est in Euripo Thracij Bosphori, in ipsis Europam, Asiamque separantis freti angustiis saxum miri candoris à vadu ad summa pellucens iuxta Chalcedonem in latere Asiæ: huius aspectu repentè territi semper aduersum Byzantij promontoriū ex ea caussa appellatum Chrysoceras, præcipiti petunt agmine.

Hinc Plut. inter exempla industriæ animaliū Thynnum reponit. eius inscript. lib. Itaque omnis captura Byzantij est magna Chalcedonis penuria; opperiuntur autem Aquilonis flatum, vt secundo fluctu exeant è Pontò, ac nisi intrantes Pontum Byzantij capiuntur: at contra ante dixerat capi exeuntes è Ponto non intrantes; quod verisimum est: Ergò loco vocis Pontum, lege
I Portum: quod sanè alij docent auctores: Nam ad ipsum opidum Byzantium captura illa est piscium, quia cornu illud aureum, ad quod deferuntur, vt cum Strab. loquar lib. 7. τῷ σφόδρα τείχει βυζαντίῳ adhæret Byzantij muro: Et cum Plin. in illo ipso Promontorio, quod cornu vocant, Byzantium Vrbs, illud enim cornu in multos scissum sinus, quasi ramos, faciebat Byzantio portum, in quos ramos ἐμπίπτοντα ἡ πηλαμὺς ἁλίσκεται, vt ait Strabo, captura videlicet fit Pelamydum.

Hæc cum adnotauissem, ne quiuis me innoxium arguat furti, postea reperià Iusto Lipsio in lib. 12. ann. Taciti animaduersa, in emendanda eodem modo Taciti verborum macula, ea de re loquentis, & eodem librarij errore, qui, Pontum,
K pro, portum exscripsit, quia piscium vis in Pontum erumpens.

De hoc pisce hæc notanda ex cap. 6. Ionij. de piscib. Primus ab ipso statim ouo Thynnorum fetus cordylla dicitur, Scordula in Aristot. Gaza reddit, qui mox in limarias euadit, ex limariis autè adolescentibus Pelamides fiunt, sic à luto dictæ, quas nunc etiam Pelamias vocamus: cum vero Pelamydes pedalem excessere magnitudinem, in Thynnos abeunt: porrò ex Thynnis vt Athen. lib. 7. cap. 21. placet, auctoritate Sostrati, cum in summum excreuerint, Orcyni infesti cęteris piscibus efficiuntur. Adi Plin. lib. 9. cap. 15. & Strab. lib. 7. & Arist. lib. 6. cap. 17. de hist. anim. & lib. 8. cap. 13.

Orcynus est Pelamydum generis maximus, vt ait Plin. lib. 32. cap. postremo, neq; redit in Mæotim, similis Tritoni & lib. 33. cap. 11. Pelamys post L quadraginta dies à Ponto in Mæotim reuertitur; Cordyla & hæc Pelamys pusilla, cum in Pontum è Mæotide exit, hoc nomen habet.

Arist. 5. de hist. cap. 10. Limariæ, ac Thynni in Ponto pariunt, nusquam alibi, quod miror affirmare tantum Philosophum: nam in Sicilia ego vidi multos; & Strabo in mari Hispanico frequentes esse tradit. Idem Plin. lib. 32. cap. citat. Sarda ita vocatur Pelamys longa ex Oceano veniens, nōnullo ab Arist. discrimine cap. cit. lib. 8. de hist. cum ante Plin. dixisset Pelamydem generis Saxatilium maximam Apolectou vocari: de quo ne verbum quidem Arist. cum paulo diuersius cap. 15. lib. 9. Scripsisset Pelamydes in Apolec- M ctos, particulatimque confectæ in genera cybiorum dispartiuntur: cui Cybia videntur esse frusta Pelamydum concisarum, cum tamen Hicesius apud Athen. lib. 3. cap. 19. scribat Pelamydas esse κύβια μεγάλα.

Idem Plin. paulo antè, limosæ vero à luto Pelamydes incipiunt vocari. & cum annum excessere tempus Thynni, sic item Arist. cap. 17. lib. 6. de hist. inde Orcyni Athenæo primum, tum cetum lib. 7. ex Sostrato lib. 2. de Animal. cap. 20. De quibus & lib. 8. Athen. & lib. 3. cap. 20. Thynnum fieri ex maioribus pelamydibus, quarum exiguæ cybiis sint similes, cuius generis est horæum. Iure vt Gaza Plin. imitatus nomen ipsis indiderit Cimeriarum. Pelamydia etiam vocat Strabo, quæ mira esse in mari ad Sinopen lib. 12. narrat: sed emergamus è luto.

Vocis, caput, & capitulum similes Latinis, & Græcis notiones explicantur.

CAPVT VII.

IN vsu vocis κεφαλὴ, & κεφάλαιον Græ- A ci, Latinique sæpe conueniunt: id ego nunc assumo declarandum. κεφαλὴ, quia totius corporis partium nobilissima à Græcis pro toto vel homine, vel animali vsurpatur, à Latinis eodem modo caput. Exempla in Homero Græci habent plurima. Vlix. 11.

Τοίην γὰρ κεφαλὴν ποθέω, μέμνημένη αἰεὶ

Il. θ. ἰσχθρὰ κεφαλὰ. Il. Σ. φίλην κεφαλήν. Il. penult. δεινὴν κεφαλήν, & Sopb. φίλτατον κάρα dixit. Synes. ἱερὸν, καὶ κοινὴν, δεινὰ κεφαλήν. Item, σωφρόνη eodem modo Greg. Naz. Plut. in Polit. φίλας κεφαλαί. Sæpè à Demosth. μιαρὰ κεφαλὴ aduersus Midiam, & pro corona: vt sciatis quot res scelestum hoc caput turbarit, nec pœnas dederit: A & in Midiam sensum respiciens, non verba, post ἀναιδὴς, ἡ μιαρὰ κεφαλὴ subiungit ἐξελαυνόμενος, quia per genus fem. intelligendum masc. ὁ μιαρὸς, καὶ ἀναιδὴς.

Hac forma Latini dicere consueuerunt, festiuum caput, lepidum caput, ridiculum caput, im-
B pium, audax, infandum, carum, dulce caput. Ter. Virg. Sen. & alij sæpissimè. Quod autem Virg. 4. Aen.

Per caput hoc iuro—

Non pars hic sumitur pro toto, sed pro peculiari parte, illud autem:

—Si tangere portus
Infandum caput, ac terris adnare necesse est.

Pro toto sumitur; vt à Cicer. Philip. 2. Duo capita nata sunt post hominum memoriam, teterrima. & spurcissima.

Rursus κεφαλὴ accipitur pro homine vel animali, sine vlla adiectione. 2. Poli. Arist. B. Viritim, Latinè, per testa, ô, per capo, Italicè: Ita I. C. noxa, inquiunt, caput sequitur, & quasi prouerbium Iurisconf. proprium quidam accipiunt, id est, obligatio ex noxa contracta facti auctorem sequitur: nam siue alienetur seruus in nouum dominum transfertur actio, siue ipse manumittatur in ipsum demigrat. Vlpian. l. 1. §. 5. D. si qua Paup. & Imp. §. 3. de nox. act. & alibi sæpè.

Vnde illud apud Varron. libro secundo, de re
C rust. cap. 4. de Suib. parari, & emi solent sic: illasce sues sanas esse, habereque rectè licere, noxiisque præstare, neque de pecore morboso esse, spódesne? & noxis solutus dicitur seruus noxio contrarius, ob cuius noxam nihil debetur, vel qui nemini est obnoxius, quasi liber, & solutus omni obligatione, quæ ex noxa contrahitur, siue quòd nullam commiserit, siue quòd eo nomine satisfactum sit.

Inde illud Vlp. ex ædilium edicto l. 1. Certiores faciant emtores, quis fugitiuus, erroue sit, noxane solutus non sit. Lege plura in comment. verb. iur. vt Vlix. ἃ κεφαλὴν ἀνδρὸς dixit. Hom. sic lib. 9. Herod. συντυχούσας κεφαλὰς τῶν Ξέρξεω πολεμίων, pro πολεμίων. & sæpè Hom. βοῶν κάρηνα, τρώων
D κάρηνα, νεκύων κάρηνα, pro boues. Troianos, mortuos. Sic & Cæsar lib. 4. de bell. Gall. cum hostium numerus capitum 330. millium fuisset, diuersa paulo forma, & 3. Aen. Virg.

Bina boum vobis Troia generatus Acestes
Dat numero capita in naues—

Et 1

Triginta capitum fetus enixa iacebit.

Hinc illa minari alicuius capiti, caput deuouere, in caput vertere, capiti timere, & similia Græcis vsitata ac Latinis, in quibus & vitæ significatio latet. Il. ρ. Homer. Demosthen. de fal. leg. Arist. Acharn. C & Pluto. Plato Euthyd. Virg. 8. Aen.

—Dij capiti ipsius generiq; reseruent.

Cydippe Acontio.

Inq; caput nostrum dominæ periuria quæso.
Eueniant—

Ouid. 1. de art. am.

Pœna reuersura est in caput ista tuum.

Sic Tib. ad Ianuam amicæ.

Et mala si qua tibi dixit dementia nostra
Ignoscas, capiti sint, precor illa meo. E

Vt Hom. Vlix. σφοῖ dixit παρθέμενοι κεφαλὰς & Γ. ψυχὰς παρθέμενοι. Ita Virg. Aen. 2.

—Caput obiectare periclis,

Et 8.

—Meme ipse, meumq;
Obieci caput—

Sed vbi Græci dicunt, ἴσον κεφαλῇ v. g. amare honorem vt Hom. Iliad. 6. D Latini phrasim ad oculos transferunt, nobilissimam capitis partem, oculis, vel in oculis ferre, & in oculis esse. Exempla passim in Cicer. quod & Moschus in Megara vsurpauit: nam quod eodem sensu Græci dicunt, ἐπὶ τῇ κεφαλῇ περιφέρειν, & vsurpauit Plato 1. de Rep. lib. & significat præcipuo quodam honore, & amore prosequi, non habent Latini, qui dicunt in oculis ferre, habent Itali, portar sopra F la Testa; & vt Latini à capite ad calcem, vel à vertice ad talos, vsurpant, Græci sic efferunt, ἐκ κεφαλῆς ἐς πόδας, Homil. Iliad. ψ. Aristot. Pluto. ἐκ τῶν ποδῶν ἐς τὴν κεφαλὴν, quomodo Itali, cominciar à raccontar da capo apiedi. Hor. 2. epist. libr. epist. 2.

Candidus & talos à vertice pulcher ad imos.

Cicer. pro Q. Roscio Amer. ab imis vnguibus vsque ad verticem. Plaut. Epid. act. 5. s. 1. Contempla, Epidice, ab vnguiculo ad capillum summum, & quod ἀκέφαλον μῦθον, Plato dixit, sic extulit Asin. Plaut. act. 3. Sc. 2. quin nec caput, nec pes sermonis appareat, & in Capt. act. 3. Sc. 4. garriet, quod nec pes vnquam, neque caput comparrat.

Principium, & summam orationis κεφαλὴν, vocat Plato in Gorg. licet alio sensu, etiam ἀκέφαλος vsurpetur. v. g. ἀκέφαλος αἵρεσις, cuius auctor G certus non extat vel, vt Cicer. loquitur pro Plancio, sine capite manans, præter alias significationes.

Iam & in hac ferè notione κεφάλαιον Græcis est, quod Latinis caput, id est summum, & præcipuum in re aliqua Plato 1. de leg. id quod est potissimum institutionis puerilis, vel in institutione puerorum. Isocrat. Areop. κεφάλαιον δὲ τ καλῶς ὁμιλεῖν. Rursus κεφάλαιον ὅλου τοῦ πράγματος.

Cicer. 2. de offic. caput est in omni procuratione negotij, & publici muneris, vt auaritiæ pellatur etiam minima suspicio, κεφάλαια ἔργων, Demosth. dixit, rerum capita, & summam vt Latini, ἐν κεφαλαίῳ εἰπεῖν Xenophon. παιδ. 6. ac Demosthen. breuiter, & capitulatim attingere, H vt Plin. Senior loquitur cap. 12. libro secundo, carptim, & vt Iunior Plin. libro epist. 6. epist. 12. κατὰ κεφάλαιον. ita certe partes in quas libri distinguuntur κεφάλαια illi, Agellius capita dicit, vulgo, Capitoli.

Item caput vocat T. Liuius, quod Itali, Il Capitale, & fortè Cicer. 3. in Verr. caput frumenti,

& 5. capur Vectigalis; Græci κεφάλαιον, quod & ἀρχαῖον, vnde fructus, & reditus manat. ita Aesch. contra Ctesiph. Plut. in Fabio, id est, summam ac sortem. Sic enim iste: hæc summa, & capitale est octo drachmarum. Ille, ἔως τὸ κεφάλαιον ἀπέδωκε. Plato 5. de leg. μητὲ τόκον, μητὲ κεφάλαιον, neque vsuram, neque sortem, vel capitale; Hoc capite, tantum de capite.

Orationis pulchritudo quibus rebus efficiatur ex corporis pulchritudine, expressa.

CAPVT VIII.

A EX corporis animantis alicuius hominis potissimum forma pulchritudinē explicari orationis magnis oratoribus est familiare. Plato in Phædro oportere docens orationem omnem tanquam animal quoddam, constitui, vt formam, & collocationem partium talem habeat, qualem corpus, quod neque capite careat, neque pedibus, habeatque membra sibimet ipsis, & toti conuenientia corpori, non dissimili Epigrammati olim in Midam scripto, sic loquitur; Atqui ego puto oportere de hoc affirmare orationem omnem, tanquam animal quoddam esse constitutam, vt suum quoddam habeat corpus, ita vt neque capite, neque pedibus careat, sed media habeat, atque extrema ita descripta, vt & B sibi mutuo, & toti conueniant. Quid ni? Considera igitur sodalis tui orationem, num ita, an verò aliter se habeat & eam nihil differre deprehendes ab Epigrammate quod Phrygio Midæ inscriptum fuisse tradunt quidam, quomodo se habet? & qua ratione affectum? Est eiusmodi hoc:

Ænea sum Virgo, atque Midæ incumbo sepulchro, &c. A

Et in symposio, in eo pulchritudinem constituit corporis vt συμμετρίαν habeat cum quadam suauitate colorum: quæ quidem συμμετρία, & μέγεθος includit & τάξιν.

Discipulus Aristot. in Poët. scribit, ordine, & magnitudine pulchrum constare, & similitudine ab animalibus ducta, fabulam, vt pulchra sit, his duobus præditam esse debere, testatur hoc C sermone: quoniam pulchrum, & animal, & res omnis, quæ ex aliquibus conflata est, non hæc solum habere oportet ordinata, sed & magnitudinem, non qualemcunque. En ordo pars vna, καλὰ ἡ μέγεθος ὑπάρχειν, μὴ τὸ τυχὸν. en altera, τὸ γὰρ καλὸν ἐν μεγέθει καὶ τάξει ἐστί. quod primo Rhet. lib. dissimilibus verbis exprimitur, cum quæ cuiuslibet ætatis hominis pulchritudo sit, declarat: qui & lib. Phys. 7. in συμμετρίᾳ formam posuit corporis, eodem modo in suis Rhetoricis vtroque iunior.

Dion. Halicarn. præcepta τῆς ἀκολουθίας in oratione seruanda tradens, τὴν ἀκολουθίαν, inquit, consequentiam non videmus, quam adiungendam esse orationibus Plato dicit, non confusè, vt se fors obtulit, iactare argumenta, sed esse orationem corpori similem, à capite ad pedes vsque habenti partes, & membra sibi mutuo congruentia, & toti corporis constitutioni. quam ne- D cessariam ἀκολουθίαν solum effugisse Demosthen. obseruat. Viden', vt expressit locum Platonis?

Hoc & Hermogenes fecit de pulchritudine sermonis loquens lib. 1. de ideis, si & hæc est pulchritudo, meo quidem iudicio, & sententia Platonis, qui ait, necesse esse, vt oratio constet capite, & extremis, & mediis, sibi inuicem, & cum toto corpore congruentibus, non autem singula, vt casus tulit, iactata, siue proiecta, licet per se sint pulchra.

Vides etiam, vt Halicarnasseum exptimat, ὅ γὰρ δυνατὸν ποτὲ οὕτω γενέσθαι καλὸν λόγον. Nam dixerat paulo ante: Neque enim sic fieri vnquam posse orationem pulchram: Vniuersi namque pulchritudo est membrorum, & partium conformatio mista colori: per quæ quædam fit oratio ideis mistis, id est, formis dicendi: Hæc enim sunt instar membrorū & partium ipsius: quamobrem si futura est pulchra, habere debet horū E commensurationem, & nescio quem boni coloris florem, qui per totam orationem sese demōstret, ex quo morum qualitas emineat, quam & natura nominant quidam colorem orationis.

Item: Pulchritudinem igitur orationis propriam esse docet, cum propriè congruens, & commensuratum quoddam est ex iis omnibus, quæ ideas ipsius vniuersas efficiunt, vt sunt sententiæ, artificium, dictiones, & id genus reliqua, adiuncta quadam motum qualitate, quæ formam deceat orationis, & in ea tota emineat, quemadmodum in corpore eminet color. Itaque etiam quæ de vi dicuntur pulchri, & formosi corporis ad pulchram orationem transferri possunt.

Formam Socrates esse dixit, exigui temporis tyrannidem, in quo benè scripta, id est pulchra, & culta tanto magis excellit oratio, quanto lon- F gius durat: Arist. siue Diog. formam dixit maximam habere vim ad commendationem, immò commendationem esse absque epistola; nec cedit elegans oratio: ac planè agrestes & ἄμουσοι sunt illi habendi, quibus non placet ornata, & perpolita oratio, sicut hi penè inhumani sunt homines, qui deformem vxorem, modo sit locuples, præferunt formosæ, quæ tenui sit fortuna.

Quæ caussa fuit, vt reprehenderetur à suis Spartæ Rex Archidamus; quod hac oratione commemorat Athen. lib. 13. cap. 7. ex Heraclidis historiis: Heraclides Lembus narrat Spartæ in admiratione esse virum pulcherrimum, & femi

nam pulcherrimam: Propterea ferunt Archidamum ab Ephoris pœna affectum, quod cum hinc mulierem formosam inspexisset, illinc deformem, sed opulentam, inclinasset ad posteriorem: cum dicerent, malle eum Regulos Spartanis procreare, quàm Reges. Euripidesque dixit, primum quidem forma digna est Imperio, & c.
G
Plut. hoc idem narrans de lib. educ. μικρὰν, non αἰσχρὰν. id est paruam, non deformem, & βασιλίδας non βασιλίσκους, id est, reginas pusillas, non regulas, quam rem alij secus narrant.

Silentem fraudem Theophr. appellauit formam, quod sine verbis persuadeat: & oratio iure dici potest, loquens fraus, quæ tamen ignoretur esse fraus: ita blandè capit, vt te non inductum in fraudem dixeris, sed sponte tua facere, quo te vis orationis traxit.

Prærogatiuam naturæ Plato nominauit formam, quia paucis contingit: sic oratio pulchra concessa paucis. Quapropter Cic. extremo Bruto: Vix singulis, inquit, ætatibus binos oratores
H laudabiles extitisse: Et primo de orat. multò pauciores oratores, quàm Poëtas reperiri.

Eburneum detrimentum formam Theocritus vocauit, quia aspectu iucunda, sed maximorum incommodorum caussa: ita planè oratio, vt primò de Inuent. Cic. tradit, & in orat. pro L. Flacco, nescio cuius Meandrij linguam eloquentis hominis, flabellum seditionis nominat.

Carneades formam nuncupauit regnum absque satellitio, & stipatoribus. hoc est, ἀδορυφόρητον βασιλείαν quia formosi quidlibet per se impetrant, ita eloquens, & ornata oratio ducit, quo minimè quisque vellet, vt de Cic. Pliu. lib. 7. cap. 30. in proscriptorum filiis tradit.

In eo item pulchra oratio pulchro corpori est similis, quod, vt corporis forma, donum est naturæ; sic enim vocat Aristot. quia gratis à natura datur, ita sæpè à natura vis manat orationis, & ad bene loquendum propensio: sed vt formam auget cultus corporis, ita orationis pulchritudinem ars, & ingenium dicentis.

Postremo Zeno Cittieus formam dicebat esse vocis florem, vel contra vocem esse formæ florem: ita planè oratio laudabiliorem formam efficit, & formosi oratio pulchrior iudicatur, vt de virtute cecinit

Virg. Aen. 5.

Gratior & pulchro veniens in corpore virtus.



Suidæ & Volaterr. error in Musoniis detectus: & quot Musonij fuerint: Tac. locus de Agrippino explicatus.

CAPVT IX.

VNVS & alter Musonius tantum Suidæ cognitus magno errore historiæ: primus quidem, quem Nero sustulit, Volsiniensis Tyaneo Apollonio intimus, quorũ leguntur mutuæ epistolæ apud Philostr. in vita Apollonij: alter verò, qui Asiam Procos. tenuit, magni spiritus, atque animi vir, Eunapij Phrygij Rhetoris testimonio: iidem Volaterrano cogniti eadem ignoratione historiæ, lib. Anthrop. 17. sed quem Tyrrhenum ex Volsinio patria Suidas fecit, Volaterranus Babylonium mentitur: nam de Babylonio, ne verbum quidem apud Suidam. Ergo Babylonium ignorauit Suidas, solius Tyrrheni facta mentione: Tyrrhenum nesciuit Volaterranus cum Babylonio confundens: vtrumque ex Philostr. in Apollonio nostri temporis hominum ἱστορικώτατος, Cæsar Bar. Tom. 1. Annal. Eccl. agnouit. A

Ego amplius tertium addo, qui inter hos duos, quos Suid. & Volat. commemorant, est reponendus, sic vt primus Babylonius fuerit, alter Volsiniensis, tertius à me additus, quartus, qui secundus Suidæ, & Volaterr.

Primus igitur Babylonius fuit, quem commemorat lib. 4. de vita Apollon. Philostratus, & quem Nero cum cæteris Philosophis, quòd diuinationem exercere accusarentur, persecutus est. Atque vt alios omittam, inquit, ex tralatione Beroaldi, Musonius Babylonius, qui sapientia secundus ab Apollonio putabatur, in carcerem detrusus in summo vitæ discrimine versabatur: & nisi valido, ac robusto corpore extitisset, in carcere procul dubio fuisset mortuus: Deinde non longè à fine. Erat quoque temporibus illis Musonius in Neronis carcere detentus, quem in Philosophia perfectissimum fuisse asserunt: ibi coram inter se loqui non potuerunt recusante Musonio, ne maius vtrique periculum ea res adferret, sed per epistolas mutuo collocuti sunt, Menippo, Damideque ad carcerem venientibus, & litteras vltro, citroque reddentibus: cuius & meminit libro quinto, narrans eum Demetrio celebri ea ætate Cynico repugnante, perfossionem Isthmi valde vrgentem, in gratiam videlicet Neronis, opus illud molientis. B C

Suidas verò à Nerone occisum disertis verbis affirmat, quòd Liberius ab eo reprehenderetur, διὰ γοῦν τὴν παῤῥησίαν, καὶ τὸ ἐλεγκτικὸν, καὶ τὸ ὑπερβάλλον τῆς ἐλευθερίας ἀνῃρέθη ὑπὸ Νέρωνος: huius esse puto ea librorum fragmenta, quæ passim in suo flori-

legio

legio Ioan. Stob. producit sanè vtilia, atque eruditα φέρεται ἀπὸ λόγι. vt Suid. ait, διάφορα φιλοσοφίας ἐχόμενα, ἐπιστολάς: cuius item meminit Iul. Apost. in suis epistolis; eiusdem esse existimo dicta illa illustria, quæ tum apud Agell. lib. 9. cap. 2. & lib. 16. capite 1. & 6. libro Apophth. Manutij leguntur.

Alterius item Musonij Philostratus meminit lib. 7. Apoll. quem Tyrrhenum vocat: sic secundus est Musonius Volsiniensis, quem à Nerone Helianus quidam apud eum narrat in Insulam nomine Tyaram relegatum ad quam plerique Græci eius conueniendi gratia frequenter nauigarent: huiusmodi enim Sophistas vehementer amant Græci, & nunc fontis cuiusdam visendi caussa, quem in ea Insula aquis carente ipse inuenerat.

Hic ille est, quem sæpe commemorat in lib. Hist. Tac. lib. 14. Sunt qui, inquit, alios à socio nuncios (de Plautij nece est sermo) venisse ferant, tanquam nihil atrox immineret, Doctoresque sapientiæ Cœranum Græci, Musonium Tusci generis constantiam opperiendæ mortis pro incerta, & trepida vita suasisse. libro 15. nam Virginius studia iuuenum eloquentia, Musonius præceptis sapientiæ fouebat. & lib. 19. immiscuerat se Legatis Musonius Rufus, equestris ordinis, studium Philosophiæ, & placita stoicorum æmulatus, cœptabatque permistus, manipulis, bona pacis, & belli discrimina differens, armatos monere: id plerisque ludibrio, pluribus tædio; Nec deerant qui propellerent, proculcarentque, ni admonitu modestissimi cuiusque, & aliis minitantibus omisisset intempestiuam sapientiam; loquitur de bello ciuili inter Vitellium Vespasiani Ducem; quod eius factum lib. 2. de concord. & discord. Ioan. Lud. Viues producit.

Idem accusauit P. Celerem Tac. lib. 20. tum inuectus est Musonius Rufus in P. Celerem, à quo Baream Soranum falso testimonio circumuentum arguebat, & post multa: repeti inde cognitionem inter Musonium Rufum, & P. Celerem placuit, damnatusque Publius, & Sorani manibus satisfactum. Insignis publica seueritate dies, ne priuatim quidem laude caruit. Iustum indicium explesse Musonius videbatur.

Huic autem Musonio, cum Rufus addatur nomen, mirum quod inter tot Rufus à Plin. in epistolis commemoratos. Sunt enim Rufi Satrij, Asinij, Pomponij, Auiij, Virginij, & alij, nemo fit Musonius: cum item Capitonis filium narret Suid. & plerique fiunt apud Plin. ac Tacitum Capitones, quis eorum pater fuerit Musonij, mihi non gnarum. Fortassè Valerius fuerit Capito præfectura Romæ functus, quem ab Agrippina vrbe eiectum, ipse Nero, quo grauaret inuidiam matris, vt ait lib. hystor. 14. Tac. sedibus patriis, vt alios quoque, reddidit.

C. quendam Musonium bis nominat Iunior Plin. lib. epist. 3. Iulio Genitori scribens, qui eiusdem videtur familiæ fuisse atque hic noster.

Corrigendus verò Philostrati, aut Beroaldi interpretis locus, siue potius menda typi, illis verbis Tyaram Insulam: neque enim Strabo, aut Plinius, aut Stephanus, aut Ptolemæus, aut vllus omnino Chorographorum, aut Geographorum, quos legi, eius nominis insulam nominant: legendum Gyaram, vel Gyarum, in quam insulam relegandum C. Fillanum apud Tac. lib. 3. L. Piso censuit, de quo mox.

Tertius fuisse Musonius videtur Philosophus ante, & post Imperium M. Aurelij Philosophi: Hic Hermogenem Tarsensem penè puerum declamantem sua præsentia honestare non est dedignatus, vt neque M. Aurelius Philosophus: sic enim ex Philostr. de Sophistis Suid. Qui sanè tertius dicendus est Musonius; neque enim esse potuit duorum priorum alter: nimis enim diu vixisset, si sub Vesp. florens vt secundus, & longè ante sub Nerone ad M. Philosophi tempora peruenisset: nam ab initio Imperij Neronis, vsque ad M. Philosophum Imperatorem anni intercesserunt plus 30. supra centum.

At obiicies priores duos eum Apoll. Tyaneo vixisse, qui tamen ætate floruit M. Philosophi, cum illi in disciplinam eum Pius tradiderit: ita enim Iulius Capit. In Antonino Pio & in Vero.

Cauillus hic est, non obiectio ex nominis, & professionis similitudine: nam tametsi Tyaneus quorundam opinione 80. ætatis annum excesserit, tamen sub Nerua eius amico, aut sub Adriano mortuus indicatur à Philostrat. licet superstitiosè, obierit, necne, dubitet: Suidas disertè ἐφ' ὃ καὶ μετήλλαξεν, id est, sub Nerua: & idem ipse Capitolinus hunc Apollon. præceptorem Marci Chalcedonium, & Stoicum nominat in Marco, cuius factum libere, ac dictum in Pio commemorat, cum ab eo ad filium instituendum vocaretur: cum eum cæteris Apolloniis malè non reposuit Suid. & Volaterr. lib. 13. Anthrop. cum & celebris per se ipsa fuerit, & tanti Imperatoris præceptor.

Quartus Musonius sub Iouiano Christiano Imperatore nominatur à Suida, quem Philosophum fuisse mihi nō constat ex narratione Suidæ: tantum habeo in administratione Reip. & regendis prouinciis ambitiosè versatum πάντα ἐπ' ἰδέαν. De eo Suid. inquit, ex vetusto scriptore μικρὰ ἐφάνησαν πρὸς τὸν ὑγιᾶ μουσικόν, vt alia omittam.

Arianus in Epict. suo & Stob. serm. 7. ex Epict. περὶ ἀνδρείας, ita scribunt de Agrippino quodam magna ipsius modestiæ, & constantiæ commendatione: ob hoc merito laudandus Agrippinus, quòd cum in magno pretio haberetur nunquam se laudauit, sed & si ab alio laudabatur,

tur, erubeſcebat. Hic talis erat, vt ſi quid ei con-
K tingebat aduerſi, illius encomiũ ſcriberet: nam ſi febre tentabatur febris; ſi infamia afficeretur, infamiæ; ſi exularet, exilij laudationem ſcribebat: cum ei accubituro aliquando ſuperueniſſet, qui diceret à Nerone in exilium mitti; ergo, dixit, Ariciæ prandebimus: hæc inſignis conſtantia fuit, & magnitudo animi humana omnia deſpicientis.

Rurſus Arr. lib. 1. cap. 1. Renunciatum aliquãdo ipſi, quòd à ſenatu fuiſſet damnatus; tum ille, quod felix, fauſtum ſit, ſed iam quinctus eſt dies, hoc ille conſueuerat poſt exercitationem frigida lauari, abeamus hinc, & exerceamur. Singularis hæc, & rara modeſtia.

Venit in mentem, quis hic eſſet indagare: nihil reperi præterquam in Lipſij notis ad Tac. & Suet. qui patrem eius nominat Paconium, cuius Tacitus meminit lib. 16. quid Agrippino obie-
L ctum, niſi triſtem patris fortunam? quando & ille perinde innocens Tiberij ſæuitia concidiſſet. & Suet. in Tib. cap. 61. ſanè probaliter.

Illud tamen dubium me habet quod à Suet. innocens occiſus dicitur Paconius, & Tac. qui & lib. 5. Sextium Paconianum vocat. Iiſdem litteris Cæſar Sextium Paconianum Prætorium perculit, magno patrum gaudio, audacem, maleficum, omnium ſectera rimantem, delectumque Seiano, cuius ope dolus C. Cæſari pararetur: quod poſtquam patefactum, prorupere cõcepta per idem odia, & ſummum ſupplicium decernebatur, ni profeſſus indicium foret; En tibi vt nocentem oſtendit. Et poſt multa Paconianus in carcere ob carmina illic in Principem factitata ſtrangulatus eſt: & nocentem fuiſſe amicitia cum Aelio Seiano, qui maieſtatis reus in Gemonias iuſſu Tiberij fuit tractus, oſtendit: Iure vt dicere poſsimus, aut alium eſſe hunc Paconianum Taciti, quam Paconium Suetonij, & patrem Agrippini, aut, cum dimicandum ſit, M. Paconium Agrippini patrem fuiſſe illum, qui cum Gellio Poblicola, & aliis repetundarum ac-
M cuſauit C. Sillanum Aſiæ Proconſulem, cuius legatus fuerat: ſic enim lib. 3. Tacit. auxere numerum accuſatorum, Gellius Poblicola & M. Paconius. Ille quæſtor Sillani, hic legatus: nam de eo nihil præterea ſcriptum reperio.

Sed obſeruandum priuſquam coronis ſit capitis, diuerſum fuiſſe ab Agrippini modeſtia Xenophontis dictum à Plin. lib. epiſt. 7. ad Fabatum proſocerum commendatum, eſt enim, vt Xenophon ait, ἥδιστον ἄκουσμα ἔπαινος. vtique ſi re mereri putes, cui illud conſentit apud Cic. pro Arch. Poëta Themiſtoclis, qui cum ex eo quæreretur, quod acroama, aut cuius vocem libentiſſimè audiret, eius, à quo ſua virtus optimè prædicaretur, reſpondit.

Similius illud, quod Themiſtius de εὐθυμίας,
N ſiue de moderandis affectionibus apud Stob. ſerm. 12. ſcripſit eruditus omninò, & grauis Philoſophus: docet enim nil ita odioſum eſſe, atque ſeipſum laudare: nullam, inquit, eſſe tam odioſam narrationem, atque ſui ipſius laudem.

Benè Simonides apud Xenophon. in Hieron. Do tibi laudationes, quæ à maximè liberis hominibus manant, eſſe iucundiſsimas. A Ac Menander apud Stob. ſerm. 81. Nulla eſt, quæ iucundius audiatur oratio, quàm ea, qua pater filij virtutem commendat: quanquam concilìantur: quoniam ſeipſum laudare Themiſtius aliis moleſtum eſſe tradit: Themiſtocles verò laudem ſuam iucundè ſe ab aliis dixit audire, quod Xenophon probat.

Vtrumque agnouit Menander, & ſuas laudes tacendas, & aliorum prædicandas, ὑπὲρ σεαυτοῦ μὴ φθέγγῃς ἐγκώμια, de te ipſo ne pronuncies laudationes, & φίλων ἔπαινον μᾶλλον ἢ σεαυτοῦ λέγε, amicorum laudes magis, quam tuas effer. Agrippini tamen præferenda modeſtia.

Vocum, quibus Græci quatuor præcipuas edendi formas exprimunt, notiones declaratæ.

CAPVT X.



Ἀκράτισμα, ἄριστον, ἑσπέρισμα, δεῖπνον, δόρπον, A
formas edendi vſitatas Græci ita nominant: ſingulæ enucleandæ; trium tantum meminit Poll. lib. ὀνομασ. 6. cap. 12. & 17. ſcilicet ἄριστον, δεῖπνον, δόρπον. quatuor Athen. ex Philemone & Homero, Metendam, δειλινόν, cibum intelligens, hoc eſt, veſpertinum.

Acratiſma idem ferè quod ariſton, & Plut. probl. Sympoſ. dec. 7. probl. 6. exponit & lib. 1. Athen. cap. 4. Sed illud à meracius potandi vſu, quia buccellam intingebant vino, aut quia panem cum vino ſumebant: nam ἀκρατίζω eſt, vt Suid. exponit ἄκρατον οἶνον merum bibo: ientaculum Latinis, iamq; res differens à prandio: nam illud fit valde mane, aliquot ante prandium horis, & diſtinguit illud Canthari apud Athen. lib. B
primo, cap. 4. igitur ientemur, in anguſtiis enim prandebimus: A vt mirer cur idem, eodem lib. & cap. Athen. vocari ab Homero ἄριστον, ſcribat, vt & Plutarchus, & idem ferè notat Schol. in 2. Iliad. atque vltimum, ibi enim ita loquitur quod à nobis ἄριστον dicitur, matutina comeſtio, poſt quam oportet laborare, id eſt operari: Sic enim ibi Homerus: B Latinè.

—Nunc vt curetis, abite,
Corpora, firmetiſq; cibo languentia membra.
Nam prodire acies poſt, & capere arma neceſſe eſt.

Hic verò ita ad illud carmen: Latinè breuius:
Quem circum ſocij, tum prandia lauta parabant.

ἄριστον

ἄριστον nunc dicit matutinum, quod nos appellamus ientaculum, vt rursus quod nobis est δεῖπνον, poëta vocat δόρπον, post quod oportet laborare: nec placet ratio nominis eorum, qui nominatum διὰ τὸ ἀκρατίσαι docuerunt, quoniam tam cito edere, signum erat intemperantiæ, vt & cenæ tempus præuenire: nam Theo apud Plutarchum veteres laboriosos homines, ac temperantes mane solitos notat præter panem cum vino aliud nihil sumere.

C

Sic & Theocritus Schol. vocans ἀκρατισμὸν distinguit, & Antiphanes interim dum prandium totus parat, mecum ientare potes (dicitur & πρώϊον ἐμβρωμα, & διανησμὸς, quia frangitur ieiunium: inde Theocritus ἀκράτισον vocat eum, qui sine vlio elbo est, siue, qui non ientauit; nam & ientaculum, vt Isidorus libro Originum vigesimo, capite secundo scribit, est primus cibus, quo ieiunium soluitur, vnde est nuncupatum ex Nigidio cibi degustationem Fabius. Fulgentius definit ex Callimacho producens carmen. D

Quod verò non aliam nisi nominis differentiam inter has duas voces agnouerunt Plutarchus & Athenæus caussa fuit Homeri versus decimaquarta Vlix. vbi Eumæus parat ἄριστον, id est, prandium, ἅμ᾽ ἠοῖ φαινομένηφι aurora surgente: propterea enim pro ientaculo sumpserunt διὰ τὴν ἑωθινὴν ὥραν, quia hora matutina fiebat: sic ab hora matutina ducitur etymon, dicitur enim Græcè ἦρι, id est, diluculum: hinc epithetum auroræ ἠριγένεια.

D

Alia apud Etymologon ratio nominis, quia ἀδιαστάτως ab horæ, ac temporis incertitudine: alia item ἀπὸ τοῦ ἄρεως, quòd ad bellum pergentibus parabatur: lex. vulg. à precibus deriuat, id est, ἀπὸ τῶν ἀρῶν, quia tam erant pij veteres, vt nisi Deos precati ad prandium non accederent: nisi magis placeat, quod sanè extortum est, dictum esse quasi ῥᾷστον, vt eodem loco Plutarchus scribit, quia facillimum: nam ex obuiis, & paratis fiebat, maximè si idem erat atque acratismus, cum δεῖπνον elaboratum esset: repugnat Antiphanes, qui coquo opus fuisse ad ἄριστον instruendum tradit.

E

Mihi vehementer placet tractum nomen à bonitate, & excellentia vini, quo vtebantur in prandiis, & quidem modicè poto, qui mirificè recreabat: quæ etiam ratio est nominis ἀκράτισμα: nam quod γεῦμα sit appellatum, quia potius gustatus esset, quàm cibus, imbiss, quasi ambiss Germanicè, voce antiquæ frugalitatis indice, debet is, qui hoc affirmat, probare, collector theatri vitæ humanæ.

Apuleius quidem pro primo gustu, antequam accumbatur in cena, sumit, ientaculum, quod & ambulatorium appellat. ita libro primo Metamorph. ad ientaculum porrigi panem cum caseo prodidit; & Pomponius panem nauticum in ientaculo dari indicat: cum Apuleio est Martialis epigrammate 30. libro 13. de caseo Lunensi.

Caseus Etruscæ signatus imagine Lunæ
Præstabit pueris prandia mille tuis.

Vbi pro ientaculo prandium sumitur. ἑσπέρισμα ad verbum vesperamentum, cibus, qui ad vesperam sumitur, ex quo suam vespernam Plautus sumpsit, licet ea non sit hesperisma: puto autem significare merendam, quam latinè dicimus, cum tardius eam Græci sumerent, tardius etiam quàm latini cenantes: ex quo more videtur Plautus Trucul. act. 2. sc. 2. dixisse, quam tuaa centum cenatus noctes mihi domo pati: inde enim & δόρπον dictum quia δψέ, id est, tarde, dabatur scilicet in cena. F

Sic Plutarchus loco cit. ἑσπέρισμα quidam vocant merendam, cuius quidem merendæ mentio fit ab Alexandrino Clemente secundo libro Pædag. capite primo ex nescio quo Comico; sed quomodo Græcè appellet, cum græcum non habeam codicem, ignoro: hesperismatis verò nullum aliud habeo exemplum præterquã Philemonis apud Athenæum citatum inter ἄριστον, & δεῖπνον ponentis ante cenam, & post prandium: tametsi apud Homerum 1. Vlix. ad illud carmen. G

—*Μῆτερ δ' ἐπὶ ἑσπερινὸν ἦλθεν.*

Notet metaplasmum Schol. quasi vesperam nominarit Vespertinæ cenæ loco μετάγειν τὴν ἑσπέραν εἰς τὸ ἑσπερινὸν δεῖπνον, ego hunc non agnosco tropum cum sequenti versu in propria notione repetat, & verisimile sit idem vtrobique nomen pro eadem re sumi: cum verò hi delectarentur, nigra superuenit vespera. E

Δεῖπνον sequitur appellatum, vt idem notat Plutarchus ibidem quia διαπονεῖν τὸ σῖτον, ita locutum Homerum Iliad. 11. de lignatore, postquam fessus cædendis lignis, requiem à cibo requirit: Quando verò siluæ cæsor apparat prandium montis in conuallibus, postquam saturauit manus secandis arboribus longis, fastidiumque eius occupauit animum, dulcisque cibi desiderium corripuit, sanè ἀπὸ τοῦ πόνου, quia est διαπονουμένον, id est, maioris opus laboris, nec tam facile paratur, atque ἄριστον. H

Mihi placet à somno dici, ἐκ δὲ ὕπνου: nam post cenam ibatur cubitum, & ad cibi concoctionem somnus sequebatur vtilior: eam ob caussam lactucæ secundis mensis olim adhiberi solitæ, vt nunc apud Ligures, ad conciliandum videlicet somnum: Hinc illud Martial. lib. 13. epigr. 14.

Claudere quæ mensas lactuca solebat auorum,
Dic mihi cur nostras inchoat illa dapes?

Et Taciti Imper. mos, de quo ita Fl. Vopiscus: Lactucis impatienter indulsit, somnum enim se mercari illa sumptus effusione, dicebat. Galenus

apud Athenæum lib.3. ἄριστον δεῖπνον vocat ἀκρόδρομον.

Sanè diurna erant ἄριστα, δεῖπνα vespertina, & nocturna: sic luxuriosorum sæpe noctes consumebantur in cenis, dies in prandiis: digna ob-
I seruatione res à Plutarcho libro de fort. Alexan. & in Apophth. commemorata: cum Ada Cariæ Regina & delicatissima obsonia, & coquos misisset experientissimos respondit Alexand. remittens coquos, apud se meliores esse, illos videlicet, quos sibi puero pædagogus Leonides compararat, hoc est, vt ad prandium νυκτοπορίᾳ, id est, ante lucano itinere vteretur, ὀλιγοσιτίᾳ, id est, modesto prandio ad cenam: id quod Sabellius libro quarto, Eun.4. retulit. Xenophon. in Hellanicis libro quinto narrat, Agesilaum, cum sibi festinandum esset, post laborem, semel tantum vesci solitum, conflatis in vnum prandio, & cena ὅπως αὐτόθι ἄριστον, καὶ δεῖπνον ποιούμενος ἅμα πονοῖτο.

Grammatici tamen δεῖπνον nunc interpretantur πρωϊνὸν ἔμβρωμα, quasi μεθ' ὃ δεῖ πονεῖν, matutinum cibum, post quem sit laborandum, nunc μεσημ-
K βρινὸν βρῶμα, quasi μεθ' ὃ δεῖ ὑπνοῦν meridianum cibum, post quem dormire oporteat: Accommodant videlicet ad diuersorum instituta seculorum, ac temporum vocabuli notionem: nam quod δεῖπνα essent etiam diurna, illud indicat, quod apud Athenæum etiam nocturna commemorantur.

Postrema vox est δόρπος, siue δόρπον idem quod δεῖπνον, magis tamen poëticum, voa Homero familiarissima. Epulum vespertinum, ex quorundam sententia, aut epulas tertias interpretatur libro sexto capite decimo septimo Pollux, quod sit Xenophonti δορπηστός. Ductam vult Eustathius ἀπὸ τοῦ δόρυ παύειν, quia cessaret hasta, hoc est, belli conflictus: nam & Erotianus vespertinum tempus δορπίαν appellat, fortasse, quia proprie militum cena, cum à labore ferientur armorum, & à pugna, ac prælio abstinetur, quia receptui cantatum.

Aeschyli tamen Palamedes δόρπα seiungit ἀντὶ τῶν δείπνων, fortasse quia δεῖπνον vocat, quam merendam latine dicimus cenam videlicet maturiorem, ac frugaliorem, δεῖπνον autem pleniorem, & largiorem. Hesiodus quemuis agricolæ cibum nominat δεῖπνον propter assiduum laborem illi hominum generi proprium. Hæc Græcorum vsitatiora, & frequentiora sunt vocabula.

Eadem latina vocabula explicata.

CAPVT XI.

A IENTACVLVM, prandium, merenda, cena; quatuor erant formæ comedendi apud Romanos. Ientaculum primum ab eundo, vt opinor, dictum, ab eo enim ibatur ad negotia & labores, siue à ieiunio, quod frangit, vt dixi capite supetiore: cibus valde matutinus: exempla sunt apud Nonium, ex Afranio, Planto, Varrone: dictum item vetetibus prandiculum, vt Festus obseruat.

Prandium sequitur, quòd ab bellum milites parer, vt ait Trebellius in Saloniu. Gallieno dictum à cinctis initum. Cur? quia parati esse debebant ad prælium: argumentum, quòd à discinctis cum Imperatore cenaretur: assentitur Cælius libro antiq.lect.17. cap.24. multis confir- B
mari signis prandium militare fuisse obseruans: quasi verò non pranderent nisi milites, aut primi, qui prandium vsurparunt, milites fuerint: hoc enim ab illis demonstrandum. At à cinctis prandebatur. Sanè quia pars magna, reliqua erat diei negociis conficiendis, & per vrbem, per forum, per agrum ambulandum; discincti vero cenabant, quia post cenam domo non exibarur, aut vix, & vt essent quieti capiendæ paratiores. ab apparatu edendi vult dictum B. Isidorus libro origin. 20. capite 2. qui & confirmat omnem militum cibum olim prandium nominatum.

Grammatici, quasi perendium ab edendo dictum volunt, quia cibus est, qui ante meridiem sumitur, siue quasi parandium à parando, quod sumere debeamus, quæ parata sunt: sunt verò in domibus ferè parata panis, & vinum, ac si nihil C
aliud prandio sumeretur, à Plauto enim coquitur etiam prandium: in Merc. act.3. sc.4. hoc si censes, coquum aliquem accipiamus prãdium, qui percoquat apud te hic vsque ad vesperum: licet pro cena videatur accipesse, vt indicant hæc postrema verba, & quæ præcesserunt; quid si igitur cenam faciam?

Franciscus Petrarca doctus omnino scriptor etiam latinè tract.2. de vita solit. capite quarto. Et licet, inquit, vt maioribus placet, à parando prandium quasi parandium dictum sic, quòd bellatores ad prandium paret: non parari tamen aliquid, sed fieri vereque ibi prælium gestum putes esse, non prandium. aptè ad rem, de qua ipsi sermo est.

A temporis qualitate Festus & Plut. deriuant nomen: quia cibus est meridianus, quasi per ἔν- C
διον, & à prandio interquiescere ἐνδιάζειν pronunciant: siue, quòd illud sumeretur, prinsquam indigerent cibo, hoc est, πρὶν ἐνδεῶς φάγῃ. acumina hæc sunt Græculorum: & in latinis non est necesse omnium vocum proferre veriloquia, ad quæ Græcorum lingua est propensior.

Merendæ aptior, & notio magis latina vocabuli à meridie, quia cibus est, qui post meridiem datur, aut sumitur, inquit Nonius. S. Isidorus loco cit. merenda, inquir, cibus est, qui declinante die sumitur, quasi post meridiem edenda, & proxima cœnæ, vnde à quibusdam antecœnia vocata: at Festus obseruat antiquis sumtam pro prandio, quòd medio die caperetur. Plaut. Mostell.

act.3.

act.3. sc.2. Eia mastigia nuuquid ad merendam istic ire? fiue ero.

Vltima vox cena ἀπὸ τῆς κοινωνίας dicta, si Plutarcho credimus: seorsum enim, inquit, prandebatur vetere instituto: hinc apud Athen. monophaphi ex veteribus lib.1. cap.3. & μονοφαγεῖν: Vesperi autem omnes eiusdem familiæ κοινῇ cibum sumturi in vnum conueniebant, panem scilicet, atque obsonium habentes: nam mane obsonium non adhibebatur.

E Vespernam interdum Plantus vocat apud Nonium & Festum, qui notant, & ex ipsis Isidorus lib. orig. 20. cap. 2. olim prandia priscis hominibus fuisse antelucana, cum meridianum cibum nominarent cenā, qui nunc est prandium. Quæ nunc prandia, inquit, Nonius, cenas habebant Sabini, & pro cenis vespernas appellabant: certè Ter. in Eunuc. act. 2. sc. 2. cenam posuit pro prandio: rogitare ad cenam, vt veniat: docti aliquot obseruant, quod nescio an verè: sed quos priscos intelligant isti, quibus cena prandium erat, non video: nam apud Plautum valde antiquum scriptorē prandere, & cenare distincta inuenio: nisi putemus Oscos illos, & Cascos, atq; Opicos intelligi, quorum vt lingua repudiata sic, & mores à posteris ritum viuendi politiorem secutis reiecti.

F Extremo capite sit hoc ientaculi paralipomenon, me nō admittere eorum interpretationem qui ientaculum προπόματος etiam nomine intellexerunt ex illo Plut. loco in symp. quem etiam Cælius habet lib. 29. cap. 17. de Heraclide infiniti cibi, ac potus homine alios inuitāte ἐπὶ πρόπομα, alios ἐπ' ἄριστον, alios ἐπὶ δεῖπνον, alios ἐπὶ κῶμον: A Satis enim constat πρόπομα fuisse tantum potus genus ex melle, vinoque confectum longa insolatione, quod inter conditorum genera reponere videtur Aetius Tetrabibl. 3. serm. 3. cap. 10. nec ante prandium solum illius erat vsus, maximè apud delicatos, & voluptuarios, sed etiam ante cenam, vt ibidem Plutarchus docet: id Aetius Tetrabib. 3. serm. cap. 30. quibusdam vitandum censet, omnibus melius dixisset, nam & sanis cauendum, quod cruditatem gignat, & stomacho vehementer obsit.

G Hinc Varro in Menipp. apud Agell. cap. 11. lib. 13. bellaria, inquit, ea maximè sunt mellita, quæ mellita non sunt: πέμμασιν enim cum πέψει societas infida: nam tametsi bellaria secundis mensis inferebantur, propemata verò mensam præcedebant, erantque prima cenæ fercula Athen. lib. 12. cap. 10. & sequentib. ex Teleclide, Epicharmo, aliisque.

De vtrisq; tamen verissimum Varronis pronunciatum, ac si Varronis imitatione in verbis ludendum προπόμασι, καὶ πόμασι, contra dicemus societatem esse fidissimam, quod ex propomatum vsu maxima deriuantur incommoda ad vitam mortalium.

H Porrò gulosiores iniiciebant in propomata, vt Athen. libro 2. capite 28. narrat, πέπερι, σμύρναν, κύπειρον, μύρον αἰγύπτιον: & hinc initium faciebant compotationū bibaces, & ebriosi: hoc erat comessatorum præludium: ac ne te morer, consule lib. 1. Var. lect. Mercur. cap. 7. de aliis propomatis notionibus: qui tamen omisit propomatis nomine, intelligi etiam quod vulgus medicorum Syrupum vocat, vt apparet ex Nicol. Myrepso sect. 38. cap. 49. lege Alex. Clementem lib. Pædagog. 2. docentem quantopere Christianum hominem dedeceant eiusmodi cupediæ: porrò etiam silatum olim dictum ientaculum, vt monet Pomp. Festus, quia sili herba condiebatur vinum, quod tunc bibebant.

Voces duæ & prandio & cenæ communes, conuiuium & symposium explicatæ: quæ sunt tempestiua, ac intempestiua conuiuia.

CAPVT XII.

SYMPOSIVM Græca vox, ad verbum compotamētum, Ciceroni compotatio est, & σύνδειπνον, id est, concenatio: ad hæc duo allusit apud Cic. Cato maior libro de Sen. quo loco vocabulorum tum Græcorum, tum latini explicat naturam, & latinum præfert Græcis, iure. A

Sic loquitur Cato: Epulabar igitur cum sodalibus omnino modicè, sed erat tamen quidam feruor ætatis, qua progrediente omnia fiunt etiam in dies mitiora, neq; enim ipsorum conuiuiorum delectationē corporis voluptatibus magis, quàm cœtu amicorum, & sermonibus metiebar: bene enim maiores accubationem epularē amicorum, quia vitæ coniunctionem haberet, B conuiuium nominarūt, melius quàm Græci, qui hoc idem tum compotationem, tum concenationem vocant, vt quod in eo genere minimum est, id maximè probare videantur: tametsi conuiuium velint, quasi conbibium alij nominatū, quasi à combibendo, & iure adiungit. Ego verò propter sermonis delectationem tempestiuis quoque conuiuiis delector, nec cum æqualibus solum, qui pauci admodum restant, sed cum vestra etiam ætate, atque vobiscum; habeoque senectuti magnam gratiam, quæ mihi sermonis auiditatem auxit, potionis, & cibi sustulit: ita conuertit Gaza ἐγὼ διὰ τὴν ἐπὶ τῶν λόγων εὐφροσύνην καὶ συμποσίοις ὡραίοις quid ὡραίοις est, nisi opportunis pro tempore factis, quando ratio poscebat, instructis?

Qui locus altero confirmatur, epist. antepen. li. 11. famil. ad Pætum. Nam cum dixisset, molestè se ferre, quòd Pætus ad cenas itare desisset, magna enim illum delectatione, & voluptate priuari, ad-

ri, addit: sed me hercule, mi Pæte, extra iocum moneo te, quod pertinere ad beatè viuendum arbitror, vt cum viris bonis, iucundis, amantibus tui viuas: nihil est aptius vitæ, nihil ad beate viuendum accommodatius, nec id ad voluptatem refero, sed ad communitatem vitę, atque victus, remissionemque animorum, quæ maximè sermone efficitur familiari, qui est in conuiuiis dulcissimus: vt sapientius nostri, quàm Gręci illi symposia, aut syndipna, id est compotationes, aut concenationes: nos conuiuia, quod tum maximè simul viuitur.

D Consentit in Græci vocabuli explicatione procœmio 7. symp. lib. Plut. communionis enim est, & studij, & ludi, & sermonum, & actionũ conuiuium, A vt appareat hoc ipsum vocabulum non simpliciter compotationem significare, sed conuiualem, in qua συμβίωσις quædam sit, atque conuictus amicus, & familiaris, quem quia latina vox expressit, Græcæ prætulit Cic. vtrumque aptissimè Lucianus, ἐσθίων, πίνων, extulit hoc sermone συμβιῶναι δεξιός, καὶ συμπιεῖν ἱκανός, dexter ad conuiuendum ad combibendum aptus. Et citato loco Plut. Romanus ille dicere solitus, quo die solus cenasset, se non cenasse, sed comedisse: & quoniam loquendo, differendo, iocando, seria ludicra simul inter pocula agitando humanæ vitæ fit communio, non compotando (hoc enim & mutæ possunt animantes) æquius latini eos libros, qui celebrata hæc conuiuia describunt, quàm Gręci symposia dixerunt, id est sermones, siue narrationes, aut quæstiones conuiuales: iidem Græci nomen ipsis dederunt à poculis, siue calicibus.

E De griphis loquens & ænigmatis Pollux lib. 6. cap. 18. quæ συμποτικῶν esse scribit τὰ ζητήματα, vniuersè, inquit, ὀνομάζεται κυλίκεια. id est, cylicea, à calicibus nominãtur. quæ Theodectes à memoria nominauit μνημόνια. in quibus ipse plurimum excelluit. Athen. lib. 1. cap. 19. ἐπικυλικείους λόγους. Laërt. in Arcesila libro 2. ἐπικυλικείας ἐξηγήσεις, hoc est, habitas in poculis, narrationes, siue disputationes. Plut. in Cæsare, ἐπὶ κύλικι, id est, ad poculum, in poculis, siue inter pocula proposuit, quis optimus hominum interitus.

Est vero conuiuium siue symposium, lautius, & magnificentius prandium, aut cena, ad quod præter domesticos, externi, siue hospites, siue amici, siue consanguinei, & affines inuitabantur: qui inuitabat Græcè συμποσίου ἄρχων dicebatur, conuiuator latinè.

F Conuiuium qui instruebat, ipsique præerat, græcè συμποσίαρχος, latinè magister conuiuij; pater cenæ Horat. Sat. 8. lib. 2. serm. Non. & dominum conuiuij & dominum conditorẽ, instructoremque conuiuij Cic. nominat in or. post red. & dominum epuli: ipsum munus Græce συμποσιαρχία, latine magisterium Cicero nominauit, de senect. Horat. Oda 4. lib. 1. regnum vini: exponunt enim veteres Grammat. Helenius Acro, & Porphirio ἀρχιποσίαν, quasi dicas principatum in bibendo: quem qui gerit Varro li. 20. rer. hum. apud Non. appellauit modiperatorem, regem alij, alij summum magistrum Athen. lib. 10. c. 7. etiam οἰνόπτην, qui tamen videtur magistratus Athenis fuisse; & ὀφθαλμὸν ἑταίρων & ἐπιτροπεύειν, illud Plato in Timæo, hoc Aristophanes apud Pollucem, qui de his summatim agit lib. 6. cap. 1. alia nomina recensens.

G Is forte, vel suffragio in communi conuiuio eligebatur, cuius erat ponere; qua de re sermonẽ habere vellet in poculis, de qua ipse omnium conuiuarum primus disputabat in Apoph. Plut. exemplum est huius muneris, vt & symp. dec. 1. problem. 4. & in Cæsare. priore quidem loco rogatus Agesilaus conuiuij magister à pincerna, quantum conuiuis misceret vini, si multum sit, inquit, quantum quisque vult; si parum, ex ęquo misce omnibus: secundo loco quærit, cuiusmodi esse debeat magister conuiuij, & respondetur, eius propriam esse ἐπιμέλειαν περὶ τὰ συμπόσια καὶ διακόσμησιν.

Vtrum vero probanda ratio in conuiuiis differendi griphos, & ęnigmata proponendi Cęlius exponit libro 26. capite 25. & libro 30. capite 37. & lib. 28 ap. 4. Ante enim Plutarch. probl. 1. symp. lib. 1.

H Notanda verò conuiuiorũ honestè celebrandorum, ac modestè præcepta: Apud Athen. certè lib. 1. cap. 10. multa leges, & lib. 10. Qui enim immoderatè, & perniciosè aliis, versabatur in conuiuiis se implentes, & auferentes eam ob caussam, quæ ceteris erant proposita obsonia ἀπόδειπνοι dicti, id peccati genus ἀποδειπνία, quasi ἀπὸ ἐν τῶν δείπνων, vt suspicor; neq; enim in quoquam legi, quanquam diu post legi in Athen. libro 1. cap. 4. noxa videlicet, ac damnum conuiuarum ex gula, & proteruia Helluonum: quod vitium notat in Timone, de nescio quo Helluone scribens Lucianus, philosophastru, inquam Thrasicle, quòd milui instar præripiat obsonia, & vicinum opposito cubito arceat, mento interim condimentis oppleto, dum canum ritu ingurgitat se. io Zenodoto explicante, cur δαῖτα λίειν Homer. appellarit.

I Nam primi illi homines quibus abundè non suppetebat annona, haud dum reperta, confertim, atque auide in eam irruebant, & vi eripiebant qui iam haberent: ex qua ratione insolenti, siue immodestia cædes committebantur.

Ex quo verisimile est nomen dictum ἀποδειπνίας, quòd in τοῖς δείπνοις, id est, conuiuijs id flagitium committi primum ceptum inter eos; vt verò copiosior prouentus annonæ fuit, tum verò cibus ex æquo singulis distribui cœptus: ita modus esse cepit inter mortales cenarum; repetit hæc Eust. in 1. lib. Vlix.

Pro

Pro notione vero vocis ἀποδυλίαι, facere videtur veterís cuiuſdam in Suida ſcrjptoris locus ab eo tamen productus in argumentum ſignificationis altecius, hoc eſt, φρενοβλαβείας; à quo item Suida ſcio aliter explicari verbum διαγκωνίζεσθαι. niſi tamen indecorum ſedendi modum in eo præcepto indicet.

K Iam verò quæ tempeſtiua, quæ intempeſtina ſiat conuiuia, docti viri, & elegantes quærunt, neque inter ſe conſentiunt ordior à iuniore. Aldus hic eſt innior, qni in Cic. Catonem loco nobis citato vocem iliam, tempeſtiuis ad modum temporis ſcribit pertinere, quæ nec ante inciperent, nec ſerius deſinereut, quam opus erar, conuiuia læta quidem, ſed moderata: uam quæ in multam noctem producerentur, intempeſtiua dicebantur, iis omnibns locis adductis, quibus alij aduerſam ipſius explicationi ſentẽtiam probant in Verr. act.3. ſtatuitur Lollius in illo tempeſtiuo gladiatorum conuiuio.

Cicero pro Archia poëta. quis tandem me reprehendat, ſi quantum alij tribuunt tempeſtiuis conniuiis, quàutum aleę, quantum pilæ, tantum mihi egomet ad hæc recolẽda ſumſero? Ad Atticum lib.9. epiſtol.1. Audio enim bouis viris hanc cunctationem noſtram uou probari multaque in me, & ſeuerè in conuiuiis tempeſtiuis
L quidem probari, & ep.11. quas enim eos cenas, & facere & obire ſctipſit ad me Sextus, quàm lantas, quàm tempeſtiuas? Cic. pro Mur. tempeſtiui conuiuij, amæni loci, multarum deliciarum comes eſt extrema ſaitatio.

Tacitus iibro vndecimo. Nam Claudius domum regreſſus, & tempeſtiuis epulis delenitus, vbi vino incaluit ire iubet. Et libro 18. Diſcubuerat Vitellius Ticini adhibiro ad epuias Virginio: legati Tribuniqueex moribus Imperatorum ſeueriratẽ æmulantur, vel tempeſtiuis conuiuiis gaudent; perinde miles intentus, aut licentior.

Intempeſtiua contrario ſenſu dixit Q. Curtius lib.6. & quem arma Perſarum non fregerant, vi-
M tia vicerunt, iutempeſtiua conuiuia, & perpotãdi; peruigilandiq́ue inſana dulcedo, ludiq́ue, & greges pellicum, omnia in extremum lapſa ſunt morem. & mox, Igitur cum intempeſtiuis conuiuiis diés pariter, noctesq́ue conſumeret, ſatietatem epularum ludis interpoiabat.

Suet. iu Calig. cap.45. Senatum popniumq́ue obiurgauit edicto, quòd Cæſare præliante intempeſtiua conniuia, circum & theatra, & amænos ſeceſſus celebrarent; addit, nemo igitur, vt puto dubitauerit, quin tempeſtiuis conuiuiis opponantur intempeſtiua, & hæc in malam, illa in bouam partem accipiantur: alioqui contraria non eſſeut: quod ſi tempeſtiua probantur, ſine dubio locus pro Mur. emendationem requirit: ibi enim tempeſtiuum, vt moderato, atque honeſto contrarium ponitur.

Itaque ſententiam, ipſamq́ue vocabuiorum vim ſecutus, malim legere intempeſtiui: ſimiliter ad Atticum, intempeſtiuas. Nam locus in Verrem, tempeſtiuo glad. ironia eſt, pro minimè tempeſtiuo: & vereor ne duo Taciti loca labes N
eadem inquinauerit. quare intempeſtiua conuiuia immodicas etiam habere compoſitiones, tempeſtiua hilaritatem quidem habere, compotationibus carere tamen concludit pater Manntins ad cit. loc. iu Verr. jocatur, inqnit, in duobus nominibus, tempeſtiuo, & gladiatorum, quaſi tempeſtiuum vſitato vocabulo cõuiuium, in quo gladiatores accnmberent, appellari non deberet; & diſertis verbis aduerſatur filio ad locum pro Archia & ad Att. ibi enim ſic obſeruat, ſi cnm alea, & cum pila coniunguutur, certè in turpibus rebus eſſe habita licet exiſtimare. Hic verò in malam partem & aliis Cicer. & Tac. locis conuiuia tempeſtiua expouit; epiſtola 11. ad Atticum interpretatur cum luxu, & hilaritate nimia. O

Is, qui Nizoiij obſeruationes in Cic. auxit, & ornauit, conuiuia tempeſtiua definit, quæ ſtatis temporibns ac diebus, ſodaiitates agitabant, in quibus multa erat iicentia, multus ſermo, ſed feſtiuus: nam ad omnem hilaritatem comparata fuiſſe huiuſmodi videntur conuiuia.

Adt. Turneb. capite decimoquinto libro ſexto Aduerſ. conuiuia tempeſtiua putat eſſe, quæ non fiunt de die: nam id turpe, & nequam, neque in multam noctem producuntur, ſed quæ tempori fiunt, & intempeſtiua, quæ de die agitabantur.

Propiùs ad id quod verum eſt, iiluſtrat Varro, apud Agell. lib.13. c.11. verbis, conuiuium dicentis conſtare ex rebus quatuor, ſi belli homunculi collecti fuerint, ſi lectus locus, ſi tempus lectum, ſi apparatus non neglectus: addit ad tẽpeſtiuum conuiuium fortaſſe pertinere diebus potius certis, quàm aliis conuiuas vocare, vt diebus potius feſtis, quam profeſtis, qnibuſdam profeſtis potius, quàm aliis, vt nefaſtis: probat item his Plut. P
verbis in Cat. maiore, non pius ineſſe ſignificationis in his verb. apud Cic. in Cat. tempeſtiuis conuiuiis, quàm explicauit: Cena quoq; erat ruri liberalior, inuitabat enim aſsiduè villis ſuis vicinos, & finitimos, quibus cum ei familiaritas intercederet: cum his viuebat hilariter, eratq́ue iucunda conſuetudo eius, & accepta non æqualibus modo ſed iuuenibus etiam.

Iuſtus Lipſius in notis ad Tac conſtituto, certam horã fuiſſe cenandi Romanis, eos, qui hanc horam præuenirent, tempeſtiuè epulari docet, quaſi pręmaturè: & huiuſmodi conuiuia tempeſtina nominata; qui in longum trahebant, hoc eſt, noctem intempeſtam, horum epulas iure intempeſtiuas dictas, & locis omnibus allatis ad hoc probandum, vtitur: quaſi delphico gladio.

Ego

Ego tempestiuum scio opponi intempestiuo & illud opportunum esse, & quod suo tempore fit. Prima Tusc. Cic. multa mihi ipsi ad mortem tempestiua fuerunt, quæ vtinam potuissem obire. Pro lege Manilia. Sardiniam cum classe venit nondum tempestiuo ad nauigandum mari. 2. De nat. Deor. tempestiuè fructus demetere dixit: hoc est opportuno contrarium, id est, quod suo tempore non fit. Cic. in Lælio. nunquam intempestiua, nunquam molesta est amicitia. 1. de offic. nisi irascamur, aut intempestiuè accedentibus.

Tac. lib. 18. de Othone, placidus ore, intrepidus verbis, intempestiuas suorum lacrimas coercens. Rursus; onerabat parentium curas ordo Mutinensis, arma & pecuniam offerendo, appellabatque P.C. intempestiuo tempore.

Q. Curtius lib. 6. Vino adhuc Dareo intempestiua res videbatur, occidere videlicet Alexandrum, caussam reddit, non enim sibi; sed hosti esse occisuros: Dareo vero sublato, præmium regis occisi Asiam, & totum Orientem interfectoribus esse cessurum.

R Festus lib. 19. Tempestiua virgo, id est, nubilis, & matura viro, ὡραῖα Græcis, ex nescio cuius veteris oratione: auctoritate virginis cuiusdam tempestiuæ nomine Romes: non autem formosa, vt Turnebus explicat cap. 18. lib. aduers. 6. tempestiuum, atque intempestiuum sunt quæ Græci καίριον, ἄκαιρον: de quibus Pollux lib. 6. cap. postremo.

Cum igitur sit conuiuium intempestiuum, quod extra tempus, vel non suo tempore fit, ratio videtur cogere id esse tempestiuum, quod tempori fit; sanè ex natiua vocabulorum notione ita putandum: ac ne ἁπλᾶ κρίνω libenter in Lipsij opinionem pedibus eo, natiuam significationem horum nominum, cum nomini huic, conuiuium, adiungitur, in specie aduersam, conseruantis.

S Itaq; conuiuium tempestiuum erit in malam partem sumendum, quod minus est properum; vt & intempestiuum, quod nimis est tardum: nam cum legitima edendi siue cenandi, aut conuiuandi hora esset occidens sol, qui eam horam præueniebant de die cenantes, antequam sol occideret, tempestiuè conuiuabantur; qui trahebant in multam noctem, atque intempestam, intempestiuè: illi, scilicet Italicè diceremus, troppo a buon hora: hi, troppo tardi.

Et primum quidem, vox tempestiuè, illud significat anticipationẽ temporis indicans, quomodo videtur mihi Plin. accépisse cap. 36. lib. 16. de arundinibus loquens, ex quibus tibiæ conficerentur, cædi solebant tempestiuè, vsq; ad Antigenem tibicinem, cum adhuc simplici musica
T vterentur sub Arcturo sic præparatæ, aliquot post annos vtiles esse incipiebát, videtur enim hic significare ante tempus, à buon' hora, cum videlicet erant teneriores, nec omnino maturæ. Ouid. item 4. de Trist. el. 10.

Felices ambo, tempestiueq́; sepulti, parentes ipsius.
Ante diem pœna quòd perire mea.

Deinde epulari de die probro habitum, hinc illud Plauti in senem Asin. act. 4. sc. 2. cum suo sibi gnato; vna ad amicum de die potare. Catull. epigram. ad Porcium, & Socrationem. Vos conuiuia lauta sumtuosè de die facitis. Hor. 2. li. serm. Sat. postrema.

Nam mihi quærenti conuiuam dictum here illic,
De medio potare die——

Silius lib. 11.

——Medioq́; dierum
Regales epulæ, atque ortu conuiuia solis
Deprensa——

De Capuanorum luxu. Mox de Annibale per luxum frangendo V

——atque Lyæo
Imbellem donare diem——

Indicat hoc Iuuen. Sat. 11. extrema.

——Iam nunc in balnea salua
Fronte licet vadas, quanquam solida hora supersit
Ad sextam——

Ecce tibi vult eum ire ad balnea, hora quinta præter morem; & ad epulas venire hora sexta septimáue. Suet. de Nerone in eo cap. 27. epulas à medio die ad mediam noctem protrahebat, quo pertinet locus ille Cicer. in L. Pisonem, vtriusque enim vitij culpantis, qui nunquam solem orientem aut occidentem viderit.

Porrò manifestus est in Seneca locus lib. 2. de ira ca. 28. vitiosa fuisse conuiuia tempestiua probantis, ita enim scribit Aliena vitia in oculis, à tergo nostra sunt. Inde est, quòd tempestiua filij conuiuia pater deterior filio castigat, nihil alienæ luxuriæ ignoscit, qui nihil suæ negauit; tempestiua ergo conuiuia luxuriosa. Est & locus Apulei 2. apol. nuptiæ ne illæ fuerunt, an aliud celebratũ officium, an conuiuium tempestiuum?

Curt. lib. 8. iamq; iter parare in posterum iussus, solenni, & tempestiuo adhibetur conuiuio, X in quo rex cum multo incaluisset mero, modicus æstimator sui, celebrare quæ gesserat, cœpit. &c. Et planè locus ille supra citatus ex 18. histor. Taciti libro de Vitellio, hanc notionem confirmat: Cedo enim, si non de die illud conuiuium, quomodo subiungit, de lucta inter milites? quomodo puluis procul, & arma adspiciebantur in tenebris? quare Xiphil. bene de Vitellio ex Dione, plurimam diei, & noctis partem, in cessationibus scilicet, consumebat.

Loca omnia ex Cicer. producta, idem planè Y conficiunt vt non debeat laborare Iunior Manutius, in corrigendis vel Cicer. vel Tac. aut aliis propter huius ignorationẽ vocabuli: nam quod ironiam agnoscit loco illo 3. act. in Verrem in illo tempestiuo glad. &c. sanè vanum est: si enim conuiuium gladiatorum, hoc est, facinorosorũ hominum. constat nobis hæc tempestiui notio

pro

pro vitio. Et qualia essent Verris conuiuia act.5. demonstrat, cùm eum scribit, diem conuiuiis, noctem stuptis contriuisse. Sic etiam accepisse hanc vocem in vitio lib.de senect. Vox illa indicat, quoque, est enim ac si diceret, non solum delector cenis frugalibus, vt meam ætatem decet, sed etiam paulò lautioribus, vt ex Plut. apparet à nobis citato: eodem modo sumendus Tac. locus lib.11. Nam si illæ epulæ media nocte fuissent, nô potuit inter eas Messalina esse interfecta sine querela, aut verbo historicorum.

Igitur conuiuium tempestiuum intelligo à meridie, vel citciter, quia initum tempori nimis : contra intempestiuum nocturnum, cui Z Propert. conuenit descriptio illo disticho lib.4. el.6. de Act. pugna:

Sic noctem patera, sic ducam carmine, donec
Iniciat radios in mea vina dies.

Hæc ita explicata sole meridiano sunt clariora.

Græcorum vocabula multa quæ ad mensam pertinent, enucleata: mores aliquot in eo veterum expreßi, & scriptorum loca explanata.

CAPVT XIII.



A Δαὶς prima est vox, vulgò à verbo δαίειν deducitur, quod est diuidere & partiri in conuiuiis, maximè Homericis; ita propriè locutus Vlix.15.

— Prope densas ordine carnes
Arte Boëthides secat, atq; in frusta diremit. A

Exponit nominis rationem cap.22.lib.27. Cæl.& sanè olim, vt nunc in cœnobiis mos est, sua cuiq; in conuiuiis obsoniorum portio distribuebatur: de qua re in Prouerb. Zenod. μοῖς ἴσαι, sine μοῖς ἴσῃ refero ad temperationem, tametsi Suidas alio referat, meo quidem iudicio fabulosè. Et sect.2.10. Probl. Plut.& multis Athen. demonstrat, lib.1.cap.4. & lib. 14. cap.17. ex Hom. Zenodoti quoque testimonium producens Dionysius Triphonis narrat olim antequam inducerentur diuisores, siue apparatores conuiniorum in mensis, cuique partem suam apponi solitam, at posteriore sæculo illata plura, variaque, inde fercula, παρορήματα nominata. quamquam bellaria. etiam sic nominata demonstrat ex Phibylio, Archippo, Herodoto. Indicans vnum tan- B tum missum, siue ferculum priscis illis temporibus in mensas illatum.

Hebræorum antiquissimorum, & Aegyptiorum eumdem fuisse morem indicatur Gen. 43. cùm distribuuntur partes à Iosippo fratribus, & Beniamino maxima datur, & à Samuele Sauli 1. Reg.9.

Plut. in Catone Vticensi narrat, eum solitum de portionibus sortiri, quæ cuique contingeret: si sors ipsum destituisset, amicis, vt primam tolleret instantibus, parum id, aiebat conuenire inuita Venere. B Aliæ verò sortes in cenis illæ sunt, quarum ex Aristoph. meminit Suid. voce κλητήρια: eæ enim de loco erant, vbi cenandum, & quo cenæ genere pro litterarum, quæ obtigissent, varietate: cui enim obtigisset B, cenabat vno loco, alio, cui A.&c.

Seleucus apud Athen.lib.1.cap.20. δαῖτα ἐΐσην Homero, hoc est, splendidum conuiuium, non à diuisione vult nominatum, sed à frugalitate: esse C enim litteræ adiectione δίαιταν: scitè planè.

Mihi non displicet duci à verbo δαίειν, non tamen à distributione potius quàm ab arte, atq; ingenio, est enim conuiuium ingeniosè, & ex arte appatatum: nam δαῆναι est discere, & scire, vnde δαήμων ingeniosus : à prima tamen significatione ministri mensæ δαιτροί. & δαιτυμόνες, quorum nomine libenter accepissem eos, qui à nobis dicuntur Trincianti, siue Scalchi, structores scilicet, & scissores, vt Petronius appellat, hoc est, missorum diuisores, nisi epulones intelligi, sic enim vocat Liuius qui epulas instituunt, docet Eustathius, id est, ἐπιστάτας τῶν δαιτῶν ἐπιμελητὰς, conditores, instructoresque conuiuij Cic. in orat. post red. vocat: δαιτρὸν tamen coquum, more prisco, cuique dispartientem carnes Plut. interpretatur διανέμοντα τὰ κρέα. & Poll. libt. 6.cap.17. atque Athen. libr.1. cap.14. ab æqualium portionum distributione. C

Magis vninersè Eustathius ad coqui personam non reuocans, vt hic propriè videatur esse, il Trinciante, parem cuique sortem diuidens, D siue carnes partiens conuiuantibus. Homet. Vlix.17. D

— Tunc inclitus illis
Distribuit carnes varias, & viscera nuda
Arte coquus celsa residens epulantibus aula.

Hic structor sedebat carnes multas diuidens procis domi conuiuantib. Hinc dapsa veteribus latinis res diuina, quæ fiebat aut hyberna semente, aut verna. vt est in meo vetere Festo. Nam Stephan. Thesaurus habet daps, vnde dapes : hinc verbum fingit Plautus in capt. extrema sc. quæ incipit Quanto in pectore. æternum tibi dapinabo cibum, pro dapes præbebo. Itaque dapaticè se acceptos latinè dicebant , significantes E lautitiam, noa magnificè dicimus : quare Liuius Andronicus vetustissimus Latinorum Poëta verba hæc Vlix.1. τίς δαίς, τίς δ' ὅμιλος ὅδ' ἔπλετο, conuertisse videtur, quæ hæc daps est, quis festus dies?

Ego potius à δαψιλὴς deduco, & fortè à verbo δάπτειν, quod est vorare: hinc enim & δαψιλὴς, vt ait Athen.lib.8.cap.12. vt dæpatice à δαίς.

Ἐυωχία altera vox est, Polluci publicum conuiuium, id est, δημοσία ἑστίασις, vel Latinis epulum: nô tamen adstringenda vox ad hanc notionem.

cùm passim ab optimis scriptoribus pro priuato sumatur, à Plat. Arist. Xenoph. dicta à voce εὖ χεῖν vt Eust. lib. 1. Iliad. notat, quæ cibum, siue alimentum significat, quia benè, hoc est, lautè, corpora nutriantur.

Refellit Athen. lib. 8. cap. 12. immeritò: ipse vult à verbo ἔχειν, quia benè iis est, qui lautè excipiuntur, seu benè curant corpora, à quali si fa

F bona cirtta, vt loquimur Italicè, siue quia rectè, & ordine in ea fierent omnia, vtramque Gorgias Sophista damnat suo responso: aliquando enim rogatus, vt est auctor in Macrob. Luc. cur ad tam longam senectutem peruenisset: nam 108. attigerat annum, respondit, quoniam ad aliena conuiuia nunquam itaui. E vtraque tamen etymologia ex ipsa ratione vocabuli esse potest vera.

Clemens Alex. à bona sessione deducit cap. 1. libro 2. Pædag. & ad cælitum gloriam transfert.

Tertia vox est ἔρανος, id est, conuiuium ex collecta, id est, quod instituitur à symbolarum collatoribus, vt Plaut. loquitur act. 4. scen. 1. Curcul. cur enim symbolam dicam, non symbolum, vt vulgò malè, alij ante me doctissimi viri explicarunt.

G In primum Iliad. Eustath. obseruat, hoc ferè κόσμιον fuisse, non πολυτελὲς, id est, modestum, & patcum, non lautum, & sumtuosum, quoniam quod quisq; conuiuarum secum attulerat, comedebat: magis autem vniuersè pro quacunque collatione, siue, vt ita dixerim, contributione sumi docebunt te Grammatici, imò & I. C. hinc Bud. in Pand. ad tit. de off. quæst. ad id genus pensionum traduci notauit, quę nunc taglia dicitur.

Dicitur autem à verbo ἐρῶ, vel συνερᾶν, vt vult

H lib. 8. cap. 12. Athen. hoc sermone, Erani sunt, qui inducuntur, ab iis, qui conferunt symbolam, ab συνερᾶν & συμφέρειν, F quia quolibet aliquid conferente in communem cenam amicitiam inter se profitentur, & colunt, & quodammodò firmant: aliam tamen subesse huic verbo notionem magis reconditam Budæus existimat: cui non credo.

Collectam Cic. videtur 2. de orat. libr. nominasse, vbi Cæsar, Crassus, & Anton. in tractatione

I de iocis oratoriis bellissimè inter se iocantur, & festiuissimè variarum vsurpatione comparationum, & similitudinum. Prima verò similitudo à conuiuis est de collecta, cùm partem quisque suam ad apparatum mensæ confert, siue ea pecunia esset, siue quippiam aliud: latinè collecta dicebatur ea pars, Græcè συμβολὴ, Athen. cap. postremo extremo lib. 8. vt miret en loco virum cęteroqui politum ac doctum Audom. Talæum σύμβολον dicere: atq; hinc fortasse ducta illa Græcorum translatio subsidiarias copias, siue collata auxilia ad bellum συμβολὰς appellandi.

Itaque cùm apud Plut. reprehenderetur Antonius, quod secum haberet in exercitu Cleopatram, scitè respondit, iniquè mulierem à bello reiici eiusmodi subsidia præbentem.

K A symbola separat Gamon Cælius libro 27. cap. 24. quòd in hoc plus conferatur pecuniarum, cùm certum sit nihil aliud esse γάμον, quàm solennes ipsas nuptiarum epulas: collectam item nominant Græci ἀπὸ σπυρίδος de sportula, quàm Argiui Chon dicunt: licet alia sportularum sit ratio, quod aliàs demonstrabo. Terent. Phorm. act. 2. scen. 2. intelligit de Erano, ita loquens. Téne asymbolum venire vnctum, atque lautum è balneis? Legendus de Symbola libro sexto, septimo & octauo Athen.

Alia voce εἰλαπίνη, cena est, siue prandium, aut conuiuium, quod splendorem habet, & magnificentiam apparatus, vt definit in libro 16. Iliad. & 1. & 17. Vlix. Eustath. Lautum conuiuium in quo per suas quisque classes, vel simul versantes multi bibebant, ita ex εἴλη, & οἶνο ducta, id est, ordine, siue conuersione iuuenum per choros in bibendo: G nam & εἴλη equestris est tur-

L ma, & ab hac significatione alij conuiuium tradiderunt esse, siue commessationem post victoriam. Athen. libro 8. cap. 12. hac oratione sacrificia, & splendidiores apparatus vocabant veteres, non refert ad cibos tantum, verum etiam ad quemuis alium magnificum apparatum.

Aliud tamen est ἔτνμον ab Athen. traditum, cùm reprobauit priorem ex libro Vlix. B. & P. vbi ita legitur post εἰλαπινάζειν, πίνοντι οἶνοντα δι- ..., à verbo λαπάζειν, quod significat expendere, insumere, & exinanire τεμῶ ἀπολαπάζων, aut λαφύττειν propter nimium, atque immoderatum sumtum, quæ verba exinanire significant, atque

M insumere, si pleonasmum ει adiungas: quamquam prius etymon firmare possumus ex vsu verbi λάπτειν apud Aristoph. & Pherecratem comicos, qui pro ἀθρόως πίειν, vtuntur verbo λάπτειν, hoc est, plenis se poculis proluere, vt est apud Athen. lib. 11. cap. 11.

Θάλεια idem quod θαλὶς, nam & eius est epitheton adiectiuè sumta: nam substantiuè idem significat quod θαλὶς θάλεια, id est, conuiuium lętum, festiuum, & opiparum, in quo ipsi conuiuę quodammodo virerent, aut ipsum apparatus splendore vireret: coronati enim genio hilariter indulgebant, translata deinde vox ad quamlibet festam & hilarem solennitatem, & quidem cum substantiuè accipitur per ει scribitur interdum, frequentius tamen per ι. θαλία: Vide Eustath. in libro 9. Iliad. qui minus probabile veriloquium tradit lib. 2. à verbo ἀλίζω, quia in gratiam Deorum conueniebant ad eos dies celebrandos: ergò sacra conuiuia, quæ Deorum gratia cogebantur, & in quibus conueniebant. H

N Confirmat Plut. symp. 9. quæst. 14. affirmans θαλιάζειν dici, cùm aliqui hilariter, & amicè gratia compotandi simul conueniunt: meo tamen iudicio primam verbi vim magis confirmat.

Θοῖναι item, cum proprie videatur significare dapes, & epulas, quæ in festis diebus fiunt, vsurpatur tamen ab Homero, immò & à Xenophonte, aliisque pro epulo, cena, aut conuiuio. Seleucus apud Athenæum libro 2. cap. 1. quod affirmo, confirmat hac oratione: Non esse priscum morem aut largina vinum inferre, aut alias delicias, nisi Deorum caussa: præclaram verò pietatem, ac religionem, in qua liceret ebrioso esse, atque guloso; quoniam propter Deos, inquit A-
O then. existimarunt oportere vino indulgere: quare & post θυσίας Epicharmus, apud eumdem, eodem lib. & cap. numerat θοίνην, ex sacrificio quidem epulum, ea epulo potatio, inde iugurgitatio.

Πανθοινία solemne & varium epulum, & δημοθοινία publicum epulum, quam vocem nescio quam piè, & grauiter ad solemnes christianorum dies traduxerit in histor. Ecclesiast. Theodoretus, quorum dies festi non epulis, & compotationibus, sed hymnis, & canticis spiritualibus, & precum ad Deum, Diuosque frequentia, & pietatis actionibus continentur. Tametsi S. Gregorius in quadam epistola ad Mellitum Abb. apud Bedam lib. 1. histor. Ecclesiast. Angl. cap. 30. concedit, vt primi illi Christiani tabernacula sibi ex arborum ramis circa Ecclesias construant, & religiosis conuiuiis solemnitatem celebrent, quod & indulgentia factum propter morem festorum gentilium.

Hæc ferè vsitatiora vocabula: sunt alia quædam minus vsitata, ac nota quæ ad rem nostram faciunt, περίδειπνα. quæ nos parentalia, quia parentibus iusta soluantur, sed more tamen ethnico dicta, quia fiebant cum epulis: Declarat S.
P Hieronymus in 16. cap. Ierem. vocem esse antiquorum Græcorum indicant apud Athenæum libro 8. Theocritus, & libro 7. Hegesander, vt quidã citant, q̃ cœna feralis antiquis Romanis.

Ἡβητήρια symposia dicta notat Cælius libro 27. cap. 24. ex Athen. libr. 10. cap. 7. verbis malè perspectis, quià præposita Hebe poculis: cùm tamen eius verba indicent propterea fabulosè addictã huic muneri Heben ab iis qui viderant conuiuia dicta Hebeteria. Et Heben quidẽ finxerunt vinum Diis miscere; fortè quia symposia, siue conuiuia vocarentur Hebeteria: I ego appellata existimo, quòd ferè inter se puberes ea agitarent. hoc est, ἡβῶντες, siue in quibus similiter genio indulgebatur.

Leguntur & φιλίτια inter amicos, siue φιλέταιρα, ex Athenæi libro quinto, cap. primo, & sunt qui φιλοίνια velint. sanè hic Athen. quòd vinum diffundat, accendatque animum, multum valere affirmat ad conciliandam inter se amicitiam. K
nam propterea hospites excipi solere, & quidem lautius. Δημοτικὰ inter populares, φρατρικὰ inter phratores, qui iidem & tribules. Ἄφιλα, & ἄμικτα vocat in symposio Plut. conuiuia, ad quæ turba plurima vocaretur, sic vt triginta, & amplius, lecti sternerentur, quæ videlicet communionem, & amicitiam non efficerent animorum, sed impedirent.

Orgeonica, quæ in festis celebrantur orgiis, scilicet Bacchi, quæ ὀργεῶσι dederant nomen, id est, orgionum præfectis ab ὀργιάζειν, siue ὄργια ἔχειν, quę apud Harpocrationem magis vniuerse Seleucus docet esse τοὺς ἐπὶ τιμῇ θεῶν, ἢ ἡρώων συνιόντας, qui pro Deorum, vel heroum cultu conueniunt. Vnde Suid. verb. ὀργεῶνες, vt est θίασον turbam, ac multitudinem sacræ rei caussa conuenientem. quasi σίασον Doricè ἀπὸ τῶν σιῶν, id est, Deis dictam. R

Athen. lib. 8. c. 12. Eust. Vlix. 11. & multis Iliad. locis confundens cum ἔρανον, sic vt iidem sint ἐρανισταὶ & συνθιασῶται, cœtus cõniuantium, cùm propriè θίασος sit chorus tripudiantiũ. siue, vt Athen. lib. 8. c. 12. ait, sequẽtium Bacchum à verbo θιάζω, quod est choros ducere, vel saltare: horum conuentus, siue domus φρατρικεῖα Hesychio, & Polluci sunt.

Celebriora item hęc, & publica conuiuia, quæ colliguntur ex Strab. Plut. Athen. Arist. Halicarn. & aliis συσσίτια, quæ in Prytaneo Athenis fiebant, erantq; adultorum, Strab. lib. 10. fiebant & Lacedęmone, sed phiditia propriè, quorum meminit Cic. 5. Tusc. à frugalitate dicta siue parsimonia. S
παρὰ τὸ φείδεσθαι, siue πρὸ φειδῶ. Plut. in sympos. lib. 7. q. 9. vt aliter scilicet alterius exemplo, & simul omnes in eadem mensa rationem addiscerent modestè viuendi: apud Athen. lib. 4. c. 4. describit Dicæarchus, aliique.

Sunt qui φιλίτια appellent, alij φιδίτια: conueniebant simul cum ditioribus tenuiores, & æqualem ferebat quilibet portionem obsoniorum.

Similia Cretensium ἀνδρεῖα: nam & olim sic Spartani vocabant, auctore Polit. 2. Arist. c. 3. 7. 8. &c. ad ea soli viri conueniebant, vnde nomen ἀνδρεῖα Plut. vocat Probl. 9. lib 7. symp. & Athen. lib. 5. c. 1. sic etiam apud Arist. legitur, sed accentu in antepenultima. nam & Vitruu. lib. 6. c. 9. ἀνδρῶνας ἴκους nominari scribit, vbi conuiuia virilia esse solent: quòd eò mulieres non accedant.

Titthenidia, quasi dixeris nutricalia festa Laconum Athen. libro 4. cap. 4. addunt quidam T
etiam Persarum, quòd eò nutrices deferebant pueros in templum Dianæ: sed puto Tycta fuisse Persarum, id est, τέλεια quasi dicas perfecta. Sic enim Herod. interpretatur libr. 9. & ex eo Athen. 4. cap. 6. ea Regis erat cena semel quotannis inaugurationis regiæ die solita apparari. Athen. lib. 4. cap. 6. αἶκλον item, siue αἶκλον apud Athen. lib. 4. cap. 8. Vesperna erat, siue cena vespertina Spartanis, hinc συναικλίαι, id est, concenationes, à verbo ἱκνεῖσθαι, & α epitatico, id est, veniendo, quia libenter, inquit Eustathius in libro 12. Vlix. & Iliad. 18. ad eam venitur. Cur autem? quia cena est lauta, & opipara: ab aliis Doriensibus appellata δεῖπνον, vt ait Athen.

Hinc ἐπαικλα nominata, quæ communi, siue
V Attica dialecto ἐπιδορπίσματα, vel ἐπίδειπνα, quasi dicas postcenia, id est, secundæ mensæ, aut bellaria, quæ à cena apponuntur, quæ ab aliis auctoritate Molpidis Laconis dici ματτύας, id est, μάζας delicatiores, Athen. lib. extremo 14. scribit.

Erant & cenæ κοπίδες ex Cratino, Eupolide, Polemone, apud Athen. lib. 4. cap. 4. item libro 2. cap. 13. in iis capra tantum immolabatur, & carnes, distribuebantur, & φυσικίλλος, hoc est, panes in canistro Vimineo, & caseus recens, segmentum φθοῖς, & bellaria; sicci item fici, & fabæ, & faseoli virides, fiebantque in tabernaculis substratis ex materia floreis, à labore, id est, κόπος dictas arbitratur Cælius libro 27. cap. 21. Ego à verbo κόπτειν suspicor, id est, ab incidendis carnibus: porrò vt coptam placentam de qua idem Athen. lib. 14. cap. 19.

Omnia communi nomine symposia, siue
X δεῖπνα appellata: instituta fuisse à legislatoribus, Solone, Minoue, Licurgo, notant plerique ad retinendam inter ciues pacem, concordiamque mutuam: quales item fuerunt ἐπάκια, id est, epulæ apud Athenienses in Pritaneo, Thesmophoria, Panathenæis: sanè Plut. extremo ferè Catone maiore, eum scribit, cùm ruri esset, cenis vsum liberalioribus, ad quas vicinos subinde inuitabat, quòd mensam diceret conciliandæ in primis amicitiæ aptissimam, quod suo calculo Varro confirmat elegantissimis versiculis cuiusdam suæ sat.

Vino nihil iucundius quidquam cluit
Hoc ægritudinem ad medendam inuenerunt,
Hoc hilaritatis dulce seminarium,
Hoc continet coagulum conuiuia,

Y Paullò tamen diuersius: & hic sanè fuis cenarũ à Romanis in Capitolio institutarũ, & sacrificiorũ publicorũ, ad q̃ epulones creati: quorũ exemplo quatuor publica cõuiuia à Venetis instituta: atq; Heluetij in Zumfftis, id est, atriis tribuũ, propterea mutuas frequentant compotationes, si Bodino credendum cap. 6. Meth. hist. Sic & Moses imperio Dei Hebræis σκηνοπηγίας dedit, cùm sub tabernaculis epulabantur: nam & principem omnium celebritatem Pascha, festis epulis voluit agitari, quamquam nec sola, nec prima hæc fuit harum epularum caussa.

Absoluissem caput, ni Suidæ error aut somnium manum iniiceret mihi, narrantis Romulum, & Remum expositos à nescio qua Faustuli pastoris vxore Latentia educatos fuisse, & cum eo sæculo turpe esset, atque infame alieno vixisse, quòd in more erat positum, vt quilibet in conuiuia cibũ, & potum inferret de suo, eosad maculam detergendam, & ad ciues sibi magis obli-
Z gandos, aut Romulum solum, festa instituisse Brumalia, in quibus cùm senatus, tum milites vrbe iam constituta alerentur hieme à rege vocaus, inquit, nomen prandij brumaliũ, q̃ Romana lingua significat ex alieno viuere, & nuttiri.

Fortassè putauit bonus hic Græculus vocem βρωμάλια conflatam ex Græca βρῶμα, id est, cibus, & Latina aliud: sanè imperitissimè, vt mirer Cælium huius fabulæ particulam narrantem libr. Ant. lect. 27. c. 24. non repudiasse, vt est repudiandum illud veriloquium, quod probant Festus, & Macrobius libr. 1. Satur. c. 21. Brumam nimirum dictam à breuitate dierum quasi βραχὺ ἦμαρ: nos alio libro cum Proclo in comm. Hesiodi de re rustica à Bromo brumam, & brumalia docuimus nominata, id est, Baccho, cuius in honorem 24
solemnes erant feriæ brumales, quæ & Brumæ appellatæ. Tertull. lib. de idol. cap. 10. & 14. ex celebres erant mensẽ Ποσειδεῶνος, hoc est, Decembri, ac Ianuario nostris. Consule 8. syntagma hist. Deorum Giraldi.

Apage, nondum finis? quid? profanas cenas non profani exposuimus: sacri, sacras enarremus. ἀγάπαι à priscis Christianis appellatæ, à caritate, quòd retinendę mutuæ caritatis, & coninnctionis amicorum caussa fuissent inductæ: nomen sacris in libris, qui primæ apud nos sunt auctoritatis, semel vsurpatum, hoc est, in S. Thad. epistola: vbi enim nos habemus latinè, ij sunt in epulis suis maculæ conuiuantes, sine timore semetipsos pascentes, græcè est, ἐν ταῖς ἀγάπαις ὑμῶν. & noui quidam interpretes, immò nouatores verbum verbo reddentes retinuerunt caritates.

Vim verbi exposuit Tertull. cap. 39. Apol. cena nostra de nomine rationem sui ostendit: vocatur enim ἀγάπη, id quod dilectio penes Grecos 26
est, cuius quæ sequuntur verba Franc. Vatabli glossema confirmant ad illum S. Thad. locum interpretantis conuiuia, quæ pauperibus refocillandis exhibentur: ita enim vetustissimus scriptor, quantiscunque sumtibus constet, lucrum est pietatis nomine facere sumtum, si qui habet inopes quoque, refrigerio isto iuuamus. hoc autem dicit quia ad ea pauperes admittebantur. Sed hæc susius in nostris sacris obseruationibus.

Cenarum apud Latinos varietas, quæ fuerit, quæ ratio, explicatur.

CAPVT XIV.



CENA vocabulum non ipsam modo solidam cenam significat, id est, fundum cenæ & fundamentum, vt Agell. nominat lib. 17. cap. 8. hoc est, totum apparatum, sed etiam missus, & fercula ipsa solidę cenæ, vt missus piscium, cena piscium: missus auium, cena dicebatur M. Varro 3. lib. de re rust. cap. 5. sic 16. ad Att. libr. ep. caput cenæ. Et quinta Tusc. & 2. de finib. præcipuum ferculum, cenam summam. Macrob. lib. 3. saturn. cap. 13. ex indice Metelli, cum tamen meus Macrob. habeat

in cena sumina, sed omninò summa legendum, cùm postea sequatur patina suminis: neq; ignoratum à collectore magni Thesauri Latini Tripartiti caput cenæ pro principio sumi.

Sed sciendum eamdem cenam tripartito diuisam, vt tres essent, scilicet, antecena, cena, quæ etiam caput mensæ dicebatur, & bellaria quæ 2. mensa dicta, & ἐπίδειπνον Græcis: sic vt 1. 2. 3. Mart. nominetur lib. 11. epigr. 32.

Hæc prima feret, altera ue cena,

B *Hæc cena tibi tertia reponet.*

De cucurbitis Annij ludens, præter quas aliud nihil apponebat conuiuis: prima cena gustus erat, in quo apponebantur lactucæ, oliuæ, echini, ostreæ, & alia minutiora; secunda cena, quæ caput cenæ, & flos, Agellio propriè cena, in qua carnes, pisces. Tertia cena Bellaria scilicet, vt nûc caseus, qua epidipnides eduntur, placentæ, mazæ, dulciaria, & id genus cupediæ. Videndus Athen. lib. 14. c. 17. 18. 19. 20. & seqq. vsque ad 30. & lib. 2. cap. 11. quærit, num etiam primis mensis inferenda. Item cenationem, aut cenaculum, id est, locum vbi cenatur, ita Plin. cap. 1. lib. 12. quam cenam appellauit ille nidum, quia locus cenæ arbor fuerat, cenaculum etiam significar magis vniuersè, locum vbi scalis ascenditur, Varroni, dicam hæc minutius.
C

Varro lib. 4. L. L. vbi cubabant, cubiculum, vbi cenabant, cenaculum, eratque in parte ædium altiore Cic. contra Rullum. Vitruu. lib. 2. c. 8. ita Valla lib. eleg. 4. c. 22. cenaculum esse locum ad cenandum in loco superiori, cenationem in inferiori: non est constans hæc differentia: ita ἀνώγεον Græci nominant, quia sublime à terra. Mart. lib. 1. epigr. 162.

Et scalis habito tribus, sed altis.

Et Prud. celsa vocat cenacula: quinetiam Plaut. partem cœli supremam, ita nominat Amphitr. act. 3. scen. 1. in superiore cœli qui habito cenaculo.

Cena aduentitia, aut aduentoria, siue exceptitia ὑποδεκτικὴ Plut. sympt. dicebatur, quæ aduentanti amico, aut Principi erat parata, quæ & viatica dicta Plauto, quia peregrè venientes, conuiuio excipiebantur ab amicis. Plaut. Bacch. act. 3. scen. 6. P. Sal nos cùm peregrè aduenis cena detur. M. Non placet mihi cena, quæ bilem mouet.
D P. Num quæ aduenienti ægritudo obiecta est? & Trucul. act. 1. sc. 2. Suet. in Vitel. c. 13. famosissima super cęteras fuit cena ei data aduentitia à fratre in qua 2000. lectissimorum piscium 7000. auium apposita traduntur.

Ita aduentores Apul. lib. 1. Miles appellat, qui in cauponas diuertunt: longè ante Plaut. Trucul sc. quæ incipit: Ite, ite hac: sed opinor simplicina, eos qui aduenerunt. vt Asin. act. 2. sc. 2.

Est & ambulatoria cena, siue ambulans: Mart. lib. 7. epigr. 47.

Nos offendimur ambulante cena.

In qua nihil ferè potest comedi propter ministrorum velocitatem inferentium portiones in lancibus, & mox auferentium: ex quo versu 3. huius epigrammatis, volare lances queritur, & ambulatorium ientaculum Apul. lib. Asin. alio sensu, quando boues ambulando pascuntur. E

Cena adiicialis sacerdotum erat propria, quę & pontificalia dicta, puto & auguralem lib. 7. famil. à Cic. meminit Varro 3. de re rust. cap. 6. & Plin. cap. 20. & 41. lib. 29. nomen hinc, quòd extra ordinem multa, & vltra iusta fercula adiicerentur: sunt qui velint adiicialem dici ab adeundo, minus probabiliter, quod daretur cùm pontificium adibatur, vel inibatur à sacerdotibus.

Adipalis idem dicta ab adipe, cuius erat multus in sacrificiis vsus, siue quia erat valdè pinguia, vncta, & delicata, qualem describit libro tertio saturn. cap. 13. Macrob. cùm Lentulus flamen Martialis inauguratus est; & Horat. Od. 14. secundo libr. quasi cenam ditissimorum. & potentissimorum, & celebratur Q. Hortensij talis cena in sacerdotij inauguratione. Item 20. libro tertio de re rust. Plin. libro primo, cap. 10. Cicero epist. 7. ad Gallum. Hinc Mart. lib. 12. epigram. 48.

Nec capitolinæ, pontificumq; dapes.

Laudans Bruti inuitatoris cenam. Cenæ Apicianæ immensi fuerunt, & non credendi luxus, duorum videlicet præcellentium ganeonum: de quibus 3. epigr. lib Mart. epigr. 22. F

Dederas, Apici, bis trecenties ventri,
Sed adhuc supererat centies tibi laxum
Hoc tu grauatus ne famem, & sitim ferres,
Summa venenum potione duxisti.
Nil est, Apici, tibi gulosius factum.

Exponit Bud. lib. de asse 2. Sexcenties sestertium, hoc est, quindecies centum aureorum millia inexplebili illa ingluuie helluatus, cùm posset adhuc ducentis quinquaginta millibus quod est centies, laxum, vitam lauto & eleganti victu producere: tamen venenum miser hausisti, ne tanto patrimonio superesses, à quo iamiam videbaris deserendus: sic iste aduers. Domitij Cald. explicationem, tu consule Raderum nostrum in cit. Mart. epigram. qui diu post me scripsit, sed eruditius. G

Propterea Plin. libro 9. cap. 17. ad omne luxûs ingenium mirum, & libro 10. cap. 48. Nepotum omnium altissimum gurgitem Apicium nominat, ei Marco erat prænomen, de quo & Seneca lib. de consol. ad Heluiam Albinam matrem cap. 10. Apicius nostra memoria vixit, qui in ea Vrbe, ex qua aliquando philosophi, velut corruptores iuuentutis abire iussi sunt, scientiam popinæ professus, disciplina sua sæculum infecit: cuius exitum nosse operæpretium est: cùm sestertium millies in culinam coniecisset, cùm tot congiaria principum, & ingens capitolij vectigal singulis commessationibus hausisset, ære alieno oppressus, rationes suas tum primum coactus inspexit: superfuturum sibi sester-

tium centies comptauit,& velutin vltima fame victurus, si sestertio centies vixisset, veneno vitã finiuit. Ex quo videtur ter trecenties in Martiali legendum, vt non iniuria maximi indicij, &
H doctrinæ vir Budæus coniectatur. non bis trecenties.

Dixi duorum, quia verè duo fuerunt Apicij eiusdem & notæ, & luxus gulonum antistites, quod ignorauisse videtur Budæus, aliique. Prior hic de quo diximus, Marcus Gauius Apitius, qui sub Augusto vixit ac Tiberio, Dio.lib.57. & 4.Ann.lib. Tac. initio cùm de Seiano loquitur, quem scribit non sine rumore Apicio diuiti, & prodigo stuprum venundedisse.

Posterior sub Traiano, de quo voce [illegible] Suidas Traiano in Parthia agenti, & cum multorum dierum spatio distaret à mari, Apicius Gulo recentia transmisit ostrea magna industria, quasi in thesauris conseruata. A Sunt qui & tertium faciant Apicium rei culinariæ scriptorem: Vide item Senecam ep.95.

I Vitellianæ item cenæ dici possent à duobus Vitelliis patruo, & nepote ambobus Aulis: De Patruo ita Sueton.cap.2.sui Vitellij. Aulus famosus cenarum magnificentia. de nepote, qui Augustus fuit, idem cap.13. Aesopianæ quoque ab Aesopo histrione, & histrionis filio: de cuius tripatini extrema lautitia, patris, inquam, Plinius scribit cap. 12. libro 35. vt de filij capite nuno, earum pretia Budæus secundo de Asse libro collegit.

Centenariæ cenæ, id est, frugales intelligantur, in quas, vt ait Festus, & alij, vetere Licinia lege non plus centussibus præter terræ natalibus impendebatur, hoc est, centum asses, qui nummi erant ex ære breues: earum meminit aduersus Gentium luxum in Apol. Tertul.cap.6. quonam illæ leges abierunt sumtum, & ambitionem comprimentes, quæ centum æra non amplius in cenam subscribi iubebant? Et paulò post. Video enim & centenarias cenas à centenis iam sestertiis dicendas: de quibus item Petrus Crin. lib. de honest. disc.14.cap. 6. quam propterea legem nominauit in Satyris Lucilius centussem.

K Cereales cenæ, quæ lautæ, atque opiparæ, & multis ferculis onustæ, eędem quę adiiciales, sed hæ cerealibus feriis agitatæ, cùm veteres illi populariter genio liberius indulgerent, & sacra facerent ante messem epulantes Cereri, quæ vt nutrix, educatrixque mortalium alma est Virgilio, cæterisque poëtis: Hinc primo Georg. ille ex antiquiore Hes.

In primis venerare Deos, &c.

Plaut. Menæch. act.1. scen.1. Cereales cenas dat, ita mensas exstruit. tantas struices concinnat patinarias: dubiam cenam Terent. sc.1. act.2. appellat Phorm. Geta loquitur. quid isthuc verbi est? Ph.

Vbi tu dubites, quid sumas potissimum.

Significans esse lautam, & opiparam, & variis epulis instructam; quomodo & Hor.2. ser. sat.2.

— Vides, vt pallidus omnis
Cena desurgat dubia? —

Nam & placenta dubia Chrysippi Tyanci apud Athen.cap.19.lib.14. non quæ, vt explicauit Cælius lib.25. Ant.lect.cap.25. ex vno tantum fit animali, vt sue: varia tamē videatur ob diuersitatem condimenti, vt illa fuit hospitis Chalcidensis T. Quinctij apud Liuium. Cena exequialis, quòd in exequiis daretur mortuorum; eadem etiam copiosa, quòd exciperetur eorum multitudo, qui cadauer sequebantur, cùm effertur: eadem funeris Persio dicta sat.6. L

— Sed cena funeris hæres
Negliget iratus, quòd rem curtauerit. —

Apul.4. Florid. lib. item feralis Iuuen. sat.8.

Ponitur exigua feralis cena patella.

A morte, quam feram veteres appellauerunt, vt ait hoc loco Britannicus: ego eamdem esse nominis rationem puto, quam & festorum feralium, quia ferebantur epulæ ad sepulcra defunctorum ibique super nudo silice deponebantur, M
siue quòd inferebantur offæ, lentes, & quædam alia tumulis, vt ex veteribus Alexander collegit libro 3.cap.7. & 27. & libro 5.cap.26. extremo: sanè ita Varro lib. 5. de lingua lat. Et Festus Pomp. libro 6. quamuis Ouid. paulò secus libro Fastor. secundo:

Hanc quia iusta ferunt dixere feralia lucem,
Vltima placandis manibus ista dies.

Lege ferunt, pro fiunt: De his consule syntagma 17. de Diis Gent. Giraldi Ferrar. cena è rogo dicitur à Catul. epigr.55. de Rufa:

— Sæpe quam in sepulcretis
Vidistis ipso carpere è rogo cenam.

Ad quam allusisse Terent. videtur Eun. act.3. sc.2.
cùm è flamma cibum petere dixit; quod sanè N
mirum est non vidisse bonum alioquin interpretem Donatum: sic autem locutus Terentius propter dapes, quę in feriis in rogum inferebantur ἑκάτης δεῖπνον Græci nominabant, vt Luc. in Dial. mortuorū: hæc antē cena ferè iis dabatur, qui multum ætate processerant, ex qua saturi cùm discederent, post supremum officium alter alteri valedicebant, eaq; silicernium vocabatur.

Et lib. de prisco serm. Fulg. Silicernios dici voluerunt senes incuruos, quasi iam sepulcrorū suorum silices adspicientes: vnde Cincius Alimetus hist. de Gorg. Leont. qui dum iam silicernius sui finem temporis expectaret, & si morti non potuit, tamen infirmitatibus insultauit.

Sanè Don. Adelph. act.4. sc.2. & Nonius interpretantur cenam, quæ infertur Diis Inferis, ac Manibus, vt Festus funebre conuiuium. Cur autem? vel quod eam silentes vmbræ cernerent; vel quod, qui inferebant, cernerent tantùm, non degustarent; Vt enim Don. notat, de his, quæ libantur inferis, quisquis comederit, aut biberit, funestatur. Xenophāta quidam à Donato reprehensus, & à Festo, accepit pro sene præ incuruitate silicem cernente.

Non displicet explicatio Glossarij, quod in
O Festum Scaliger filius patri doctrina similis, religione dissimilimus, producit, dicentis quasi se Lucerninm esse, quòd Lucernę talibus conuiuiis non adhiberentur. cùm non desint, qui dictum aiant ex eo, quòd cum silentio ceuerentur ea conuiuia agitare: qnod in luctu verisimile.

Apol.cap.13. Tert. quid differt ab epulo Iouis silicernium, á simpuccio, siue simpulo obba, ab struspice pollinctor, pro pollunctor? Ita Latini silentes mortuos nominant, inde vetus poëta 5. Fast. Ouid.

Mox etiam Lemures animas dixére silentum.

Virg. 6. Aen.

Et Chaos, & Phlegethon loca nocte silentia latè.

Et Hebręi Duma, quę vox excisionem significat,
P & silentium, mortuorum locum, siue Inferos nominant: sic fanè Psalm. 113. Neque omnes, qui descendunt in infernum; pro inferno est hęc vox Dumas & pro sepulcro alij sumnnt.

Huc referendus vetus Romanorum ritus, apud quos non ante diem nonum parentabatur: tunc insta, ludi, epulæ, inscriptio, & funeri mortuorum finis Don. in Phorm. Ter. In nuptiis septimus dies instaurationes voti habet, vt in funere nonus, quo parentalia concluduntur. Huc alluditur à Poëtis, vt Virg. lib. Aen. 5.

Praeterea si nona diem mortalibus almum,
Aurora extulerit. ——

Statius in Archemori funere:

Roscida iam nouies cœlo dimiserat astra,
Lucifer. ——

Inde mos ductus, vt Cœlius notauit cap. 21. libro 17. quoniam totos nouem dies Ethnici suos mortuos lugebant: hinc feriæ nonemdiales, siue nouendialia, suple sacra, sic enim glossa quædam græca ἐννατα τὰ περὶ ἀγάλματα.

Prudens hoc loco S. August. obseruatio notanda pennlt. in Genes. ad illa verba Genes. 50. &
Q fecit luctum patri suo septem dies. Nescio vtrum inueniatur alicui sanctorum in scripturis celebratum esse luctum nouem dies, quod apnd Latinos Nouendial appellant. Vnde mihi videntur ab hac consuetudine prohibendi, si qui Christianorum istum in mortuis suis numerum seruant, qui magis est in Gentilium consuetudine: septimus verò dies auctoritatem habet in scripturis; qui tamen mos deinceps fuisse Græcorum videtur, vt indicat Iustin. nouella quadam scribens, in nonum diem fieri μνήμας defunctorum: quia verò die nono, præter alia, cena funebris, epulæque fiebant.

Hine nouendialis orta cena, cuius meminit Iulius obsequens libello de prodigiis C. Valerio. M. Herennio Coss. in sacro nouendiali cena Deæ
R posita, à cane adesa antequam delibaretur, qui tamen locus mihi intelligendus videtur de feriis nouendialibus fieri solitis post imbrem lapidum: Cotta Messalinus apud Tacitum libro sexto Ann. cùm natalis Augusti celebraretur, diesq;

iucundè esset traducendus, ad has mortuorum cenas alludens, videri sibi dixit, eas potius ferales epulas, siue, quia ille natus plurimis exitij caussa fuit, siue, qnia ante nouem forte dies multi à Tiberio fnerant mulctati.

Non absimilis Plauti iocus Aulul. sc. quæ incipit, postqnam obsonauit herus, cocus ille nundinalis est, in nonum diem solet ire coctum, quoniam mortuis cenam tantum instruit, alij aliò referunt.

Has epulas Tertul. ridet libro de testim. animæ capite quarto, vocans securos mortuos, si quando extra portam cum obsoniis, &c. & libro de resurrectione carnis cap. 1. at ego magis ridebo vulgus tunc quoque cum ipsos defunctos atrocissimè exurit, quos postmodum gulosissimè nutriat.

Porrò quod diximus de lentibus, auctorem habet Plut. in Crasso, recensentem lentes & sal. S
App. in Parth. histor. lentes & placentam, hoc est, libum, quæ Romani luctuosa, vel funebria putant, & proponunt mortuis. B Et certos quidem fuisse, ac proprios huius cenæ cibos, qni Dionem redegit in summam, Io. Xiphilinus in Domitiano monet, vbi de dissimulato sepulcrali epulo: post hoc ea omnia, quæ in funeribus exhiberi solent in vasis eodem modo etiam illis nigra fuerant allata. C

Duas autem ob caussas institutum videtur hoc nouendiale sacrum: & prima quidem origo sacri fuit, cum lapidibus pluebat. T. Liuius lib. 1. de victis Sabinis, &c. Nunciatum Regi, patribusq; in monte Albano lapidibus pluisse. Mox. Romanis quoque ab eodem prodigio nouendiale sacrum publicè susceptum est. Paulò post. T
Mansit certum solenne, vt quandocunque idem prodigium nunciaretur, feriç per nouem dies agerentur. Repetit lib. 21. & 27. & sæpissimè lib. de Prodig. Iulius obsequens.

Altera caussa erat propter defunctorum parentalia, & cum se lustrabant. Consule 17. syntagma hist. Deorum Giraldi.

Cena popularis Plaut. Trin. act. 2. scen 4. accipitur pro epulo, quod populo dabatur. Quid tnnc si in ædem ad cenam veneris, atque ibi opnlentns tibi par forté vt venerit, apposita sit cena, popularem qnam vocant, si illi congestæ sint epulæ à clientib'. Et paulò post. Cena hæc annona est sine sacris hereditas, id est, annuus est qnidam mihi pronentus frugum, sine vllo impendio, ea dicebatur & publica: sic popularia sacra Martialis appellauit libro decimo epigram. 14.

Et populare sacrum bis millia dona tulisset. V

Ea ciues omnes faciebant, auctore Festo: neque attributa erant certis familiis: aliœ tamen sensu Cato 88. cap. de re rustic. popularem salem dixit, pro vulgari, & sordido: vt contra florem salis, pro optimo, & candido.

In Theatro verò loca populi & plebis absolutè popularia dieebantut ad equestrinm discrimeu, id est, quatuordecim ordiuum, quæ vocabantur equestria. De his Seneca 7. libr. de benef. cap. 12. Sæpius equestria omuium equitum Romanorum suut: in illis loeus meus fit proprius, quem oecupaui, & Sueton. iu Calig. cap. 46. inter plebem, & equitem caussam discordlarum sedecimas maturius dabat, vt equestria ab infima quoq; occuparentur.

X De illis Tertul. lib. de Spect. cap. 3. Vias euim vocant cardines balteorum per ambitum, & discrimen popularium perprocliuum.

Cena recta dicebatur ea, quæ Augusti instituto dabatur à diuitibus, quæ magnæ erat liberalitatis, & impensæ: certè uomen Augusti tempore non est antiquius. Sueton. in eo cap. 74. conuiuabatur assiduè, uec vnquam uisi recta, iu Vesp. cap. 19. conuiuabatur assiduè, ac sæpius rectè, ac dapsilè: vbi vides per vocem dapsile, explicari vocem rectè: rectè euim viuere est delicatè, & lautè: & rectus apparatus sumtuosus.

Seneca epist. 123. de ceuis luxuriosis. Hanc petunt omnes isti, qui, vt ita dicam, recto viuunt. epist. 111. non maguam rem facis quòd viuere sine recto apparatu potes, quod non desideras milliarios apros, &c. vbi, regio, quidam repouunt ignari huius moris loquendi Mart. libro 2. epigr. 69. de ea & alibi sæpè:

Y *En rogat ad cenam Melior te, Classice, rectam*
Grandia verba vbi sunt? si vir es, ecce nega.

Erat hæc opposita sportulæ: sportula euim obsonium erat, quod Romani diuites, sed sordidiores dabant salutatoribus, quæ & in limiue domus constituebatur. cùm ipsi secretò cenarent: Hiue Iuuen. sat. 1.

— Nunc sportula primo
Limine parua sedet turbæ rapienda togatæ.

Id est, comitibus, & asseclis, atque clieutibus. Et:

Sed cum summus honos finito computet anno
Sportula quid referat? quantum rationibus addat
Quid facient comites quibus hinc toga, calceus hinc est?

Et sæpè Martialis lib. 3. epigr. 7.

Z *Centum misellis iam valete quadrantes*
Ante Ambulonis congiarium lassi.

Mox:

Regis superbi sportulæ recesserunt.

Nam sportulæ loco cedebaur nummi, vt hic iudicat Mart. & ibi Iuuen. ceutum quadrantes, id est, deni sestertij. quorum quæ summa sit explicatum habes à Bud. lib. 5. de asse. Eumdem vide in Pandect. prior. ad l. si muliet. de donat. iuter virum, non longè à fine, & multò ante eam legem. l. nec quidquam est. Liberaliores non sportulam dabant, vt monui, sed legitimum conuiuium exhibebant. nam sportula erat quasi cenula. Inde Claudius auct. Suet. cap. 21. in eo, sportulam appellauit anniuersarium munus gladiatorium uon valdè maguificum, & louguм: cur autem sic diceretur, mirum, quouiam vt Seneca epist. cit. 123. ait, simplex recti cura est, multiplex praui. Sed opinor rectam dici, vt monui, quasi bonam, & qua benè haberent conuiuæ, hoc est, lautè, & opiparè exciperentur, vt rectè, dicimus, valere, id est, benè. Aa

Quare Sueton. cap. 16. in Nerone, adhibitus, inquit, sumtibus modus publicæ cenæ, id est, rectæ ad sportulas redactæ: cùm contra in Domit. scribat cap. 7. sportulas publicas sustulit, reuocata cenarum rectarum consuetudine: nisi si à discumbentium, recto ordine, acceperit nomen, vt exponit vir doctus, atque elegaus Fulvius Vrsinus in append. ad Ciacc. de triclinio. Iure igitur Mart. lib. 8. epigram, 50. ad Cæsarem Domitianum: Bb

Grandia pollicitis quanto maiora dedisti?
Promissa est nobis sportula, recta data est.

Saliares cenæ, siue dapes in prouerbium abierunt pro lautis, & magnificis conuiuiis, quod in sacris veteres olim epularentur, vt species sit pro genere: idem enim quod cenæ pontificales; & fortassè maior erat in saliaribus apparatus, maior & gula, quoniam cùm saltassent ancylia, quæ è cœlo credebantur delapsa, propter laborem, largius comederent. Apul. libro nono Asini. At pudica vxor statim cenas saliares comparat, vina pretiosa defecat, &c. Vide lib. Halicarn. & Varronem libro sexto de lingua Latin. ex eo modus ille apud Ciceronem loquendi 3. de Orat. Saliarem in modum. Et 2. epist. libro Horat. epist. 1.

Iam saliare Numæ carmen qui laudat. —

Et hunc quidem splendidum, ac magnificum in sacris Deorum epulatum apparatum luxui suo, atque liguritioni protendit Aristippus philosophus, qui aliquaudo reprehensus, quòd lautius viueret, si hoc, respoudit, esset crimen, nuuquam in sacris suis Dij paterentur: & in hac vsus est notione Horatius libro primo, Od. 37. Cc

— Nunc saliaribus
Ornare puluinar Deorum
Tempus erat dapibus, sodales.

Ita iu Apol. cap. 39. Tertul. Salios cenaturos nominat: quo item loco ceuæ serapicæ, vt celebres, nominantur Apaturiis, Dionysiis, mysteriis Atticis, coquorum delectus indicentur. Ad fumum cenæ serapicæ sparteoli excitabantur, quia serapidis sacra, immenso luxu agitabantur. Hæ omnes cenæ in pontificalium sunt genere, de quibus illud est Hor. Od. 14. 2. lib. Dd

— Et mero
Tinget pauimentum superbum
Pontificum potiore cenis.

Quæ solent esse apparatissimæ, & earum lautitiam partim descripsit ex Varr. Agellius libro 7. cap. 16. Huc polluctum referatur Herculis, cùm

enim decuma à copiosis, & locupletibus soluebatur Herculi, polluĉto accipiebant populum, id est, epulo splendidisimo: Id enim solitum fieri, vel quòd ea res credebatur homines fortunare: Sic L. Sylla, M. Crassus, & L. Lucullus, vt est author Plut. in eorum vita, opulentisimi Romanorum, patrimonia sua polluxerunt Herculi: vel vt quisque, aliquem Deum priuatim coleret, vt ait Festus, ita Camillus Iunoni, si Veios expugnaret, vt Plut. scribit, vt Liuius libro 5. Apollini
Ee Pythico. Alia vide apud Plut. Rom. probl. 17. & Plin. lib. 32. cap. 2.

Varro agens de Decuma Herculis libr. 4. de ling. lat. à porriciendo deducit: cùm enim ex mercibus libamenta porrecta sunt Herculi in ara, tum polluĉtum est. Plaut. Sticho act. 2. scen. 1. vti decumam partem ex voto, siue Herculi, polluceam. Et Trucul. scen. 7. act. 2. de mina deminui modo quinque nummos, mihi detraxi partem Herculaneam, id est, decimam, quoniam decima pars Herculi vouebatur.

Varro sat. περὶ ἐδεσμάτων apud Macrob. cap. 12. libro saturn. 7. maiores notat solitos decumam Herculi vouere, nec decem dies intermittere,
Ff quin pollucerent populum, hoc est, viritim aliquid largirentur, vt exponit Aldus Iunior; Erat autem verbum sacrum, vt obseruauit Turneb. lib. 28. aduers. cap. 31. inde dictum, quod pollucerent splendor ille decimæ, atque epuli. Inde Plaut. extremo Rudente. Spectatores, vos quoque ad cenam voco, Ni daturus nihil sum, neque sit quidquam polluĉti domi, id est, lauti.

Ad hanc lautitiam Plinius respiciens, hæc de Numæ Regis constitutione ex Cassio Hemina scripsit capite 2. libro 32. Numa constituit, vt pisces, qui squamosi non essent, ni pollucerent patrimonia, commentus publica & priuata, cenæq; ad puluinaria facilius compararentur, ut qui ad polluĉtum emerent, pretio minus parcerent, eaque præmercarentur; & de gulosæ magnificentiæ certamine, inter M. Antonium. & Cleopatram. Macrob. cap. 17. libro tertio Saturn. altera die, inquit, Cleopatra pertentans Antonium pollucibilem sanè cenam parauit, sed quam non miraretur Antonius.

Ita Plaut. Most. scen. 1. act. 1. obsonate pollu-
Gg cibiliter, hoc est, lautè, & splendidè, qui petita valdè longè metaphora, polluĉtum virgis seruum Curculione dixit act. 1. scen. 3. pro virgis expositum. vt in polluĉto Herculis omnia exponebantur omnibus; si vera est explicatio Turnebi lib. 11. Aduers. cap. 7. nam in meo, satis castigato, sic legitur, quod quidem polluĉtus virgis seruos sermonem ferat, id est, flagellatione deformatus, & conscissus, virgis onustus, & cumulatus, vt ara Herculis omni genere esculentorum, & poculentorum: nam & illud Rud. act. 2. sc. 4.
Hh Non ego sum polluĉta pago. exponit, id est, communis, & publica pago, acutè: tamen, vt in meo legitur, polluta. sententia non est peruersa. indicat enim se non esse infamem, vt publicè prostitutam, quam tam liberè seruo liceret attrectare.

Nec tacebo, quod ab eodem didici. Macrob. capite 16. eiusdem libri extremo, Catillones propriè dictos, qui ad polluĉtum Herculis vltimi cùm venirent, catillos liguriebant, hoc est, carinos, Italis appellantur leccardi, é gliotti; quamquam Iac. Dalecampius in Athen. libro 14. capite 19. à catillo nuncupatos voluit bellarij, siue farciminis delicati genere, quod ornatum vocent Romani, & ibi Atheneus describit, cupediæ genus nominat Dalecampius.

Cena terrestris Plaut. capt. act. 2. scen. 2. extrema; Asper meus victus san' est, sentes ne esitas? terrestris cena est. Sus terrestris bestia est, multis oleribus, id est, plebeiorum & pauperum, quia olera è terra nascuntur. Ii

Græci cenam sine sanguine ἄναιμον vocant: Et similem Timoniam cenam quidam excogitarunt in Seneca epistol. 18. Non est nunc, quòd existimes me dicere Timonias cenas, & pauperum cellas. in vet. cod. te moueas; in vulg. vt te admoueas ad cenas, deprauatè: dictæ à Timone, qui vt hominum genus habebat exosum, sic vitam etiam feram, atque inhumanam, & vulgò inuisam moralibus complexus, vilissimis eam cibis sustentabat: huic non humanam coniungas licet, sed ferinam cenam Thyestæ Mart. lib. 3. epigr. 45. qua humanæ infectuntur carnes.

Cenas etiam Deorum, sunt qui interpretantur, modestas, & frugales, sed iucundas & suaues, Kk apud Hor. Sat. 6. lib. 1. Serm.

O noctes, cenæq; Deum. —

Quas anteponit nocturnis, & opiparis: epulæ enim in Deorum honorem olim Romæ in templis appositæ erant tenues, & parabiles, vt ex Halicarnass. docet Turneb. capite 17. libro 13. aduers. quo modo & Lambinus in Horat. sumit: sed pro lautissimis accipit libro 27. cap. 24. Cælius, in quibus non ambrosia desit, non nectar.

Certè Lucullus, vt est apud Plut. in eo, suas cenas, quæ sumtuosissimæ erant, per Deorum nomina distinguebat, qui tamen aliam attingit expositionem, vt & hanc secundam Turneb. cap. 17. lib. 17. Aduers. ego priorem sequor.

Εντελὴς cena, id est, perfecta, & absoluta Luciano, vt ait Cælius lib. 28. cap. 7. cum singulis vna auis apponebatur, suilla caro, ac leporina, & Ll piscis frixus ἐκ τηγάνου, id est, ex sartagine: nisi potius εὐτελὴς legendum, vt fuerit vulgaris, & parca cena, qualis Arcadica apud Athen. lib. 4. cap. 8. ex Hecatæo, quæ apponebat μάζας, & Suillam.

Peuè oblitus eram cenæ apud veteres Romanos puræ, ita credo appellatâ, quòd erat simplex,

&

& frugalitatis antiquæ laude insignis. Pomp. Festus, voce penem, in cenis puris, inquit, offa penita dicebatur, id est, offa porcina cum cauda: Apul. ad finem sui Asclepij, indicat fuisse cenam, non inserebantur edulia animalium: hoc optantes conuertimus ad puram, & sine animalibus cenam.

Eamdem fuisse Hebræis celebrem Tertull. Mm indicat libro 5. aduersus Marcionem cap. 4. Dies obseruatis & tempora, & annos, & sabbata, vt opinor, & cenas puras, & dies magnos. Et cum primi illi Christiani ritus Iudæorum plerosque sequerentur, cum de ipsis Philo scribit libro de vita contempl. quæ cena fuerit pura, à cruentis dapibus, pro cibo panis apponitur, sal pro obsonio, pro condimento hyssopus.

Et Tertul. libro de pœnitentia cap. 9. pastum, & potum ait pura nosse non ventris, sed animæ caussa, vt videatur cena pura fuisse, quam Xerophagian ipse nominat sæpè aduersus psychicos, id est, ciborum vsum aridorum, & eo antiquiores, vt Clemens in const. apost. lib. 5. cap. 19. 21. & aliis, sed propriè cena Iudæorum, quę pura nominabatur: de qua apud S. Aug. sermo. tract. 70. in Io. fuisse demonstrat, 1. Ann. Tom. in an. Chri- Nn sti 34. Baronius Paschæ Parascenen, cùm ad vesperam primo incipiebāt azyma comedere. Cur ita? quia puro pane ipsi puri, hoc est, absque fermento, quod impuritatis est symbolum, vt S. Paulus indicat 1. ad Cor. 5. vescebantur.

Prandium item caninum à Varr. in Menipp. apud Agel. c. postremo, l. 13. vocatur abstemiū, in quo nihil vini potatur, quoniā canis vino caret.

Cena item canina Plauto Casina sc. penultima, act. 5. dicta, caninam cenam spero meliorem fore: & Paulus Aeg. lib. 6. c. 2. ἱερᾶς νόσου curari docet Pythagorica mensa, cena canina, & alui deiectione: tametsi corrigat, verè fortassè, in Plauto scænam Turnebus cap. 11. lib. 8. aduers. & in hoc loco Lamb. in Plaut.

Negligenda minimè est epularum, & dapum Oo differentia, quamquam non cōstans, à Valla lib. eleg. 4. c. 23. tradita. Epulæ, inquit, cibi ministerio hominū, & in vsum nostrum cōparati. Epulum solemniores epulæ, & propriè publicum conuiuium in propatulo vniuersis ciuibus exhibitum, siue in dedicatione templi, vel in honorem Deorum, vel magnificentiæ ostentationem, siue in funere nobilis.

Epulones Festo olim epoloni quòd epulas indicendi Ioui, ceterisque Diis potestatem haberent; dicti septemuiri, quòd septem homines eum magistratum gererent; ij sodales dicebantur, vt eorum Collegium sodalitas, siue sodalitia, & sodalitiæ epulæ Trogo lib. 37. Ita l. sodales D. de colleg. Caius I. C. maximè tamen cùm simul ederent homines sacri: vt ex Suet. cap. 5. vitæ Claudij obseruat Ph. Beroaldus: quamobrem vim vocis latinę Dantes noster expressit illo versu eleganter omninò:

O sodalitia eletto à la gran cena.

Dapes, vel Deorum sunt, vel nostræ in sacrificiis Pp Deorum. Addit Non. Marcellus, non solum opiparos apparatus, & religiosos, sed etiam vitabiles, & infames cibos significare exemplo probat Aen. 3. de Cyclopibus:

— Domus sanie, dapibusq; cruentis
Intus opaca ingens. —

Et Ecloga 6.

Quas illi Philomela dapes, quæ dona pararit.

Non tamen id vox per se indicat, sed vniuersè cibos, atque epulas: epitheton enim, siue argumentum, quo de agitur, & vitabiles, & infandos ostendit significari: nec admitto quod notauit lib. Etymol. 20. cap. 1. Isid. Dapes esse Regum, epulas priuatorum. De nominibus iam nimis multa: ad rem ipsam lentè festinatum. De pluribus antiquarum generibus cenarum, qui cenarum est sapiens Athæn. docet multa suis dipnosoph. libris, qui in manibus versantur eruditorum.

Quoties in die veteres comederent, inuestigatum.

CAPVT XV.

CONSTANS vulgi Doctorum, & iactata opinio est, veteres olim A Græcos, Romanos, Barbaros solitos in die semel tantum comedere; quam ego, cùm alios publicè docere cœpi, & Philosophiæ, ac Theologiæ confecto curriculo, dedidi me sacrorum, & profanorum monimentorum lectioni, vanam, ac falsam deprehendi. De qua re tota, sic vniuersè decerno, varia fuisse tempora comedendi, aliis alia: erant enim qui pauciora habebant: erant qui plura, vt ex Athen. constat c. 4. lib. 1. Et mira sanè confusio ipsorum, vt & vocum, de quibus iam disputatum.

Iis, qui vitam agunt contemplationi addictam, vt litteratis, quò parcior vsus cibi, eò melior: iis, qui exercitam laboribus ducunt, frequē- B tiore opus est cibo, qualis est negociatorum, agricolarum, militum.

Igitur antiquissimis Troicis temporibus apud Aeschylum Palamedes tria nominat genera atq; tempora σῖτον δ' εἰδέναι διώρισα, ἄριστα, δεῖπνα, δόρπα θ' αἱρεῖσθαι, τρίτα, scilicet militiæ tempore, vt ego interpretor; Confirmatur Leonidæ strenui Ducis illo dicto; sic. Cōmilitones, prandete tanquam apud inferos cenaturi, celebri apud omnes historicos & noto etiam ex Ep. Senecæ 83. responderunt & facto milites. Alacres & ad pran- C dium illi promiserunt, & ad cenam; vt Modius corrigit c. 120. nouantiq. lect. cùm vulgò legatur malè, alacres illi & prandium processerunt, & ad cenam.

Ἄριστα erant tunc, quæ videntur esse nunc ientacula, quæ olim prandicula, vt ait Festus, δεῖπνα

prandia,

prandia: δόρπα cenæ: sic ἄκρατισμα ab optimi vini genere nominata, quòd modicè sumtum mirè reficeret, cùm scilicet ἀκρατὴς meracum sumebatur. cum panis bucella: δεῖπνα à necessitate operis faciendi, ὅτι δεῖ πονεῖν, reditur enim ad labores, vt post ientaculum ad eosdem ibatur. Vide Scal. cap. poët. 5. lib. 1.

Δόρπα militare verbum à cessatione pugnæ ἀπὸ τοῦ δόρυ παύειν, non enim curabant corpora. neque deponebant arma, nisi opera absoluta.

Philemon apud Athen. lib. 1. cap. 4. quatuor tradit posteriore sæculo. Philemo autem dicit, cibis vtebantur his veteres, ientaculo, prandio, merenda & cena: A & ibi Athen. primum etiam διανηστισμὸν vocatum tradit, vt Galli nunc desieuner: secundum ἄριστον, 4. ἐπιδορπίδα: respondent D suo ordine latinis nostris nominibus, ac temporibus, ientaculo, prandio, merendæ, cenæ, quæ in vsu erant apud Romanos, vt illa apud Græcos, sic, vt iam non semel, sed bis, & ter, quaterue esitauerint singulis diebus Romani, & Græci. De his, quoniam maximè in historia, & veterum scriptis commemorantur, probabimus mox.

Hebræorum mos, quantum sacris literis legendis potui consequi, fuit, vt bis die cibo, potuque reficerentur: in illis prandium legi, & cenam: nam ex vi Hebraicarum vocum, quibus cibos nominant, nescio an ientaculum, & merenda ipsis essent vsitata. Tob. 6. mentio fit pranE dij. sed inter gentes barbaras in Niniue Assyriorum. Et 7. inter Medos in Rages. Dan. 4. in Iudæa. cùm Angelus visus est Habacuc Prophetæ iusso ferre prandium, quod messoribus parauerat, &c.

Et sæpè Deus liberator noster, prandium vsurpauit, & cenam, maximè Lucæ 14. cùm facis prandium, aut cenam: quod nomen legitur etiam Esdræ 3. cap. 3. vbi tamen fere de Persis, id est, rege eorum Dareo, qui fecisse traditur cenam magnam. In Iudæ Iudith 6. de Ozia, qui cenam magnam fecit Achiori. & passim in nouo Testamento.

Conuiuium autem Hester primo ab Assuero celebratum, potius fuisse prandium videtur, quàm cena: & in Xenoph. legisse me recordor, consuetam Persis cenam, & prandium; & 2. Pædagogi de ratione edendi Clem. indicat Alex. F Indis quoque attribuit libro 15. Strabo, docens non vnam omnibus cenandi, & prandendi horam fuisse, sed vt cuique erat libitum, cùm tamen victo frugalissimo vterentur, ac simplicissimo.

Illustris est de Persis Xenoph. locus, quem paulò ante indicaui, 1. lib. Cyripæd. quo de ratione pueros exercendi, seu potius egressos pueritiam, ita loquitur: Exeuntes in venationem prandium habent, & id quidem maiore quantitate, vt par est, quàm pueri, ceterum eodem modo: & donec venantur, non prandent: sed si quid opus fuerit, aut feræ ipsius gratia præstolari, aut aliter velint tempus terere in venando, hoc prandio pro cena vsi postridiè venantur ad cenam vsque, & duos hos dies pro vno supputant. quod G vnius diei cibum consumunt. ita Philelphus.

Venio ad Græcos, quos plusquam semel edere solitos loca indicant ex Aeschylo & aliis ab Athenæo producta, nec tamen firma lege. Sanè Hippocratis ætate multi ter, plures semel, plurimi bis videntur esitauisse in die: sic enim habet a. lib. rat. victus, præscribens quibus semel, quibus bis, aut etiam sæpius sumendus sit cibus ex differentia ætatum, exercitationum, constitutionum corporis, natura locorum, in quibus viuitur, temporum quoque, & apparebit ex eo loco, quem mox citabimus: qui & tertio libro, comedendum monet ei, qui non valdè sicca sit aluo: si siccam aluum habeat, inquit, parum prandendum: A aliis anni, & corporum constitutionibus aliud præscribit: quia certus omnibus modus nequit præscribi, qui libr. de prisca medicina, grauia pati solere tradit qui prandeant, non soliti, vel soliti, si non prandeant: B id quod etiam docet lib. 2. de rat. victus in morb. acut. & 4. H

Aristoteles indicat sectione tertia Problem. 32. solitos bis edere: Medicos enim scribit iis suadere, qui vellent procreandis liberis operam dare, vt parcè vesperi comederent: certè qui crebrius edebant, ij vel pueri erant, vel senes, vel infirmi, vel comedones.

Quare Galenus 5. libro de tuen. valetud. hoc est, ὑγιεινῶν. Satius duxit senex ter cibum sumere: quod medicum quemdam Antiochum, & Telephum Grammaticum narrat factitasse: & in 6. disputans de negotiosorum hominum vita, considerari vult, melius ne sit semel in die, an bis comedere: definiendum suadet ex consuetudine: quæ tamen duo postrema loca videntur intelligenda de Romanis, atque Italis; nam I his libris ad eos præcipuè Galeni habetur oratio: ita ex tralatione Linacri latinè.

Atque hac quidem victus ratione Antiochus in senio vsus sensibus illæsis, membrisque omnibus integris ad extremum durauit: Telephus autem Grammaticus prouectiore, quàm Antiochus, ætate fuit, vt qui centum ferè annos vixerit: Indicat & Celsus libro quarto & septimo.

Quamquam apud hos, & Græcos erat etiam ientaculum, & merenda puerorum & gulosorum propria, vt & horum commessatio, id est, cibus à cena: neque enim hic mores attingo luxuriosorum, & ebriosorum, qualis erat Sergius Galba, qui ante lucem vescebatur Suet. cap. 22. & A. Vitellius, qui sæpè trifariam, interdum quadrifariam epulas dispertiebat suas, in ientaculum, prandium, cenam, comessationem, mirum quin & merendam addiderit, qui totus K & abdomen, & venter erat. cap. decimotertio Suet.

Obiter

Obitet nota malè apud Arist. lib. Polit. 7. cap.
K 10. & alibi κῶθωνα verri commessationes, cùm propriè conuiuia essent publica, vt & Athen. docet ex Dosiada lib. 4. cap. 4. hist. Creten. & Plut. in inst. Laconicis. Sanè ientaculum pueris conuenisse indicat hic Plauti locus Curcul. sc. 1. act. 1.

Nunc ara Veneris hac est ante horum fores,
Me inferre Veneri noui iam ientaculum.

Et seruus addit:

Quid antepones Veneri à ientaculo?

Et Trucul. act. 2. scen. 7. de puero Phronesium loquens, non nouisti obsecro, qui illic apud me erat huius pater? vsque ad ientaculum iussit ali.
L quin & Mart. posteriore sæculo lib. 14. Epigram, postremo:

Surgite, iam vendit pueris ientacula pistor,
Cristataq́; sonant vndiq́; lucis aues.

Prandisse autem veteres & Græcos, & Romanos præter allata, ex eo constat, quod narrat Apoll. in mir. hist. ex Arist. in physicis quæst. qui semel edunt acerbioribus esse moribus, quam qui bis. & Plin. cap. 5. lib. 27. ex Hippocrate affirmat, non prandentium exta celerius senescere. & Celsus cap. 3. lib. 1. assuetis bis comedere, si semel solum cibis impleantur, aluum adstringi. Auctorem sanè vterque habet Hippocratem, 2. scil. libro de Diæta: semel in die comedere attenuat & exiccat, & ventrem sistit. Optimum autem contrafacere huic, est bis comedere. C quamquam veteres prandium temperatius sumebant: quare Hippocrates edaces vocauit ἀκρίτους lib. de aëre, aquis,
M & locis; quia se prandio implebant, vt & cena.

Laudabilis fuit veterum Romanorum lex à Valerio recitata lib. 2. cap. 1. & Macrobio lib. 3. Saturn. cap. 17. vt patentibus ianuis & panderetur, & cenaretur, quod est verecundiæ, vt ait Val. Hinc illud Iuuen. Sat. 1. suorum temporum deplorantis luxum:

—— Fercula septem
Secreto cenauit auus. ——

& Plin. lib. 7. cap. 53. P. Sauffeium scribam mortuum cum pranderet; & lib. 33. cap. 11. Catum Aelium in fictilibus prandisse. Plaut. omnibus ferè suis comœdiis. Amphit. act. 2. sc. 2. quia domi da-
N torus aduenientibus nemo est prandium. act. 3. sc. 21. Blepharonē accersat, qui nobiscum prandeat. Is adeò impransus ludificabitur, & sc. 9. vt re diuina facta mecum prandeat.

Captiuis act. 3. sc. 1. quo imus vna? inquam ad prandium, mox de cena, vbi & menstruales nominat epulas, scilicet, quæ singulis fiebant mensibus, vt solemniores. Mostellaria act. 3. sc. 2. Vxor nam prandium perbonum dedit. Mox. bonus est somnus de prandio. Menæch. act. 3. sc. 1. Valdè facetè parasitum inducit, conquerentem, & diras imprecantem, vt illum dij omnes perduint, qui primus commentus est concionem habere. Paulò post. Si id ita esset, non ego hodiè perdidissem prandium. Et sc. seq. pallam ad Phrygionem fert confecto prandio. Mox. prandi, putaui. Rursus. Fecisti funus absente me prandio.

Rud. act. 2. sc. 3. Certè hoc Labrax Leno Pleusidippum ad prandium vocauit. act. 4. sc. 2. extrema. Sed hic rex cum aceto pransurus est, atque O sale.

Sticho act. 2. sc. 1. qui cenam poscit? Gelasimus loquitur parasitus, & qui poscit prandio? Hercules te amabit, prandio? cena sibi?

Cic. de priuato prandio lib. 5. ad Att. epist. 1. prandimus in Arcano, mox antecesserat Statius, vt prandium nobis præberet. Et. Itaque scito Caninio Coss. neminem prandisse. Pro A. Cluentio, cùm in eius nuptiis more Larinatium multitudo hominum pranderet, & cùm ad illud prandium crudior venisset, hinc luxum, & crapulam cùm insectatur hostium suorum, prandia obiicit sumtuosissima. Verr. 2. quid ego istius prandia, & cenas commemorem: Et 2. Phil. apparatus prandiorum. De publicis item prandiis P pro L. Murena. Si gladiatoribus vulgò locus tributim, &c. Et item, Prandia si vulgò data essent. Lib. 2. de offic. Oresti. nuper prandia in semitis Decumæ nomine magno honori fuerunt. posteriore sæculo Hor. 2. lib. ser. sat. 3.

Luscinias soliti impenso prandere coemtas.

Tametsi fortasse hic pro comedere absolutè ponitur. Iuuenalis sat. 6. de Hipsia vxore Veientonis:

— Hac inter nautas & prandet, & errat.

Eodem æuo Suet. Calig. cap. 45. post prandium, quam tumultuosissimè adesse hostem nunciari iussit, &c. sæpè in conspectu prandentis vel comessantis seriæ quæstiones per tormenta habebantur. Sen. 123. epist. Post prandium, aut cenam bibere, vulgare est. Mox. Nunc prandeamus, cùm lux propius accedit, tempus est cenæ. Alio sæculo Capit. in M. Philosopho cum Tertullum etiam prandentem cum vxore deprehenderit. Q Alio quoque Lamprid. in Alex. in procinctu, atque in expeditionibus apertis papilionibus prandit, atque cenauit. Trebell. in Gallieno. Cùm ingens querela de Patre capto esset, quem inultum relinquebat, requirebat, quid habemus in prandio? quæ voluptates paratæ sunt? & qualis erit cena? id quod etiam Pontanus tecâtat. lib. de conniuentia.

Sanctus Ambr. 3. lib. de Virg. cùm surgimus manè, cùm est prandium, ante prandium, post prandium, hora incensi. De sex temporibus loquitur orandi, vt iam nihil sit opus longius progredi, vt demonstremus bis solitos vesci diē priscos mortales, cùm essent tamen, qui vel semel, vel ter, & quater ederent.

Senior Plinius ter visus est cibum capere, sed leuem semper, ne studium impediret legendi, & commentandi: Sic enim Macro de eo scribens Iunior lib. 3. Ep. 5. Post cibum sæpè, quem interdiu leuem, & facilem veterum more sumebat, æstate, si quid ocij, iacebat in sole. Post pauca. Post

solem

solem plerumque frigida lauabatur, deinde gustabat, dormiebatq; minimum: Mox, quasi alio die studebat in cenæ tempus. Obiicitur veteris & docti Grammatici Seruij auctoritas, qui ad illud Aeneid. 4.

Nunc eadem labente die conuiuia quærit.

In vsu non fuisse tunc prandia obseruat. Verum satis ostédimus Troicis etiam temporibus fuisse ἄριστα, δεῖπνα, &c. & ex sacris literis apud Hebræos, Medos, Persas, Assyrios, antiquissimos. Philipp. Beroaldus idem ostendit, sed posteriorum scriptorum testimoniis parum aptis. Obiicitur & Platonis dictum apud Cic. 5. Tusc. quod sumtum ex quadam eius epistola longissima; sic autem Cicero recitat. est præclara epistola Platonis ad Dionis propinquos, in qua scriptum est his ferè verbis. quo cum venissem, vita illa beata, quæ ferebatur, plena Italicarum, Syracusiarumq; mensarum nullo modo mihi placuit, bis in die saturum fieri, & græcè ita habetur. D Meminit & Cic. Syracusiarum mensarum 2. de fin. lib. et Italicarum Athenæus lib. 12. 10. & 11.

At nihil ad rem contra morem quem asserimus, si verum est, vt est verissimū, quod primus, quantum scio adnotauit Cælius παντοδαπῶν antiq. lect. lib. 7. cap. 9. Italicarum mensarum nomine intelligi Græcas, in ea parte Italiæ, quę magna est Græcia vocitata. 3. lib. Plin. cap. 10. ex qua nomen etiam ductum Italicæ Philosophiæ apud Laërt. li. 1. & 8. primo eius auctore Pythagora Samio, & ceteris doctoribus Græcis, siue Calabris, Tarentinis videlicet, Metapontinis, Crotoniatis, Locris, vt Archyta, Hippaso, Alcmæone, Philolao, Timæo, & aliis plerisque.

Hanc ergo partem Italiæ, & Siciliam inuisit Plato, quæ vtraq; à Græcis hominibus, & Græca Dorica vtentibus dialecto colebatur: in ea parte Tarentini erant, & Sybaritæ, quos deliciæ, & luxus infames effecerunt, Plutarchi scriptis, Athenæi, Aeliani, Herodoti, Diodori, quorum non? celebrati: nam & molle Tarentum cecinit Hor. 2. ser. Sat. 4. quanquam alio detorquere videatur 3. Saturn. lib. cap. 18. extremo. Macrob. iure vt hæ Italicæ mensæ Græcorum fuerint, & merito Syracusiis, & omnino Siculis coniungantur, quę & ipsæ intemperantissimæ, sic vt omnes locum fecerint prouerbio, quo Plato vtitur 3. de Rep. lib. Aristoph. Δαιταλεῦσι. Aristides in Pericle. Athen. sæpissimè, Plut. Ael. Lucianus dial. Simyli, & Polystrati, Macrob. lib. 7. Sat. cap. 5.

Vetus autem, veteris Italiæ frugalitas, & modestia multorum litteris est notissima. Posidonius apud Athen. testis: & Sabinorum in victus seueritate nihil illustrius, quæ etiam ad Gallos talos manauit Transpadanos, quos continentiæ laude floruisse Plinius affirmat iunior; vt nescio quis citat: ego hoc tantum in eo reperi li. 1. epist. ad Iunium Mauricum ep. 14. patria est ei Brixia, ex illa nostra Italia, quę multum adhuc verecundiæ, multum frugalitatis, atq; etiam rusticitatis antiquæ retinet, ac seruat, de Minucio loquens Aciliano: nam & senior lib. 33. cap. 11. & lib. 34. c. 7. ex Asia primum deuectam luxuriam, seu missam in Italiam narrat. Adeundus Cælius loco allato, & Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 11. & lib. 5. cap. 21.

Placuit Hieronymo Mercur. eruditissimo medico, aliter huic argumento respondere li. 5. var. lect. cap. 21. mitatum Platonem mensas Italicas, quòd rari essent, qui vsq; ad satietatem quotidie bis cibum caperet: quod etiam Hippocrates indicat loco citato, docens eos maximè lædi, qui ter eodem die, vel etiam crebrius vsq; ad satietatem cibum ingessissent. Hunc cibum sumendi morem à M. Ant. Mureto eleganter licet, ieiunè tamen lib. 4. var. lect. cap. 12. tractatum legi.

Vtilius vitæ mortalium prandium magis tenue, cenam vberiorem declaratum.

CAPVT XVI.



OMNINO priscis mortalibus cena vberior fuit, & largior prandio, veterum secutis medicorum auctoritatem, quam iuniores Græcis Arabes iam etiam amplexi. Et Hippocrates quidem, primo de ratione victus in morbis acutis lib. sorbitionem præcipit, matutino tempore exhiberi, Vespere alios cibos adiungi. Et 3. de ratione victus in singulis quatuor anni temporibus. Hieme semel comedendum tradit, nisi qui sicco valde sit ventre, tunc enim modicè prandendum, vt præcedenti cap. docuimus verbis ipsius. A

Quanquam lautius prandere, parcius cenare præcipit concubituris Aristot. sect. 32. probl. 3. vt pauciora sint incōcocta concoctis A quibus esse ieiunis præstare affirmat probl. 5. quòd ieiunis meatus, & foramina expeditiora sint, vtpote inania magis; id ipsum mulieri virum admissuræ Hippocr. edicit lib. de superfetatione. Mulier sine cibo sit: viro item, sed paulò dissimilius, nescilicet ebrius sit, & commodo, ac salubri vsus sit cibo. B Vir autem ne sit ebrius, & se frigida lauerit, & salubria comederit. Et 2. Aphor. vbi fames, non oportet laborare, quia scilicet labores præuenire debent cibum.

Ex quo fidissimus eius interpres Gal. parcius colligit prandendum, cenandum liberalius: & ex his locis quibus Hipp. docet, quietem magis, quàm motum prodesse concoctioni, & frigidum aërem magis, quàm calidum, idem conficit Gal. & consequentes medici etiam Arabes, largius cenandum esse. Auicenna fen, fine sect. 3. 1. Doctr. 11. cap. 3. & 6. Auer. collig. c. 6. & 11. & 1. cant. comment. 122. & 2. cant. commentar. 20. Rasis in 4. ad Almansorem cap. 2. & 4. Aliab. 1. pract. cap. 1. B

Quam obrem Galenus lib. 7. Meth. c. 6 præcipit validiores cibos in cena comedendos: quem morem, non ratione tantum, sed longa etiam experientia athletas comprobasse, Vnus erlam La-

C tinus Cornelius Celsus 1. de re Med. cap.3. ita loquitur, si prandet aliquis, vtilius est exiguum aliquid, & ipsum siccum, sine carne, sine potione sumere: rursus æstate prandere quidem iubet, parcius tamen.

Hinc & Plin. iunior lib.ep.3. Ad Macr.ep.5. de seniore, reuersus domum quod reliquum temporis studiis reddebat, post cibum sæpè, quem interdiu leuem, & facilem veterum more sumebat. Et Gal.in 1.de ratione victus in morbis acutis comm.18. repetit, eos, qui se exercent, solum panem comedere in prandio, in cena etiam carnes, quod ex Gal. mutuatus Auicenna corrupit prandium liberalius debere esse tradens antiquorum more athletarum; nisi verò deprauata est conuersio scriptoris Arabici, vt valde mihi fit probabile.

D Scio contrariam fuisse conciliatoris opinionem: quam tamen Matthæus primùm Curtius insignis Medicus, & Philosophus, tum eius Auditores Odo Patauinus, & Bero. Paternus, quem Patauij audiui, confutaot, vt & nescio quem Turrium Curtij inimicum Petrus Toletus parastasi sua de prandio, & cena.

Nec me illi morantur qui prandij, & cenæ nomine aliud ab Hipp. & Galen. volunt significari, quàm vulgo, & à nobis intelligitur: nam eos doctè vtriusq; verbis Paternus epistola sua de prandio, & cena refutat. Quod si illud Scholæ Salernitanæ obiiciatur.

Esuriant, sitiant, vigilent, qui rheumata curant.

Ex quo videtur confici pituitã, & catarrhos somno magis, & cena vberiore gigni, fouêri, augeri: respondeo: qui modicè prandeant, eos præceptũ id seruare: licet enim prandeatur vberius, ad cerebrum tamen non defertur alimentũ, nisi concoctione in ventriculo, hepate, ac venis peracta: ita ex cibo mane ingesto, cerebrum noctu capiet nutrimentum dormiente animali: ex cibo verò sumto in cena, interdiu, vigilante animali.

Porrò catarrhus fit cerebro, nutrimẽtum male concoquenti, vt ait Gal. in 3. de sympt. cau. c. 14. siue affectio, quæ caussa est catarrhi, prohibens videlicet, ne cerebrum probè conficiat alimentum. Verum est tamen nimium somnum vitandum esse, qui catarrhos efficit, vt crassiorum auctor vaporum, cum moderatus leniter humectet cerebrum, ac tenuibus impleat vaporibus, qui parum distantã natura spirituum.

Quæ familia, & gens fuerit L. Sullæ Dict. quod familiæ, & gentis discrimen.

CAPVT XVII.

A 
RATVM faciam Annibali Codreto homini doctissimo, si explicauero, an ex eadẽ gente Sylla fuerit Dictator, ex qua Scipiones, & eadẽ familia: nam illius hæc sunt verba in c.30.lib.7. Plinij, videndum autem censeo, quomodo cinerem supremũ Scipionis reliquias appellarit Plin. quasi crematus fuerit, cum in familia Cornelia neminem antè Sullam Dict. crematum fuisset dicat cap.54. huius lib. sed conditos humo: quid si cinerem pro puluere dixit, in quem redit corpus, etiamsi non cremetur: quid si non eadem fuit familia Sullæ, & Scipionum? quod quidem significare videtur Plutarchus, cum ex eius maioribus vnum claruisse Rufinum insinuet: tametsi vtraq; nobilis, & Patricia, vtraq; Corneliorum fuerit.

Rob. Steph. ex Scipionum gente fuisse asserit: sed hæc nimis anxiè fortasse: Verum interim is mihi gratum fecerit, qui hunc mihi nodum exsoluerit. Ego verò aio, & contendo eiusdem fuisse gentis Corneliæ, non eiusdem tamen familiæ.

Gens autem à familia differt, à qua ipsa etiam B nomina gentilicia dicta sunt: gens ergo ad nomen, familia ad cognomen refertur. Itaque illa tanquam totũ continere videtur, hæc quodammodo partem: exempli gratia; Valerij omnes vnius esse gentis dicuntur, quia vno nomine continentur omnes: at verò partes gentis huius sunt plures, quæ ex cognominum varietate distinctæ sunt, eęq; familię nominantur, vt Potiti, Maximi, Metelli, Flacci, Læuini, Faltones, Poplicolæ, Coruini, Volusi, & si qui alij. In gente Aemilia, Lepidi, Mamercini, Scauri, Pauli, Barbulæ: Ita in Cornelia Scipiones, Blasiones, Labeones, Nepotes, Maluginenses, Rutili, Lentuli, Celsi, Taciti, Cossi, C Ruffini, Balbi, Cethegi. Sullæ, Cinnæ, Merulæ, Asinæ, Nasicæ, Scapulę, Dolabellę, & fortasse plures: itemq; in ceteris: at verò Valerij omnes vnius sunt gentis, vnius Cornelij inter se, & Aemilij.

Atq; hinc discis, cur Cicero 1. Tuscul. Tullium Rom. Regem gentilem vocat suum, eiusdem scilicet gentis, non familiæ: propterea Festus gentem iure definit eam, quæ ex multis familiis cõficeretur: cognoscitur ex veterum scriptis.

T. Liuius lib.8. duodecim patriciorum familias perisse scribit, cum gens Potitia tota interiit, & lib.38. P. Scipio Nasica orationem habuit plenam veris decoribus, non communiter Corneliæ gentis, sed propriæ familiæ suæ.

Suet. in Iulio cap.6. Cæsar, inquit, à Venere Iulij, cuius gentis familia est nostra. In Aug. cap.1. & 2. cum de gente octauia, & familia loquitur Augusti, Gentem octauiam Velitris præcipuam olim fuisse, multa declarãt, &c. De Cn. & C. octa- D uiis, à quibus duplex octauiorum familia defluxit, conditione diuersa. In Galba cap.3. imagines vniuersi generis exsequi longum est, familiæ breuiter attingam. In Nerone cap.1. ex gente Domitia duæ familiæ claruerunt.

Quare gentis nomen agnatos & cognatos continet, & horum fit mentio sub gentilium nomine L. sæpè ita libro 1. ad edictum, est Pauli I.C. cum dicitur apud veteres agnatorum, gentiliumq; pro separatione accipitur, id est, disiunctiuè illud que.

Alij tamen gentiles clarioris familiæ agnatos existimant, quam interpretationem admittit Alc. de verb. sign. l. citata, quæ est 13. in l. 12. Tabellarum propter Cicer. auctoritatem ex prima q. Tusc. allatam, nescio, an anguste nimis, vt Cincius nimis vniuersè.

E Gentiles mihi sunt, qui meo nomine appellantur, & qui aiunt gentiles esse, quos vulgo eiusdem vocamus parentelæ: omnino illi malè, qui veterum auctorum libros non peruolutarunt, pro cognatis accipiunt, vt Accursius, quem Alciatus 1. libro παρέργων iuris iure refellit: Tum ex eo, quod iura cognationis adoptione non immutantur, gentilitatis immutantur: Tum ex loco Cic. allato, nam ad eius cognationem nihil attinebat Tullius Rex.

Porrò quod interest inter gentē, & familiam, idem inter genus, & stirpem penè videtur interesse, & illud diligenter etiam adnotandum, ne in veterum libris perlegendis labamur in errorem: gentem in patricijs olim dici solitam, stirpem in plebeis.

Cic. 1. de orat. lib. Quid qua de re inter Marcellos, & Claudios patricios centumuiri iudicarunt,
F cum Marcelli ab Liberti filio stirpe, Claudij patricij eiusdem hominis hereditatem gente ad se rediisse dicerent, nonne in ea caussa fuit oratoribus de toto stirpis, ac gentilitatis iure dicendum?

Duplex enim erat Claudiorum familia, altera patricia, altera plebeia, nec potentia minor, nec dignitate, vt ait in Tiberio cap. 1. Tranq. plebeia Marcellorum, Pulchrorum erat patricia.

Asc. ped. in orat. pro M. Scauro posterioribus temporibus videtur etiam gentem habuisse Plebeij, dum ipsi ingenui, maioresque eorum fuissent, cum Liuius inducat lib. 10. Patricium sic loquentem, nos solos gentem habere.

G Cic. plenè ex Q. Mutij definitione, gentiles esse tradit, qui eodem inter se nomine sunt, & qui ab ingenuis oriundi sunt, & quorum maiorum nemo seruitutē seruiit, & qui capite minuti non sunt: Vt miror Plinium lib. 33. cap. 1. iura gentilitatis agnoscere etiam in seruis, sed fortasse ante leges 12. tab. sic enim loquitur. Aliter apud antiquos singuli. Marcipores, Luciporesúe dominorum gentiles omnem victum in promiscuo habebant. Cur autem? ob id tantùm, quòd nomen gererent dominorum, tametsi nō eiusdem essent gentis. Lege Alciat. 1. lib. cap. 4. disp.

Ergo ex gente Cornelia Sulla fuit, diuersa tamē familia à Scipionibus, qui & ipsi gentis erant Corneliæ. itaq; sublata Codreti dubitatio, libros adi de nominibus Rom. Giraldi, Onufrij, & Sigonij ciuis mei.

H Est in iure alia gentilium notio, cum sumitur pro quibuslibet non subiectis Rom. Imp. ratio nominis, quoniam non iure, ac lege ciuili, sed gentium viuunt, vt proinde sit dicere gentilem, atque barbarum. & in C. Theod. l. 1. C. de nupt. Gent. prohibentur prouinciales cum vxore barbara habere coniugium, & gentiles non permittuntur cum qualibet femina copulari. Vide quæ de Barbari voce alio libro notauimus, & Pagani.

Obiter hic obseruabo Hieronymum Magium 3. lib. Miscell. cap. 10. eruditè deprehendisse falsum esse, non cremari solitos à priscis Romanis mortuos; vt & à priscis Græcis, ego noto: hinc ista Isæi veteris oratoris oratio de hæred. Pyrrhi, quando ipsum, qui se instituerat hæredem, neque funere extulit, neque combussit, quómodo non fuerit hic maximè scelestus?

Cur autem primum in Græcia combusta fuerint cadauera, declarat in 1. Iliad. lib. vetus Schol. I
ad illud πυραὶ νεκύων καίοντο θαμειαί. & quidem ex fabula Herculis, qui primus cadauer Argei combussit Auctore Androne vel διὰ τὸ ἀπελθεῖν γίγνεσθαι: οὐδ' ὅτως ἐδύνατο ὑπὸ γῆς.

Diu verò morem hunc apud Romanos durasse lib. Ann. 16. Tacitus demonstrat, ita de Poppæa Augusta Neronis vxore scribens, corpus eius nō igni abolitum, vt Romanis mos, sed externorum Regum consuetudine differtum odoribus conditur. Hæc verò caussa incendendorum cadauerum apud Græcos.

Primus, vt ferunt, sic fuit sepultus ob necessitatem ab Hercule Argeus Licymnij: nam Hercu- K
les coacto exercitu aduersus Ilium, quòd pactus esset, si liberaret Laomedontis filiam Hesionam à ceto, sibi dandos equos, nec vellet Laomedon liberata filia stare promissis, quærebat belli socium Argeum, vt affinem: at Licymnius, quòd iam cum eo Lacedæmona Heorum alterum filium misisset, & amisisset, negabat Herculi, timens filio, ne interiret: iuramento se obligauit Hercules, reducturum saluum, & incolumem Argeum: sed cum nescio quo casu mortuus fuisset, anceps Hercules quanam ratione iusiurandum implere posset, mortui corpus exussit: ita hic primus: sic enim cineres vult intelligi ab Hercule debitos fratri, nisi fallor.

Melota, Polymita, Cutis, Clunes, vnde nomen acceperint: notantur & aliquot scriptores.

CAPVT XVIII.



Vm μῆλον non ouem solam, sed etiam pecus omne, & omne quadru- A
pes significet, μηλωτὴ indumenti genus ignobilis, & rusticani, non pellem modo significabit ex oue, sed ex capra etiam, & aliis pecudibus, ouis tamen propriè, vt μῆλον magis propriè accipitur pro oue: Itaque Apostolus ad Hebræos 11. cap. ouillam, & caprinam pellem duobus expressit vocabulis, περιῆλθον ἐν μηλωταῖς, ἐν αἰγείοις δέρμασι,

Quare malè omnino explicant, qui ex pellibus camelorum, vel Taxorum fieri melotam dixerunt, vt ij maximè, qui melotam vocari Taxum scribunt, vt Gloss. ord. & Magist. sentent. atque vt abiecta sit Cameli pellis, ac vilis, nam ea, siue eius pilis Ioannes Baptista vestiebatur, non est tamen abiecta, & vilis Taxi.

E Melotes recto casu B. effert Isidorus: quamobrem ignoro: Græce quidem μηλωτὴ latinè Melota, vel Melote vertetur, quam & peram vocari scribit, quod ei non concedo: pera enim sacculus est: omnium pessimè veriloquium exponit: fiebat prius vt quidam æstimant, sic ait lib. orig. 19. cap. 24. de pelliculis Melonum, vnde & Melotes vocatę sunt errore nato ex similitudine vocis Melo, & μῆλον, scilicet egregiè indueretur, qui milonum corticibus indueretur: iam melotes recto casu non hoc significat, sed ouium pastorem, vt μηλωτὴς apud Boeotos, obseruatore Hesychio: & pellem caprinam, ouillam verius, & magis propriè dixisset à collo pendentem, præcinctam vsque ad lumbos, idem Isidorus esse docet.

C Polymitus multi coloris, vt ait eodem libro Isidorus cap. 22. Polymitus enim textus multorum colorum est: tametsi vox hæc hunc sensum non indicet: propriè enim multorum est liciorum, siue filorum. Plinius libro 8. cap. 48. Plurimis vero liciis texere, quæ polymita vocant, Alexandria instituit: vbique tamen videtur ita ferè sumi: nam quam polymitam B. Hieronymus tunicam Genes. 37. vocat, septuaginta interpretes τὸ ποικίλον dixerunt, id est, varium, aut variegatum, & multicolorem alij verterunt.

Id etiam Hebr. vox indicat chetoneth passim à pas, vel pasas multicolor, siue particularum, scilicet vbi quælibet pars per se varij est coloris. Histor. Schol. palam pictam reddit, & probat in Diction. Iuris Albericus Rosates, Discolorem alij, vt Batablus, figuratam, & pictam &

D multorum colorum, sic & Dauid Kimhi, quia variis liciis contexta erat; sic & Thargum Ierosolymitanum, Aquila ἀστραγάλειον, talarem reddit sanctus Hieronymus, tunicam manicatam Symmachus, vbi obseruanda vocis trium præcipuarum linguarum similitudo.

Tunica, Græcè χίτων, Hebraicè chetoneth. cheton enim vt ait Iosippus lib. 3. Iud. ant. cap. 11. linum significat, vnde chetoneth linea tunica est: multitia Iuuenali Satyra secunda est polymita, texta scilicet multis, ac tenuissimis filis, quales delicatissimæ sunt Remenses, & Cameracenses telæ, & Hollandenses. Credo nunc diceremus, vesti rigate ò vergate, lege Britannicum in hunc locum Iuuen.

—sed quid
Non facient alij, cum tu multitia sumas?
E *—quæro an deceant multitia testem.*

Cutis, Idem ait Isidorus lib. 1. cap. 1. quæ in corpore prima est, appellata, quod ipsa corpori superposita incisionem prima patiatur: Cutis enim græcè incisio dicitur, eadem & pellis, quòd externas iniurias corporis tegendo pellat, pluuiasque, & ventos, & solis ardores perferat. Egregiè in ratione pellis, non cutis, sed acutè tamen.

Minus acutus Margarinus Theologus Parisiens. qui proximè in lucem opera emisit Isidori emendata, putans eum ad etymologiam τοῦ δέρματος, quod dicitur ἀπὸ τοῦ δέρειν, &c. quod significat cædo, vel scindo respexisse: nam quis vel mediocriter græcè doctus potest ambigere allusum potius ad verbum similius voci cutis κόπτειν, quod est percutio, scindo, pulso, & tundo? Hinc κοπτὸν φάρμακον apud Galenum lib. 8. κατὰ τόπους, & aliis locis, medicamentum ex speciebus non coquendis, sed tundendis, & apud Athenæum copta placentæ genus lib. 14. cap. 19. in qua multa conciliuntur. F

Κόπτειν quoque cudere significat, ex quo forrasse verbi istius latini origo deducta, tundendo enim, & pulsando cuditur æs, & cos inde nominata per antiphrasim, quòd minimè κόπτει, id est, incidit, & scindit, aut quia cetera acuit ad scindendum Horat. in Poët.

—Fungar vice cotis, acutum
Scindere quæ valeat ferrum exors ipsa secandi.

Clunes Isidorus ibidem, quod iuxta colum sint, quia est longa ω, id est, formam refert longioris ω: credo significare voluisse κῶλον, membrum, & earum formam vt ω in medio dissectam, vnde latini, culus, quod ad eum ferantur κῶλα, maximè intestinum crassum, medium inter cæcum, & rectum: quod iuxta culum sint; potius legendum, quasi culunes: est enim propriè natium tumor, nisi verè placeat dictas ἀπὸ τοῦ κλονεῖν, quod est agitare, nam ea pars cum sit mollis, ac tumida, facilè agitatur. G

Quare Antimachus poëta vetus ῥάχιν, id est, spinam dorsi vocauit κλόνιν, quòd circa eam vniuersa corporis fabrica moueatur, & ab Aeschylo, venter dicitur κλόνις, quod facile, vt res mollis, & carnosa moueatur, vt ait interpres, facili sit motu venter, sacrificatur Diis, à quo & κλόνις dicitur, quoniam continenter mouetur.



Horarum in cœlo, quod officium: cur sol nunc minor aspiciatur, nunc maior.

CAPVT XIX.

A HORAS hic planetarias potius accipio, quàm æquinoctiales; hæ semper æquales, impares illæ; eadem verò ambæ sunt mensura, cum est æquinoctium: de quibus Galeotus Martius 14. & 15. capite libri de promiscua doctrina, vt Mathematicos omittam. Has fingunt Poëtæ quasi iuuenculas, aut puellas Iouis aulæ, & portarum cœli custodes ex quo nomen accepisse ἀπὸ τοῦ ὁρεῖν, quod est custodire Homer. 5. & 7. Iliados. Spontè autem sua portæ crepuerunt cœli, quas custodiebant horæ, quibus cura est magni cœli,
B & olympi. A Et 1. Fast. Ouid. apud quem loquitur Ianus.

Præsideo foribus cœli cum mitibus horis.

Sic tamen præsident, vt eum locum habeant, quem in principum aulis ij, quos dicimus, ò settocamerieri: Iris enim, & Mercurius eum tenent, quem nos tribuimus alli Camerieri; nisi potius eos velimus esse qui Messaggieri dicuntur, siue Vscieri, che portano le ambasciate. Id ex Luciano cõstat in Dial. de sacrif. Ingrediente vero, primum quidem habitant horæ, seruant enim fores: tum Iris, & Mercurius ministri, seu famuli, & nutricij Iouis.

Auctor libri de mundo Aristoteles siue alius quispiam, physicè enarrat fabulam hoc sermone: & quæ talis possit veritas consistere, qualem conseruant pulchræ, & peritæ rerum vniuersarum horæ, æstatesque, & hyemes, quæ ordinatè diesque, & horas inferunt, quibus menses & anni conficiuntur. C

Mihi fit verisimile in cit. loco Hom. horæ no-
C men sumi pro tempore, quod Italicè dicimus stagione: argumentum sequens est versus Homeri Iliad. 5. vbi & Eust. Vt vel remoueant densam nebulam vel admoueant: in quem sensum versus ille Hesiodi potest explicari in Theogonia, quæ opera conseruant seu maturant mortalibus, D ex quo horæ nomen, ad diem significandum transfertur: quare à Prudentio aduersus Symmachum, hora lucina, dicta hora lucis, & vitæ.

Et qui lucinas tribuo nascentibus horas.

Horas instituisse Horum Censor. scribit. & Græcos annales Horos dici, & eorum scriptores horographos: Hor. lib. 1. Oda 12.

Qui mare, & terras variisq; mundum
Temperat horis,

Canit de sole. & pro quatuor anni temporibus sumuntur, quarum imagines libro vndecimo Dionys. egregie describit Nonnus circa finem libri & eas domi solis ingeniosè fingit habitare vt patris.

Has Iupiter ex Themide fertur sustulisse, quòd ab his bona omnia nobis diuinæ lege prouidentiæ subministrentur, & conseruentur libro Bibl. primo Apollod. ex Themide quidem cœli filia genuit horas, Iupiter, Irenẽ, Eunomiam, Dicen.
D Eunomia à bona distributione ἀπὸ τοῦ νέμειν dicta. Secunda, quòd dirimat contendentes, δίχα χωρίζειν, Prior, quòd nulla re alia, præterquam oratione, polleat εἴρειν, ita Phurnutus in Theoria de Deorum natura cap. de Horis. Ita & Orph. in hymno earum, quas vno versu tribus exornat epithetis εἰαριναὶ, λειμωνιάδες, πολυάνθεμοι.

Florentes, verna, prati velamina læta.

Duarum aliud nomen Paus. in Bœot. hoc est libro nono prodit, hoc est, carpo, & Thallo ten. nec diuerso epitheto Aratus ἐπικαρπίους celebrat, hoc est, fructiferas, carpos enim fructum significat, thallos germen. Theocritus in Syracusiis, hoc est, Idyll. 15. μαλακόποδες appellat, quia non percipitur fluxus temporis, significat enim molles habere pedes, sed omnium esse Deorum tar-
E dissimas, & noui aliquid semper adferre: semper enim viuentes aliquid addiscimus, & cum curramus, consistere videmur Consule Natal. com. mytholog. libro quarto capite postremo; de quarum officiis multa Orpheus in earum hymno.

Possemus etymon à sole quoque mutuare; qui Aegyptiis Horos est, vt Macrobius explicat lib. 1. Satyr. cap. 21. Nam & Plutarchus quinto libro symp. quæstione 4. ex Antipatri sententià prisca Græcorum lingua annos tradit dictos horos; sanè verò horas facit sol, seu diem, qui horis distinguitur: inde Schol. Iliad. 18. ὧρος γὰρ ὁ χρόνος, horas enim esse tempus, ex quo ἐνιαυτὸς, ἐνιαύτος, annus.

F Aliud verò etymon Aegyptiis placuit Trismegisto maxime ab vrina τὸ οὐρεῖν propterea quod duodenario fuerint numero distributæ horæ ex duodenario animantis cuiusdam in Aegypto mictu: narrat Horus in Hieroglyph. & Polydorus de inuentor. rerum libro 2. capite 5. ante hunc Marius Victor. in librum Cic. de inuent. Cynocephalus, hic est Simiæ genus, animal Sarapidi sacrum, siue, quòd singulis horis κράζει, id est, clamat, vt ait Horus.

Plutarchus quæst. Rom. 46. quærens, cur Horæ templum olim semper esset apertum, eandem esse horam coniectans, primò ἀπὸ τοῦ παρορμᾶν deducit, quoniam agilis Dea, & magna cura in explicandis negotiis vtens, ego ab incitato dixissem, cursu temporis, & solis: Deinde quòd prouida, & vigil: nam inspicit omnia τοῦ ὁρᾶν, quid enim non subiectum tempori in horas diuiso?

Cum autem naturales & Astronomi dies vocent, qui vigintiquatuor conficiuntur horis, cur tres tantum finxerunt horas poëtæ? puto; quoniam ternario numero maiores contineri nume-

G ros existimarunt, quia symbolum est perfectio-
nis: horæ autem ad suam perfectionem reuocant
omnia: immo duas tantum videtur Hom. finxis-
se. vtriusque caussa, quòd veteres duas, aut tres
anni partes instituerunt, hiemem, æstatem, ver
interdum: apparet ex lib. 1. Diod. Siculi. Adi do-
ctissimum Manonium, quem legi antequam hæc
in lucem mea traderentur, vt illustres, lib. 3. De-
fens. Dantis cap. 27.

Ab horis transeo ad solem horarum genito-
rem, verius Ioue. Illum cum nubes obducunt le-
niores, quæ ipsius non auferunt omnino aspe-
ctum, nobis maiorem efficiunt, quàm videretur,
si nulla ei obiiceretur nubes: caussa est, quòd ra-
dij per nubem distrahuntur, & quasi longius al-
ter ab altero dissici feruntur ad oculum, Geo-
H graph. 3. libro eandem ob caussam augeri solem
docet ad ortum, & occasum. E Iudicat aliam
caussam ex nostro crassiore, & obtusiore effecto
aspectu: aduersus eum pugnat, opinor, Possido-
nius, id falsum esse scribens, & experientia pro-
bans, quòd notarit per totos 30. dies solem Ga-
dibus occidentem, sibi semper similem, & æqua-
lem: sed verius Artemidorus solem affirmat δέ-
δει ἑκατονταπλασίονα, centies seipso interdiu maio-
rem.

Eadem omnino est caussa, licet non sola, cur
maior appareat apud Horizôtem, seu finitorem,
& cur Sol, & Luna in signis Australibus maior
appareat, & vicinior, vt putauit Rhamnusius, li-
cet falsum esse deprehenderit lib. de Homocen-
tricis, maximo vir ingenio, & amœnissimo Hier.
Fracastorius.

Alex. siue Aphrod. siue Trallianus 1. probl. lib.
num. 36. ita scribit hæc confirmans: Sol & Luna,
& errantes stellæ circa orientis regiones, vel oc-
cidentis, vel potius circa finitorem orientem, vel
occiduum, maiores videntur, seu putâtur, quòd
qui circa ipsos est aër dêsatur, fortasse enim den-
I sari, id est, πυκνῶδες legendum, non πυκνῶδες. nam &
ibi docet nummum, pomum, siue rem aliam in
aquam demersam seipsa ampliorê videri, quòd
aqua submerso hærens corpori pari afficit qua-
litate, & ei colorem appingit suum, quibus acies
fallatur oculi: cum diuersam ob rationem num.
116. demonstret illustriores conspici stellas cum
per hiemem cessauit imber, quia tum superior,
tum inferior aër extenuatur agitatione.

K Et Seneca 1. nat. quæst. lib. cap. 6. illud, inquit,
adiiciam, omnia per aquam videntibus longè
esse maiora: litteræ quamuis minutissimę, & ob-
scuræ, per vitream pilam aqua plenam maiores,
clarioresq; cernuntur: poma formosiora, quam
sint, videntur, si innatant vitro: sidera ampliora
per nubem aspicienti cernuntur, quia acies no-
stra in humido labitur, nec apprehendere quod
vult, fideliter potest: quod manifestum fiet si po-
culum adimpleueris aqua, & in id conieceris a-
nulum: nam cum in ipso fundo iaceat anulus,
facies eius in summum aquæ redditur: quid-
quid videtur per humorem longè amplius ve-
ro est.

Quid mirum maiorem reddi imaginem so-
lis, quæ in nube humida visitur, cum duabus id
caussis accidat? quia in nube est aliquid vitro si-
mile, quod potest perlucere: est aliquid & aquæ,
quam si nondum habet, tamen iam apparet eius
natura, in quam ex sua vertatur.

Excitatur à Cardano dubitatio in subtil. cur, L
cum nebuloso tempore astrorum quantitas ma-
ior videatur, & maxima ex parte solis conspe-
ctus adimatur à nubibus, noctu tamen eæ non
impediant, quominus luna conspiciatur? Hoc
fortasse modo potest dissolui, quia sol constipat
attractione aërem à quo, donec eum discusserit,
tegitur: Luna verò non attrahit, sed laxat: medio-
cris enim calor eius, vel etiam pusillus est: Itaque
diffusus aër lunæ speciem liberius admittit.

Dissimilis in Plut. & Sall. caussa, cur Marius Græcè scire noluerit: de cæde Adonidis discrimen scriptorum: quis ille, qui occisurus Prometheum, sanauit.

CAPVT XX.



NARRAT initio Marij Plut. neq; Græ-
cas eum literas didicisse, neq; Græ-
cis vllis præceptoribus vti voluisse,
quòd ridiculum putaret iis litteris
imbui, quarum magistri aliis seruirent; Crispus
tamen Sall. de bello Iugurt. in ea oratione quam
Mario attribuit, ita eum induxit se excusantem;
neque literas Græcas didici, parum placebat eas
discere, quippe quæ ad virtutem Doctoribus ni-
hil profuerant: vtriusq; tamen verba in eandem
conueniunt sententiam.

Adonidem Veneris amasium Ouid. li. 10. Met.
extremo, & ceteri fabulatores ab apro interem-
tum, cum sub eius inguine totos dentes infixis-
set, narrant: at Colophonius Nicander 2. de lin-
guis lib. apud Athen. li. 2. cap. 32. occisum adiun-
git, cum ederet lactucã; potuit sanè edere lactu-
cam, cum occultatus à Venere in lactucis fuisset:
ingentes verò lactucas, quæ puerum, vt & phao-
nem, absconderent. A

Lamprias apud Plut. lib. symp. 4. q. 5. amasium B
facit Bacchi, aut eundem esse ac Bacchum, sci-
licet vina, Venusq; par amicorum nunquam ferè
seiunctum, & à sue interemtum, sed ἄγριος intel-
ligatur.

Allegoricè apud eundê Athenæum declarant
Callimachus, & Eubulus, de quo & alia ad mo-
res accommodata Fulg. in Mythol. 3. lib. de Myr-
rha, & Adonide, vt Macrobium taceam lib. 1. Sat.
cap. 16.

Eurip. ita Dianæ interemtũ in Hippolyto co-
ronato scribit, quem explicans lib. 3. Bibl. Apoll.

tradit

tradit illam indignè ferentem castissimi iuuenis Hippolyti cædem, cuius omnis culpa hærebat in Venere, minatam non impunè laturam, interfi-
C ciendo ab se, qui illi esset carissimus: licet Eurip. Schol. de Adonide intelligi non patiatur, quem à Marte vult occisum: Ego enim ipsius, alij mea manu, qui maximè carus fuerit habitus mortalium, arcubus hisce ineuitabilibus puniã. *A* Apollod. ita Adonis adhuc puer cum esset, ira Dianæ inter venandum percussus ab apro, interiit. *C*

Non tacendum quod à Schol. Theocriteo adnotatur Adonidem mortuum sex mensium spatio in Veneris fuisse complexu: sed item in Proserpinæ: hoc verò significari frumentum à satione sex totos menses esse in terra. eius Symbolum Proserpina: sex Veneri adhærescere, hoc est, aëris temperiei, & vsibus mortalium. Ex qua notatione Adr. Iun. locum illustrat Amm. Marcellini lib. 22. vnum, alterum emendat. lib. 19. Nonnus lib. Dion. 41. ita cecinit.

Mars quia Zelotypus, speciem suis improbus olim
Mentitus, pulchram lethali vulnere Adonin
Conficeret—
Ἐπεὶ σὺν εἰκόνι μορφῆς
Ἄρης ἀργυρόεντα ... ἰδὲ ἄλλον
Ζηλομανὴς ... ἀδώνιδι πότμον ὑφαίνει.

Petrus Vict. homo nostri temporis eruditissimus lib. var. lect. 7. cap. 9. Simplicij, & Plutarchi testimoniis confirmat id, quod Cicero 3. de nat. Deorum lib. commemorat de Phereo Iasone, Prometheo adscribendum potius, quòd, cum eum quidam vellet occidere, tamen gladio vomicam eius aperuit, quam sanare Medici non potuissent: hoc ei acceptum debet ferri: adiungam ego Cæcij siue Tzetzis auctoritatem Hesio-
D diani interpretis, qui eidem Prometheo Thessalo, non Iasoni refert hoc euenisse, & simile alterius cuiusdam Smicynthæ factum narrat, qui Nicanorem nescio quem percutiens ephippo iuuit: *D* hic quid ephippus sit, nisi eques sit, ignoro, aut ἱππεὺς legendum, aliquo scilicet instrumento ad equitandum, siue ex equo; verum & illo loco Plut. Iasonem etiam appellat.

Quî verò is vocaretur, qui Promethenm percussit, nec Cic. nec Plut. lib. de vtilitate ab inimicis capienda. nec Sen. 2. de beneficiis lib. cap. 19. nec Simplicius exponunt, nec Victorius obseruat: tradit Tzetzes hoc Hesiodeum explicans; si quis enim velit peritè nescienter iusta loqui, huic largitur opes latè aspiciens Iupiter, *E* & docet esse complures qui, cum velint obesse, inuiti
E ac nescientes prosunt. quibus nec habendam esse gratiam, nec beneficium conferendum: qualis fuit Lacydes Arginus, qui cum necare vellet Promethenm quempiam Thessalum, circa tuber gladio percutiens sanauit. *F* Ergò nomen erat huic Lacydi. Argos patria.

Hæc autem Hesiodiana duorum scriptorum lectione optimorum, & qui præ manibus semper habendi essent, hoc est, Plutarchi, & Senecæ illustra: qui etiam lib. eiusdem inscriptionis 6. cap. 8. ait, beneficium aliquis nesciens accipit, nemo à nesciente: Quomodo multos fortuita sanant, nec ideo remedia sunt: & in flumen alieni cecidisse fragore magno caussa sanitatis fuit. Et cap. 9. quam multos militiæ, morbus eripuit, quosdam, ne ad ruinam domus suæ occurrerent, inimicus vadimonio tenuit, ne in piratarum manus peruenirent quidã naufragio consecuti sunt.

Huc referri possunt, quæ de apro vulnerato, & ex vulnere pariente suem, Mart. duobus epigr. narrat lib. de spect. Domitiani, epigr. nimirum 12. 13. & 14. & de matre polyxo, quæ moriens tergeminos edidit viuos lib. Anthol. 3. εἰς γυναῖκας. est tit. 12. quæ simul & amisit ipsa vitam, & dedit filiis.

Xenophon. locus de Platano Xerxis explicatus, & de ea arbore notæ; & Strab. verba declarata.

CAPVT XXI.

APVD Xenoph. 7. lib. τῶν ἑλληνικῶν Antiochus quidam Pancratiastes Arcas, Regis Personarum deprimens potentiam ita loquitur. celebrem illam, & decantatam Xerxis auream platanum nõ posse vel vni cicadæ vmbram facere: *A* quæ hæc fuerit, explanandum. Herod. lib. 7. id est, Polyhymnia. describens huius regis iter Sardes versus, hanc viam, inquit, tenens Xerxes reperit Platanum, quam ob pulchritudinem aureo monili donauit, eamque tuendam viro immortali dedit (genus erat id militum apud Persas) *B* & integrum sub eius vmbra diem, cum maximo exercitu consumsit. vt adiungit Aelianus Regis huius stoliditatem describens 2. Var. hist. lib. cap. 14. & auro, & argento, ac veste pretiosa onerauit potius, quàm vestiuit: & ei postea similem ex auro fundi iussit ad suarum ostentationem diuitiarum; hanc ergò postremam Xenophon intellexit. Miror verò ne verbum quidem à Plinio de priore factum cum decantatas celebrat Platanos, de quibus mox agemus.

Diuersam ab hac esse puto, vt & vitem, aureas, quas Dareo Xerxis patri à Pythio quodam Lydo Herod. lib. cit. dono narrat datam, qui quidem homo erat secundum Xerxem omnium mortalium ditissimus. *B* B

Fertur item postremi Persarum Regis Darei, vitis aurea gemmis inclusa pretiosissimis, quæ veluti pergula regio cubili obtendebatur. quam Amyntas citatus ab Athen. lib. 12. cap. 3. prodit racemos habuisse, qui lapillis nobilissimis constarent.

Celebratur Herodis item vitis aurea ad ornatum templi Salomonis posita longè fortasse admirabilior Persica: sic enim Iosippus Gorionis

filius lib.hist. Iud. 5. cap. 25. fecit Herodes vitem ex auro mundo, & posuit eam in summis colũnis portarum scilicet templi, cuius erat pondus mille talentorum aureorum operia artificiosissimi,
C ramis implicatis, foliis & germinibus ex auro rutilanti, botris ex auro fuluo, granis, acinis, & follieulis ex pretiosissimia lapidibus. D
Breuius alter Iosippus lib. Antiq. Iud. 15. cap. 14. & 6. de bell. Iud. cap. 6. addens racemos hominis fuisse magnitudine.

* Meminit & Iosippus lib. 14. ant. Iud. cap. 5. vitis aureæ, doni videlicet maximi, quod Aristobulus Rex Iudæorũ dedit Pompeio Magno, æstimatæ Talentis 500. quam & Strabo Cappadox commemorat sub vitis, vel horti nomine, quem terpon appellabant, hoc est iucundum, quam se vidisse Iosippus testatur hic sacram Ioui in templo eius Capitolini, cum inscriptione Aristobuli filij Alexandri Regis Iudæorum.

Porrò Xerxis istius fastum cum pari stoliditate coniunctum demonstrat literarum scriptio ad Montem Athon, iubentis. & quidem minacissimè, vt cederet, cum Græciam occupare niteretur: & flagella, siue fustuarium, quo acerbissi-
D mè Hellespontum affecit, sibi ad nauigationem parum idoneum, & oportunum, cum pontes vi tempestatis effractoa, ac disiectos, quos iusserat ipse construi, audisset: vt eredendum sit sapienti Senecæ in ludo de obitu Claudij, aut Regem, aut fatuum nasci oportere, adagio plane simili illi versui Latino:

Abrupit stolida regalia tempora vita.

Et illi Horatiano: lib. 1. epist. 2. ad Loll.

Stultorum regum, & populorum continet æstum.

In eum Sen. lib. Beatus Rhenanus, & prouerbiorum collector hanc agnoscunt originem adagij. quòd priscis temporibus magna ex parte Reges insigni fuerint stultitia.

Mihi alia sententia est, vt Turnebo cap. 4. lib. 26. Aduers. verba Senecæ perpendenti: arbitror enim hoc prouerbio significari, suam libertatẽ solis penè fatuis, ac Regibus constare: nam illis quidquid libet, impune facere est permissum;
E his quidquid libet, licet, vt olim Caracallæ nouerca Iulia impudica fæmina dixisse fertur: cum enim se quasi per negligentiam maxima corporia parte nudasset, dixissetque Antoninus, vellem, si liceret, respondit illa, si libet, licet: an nescis te Imperatorem esse, & leges dare, non accipere? narrat Ael. Spartanus in Caracalla: ait ergò Seneca, ego scio me liberum factum, ex quo suum diem obiit ille, qui verum prouerbium fecerat, aut fatuum, &c. Hæc de artificiosa platano.

Naturalium miræ apud Plin. laudes lib. 12. c. 1. & lib. 16. cap. postremo. celebratæ in ambulatione Academiæ Athenis cubitorum 36. vnius ra-
F dice ramos antecedente. Prima igitur sit Academica ex Plat. Phædro, & Platonis imitatione. Cicer. de orat. lib. 1. 2. de leg. ad Q. Fr. Cretensis altera Gortynæ, iuxta fontem nunquam folia dimittens. Tertia Cypria. Quarta Delphica Agamemnonis manu sata. Quincta in Caphyis Arcadiæ Luco, de qua Pausanias lib. 8. siue in Arcad. supra Opidum Caphyem fons, & prope fontem ingens eximia specie platanus, quam Menelaida vocant, quòd eò cum Menelaus ad comparandas aduersus Troianos copias venisset, sua seuerit manu.

Sexta Antandri penè portentosa, de qua eodem lib. cap. 32. Plin. quæ circumdolatis etiam lateribus restibilis spontè facta, vitæque reddita, longitudine 15. cubitorum, crassitudine quatuor vlnarum.

Septima in Lycia, Licinij Mutiani Rom. legati focia gelidi fontis amænitati, itineri adposita, G
domicilij modo cana, octoginta, atque vnius pedum specu, nemoroso vertice. & se crassis protegens ramis arborum instar, muscosos complexa pumices, &c.

Octaua C. Principis in Veliterno rure, de qua idem lib. 12. cap. cit. mirati vnius tabulata, laxisq; ramorum trabibus scamna patula, & in ea epulati, cum ipse pars esset vmbræ, 15. conuiuarum, ac ministerij capace triclinio, quam cenam appellauit ille, nidum.

Nona Cordubensis, manu Cæsaris Dict. sata in Hispania, Martialis versib. lib. 9. epigr. 62. clarissima.

Decima Q. Hortensij apud Macrob. 2. Saturn. cap. 13. quæ vino irrigabatur: est enim arbor φίλοινος, vt & apparet ex Philippi cuiusdam epigr. lib. anth. 1. tit. 59. εἰς οἶνον; quæ prostrata ventorum turbine, vino imbuta aliis arboribus iacentibus H
ipsa resurrexit, creuitque. Vmbra verò eius gratissima, vt vel eius solius gratia ex alieno orbe petitam ibidem Plin. tradat, per mare Ionium in Diomedis insulam eiusdem tumuli gratia primum inuectam, inde in Siciliam transgressam, atque inter primas donatam Italiæ, etiam ad Morinos vsque peruectam, ad tributarium etiam pertinens solum, vt gentes vectigal & pro vmbra pendant: & primum à Dionysio priore Siciliæ tyranno Rhegium translatam: deinde in Italia mero etiam infuso enutritam, quod compertum id maximè prodesse radicibus, eadem latissima, hinc illud Ther. Nicandri, Baecas platani lectum in æstu præbentis, siue vmbram cõmodissimam. Vide Schol. Græc. & propterea πλατύφυλλος nominata. Illud item Cicer. 1. de Di- I
uin. ex Hom. Iliad. 2.

Sub platano vmbrifera fons vnde emanat aquai.

Siue:

Pulcra sub platano splendens vnde effluit vnda.

Vt conuertit doctus, & prudens horum librorum censor, atque emendator Hieronymus Brunellus, cui me debere plurimum agnosco, ex cuius natura sumtum Themistoclis de seipso dictum, comparati platano propter sua in ciues

merita,

merita.& ciuium erga ſe ingratitudinem; vt legimus in apopthegm. Plut. nam ad platanum cum imber eſt, aut ſol, vmbræ cauſſa recurritur; ſudo autem cælo, vellitur: ita afflicti ad me recurrunt ciues; cum benè cum ipſis agitur, mihi hoſtes ſunt, E ſic ille.

Porrò ingentem eſſe platanorum copiam in Aſia, & quidem maximarum in 1. Dioſcor. lib. cap. 88. Mathæolus obſeruat, quæ baccas habeant inſtar iuglandium, id eſt, noſtrarum nucum, ſed aſperiores, quàm apud nos ſunt, quales ab amico ſuo Conſtantinopoli miſſas acceperit, folia viniferæ vitis maiora, Sphæria Græcis dicta.

In Terpſichore Herod. hoc eſt, lib. 5. meminit magni, & ſacri luci platanorum ad Iouis militaris templum ſecus Lambrandem Cariæ. & 8. lib. Strab. Maciſtorum plataniſtuntem, atque opidum à copia, vt ſuſpicor platanorum, & plataniſton flumen Pauſ. lib. 3. in Arcad. & platanium lib. 9. in Bœot.

Mihi autem permirum ſemper viſum eſt, cum plantanus fontibus gaudeat, & fluuiis, olim non fuiſſe in Italia, in qua tamen plurimi & fontes ſunt, & fluuij.

Arbor item eſt annoſiſsima Pauſ. lib. cit. ſi vetuſtiſsimas, inquit, arbores, quarum exſtet memoria, velimus percenſere, primus locus antiquitatis vitici apud Samios plantatæ ſecus Iunonis templum debetur; Secundus quercui Dodonææ: Tertius Oliuæ in arce Athenis: Quartus palmæ, quæ adhuc in Delo viſitur, cuius meminit Cic. 1. lib. de leg. ex Homero qui ab Vlixe viſam narrat: Tertium tamen locum fortaſsè iure Syrij Lauro tribuunt: his exceptis platanus, quam paulò ante Menelaida nominauit, omnium eſt veterrima. Vide Plin. libro 16. cap. citat.

Nec tacenda occulta vis Platani foliorum, qua ciconiæ nidos ſuos tuentur à Veſpertilionibus, quorum vel ſolo tactu læduntur earum oua ſic, vt ex iis pulli excludi non poſsint: ad ea enim folia ſtupent Veſpertiliones. Fita Aelian. lib. 1. de anim. cap. 37. G Græcè πλάτανος & πλατανιστος nō à foliorum latitudine ſolum, verum etiam à ramis latiſsimè diffuſis.

Ac ne decipiare ſimilitudine vocabuli plataniſtos, platamios, & platamon longè aliud ſignificant: nam plataniſta piſcis eſt in Gange Indiæ, roſtro, & cauda Delphini magnitudine quindecim cubitorum. Vide in Dioſcorid. lib. 1. cap. 109. coroll. Hermol. & M. Virg. opinor à latitudine inueniſſe nomen Strabo lib. 12. in Cappad. deſcriptione.

Mazacenas copiam habere lapidum ad fabricas teſtatur, vſus ad hoc indicandum voce platamon πλαταμών, quam non videtur interpres intellexiſſe, cum πλαταμών ſit leuigata petra, vtitur ea voce Dionyſius in περιηγήσει albam aquam nyſſeum ad ſcopulum voluens; vt etiam ſuſpicer in his verbis eiuſdem Strabonis lib. 14. loquentis de Cilicia, vlterius eſt mons Andriclus, & aſpera quædam præternauigatio nomine platanius, legendum platamius πλατάμιος, quia eſſent læues ſcopuli, ac terſi qui nauigantes fallerent à latitudine appellati: ita lib. 5. idem Geogr. platamona Rhodi ea vocat loca, vbi lapides marmoribus ſimiles effodiuntur.

Quare perperam qui Calepinum locupletauit ad hæc verba Strab. lib. 8. Platamodes opidum Peloponneſi interpretatur dictum à foſsia mari propinquis, quæ ſalſam recipiunt aquam à Græcis πλαταμῶνας nominatos: non enim hoc ſignificat, ſed potius locum in mari ſcopuloſum, qui parum tamen emineat, vt obſeruat in Aratum bonus interpres Theod. nam & Gal. in lex. Hipp. ita exponit, ad mare ſcopulum læuem circum quem κύματα fluctus dilatantur: Et quomodo dixit Apollon. λείῳ ἐπὶ πλαταμῶνι, & de terræ latitudine vſurpari Suidas notat, tametſi platanon, locum etiam platanis frequentem ſignificet Plin. lib. epiſt. 1. epiſt. 3. ad Can. Ruſum, quid platanon opaciſsimus? Claudendum caput ne forte magna nobis de nihilo hiſtoria, vt ait ille, naſcatur. nec platanus tamen nihilum, quæ ingens arbor.

Græcorum, Latinorum, Italorum Poëtarum verſus de ſummorum opificum artificiis collati.

CAPVT XXII.

NATVRAM ars imitatur in præſtantibus artificibus tam ſcitè, atque ad viuum, vt quas natura commoueret affectiones, eas etiam ars concitet; in pictura, & ſtatuaria id elucet maximè. Gnidia Praxitelis Venus amorem in ſe vel vſque ad congreſſum traxit iuuenis cuiuſdam: narrat præter cæteros Plin. cap. 38. lib. 7. Leontij Syracuſis claudicans tam fuit ab eo expreſſus ad viuum, vt vlceris dolorem ſentire etiam ſpectantes viderentur. Idem lib. 34. cap. 8. Creſilæ vulneratus deficiens tam eſt admirabilis, vt in eo poſsit intelligi, vt ait idem ibidem, quantum reſtet animæ.

Demon Athenien. duas reliquit picturas nobiliſsimas, eodem narratore lib. 35. cap. 10. Hoplitidas appellatas, ita ſcillicet decurrētis in certamine, vt ſudare videretur, & arma deponentis, vt anhelare ſentiretur.

Tritum eſt Zeuxidis, & Paraſij certamen: ille detulit vuas pictas tanto ſucceſſu, vt in ſcenam aues aduolarent: hic linteum pictum admouit, vt Zeuxis alitum iudicio tumens flagitaret tandem remoto linteo oſtendi picturā: pinxit item Zeuxis puerum vuas ferentem, ad quas aues aduolabant: id quod malè pictum demonſtrat puerum, nam ad viuum non aduolaſſent.

tasse curant, vt humanitatis, & politiorū expertes literarum: explicandum tamen ex Geographo, qui lib. 12. de Cappadocia loquens, Mazaceni Charondæ legibus, inquit, vtuntur, & pro more habent vnum aliquem legis peritum eligendi, qui earum sit interpres: cuiusmodi apud Rom. veteres erant Iurisconsulti. A hos Armeniæ B Rex Tigranes in Cappadociæ excursione malè acceptos. & in seruitutem redactos transtulit in Mesopotamiam, & magna ex parte habitare iussit in Tigranocertis: at verò Vrbe hac capta, reuerterunt in patriam florentiores: horum igitur Collegium aduocatio dicitur Cæsariensis, quam quæ Mazaca olim dicebatur, postea in prouinciæ formam Cappadocia à Tiberio Cæsare redacta de eius nomine Cæsarea est nuncupata, quod cum taceat Strabo argumento est, cum scribebat, priscum adhuc retinuisse nomen. Ergò iuris Cons. eius collegij pristinam dignitatem recuperatam sub Romanis eandem semper videntur retinuisse, annis plus quingentis, hoc est, vsque ad Iustini tempora, atque amplius.

C Populari quadam ratione lib. suo de Poët. Arist. Dorienses in Peloponeso primos comœdiæ inuentores asserit fuisse, quòd ipsi κώμας pagos vocent τὰς περιοικίδας Colonias: Athenienses δήμους, vt κωμῳδοὺς non à verbo κωμάζειν dictos, id est, à commissando, sed quòd errando per vicos, seu pagos in vrbe viuerent inglorij: aut potius quòd infames, & fugitiui ex vrbe vagarentur per pagos, & villas, ita Dorienses sibi initia comœdiæ arrogabant.

Hic doctus vir Pet. Vict. verbum κωμάζειν putauit, ἀπὸ τὰς κώμας, deductum ac si significet per vicos, & compita lasciuire, vt & videtur Scalig. in hist. suo hoc est lib. 1. Poët. cap. 5. quod nescio, an vnquam fuerint veteres suspicati apud quos κώμη, κῶμος, κωμάζειν à verbo κεῖν ἐν nunc dicimus D κῶμαι ducuntur: est verò iaceo, dormio: ita κώμη villam, seu villaticam domum significat, in qua dormituri, & quietem capturi ab agri cultu, ac labore se noctu recipiunt agricolæ. Ita etymologus, & Eustath. in 14. Iliad. & in 14. Vlix.

Communius obseruant comas appellatas, quia constantur ex domibus in quibus homines, & animantes cubant; quæ notio traducta ad vicinias vrbis: inde & κῶας pellis, quod olim in pellibus dormiretur: & hinc ductum κῶμον, κωμάζειν, κώμην, κωμήτην, & κώμας, hoc est, garrulum, & nugacem, ἐν δειλῷ φυλάττειν: hinc Comœdiam accepisse nomen ex Paus.

E Et post multa ex eodem Paus. olim veteres viri inuentionem honorantes Cantum induxerunt, & maledicendi paganis suis morem. Vnde κωμῳδεῖν verbum natum: & palam est etiam, comœdiam, cum præsertim Aristot. hoc suo probet calculo in Poët. scribens comœdiam esse deteriorum imitationem siue rerum, siue personarum, non extreme tamen deteriorum: quæ fortasse vera est origo verbi κωμάζειν, & nominis κῶμμα, cum idem Eustathius notet κωμάζειν & ἐκκωμάζειν esse ebriorum iustar liberius conuiciis proscindere.

Κῶμος autem conuiuium est, siue conuiualis compotatio, quæ sub tempus somni, cum est dormiendum, celebratur, siue cibi, & potus post cœnam hausti ex luxu nimia videlicet & intempestiua crapula, siue, vt alij volunt in quibus Eustath. locis allatis, ex qua in κώμα incurrit quispiam, hoc est, profundum somnum: & qui faciunt F κωμάζειν dicuntur. hoc est comissare, vt comissator & comissatio, inde mutuata à Latinis, & comissabundus, qui dies, noctesque vino, & crapulæ indulget, noctuinus gulo, & sumitur pro epulonibus, & compotoribus: cum enim semel, aut bis olim in die honestiores fere comederent, isti, elluones, & gulæ proceres quotidianas epulas quadrifariam distribuebant in ientacula, prandia, cœnas, comissationes: nec deerant qui merendas interponerent: da qua re nos alio loco fusè.

Et partim κωμάζειν videtur significare, quod Italicè dicimus far' la serenata, è, mattinata, hoc est, amatorium cantum agere per vicos, & sub G amicarum fenestris, quo tempore somnus capitur. quod nesciisse videntur Grammatici; certe verbum comissari non alienum ab hac notione: sic qui ἐκώμαζον secum ducebant psaltrias & saltatrices αὐλητρίδας, ᾗ ὀρχηστρίδας, vt lasciuia, & nequitia amatoria esset celebrior, vt apparet ex symposio Xenoph.

Hinc hymnus, siue cantio ebriosorum & lasciuientium apud Aristoph. Ranis κωμαστικὸς. Fest. à κώμη deducit, exponens vt nos: Varro melius lib. 6. de ling. Lat. à κώμῳ. & in eum est Lamb. propensior lib. 4. carm. Hor. od. 1. qui & comissatio & comassari dicendum suspicatur: nam & vocem comis Latinam à Græca κῶμος, qui Deus est hilaritatis, & lasciuiæ, idem Varro lib. 5. mutuatam voluit, vt & comœdiam vocem Græcam: H quem Deum pulchrè tertia imagine Philostr. descripsit. Nam & transfertur vox ad significandam diei festi hilaritatem.

Pro cantus genere ex Athen. etiam Eustath. docet in 21. Iliad. sumi: & vero etiam vino perfundebantur amicarum fores, vt ex Aristoph. Pluto Schol. de Laide, & Curcul. Plaut. constat, aliisque sexcentis veterum testimoniis.

Quod de cantu dixi confirmat B. Isid. Pelusiota eius Ioannis discipulus, qui ab aureo orationis flumine Chrysostomi nomen inuenit libro primo, epist. ad Paladium est 456. commissatio I est cantus ad tibiam vino plenus ad voluptatem sensus irritans, & conuiuium in obscœnum theatrum, & quibusdam cymbalis organisque dolosè conuiuas demulcens: & olim conuicium à vicis dictum in quibus prius habitatum,

vt placet Verrio Flacco : licet Nonio placeat a voce litera immutata, vt sit quasi conuocium.

Comis porrò Latinis, quasi communis dictus: quo allusit Plautus illis verbis: Comiter quidem certè, non communiter conuenit: quod nescio an refellat Cicero pro L. Corn. Balbo declarans benignum, facilem, suauem, qui erranti comiter monstrat viam: Benignè non grauatè at hilarè, ac libenter Varro.

Illo verò Arist. loco qui Chonuidas Poëta citatur Chionidas, vel Chionides, cuius meminit lib. 3. cap. 19. & lib. 14. cap. 16. Athen. & Suid. in
K] hist. veteris hic fuit comœdiæ scriptor Atheniensis, qui fabulas octo annis antè bellum Persicum edidisse fertur.

Penè oblitus eram quod de origine comœdię Thomas Magister scriptum reliquit, cum nomen inuenisse tradit, quòd canerentur in vicis seu viarum angustiis, αἱ κωμῳδίαι ἐν ταῖς κώμαις, hoc est, στενωποῖς, olim enim priusquam mos comœdiarum inductus fuisset per Poëtas, qui iniuriam passi fuerant noctu in viis clamabant, hunc vel illum iniuria faciunda gaudere: & verò hæc, aut illa vitia, & scelera perpetrasse, occasionemque fuisse continenter viuendi: quod cum animaduertissent, omnes comicos deinceps admissos fuisse: sed cum postremis temporibus potentiores comœdiis se lacerari ęgrè ferrent, hinc institutum vt obscurè reprehenderentur, aut viliorum tantum vituperandorum licentia permissa.

Ita Comœdia est litus melle gladius, vt adulatio. Nobiliores in Ciuitate si spectemus: si populi quisquilias Trygodæmonum est plena conuiciorum plaustra ductantium, & euertentium. Atque huic libro, vt cum Platone loquar, κολοφῶνα ἐπιθῶμεν.





HORA-



HORARVM SVBSECIVARVM LAELII BISCIOLAE MVTINENSIS SOCIETATIS IESV

LIBER X.

Dei nomen quid apud veteres Hebræos, & Græcos indicarit, vnde sumtum, quid, vnde apud nostros.

CAPVT I.

A QVIVS hominibus, aut rebus Dei, siue Deorum nomen accommodaretur apud veteres, docent, qui Grecarum dictionum collegerunt notiones: nos nec pauciora, nec ignobiliora legendo obseruauimos. Satis verò exploratum esse puto apud veteres illos Græcos religionis ignaros, superstitionis experientissimos, quatuor fuisse genera, siue Classes Deorum: erant enim cælites, ætherij, terreni, marini, hoc est, vt & apud Romanos.

Triginta millia ab Hesiodo censeri testis est cap. 15. lib. de præpar. euang. 5. Cæsar. Euseb. & subsannans multitudinem hanc Lactatius lib. 1. cap. 1. & 16. innumerabilium Deorum plena esse omnia tradit, longè aliter quàm cecinerat Virg. Ecl. 3.

—Iouis omnia plena.

Georg. 4.

—Deum namq; ire per omnes

B *Terrasque tractusque maris, cælumq; profundum.*

Hinc enim illud 1. lib. de part. anim. Arist. cap. 1. Heraclitum dixisse ferunt ad eos, qui in casa fornacea eum conueniebant, sed timidius, hortantem, vt fidenter ingrederentur, quoniam ne hic quidem locus immortalibus Diis vacaret: sed quod masculi sint Dij, ac feminæ, & idcirco noui quotidie Dij nascantur.

Nescio, an singula complexus fuerit genera in Apol. cap. 10. Tertull. hac oratione. Nec ego per singulos decurram, tot, ac tantos, nouos, veteres, Barbaros, Græcos, Romanos, Peregrinos,

C Captiuos, Adoptiuos, Proprios, Cómones, Masculos, Feminas, Rusticos, Vrbanos, Nauticos, Militares.

Eruditus Commentarius Tzetzis initio suæ in Hesiod. exegeseos, Nomen Deus, inquit, vniuersè, & indefinitè acceptum quinque significat. *A* Quæ certe notiones Ethnicos non tuentur, qui, quos nominabant Deos, diuinis prosequebantur honoribus. Sapientes, reges, elementa, animæ vires, passiones, fatum, quam alij prouidentiam nominarunt, sic igitur hoc nomen Deus obscurè, vel æquiuocè quioq; dicitur modis: at quodcunque nomen Deorum tribus, id. animaliter, elementatiè, & realiter, vel moraliter. Hæc à Galeno Diacono in eandè Hesiodi Theog. declaratur. D

Dei nomen multifariam potest inueniri apud Poëtas, & apud Homerum potissimum: interdum enim ipsa elementa Deos vocat, vt Iouem nubium congregatorem, motorē terræ Neptunum, sedentem aureo solio Iunonem; aliquando facultates animæ, & affectiones, vt cum dicit, Ioui consilio parem: aliquando reges, vt Helena Ioue progenita: interdum sapientes, vt quem Briareum vocant Dei: alias etiam prouidentiā, & fatum, & sidera, vt cum dicit Helenus: Certè enim ego vocem audiui Deorum semper existentium: & multas alias inuenies notiones non E apud Homerum modo, sed etiam apud Hesiodum hic, & apud Orpheum, & Pronapidem Homeri discipulum.

Multa præclarè Max. Tirius de Diis, ac Dæmonib. exponit serm. 26. de Deo Socrat. & seq. quo demonstrat esse Dæmones.

In sacris vero Libris accipi τὸ θεὸς, nunc vere, & propriè, nunc impropriè Philo scribit lib. de somniis non valdè longè à fine, cum verè, ac propriè sumitur secum ferre articulum ὁ: cum impropriè, sine articulo dici. quo etiam spectant eiusdem verba lib. de eo, quod deterius meliori insidiator, Deum verum ostendentis, talem re vera esse natura, cæteros sola hominum opinione, & existimatione: vt Moses Deus factus dici- F

tur Pharaonis; & sapiens, si cum stulto confera-
rur, Deus vocatur, nec tamen re vera est Deus: il-
le dicitur ab eo Deus actiuus, hic passiuus.
His admodum videntur similia, quæ B. Ioan.
Damasc. scribit 1. de fide Orthod. lib. Nomen Dei
bifariam in sacris libris vsurpari: natura, & gra-
tia: natura, opificem Deum nominari, gratia vi-
ros Iustitiam colentes; C quæ manca est partitio;
uam tertio membro caret καταχρήσει, seu δόξῃ, id.
abusione, & opinione, vt Idola.
Magis vniuersè, ideoque verius S. Greg. Ma-
gnus Hom. 8. in Ezech. Deus in sacra scriptura
H aliquando nuncupatiuè, aliquando essentialiter
dicitur. nuncupatiuè enim dicitur, sicut scriptũ
est, ecce constitui te Deum Pharaonis. & sicut
Moses ait, si quis hoc, vel illud fecerit, applica ad
Deos, id. sacerdotes: qui rursum dicit, Diis non
detrahes. id. sacerdotibus; & sicut Psalmista ait,
Psal. 81. Deus stetit in Synagoga Deorum, in me-
dio autem Deos discernit. Essentialiter autem
Deus dicitur, sicut ad Mosen dicitur; Ego sum
Deus Patris tui, Deus Abr. quam vtramque ap-
pellationem Deo, ac liberatori nostro Christo
mox conuenire probat.
I Eadem à B. Athan. docentur in tractatione
variarum definitionum, siue sub eius nomine
alter quispiam est, qua item ratione & in Cant.
scripsit Origenes, Dei nomen in eo esse potissi-
mum, ex quo, in quo, per quem omnia: relatiuè,
& abusiue Deos dici, ad quos fit sermo Dei, &
cælestes virtutes, vt Psal. 81. Deus stetit in Syna-
goga Deorum. attigit etiam S. Aug. cap. 23. lib. de
Ciu. Dei 19.
Explicatius magnus ille Ecclesiæ Dei Sacer-
K dos, & Pontifex Innocentius 3. serm. 3. de Nat.
Dom. nomen diuinitatis, inquit, multis modis
accipitur in scripturis: substantiuè secundum
naturam; adoptiuè secundum gratiam; potesta-
tiuè secundum officium; vsurpatiuè secundum
vitium: secundum naturam, vt Deut. 6. Audi
Israël, Deus tuus, Deus vnus est; secundum gra-
tiam, vt Psal. 81. Ego dixi Dij estis; secundum of-
ficium, vt Exodi 22. Diis non detrahes; secun-
dum vitium, vt Psal. 95. omnes Dij gentium Dæ-
monia.
Nuncupatiuè primus Seth, nominatus est
L Deus, vt ait Suid. in voce Seth, tum ob Hebrai-
carum literarum inuentionem, & nomina stellis
indita, tum maximè ob excellentem pietatem,
ac religionem in Deum; ita Gen. 6. filij, ac poste-
ri Seth filij Dei vocantur.
Hoc item cognomen vitio tulerunt inter Sy-
riæ Reges Antiochus secundus primi Antiochi,
qui dictus est Soter, filius ex nouerca natus;
quod illi à Milesiis primum attributum fuit,
cum eos à Timarchi Tyrannide liberauisset, vt
App. in Syriaca non longè à fine scribit; atque
inter Philosophos Theodorus primum Atheos,
quod omnem de Diis opinionem è medio su-
stulisset, vt in Aristippo Laërt. lib. 2. deinde vero
Theos, non, vt quidam falso ex Laërt. notarunt,
quòd de Diis librum scripsisset. sed aut per anti- M
phrasim, aut ex euentu, vt ibidem Laërt. expo-
nit: nam cum Stilpo eum percunctatus fuisset,
es ne tu, qui diceris? & ille assentiretur, subie-
cit, tu igitur Deus. Videtur autem vocatus fu-
isse Deus, Stilpone ita cum eo disserente; Num, ô
Theodore, quod diceris esse, etiam id es? cum
annueret ille: diceris autem esse Deus, cum ille N
confiteretur, igitur Deus es, inquit.
Theophilus Tomorum in Scythia Episcopus
Deus quoque appellatus ab Hunnis ob ingen-
tia patrata miracula, vt est apud Niceph. lib. 12.
cap. 45.
Porrò cum Deum nullo posse nomine pro-
prio nuncupari præter cæteros egregie Noua-
tianus explicet lib. de Trinit. cap. 2. & sæpe eod.
lib. quidquid enim omnino de eo retuleris, rem
aliquam ipsius magis, quàm ipsum dixeris, ta-
men quomodo & ipsum Dei nomen, & alterum,
quodlibet supremæ illi omnium procreatri-
ci naturæ conueniat, doctissimè doctissimus
magni Basilij frater Gregor. Nyssenus fratri
ἰσόθεον ostendit lib. ad Ablabium, quò demon- O
strat. non oportere dici tres Deos: Vox enim dei-
tatis. inquit. vulgi quidem opinione naturæ pe-
culiariter videtur insita: ac quemadmodum, vel
cælum, vel sol, vel quodpiam aliud elementorũ
propriis subiectorum vocibus significatur, sic in
suprema diuinaque natura tanquam proprium
quoddam nomen deitatis aptè illi rei accom-
modatum, quod per eam declaratur. P
Nos verò scripturæ documenta sequentes in-
nominabilem, & inexplicabilem esse dicimus, &
nomen hoc siue humana consuetudine inuectũ,
siue à scripturis traditum habere aliquid dici-
mus, quo eorum quidpiam notet, quæ de diui-
nitate intelliguntur, non autem vim significandi
ipsam eius naturam: quare à vi inspiciendi, at-
que spectandi, ἀπὸ τοῦ θεᾶσθαι, hæc natura θεατικὴ, id.
spectatrix, siue inspectrix dici potest, quoniam
omnia inspicit, ac tuetur etiam cogitationum
nostrarum arcana penetrans.
Θεότης ergo ἐκ τῆς θέας appellata, & θεὸς est τῶν ἡ-
μῶν θεωρός, inspector, & curator noster, quòd ex
æquo tribus personis conuenit; siue etiam ἔφορος Q
quasi summæ rerum præfectus: ita scriptorum
sacrorum testimoniis hanc vim trium esse per-
sonarum propriam confirmat.
Et consentiunt è Schola Theologi 1. sent. lib.
ad distinct. 2. nomen hoc Dei tradentes sumi
quidem ad significandam præcellentis illius na-
turæ vim, & essentiam, aliquam tamen peculia-
rem Dei proprietatem indicare, non naturam:
quod non minus doctè, quàm polite Greg. al-
ter cognomēto Theologus oratione 4. de Theo-
logia, & S. Chrysost. hom. 2. in epist. S. Paul. ad R
Hebr. tradiderunt.
Eandem Etymologiam amplectitur loco an-
tè citato S. Aths. & Iosn. Damasc. lib. de Orthod.

fide

fide 1. cap. 12. Vt aliam ἀπὸ τοῦ θέειν, quòd per omnia curræt, vt disponens, atque ordinans, & efficaci prouidentia, atque operatione regens.

Aliter Plato in Cratylo, quòd veteres astra sola pro Diis haberent, quæ semper currunt: probat Theod. 2. lib. de Græc. affect. & Plutarch. lib. de Iside, & Osiride deriuans, ἀπὸ τοῦ θεατοῦ, καὶ θέοντος, & 1. de plac. Phil. cap. 6. Vbi breuiter, & perspicuè, quod fuerit tam variæ tot Deorum superstitionis initium exponit; & Clem. Alexand. lib. 4. Strom.

B. Nazianz. or. cit. ad sempiternam refert agitationem τὸ θέειν; ex quo θεὸς: tertiam adiungit notionem ἀπὸ τοῦ αἴθειν id. ab vrendo, & inflammando propter vim ipsius vitiosarum omnium affectionum cõsumtricem: Nam Deus vt ait Io. Dam. ignis est consumens omne vitium nostrum; alludens ad Mosis dictum Deut. 4. & ad Hebr. 12. quod etiam vltricem Dei potestatem aduersus impios demonstrat.

Cum Moschopulus περὶ σχεδῶν secundum explicauisset etymon, assignat tertium; Nam Græci cælestia corpora Deos nominarunt, quæ semper currunt, à quibus nos accepimus nomina. D

Quæ ratio placuit Alexandrino Clem. ad finem lib. 1. Strom. deducenti ἀπὸ τῆς θέσεως, id. à positione, ordine, atque administratione: idem scilicet verbum, non eadem ratio verbi, atque sententia; placuit etiam Theophilo primo ad Autolycum libro deducenti ἀπὸ τοῦ τεθεικέναι, quòd vel omnia ipse disponat, aut in se ipso stabiliat, atque confirmet, quòd item Phurnutus sensit in Theoria de natura Deorum propter constantiã scil. & continuatam stellarum Lationem, quæ caussa est mutationis, ac salutis rerum omnium: ita, inquit, Dij, quasi θετῆρες existimantur, id. constitutores, & conditores omnium.

In quem sensum præclarum Aristotelis effatum ab Archiepiscopo Monembasiæ Arsenio Apophth. initio narratur. Antiquus & patrius mortalium omnium communis fertur sermo, omnia nobis ex Deo, & per Deum consistere: neque vllam esse naturam quæ per se ipsam sibi ipsa sufficiat, hoc est, se ipsa contentam, si Dei tutela destituatur. Ita Græcè ἀρχαῖος τις λόγος καὶ πάτριός ἐστι πᾶσιν ἀνθρώποις, ὡς ἐκ θεοῦ τὰ πάντα, καὶ διὰ θεὸν ἡμῖν συνέστηκεν, οὐδεμία δὲ φύσις αὐτὴ καθ᾽ ἑαυτὴν αὐτάρκης, ἐρημωθεῖσα τῆς ἐκ τούτου σωτηρίας.

Non abest à primo & secundo verbiloquio Areopagitæ explicatio 12. cap. de diu. nom. κυριότητα, dicens, παρὰ τὸ κῦρος deduci, hoc est, dominationem, dominum, & dominari ab eo quod ratum est; & diuinitatem omnia contemplantem prouidentia sua, & bonitate, omnia lustrantem, & suo quasi complexu continentem.

Plutarch. lib. de Musica ab hac voce θεὸς scribit deduci, θεωρεῖν, & θέατρον, quod Musica quæ locum habebat olim in templis Diuorum tantum, & sacris, postea in Theatra descenderit: ego potius Theatrum ἀπὸ τοῦ θεᾶσθαι, id. ab inspiciendo dictum existimarim.

Deus à Latinis ex Græca voce θεὸς nominatus aspirata in tenuem mutata. Pontanus lib. de aspir. 2. addidit, quanquam sunt, qui putent Deum dictum, quòd ei nihil desit, vel quod det mortalibus omnia, quæ commoda illis sunt: argutè tamen Cassiod. ex vrbis Romæ Senatore Monachus in Psal. 21. ex voce δέος originem ducere suam existimat, qua metus, siue timor significatur, quòd iuxta Poëtæ sententiam:

Primus in orbe Deos fecit timor.

Siue quod Deum colentibus sit timor, vt S. ait Isidor. lib. Orig. 7. cap. 1. apud quem Dei nomina collecta reperies.

Hic est Petronius Arbiter, quem Fulg. citat 1. lib. Mythol. & in Thebaide Statius. & quæ virtus indirat cultum Dei. id. religio, metus etiam vocatur, hinc 7. Aen. Virg. de Lauru Laurentis Agri.

—Multosq; metu seruata per annos,

Id. religione, & religiosa obseruantia. Huc allusit Alexand. Clem. 2. Strom. Cum dixit δέος esse Dei timorem: inde & δεισιδαιμονία orta, quam nos dicimus superstitionem, quasi θεοφοβία. δέος enim timor est, inquit, Plut. lib. de superst. Dæmonum metus. Clemens 2. & 7. Strom. δεισιδαίμων, vt ait Fulg. superstitiosus, qui timet Dæmonia, qui omnia refert in Deos, & lignum, & lapidem, & spiritum, & hominem, vt ἄθεος qui non putat esse Deum, claudendum Platonis dicto in Philebo caput hoc. Timor, inquit, meus, ac reuerentia aduersus nomina Deorum non humanus est, sed supra humanum. E

Porphyrogenneta nomen quibus Orientis Imperatoribus, ex quo inditum: quot vrbes Antiochia declaratum.

CAPVT II.

Πορφυρογέννητος, siue πορφυρογέννητος cognomen Constantinopolitani Imperatores multi tulerunt: vox significat in purpura genitus: primus, quantum potui Latinis, & Græcis historiis peruoluitandis consequi, hoc nomine ornatus fuit Leonis III. impij filius Constantinus magis impius Copronymi appellatione dignissimus 36. post magnum Constantinum Græcorum Imperator, eius nominis sextus: eum certè primum in Fastis Augustorum Porphyrogennetum, seu Porphyrogennetam lego, quem alij multi consequuntur, ἀπὸ τῆς πορφύρας Imperij indice, & γεννᾶσθαι.

Ego cum neminem, qui rationem vocis explanaret, legissem, commentabar hanc origi-
B nem, quod iis hoc nomen attribueretur, qui patre nati essent iam Imperatore, id. purpurato, quod quidem cœperit in hoc Constantino vsurpari, cum tamen alij nati essent ante illum patre Imperatore: quam rationem doctis, & grauibus viris cum indicauissem, placuisse scio.

Postea legendo Ioan. Curopalata, qui horum Imperatorum res gestas descripsit, didici in Constantino Duca, eos dici consueuisse Porphyrogennetas, qui nati essent patre Imperatore: sex,
C inquit, habuit Liberos ex Eudocia Regina, quam priuatus duxerat: mares tres Michaëlem, Andronicum, & Constantium; horum porphyrogennetus erat Constantius, id. natus eo Imperatore, non priuato, vt alij duo.

Aliam originem esse voluit Luitprandus, & Theodor. Balsamo asserentes Constantinum Leonis Philosophi filium porphyrogennetam nominatum, quòd ortus esset in domo Imperatoria, quæ πορφύρα dicebatur, vt & Leonem ipsum, qui quidem auctor fuit, vt hoc obiter
D notem, τῶν βασιλικῶν quæ ἑξηκοντάβιβλα vocantur, quòd in LX. diuidantur Libros, vt Constantinus filius auctor fuit, ἀνακαθάρσεως, quæ erat repetita prælectio, & repurgatio τῶν βασιλικῶν, qui & Photij νομοκανόνα, legum, sc. Ecclesiasticarum volumen repurgauit: quam quidem originem longè aliud agens grauis inprimis aduersus Iudæorum gentem scriptor Græcus docuit; Episcop. Nicææ Theophanes de Ecclesia Dei loquens: quem
E multæ, & reconditæ Lectionis vir, & Societatis nostræ præcellens Theologus Franciscus Turrianus citat. a. libro de dogm. Characteribus.

Vt enim olim quidam erat locus Imperatoribus ad procreandos Liberos separatus, quem porphyram appellabant, & in eo loco natos porphyrogennetas, rursus aliæ sedes ad nutriendos infantes, vbi sensim ætate proficerent, & omnem regiam, & Imperatoriam disciplinam sub Pædagogis, & Magistris caperent, cum autem ad perfectionem ætatis, & disciplinæ peruenissent in ipsum regium, &
F Imperatorium Thalamum admittebantur vitam cum Patre, ac Rege acturi, & eius bonorum communionem adepturi, ita Cælestis Imperatoris mundus hic noster veluti quædam domus, &c. à loco igitur, in quo filij gignebantur, porphyrogennetæ vocati.

Ex qua origine sequitur prior: neque enim est verisimile alios gigni solitos in porphyra præter Imperatorum filios.

Hanc illustrat hic Nicetæ Choniatæ locus libro sexto, de rebus à Manuele Ioan. filio ge-
G stis, in quo Imperatricis partum commemoratutus ita scribit. Cum ad partum venisset Domina præparata quidem, & ornata fuit purpura ad sobolis susceptionem: vt verò eam dolores partus corriperent, & intra purpuram Domina fuit, &c. A Ecce tibi locum ad partum significare, non autem pannum ad eum excipiendum, vt nescio quis homo Germanus adnotauit.

Aminiore, sed honoratiore loco transeo ad maiorem, à domo scilicet ad Vrbem. Antiochea non Vrbis nomen est modo, verum etiam regionis, vt videre est in Plin. libro 5. capit. 12. in H
partitione Syriæ, quam vbi attigit, Ciliciam vocari obseruat Antiocheam: & cap. 32. Antiocheam Insulam in Mari Lycio contra Sidymam recenset. Cum pro vrbe sumitur, non vnam significat, sed plures: ac nescio, an vllius nomen vrbis frequentius legatur.

Vrbes hoc nomine 13. commemorat Byzantius Stephanus; aut ipsius potius abbreuiator Hermolaus cum Plinius Ptolom. Strabo, alij Geographi, & historici vix numerent quatuor: I
hoc, quia non ita cuiuis notum, & ab vno, quod sciam, auctore adnotatum, & traditum, qui non est cuiuis præ manibus, ὡς ἐν δέ ἀν ad communem studiosorum vtilitatem his meis commentariolis inserere.

Prima est Antiochea Syriæ, quæ Oronte amne diuiditur, vt ait, libro quinto, capite 21. Plinius & Epidaphnes cognominata est. hæc orientis vrbium maxima; post eius ex terræ motu ruinam à Iustiniano Θεούπολις est appellata. Stephan. Theopolis maxima vrbium orien- K
tis, quæ post terræ motum pro Antiochea à Iustiniano appellata Theopolis. B & Niceph. lib. 14. cap. 34. & lib. 17. cap. 3. Euagr. lib. 1. cap. 3. notat, &c.

Strabo lib. 16. quatuor esse maximas Syrorum vrbes, quæ Sorores appellatæ, & in ea parte, quæ Seleucis dicitur: Tetrapolis, plures enim sunt, maximæ verò Tres, Antiochea ad Daphnem. Locus hic erat Apollini sacer, magnus, & contractus, Lucus fluentibus fontium aquis. C Sequitur deinde, Antiochea ad Daph- L
nem, & Seleucea, quæ in Pieria, & Apamea, & Laodicea, quę dicebantur inuicem Sorores propter concordiam Seleuci Nicatoris. D Nicanorem alij dicunt, κτίσματα. Maxima de patris Antiochi nomine vocata. Apamea, de vxoris Apamæ. Laodicea, de matris nomine Laodices: quam historiam Stephanus videtur ad alias tres Vrbes, aliam saltem Antiocheam referre.

Metropolim Syriæ facit Strabo, quæ nõ mul- M
tum cedat Alexandriæ in AEgypto, & Seleuceæ ad Tigrim.

Altera nomen accepit ab Antiocho Epiphane, vt ait Stephanus, ea est in Lydia, cuius nulla memoria in Plin. & Strab.

Tertia

Tertia in Mesopotamia μυγδονία καλουμένη, inquit, Steph. à Macedonibus condita, vt ait. Plin. cap. 13. lib. 6. collocans in ea parte Adiabenes, quæ est Assyriorum initium, & Arbelitis dicitur, vbi superatus ab Alexandro Dareus, quam Nisibin vocant, sic & Stephan. Quæ ab incolis Asiba vocatur, ex qua Asibenus Apollophanes Philosophus Stoicus, & Pharnuchus Persicarum rerum scriptor, quæ & Nisibe appellatur, & Nisibis. Antiocheam intelligens: nam & l. 4. Cod. de commerciis fit mentio Antiochiæ sub nomine Nisibis, vt nonnulli volunt, cum ex Ammiano libro 14. contra sentiat Alc. in tertio post. Cod. Libros. & Strabo libro vndecimo.

Quarta est Pisidiæ, quam Strabo lib. 12. commemorat; & Plin. lib. 5. cap. 27. quæ & Cæsarea dicitur, cuius in actis Apostolorum S. Lucas meminit 13. & 14. cap.

Quincta inter Cœle Syriam, & Arabiam, Semiramidis opus: nullum de hac verbum apud Strab. nonnullum apud Plin. libro 6. cap. 26. In Arabum gente, qui Atroei vocantur, & Mardani, Antiochea, quæ à Præfecto Mesopotamiæ Nicanore condita, Nicatoria, & Arbasis vocatur.

Sexta Ciliciæ ad Pyramum fluuium, de qua nihil Plin. nihil Strabo.

Septima Pieriæ, quæ alibi, Aradus, inquit, insula est Phœnicis: quanquam aliam in Creta, aliam in Erythræo mari ponat: De Arado multa Strabo lib. 16.

Octaua ad Paludem Callirrhoen, hanc Plin. intelligit lib. 5. cap. 24. Arabia supradicta habet opida Edessam, quæ quondam Antiochea dicebatur Callirrhoe à fonte nominata, Carras clade Crassi nobiles. & cap. 16.

Nona ὑπὸ τῷ ταύρῳ, id. sub Taurum montem in Comagene, de qua Plin. lib. 6. cap. 24. in Comagene ad Euphratem Antiochea.

Decima in Scythia. de qua forte Plin. lib. 4. cap. 10. Cum inter Axium, & montem Rhodopen, aliosque montes populus Antiochenses collocat, quanquam ibi Macedoniæ describit terminos.

Vndecima in Caria, de qua Plin. cap. 32. lib. 4. Pythopoleos nomine in Bithynia: hic obseruanda fabulosa potius narratio, quàm historia Stephani, quam paulo ante ex Strab. attigi. Antiocho Seleuco tres mulieres in somnis astiterunt, singulæ Vrbem in Caria nominantes: qui suspicatus esse matrem, vxorem, & sororem, tres extruit vrbes; à sorore Laodice, Laodiceam; ab vxore Nysa, Nysam, à matre Antiochide, Antiocheam. Hæc est, quam ad Mæandrum Strabo constituit, & ad Cariam pertinere iam scribit extremo 13. lib.

Duodecima in Margiana Parthorum, de qua Strabo lib. 15. at non 15. Strabo, sed 11. lib. de ea ita scribit. Finitima est & Margiane, desertis vero campus hæret: admiratus autem terræ bonitatem Antiochus Soter muro circumdedit mille & 500. stadiorum, & Vrbem extruit Antiocheam. Vt hinc tibi argumentum liceat eruere, vt probes, non Strabonis hos esse Libros, qui sub eius nomine circumferuntur. Vbi quod interpres vertit παραπλησία similis, Geographi sententiam non est assecutus, qui vicinitatem significare voluit, conuertendum fuerat, vicina, seu finitima.

Decima tertia, & postrema in Cilicia, Tarsus videlicet, quod mihi est nouum, & erit fortassè doctorib. quæ verò Antiochea à Plin. lib. 6. cap. 26. inter Tigrim, & Tornadotum in Sittacene ponitur, ad quam earum, quas recenset Steph. debeat referri, nescio penè explicare: Ad Parthicam tamen pertinere coniector: Parthia enim Sittacene, vel Parthiæ est contermina, ac Mediæ, vt constat ex 11. lib. Strab. 15. & 16. immo Babyloni, sic enim disertis verbis lib. 15. Proxima verò est Susidi Babyloniæ Sitacene prius, posterius appellata Apolloniatis.

Neque aliam esse reor ab ea, quam Plin. eodem cap. nominat, ab Antiocho restituta, cum prius Alexandrea diceretur traductis ex Vrbe regia Durine Colonis: deinde vastata est, & expugnata, vt Plinij verbis vtar, à fluminibus.

Hæc habui, quæ de Antiocheis obseruarem: in quo suspicor erratum aliquando à scriptoribus vnam pro altera vrbem sumentibus, & eandem situ diuerso, & vario collocantibus, ex quo non magni erit negotij discrepantes inter se vel historicos, vel Geographos conciliare, si prouinciarum fines attendamus hoc, aut illo tempore siue amplificatos, siue in augustum redactos.

Bonus, & malus dolus Græcè, & Latinè vsurpatus, quis, simili Hebr. & Græca phrasi honestas concubitus explicata.

CAPVT III.

Et malus, & bonus dolus à Latinis vsurpatur, necnon à Græcis: καλὴν ἀπάτην Iliad. 2. nominat Hom. ἀγαθὴν, siue δικαίαν Aeschylus: Homerum notat Eustath. adiecisse καλὴν ad differentiam ἀγαθῆς, à qua Deum non cauere illo suo senario pronunciauit Aeschylus: in eo verò mala non est hæc deceptio, cum suo tempore fit, nec nocet, vt cum Herodotus dicit, cum res postulat mentiri, mentiendum. A id quod nimis est Macchiauellicum: Ita Vlixem δόλιον, cum laude nuncupari, & quemlibet belli Ducem: nam & consentaneè Virgil. cecinit Aen. nono.

—Dolus, an virtus, quis in hoste requirat?

Et illum Homeri Iliad. 9. locum adducit: B & idem pene repetit in 4. Iliad. Eustath. quoniam priori verbo additur secundum, quod, vt non omnis dolus, ita nec omnis ἀπάτη est vituperanda, sed ea tantum, quæ ab improbis proficiscitur ἀλιτρὸς vocat.

Verum ego sentio illo primo loco Iliad. 2. κακὴν ἀπάτην dici, vt initio lib. 1. κακὸν νοῦσον nominauit, non ad differentiam tamen καλῆς, siue ἀγαθῆς, quia enim bonus morbus? cum dolus tamen quandoque sit bonus, vt fraus, atque deceptio, quod ostendit ille Herodoti locus paulo ante citatus, qui in specie videtur aduersari Platonis doctrinæ non admittentis 12. lib. de leg. τὴν ἐν πολέμῳ κιβδηλείαν.

Veteres porrò dolum bonum pro solertia dicebant, maximè si aduersus Hostem, Latronemué quis machinetur: & lege 1. §. non fuit autem, ff. de dolo. Dolus bonus est sollertia sine astutia: vt Labeò malum dolum esse definiit calliditatem, fallaciam, machinationem ad circumueniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibitam.

Ex quo Seruius optimè, sed ex Aquillio, machinationem esse quandam alterius decipiendi caussa, cum aliud agitur, aliud simulatur. Aquillius enim, cum ex eo quæreretur, quid esset dolus malus, respondit, cum est aliud simulatum, aliud actum: quod est apud Cic. 3. de nat. Deorum lib. & 3. de off. lib. docentem in Topicis contrariam esse bonæ fidei: iure, vt notet Festus, doli nomen à veteribus in bonis etiam rebus vsurpatum, cum in malis tantum nunc vsurpetur; bonus enim v.g. est dolus, cum à medicis æger fallitur, non tamen decipitur, vt ex Lucr. Don. in Eunuch. tradit; quare adhuc dicere solemus, sine dolo malo, quia nimirum dici solebat, & bonus. lege Vlp. de dolo malo l. 1.

Sanctus Paul. 2. ad Cor. 12. vel ironicè loquutus est dicens, cum essem astutus, dolo vos cœpi, vel dolum bonum intelligit: nam alioqui nullus est sacri contextus locus, in quo dolus in bonam partem sumatur.

Ridendum verò Etymon Donati puto, qui ad Eunuch. Ter. act. 3. sc. 3. dolum scripsit à dolando, hoc est, à lædendo appellatum; siue minuendo, cum manifestè Græca sit vox in Latinam traducta linguam: probanda est magis ἀπάτης etymologia ab ἀ particula priuante, & nomine πάτος, quæ trita est via, quasi ἀπάτη sit deductio de via, & ἀπατᾶν de via deducere; nam metaphoram continet verbi Latini metaphoræ similem: Seduco est enim quasi seorsum duco: nec omnino illa est repudianda, ab ἄτη vel ἀτάω quod significat lædere, & nocere, quæ tamen videtur esse minus vera.

Hebræa est phrasis ad honestè significandum viri cum muliere, & contra, congressum vel verbo cognoscere. Vt mille patet sacrorum Bibliorum locis: vsi sunt & Græcè scribens S. Lucas cap. 1. & S. Matth. cap. item 1. de hoc nihil mirum, qui & Hebræus erat, & Hebraicè, vt volunt, scripsit: de illo mirum, qui Græcè non ineleganter scripsit, cum nullum, quod sciam, huiusmodi loquendi extet exemplum, in classicis auctoribus Græcis præter vnum Plutarchum, cuius duos, vel tres loco proferam, vt statuant politi, & docti homines, Græcum ne hoc fuerit genus dicendi, an aliundè accersitum: Ego enim propterea ἐπέχω: quoniam, vt dixi, in bonis antiquis scriptoribus non lego.

Sic igitur in Eumene Plut. non longe à principio: Barsinem enim Artabazi filiam primum in Asia cognouit Alexander, ex qua filium sustulit Herculem C in Alexandro, neque harum vllam tetigit fœminarum, neque aliam vllam cognouit antè nuptias præter Barsinem. D In Pomp. quæ verò pellices Mithridatis adductæ fuerunt, earum nullam cognouit, sed omnes parentibus remisit. E Nec vllus est Latinus, nisi fallor, qui ita loquatur, si Ouidium demas ita scribentem epist. 6. Heroid.

Turpiter illa virum cognouit adultera virgo.

De ratione dotis post diuortium Cicer. locus in Top. enucleatus ex Vlp. & aliis I. C. quæ item apud eosdem actio ingrati.

CAPVT IV.



Vo loco in Topicis docet argumenta Cicer. ab antecedentibus & consequentibus duci, proponit hæc exempla. Si viri culpa factum est diuortium, & si nuncium remisit, tamen pro Liberis manere nihil oportet. Si mulier, cum fuisset nupta cum eo, cui conubij ius non esset, nuncium remisit: quoniam qui nati sunt patrem non sequuntur, pro Liberis manere nihil oportet. Vbi satis significat, si diuortium culpa mulieris fiat propter Liberos, qui patrem sequuntur, aliquid manere, hoc est, à marito retineri ex dote.

Hoc quid sit ex his Vlp. verbis intelligitur: propter Liberos retentio fit, si culpa mulieris, aut patris, cuius in potestate est, diuortium factum sit: tunc singulorum Liberorum nomine sextæ retinentur ex dote, non plures tamen, quàm sex: sextæ in retentione sunt, non in petitione: Ergò vbi culpa mulieris dissolutum erat matrimonium, maritus Liberorum nomine, quos educabat, ad summum dimidiam partem retinebat dotis, hoc est, tres sextas, si tres essent Liberi, neque plus retinebat, si plures essent.

Tametsi

Tametsi ipse Iustin. retentionem in sua constitutione ob liberos taceat, Cum ipse naturalis stimulus parentes ad liberorum suorum educationem hortetur, ne varium culpæ genus mariti contra vxores excogitent, vt possint eadem retentione contra eas vti, cum iam & imperialibus constitutionibus statutum sit, si culpa mu-
D lierum dissolutum matrimonium fuerit, quid fieri oporteat: & hic coniunctim est quod ait de liberis, & culpa mulieris. ratio. quia minus tunc propter liberos retinebatur, quòd propter mores alia simul erat retentio: tantum verò propter culpam mulieris posteriores constitutiones marito tribuerunt ex dote, vt non existimauerit Iustinianus propter liberos præterea cumuladum aliquid esse.

E Honorius & Theodosius II. Impp. cum agerent de diuortiis, hanc suæ constitutioni postremam clausulam adiecerunt super retentionibus dotium, propter liberos, iuris antiqui præcepimus cauta seruari. l. vlt. C. de repud. loquuntur s. de ea retentione propter liberos, quæ coniungebatur cum retentione propter mores, hoc est, propter diuortium factum culpa mulieris, quam seruari Iustinianus vetuit.

Notandum hanc secundam fuisse retentionem s. propter mores, & liberos, de qua Cice-
F ro loco allato est loquutus: Hoc vt intelligatur, dicendum triplicem olim fuisse retentionem: nam vna propter mores tantum, altera propter mores, & liberos; tertia propter liberos tantum; quæ tamen haud satis commodè vel in Vlpiani fragmentis distinguuntur, vel in Iustin. constitutione l. vlt. C. de pact. conuent. quæ inter omnes constitutiones est longissima, & abrogat leges veteris iuris, quo retentiones dotis concedebantur propter mores, & liberos, propter res donatas, propter res amotas, propter impensas.

G Quæ etiam caussæ in fragmentis, siue titulis Vlpian. enumerantur, propter quas maritus dotem, aut aliquid ex dote retinere poterat, quod tamen Ius vetus confirmasse videtur Iul. Honor. & Theod. II. vt constat Cod. Theod. de dotibus, & de repud. qui tamen Iustin. leges antiquas, quibus compensatio propter res ab vxore amotas conuento de dote marito tribuitur, suo Codici adscripsit l. sexta C. de compensationibus cuiusmodi in pandectis leguntur Marciani, Papiniani, ac Pauli.

H Ergo retentionem propter mores fuisse, dico, cum propter malos vxoris mores diuortium fiebat: & hoc quidem vetus de moribus iudicium per legem vlt. C. de repud. Iustinianus sustulit ante biennium, quam nouam hanc constitutionem edidisset l. vltima. C. de pact. Conuent.

Ex eo itaque tempore illud erat consequens, vt fieret, quod iam fit, hoc est, vt tolleretur ea retentio, quæ tale iudicium propter mores consequebatur: sed qualis ea tandem erat? morum I
nomine, inquit Vlpianus, grauiorum quidem, sextæ retinentur: leuiorum octaua, vt Francisco Balduino legi placet 1. libro Iustin. sui, vt paulò ante, sexta, cum vulgo sextæ, & octauæ sit: addit Vlpian. grauiores mores esse adulteria tantum: leuiores omnes reliquos.

Quid igitur cum nullam propter mores retentionem dotis vult esse Iustinianus, an marito propter talem caussam nihil tribuit? apage. Immò verò ait se tollere hanc retentionem propter mores, quia ex aliis constitutionibus præsidium aliud est introductum. quodnam? Theodosij lex est, maritum, qui ex iusta caussa, qua- K
les illa caussas notat, atq; imprimis adulterium mulieris, vxorem dimittit, posse dotem retinere, vel vindicare.

Ecce tibi quo modo eius vi legis non modo partem dotis, sed etiam integram, neque propter adulterium tantum, sed etiam propter alios malos mores vxores vir lucratur. Nam & ex Constitutione Iustiniani d. l. vltima. C. de repud. si indotata erat talis mulier, quartam bonorum eius partem petere vir potest, quam retineat.

Ex quo facile potest intelligi, quo modo id L
quod ait Papin. debeamus accipere, lucrum ex dote retineri diremto culpa mulieris matrimonio. l. 11. §. 3. ad l. Iul. de adult. & quod rescripsit Diocletianus tunc dotem penes maritum remanere, l. 24. C. de iure dot. si tamen viri lenocinio mulier adulterata fuerit, nihil ex dote retinebit vir, vt ait Scæuola l. quadragesima septima sol. matrimon.

De secunda retentione iam dictum. Tertia M
retentio est propter liberos tantum, vbi non culpa mulieris, sed morte eius dissoluitur matrimonium superstitibus liberis: nam si liberi non essent, constat totam dotem profectitiam ad patrem mulieris filiæ fam. qui dedit, redire: quo modo accipiendæ sunt leges illæ, quæ in Cod. & Pand. confusè aiunt mortua filia dotem patri reddi l. 6. de iure dot. l. 7. §. vlt. de pact. dotal. l. 17. ad s. C. Macedon. l. 71. de euict. l. vltima rem rat. hab. lege 4. C. sol. matrim. lege 13. C. de neg. gest.

Actio quædam erat ingrati ante Iustin. tem- N
pora ad reuocandam donationem, vt apparet ex l. 7. & 9. Cod. de reuoc. donat. propriè tamen, & simpliciter de impio loquuntur, non de ingrato: neque satis constat de caussa, propter quam ingratus hic esse iudicaretur.

Philosophi ingratum dicerent eum, qui nihil rependit donatori: Iurisconsulti verò etiam si ex honestate naturali cum philosophis interdum dicant aliquam esse obligationem πρὸς ἀντίδωρον l. 25. §. 8. de petit. hered. ingratum non iudicarent, qui huiusmodi neglexisset remunerationis officium, sed eum tantum qui malè ei reponit, à quo beneficio est affectus.

Cum autem hæc deſcriptio, & quæſtio prope
ſit infinita, vt præclarè Seneca demonſtrat libris
de beneficiis. Iuſtinus certam expreſſit ſpeciem
atrocis, ſi ita licet loqui, ingratitudinis, cuius
cauſſa reuocatur donatio: & huius conſtitutio-
nis ſuę meminit inſtitut. de donationibus quod
autem hic prætermiſit, in ſua lege expreſſit, quæ
eſt vltima C. de reuoc. donat. illuſtrans ius anti-
quum. Quod ſi donator hoc ſuum ius tacitè ve-
luti remiſerit, ſicuti actio iniuriarum diſsimula-
tione tolli dicitur, ſic & illud intercidere, vt ad
donatoris heredem non tranſeat: nam neq; he-
redi gratiam, quæ donatori deberi dicitur, aut
officium remunerationis dicerent Philoſophi
deberi.

P Redeo ad Senecam, qui initio lib.3. de benef.
multa eſſe genera ingratorum docet, vt furum,
homicidarum, quorum vna culpa eſt, ceterum
in partibus varietas magna. Ingratus eſt, qui be-
neficium accepiſſe ſe negat, quod accepit. Ingra-
tus eſt, qui diſsimulat. Ingratus, qui non reddit.
Ingratiſsimus omnium, qui oblitus eſt. illi enim
ſi non ſoluunt, tamen debent, & extat apud illos
veſtigium meritorū intra malam conſcientiam
concluſorum, & aliquando ad referendam gra-
tiam conuerti ex aliqua cauſſa poſſunt, &c. Hic
nunquam fieri gratus poteſt, cui totum benefi-
cium elapſum eſt.

Q Egregia illuſtrat comparatione. Vitioſi oculi
ſunt, qui lucem reformidant; cæci, qui non vi-
dent. & parentes ſuos non amare, impietas eſt;
non agnoſcere inſania.

Et initio lib.1. & lib.2. cap.2. & cap.6. & paſsim
aliis libris autores eſſe ingratitudinis, qui bene-
ficium conferunt difficultate, ſiue tarditate con-
ferendi probat. properet licet, ſerò beneficium
R dedit, qui roganti dedit. mox. Illud beneficium
iucundum, victurumq; in animo ſcias, quod ob-
uiam venit: ſi non contingit præuenire, plura ro-
gantis verba intercidamus, ne rogati videamur.

Et cap.16. lib.5. grauiſsimum eſſe crimen, vnde
alia manent, hoc ſermone tradit. Erunt homici-
dæ, tyranni, fures, adulteri, raptores, ſacrilegi,
proditores; infra iſta omnia ingratus eſt, niſi quod
omnia iſta ab ingrato animo ſunt, ſine quo vix
vllum magnum facinus accreuit. Hoc tu caue
tanquam maximum crimen, ne admittas: igno-
ſce tanquam leuiſsimo, ſi admiſſum eſt. In iure
autem non fuiſſe ingrati actionem indicat cap.
6. lib.3. & cap.7.

S Quod autem c.6. ſcribit excepta Macedonum
gente nullam eſſe datam aduerſus ingratum a-
ctionem, falſum oſtendo aliarum exemplis na-
tionum, vt Perſarum, quod lib.1. Cyri Pæd. Xen.
Stob. ſerm.42. ac Themiſtius lib. de amicitia nar-
rant. Athenienſium, quod affirmant in eorum
Repub. Ariſtoteles. Pollux. lib.8. Luc. in abdica-
to, & poſterius. Ingrati filij perdunt iura paren-
rum, auth. de nupt. & exheredatio in pœnam in-
gratitudinis inducta ſpec. de feud.

Familiæ notio olim quam varia eti-am ſub Chriſtianis Imperatoribus.

CAPVT V.

CASCVM erat verbum famul, quo a- A
pud Nonium vtitur Ennius. Morta-
le ſummum fortuna repente reddi-
dit, ſummo regno famul vt optimus
eſſet: ſignificabatque ſeruum: inde famulus lati-
num, & famulari, ac familia. Itaq; propriè de ſer-
uis, ea origine vocabuli familiæ vſurpandæ vox
fuerat, ſed vſus obtinuit, vt propriè ad liberos
homines deriuaretur. & certè pro cœtu famulo-
rum, ſiue ſeruorum familiæ nomen accipitur ff.
de iuris om. iu. l. ſi familia.

Iure igitur Vlp. l.195. ff. de verb. ſignif. patrum
familiæ appellatione liberi quoq; continentur,
quare Actio, & Pacuuio apud Non. famulitas pro
ſeruitute dicitur, ſic à famulando, i. ſeruiendo di-
cta familia, cum Feſtus appellatione familiæ in
liberis hominibus prius dictam exiſtimet, dein-
de eo nomine famulos etiam cœptos appellari,
mutata i litera in u, cui omnes aduerſantur I. C.

Quamobrem Caius ad ed. prou. lib.16. cum B
vox hęc à famulando ducta non videretur ſigni-
ficare, ſiue, vt cum I. C. loquar, nō videretur eius
appellatione dominium continere, dixit familię
appellatione & ipſe princeps familię continetur.
& Vlp. ad ed. li.46. pater autē familias appellatur,
qui in domo dominium habet. & idem Vlp. li.6.
familiæ appellatione liberi quoq; continentur.

Neque vſurpatur vox hæc tantum de iis, qui
vnius ſunt domus, vel cognationis, ſed etiam de C
cœtu multorum eiuſdem ſtudij, & officij, ita Ci-
cero pro P. Sulla, & in Catil. familiam dixit gla-
diatorum. lib.2. de diuin. familiam Peripatetico-
rum. & Varro li.1. de re ruſt. cap.16. familiam ſer-
uorum, ſiue operarum, familiares ſeruos appel-
lauerunt maiores, vt ait Macr. lib.1. Saturn. c.11. &
Seneca pulcherrimis verbis exprimit epiſt.17.

Qui autem numerus familiam conſtituat, his
verbis Vlp. eod. ll.6. indicat, vnicus ſeruus fami-
liæ appellatione nō continetur: nec duo quidem
familiam faciunt: hinc enim colligitur, tres ſal-
tem requiri ad eam conſtituendam; ſanè & ipſe
Cicer. pro A. Cæcinna, quid enim facilius eſt, in-
quit, quam probare iis, qui latinè ſciunt, in vno D
ſeruulo familiæ nōmen valere?

Latinè igitur neſciuit Baldus, cui viſum l. iu-
bemus §. ſin autem, C. ad Treb. eam ſanctionem,
quæ his fuerit concepta verbis, qui cum familia
acceſſerit, comprehendi illum, qui cum vnico
ſeruo accedat, ſi eum ſolum habuerit. Et Io. Ba-
ptiſta Caſtel. ad Alberici diction. Vno tantum fa-
miliam conſtitui probat textu l.1. §. familiæ autē,
ff. de vi, & vi arm. quo de re argumento conſule
Albericum hunc ver. familia congerentē multa.
S. Iſid. anguſtius li.9. orig. c.4. familiam eſſe do- E
cuit liberos ex liberis legib. ſuſceptos, à femore.

In rea

In res porrò, & in perſonas deduci familiæ no-
tionem Vlp. & Paulus egregiè docuerunt omnes
eius notiones diligenter expiſcati, quas per te le-
ges libro 46. ad edictum, addens ingeniosam, &
grauem Aleiati de verb. ſignif. l. 195. explanatio-
nem.

Iuſtin. breuius, ſed confuſè, niſi fallor, l. vlt. C.
de verb. ſign. ait, parentes, & liberos, omnesque
propinquos, & ſubſtantiam, liberos etiam, & pa-
tronos, nec non ſeruos per hanc appellationem
ſignificari. Sic reſpondit aduocatis Illyricianis,
F qui videbantur proprie conſuluiſſe, cum familię
aliquid eſſet relictum, legatumue, familię nomi-
ne qui eſſent accipiendi, & reſpondit, non ſolum
propinquos, ſed etiam his deficientibus, gene-
rum, & nurum diſſoluta alioqui affinitate, & po-
ſtea libertos vocari. Ius certè nouum, & libera-
le videtur, quod ad generum, & nurum atti-
net: quid enim illi, affines alioqui, ad familiam?
nihil.

Idem nouella 159. cum eſt ſermo de rebus, quę
extra familiam prohibentur alienari, vxorem
familiæ adſcribit, ſponſam etiam: itaq; ſi nurum
G in propoſita ſpecie, vt I.C. dicunt adſcribit fami-
liæ ſoceri, multò magis vxorem familiæ mariti
adſcribere intelligetur: & verò apud Agell. lib. 13.
cap. 10. Labeo ait, mulierem nubendo tranſire in
familiam mariti, cum ſcribit ſororem dictam,
quaſi ſeorſum naſcentem, & ſeparandam ab ea
domo, in qua naſcitur, quia in aliam familiam
tranſgreditur. Quo modo & nurus in filij mei,
mariti ſui familiam tranſit, & vt vxor ſit nurus,
hac quoq; ratione accedit ad nomen meum.

Magis mirum, quod & generum diſſoluta af-
H finitate non putat eſſe alienum à familia ſoceri
Iuſtin. Ademit, inquit, Cicero pro Pub. Sextio
non longe à principio, Albino ſoceri nomen
mors filiæ, ſed caritati illius neceſsitudinis, be-
neuolentiæq; non ademit: & præteritę affinitatis
tamen memoriam valere Iuſtin. voluit; & Papin.
emancipatos liberos familiæ appellatione hic
dixit contineri l. 69. §. vlt. de legat. lib. 2. Nam etſi
ciuiliter familiam mutarent, tamen nomen pro-
pterea non mutant: & libertos idem l. cum pater
§. fidei. de legat. lib. 2.

Et verò liberti olim patronorum ſuorum, à
I quibus manumiſsi erant, nomina accipiebant,
ſicuti adoptati eorum, à quibus adoptabantur.
at I.C. nominis rationem in primis videntur ha-
buiſſe, cum de familia quæritur in propoſita
quæſtione. Itaque & illas tanquam ſimiles for-
mulas coniungunt, ne res extra familiam alie-
K netur, ne de nomine exeat, in authen. de teſt. fi-
dei com. Iuſtin. ſanxit in prohibitione alienatio-
nis heredi facta, vt res in familia perpetuo rema-
neant; vltra quartum gradum deſcendentium
prohibitionem non extendi.

Quamquam autem: vt primus in familia, pa-
ter familias dicatur, & prima, mater familias, li-
beri tamen non cenſemur in matrum eſſe fami-
lia: qui naſcuntur, vt ait Caius libro 16. ad ed.
prou. patris, non matris familiam ſequuntur: le-
gitimam intellige prolem: quoniam illegitimi,
ſpurij, & id genus, ventrem cum ſequuntur, in L
matris eſſe familia cenſebuntur: quare legitimi
filij patre ignobili nati, nobili matre, nobiles
non erunt.

Diuerſum quiddam olim apud Ilienſes fuit,
Delphos, & Ponticos, de quo Alc. de verb. ſignif.
ad l. 196.

Pythagoreus Callicratidas libro de famil. feli-
citate à Stobæo citatus ſermone ſuo œconomi-
co, qui eſt 83. conſtituto, familiam ex earum eſ- M
ſe rerum genere, quæ ex contrariis quibuſdam,
& diſsimilibus conſtat, & vnum aliquod opti-
mum, atque ad communem vtilitatem refer-
tur, quibus partibus conficiatur, ita deſcribit
Doricè loquens poſt petitum è choro, ac naui
exemplum: ſanè aptiſsimè adiungit, & in pri-
ma parte, quæ apparatus latinè poteſt appellari,
explicanda multus eſt, ſed non ita multus, vt
non eruditus, & prudens: & ego ſi multus ſim,
veniam merebor tam prudenti repetenda par-
titione.

Primum genus ita declarat, ac partitur: nu- N
merat etiam in familia amicos, qui mihi ta-
men extra familiæ videntur limites continen-
di.

Altera pars ſequitur poſſeſsio. ſeruos enim
hic cum omittat, ſub altero poſſeſsionis mem-
bro complectitur. Sic domus, ſiue familia, quæ
cœtus eſt cognationis diſsimilibus ſui partibus
conſiſtit, & velut ad vnum optimum ad patrem
familias refertur, & concordiam tanquam com-
mune bonum ſpectat: A &, vt vno verbo dicam, O
vniuerſa familia pſalterij inſtar tribus his indi-
get, apparatu, concinnitate, & quodam veluti
contactu, & vſu muſico. B

Et apparatus quidem omnium ipſius par-
tium eſt conſtructio, quibus ipſum totum, &
vniuerſa cognati cœtus abſoluitur conſtitutio:
eius verò primæ, & ſummæ ſunt partes duæ, ho-
mo videlicet, ac poſſeſsio, quæ regitur, quæ ſui
præbet vſum: C quemadmodum ipſius anima-
lis partes duæ ſunt primæ, & maximæ, anima,
& corpus: illa quidem tegens, vtensque, hoc ve- P
rò adminiſtratum, & vſurpatum: & vita quidem
adſciticium eſt humanarum actionum inſtru-
mentum: corpus vero natiuum, & cognatum a-
nimæ. D

Hominum porrò familiam efficientium alij
ſunt cognati, alij affines: cognati, qui ex eodem
prognati ſunt ſanguine, vel ab iiſdem primis pa-
rentibus originem ducunt: affines cognati ſunt
adſcititij, qui ſ. principium habent ſuum ex nu-
ptiarum coniunctione: atque iſti ſanè aut paren- Q
tes ſunt, aut patres, aut aui materni, vel paterni,
ſiue aliud quidpiam ei, qui per nuptias nobis eſt
coniunctus. E

Poſſeſ-

Possessio verò quædam est necessaria, quæ ad vsus requiritur vitæ: quædam liberalis, quæ hominem exornat,& oblectat,sic vt aliis non egeat: Tertia quædam liberalem ornatú, & ingenuam excedens oblectationem, iniuriæ, atque exitij mortalium radix. F mox reuertitur ad prius membrum. G

An furore Poëta fiat, & quo: Praeclarus in Aristotele locus enucleatus.

CAPVT VI.

A NAM miranda canunt, sed non credenda, poëtæ. credendum ne putabimus ex eorum esse numero, quæ de eo furore ipsi canunt,quo impelluntur, vt admiremur, nec credamus? certè Ouid.6. fast.ita.

Est Deus in nobis, agitante calescimus illo,
Impetus hic sacra semina mentis habet.

Et 3.de arte am.

Est Deus in nobis, sunt & commercia cœli,
Sedibus æthereis spiritus ille venit.

Et eleg.4.ad Ruf.lib.3.de ponto.

Ista Dei vox est, Deus est in pectore nostro.
Hoc duce prædico, vaticinorq; Deo.

B Et Iuuen. Sat.7.obscurius hoc indicat.

Quis locus ingenio? nisi cum se carmine solo
Vexant, & dominis Cyrrhæ, Nysæq; feruntur
Pectora nostra duas non admittentia curas.

Ita Faustus poëta Christianus.

Cui tantum natura fauet, cui spiritus ingens,
Cui furor æthereæ missus ab arce venit.

Ac ne suam ipsos agentes caussam mendacia fingere suspicemur, suo illos adiuuant celeberrimi philosophi testimonio Plato,& Arist.ille quidem sæpissimè furere poëtas repetit. In Phædro duas furoris esse decernit formas, cum amorem quendam esse furorem vult confirmare: Alteram, cuius & origo sit, & caussa, morbus: Alteram,cuius auctor diuina alienatio,quę extra vsitatam vitę rationem,& supra hominis rapiat naturam, sic vt in Deum transeatur, & sub ista collocat Poëticam: primamque insaniam vocat, secundam diuinum furorem, qui est illustratio quædam animæ, quæ rationis est particeps, cuius ope Deus ipsam ad inferna delapsam trahit ad superna.

Istius verò diuinę alienationis partes quatuor sunt, quibus Dij quatuor præsunt. Vaticinatio, cui præsidet Apollo: Mysteria, quibus Bacchus: Poëtica, cui Musæ: Amatorius furor, omnium optima, cui Venus. His quatuor est communis mentis concitatio. Vide vt Marsil. exponat in argum. illius dialogi, vt in Ione, vbi Plato apertius tribus indiciis demonstrat Poëticam diuinitus contingere, & diuino addisci furore.

D Primum est,quòd reliquæ facultates,& scientiæ, quoniam nullius diuini furoris vi contingunt, non nisi longa temporis diuturnitate addiscuntur: Poëtę verò omnium disciplinarum in suis Poëmatibus semina,& argumenta inserunt, quas omnes ἐκ τῶν ἀδυνάτων est didicisse. Signum igitur instinctu illos, ac furore diuino poëtas fieri.

Alterum est, quoniam hoc furore acti poëtæ admirabilia canunt plurima, quæ postquam illius furoris impetus resedit, minimè intelligunt in sui ipsorum admirationem conuersi.

Tertium est, quòd non esse eos meliores Poëtas asserat, qui aut prudentia magis valeant, aut subtilitate ingenij, & qui à teneris, vt aiunt, vnguiculis studio se dediderint literarum, sed qui sponte sua, ac repente tales euaserunt: qualem commemorat Tynichum Chalcidensem, qui E hymnum nescioquem in Apollinem cecinit omnium cantilenarum pulcherrimum: sanè musis inspirantibus: quod & accidisse Hesiodo, atque Epimenidi priscis historiarum monumentis est traditum: hi enim Pastores imperiti, ac rudes ex somno excitati, sunt poëtæ singulares effecti.

Poëticam sanè, & somnum in ea sitam esse animi facultate, quæ φαντασία dicitur, putarunt multi: hæc autem facultas non verum spectat, sed id, quod ipsi per nos possumus effingere: ita nescio quis apud Plutarchum Erot. & non, vt quidam dicunt, visa poëtarú ob efficacitatem somnia vigilantium sunt, de visis somniantium est verum.

Itaq; lib.2. Pausan. id est, in Corinth. inter se duo hæc affinia esse tradit musas, & somnum exemplo Ardali Vulcani filij, à quo musæ Ardalides, probans,& Trœzeniorum. Nam ad aram ab Ardalo dicatam musis, & somno sacra faciunt maximè amicum musis præ cæteris Diis somnum ipsum censentes. G

Et verò Synesius primas fabulas ab insomniis consentit ortas: & li.9. idem Paus. hoc est in Bœoticis, pastor quidam, inquit, meridie fessus recubuit ad Orphei sepulcrum; quem cum somnus oppressisset, Orphei versus magna ac dulci voce dormiens decantare cœpit. Qui paulo ante scripserat anum quandam Pindari consanguineam eius canticis assuetam concinendis, cum aliquando dormiret, visam sibi per quietem videre, atque audire Pindarum hymnum de Proserpina canentem: mox expergefactam conscripsisse illum hymnum, &c. imò verò hoc ipsi Pindaro initium fuisse carminum pangendorum idem ibidem narrat: cum enim adhuc puer Thespias æstate proficisceretur fatigatus æstu à via declinans somno sese dedit: aduolarunt apes ad eius dormientis labra,& melle delibuta reliquerunt. & huc refertur quod olim dici solitum, qui somniarent Parnasum montem fieri poëtas A. Persius.

Et in bicipiti somniasse Parnaso,
Memini, vt repente sic poëta prodirem,

Vr & Iuliannslib.3.epigr. cum præsertim ad ani-
mi diuinitatem veteres somnia multa referrent:
vt de myst. Aegypt. docet Iamblicus furore poë-
tæ agi diuino feruntur. Nam & Homerum non
arte, sed cœlesti qnadam, ac diuina vi carmina
scripsisse probare conatur, vt in vita Homer. Dio
ex Democrito. Homerus, inquit, naturam sorti-
tus, quę multum in re habebat diuini, ornamen-
H rum construxit variorum carminum. Neq; enim
absq; diuina natura poterat tam bona, & sapien-
tia carmina pangere: *A* & extremo sexto Strom.
lib. Clem. Alex. tamen Platonem citat, ac Demo-
critum aientes poëticam rem esse leuem, & sa-
cram tamen, sine poëtam potius: ipse verò quæ-
cunqne, inquit, Dei afflatu, & sacro spiritu in-
stinctus poëta scripserit, esse vaide pulcra; quod
tamen irridet, vt mihi videtur, imo & poëtæ in-
terpretem ac talem esse Iouem, non propriè poë-
tani meo qnidem indicio penè sophisticè; nam
cnm neque arte, neqne casu interpretetur Io, er-
go afflatu diuino interpretatur.

Confirmat hoc ipsum alrero signo, Musarum
videlicet ineptissimis qnibnsdam hominibus
spiritum poëticum immittentium, nempe, vt in-
telligamus non philosophorum inuentum esse
Poësim, sed Dei mnnus, ac donum: vt quod re-
petit in Phædro, vbi neminem quantumuis li-
cet diligentissimum, ac eruditissimum fieri poë-
I tam scribit posse, nisi hoc spiritu, & furore inci-
tatum: atque ideo in Ione Poëtas nominat Deo-
rum interpretes: Ex quo deinde in Poëtica dixit
Horatius.

Siluestres homines facer, interpresq; Deorum
Cædibus, & victu fædo deterruit Orpheus.

Et 2. de Rep. Deorum filios, in Lyside sapientiæ
patres, ac duces. In Menone item eos, qui ordi-
nanda, & regenda Repnb. præstant, homines di-
xit poëticos, eandem ob caussam, vt in Cratylo
præ cæteris adcuudos esse præcipit in vera no-
minum inpositione poëtas, quasi diuinos, vt mi-
nus iam mirandum sit cur Homer. Vlix. 8. omni
veneratione, & culru dignos esse prædicarit can-
tores, & poëtas; sic enim latine canit ex Simone
Lemnio.

Namq; homines inter fas est laudare poëtas,
K *Cantoresq; vna, & semper reuerenter habere:*
Ante alios siquidem claresiunt arte doceri
Quin illos suaues docuerunt carmine musæ,
Musæ semper amant cantores, atque poëtas. B

Hinc Cic. lib. epist. 2. ad Q. Fr. epist. 9. ex antiquis
μουσοπαταγεῖς siue μουσοπατάκτους: quasi à Musis per-
cussos nominauit Poëtas vt Plut. de Mor. virtute.
Et Luc. de sacrificiis μουσολήπτους, hoc est, à Musis
correptos: Dici & iure possunt μουσομανεῖς, hoc est,
musico furore actij, sic enim Plato in Phœdio
docens occupationem esse qnandam & furo-
rem ex Musis, qni animum capiat, ex quo & fu-
rat in cantando, & pangẽdo versu: indicans huic
Apollinis, & Musarum furori affinem esse Bac-
chicum furorem, C quare Hor. od. 25. li. 3. cecinit.

Quo me Bacche rapis tui
Plenum? quæ nemora, aut quos agor in specus L
Velox mente noua, quibus
Antris egregij Cæsaris audiar
Æternum meditans decus
Stellis inserere, & consilio Iouis?

Deinde adiunxit ἔνθεον illud poëticum, & Bac-
chicum

Nil paruum, & humili modo
Nil mortale loquar,

Sic & Recitatores, ῥαψῳδοὺς in Ione Deo plenos
esse voinit, Deoque impellente dnci, non secus,
atque Catenati anuli trahi magnete solent: nam
primum ipse monet vsque ad extremum: extre-
mus annlus, inquit, est interpres, ac recitator,
primns ipse Deus tanqnam magnes, qui afflat,
Medins Poëta.

De Poëtico, & aliis furoribus lege Ioan. F. Pi- M
cum 4. de rerum prænot. lib. cap. 6. & 7. Aristot.
item 3. Rhet. libro à Platone non dissentit, enm 3.
cap. dinini nnminis plenam rem esse poësim do-
cet, eique maximè conuenire vi verborum per-
mouere animos, & nescio qnid habere Poëticnm
Oratores cum hoc pondere, & maiestate verbo-
rum, & affectibus vehementioribus concitandis
præstant. Talia furore, inquit, inflãmati dicunt,
vt Sigonius cinis meus conuertit, quo etiam ni-
mirum modo affecti recipiunt. itaq; ad poësim
accommodata sunt, qnia poësis diuini nnminis
plena est: *D* quæ item caussa, cur in Ione Plato
Corybantibus, qni furentes saltant, assimilet
Poëtas.

Idem Aristot. in Poët. eam facnltatem esse tra-
dit, ἢ εὐφυοῦς, ἢ μανικοῦ, id est, generosi spiritus, siue
bene affecti, aut furiosi. Quanquam mox hunc
locum diligenter expendemns.

Subscribit Cic. 1. lib. Tuscul. qnæst. Mihi verò N
ne hæc notiora qnidem, & illnstriora carere vi
diuina videntur, vt ego aut poëtam grane, ple-
nnmque carmen cœlesti aliqno mentis instinctu
pntem fundere, aut eloqnentiam sine maiore
qnadam vi fluere abundantem sonantibns ver-
bis, vberibusqne sententiis? philosophia verò
omnium mater artinm, quid est alind, nisi, vt
Plato ait, donnm; vt ego, innentum Deorum?
idem or. pro Arch. Poëta. Atqui sic à summis ho-
minibus, eruditissimisq; accepimus, cæterarum
rerum studia & doctrina, & præceptis, & arte
constare; Poëtam natura ipsa valere, & mentis
viribus excitari, & quasi dinino qnodam spiritu
afflari.

In Dantem Landinns Apologia sna, plenos
esse Deo poëtas his argumentis confirmat. Pri- O
mum quod contra aliorum morem scriptorum
diuinam opem suorum poëmatnm initiis im-
plorant; quoniam diuinam esse rem, & Dei im-
pulsu conflatam poëma agnoscũt: in qnam sen-
tentiam Democritum, Ciceronem, &, si superis
placet, Origenem citat.

Deinde arcanas res, & ab hominnm notitia

secre-

secretas, quæ nos mysteria nuucupamus, iam inde à principio voluit à poëtis explicari Deus: nam & Moses carmina scripsit, & historiæ Iobi auctor, siue Moses, siue alius quispiam: quin etiam Sibyllæ Deo plenæ aut semper, aut ferè carminibus res futuras prædixerunt.

Accedit tertio similitudo & quasi cognatio inter Poëtas, & Prophetas, quibus commune est Vatis nomen, & ipse Apostol. S. Paulus Tito scribens cap. 1. Epimenidem poëtam Cretensem vocat Prophetam. Vates autem à vi mentis appellatus.

P Imò & quod nomen est proprium Dei, significat peculiariter carmine paugentem, quem Poëtam dicimus Græca voce, latina carêtes, Dei enim est nouum facere ex iis, quę non extabant, id est, creare: quia ex non subiecto, hoc est, ex nihilo, aliquid facit: quare summus Poëta Deus: mundus eius est Poëma in numero, poudere, & mensura factus, vt habetur Sap. 11.

Ad hoc effectionis genus propius cæteris accedit Poëta, non quod ex nihilo poëma efficiat, sed quasi ex nihilo: fingit enim quod non est, & propior est Procreatori, quàm Effectori, vt Poëma creationi, quam factioni sequens numerum pedum, mensuram syllabarum breuium, productarum: pondus verborum, & sententiarum. quare est mensuratè dicere.

Q Sic Isocr. in Panegyr. de λογογράφοις λέγει, vsurpat, de poëtis ποιεῖν. & alij: quamuis Cicero facere verba 2. de Orat. lib. & alias, oratorem scribat. quis enim eorum, inquit, Isocrat. qui polleut faciendo, hoc est, pangendis carminibus, vel dicendo valent, & nescio quo felicissimo commẽto nunc etiam franci Poëtam patria lingua factistam dicunt, qua voce nulla melius Græcam potuit & excipere, & exprimere analogiam, vt Scaliger inquit 4. lib. de cau. ling. lat. cap. 88.

Hinc Plut. lib. de audiendis Poëtis eadem tradit facere poëtas, quæ philosophi: sed hos res, quæ sunt, facere: illos fingere, quæ non sunt. Quamquam alia est Lact. Firm. lib. 1. cap. 11. sententia, officium poëtæ in eo esse aieutis, vt ea, quæ gesta sunt verè in aliquas species obliquis figurationibus cum decore aliquo conuersa ducat.

Hoc autem verbum de procreatione rerum, & conseruatione, vt hoc obiter moneam, differens Arist. in locis aliquot Deo attribuit: vt iure R Scaliger, non modo subtilis, & doctus, sed pius etiam, id est, Christiane philosophus, ex hoc demonstret Aristoteli Deum esse caussam mundi efficientem, non modo finem: Lege tu exercit. eius aduersus Card. 61. n. 3 & 165. n. 4.

Atq; hinc vulgo putatur sub Apollinis, & Musarum tutela poëtas esse: Apollinis verò nomine Deus opt. max. intelligitur, qui vnus est, nõ plures: ideoq; dicitur à priuatione multitudinis; atque ad solem vnum, qui symbolum est Dei, omnia illius nomina traduxit Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 17. & sequent. Musæ nouem referunt Angelorum choros, vt Christiane loquimur.

Vero fortasse fuerit similius existimare Apollinis nomine significari primum, quod appellaut mobile, musarum autem globos, siue sphæras subiectas, vnde omnis, vt philosophicè loquar, influxus in hæc ima dimanat; nam quòd propterea Phœbum nuncupari homines poëtici volunt, quia retorquet, ac reflectit lucem suam ad Empyreum, sauè poëticum est, & commentum, nisi fallor.

Tandem Aristoteli iidem sunt poëtæ, ac Theologi qui verò esse Theologus potest, hoc est, de Deo loquens, aut scribens, quem non inspiret Deus? &, vt de Theologis, loquitur de ipsis S. Augustinus lib. 18. de ciuitate Dei, cap. 14 hæc igitur vulgata, & contrita opinio compulit Ouidium vt hoc modo caneret lib. eleg. 3. eleg. 8. S

At sacri vates, & Diuum cura vocamur
Sunt etiam qui nos numen habere putent

Quamobrem Arist. Sect. 30. probl. probl. 1. narrat Marcum Syracusium tunc optima solitum carmina fundere, cum insanus esset, ac fureret. Idem potest intelligi ex Carcini interitu, cuius meminit Arist. lib. Eth. 7. cap. 7. quem interpres Eustratius prodit, cum nimis attentè fabulam, quam erat scripturus, meditaretur, à serpente præmorsum interiisse: quod ramen ϑειάζειν non esse demonstrat: nam eodem modo de Mathematico, T aut Mechanico diceremus Archimede, qui & ipse propter attentionem describendi suas figuras in puluere à militibus obtruncatus fuit. & in Poët. duas facit Aristot. caussas poëseos, sic vt in pangendo versu debeat esse quispiam præstantia ingenij atque natura instructus, aut correptus furore, qui locus diligenter est animaduertendus.

Sunt qui legendum putent, pro ἢ μανικοῦ, ἢ μανικῷ, ne sibi videatur Arist. repugnare, qui superius docuerat originem poëseos esse naturalem. Ex imitatione videlicet, & harmonia. Sic enim ca. 2. loquitur vt conuertit Paccius à duabus caussis, & quidem naturalibus: Videtur Poëtica habuisse originem: nam & insitum est à natura hominibus à pueris imitari: cum verò nobis natura insita sint imitatio, harmonia, numerus ab initio ad hæc maximè facti, ea paulatim promoueures ex ipsis quidem temporariis poëticam genuerunt. Ergo non furoris est poësis. sed artis: nec V peculiare Dei munus, vt futurorum præsensio, & prædictio, quæ naturalis non est. Et inferius cap. 6. non furore cæteris præstare poëtis Homerum tradit, sed artis cognitione, et vsu, aut natura, Homerum verò, inquit, ex Paccio, qui vt in aliis etiam excellit, ita in hoc quoque siue id artis, siue id naturæ fuerit oculatissimum apparet fuisse.

At verò non viderunt isti eundem philosophum 3. de Rhetorica libro, vt citauimus, agnoscere in Poëtis, ἐνθουσιασμόν, & poëticam rem esse

ἔνθεον. Sibi ergo adueriatetur si ἢ μανικοῦ legeremus.

Alij, quorum fortasse dux est eiuis quidam meus, quem non nomino, germanam esse lectionem volunt, sed explicant vt

βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι, ἢ ἀπολέσθαι

X Iliadis primo, illo versu, & alibi sæpè hoc sensu, vt opus sit hominis maximè quidem ingeniosi poëtica, non verò furentis, & Deo pleni. nam explicare ἢ, Id est, quam, vt sit hæc sententia, poëticam esse ingeniosi magis, quàm furentis, non est ferendum.

Legatur ergo ἢ, vt pro vel sumitur, quia significare voluit Aristoteles magnum esse Poëtā non posse, qui non ingenio excellat, à quo tamen artem non putat separādam siue qui peculiari Dei instinctu non afficiatur, vt video quoq; legi à Petro Vict. 2. Rhet. Arist. qui sensus ex eiusdem verbis constat, ita enim scribit, quandoquidem hi maximè suapte natura persuadent, qui perturbationibus affecti sunt; quo fit vt exagitatus exagitet, perturbetq; verisimè perturbatus, quapropter vel versatilis ingenij viri, vel furore perciti poëtica est: etenim poëtarum aliqui ab ipsa natura ad poëticā bene formati sunt, aliqui au-

Y tem à mente abstrahuntur, hoc enim dicit Arist. qui ingenio valent, eos esse aptissimos ad imitandum, ac fingendum, aliosque permouendos, cum se permotos fingunt: hoc est, etiamsi affectibus minimè tangantur, aptissimè tamen, ac facillimè se tangi fingere, id enim actiuè significat εὔπλαστοι, item qui re vera his turbulētis affectionibus concitantur, quòd eandem vim perturbationum dicendo, atque agendo possunt in alios traducere, ac transferre; quamobrem vox illa ἐκστατικοὶ nihil ad hoc facit.

Quod non vidit doctissimus Robortellius in doctissima Poët. Aristot. explicatione Paccij versionem immeritò reprehendens, qui legisse videtur, vt legi debet ἐκστατικοὶ non tam passiuè, quā actiuè, id est, habiles ad alios statu suo dimouendos, permouēdis scilicet animis, cum & ipsi permoti sint: licet Riccobonus extra se positi verterit, qui & malè conuertit priora, alij quidem bene fortunati.

Melius Alex. Paccius, aliqui ab ipsa natura bene ad poëticam formati sunt, id est, ficti, factiq; à natura ipsa ad fingendum.

Z Ego puto eam esse, quam dixi, sententiam, aptos videlicet esse ad effingendos motus, ac perturbationes animi, vt alios perturbent, ac concitent illos, qui sunt habiles natura, & ingenio valentes: aut certè qui ipsi μανικοὶ sunt ob passionis, & perturbationis vehemētiam, quod verba forment eiusmodi, gestusq; tales componant, ac si vehemēter essent commoti, aut verè tales essent: & idem Arist. ostendit lib. Rhet. 2. cum degenerant, inquit, quæ bonæ sunt indolis, aut ingenij familiæ in furorem: H & initio probl. de atra bile sermonem habens iungit μανικοὺς καὶ εὐφυεῖς communem enim habent velocitatem motus animi: in quibus præstant μανικοὶ, quia præcipites sunt. I

Iure itaque Bud. lib. de Asse. 1. Enthusiasmon ab antiquis nominatum obseruauit vim dicendi, scribendique diuinitus, vt ipse ait, in feruefactam, & ad alteram vocem εὔπλαστοι enucleandam facit ille locus Callicratidæ Pythag. lib. de felicitate familiæ apud Stob. serm. 80. quæ primùm, inquit, nupserunt, facile inflecti, institui que possunt, & ad discendum promptæ sunt, & ad metuendum, amandumque viros. L AA

Hic iam meum fortasse iudicium quæret aliquis: neque ego, quod sit, grauabor explanare. Vt non nego quosdam verè Deo plenos fuisse poëtas, quales Dauid, ac Sibyllæ, si modo hæ in numero poëtarum sunt habendæ, vt alij, qui futura versibus prędixerunt, non tam poëtę, quàm vt Prophetæ: & quosdam furore actos mali dæmonis, quales eorum multi fuerunt, qui poëmata mendaciorum plenissima conscripserunt: ita nego, & pernego poësim, qua poësim, instin- Bb
ctu peculiari Dei, qui diuinus appelletur furor, addisci, & poëtam, non arte, siue natura, quam perficiat, sed numinis diuini inspiratione effici.

At hoc poëtæ canunt, canant sanè, & recinant,

Sed miranda canunt, at non credenda poëta,

Quî enim fieri potest, vt qui res à vero fingunt remotissimas, qui Idolomaniam in orbem, aut inuexerunt, aut confirmarunt, numine afficiantur Dei? Homerus enim, Orpheus, Hesiodus Idololatriæ sunt fontes, & simul Deorum dedecoratores, vt nominauit libro suo Apol. cap. 43. Tertull. & demonstrauit Lact. lib. 1. cap. 10 & seq. & S. Cyprianus lib. de van. Idol. & Min. Felix in Octauio: quæ prouerbio illi fecerunt locum, quod Aristot. 3. cap. lib. 1. suę Sap. vsurpauit. poëtæ multa mentiuntur. Et spiritum hunc poëticum, siue quo olim se plenos iactabant poëtæ, instinctum fuisse cacodæmonum pro certo ha- Cc
beo: qui propterea insani appellati ab ipsismet poëtis. Horatius

—insanis mos est dare verba poëtis.

& certè verba dant fere, quoniam fere mentiuntur, & numinibus suis mille scelera affingunt, imo supremo Ioui adulteria, stupra, incestus, infandum masculorum amorem: hinc enim Iunones, Danaæ, Europæ, Ganymedes, &c. scilicet

—pictoribus atque poëtis,

Hor. in poët. licentiam damnans poëtarum,

Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas,

Quam licentiam his versibus lib. 3. eleg. celebrauit Ouid. eleg. 12.

Exit in immensum fœcunda licentia vatum
Obligat historica nec sua verba fide.

Qui propterea vt lasciui amoris æstus refrigere- Dd
tur, poëtas non legendos hortatur lib. 2. de rem. Am.

Eloquar inuitus, teneros ne tange poëtas,
Submoneo dotes impius ipse meas.

Ac sanè Theoph. lib. ad Autolycum. 1. Si quid in medinm produaere poëtæ à dæmonibus inflatos id fecisse affirmauit. Nominis tantum eelebritatem eos spectasse idem scriblt Ouid. lib. 3. de arte amandi.

Quid petitur sacris nisi tantum fama poëtis?
Hoc votam nostri summa laboris habet.

Hnius meæ sententiæ anctorem habeo, & approbatorem eundem Aristotelem in poët. duo tradentem naturalia poëticea initia, Imitationem, & harmoniam, vt diai. at nimius poëtarum dilaudator Aristoteli Platonem obiiciet, discipulo magistrum: nam magister diuinus vi furoris diuini, non arte, non natura consistere poësim vo-
Ee luit, cui responden Platonem, vt ferè solet, vulgi opinionem sub Socratis persona ironicè desendisse, nec tamen ipsum ita opinatum suisse, sed lusisse: quandoquidem in Phædro demonstrans occupatum furore amantem, nec tamen malè: esse enim furores bonos vulgaribus exemplis conatur ostendere, quibus satidicę Delphis corripiantur, Dodonæ sacerdotes, sibyllæ, ac poëtæ: sic enim vulgo credebatur: & in Ione vnius Tynichi probat eaemplo.

Nec sequitur tamen, ita vulgo est creditum, siue vnus, aut alter fortè fortuna pulcherrimum scripsit poëma, siue etiam peculiari Dei beneficio; omnes ergo poëtæ implentur Deo, aut origo poëseos est à Deo. Nam si Plato serio loqueretur, impiè sanè faceret à sua Rep. quam bene vult institutam Poëtas excludens sacros homines, ac Deo caros.

Ff Vulgi autẽ opinio inde videtur initium sumsisse, quòd videret oracula ab Apolline, cæterisq; diuis reddi carminibus, quibus inter se loqui Deos putabant. Quamobrẽ qui pangendo carmine excellerent, eos diuinitus impelli suspicati sunt, cum præsertim iudicarẽt rem esse omnium difficillimam tot figmenta, tanto numero versuum, tanta verborum maiestate, & sublimitate sententiarum, orationeq; tam numerosa, & concinna tam præclarè explicare.

Gg Adde, quòd imperitum vulgus, & rude quasi rem cœlo delapsam, ac diuinitus immissam cœpit admirari, qua plurimum se capi, & oblectari sentiebat: sic enim & rata mulierem forma, diuina esse specie dicimns: excellenti hominem doctrina, ingenio diuino: hæc autem vulgi opinatio in dies aucta fuit, & confirmata magis vanissimorum testimonio, & prędicatione poëtarum, qui pleno ore quod sibi laudi videbant fore, celebrabant.

Atque hæc fuit caussa, cur initiis suorum poëmatum inuocarent Apollinem, Musas, & cæteros id genus diuos, quasi ab ipsis dictata scriberent poëmata. Hinc vetus illud de Homeri Poëmatis Apollinis testimonium.

Carmina sunt mea, sed manus hac descripsit Homeri.

Mortales ergo rerum ignari excellentem hanc ingenij vim, & præstans artificium in versibus componendis admirati, furorem', ac diuinam inspirationem diaerunt esse. Indicant hoc viri docti, atq; ipsimet Poëtæ. Horat. epist. ad Pisones tametsi diuinos nominat poëtas, non propter furorem nominat, sed propter sapientiam

——fuit hæc sapientia quondam
Publica priuatis secernere, sacra profanis. Hh

Et mox:

Sic honor, & nomen diuinis vatibus, atque
Carminibus venit——

Probarat Orphei, & Amphionis fabulis. Et vt intelligamus non assignandam vim Poëticæ furori, sed naturæ, atque arti, vtramque hanc inter se comparat ita scribens.

Natura fieret laudabile carmen, an arte
Quæsitum est——

Et requiri vtramq; in bono poëta concludit.

——Ego nec studium sine diuite vena,
Nec rude quid prosit video ingenium, alterius sic
Altera poscit opem res, & coniurat amicè,

Et superius Democriti referens, & refellens opinionem, qui volebat ingenium plus conferre poëtis, quàm artem ad scribendum: quæ iis tantum sit necessaria, qui cum sint hebetes, ac tardi, Ii
velint, nolint, coguntur multum adhibere cogitationis, & ab arte illud adiumentum petere, quod à natura non habent.

Ingenium misera quia fortunatius arte
Credit, & excludit sacros Helicone Poëtas
Democritus, bona pars non vngues ponere curat.

Furere enim bonos Poëtas Democritus aiebat, nec censebat in albo poëtarũ adscribendos; qui furore aliquo non agitarentur, & à mente non essent abalienati. Certè multos videmus, qui videri volunt poëtæ barbam alere, & capillum, vngues non resecare, sordes amare, vitare forum, in solitudines se abdere, prorsus vt videantur insanire: cum contra Horat. doceat lib. 1. serm. Sat. 4.

——neque siquis scribat, vti nos
Sermoni propiora, putes hunc esse poëtam: Kk
Ingenium cui sit, cui mens diuinior, atq; os
Magna sonaturum, des nominis huius honorem

Ego tamen, inquit Horatius, malo ineunte vere, sicut meus est mos, aliquo pharmaco etiam bilem quot annis purgare, quàm non electa μελαγχολῶν. sanè Democritũ secutus Plato natura tantum valere poëtas docens, arte', si qui se poëtarum nomen tueri posse confidunt, eos pronunciat nihil vnquam egregium, ac memorabile effecturos.

Itaq; Pindarus ad 2. Olymp. eo se iactat aduersariis suis Bacchyllide nimirum, & Simonide esse superiorem, quòd ipse natura sit poëta, illi autem didicerint à Magistris: & in eo tantum esse vult momenti, vt hoc potissimum nomine se Aquilę, illos coruorum similes esse canat: N & hoc sane putauit M. Tul. loco illo 1. Tusc. quæst. & pro Archia citato, quamuis pro poëta agens, videatur ab artis præceptis poësim remouere.

Euripidem Valerius Maximus lib. 3. c. 7. tradit

non

non vltra tres versus, toto tridno maximo impenso labore deducere potuisse, idq; ei ab Alceotide obiectum: Virgilinm plus decade annorum in pangenda Aeneide consumsisse Grammatici obseruant. De Christianorum poëtarum diligentia, & cura nihil hoc loco ooto. Hæc sanè artis argumenta sunt, non furoris: Industriæ, non afflatus diuini: Ingenij, non numinis.

Mm Iure mihi videtur Marsilius Ficinus Laurentio Medici scribens affirmare stylum Platonis non tam esse philosophicum, quàm poëticum, quòd sæpè fingat, & semper imitetur scribendi maiestatem, diuinitatemque Poëtarum. Itaq; Ionem aiunt, si Græcè loquatur, inquit Cic. in Bruto, sic loqui. Medium dicere solebat Aristot. inter solutam orationem, & vinctam, id est, carmen.

Ergo viuacior quædam ingenij vis, ac diuinior, cum arte perficitur, atq; industria, furor est poëticus, qui summus in Homero fuit, in Virgilio, & Petrarca. Diuitem venam Horatius aptè oominauit, & mentem diuiniorem; cui, si accedat vis amoris, aut iræ, siue alterius animi perturbationis, quæ ad scribendum Poëtam impellat, tum verò illum furere planè dicemus, vt Archilochum, & Hipponacta, quos iracundia traxit ad carmen pangendum: Vt Anacreonta, Propertium, Tibullum, quos impulit amor.

Nn Quandam item alacritatem animi requiri ad Poëma testatur M. Cic. Q. Fr. scribens lib. 3. hortanti, & roganti, vt versus faceret: qua quia destituatur; non posse facere affirmat.

Perturbationem animi valere plurimum in hoc genere, vt in aliis multis, in se ipso confessus est Dantes Aligherius, qui roganti Orbitiano Bonaiunta Lueensi, quo itinere ad summum laudis gradum peruenisset versus de amatoriis faciens, non alio respondit, quàm amoris, quo ardens, & incensus accedebat ad componendū. Acuebat nimirum, & excitabat ingenij vires amotis vis: quæ manifesta est caussa, cur cæteris omnibus Petrarcha excelluerit; & hanc ipse reddit in epistolis à se latinè scriptis.

Nam, vt Fabius est auctor lib. iostitut. Orat. 6. cap. 3. de Iudice loquens perturbato, occupatus affectibus animus æstu fertur, & velut rapido flumini obsequitur: & verissimum est M. Antonij
Oo apud Cic. 2. de Orat. lib. præceptum, debere eum, qui perfectus esse orator velit, primum ipsum permoueri, vt cæteros permoueat. Neque enim facile est, inquit, perficere, vt irascatur, cui tu velis, Iudex, si tu ipse id lentè ferre videare: neque vt oderit eum, quem tu velis, nisi te ipsum flagrantem odio ante viderit, &c. Quod & præceperat lib. 3. Rhet. Arist. quia in errorem, inquit, animus impellitur, quasi ille verè dicat: nam in rebus huiusmodi sic afficiuntur: quare existimant, etiamsi non ita se habeat, vt Orator dicit, res ita se habere, & semper afficitur ille, qui audit cum eo, qui affectè dicit, etiamsi nihil dicat. Itaque plerique tumultum excitantes attonitos reddunt auditores. Ita Sigonius conuertit. Hinc Horatius in Poët.

Non satis est pulcra esse Poëmata, dulcia sunto, Pp
Et quocumque volent animum auditoris aguuto:
Vt ridentibus arrident, ita flentibus adsuut
Humani vultus: si vis me flere, dolendum est
Primum ipsi tibi: tum tua me infortunia lædent
Vultum verba decent iratum plena minarum, Mox:
Ludentem lasciua, seuerum seria dictu.

Et rationem reddit communem.

Format enim natura prius nos intus ad omnem
Fortunarum habitum—

Paulò pòst:

Post effert animi motus interprete lingua, &c.

Ex quibus apparet vel nescisse hæc Quintilianum, vel non meminisse, aut iactabundum affirmare lib. & cap. citato. à se primum hoc præceptum animaduersum. Sed mihi, inquit, in ani- Qq mo est quæ latent penitus, ipsa huius loci aperire penetralia, quasi verò non diu antè cæterorum Magister aperuisset Arist. tum Cic. & Horat. quæ quidem, non aliquo tradente, sed experimento meo, ac natura ipsa duce accepi. Summa enim, quantū ego quidem sentio, circa mouendos affectus in hoc posita est, vt moueamur ipsi.

Hæc qui animo comprehenderit omnia, intelliget gloriosos plus nimio poëtas fuisse in illo suo diuino furore, ac cœlesti spiritu effetēdo; & in eos illud iure optimo vsurpari posse, quod vsurpauit Cic. lib. de diu. 2. de Sibyllæ volumine, non esse illarum carmina furentium, sed magis artis, & diligentiæ, quàm imitationis, & motus, & magis attenti animi. Finis ergo capitis esto, quod fuit principium.

Nam miranda canunt, sed non credenda poëtæ.

A calumnia Fr. Balduini Festus in voce receptitius, & à Ioan. Bodini Sigonius, & Pruchius in magistratus nomine liberantur.

CAPVT VII.

SERVVM receptitium à Festo sic appellati Balduious libro sui Iustin. 3. hoc est, de iure nouo, scribit, qui ob vitium redhibitus sit, in quo sanè fallitur suæ opinor fiducia doctrinæ: neq; enim hoc Festus affirmat, sed recitat, vt alienam explicationem, quæ fuit Verrij Flacci lib. 2. de obscuris Catonis apud Agellium lib. 17. c. 6. ab eodem iure, vt à Festo, reprehensum: ita enim apud Paulum Festus. ab ea proprietate dictum quidam volunt, vt si nequam, & nihili sit, qui venundatus sit ob aliquod vitium, aut malefactum à distractore recipiatur: veram ipse interpretationem, vt & Nonius, & Agellius hanc esse tradit, quam in danda dote, vel donatione quis exceperit, quod est propriè, receperit: exemplo producit ex Catone, & Plauto. A

B Quo modo Balduinus receptiua vocari posse notat, quę Vlp. Græcè παράφερνα, nominauit l.q.§. dotis de iure dot. quæ Galli olim peculium vocabant; hoc est, res extra dotem constitutas, vt & Papin. ait l. penult. ad l. Falcid. & ipse Theodosius l. 8. c. de pact. conuent. & meminit Papin. speciecum extra dotē à matre filiæ nomine viro traditarum, & peculium nominat l. 31. donationes, §. 1. de donat. ita Budæus in pand. ad l. proprium tit. communium prædiorum, notata Accursij inscitia, recipere interpretatur, exceptum facere ex Nonio, quod verbum erat antiquum.

C Ergo recipere est quasi referre ad vsum suū, & recepticius seruus mulieris est proprius, quem cum pecunia reliqua receperat, neq; dixerat dotis, sed retinuerat, Græcè ἐξαίρετον dici potest.

Quare Vlp. in fragmentis dotem specialiter recepticiam dixit, quam qui dedit, sibi reddi stipulatus fuit, soluto matrimonio. & idem c. inst. 6. & l. mortis caus. sachi. §. 2. D. de mort. cau. don. & in paud. Caius loquens de dote, quam quis in mortem mulieris à marito stipulatur, ait, eius generis dotes vocari recepticias d. l. 31. §. fine. certè vt sæpè recipere dicitur pro excipere, sic & res recepticia olim sæpius appellata est, quæ extra dotem erat.

D Porrò id significare hoc verbum apparet ex Iabol. l. 5. D. de com. ped. Alfeno l. vos. Labeone, l. 30. §. 3. ff. de leg. & fid. lib. 32.

Cic. 2. de or. sed dicis te, cum descenderes, ne in ruris quidem, & cæsis solium tibi primum recepisse: & Plau. Trin. act. 1. sc. 2. posticulum hoc recepit, id est, excepit, cum ædes venderet.

E Varro apud A. Gell. lib. 13. cap. 12. & seq. quibusdam Rom. magistratib. tribuit prehensionem, & viatorem: nonnullis vocationē, & lictorem: aliis neutrum: videtur eos etiam magistratus appellare, qui imperio carent, vt Aediles, & Quæstores, id quod appellatione fit communi, nō propria, vt ait Io. Bodinus Meth. hist. c. 6. quis enim magistratum vocet, qui & ministro caret, nec quidq nā imperare potest? id quidem muneribus, & honoribus tribuatur, imperio non item, in quo falli Sigonium, & Gruchium in Italia illum, in Gallia hunc, homines antiquitatis peritissimos putat,

F qui ex opinione Festi potestatem illis, non imperium tribui censent, quod hæc non Grammaticorum regulis metienda, sed Iurisconsultorum sint, qui potestatem imperio ęqualem, interdum maiorem faciunt.

Paulus I.C. potestatis verbo imperium in magistratu significatur. Proconsul verò, inquit Vlp. qui plenissimam iurisdictionem, & omnium vrbanorū magistratuum imperia solus habet potestas ab Iurisconsultis appellatur, l. imperium, de iurisdict. sic Alex. Aug. apud Lampr. non patiar mercatores potestatum.

G Itaq; cum edicti verbis caneretur, ne in ius vocare liceret Consulem, Prætorem, ceterosq;, qui Imperium, potestatemúe habent, extrema verba de prouincialib. magistratib. intelligantur: alioqui si verum esset, quod illi aiunt, non licuisset Aediles & Quæstores in ius vocare, contra quam Varro scribit, & Valerius Maximus exemplis comprobat. Caruerunt igitur potestate, atq; imperio; tametsi Aediles Prætoriæ iurisdictionis partem vsurparunt, vt est apud Iustin. in Instit.

Sed ipse se defendit Sigonius tum lib. 1. de iure Ci. Rom. c. 20. tum lib. de iure prou. 3. cap. 5. Gruchio careo: Duobus enim modis imperium accipi demonstrat, sic vt imperium potestatem includat, potestas interdum imperium non comprehendat: cui tamēēst difficile auctoritati Varronis & exemplis Val. Maximi respondere. H

Eodem modo, quòd Censores potestatem habuisse, imperio caruisse tradit; possum tueri, licet contra Bodinus obloquar, vocationē eos viritim habuisse, igitur & prehensionem ex regula Varr. imo ipsius affirmatione Sigonij: hæc autem ad imperium pertinent: item illa, quo iure edicta proposuissent (hęc magistratuum iussa Istini vocant) quæ videmus apud Liuium lib. 40. & 43. & Zon. to. 2. quo iure senatores, & equites in ordinem redegissent, aut legēdo præterlissent? Ciues ad censum vocassent? pignora cœpissent? Senatum habuissent? populum vniuersum ad lustrum coëgissent? probat Varr. auctoritate lib. 5. de lingua latina, vt omittam alia. I

Mihi potius reprehēdendus videtur Bodinus cum nullam partem attigisse Reip. testimonio Cic. ep. 2. ad Att. Pontifices tradit, nam idem Cic. or. pro domo sua ius adoptionis à pontificibus requirendum affirmat, & alia id genus; in eo itē, quòd apud Ecclesiam nostram Pontifices viatorem nō habere. & lictorem, sed à Magistratu tantum impetrare contendit, quod refellere non huius est scriptionis, & operæ. K

Hom. & Virg. defensi à Casteluetrij calumnia: Eurip. & Boccat. accusati, reprehensus Arist. in argumento Tragœd.

CAPVT VIII.

NOTAT Homerum, qui omnes liberè notare solet, Lud. Castelu. ac si decorum personæ minime seruarit, Vlixi lib. Vlix. 12. homini forti, ac sapienti Scyllam, & Charybdin prætemauiganti metum, atq; horrorem attribuens, quem multis versib. describit, vt alio item libro, hoc est V. in validissima apud Corc. procella, qui metus, & horrores virum fortem non decent: nec Virgilio parcit idem in suo Aenea fingenti, sic enim 1. Aen. lib. 1. A

Extemplo Æneæ soluuntur frigore membra
Ingemit, & duplices tendens ad sidera palmas.

Ex imitatione superioris Hom. loci. Mihi tamen videntur hi poëtarum duces ab omni errore vacare, ideoque defendendi. Fortem, & sapientem

describunt virum, ac ducem; verissimum est. ti-
B mor igitur ad eorum animo dabet longè abesse: omninò is timor, qui rationem vincat, qui consilium tollat, qui vel à virtute abducat, vel in vitium impellat; non is, quo, qui homo est, tametsi fortis, & sapiens, ita in rebus difficillimis, & cum horrore coniunctis tangitur, vt officio tamé suo, postquam se collegit, non desit; neque enim Homerus, aut Virgilius fortem, ac sapientem suum omni carere perturbatione voluerunt, vt Stoici, & ἀναισθήτους finxerunt.

Sapientum metus prudentiam, & cautionem parit: in periculis, qui non metuit, audax potius est, & temerarius, quā fortis, & προπετεῖς esse θρασεῖς,
C hoc est, præcipites li. Eth. 3. Arist. docuit, cum fortes cauti sint, & considerati: quales suos illos Heroas hi duo principes poëtarum fingunt.

Deinde, non tam illorū fuit hic horror, quàm horroris principium, quod vox illa in Virgilio extemplo, indicat.

Tertiò & fortes viri homines sunt, & hominis natura sese esse in repentinis casibus, & maximè aduersis ostendunt.

Non excuso tamen Euripidem, qui Menalippam inducit puellam omnis imperitam Philo-
D sophię, adnitentem iis argumentis, & rationibus patri suo persuadere, quos habebat liberos, non ex vxore, sed ex vacca sustulisse, quæ ne acutissimo quidam, & exercitatissimo philosopho venissent in mentem: quo modo solitus magnus Italicæ poëseos auctor Lud. Ariostus perstringere Boccacium, qui Sigismundam fingit cum villi amatore, & se indigno deprehensam audacissimè se tueri, ac si præclarum fecisset, & commemoratione dignissimum facinus: etiamsi cōcedamus Menalippam mirifico ingenio fuisse puellam.

E Qui neque virtute præstat, neq; vicio est infamis, & ei accidat casus aliquis aduersus, huius calamitas esse debet materia Tragœdiæ, non autem si vel afflicta sit fortuna valde pius vir, seu vehementer malus infelix euadat; nam priore causa metus incutitur, & miseratio commouetur: posteriora autem horror potius, & execratio, à quo in Tragœdia maximè cauendum.

Sic Arist. in poët. constat, neque bonos viros oportere, vt appareant immutati à felici conditione ad miseram, neque flagitiosos ab infelicitate ad prosperitatem; neque enim terribile, ne-
F que miserabile illud, sed detestabile, hoc verò planè est omnium maximæ Tragœdiæ regulis aduersum.

Verum quidem hoc postremum, at in primo constare sibi non videtur, & constat tamen; hic enim pro constituto habet peculiari quadam cura Deum Opt. Max. singulas res humanas re-
G gere, & gubernare, præsertim sibi carorum hominum; asserit enim μιαρὸν esse, si inducatur virum pium olim felicem, & fortunatum in graues ærumnas incurrisse: cur autem μιαρὸν, hoc est, detestabile, execrandum, & abominandum? nisi quoniam homines in eam impellit opinionem, vt iudicent res hominum piorum curæ non esse Deo, & malè de suis mereri.

Idem tamen lib. 1. Phys. pro certo habet vilem effici, & abiectum intellectum Dei, si se ad cognoscenda, & curanda singularia demitteret, verum in eo inconstantia est nulla: hic enim quid ipse sentiat, exponit: in Poët. quid vulgus opine- H
tur, affirmat, id. ij, qui spectaturi, & audituri sunt Tragœdiam.

Deinde falsum, quod Aristoteles tradit: potius enim metum, & commiserationem aduersus pij viri casus gignat, quàm mediocris, quantò indignius est bonum virum malè accipi, & I
tractari, quàm mediocrem; quotus enim quisq; est, qui non facilius, ac vehementius doleat, si viro sanctissimo adferatur vis, inferatur iniuria, quàm si adferretur minus sancto, modo cetera sint paria? exemplum nobis literæ sacræ suppeditant Iobi viri sanctissimi ac Thobiæ.

Ex eo item maior nascitur metus sibi, rebusq; suis, ne sibi videlicet minus bono talia contingant; mox enim Euangelicum Lucæ 23. succurrit argumentum, si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? nam indignum esse malo, id. malum non mereri, & malo tamen affici, magnum conciliat affectum commiserationis.

Dices pro Arist. hæc verò caussa est indignationis aduersus Deum, quod sanè est execrabile. Quid tum? non propterea tamen locus non est K
metui, & commiserationi; quis enim non irascitur, & malè esse vult Phædræ Hippolytum innocentem accusanti? quis non percellitur metu? quis non miseretur eiusdem morte iniquissima affecti?

Esto, dices. At simul gignit illud τὸ μιαρὸν, quod maximè vitandum: quare neque similes optimorum calamitates in theatrum inducendæ, ex quibus error nasci in mortalium animis aduersus Deum potest.

Ego verò ita respondeo. Vulgò credi ab om- L
nibus, Deum res humanas omnes regere, omnibus prouidere, etiam singularibus existimari iustè omnia facere, & ad se tanquam ad finem dirigere; atque ad piorum, qui affliguntur, vtilitatem: illos autem esse inuisos, quibus permittitur à Deo, vt noceant piis, liberato tamé ab omni culpa ipso Deo: quem videlicet, vt liberent, ferè suspicantur pios illos ærumnosos non vacare aliquo crimine, quod quidem nos lateat, non lateat Deum: ideoq; magno piorum bono velle Deum ipsos ærumnis expiari: putant etiam, vt fuluum spectatur in ignibus aurum, sic rebus aduersis piorum fidem comprobari, & suum i- M
psius decus, & gloriam ex eorum patientia elucere, & illustrius in cœlo præmium illis parari: vel quidlibet aliud inducunt potius in animum, vt credant, quàm vt iniustitiæ Deum insimulent.

Nam quæ doctè multis locis Poët. Robortellus adducit, non produco, nec in eo confu-

tando immoror, cum videam satis Aristotelem confutari tragicis nominibus eorum, qui etiam tragœdijs nomina dederunt, Medeis, Clytemnestris, Aegistis, & Eteoclibus, Oedipodibus, Thyestis; Polynicibus & Cyclopibus, quorum pars magna nobiles erant, & insignes flagitiis.

Mihi certè videtur non hic solus actionis modus conuenire tragœdiæ, cũ mediocris aliquis, hoc est, inter bonum, & malum peccat non consultò, sed per imprudentiam, & infortunio premitur; sed ille item, cum vir bonus in calamitatem incidit, & malus: rarior is, cum vir malus felicitatem consequitur, licet secus Aristoteles opinetur, ac tradat hac oratione. Neque qui insigniter iustus est, & virtutibus excellens, neque vitiis infamia mutatus propterea in statum infelicem, *B* sed alicuius peccati gratia.

Imo Robertus ipse Aristotelis accusator monet, non omnes veterum tragœdias ad hanc normam reuocandas. Nam & Hercules in Trachin. potius bonus est existimandus, vt Electra, & Orestes: Clytemnestra, & Aegystus prorsus mali.

Liptote figura num rectè dicatur: Plinij locus de Iatralipe expensus: quæ Hilaria, explicatum.

CAPVT IX.

QVAE figura vulgo à Grãmaticis λιπότης vocatur, cum minus dicitur eius, quod significare, atque intelligi volumus, corruptè, opinor, ita vocatur, & litote vocanda est: λιτότης Græcè, id est, tenuitas, & exiguitas, quia s. res magna verbis extenuatur caussa modestiæ, siue ornatus: defendunt tamen à verbo λείπειν duci, quod significat relinquere, & deficere, quoniam in ea oratione, in qua vtimur hac figura, relinquitur aliquid intelligẽdum maius, vel deest aliquid ad plenam rei, qua de loquimur, notionem: sed omnino λιτότης est dicendum, quia tenuitas est orationis, vel extenuatio sermonis, vt Iliadis π. Hom. de nauibus combustis vsus est verbo θέρεσθαι, quod est calefacio propriè, non vro, siue incendo. *A* Hinc illa Nazianzeni oratio θερμὸς ἀλλ' οὐ φλέγων, sicut vulgo etiam dicimus de combusto, è scaldato.

Cum Iatralipes, vt vox ipsa demonstrat, medicũ significet, qui vnguentis, & perfrictionibus corporis morbos curat, quidam ex ipsa voce, & Plinij verbis interpretantur reunctores medicorum, eum videlicet, qui medicos reungit: quanquam in Plinio vnctores legit Turn. lib. 15. aduersariorum cap. 16. & vnctores medicorum exponit, ministros eorum in vngendo; mistos ex vnctore, & medico.

Verba hæc sunt Plin. c. 1. li. 29. Prodicus Selymbriæ natus discipulus eius, id. Hippocratis, instituens, quam vocabant Iatralepticem, reunctoribus quoq; medicorum, ac mediastinis vectiga inuenit. quo loco manifestè significat eos, quorum opera medici in vngẽdo, & reungendo vtebãtur, siue potius eos ex medicorũ numero, qui reungẽdo vile mediastinorum obirent munus.

Sanè Corn. Celsus medicum à Iatralipte distinguit, ita scribens c. 1. li. 1. de re medica, initio. Sanus homo, qui & benè valet, & suæ spontis est, nullis obligare se legibus debet, ac neque medico, neque iatralipta egere; vbi tamen Aldus Man. in epistol. ad Lentulum, quæ penultima est lib. 1. famil. Cic. alipta legit.

Ego iatraliptam dictũ, vt ab alipta distingueretur, existimo: quomodo & Plin. alter lib. 10. ep. 5. ad Traianum, & 6. Harpocratem Iatraliptam suum nominat, cui à Traiano Alexandrinam, & Romanam ciuitatem impetrauit: est enim qui medicè vngit, hoc est ægrotos, siue ab ægritudine liberos.

Aliptæ vero, cum notionem habeat communem, peculiaris tamen apud scriptores vsus da eo est, qui Athletas vngit certaturos, & leges eis præscribit epulandi, & se exercendi: nam ex eo vires, & color, quod Cic. illa epist. indicat.

Neq; tamen assentior Manutio eo loco affirmanti aliptæ vocem de athletico solum intelligi, non etiam medico, quòd oleum nihil ad colorem iuuat: nam legisse mihi videor in lib. medicorum vim inesse oleo, & facultatem non modo ad vires, sed etiam ad colorem: & delicatuli vnguentis liniebant corpus etiam ad colorem, vt magis viderentur formosi.

Porrò scribit Cælius Aur. in præfat. in 5. libros Chron. aliptarum officio à nonnullis tardarum passionum curationes transmittẽdas creditum: videntur certè ad eam medicinæ partem, quæ analeptice dicitur, & sita est in reficiendis, & recreandis iis, qui è morbis euaserunt, referendi.

Hilarium solemnium meminit Vopiscus in Aureliano ipso initio, scribens iis omnia festa, & fieri, & dici solere; videlicet, quod genus omne lætitiæ, & licentiæ continerent.

De his Macrob. lib. 1. Saturn. c. 21. præcipuam, inquit, solis in his ceremoniis verti rationem, hinc etiam potest intelligi, quòd ritu eorum κατάβασιν finita, simulationeque luctus peracta, celebratur lætitiæ exordium ad 8. Cal. April. quem diem Hilaria appellant, quo primum tempore sol diem longiorem noctu protendit: Athen. lib. 15. cap. 26. qui dies Pani erat sacer.

Didici ex Max. Areopag. Scholiaste, duplices fuisse idololatria vigente ἱλαρίας ἡμέρας quasdam priuatas, vt cum ducebat quis vxorẽ, aut liberos suscipiebat; quasdam publicas, quæ propriè Hilaria vocarentur, vt cum rex aliquis renunciabatur: id. vt cum rex renunciatus publicos dies festos exhibebat hilariorũ, & neq; luctuosas vestes in ipsis gestare licebat, sed & spectacula, & sacrificia singulis diebus publica fiebãt, & qui in luctu erant, dimittebant, & spectabant, & continentibus epulis transigebant definitos iis festis dies.

Sed & apud [illegible] de peculiariter festum diem in honorem [illegible] ris Deum, vel potius [illegible], vt Demophilus obseruat, quem locum à me notatum diu post à Turnebo in 24. lib. cap. [illegible] suorum aduers. excerptum legi, qui & principio veris celebrabantur maxima populi lætitia, & nobilissima pompa quouis è populo insignia cuiusque dignitatis mentiente, & libere, atque impune simulante, sic vt internosci à simulatore Magistratus plerunque non posset, vt eleganter ab Herod. describitur in Commodo, tametsi hilariorum nomen haud exprimat: meminit Vopiscus in Aurel. & Giral. Syntagm. 17. & in fastis.

Videntur non abesse ab illis apud Christianos Christianis planè moribus aduersi dies illi, qui sacrum quadragenarium ieiunium præcedunt, cineralia vocant politi, nisi successisse velimus Bacchanalibus: Veteres Græci mense celebrabant ἀνθεστηριῶνα, qui Aprilis est, tunc enim florent omnia, vt floralia eadem iure possint appellari: quanquam falsò eum Mensem in Grammatica pro Nouembri sumat Theod. Gaza.

Hilarodia verò genus fuit carminis, de quo hic non est sermo: ad quam videntur hilaria pertinuisse carmina, quorum auctorem facit Seleucum Mnesiptolemus apud Athen. libro 15. cap. 22.

Ex Arist. præceptis Scaliger, Vegius, & Calaber, Ariostusque reprehensi: qua caussa, cur homo μιμηκότατος sit.

CAPVT X.

HOMERI consilium in Iliade fuisse putauit acri vir ingenio, & varia doctrina I. C. Scal. maxime generosum, siue etiam iratum ducem, & in Vlixea virum sapientem describere: Sic & Virg. eximium ducem laudare: Vtriusque eorum naturam, ac mores enucleatè declarare: id quod de Hom. videtur etiam opinatus epist. 2. ad Lollium Hor. lib. 1. eum ita scribit:

Fabula, qua Paridis propter narratur amorem
Græcia Barbariæ lento collisa duello,
Stultorum regum, & populorum continet æstus.

Et mox:

Rursus quid virtus, & quid sapientia possit,
Vtile proposuit nobis exemplar Vlixem.

Mihi autem Arist. Poëticam legenti, & eius præcepta contemplanti non videtur hic esse finis, aut argumentum potissimum Homeri, seu Virgilij: docet enim Aristoteles mores à Poëtis eligi ad enarrandam, & amplificandam fabulam: itaque accedere eos, & accersiri vt appendices, & quidpiam adiunctum ad fabulæ descriptionem: morum enim explicatio non est finis, & materia poëtica, sed Philosophica, & à Philosophis tradita, vt Arist. Plat. Theophr. de Charact. & aliis.

Quare horum poëmatum argumentum, & poëtarum finis est certam quandam suis omnibus conflatam partibus, & conditionibus fabulam conscribere, quæ vt pulchritudine præstaret, vt admirabilitatem concitaret, vt verisimilitudinem haberet, poëtæ has, & illas personas, hos, & illos mores ipsarum, vt Achillis, Vlixis, Aeneæ congruentes proposito elegerunt.

Quod ne fingere videar, ecce tibi ipsissima Arist. verba de Tragœdia tractantis, quæ conueniunt etiam Epopœiæ: actionis est imitatio, &c. naturaliter autem duæ caussæ actionum, sententia, & mores, &c. Est autem actionis fabula imitatio, &c. mox, dico autem fabulam, hanc rerum compositionem, tum. maximum verò horũ est rerum compositio: Tragœdia enim non est imitatio hominum, sed actionum, & vitæ, & felicitatis, & infelicitatis, etenim felicitas in actione est, & finis actio quædã est, non qualitas: & sunt quidem secundum mores eiusdem modi: at secundum actiones, felices, vel contra: non igitur agunt, vt imitentur mores, sed propter actiones mores assumunt: itaq; res, & fabula finis est Tragœdiæ: at finis maximum omnium est. A

Mox ostendit non futuram sine actione Tragœdiam, sine moribus futuram: exemplo demõstrat recentiorum, addens pictores, ex quibus Polygnotus bonus erat morum descriptor, cum Zeuxidis pictura moribus vacaret: idem aliis probat indiciis, & argumentis, concludens principium, & tanquam animam Tragœdiæ esse fabulam.

Valdè autem esse similem Tragœdiam & Epopœiam illud etiam Polemonis indicat, soliti affirmare Homerum, Sophoclem, Epicum, Sophoclem Homerum esse tragicum: apud Laërt. lib. 4. in Polemone extremo; quanquam & in Comœdia eadem preceptio valet, atque in aliis generibus poëmatum.

Iam quod ait idem Aristot. Tragœdiam, siue potius fabulam, esse imitationem perfectæ, atque integræ actionis magnitudinem quandam habentis; ideoque principio, medio, & fine constantis, omnino significat eiusmodi debere esse fabulæ principium, quod non necessario ab alia pendeat actione: idcirco enim adiungit principium esse, quod ipsum necessario post aliud nõ est, post illud verò aliud naturaliter est, aut fit. B

Hinc videtur Casteluetrio furentis Orlandi principium esse reprehendendum, quasi nõ arte factũ, quod necessario pendet ab Orlandi amoribus à Matthæo Mario Boiardo decantatis: neque enim his non cognitis Ariosti potest principium perfectè cognosci, qui furentem celebrauit Orlandum ob amorem.

Et cum adiungat Arist. finem esse principio contrarium, scilicet quod ipsum post aliud naturaliter est, aut ex necessitate, aut plerunq; post

hoc autem aliud nihil, ſane imperitè, neque ex artis præſcripto putandi ſunt feciſſe Maphæus Vegius, & Q. Calaber, quorum hic Iliadi Homericæ τὰ παραλειπόμενα, ille AEneidi Virgilianæ librum item alium, quaſi ipſius finem, & Coronidem adiecerunt: quod ſi iſti ex arte fecerũt, duo I ergo illi ſummi Poëtæ redarguendi, qui ſuas fabulas ita inſtituerunt, vt non finirent, hoc eſt, voluerunt ſuo carere fine, id quod ne ſuſpicandum quidem videtur.

Verba Ariſt. accipe Latina: fabulam eſſe perfectæ, & vniuerſæ actionis imitationem habentis aliquam magnitudinem; vniuerſum autem, ſiue totum eſt, quod habet principium, & medium, & finem: Principium verò eſt, quod ipſum neceſſario non eſt poſt aliud. &c. Finis verò contra, quod ipſum poſt aliud natura ſua eſt, vel neceſſario, vel ferè, poſt hoc autem aliud nihil.

K Idem, homines, inquit, ſuapte natura feruntur ad imitationem, & primas efficiunt ſibi diſciplinas imitatione, eaque omnes vehementer gaudent; C quærendum, vnde hæc oriatur ad imitandum pronitas, & aptitudo. Ex vi, puto, quæ præ cæteris animantibus ineſt homini, cogitandi, & comminiſcendi, quæ Græcè dicitur φαντασία, quæ formas, & imagines rerum, quæ à ſenſibus manant, ſuo quaſi recipit, & fouet ſinu, atque inde tradit menti; cum eas mens diſtinxerit, notiones appellantur ἔννοιαι, ἐννοήματα, quæ quidem facultas, vt lib. de Anima Aphrod. Alex. exponit, dormientibus ineſt, cum ſenſus tantum L vigilantibus rebus item excitatur abſentibus cum ſenſus tamen præſentibus moueatur.

Atque hinc vis gignitur, quæ μνήμη dicitur id. memoria, & ἀνάμνησις id. reminiſcentia, cum videlicet phantaſia de partibus, ac momẽtis temporis in homine etiam poſt longum tempus exquiſitum fert indicium: Vis enim eſt vehemens, & maximè diſtincta.

Atque hæc cauſſa, cur ad imitandum maximè idoneus homo ſit, quòd ea ſeruet animo, & co- M gitatione quæ vidit, & audiuit, & ſenſibus omnino percepit. Sic ferè ſolent pueri diuerſas rerum imagines è cera, & limo formare, vt in prima narratione de ſe teſtatur Lucianus: Voces item auium, & quadrupedum fingunt.

Nam & probl. 7. ſect. 30. tertiam hanc reddit cauſſam, cur maior habenda ſit fides homini, quàm Vlli alij animanti, quia maximè aptum imitationi, nam diſcere poteſt propter hoc, quo mihi videntur hæc Ariſt. verba in Poët. explicari. τὰς μαθήσεις id. Vt rectè vertit Paccius, primas di- N ſciplinas imitando adquirunt, Robortello melius, qui reddi vult, diſciplinas ſibi efficit primas ex imitatione.

Verſio enim Paccij huius etiam loci enarratione Auerrois comprobatur, aientis, homines imitatione diſcere, ideoque inter loquendum exemplis vti, vt facilius, ac citius percipiant, & percipiãtur: quæ ſanè exempla nihil ſunt aliud, quam rerum ſimilitudines, & formæ, quæ ſub ſenſum antè ceciderant.

Quanquam non repugno, quin verum etiam ſit, quod Robort. placet, hic πρώτας μαθήσεις intel- O ligi mathematicas, quoniam in iis primum exercebantur puerorum ingenia, antequam ad Philoſophiam accederent, quas imitatione homines confecerant: Oculis enim cum triangulum cernerent, circulum, ſemicirculum, & id genus figuras in materia incluſas, ferro, ligno, humo, cum oculis ablatas earum formas retinebant animo, turſus in tabula deſcribebant, v. g. omnis triangulus tres habet angulos, quæ deſcriptio ex imitatione ducta eſt eius trianguli, quem antea viderant in aliqua materia impreſſum.

Homines hirto corde, qui, aëris vſus pernionibus cur ſalutaris; dulcibus Variolos gigni: adſciſſa labiorum, defenſa Raſis cura.

CAPVT XL

PRo miraculo habet Plin. cor hirtum lib. 11. cap. 38. longiſſimo. hirto corde A gigni quoſdam homines proditur, neque alios fortioris eſſe induſtriæ, ſicut Ariſtomenem Meſſenium, qui trecentos occidit Lacedæmonios, &c. Mox tertio Lacedæmonij pectus diſſecuere cauſſa videndi, hirſutumque cor repertum eſt.

Idem narrat Val. Max. lib. 1. cap. 8. memoria tamen lapſus ab Athenienſibus captũ ſcribens, Lacedæmoniis ſcribere debuit.

Idem commemorat de Leonida Spartano A- B riſtides tertio de reb. Perſarum lib. & ex eo Plut. in Parallelis ad Thermopylas cæſo; & de Lyſandro, alij; Ariſtidis hæc verba ſunt apud Stob. ſerm. 7. At in eius diſciſſo pectore inuenit Rex refertum capillis cor.

Et de Hermogene Rethore Suid. ex Philoſtrato, qui quidem tam præcoci fuit ingenio, vt de arte Rhet. egregiè ſcriberet annum agens 18. ſed 24. ætatis anno mente motus dedidicit omnia.

Vide quæ de Lyſandro notauit ex Græcorum hiſtoriis var. lect. lib. 12. cap. 10. M. A. Muretus, qui idem de Latrone teſtatur, cum Venetiis eſſet, af- C fecto ſupplicio, vt cent. 6. curatione 65. Amatus Luſit. de alio graſſatore Ferrariæ confecto.

Miraculum refertur ad fortitudinem, & audaciam, ad calliditatem, & induſtriam, & ad crudelitatem, & ſæuitiã: in Ariſtomene fortitudo erat, & induſtria, in Lyſandro etiam calliditas, quem dolis, & aſtutia rem omnem adminiſtraſſe belli- D cam Plut. in eo narrat, vt Nonnus 26. libro Dionyſiorum de Sabiris canit.

Ita fortibus, & prudentibus bellatoribus ſuis Hom. λάσιον κῆρ attribuit ſæpe, vt Achilli, Patroclo, Pylæmeni, cæteriſq; qua de re Euſt. in 1. Iliad.

librum:

librum: cum tamen Pythagoreus Lysis εἰς ψόγον in malam videlicet partem banc hirsitudinem, vt sic dicam, accipiat, vt videre est in 2. Iliad. lib. apud Eustath. cum Pylænienis cor hirsutũ Poëta canit: in illis latronibus etiam crudelitas: caussa autem, immodicus calor: idem notac Cælius lib. E ant. lect. 4. c. 16. de nobili quodã Alexandri cane.

Sanè Hom. cum sæpè λάσιον κῆρ in suis illis bellatoribus decantat, nõ tam respexit ad raritatem miraculi, quàm ad prudentiam, & vt loquitur Aeschylus, ex quo sapientia germinant consilia.

Mirabilius, quod lingua etiam pilosa homines reperiantur; hoc in Iacobo quodam Dalmata ex opido fluminis se vidisse idem eodem loco Amatus testatur; eadem miraculi caussa.

F Corn. Celsus lib. 5. cap. 28. vlceribus ex frigore pedum maximè, (Perniones dici Latinè volunt, buganze, siue Mule in Italia nominamus,) æs quàm maximè calidum quis pati potest, scribit admouendum: remedium ex Hippocratis doctrina decerptum 5. & 7. Epidem. lib. consulentis, vt & vehementissimo tractentur calore, atque adeò igne Perniones; cur autem? petenda ex Arist. in probl. ratio docente, summo illo calore concretum humorem dissolui, dissipari, & penitus auferri.

G Clarus Olaus secundo rerum septemtr. libro gentes illas tradit non alio remedio ab eo malo, cui valdè sunt obnoxiæ, ob nimirum aëris illius rigorem, liberauisse, quàm pellis leporinæ puluere: caussam arbitror esse remedij, quod leporia pili valent maximè ad glutinanda vulnera. Hæc Latini etiã ambusta nominant, fiunt enim à frigore externo, quod quidẽ instar ignis adurit, vt alio libro obseruauimus.

Gal. lib. 3. de facile parabilibus παρατρίμματα, H hoc est, intertrigines pedum nominat. Arist. in Probl. χίμετλα, in qua voce lusum à vetere Poëta 3. de Rhet. lib. notat, vt & lusit Aristoph. Vespis in Philocleonem Laconicas recusantem.

Sed aliis videntur differre ambusta, & perniones. id. πυέλγματα, & χίμετλα: separat certè probl. duob. id. 55. & 56. Arist. sect. 1. Quam ob caussam, vt vertit Gaza, pernionibus & ambustis frigore tam aqua frigida, quàm calida prosit? an quoniam genus id vitij ex nimio humore consistit? frigida igitur humorem restringit, atq; exasperat; calida in spiritum vertit, carnemque relaxans I libertatem efflandi præbet spiritui: poterat melius reddi. B

Item. Cur frigus perniones reddit idem, calor ambusta & facit, & tollit? An quòd eadem vis colliquefaciendo facit, exsiccando tollit? C

Bibitur eius lac ad vnam mensuram duabus aut tribus aquæ admistis. D Magis profectò serosum fiet, id. aqueum, liquidissimũ sanè seri plurimum, casei plurimum lac habet crassissimum, K eodem Gal. auctore, eodem 3. lib. & experientia demonstrat. potissimum tentat pedes, manus etiam, maximè puerorum.

Hæc in memoriam reuocarunt mihi domesticam parentum meorum curam, qua filiorum suorum ambusta curabant, quos priusquã irent cubitum, iubebant calidissimum cinerem pyrolaba exceptum calcaneis verberare, tametsi inuitos.

Arabum medicorum Principes Auicenna lib. 4. Fen. 1. tract. 4. cap. 6. & Rasis scriptis tradiderunt, eos maximè tentari variolis, ac morbillis, qui cibis vescuntur dulcibus præsertim dactylis, lacte equarum, & Camelarum, vt populi multi orientis, & pars magna Tartarorum: huius hęc L ratio, quòd frequenti horum ciborum vsu augentur ichores, ex quibus gignuntur hæc morborum genera.

Sanè Gal. 3. lib. de alim. facul. cap. 18. & de cibis boni, & mali succi cap. 4. borum lac animalium maximè serosum esse docet, in primis Camelarum, inquit, Aetius serm. 2. Tetrab. 1. cap. 87. itaque non satis capio, quid sibi Arist. velit 6. de M hist. anim. libro scribens cap. 26. consueuisse potores lactis Camelarum miscere aquam ei, vt nos vino.

Idem Rasis lib. de decoct. ad sanandas Labiorum scissuras præsentaneum esse remedium notat. si bombyx mergatur in oleo, & pueri imponatur vmbilico.

Non erat quod rideret Hier. Mercur. lib. 1. de morb. Puerorum cap. 6. etiam si caussam nõ perciperet: Vmbilicus enim illud oleum ad se trahit, siue eius humorem, vt ita loquar, pinguedinosum, quo paulatim Labra mollescunt: hæc curationis est ratio.

Vlcera labiorum Plin. appellat cap. 4. lib. 30. & cap. 11. lib. 34. fissuras cap. 13. lib. 28. ῥαγάδια à Græcis vocari quidam volunt, cum tamen optimi N Medici ani mala, seu vitia, cum videlicet finditur, eo nomine afficiant, siue etiam ῥαγάδας. Ita Celsus lib. 6. de re Med. cap. 18. Scrib. Largus de Compos. medicam. cap. 223. Marcellus lib. de medicam. cap. 11. & 31. vt & recens medicus Altomaris cap. 27. de Med. Hum. corp. malis.

Catalepseos, Catoches, Cari, Lethargi, Phrenitidis, & Maniæ quæ differentia.

CAPVT XII.

Κατάληψιν & κατοχὴν, quasi morbum vnum medium inter Phrenitim, & Lethargum Aetius recenset cap. 4. serm. 2. Tetrabibl. 2. quem imitatus est doctus, vtinam Catholicus nostri sæculi Medicus Leon. Fuchs. in praxi curandarum ægritudinum cap. 15. lib. 1. de med. morb. facile vtrique fuit imprudentia labi non rectè animaduertenti similitudinem, & dissimilitudinem vtriusque morbi: in hoc enim maximè conueniunt, quia in B

vtroque

B vtroque partes cerebri posteriores vehementer afficiuntur, deinde eadem nomine significatio: vtrumque enim comprehensionem siue detentionem, aut occupationem mentis significat.

Et sanè Gal. 4. de causis pulsuum lib. c. 16. A eodem veteres accepisse hos duos affectus notat; A qui & 4. de loc. affe. ca. 2. Catochen, quæ vigilans est sopor, seiungit.

Verum Catalepsis, is est morbus, seu vitium,
C quod Barbari Medici Latini Arabes imitati nominauerunt congelationem, quæ quidem emonet mentem, sensum aufert, motu priuat, & ægrum in eodem situ, atque habitu relinquit, in quo ipsum occupauit, in genua flexum, si flexis erat genibus, stantem, si stabat; ore aperto, si os apertum habebat; & oculis plerumque apertis, crassiore musculo superiorem aperiente palpebram contracto, & rigente, & quodammodo gelato propter intemperiem frigidam, & siccam: Sic enim & spiritus animales nó in cerebro modò, sed in omnibus etiam corporis partib. quasi concreti sunt.

Quæ sanè definitioni Catochi à Gal. traditæ
D in defin. conueniunt. B Voci enim πῆξις respondet congelatio; vt iam suspicer benè Aetium, & cum eo Fuchsium, & Galeno consentaneè pro eodem Catochon, siue Catochen, aut Catalepsin accepisse, quæ tamen Alexa. Trallianus sub Lethargo malè cóclusit. quod etiam indicat idem Gal. cap. 16. lib. 4. de causs. pulf. ita scribens, vt paulo ante dixi.

Scio quoque Hippocratem sæpe, κατόχως ἐκλύεται, κατόχως παρεξύνονται, κατόχως παρακρούοντες, & similiter alibi dicere pro firmo ac pertinaci dolore vexati vehementer affligentia, ac valde ac
E pertinaciter delirantes in citatis præcogn. Aph. 18. & 182. & in porrhet. vt intelligas quam sit durus & pertinax Catochi affectus. C

Tametsi propriè Catochos videatur esse morbus, quo æger & dormit, & vigilat: ex duobus enim contrariis fit morbis Lethargo. & phrenesi: Cum enim Lethargi superat materia est Catoche, cum phrenitidis, ἀγρυπνοκῶμα, quod si v-
F traque materia cerebrum afficiat, iam erit Catalepsis: vt mirer Amatum, qui cent. 2. curat. 15. in Schol. affirmet non haberi proprium nomen apud Græcos, nec apud Latinos.

Neque errauerit Andreas Lacuna, neq; Altomaris, nec Fernelius li. 5. de part. morb. & Sympt. c. 2. tribuentes Catocho, quæ Gal. Catalepsi dat. Sic enim ille in epit. Gal. hic verò cap. 4. de med. hum. corp. malis.

Licet Gal. in Isag. vbi describit pulsum detentorum,
G & congelatorum, hoc est, κατόχων, & κατεχομένων, lethargicia non esse dissimilem affirmet. & lib. 3. Aegin. c. 10. Catochon, & vigilans coma accipit pro eodem: cum aliũ ibidem etiam faciat, & vetustiores extulisse genere masc. recentiores fœm. tradit; Archigene etiam cit. & lib. 4. de caus. pulf. post sermonem de Catocho, transeat ad Catalepsim.

Catochus autem videtur esse, qui dicitur ab Italis, Malmaluccо, Hispanis Mal de modotilla, ò modorra.

Scio tamen Galenum in defin. genus apoplexiæ per nomen Catoches explicare. Esse enim, qui & Phrenitidi Caron aliquo modo attribuit H
ita scribens. cum 13. lib. Therap. genus faciat ad Catochen, apoplexiam, & carum, quam vocat Cataphoram, ita loquens. D Catochi autem tres sunt formæ, hoc est, quæ dicitur somnolenta, vigil, & Phrenetica, & Hipp. lib. 4. de morb. popul. stupidum insomnium appellans nasci tradit ex flaua bile copiosiore in cerebro mista cum largiore pituita: quarum illa, vt calida & sicca, inducit vigiliam, hæc vt frigida, & humida conciliat somnum: vtraque magis, & minus pro ratione I
scil. materiæ, hoc est, quantitate, & qualitate, quasi ἀλλοπρόσαλλος quidam in cerebro Mars: & cum hæc nomina inter se differant in Gal. sæpè propter similitudinem pro eodem affectu accipiuntur, vt in aliis item Medicorum libris.

Porrò Catochen, & Catalepsin è sanguinis item copia oriri tradit Aet. irrumpentis ad caput, & ipsum opplentis: quod se in adolescente testatur expertum.

Hæc ergò, ne fallamur, ita videntur distinguenda. Lethargus, qua voce etiam Latini vtuntur, cum Latina vox sit veternus, verbum verbo K
si reddas, est iners obliuio: inducit enim lentam febrem, stuporem, marcorem, & obliuionem, atque inexpugnabilem dormiendi necessitatẽ, vt ait Celsus cap. 20. lib. 3. & P. Aegin. lib. 3. cap. 9. morbus quodammodo Phrenetidi contrarius, quem Gal. modo appellat, πάθημα vt lib. 13. Meth. modo sub nomine πάθος, vt de differ. Sympt. & comment. aphot. 3. lib. 2. modo enumerat inter Symptomata, quæ Principes animæ functiones impediunt, vt lib. de differ. Sympt. capite vndecimo.

Oritur autem ex succo pituitoso, siue pituita, citra vllam inflammationem in cerebro putrefacta: L
debet enim hic humor frigidus esse, atque humidus: & est vitium memoriæ, rationis abolitæ, imaginationis infirmæ, & veluti deficientis. Gal. cap. 3. de Sympt. diff. & 3. lib. de loc. aff. cap. 5. Aetius Tetrab. 2. serm. 2. cap. 23. scribens memoriam, & rationem Lethargo perire. vt Aegin. & Trall. omittam, qui lib. 1. cap. 14. Oriri confirmat ex pituitæ copia, quæ humidius efficit cerebrũ, & valdè madefacit: quæ item est sententia Aeginetæ consentanea doctrinæ Gal. cap. 21. lib. 13. Meth. nam & Auicennæ placuit esse apostema M
phlegmaticum intra craneum. lib. 3. Fen. 1. tract. 3. cap. 7.

Sequitur κῶμα, id est, sopor, marcor, siue granedo, qua non modo principes animæ actiones, sed etiam sensiles, & voluntariæ motrices offenduntur

duntur, vt constat ex Gal. 2. lib. de artic. comm. 18. priuatio videlicet sensuum, & vniuersarum motionum, minimè læsa vi spirandi. Gal. de diff. Sympt. cap. 3. 4. lib. de locis aff. cap. 2. non solius, inquit, affectum cerebri esse, sed eius etiam sinuum, ac substantiæ, & potius anterioris eius partis, quàm posterioris: quanquam etiam spirandi facultas vehementissimo caro lædatur. Gal. 5. lib. de loc. aff. cap. 1.

Itaque Lethargici respondent interrogati, nec sine voce omninò iacent: contra oppressi caro muti decumbunt: & caron quidem febris antecedit vehemens, cum Lethargum subsequatur leuior. Aegin. lib. 3. cap. 9. neque caros requirit, vt putrefiat humor ille pituitosus, Gal. 13. lib. Meth. cap. 21.

Aliæ item caussæ procreant caron, vt Hipp. testatur 2. de artic. lib. tractatu 7. 18. 19. & Gal. 4. de lo. aff. cap. 2. Curatur autem fermè, vt Lethargus eadem tamen in caro valentiora debent esse remedia; vt docet Aet. lib. 6. hoc est, Tetrab. 2. serm. 2. cap. 5.

Catoche, siue Catalepsis affectus est cerebri non tantum refrigerati, sed penè arefacti: oritur enim ex vehementi refrigeratione adiuncta siccitati, & viscido, crassoque humore: quæ vitio etiam contingit stomachi, & posteriorem occupat cerebri partem. Gal. comm. 3. Aphor. lib. 2. quo scribit, correptum fuisse suum quendam condiscipulum 2. prorrhet.

Quæ verò scribit de Catalepsi lib. 3. cap. 10. P. Aegin. de vigili comate, sunt potius intelligenda de Catocho; cum tamen Galenus videatur à Catocho distinguere: nominat enim Cataphoram, quod solet Hippocrates appellare coma, quæ propensio est, & facilitas in somnum vt lib. 2. Comate cap. 2. primo Porrhet. comm. 1. 3. de vulg. morb. comm. 1. & 7.

Inde verò Gal. deduxit, duas eius formas, quoniam, qui occupantur Comate, licet claudant palpebras, somnum tamen capere nequeunt, aut mox, & quidem profundè, vertuntur in somnum: commune vtrique, vt oculos prægrauedine non possint attollere: itaque vna species dicitur Coma vigil, altera somnolentum, quæ ante Gal. Catochos nominabatur.

Vigilis autem Comatis, seu Cataphoræ duplex forma, vna generis retinet nomen, altera dicitur pigra: commune habent multum loqui, & simul delirare, quod non est in somnolenta: omnes cerebrum læsum indicant.

Phrenitis sola febre à mania disiungitur: hæc enim mentem loco mouet solum, illa autem inducit febrem: & est inflammatio membranarum cerebri cum febre acuta, vt ait Posidonius apud Aet. serm. 2. Tetrab. 2. sine etiam cerebri, vt ait Trall. lib. 1. cap. 13. nec valdè Aegin. dissentit cap. 6. lib. 3. Gal. vtriusque inflammationem esse videtur asserere cap. vlt. 2. lib. de Sympt. caussis, & 1. de morb. vulg. comm. 72.

Et sanè ortum habet à calidis succis, maximè biliosis, qui tamen 4. de causs. puls. cap. 14. gigni potius testatur ex tenui meninge, quàm ex cerebro, cum 3. sibi pugnans, aut verè, aut in speciem, 4. de præsagit. expuls. cap. 9. tenuem meningem ita cum cerebro implicatam velit (ipsum enim complectitur) vt nullum sine cerebro ipsa affectum pati queat, nec cerebrum sine ea: fortasse de exquisita hoc intelligit Phrenitide, cum medici doceant non exquisitam oriri ex diaphragmatis; id. septi transuersi, inflammatione: nam propterea veteres, vt Gal. refert cap. 4. lib. 5. de lo. aff. φρένας transuersum septum nominarunt, hoc est mentem, tanquam menti, ei videlicet parti, quæ sapit, plurimum conferat: & Aet. 2. serm. 2. Tetrab. Lethargi etiam caussam petit ex transuersi septi, ac viscerum affectu.

Phrenitidis verò formas habes doctè ab Altomari collectas cit. lib. apoplexia, & epilepsia affines sunt caro, & Catochæ, & vtraque occupant cerebri partem. Supersedeo de mania dicere, melancholia, & lycanthropia, commodior erit alius locus.

De Cedro, Citro, Thyo disputatio.

CAPVT XIII.

IN disquirendis, ac discernendis Cedro, Citro, Thyo difficultas magna. AEmilianus apud Athen. lib. 3. cap. 5. ex Iuba in comment. de sua Libya vocari testatur Citrium, Hesperidum malum, quod in Græciam transtulit Hercules, quod & aureum vocetur à colore: prodiisse è terra in Iouis & Iunonis nuptiis Auctor sit Asclepiades lib. rerum AEgyp. 60.

Democritus tamen ibidem negat Citrij nomen apud veteres extare: rem tamen à Theophrast. descriptam lib. 4. Hist. plant. Latinè proferam, vt conuertit Dalecampius post Comitem. Regio Mediæ, & Persidis, alias plures habet peculiares plantas, & quam Persicam, aut Medicam appellant malum. Arboris folium Adrachnæ, Lauri, Nucis folio simile est, & ferè par Pyro & Oxyacanthæ læues, firmæ, peracutæ: fructus quidem non manditur sed odorem apprimè iucundum spirat, sicut & folium arboris: vestibus interpositus illæsas seruat: est & vtilis iis, qui letale venenum biberint, quia potus è vino aluum deiicit, & venenum exigit, & halitum commendat, hoc est, ori dat odorem.

Mox extractũ semen vere in sulcis seritur, terra diligenter subacta: deinde quarto, vel quinto quoque die rigatur, & cum adoleuerit, transfertur rursum vere, ac in solo molli, riguo, non valde tenui plantatur: nullo non anni tempore pomifera est aliis cadentibus malis, decerptis aliis, aliis florescentibus è floribus, qui prominentem

in me-

in medio velut colum habent: alij fœcundi sunt, alij steriles.

Producit verò testimonia veterum Poëtarum Antiphanis, & Eriphi, qui & mala Hesperidum, & aurea, & à Venere in Cypro plantata canunt, & tria tantum fuisse, quia pauca. Quod enim pulchrum paucum, & vbique in honore habitum.

Addit suspicionem ex Phania lib. 5. de Plant. D Citrium quasi Cedrum nominari: Cedrum enim spinas exerere scribit, vt folia. admirabilia narrat eusta efficacitatis huius plantæ aduersus serpentium morsus, & quælibet venena. Vocari autem à Romanis Citrum Pamphilus in Glossis prodit. ex his intelliges, cur Martial. libro Epigram. 14. Epigram. 89. de mensa Citrea scripserit.

Accipe felices Atlantica munera siluas.

Hoc est, ex Insulis Hesperidum in Mauritania, vbi mons Atlas. lege Apoll. lib. 4. Argon. & nostri sæculi hominem, vt veterum recorderis, Natalem Com. lib. Mythol. 7. cap. 7. ita quam Cedrum vulgo dicimus Citrum, vel Citreum potius esse voluit in 7. AEn. Virg. lib. Ascensius, & vere voluit, quod ex Matth. in Diosc. lib. 1. cap. 132. constat, cui Cedrus nota nobis est Cedro, ô Citrone Italicè, quæ & malum Medicum, siue Cedromalum, & Citromalum, sub quibus nostri qui E dicuntur Limoni, Limoncelli, Naranzi, Pomi Ranzi, Melaranzi, Merangoli, Citrangoli.

Lego in Scholiis Nicandri κεδρίμηλον. Græcè recens formatum, nisi ab Italis acceptum: cuius hæc genera: primo Citrus, seu Citrum: secundū, Malum aureum, quod Arancio dictum quasi Auraceum à colore aureo, hoc est, flauo: tertium, Limone: 4. Limoncelli: quintum Pomiciri quasi Pomi cedri, ô Citri, crasso cortice, succo exiguo: Sextum Pomi d' Adam cortice tenui, succo multo. de quibus sumendus Athen. item-F que Gal. lib. 7. de simp. facult. & Plin. lib. 12. cap. 3.

Malus Assyria, inquit, quam alij vocant medicam, venenis medetur. folium eius est Onedonis intercurrentibus spinis: Pomum ipsius alias non manditur, eius videlicet æuo, minus Theophrasti sæculo: quare & ἐσθιόμενον per antiphrasin vocatum, quod minimè edatur; nunc verò gratissimus in cibis edendo, & condiendo.

At quo modo Virgil. pastor Eclog. 3. spondet:

Aurea mala decem misi, cras altera mittam.

Si Medica sunt, quæ in Italia non erant eo sæculo? Sed hic Cydonia, siue Coronea sumi doctioribus placet. Odore foliorum quoque præcellit, qui transit in vestes vna conditus, arcetque animalium noxia, & quæ apud Plinium habes plura.

In Italia certis locis calidioribus frequentissima, & in Sicilia, cum tamen solum non ferrent Plinij sæculo. hinc illius verba lib. 16. cap. 32. Fastidit Balsamum alibi nasci: Assyria malus alibi ferre: sic enim eruditi corrigunt hæc in quibusdam codicibus, fastidit Balsamum alibi nasci natura, quam Syria nouit ferre. itaque & mala Aurea dicta Orpheo hymno in Bacchum: scio tamen ab aliis Cydonia, seu Cotonea intelligi, quę & χρυσόμηλα.

Legi qui & ignotam Plinio Citrum scripserunt, cum tamen & de Citreis mensis loquatur, & lib. 13. cap. 1. Cedri tantum inquiat, & Citri fruticum in sacris fumo conuolutum nidorem verius, quam odorem nouerant, scilicet Iliacis temporibus, vt videatur nominibus Cedri, & Citri Homericam indicare voluisse Cedrum, & Thyon: qui tamen eiusdem lib. cap. 16. Thyon sumsit pro Larice eodem versu, inquit, Cedrum, Laricemque vna tradat. Sed quomodo frutices nominat, si altæ sunt, & proceræ arbores? altera saltem altissima? & lib. 15. cap. 14. de Citreis cum sua arbore diximus. Medicam autem Græci vocant patriæ nomine.

At vbi de Citreis cum sua arbore, nisi cap. 15. lib. 12. & inscriptio tamen de Atlantis arboribus, H & cedrinis mensis, & mox, linea secunda: plurima arbor Cedri, vt & Citrum & Cedrum pro eodem videatur accepisse, & verò etiam Thyiam, siue Thyian, vt ipse vocat: quia in antiquis codicibus Plinij vnum atque idem est caput de Cedro, & Thyia, & apparet ex modo loquendi ipsius in fine cap. 15. quapropter insistendum ei quoque paulum videtur. & mox initio cap. 16. nota etiam Homero fuit, quasi dicat, arbor, de qua loquimur, hoc est, Cedrus, Thyon Græcè vocatur (quanquam nunc duo facta capita) licet ex Homeri versu constet diuersas esse: & mox ipse Plinius Laricem conuertit Thyion, omnino malè.

De Citreis hæc idem lib. 16. cap. 26. Citrea, & Iuniperus, & Ilex anniferæ habentur ex Theophrast. malè conuerso. lib. 17. cap. 10. Citrea grano, & propagine seruntur. lib. 23. cap. 16. Citrea contra venenum in vino bibuntur, vel ipsa, vel semen, faciunt odoris suauitatem. lib. 13. cap. 7. ex Citro, Cupresso, Nucibus iuglandibus, quod Caryinon vocant, scilicet oleum.

De Cedro hæc similia, nonnulla dissimilia. lib. 13. cap. 7. fit ex malis Cedri quod Cedrelæon. lib. 24. cap. 5. Cedrus magna, quam cedrelaten vocant, dat picem, quæ Cedria dicitur, dentium doloribus vtilissimam. Quomodo eius fiat succus, docet lib. 16. cap. 11. quod Cedrium dicitur. rursus lib. 24. cap. 5. magni esse ad lumina vsus, ni capitis dolorem inferret. Hunc non metuebat Circe, quippe maga, quę vt canit lib. Aeneid. K 7. Virg.

Vrit odoratam nocturna in lumina Cedrum.

Quanquam Volater. lib. Philologiæ 26. pro tæda sumit, quæ ibi abundat: vel pro humore tedæ, quæ Cedrus appellatur.

Srqui-

Sequitur commemorandis reliquis eius vtilitatibus, siue effectibus. Plin. defuncta corpora incorrupta seruat, viuentia corrumpit. mira differentia, cum vitam auferat spirantibus, defunctis pro vita sit; vestes quoque corrumpit, & animalia necat. Postea. fit ex eo oleum quod Pisselænn vocant, vehementioris ad omnia eadem vsus.

Cedri scobe serpentes fugari certum est, item Baccis tritis cum oleo, si qui perungantur: L At cedrus nostra baccas non habet cedrides, hoc est, fructus cedri, tussim sanat, sanè & cedrus nostra animalia necat, hoc est, tineas, vermes. &c. nec tamen corrumpit, sed conseruat vestes. libr. 16. cap. 39. Cedrus in Creta. Asia, Syria laudatissima. Cedri oleo peruncta materies nec tineam, nec cariem sentit.

Iunipero eadem virtus quæ cedro. Iunipero sanè esse cedrum similem idem tradit cum aliis malè duplicem cedrum faciens maiorem, & minorem, siue potius minorem duplicem Phœniciam, & Lyciam : non enim alia ex Theophrast. cap. 12. lib. 3. Histor. minor cedrus, quàm oxycedrus. & Lycia.

Phœnicia verò est magna cedrus, propterea cedrelate dicta altitudine certans cum Abiete, & M sæpè vincens: & apparet ex Plinio longè differre à nostra cedro, cum illa fructum ferat Myrti magnitudine dulcem sapore : & maioris cedri duo genera: quæ floret fructum non fert : frugifera non floret: & in ea antecedentem fructum occupat nouus: semen eius Cupresso simile est: nostra enim cedrus parua arbor, sed magnis Pomis: licet mala Medica, siue Aurea plantæ sint altissimæ & latissimæ, quibus aliquot regiones Italiæ, & Siciliæ abundant, atque in Hispaniis. Valentiæ: addit. ex hac resina laudatissima: materiæ verò ipsi æternitas: itaque & simulacra Deorum ex ea factitauerunt. Cedrinus est Romæ in delubro Apollo Sosianus Seleucia aduectus. Hinc Virg. 7. Aeneid.

N *Quin etiam veterum effigies ex ordine auorum*
Antiqua ex cedro. —

Si quæras æternitatis caussam, puta esse siccitatem: nam & hinc maxima soliditas. & B. Isid. lib. Orig. 17. cap. 7. in templis propter diuturnitatem ex hoc ligno Lacunaria fiunt : quare in Argon. Orph. ἰξαλλω nominat: ita ne tineis esca forent, ac ludibrium scriptæ doctorum hominum commentationes perungebantur oleo cedrino: id erat flauo colore. Plin. l. 13. c. 13. ex Cassio Hemina. Numæ libros cedratos fuisse narrat, propterea arbitrarier tineas non tetigisse. hinc illa Horatij in Poët.

---- *Speramus carmina fingi*
O *Posse linenda cedro.* —

Et Ouid. Eleg. 1. lib. Trist. 1. & lib. 3. Eleg. 1.

Quod neq; sum cedro flauus, &c.
Nec titulus minio nec cedro carta notetur.

Et Persius sat. 1.

— *An erit, qui velle recuset*
Os populi meruisse, & cedro digna locutus?

Et Mart. lib. 3. Epigr. 2.

Cedro nunc licet ambules perunctus.

Scilicet liber. & lib. 5. Epigr. 6.

Quæ cedro decorata, purpuraque.

Et Auson. ad suum librum:

Huius in arbitrio est seu te iuuenescere cedro,
Seu iubeat duris vermibus esse cibum.

Nihil mirum: nam & cadauera incorrupta conseruat. iterum Plin. libr. 16. c. 11. in Syria cedrium vocatur, cuius tanta vis est, vt in Aegypto corpora hominum defunctorum eo perfusa seruentur: & de viribus vnguenti cedrini Herod. libr. 2. & Vitr. libr. 2. cap. 9. vide adnot. Tiraquell. cap. 2. lib. 3. dier. Gen. Alex. Cedrum nostram cum cæteris, hoc est, aureis Pomis, Aranciis, ac Limonibus plana potius amare, & calida loca scimus: P cedrus verò Theophr. ac Plinij frigida, & montana. vide Math. in locum Dioscor. citatum. Simile, quòd cedri vtriusq; folia pungunt Plin. lib. 16. cap. 24. sed capillata cedro, nostræ, id est, citro, neqnaquam.

Cedrus Abietis loco nauib fabricandis vsurpata: nostra cedrus qui potest pusilla arbor? de illa Plin. l. 16. c. 40. maxima ea in Cypro traditur ad vndecitemem Demetrij succisa 100. triginta pedum, crassitudinis verò ad trium hominum complexum. De qua fortassè Varro Gerontodidascalo apud Non. in quibus Libyssa citrus fasciis cingit fores. Q & fortassè Gallica hæc cedrus Velleio Paterc. ex quo apparatus constitit Gallici triumphi, quem Cæsar duxit ex Galatia Asiæ: quæ sanè larix. vel cedrelate larici similis : nisi ea sit, quæ in vallibus transpadanis sappia nuncupatur: similis illa apud Strab. lib. 4. cùm de Liguribus ei sermo. habent, inquit, plurimam materiam ex magnis arboribus ναυπηγήσιμον, id est, aptam nauibus construendis. vt quarundam diameter crassitudinis 8. pedum esse deprehendatur: quarum multæ non deteriores thyinis propter varietatem ad mensas conficiendas.

Citrus nostra, cedrus nempe, arbor est frugifera, & benè olens: at licet olens cedrus, infrugifera tamen. Suidas ex quopiam antiquo scriptore Cedrus, inquit, arbor altissimis frondibus, & carens fructu, cui assimilat Idolorum cultum Dauid. Cedriam dices à Diosc. affirmari βαρῦαν τῇ ὀσμῇ, sic enim est in vulgatis libris, cùm antiqui codices habeãt ἔντονον τῇ ὀσμῇ, hoc est, ingenti esse odore vt intelligamus odore esse magno, nec tamen molesto, cioè dispiaceuole : nisi intelligamus de ea arbore, cuius his verbis Plin. meminit lib. 13. cap. 16. de cedro iam locutus. R

Alia est arbor eodem nomine Thya scilicet malum ferens execratum aliquibus odore, & amaritudine, aliis expetitum, domos etiam decorans, nec dicenda verbosius. Quid si ex iis sit arboribus, quæ in Atlante sunt monte, qui arboribus proceris opacissimus à Iulio Polybist. dici-

tur cap.27. quarum odor grauis, comæ cupressi
S similes vestiuntur lanugine sericis velleribus ni-
hilo viliore;? nam & Plin. capillata esse folia di-
xit: quæ de Medica malo non uidentur sumi pos-
se nec de nostra cedro.

Redeo ad Strab. locum, vt à Liguribus didici,
sunt duûm generum arbores valdè proceræ fo-
liis tenuibus, & densis cupressi instar, quæ bac-
cas ferunt iis simillimas, quas Pinus cum Pineam
non producit, emittit, quasi squamatas: De odo-
re consulti se non recordari dixerunt. aliæ item
altissimæ, quas vocabulo gentili sacea Græca so-
lent nominare: cum cedri in eodem tractu sine
humiliores, & ramis tamen ita crescant, vt mira
T arte celsa ex iis topiaria conficiantur. Itaq; Geo-
ponici scriptores libr.10. *τὰς κεδρίας*, inquiunt, *φυ-
τεύουσι παρὰ τῶν τοίχων* cedrias plantant apud mu-
ros. At narancij magna sunt altitudine, & crassi-
tudine. collige Virg. Poëtica fictione non potuis-
se verè canere. 11. Aen. In funere Pallantis:

— Et olentem scindere cedrum.

Quæ in Italia non est: vt P. Vict. libr. var. lect. 38.
cap. 1. propterea scripserit ab eo sumi cedrum
pro Iunipero. & verò hic Virg. versus 2. Georg.
rem & obscurant maximè, & obturbant, ne quid
medica sit malus possimus definire:

Media fert tristes succos, tardumque saporem
Felicis Mali, quo non præsentius vllum,
V *Pocula si quando sæuæ infecere nouercæ,*
Miscueruntque herbas, & non innoxia verba,
Auxilium venit, ac membris agit atra venena.
Ipsa ingens arbos, faciemque simillima Lauro.
Et si non alium latè iactaret odorem
Laurus erat, folia haud vllis labentia ventis,
Flos apprimè tenax animas & olentia Medi
Ora fouent illo, & senibus medicantur anhelis.

Cedrus ne hæc? citrus, siue limo, aut Narantius
potius, conueniunt ferè conditiones quas enu-
merat Poëta, quod Medicæ nomen, quod acris
saporis, quamquam etiam dulcis sunt, quod fæ-
cunda, quòd venena pellat, quod Lauro similis
soliis maximè, quod magni odoris, quod perpe-
X tua coma vigeat, quod flore tenaci, quod hali-
tum commendet: & eadem ferè Plin. 12 c.3. vt di-
ximus, & lib.11. cap.53. Iam idem de Parthis dixe-
rat, quibus propter indiscretos cibos olet ani-
ma; sed sibi, inquit, proceres medentur grano As-
syrij mali, cuius est suauitas præcipua in esculen-
ta addito. vniuersè Theophr. lib.4. Hist. Plant. iu-
uare tradit *πρὸς στόματος εὐωδίαν*, si in iure coqua-
tur, & sorbeatur.

Quamquam & dubium me habet, quòd gra-
na Narantij, Limonia, aut Citri non olent, & il-
lud Diosc. lib.1. c.96. grandis, inquit, proceraque
arbor fructum fert Iuniperi modo rotundum,
Myrteæ baccæ magnitudine: in quem Marcell.
Virg. tam similes inter se notat, vt alterius nomē
Y alteri indiderit. esseque & fruticem, & arborem:
& se curasse ex Insula Madera frondes, & baccas
deferri, quæ non longitudine differrent, nec lati-
tudine, iisdem aculeis, eodem odore. sed baccas
cedri maiores esse, ac duriores, & maturas viri-
diore colore iuniperinis: & relatum ex eadem In-
sula, quæ cedris abundat, magnitudinem, altitu-
dinemque tantam esse, vt maximo nauis confi-
ciendi malo vna arbor esset satia: eandem esse co-
lorem varietate, & odore amabilem. qui colligit
nō aliud esse cedrum, quàm excelsā Iuniperum.

Qui in India Occidentali, siue Hisp. fuerunt, Z
narrant mihi esse arborem altissimam, quæ rubri
coloris lignum habet valdè solidum, & odora-
tum foliis fermè instar quercus, nullo fructu,
quam nominent cedrum, licet cedrus non sit.

Io. Ruell. lib.1. cap.68. de Nat. stirp. propter
diuersitatem scriptorum citrum duûm esse ge-
nerum concludit: vna, quæ propria sit cedrus, ex Aa
qua pretiosæ illæ, ac nobiles mensæ dolabantur:
alteram, quæ propriè citrus, in qua & Malus Me-
dica, & putat esse Thyum, siue Thyiam: qui & ci-
trum distinguit à citrea arbore, de qua agit cap.
69. quæ cupresso similis, caudice, folio, odoratu,
multo in medicina vsu, & mala citrea producat:
& quæ de cedria narrantur in monte Atlantico,
citris tribuit, quod ego illi non do.

Vide Hermol. coroll. 110. qui Ruell. Thyiam
ex Theophr. ac Plinio arborem esse proceram, &
perpetuò virentem scribit, & altissimis locis, & Bb
montium cacuminibus gaudentem, præcipuam
circa Ammonis delubrum, & in Cyrenensi agro
nasci ramis, caudice, frondibus syluestri cupresso
similem: cuius radice nihil crispius, nec aliundè
pretiosiora opera. ex hac enim mensæ illæ nobi-
les, & pretiosæ: nec improbabile: arbor certè o-
dorata, & magni pretij: hæ tamen cedrinę dicun-
tur, & frequentius citreæ, & citriæ, & cittinæ. Ex
cedro ne illa magna, quæ in Africa, siue cedrela-
te altissima arbore, an ex citro nostra, siue Pomo
Medico, hoc est, Narantio? ex citro nostra nō vi-
detur esse potuisse, quia parua arbor, tametsi o-
dorata ac solida, & durabilis: non ex Narantio in
maximam licet altitudinem crescat, & crassitu-
dinem: neque enim crispum: verisimilius ex ce-
dro, cuius ingens proceritas: etiamsi sæpè citreæ
dicantur.

Sanè in scriptoribus antiquis mutuas sibi o- Cc
peras præstant hæc vocabula citrus, & cedrus: Ita
Plin. miracula pretij earum commemorans libr.
13. cap.15: confines ei Atlanti monti, inquit, Mau-
ri, quibus plurima arbor cedri, & mensarum in-
sania, quas feminæ viris contra margaritas rege-
runt, & quæ sequuntur in eo.

Ex quo constat emtam vnam, orbem citri
Tertull: vocat lib. de Pallio à Cicerone quingen-
tis millibus numûm, quam videtur cap.33. lib. de
Anima Tertull. innuere, cùm mensas Ciceronia-
nas nominat: cùm alteram mensam eiusdem
materiæ bis tantum emerit Asinius Gallus, hoc
est, 35. millibus numûm: illa nimirum constitit
12. millibus & quingentis aureis coronatis: hæc
viginti quinq; millibus.

Alias duas à Iuba rege venditas ibidem nar-
D d rat Plin. quarum alteri pretium fuerit. H-s.35. alteri paulò minus. vnam L. Seneca libro de ben. 6. cap. 9. emtam senatorio censu cum indignatione refert, hoc est, triginta millibus aureis coronatis. & hic tamen Seneca tales habuit quingenras mensas, Dione Cass. auctore, *κεδρίνου ξύλου.* citrinas interpretantur, cedrinas melius.

Addit post multa eo loco Plin. Anchoranus mons vocatur citrioris Mauritaniæ, qui laudatissimam dedit cedrum, iam exhaustus, pretium harum mensarum vnde nasceretur potissimum, exponit. Mensis præcipua dos venarum crispis vel in vertice variis illud oblongo euenit discursu, ideoque Tigrinæ appellantur; hoc intorto, & ideò tales Pantherinæ vocantur: sunt & vndatim crispæ maiore gratia si Pauonum caudæ, o-
E e culos imitentur; magna verò post has gratia extra prædictas crispis densa veluti granis congerie, quas ob id à similitudine apiatas vocant. hinc Mart. lib. 14. epigr. 30.

Non sum crispa quidem, nec siluæ filia Mauræ:
Sed norunt lautas & mea signa trabes.

Summa verò omnium in colore: hæc maximè mulsi placet suis refulgens venis: post hæc amplitudo est totius candicis. Prius Seneca loco citato. video istic mensas, & æstimatum lignum senatoris censu, eò preciosius, quò illud in plures nodos arboris implicatas torsit. & Tertull. en quantis facultatibus æstimauere ligneas maculas. iuuant, inquit Plin. plura quoque in vna mensa vitia indicans, vt opinor, hunc Senecæ locum: nodi enim videntur esse vitia ligni. Propter insaniam pretij harum mensarum Petr. Arbiter in satyr. dixit:

F f *— Ecce Afris eruta terris*
Citrea mensa. —

Et ante Pers. satyr. 1.

— Non quidquid deniq; lectis
Scribitur in citreis. —

Et lib. 1. Luc.

— Mensasq; priores
Aspernata fames. —

Et lib. 9.

Extremoq; epulas, mensasq; petiuimus orbe.

Et Mart. libr. 10. Epigr. 80. Citri, ac cedri nomine intelligit, eo versiculo:

Inspicit aut pueros, nobilimue cedrum.

Et lib. 9. epigr. 60.

Indesatur mensas, & opertos exuit orbes.

Et mox:

Ingemuit citro non satis esse suo.

Et lib. 2. epigr. 43.

Tu Libycos Indis suspendis dentibus orbes.

De altera Cethegorum mensa ibidem Plin. quæ incendio consumta, permutata latifundij taxa-
G g tione H-s. 14. si quis prædia tanti mercari velit.

De altera, magnitudo amplissima adhuc fuit vnius commissæ ex orbibus dimidiatis duobus à Rege Mauritianlæ Ptolemæo pedum quatuor, & semis per medium ambitum crassitudine quadrantali. maiusque miraculum in ea est artis latente iunctura, quàm potuisset esse naturæ solidæ.

Et de alia ex Tubere Nonij Tiberij. Cæs. liberti, de alia Cic. act. 5. in Verr. Tu maximam, & pulcherrimam mensam citream à Q. Lutatio Diodoro, qui Q. Catuli beneficio à L. Sylla ciuis Aeui factus est, omnibus, &c.

Iam verò ex Dioscorid. libro 1. cap. 36. Mala Medica à Rom. citrea nominari scimus, quæ non multum crescant, & folia habeant maiora Lau- H h
ro, non tamen friabilia, vt Lauri, & rugosa atque oblonga esse, indicat propriè, quem dicimus citrone, limone. Vide & cap. 142. siue 176. vt in Coroll. Hermolai. & citreum oleum memorat libr. 2.3. cap. 4. Plin. & libro 28. cap. 25. & libr. 23. cap. 6. Citreis odor acerrimus, sapor asperrimus. & lib. 19. c. 5. cucumerem flauum, auri nempe colore, citrini coloris esse scripsit.

Consentit Simeo Sethi lib. suo de facultatibus ciborum nominans citra, quæ & mala Medica nominantur: videturque complecti non solum quos cedri, è citroni nos dicimus, sed etiam Limoni, è Narancij. semen, inquit, medicamentum est contra venena, & venenatorum morsus, præsertim scorpionum, & potum, &, quod apud alium neminem legi, suppositum.

Mirum ex fama refert. si citris superponatur panis calidus celerrimè putrescit, & ipsa tamen seruant à putredine reliqua.

Qui primus creditur artem inuenisse malum hanc citream in Italia alendi & plantandi, atque inserendi: quamquam ante illum, vt his verbis tradit Plin. lib. 12. cap. 3. tentauere gentes transferre ad sese propter remedij præstantiam fictilibus in vasis, dato per cauernas radicibus spiramento. mox. sed nisi apud Medos, & in Perside nasci voluit.

Pallad. Rutilius de re rust. de cedro nihil. de I i
citro in mense Martio tit. 10. & arborem citri quatuor modis seri ostendens, semine, ramo, talea, claua: amare rarioris naturæ terram, cœlum calidum, humoremque continuum: repetit calidis locis, sed iriguis, & maritimis, quibus humor exundat. gaudere maximè, cum Mensis Aprilis tit. 5. & Maij tit. 6. locis frigidis nunc inseri scribat; & Mensis Aug. tit. 6. locis irriguis inserendam. mens. Sept. tit. 7. locis calidis, & siccis Regionibus: quod si in Regione frigida, priore, inquit, loco, & sic disponatur arbor loco, vel parietibus munito, vel in meridianam partem verso, & hibernis mensibus tectum stramine velet agresti, quæ & de Limonibus & de Pomis aureis, id est, Naranciis dicta putato. & Mens. April. tit. 5. citreum vocat.

Gaudere quoque tradit assidua fossione, hincque prouenire Poma maiora: & in Sardinia, K k
& in territorio in fundis suis se expertum confitetur per gradus quosdam sibi semper poma

succedere, cum maturis se acerba substituant: acerborum verò ætatem florentia consequantur, orbem quemdam continuæ fœcunditatis sibi ministrante natura: & ipsum citreum, hoc est, fructum in arbore, posse per totum annum custodiri. lib. 14. qui versu scribitur de insitione; citrium malum celebrat, opinor & medicum sub eo intelligi:

Nec non & citrij patiuntur mutua rami
Pignora, quæ grauido cortice merus alit.
LI *Pomaq; pasturi blando redolentia succo,*
Armatis mutant spicula nota Pyris.

Diuersa videtur cedrus: hinc indicia. S. Ambros. lib. Hexam. 3. cap. 13. Cedrus suspendendis tectorum apta culminibus: eo quod eiusmodi materies & procera sit spatiis, nec onerosa parietibus. in Psal. 118. Octe. 4. Cedri specie maiorum, qui iusti fuerunt, gloria declaratur. Iustus enim, vt Palma florebit, &c. Psalm. 91. sicut enim cedrus non putrescit, ita nec maiorum gloria vlla vetustate corrumpitur. Theod. in hunc Psal. iustus cedri densitatem, & calorem & odorem imitatur. in Ezech. sect. 6. interpretatur per Cedrum regnum Dauidicum, quòd cedrus nunquam putrescat, Mm regnum, inquam, Dauidicum mysticè, hoc est, D. Iesu Messiæ.

Abulen. in 10. cap. lib. Reg. 3. quæst. 13. Cedrum facit arborem omnium nobilissimam, ac reginam, ita vt in summo sit plantarum gradu, sicut in infimo Hyssopus: & quæ raris sit locis in Africa, & Syria, præsertim in Libano aspectu pulchrã, odore suauem, venenosa omnia procul pellentem, cuius triplex sit fructus ex superiore parte apud corticem dulcis est: in medio carnositatis, hoc est, pulpæ mistus ex dulci, & citrino: interior apud grana, quasi acidus: sanè ex his nonnulla nostrati cedro, & malo aureo non quadrant.

Εὐκέδρον, cur Homerus appellauit; siue fissile & scissile, aut facilè ad frangendum, siue potius quod facilè vratur vt odorata. & pinguis? sanè Nn Eust. interpretatur εὐσχιστον. vt Schol. εὔσχιστον, fissilem, & scissilem & εὐκατασκεύαστον parabilem, id est, ad vsum, & opus faciliem: & certè verbum κεάω, & σχίζειν scindere est: sed & καίω, est vro, & cremo: quæ significatiunes non valdè cedri soliditati conueniunt. Idem ad illud Vlix. 5.

— τηλόσε δ' ὀδμὴ
κέδρου τ' εὐκεάτοιο, θύου τ' ἀνὰ νῆσον ὀδώδει.

Notat in nomine illo εὐκεάτοιο inesse vim etymologiæ cedri: dictum innuit, quòd facilè findatur παρὰ τὸ κεάω φᾶσι. & Il. lib. 20. κάγκανα ξύλα idem significare asserit, quod à verbo καίω, & κάγκω deducitur vox, id est, ligna, quæ ad comburendum Oo scinduntur, quæ ἀνὰ Pauſ. interpretetur à verbo αὔω ob eandem causam, aut similem; quia facilè diuiduntur, seu finduntur.

Quid verò sit Thyion indicat se non intellexisse: tantum lignum esse odoratum notat. inquiramus nos.

Adnotaui quid Ruell. suspicetur, non improbabile thuris esse arboreminam & thus à Latinis inde videtur deriuatum, mutata y in u, arbor sanè aptissima sacro cultui; inde & sacrificare dixit Hom. & alij, θύειν, vt obseruat Athen. lib. 14. cap. 13. nec ineptè, nisi fallor, diceretur Hom. eo vocabulo citrum intellexisse, vel cedrum Syriacam, quæ valdè est odorata. sic Græcis θύον est odorem mittere, & θυώδεα εἵματα odoratum canunt Poëtæ, & θυώματα odores, & suffitus Athen. lib. 15. c. 14. aut omninò arbores odoratas.

Ita Ant. Nebrissensis nomine lignorum Thyinorum lib. 3. Reg. c. 10. vbi legitur Reginam Saba Pp ex Ophir ligna Thyina multa nimis detulisse Ierusolymam, hoc nomine, varia ligna sumit arborum odoratarum, cuius modi sunt Cedrus, Iuniperus, Cupressus, & id genus reliquæ, quod illo Apoc. 18. sermone confirmatur, & omne lignũ Thyiuum, hoc est, varias arborum odoratarum formas.

Similis locus 2. Paral. cap. 9. in priore septuaginta verterunt ξύλα πελεκητὰ ligna dolata, seu læuigata: nec desunt codices, qui contra legant ἀπελέκητα, non dolata: læuia Theod. Quæst. 34. interpretatur ἔξω ἀποφυάδων, hoc est, acuminibus libera. posteriore reddunt πεύκινα picea, vel pinea, vt & Iosipp. lib. 8. Ant. Iud. nostri, vt Abul. Qq his locis sumunt pro lignis candidissimis ac pretiosissimis, & ac si læuigata essent, penè perspicuis, quorum nempe superficies instar speculi redderet obiectæ effigiem rei. Almugim est Hebr. id est, corallia. Batablus in posteriorem locum eos laudat, qui pro Ebeno accipiunt, quæ licet nigra, superficie tamen perspicua est, ac pellucida, valdè solida, læui & polita.

Mihi non displicet Nebrissensis explicatio: tametsi & peculiaris esse arbor potest Thyion, cuius meminit lib. Hist. Plant. 5. c. 5. Theophr. forma Cupresso similis, cuius fortassè varia genera; non ea tamen quæ cedrus.

Atque his, à me aduutatis duplex ingens; & spissum volumen historiæ omnium Plantarum in manus meas venit: ex quo & Thyian à cedro esse diuersam, & eius plures esse formas constat, Rr & quanto discrimine cedrus à citro, & Malo Medica distinguatur: & quos nos Itali cedros vocamus non esse cedros, sed citria, vel citra: atque eadem planè ratione eos olim, qui cedrinas mẽsas pretiosissimas nominarunt citreas, vel citrinas impropriè locutos. Præclarum sanè & curiosum, atque eruditum, & magna varietate distinctum opus, magnoque iudicio ex antiquis, & recentioribus collectum.



Dionysij locus de Senatus potestate enucleatus. Rom. Iuris explicata partitio.

CAPVT XIV.

A APIANTSR Dion. Halicatn. lib. terum antiq. Rom. 2. non enim inquit, Senatus Romanorum arbiter est, id est, κύριος earum rerum, quas decreuit, sed populus: id cõfirmatur illa apud Liuium crebra oratione, senatus decreuit, populus iussit; & cum P. Scipionis Africani potentiam describit sub vmbra Scipionis ait lib. 38. ciuitatem dominam orbis terrarum latere, nutus eius pro decretis patrum, pro populi iussis esse.

B Antiquior Liuio Cicero in orat. pro Balbo, nihil sacrosanctum esse dixit, potuisse, nisi quod plebs, populusue sanxisset. A De Romuli institutis loquitur: non simul vniuersus ferebat suffragia populus, sed per curias; quidquid autē pluribus curiis visum fuisset, id verò ad senatum referebatur: qui mos ætate nostra mutatus, neq; enim senatus populi scita, sed populus senatus decreta confirmat: nam & ius populo esse confirmandi in rebus maximis repetit libr. 4. qui & 6. tradit omnia in senatus potestate esse præter hæc 3. Magistratuum creationem, legumlationem finiendiuè belli arbitrium. B

C Quamobrem idem lib. 7. Dion. S.C. duntaxat annua fuisse tradidit, quod non vidit Franc. Conanus, neq; populum, aut plebem tenuisse, non aliter ac magistratuum edicta, qui leuioris duntaxat multæ irrogationem habuerunt post legem Aterinam: grauioris autem irrogatio, ac multatio fiebat iudicio plebis, vt constat ex libr. 25. T. Liuij, & vbiq; apud Val. Max.

D Quare cum solius populi proprium esset legem iubere, nec magistratuum iussa, nec senatus decreta leges dicebantur, & à legibus plurimum differebāt, tum pœna, tum sanctione, tum etiam vi, & potestate: Nam in lege sanciendâ non modo magistratus, sed vniuersus etiam populus iurabat in eam, vt scribit App. lib. 1. bellorum Ciu.

Itaque 12. tabulis & sacratis legibus comprehensum erat, ne quis legibus solueretur, nisi per populum: & quemadmodum leges conuentionis non possunt iuri publico derogare, nec collegiorum statuta municipalibus, neque lex municipalis Ciuitatum moribus, nec Ciuitates legibus Imperij, ita nec priuati magistratuum imperio derogare potuerunt, nec Imperia magiE stratuum senatus auctoritati, nec auctoritas senatus plebis potestati, nec plebis potestas maiestati populi, penes quem fuit totius Imperij summa.

Sed quoniam periculosum videbatur consilia Reip. manare in vulgus, (id autem necesse erat, si omnia decreta senatus à populo sancirentur) senatui tributum est à populo, vt cetera, quæ ad rempublicam pertinerent, administraret, excepta creatione magistratuum, legum ferendarum, belli, & pacis, vitæ, ac necis potestate, & extrema prouocatione, quæ propter Imperij maiestatem populus sibi reseruauit, vt videre licet in oratione M. Val. Cos. apud Dionysium, quod etiam Polybius affirmat: in reliquis, ne senatus potestate abuteretur, permissum est Tribb. Pl. aduersus omnia senatus consulta intercedere. F

Itaque cum senatus habebatur, pro foribus stabant Tribuni, nec prius senatusconsultum ratum erat, quam Tribuni literam T. assensionis indicem superscripsissent: postremis deinceps temporibus Tribunis licuit in senatum venire: ita senatus potestas olim vnius Tribuni oratione poterat suspendi. Nam qui senatui legis potestatem condendæ tribuunt, fanè falluntur: neq; enim hoc prius est senatui permissum, quàm Tiberius à populo ad Senatum ius illud transtulit G comitiorum, quæ Augustus dicis caussa reliquerat populo, ad quem leges ferebat, quarum ipse arbiter erat, magistratum item, ac prouinciarum dimidiam partem à populo peti patiebatur, cùm ipse candidatos manu duceret.

Quod igitur Tacitus lib. 1. Dio lib. 53. comitia tradunt ad senatum translata, eò pertinet, vt quæ simulatè populo fuerant relicta, senatui tribuerentur: ex quo tempore senatusconsulta legis habuerunt vim, quæ tamen à Principe rogata H fiebant, & sanciebantur, vt constat ex orationib. M. Philosophi, Adriani, Seueri in Pand.

Hæc vt illustriora facias, recognosce leges apud Rom. sublata Rep. à Regibus tantùm, & Cæsaribus latas: liberâ, à populo tantùm: ius verò fuisse penes populum, plebem, Senatum, Principem, vt est tit. 2. instit.

Porrò ius omne ciuium Rom. bipertitum fuit, quod ciuis meus Car. Sig. profanæ antiquitatis, si quis alius, peritissimus, doctè, & elegāter explicauit cap. 5. & seq. lib. 1. de ant. iure ciu. Ro. alterum scripto constabat, alterum consuetudine sine scripto. Scriptum ius Reges, Decemuiri, Iurisconsulti, Pontifices, Consules, Tribb. Pleb. Senatus, Prętores constituebant: id appellabatur I Regiæ leges, 12. tab. Ius ciuile, legis actiones, leges, plebiscita, S.C. & edicta. Non scriptum verò in Remp. inuexerunt mos, & instituta maiorum: Regiæ verò, etiam Curiatæ dictæ, quia curiatis ferebantur comitiis.

Ius item Papitianum, quia à Sex. Papirio regnante superbo collectum: 12. tabularum leges ediderunt Decemuiri Centuriatis Comitiis, vt est apud Liuium libro 3 triplex ius complexæ, vt illud Ausonij distichon indicat in Idyllio, quod inscribitur Griphus ternarij numeri. K

Ius triplex tabulæ, quod ter sanxere quaternæ
Sacrum priuatum, & populi commune quod vsquam est.

Ex his natum ius ciuile, id. fori disputatio, quam I.C. ingenio, ac doctrina præstantes viri in legum nodis extricandis inuexerunt. vt ipsemet scribit Pomp. de orig. iuris. ex iisdem legis actiones ortæ, quas Pontifices intulerunt, vt idem refert Pomp. quæ nihil sunt aliud, quàm agendi formulæ: consulendus idem Sig. cap. 9. & seq. lib. 1.
L de iudiciis: quas quidem actiones qui continet liber, dicitur ius ciuile. Flauianum, à C. Flauio Appij Claudij scriba. qui eum auctori, ac domino surreptum populo tradidit. His cur Sig. adiungat S.C. cùm inter se maximè distent, non video.

Leges illæ dictæ, quas populus vniuersus Coss. vel alio magistratu patricio rogante, vt Dictatore, atque interrege Centuristis, aut curiatis comitiis iussit.

Plebiscita erant, quæ Festo auctore, plebs tributis comitiis sine patribus plebeio magistratu, hoc est, Trib. Pl. rogante accepit.

M Senatus consulta quæ senatus. Coss. maximè, vel magistratibus illis. per quos haberi senatus poterat. referentibus decreuit: hoc ab auctoritate differebat. quod ratum magis senatus consultum, quàm auctoritas: Nam si fortè senatores omnes. qui vocati erant, non conuenissent, habebatur quidem senatus, & quod decretum erat, scribebatur: id tamen scitum pro imperfecto, nec rato habebatur; & auctoritas tantummodo scribebatur. vt senatorum voluntas de ea re, atque iudicium extaret, quæ planius Dio lib. 55. exponit. C Latinè iam sententiam proposui, nec mihi nunc est necesse verbum verbo reddere,
N cum alio libro ad aliud explicandum iam reddiderimus.

Edicta tandem, quæ ceteri magistratus, vt Coss. Aediles, Tribuni, potissimum tamen Prætores edicebant: antequam ius redderent. vt nimirum ciues scirent, quod ius de quaque re dicturus esset, seq. præmunirent, vt apparet l. 2. §. 5. de ant. iure ciu. Rom. & 3. libro de ant. iure prou. c. 5. Sig. quæ quidem primis temporibus in eum
O tantum annum valebant, quo is Prætor erat, qui proposuerat.

Hinc illa Cicero lib. 1. act. 2. in Ver. qui plurimum tribuunt edicto prætoris, edictum legem annuam dicunt esse: ex eodem loco vim cœpisse habere à Cal. Ian. & alteris Cal. Ian. amisisse constat: ait enim si finem edicto prætoris adferunt Cal. Ian. cur non initium quoque edicti nascitur à Cal. Ian. quod quidem edictum annuum pro-
P prium erat prætoris vrbani: nam septem alij prætores, qui de criminibus quærebant, factis pro tempore edictis vtebantur: quomodo autem perpetua sint facta prætorum edicta, & ad vnum generale edictum Saluius Iulianus reuocauerit, idem ostendit lib. de iudiciis 1. cap. 6. lege item Alex. ab Alex. & Tiraq. semestria libro sexto, cap. 23.

Prouerbium ex veteri iure explicatum, & illustratum: in quo tum annum olim nuptiæ vetitæ.

CAPVT XV.



VETVS est adagium, cuius meminit A
Sen. ep. 96. si vultures, cadauer expecta, & Mart. indicat lib. 6. epigram. 62. Cuius vulturis hoc erit cadauer? docte a collectore explanatum Chil. 1. cent. 7. num. 14. nunc à me illustrandum ex Iurisconsultorum sanctionib. & quidem dicebatur aduersus testamentorum captatores, de quibus lepidissimè & aliquot suis νεκρικοῖς dialogis Lucianus agit inducēs ipsos miserabiliter eiulantes, quòd quorum expectabant interitum, eum ipsi præuenissent suo.

Sensus prouerbij est, heredipeta es, mortem eius expecta, cuius hæres esse speras: huius farinę homines, qui videlicet de viui successione sunt B
soliciti, pro improbis habentur in iure. l. 11. §. interdum de vulg. vbi hoc Iulianus affirmat; nam & vetus fuit Iurisconsultorum sententia. conuentionem de alterius adhuc viuentis bonis; & hereditate nō modo esse inutilem, verum etiam tam turpem, ac nefariam. vt ipsi paciscentes indigni propterea iudicentur. qui aliquando sint hæredes, quin etiam amittunt qualecunque succedendi ius. quod alioqui ex lege habebant. l. 11. C
§. vlt. de donat. & hi heredipetæ olim vocabantur: accusabatur item filius, qui, vt Poëta ille scripsit:

— Ante diem patrios inquirit in annos.

Nam & ob hoc S.C. Macedon. factum est, & iubetur expectare. vt de ea re non cogitet, non vt appetat, vt est apud Quinctilianum opinor declamatione quincta.

Lex est C. de legit. hered. Iustin. decernens nuptias, quę inter masculos, & feminas maiores, vel minores sexagenariis, vel quinquagenariis lege Iulia, vel Papia prohibitæ sunt, nullo modo impediendas esse; omninò mendosè; debere e- D
nim legi maiores, non minores, res ipsa clamat: illæ verò leges Iul. & Pap. non omninò vetabant hoc coniugium. sed iustum non esse, nec valere ad pœnam cælibatus euitandam, quia nimis serum. atque effœtum iudicabant, & sentiebant innuptas esse has nuptias.

Intercessit postea S.C. Claudianum, vt est in fragm. Vlpiani, quo placuit, virum quidem sexagenario maiorem posse rectè vxorem ducere, sed maiorem quinquagenaria non rectè nubere.

Ratio discriminis ex ipsis petitur natura, E
cuius legem, & morem summus exponens philosophus libro quinto de historia animalium cap. 14. scribit, virum quidem ad annos

vſque 70. poſſe liberos procreare, mulierem verò vſque ad 50. *A*

Ita Paullus I.C. ancillam maiorem annis 50. habet pro ſterili. l. 21. de act. empt. at Iuſtin. lege cit. quamuis hoc non ignoraret, tamen, cum & naturam aliquando eſſe poſſe fecundiorem intelligeret, & coniugium alioqui ſciret eſſe poſſe legitimum, etiamſi fecundum non ſit (ſunt enim & alij honeſti fines nuptiarum) noluit ſenibus interdicere coniugia: & cùm poſtea accidiſſet, vt mulier annis 50. maior peperiſſet, & de hoc par-
F tu quæreretur à Collegio aduocatorum Cæſarienſium, non potuit partum, etſi inſolens eſſet, non & agnoſcere, & inter legitimos hæredes referre; & naturalem iudicare voluit eſſe partum, qui ſuppoſitus non probabatur.

Sunt videlicet rara quædam, & extraordinaria opera naturæ. Sanè Felix Accorambonus non
G malus Ariſtoteleorum librorum corrector, atq; interpres in 7. lib. de hiſt. an. c. 6. Vbi hæc habet Ariſtoteles. Viri ferè generant vſque ad 60. annos, ſi excedant hoc tempus vſque ad 70. & iam quidam genuerunt, cùm ſeptuagenarij eſſent. *B*

Vidiſſe ſe Eugubij in patria ſua duos affines ſuos teſtatur, quorum alter 80. natus annos filium habuit, quem adhuc viuere affirmat, & alias deinceps filias: alter verò 88. cùm ex prima vxore filium ſuſtuliſſet, ex ſecunda tres filios genuit, filiam vnam, qui omnes robuſti ſunt, cùm ipſe 96. ætatis anno mortem obierit.

H Cùm item quæreretur, an vndecimo poſt mortem viri menſe natus, legitimus eſſe partus videretur, explicatio eſt difficilior exiſtimata, quod non ſolum de naturæ lege erat quæſtio, ſed etiam de fide mulieris, nam pater eſt incertus, & mater facilè poteſt fallere, & mentiri.

Sapienter, & cautè Nouella 39. Iuſtin. ſtatuit, quid iudicandum, incipit hæc conſtitutio. τὸ βουλὲν, καὶ συνειλημμένον τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, &c. ſed reſponſio quæſtionis ad medium, ita Δεύτερον δὲ, &c.

Illuſtre in hiſtoriis eſt exemplum Conſtantiæ vxoris Henrici Sueui, 8. Imper. matris autem Federici 2. quæ annorum cum eſſet 54. concepit, & ne qua ſuppoſiti partus eſſet ſuſpicio, publicis cuſtodibus adſeruata, palam filium enixa eſt Federicum, anno Chriſti Domini 1120. confirmans legem Iuſtiniani 700. propè annis, poſtquam lata fuiſſet.



Ver nouum, & Ver ſacrum quid ſint?

CAPVT XVI.



VETERES ſingula anni tempora, hoc eſt, ver, æſtatem, autumnum, Hiemem in tres diuidunt menſes, ac primum quidem menſem veris, & aliorum temporum, lib. 5. orig. cap. 6. S. Iſid. primum ver, ſiue nouum: Secundum, ver adultum: Tertium, ver præceps, & ſic de aliis dicunt. ita Seruius ad illud Virg. Georg. 1. *A*

Vere nouo gelidus canis.

Ita Salluſt. ferè loquitur, & Corn. Tacitus: primum ver dicere ſolet Plin. libr. 10. cap. 20. Græci ita partiri ſolent annum in conſiſtentem, medium, deſinentem annum.

Ver autem ſacrum à Græcorum conſuetudine ductum indicat 5. lib. ponè extremo Strabo, cùm de Samnitibus loquitur, tametſi nomine rei tacito: narrat enim Sabinos re aliquando malè geſta in prælio aduerſus Vmbros renouato prælio Marti feciſſe votum, modò victores euaderent, ſe conſecraturos quidquid proximo vere domi naſceretur: victis Vmbris reuerſos in patriam pecora omnia immolauiſſe, & cum immane videretur etiam liberos mactare, infantes Martis miniſterio addixiſſe, tum adultos capite velatos extra fines patrios exegiſſe: Siſenna citatur auctor lib. 4. hiſtor. quem non legi, nec verò legiſſe poſſum, qui non extat. *B*

Cum hoc & conſueuiſſe ludos aliquos voueri, & celebrari apparet ex T. Liuio libr. 4. ergò à Sabinis origo veris ſacri, quod tamen à Feſto, Nonio, Sex. Pompeio tacetur: ita enim Feſtus apud Paullum Epiſcopum. Ver ſacrum vouendi mos fuit Italis; magnis enim periculis adducti vouebant quæcumq; vere proximo nata eſſent apud ſe animalia immolaturos: ſed cum crudele videretur pueros, ac puellas innocentes interficere, perductos in adultam ætatem velabant, & extra fines ſuos exigebant. *A* C

Eadem ferè Sex. Pomp. in Mamert. vt ſi vellent eo malo liberari, ver ſacrum vouerent, id quæcunque vere proximo nata eſſent, immolaturos: ſic enim emendandus locus, qui in multis codicibus eſt corruptus.

Certè probabile mihi ſit hæc Iuſtini verba libr. 24. Galli abundanti multitudine, dum eos terræ non caperent, quæ genuerant, 300. hominum millia ad ſedes nouas quærendas veluti peregrinandum miſerunt, eſſe deprauata, & illud peregrinandum, in hæc, ver ſacrum, mutandum. D

Idem ſentio de his verbis Polyhiſtoris I. Solini cap. 8. Catillus Amphiarai filius poſt prodigialem patris apud Thebas interitum, Oeclei aui iuſſu cũ omni fœtu, vel ſacro miſſus tres liberos in Italia procreauit, emendandum, ver ſacrum.

Qui verò essent veris sacri vouendi, & faciendi ritus, pete ex Liuio lib. 22. & 24. Inde Nonius habitum scribit vernarum nomen pro cõuitio, & maledicto, quod eos etiam vernas appellarẽt, E qui vere sacro nati essent, tanquam deuotos, sacrosque, ac detestabiles.

Quod si hoc verum est, vt & quod de eodem vocabulo Festus notauit, euertitur quædam Grammatistarum traditio, quæ non solum in lib. de orthog. Bedæ habetur, sed etiam Aur. Cassiodori cap. 5. Adamantium Martyrium agno- F scens auctorem, in tractatu de V. & B. Berna, inquit, licet ego inuenerim per V. scriptum, tamen Mennam illustris memoriæ audiui Mennoniũ hominem omnis facundiæ iudicem, se dicentem de hoc reprehensum à Romano quodam disertissimo, quòd per hanc enunciaret literam.

Nos quoque notamus, ac tentamus rationem reddere, quæ sit diuersitatis caussa: si enim Berna domi genitus significat, id est, οἰκογενής, cõmune est duûm generum secundum veteres: trium verò secundum meam sententiam, & per B. mutam scribitur: si verò temporale quiddam denunciet, erit mobile: quare? namque vernus, G verna, vernum fit, vt si quis dicat vernus sol, verna hirundo, vernum tempus, & V. sicut primitiuum eius in scriptura tenebit.

His ita se habentibus possumus etiam intelligere Bernam dictum esse eum, qui in bonis hæreditariis natus est: bona verò per B. literam scribi, supradicta ratio demonstrat.

Sed hæ nugæ sunt Grammaticorum sanè rudium, aut Græculorum de aliena lingua somniantium. Certè Festus vernam à vere deducit, quia id tempus maximè idoneum seturæ: erat enim seruus, vel ancilla domi nostræ, vel ex ancilla natus; & Non. vernas veteres appellabant, qui vere sacro fuerant nati, & habebatur nomen pro vitabili, ac maledicto.

Alapæ, & Rhapismatis in quibus olim vsus apud veteres, & nunc apud Christianos.

CAPVT XV.



A Os Christianus est, vt in recipienda sacri vnctione chrismatis, dum confirmantur fideles, alapa cædantur ab Episcopo; credo, vt memoriæ teneant, se aliquando inunctos, & quasi in libertatem assertos: quæ imitatio moris est Græci, & Romani in 12. Tab. nam cùm manumittebant seruos, & liberos emancipabant, colaphum eis impingere consueuerant, atque hinc fortassè verbi origo manumittere, quasi palma, & alapa impacta dimittere: sic enim interpretatur Isid. lib. orig. 9. cap. de Ciuib. immò verò & Cornutus in Persium: quoties manumittebant, eos alapa percussos circumagebant, & liberos confirmabant, B vnde manumissio dicta est, eo quod manus eis immitteretur. Claudius consulatu 4. Honorij:

Tristis conditio (id est, seruitutis) *pulsata fronte recedit*

In ciuem, rubuere gena, tergoq; remouit

Verbera promissi felix iniuria voti.

ῥαπίσματα vocabantur in 12. tabulis, quorum mentio est apud Iustin. l. vlt. C. de emancip. lib. & Nouella 81. legis actiones, inquit, hac Nou. Regiæ vrbis scribens senarui. A

Quamquam Festus paullò aliter, manumitti, inquit, seruus dicebatur, cùm dominus eius, aut caput eiusdem serui, aut aliud membrum C tenens, dicebat, hunc hominem liberum esse volo, & eum emittebat manu. & lege quarta D. de iustitia & iure dicitur esse de manu missio, quia quandiu quis est in seruitute, manui, & potestati est suppositus; manu missus liberatur potestate; quare est datio libertatis. & de libert. in princ. quamquam etiam manumissionis nomen in liberis legimus; l. 2. D. de off. procos. l. 18. D. de adopt. l. 107. de verb. oblig. & D. si à parent. quis manu. su.

D Dicere solet Tertull. mutare libertate. cap. 6. de pœnit. quis enim seruus, postquam libertate mutatus est, furta sua, & fugas sibi imputat? & cap. 57. libr. de resurrectione carnis, in quo quæ manumissionis essent insignia paucissimis verbis complectitur, docens ea seruos manumissos non pati, licet eadem sit natura corporis, quæ ante serui patiebantur. Sic in eadem licet patibilium corporum substantia non esse post resurrectionem corpora eisdem passionibus obnoxia.

Oro te si famulum tuum libertate mutaueris, quia eadem caro, atq; anima permanebunt. E quæ flagellis, & compedibus, & stigmatib. obnoxiæ retrò fuerant, idcircò illas eadem pati oportebit? non opinor: atqui & vestis albæ nitore, & aurei anuli honore, & patroni nomine, ac tribu, mensaque honoratur. permitte & hanc Deo potestatem per vim demutationis illius conditionem, non naturam reformandi, dum & F passiones auferuntur, & munitiones conferuntur.

Quæ sanè in nostrum etiam baptismum, quo asserimur in libertatem filiorum Dei, conueniunt, cùm & innocentiæ candore animus induitur, & anulo fidei subarrhatur, vt B. Ambros. serm. 90. S. Agnem narrat dixisse, & in Dei filiorum ordinem, ac tribum in Ecclesiam S. inducitur, & sacræ mensæ Eucharistiæ communione honoratur, & patroni assumit nomẽ, id est, Christi Christianus appellatus: quæ item significata fuerunt in iis, quæ in filij prodigi reditu felicia ipsi, & prospera successerunt.

Boëth. in Top. Cic. virgulã, quam lictor manu-

mittendi

mittendi serui capiti imponens, cumdem seruũ G in libertatem vindicabat, dicens quædam verba sollennia. vindictam dici scribit: hinc illud Plut. de sera num. vind. Quos in libertatem Rom. asserunt, eorũ corporib. festucam tenuẽ imponũt. B

At vindicta à vindice seruo nomen habet, qui, vt est apud T. Liuium lib. 2. seruus cùm esset, & nobilium adolescentium coniurationem patefecisset, libertate donatus est, ac ciuitate.

H Narrat item lib. 5. Halicarn. & concludit hoc sermone, seruum, qui conspirationem indicarat, Brutus Cos. libertate, ciuitateque donauit, & magna summa pecuniæ. C Hac de re vindictæ, seu festucæ, siue potius vtrinsq;, lege de ambig. iur. Iacob. Ræuardum lib. 4. c. 9.

Aliud porrò datæ libertatis insigne, coronam videlicet, hoc libro omisit, cuius lib. de Cor. Mil. cap. 13. meminit Tert. Coronat, inquit, & libertas sæcularis. mox. si veram putes sæculi libertatem, vt & coronam consignes, redisti in seruitutem hominis, quam putas libertatem.

Omisit & pileum, quem commemorat libro I de patientia cap. 4. Seruitus, scil. Dei viui non in compede, aut pileo vertitur, sed in æternitate aut pœnæ, aut salutis: hinc ad pileum vocare seruos veterum scriptorum phrasis: illum autem accipiebant serui raso capite in templo Feroniæ, vt auctor est in Virg. lib. 7. & 8. Seruius.

Certè innocentiam restitutam vestis alba reK cens baptizatorum designat, qui propterea candidati à Tertull. lib. de oratione cap. 3. & lib. de Idololat. cap. 18. & alibi nominantur, & eorum candida salutis vestis 4. aduersus Marcionem, quã suis carminib. S. Pontius Paulinus celebrat simul cum mensa, ad quam accumbere iam poterant:

Inde parens sacro ducit de fonte sacerdos
Infantes niueos corpore, corde, habitu,
Circundantq; rudes festu altarib. ignes
Pura salutiferis imbuit ora cibis.
Hinc senior sociæ congaudet turba cateruæ
Alleluia nouis balat ouile choris.

L Et eò longè iunior Venantius Fortunatus illo carmine, cuius est initium, Salue festa dies:

Rex sacer ecce tui radiat pars magna trophæi
Cum puras animas sacra lauacra beant.
Candidus egreditur nitidis exercitus vndis.
Atque vetus vitium purgat in amne nouo.
Fulgentes animas vestis quoq; candida signat,
Et grege de niueo gaudia pastor habet.

Hinc Dominica Paschæ octaua in albis vocabatur depositis, quia candidæ vestes deponeM bantur.

Quod verò de Rhapismatum vsu in adoptione, & emancipatione dicitur l. vlt. C. de emancip. tametsi ferè non dubitent eruditi omnes significare colaphos, siue alapas, & Alc. præsertim libr. prætermiss. 1. litera S apud Iustinianum, & eas à patre infligi solitas ad indicandam abdicationem nescio quam, Franc. Balduinus lib. 3. sui Iustiniani suspicatur, nec verò iniuria, significari potius ipsos ictus vindictæ, hoc est, virgulæ prætoriæ, quales constat olim in manumissionibus interuenisse: ῥαπὶς enim virga. vnde ῥαπίζω virga cædo, aut bacilio, seu fuste, si nominis extenda- N tur notio.

Nam & Plut. in vita Themist. nescio quid de eo narrans, quod etiam repetit in apophtheg. priore loco verbo vtitur ῥαπίζειν posteriore μαστιγοῦν, quomodo & Herod. in polyhymnia t. libr. 7. percutere dicit ῥαπίζειν; quare ῥάπισμα ictum baculo, aut virga inflictum iure significabit.

De huius autem festucæ, seu virgæ immissione ex Persio, & Plauto benè disserit Ang. Politianus cap. 98. vt de nomine patroni in libertis O cap. 31. miscellan. de tota autem re manumissionum egregiè Petrus Faber Tholos. in semestrib. vt omittam Alex. ab Alex. in genialib. Iacobum Cuiacium lib. obser. 3. cap. 23. atque alibi, & Carolum Sig. ciuem meum. De pileo verò etiam Pierium lib. Hieroglyph. 40.

Non prætereundum, quod est obseruatione dignissimum ex Etymologo, Argis fuisse ἐλευθέριον ὕδωρ, id est, aquam liberalem, siue ingenuam, è qua, qui libertate donabantur serui, hauriebant, nam & liberatum ab Orci carcere fabulantur Cerberum, quòd ex ea aqua bibisset. & ex eo P natum fortè prouerbium ἐν κυνάδρᾳ ἐλευθέριον ὕδωρ: in ecclesia quoque præter sanguinis Christi poculum aqua est sanctissimi lauacri, qua liberamur.

Nigræ, & albæ vestis vsus in luctu quam varius olim.

CAPVT XVIII.



DISTINGVE tempora, & concordabis iura, trito dicunt prouerbio A I.C. varium hoc morem explicabit Romanorum in vsu albæ, & nigræ vestis in luctu, & diuersos conciliabit scriptores: Dionysius libro 8. ἀρχαιολ. lex est, Rom. feminis in domesticorum, ac necessariorum funeribus mundum omnem deponere, & annum integrum atratas incedere. A

Varro libro 3. de vita Pop. Rom. vt dum supra terram esset, ricinis lugerent, funere ipso, vt pullis pallis amicti: rursus, propinquæ anthracinis, proximæ amiculo nigello, capillo demisso sequerentur lectum.

Val. Max. lib. 1. cap. 1. de clade Cannensi. Itaq; matres, ac filiæ, coniugesq; nuptæ interfectorum abstersis lacrimis, depositisq; doloris insignib. B candidam induere vestem.

Paullus I.C. lib. 1. sent. tit. vlt. qui luget abstinere debet à conuiuiis, ornamentis, & alba veste.

Suidas verba recitans nescio cuius veteris

scriptoris de funere Marcij: videntur esse citata Dionysij verba ipsissima. id Plut. libro de sera num.vind.affirmat etiam de Gallis, sive Italis sub nomine Barbarorum, qui ad Eridanum sunt, atratos videlicet lugere Phaëtontem.

C Aegyptij quoque pro viduæ symbolo columbam nigram pingebant, vt apud Rom. falacralis Flamen pileo nigro faciebat Plutoni, quòd ater color Diis inferis sacer: eundem fuisse Græcorum morem Aeschines aduersus Ctesiph. indicat obijciens Demostheni, quòd triduo post filiæ vnicæ mortem albatus sacrificarit λευκὴν ἐσθῆτα λαβών. hunc vsum intellige, cum respub. erat integra, & sua Romania constabat libertas: amissa libertate sub vnius dominatu cœperunt albati esse in luctu: idcirco Plut. quæst. Rom. 26. D quærit huius instituti caussas. Cur in luctu alba ferunt mulieres indumenta, & albas vittas. B Post eum Herod. in funere Seueri Imp. mulieres tenues albas vestes indutæ præbent dolentium habitum. C Horum medius Papinius in lacrimis Etrusci:

Hac vittata comam, niveoque insignis amictu
Mitibus exequiis ades. ——

Tantæ mutationis suspicatur fuisse caussam doctissimus Lipsius 2. in Tacitum comm. diuitias, E & luxum posterioris æui, ita vt post sericam traductam vestem, & vulgatam Coam, post galbaneam, cæruleam, amethystinam, & tot colorum genera, spretus fuerit albi vsus à sexu præsertim superbo.

Opponens istius recentioris sæculi scriptorem L. Apuleium, qui lib. 2. Asini sui luctus tempore matronam fingit atratam, intrò vocat me, & conclaue quoddam obseratis liminibus vmbrosum demonstrat cubiculum matronam flebilem, fusca veste contectam.

Satisfacio. respexit, vti solet, antiquissimum ritum: Nam quod Lipsius addit, aut alind in F prouinciis fuit more scil. Græciæ retento, vereor, vt sit verum, quod citatus Aeschinis locus apertè confirmat.

Adiungo quasi παρέργον, colorem nigrum argumentum esse peruersitatis morum: ex quo illud ortum:

—— *Hic niger est, hunc tu, Romane, caueto.*

Et Pythagoras indicat illo suo symbolo μὴ γεύεσθαι τῶν μελανούρων, teste Plut. de lib. educ. luctui vero accommodatum esse, & congruentem etiam La- G tini demonstrant, cum infaustos dies, atque aduersa aliqua clade insignes, atros nominarunt: contra innocentiæ, & probitati conuenire albũ, præter cetera illud probat, quod superiore cap. de candidatis adnotauimus.

Itaq; Magi in Perside rem sacram Deo facient albati eo colore delectari numen arbitrati, quomodo & flamen, auctore Varrone, cum Ioni ferebat sacra, etiam pileo vtebatur albo, & vestales suffibulo amictæ, (album erat vestimentum) litabant, & nõ valde dissimilem colorem luteum, scil. nuptiis dicatum probat ex Catullo, & Apuleio. Adr. Turneb. lib. aduers. 28. cap. 2. & argenteum ex Apuleio, & Val. Max. libr. 2. c. 1. quare in luctu interdicebatur; ita Theodoricus Rex scribẽs Herminafrido Regi Turingorum apud Cassiod. lib. var. 4. c. 1. dum neptem suam donis honorat, equos, inquit, argenteo colore vestitos, H quales decuit esse nuptiales; nam & libertatis adeptæ symbolum est, & felicitatis indicium.

Hinc ille Latinorum loquendi modus de felici, ac læto successu, albus calculus, niueus lapillus, & similes: quæ tamen omnia non effecerunt, quin sacerdotes Aegyptij inter precandum, & sacrificandum nigris induerentur vestimentis terræ numinum parentis reuerentia, quod & factitabant in re sacra Cereris Arcades, & verò Plutoni equi atri quibus inueheretur, olim attributi. Ouid. 5. Metamorph.

Deorum corpora sunt, sed absque sanguine: quid Ichor: duæ Phrases Tibulli ex Græco.

CAPVT XIX.



HOMERVS lib. Iliad. 5. Deos suos A ἀναίμονας, sanguine carentes, vocat, quoniam, Immortalis iit manans de vulnere sanguis:

Qualem membra solent magnorum fundere Diuum
Atq; ideò exangues Dij sunt, & morte carentes. A

Propterea venustè Anacreon Cicadam laudana ἀπαθὴς ἀναιμόσαρκε dixit, & propterea adiunxit σχεδὸν εἶ θεοῖς ὅμοιος licet vulgò ἀναιμόσαρκε legatur, id est, carnem habens sanguinis expertẽ: & ad Homeri versum videtur allusisse, vel communem, ac tritam, quam illi habebant, opinionẽ de suis Diuis: apertius Homeri carmen Herod. respexit libr. 2. scribens:

Hi Diui sunt sanguine, & carne prediti.

Itaq; ἰχῶρα vocat, nõ αἷμα humorem, è Diuorum cute vulnerata effluentem, aut ἄμβροτον αἷμα, quia nectare, & ambrosia victitabant: inde Alex. Magni in suos adulatores de seipso vulnere afflicto B hominem se, non Deum agnoscentis dictum.

Iam Medicis quid ichor sit, vel sanies, fine humor serosus, & aqueus, siue quid aliud, & veteres docent multa, & ex eis nuper Io. Gorræus: tantum audi quid philosophiæ magister de eo scribat: ichor sanguis est inconcoctus libro 3. de hist. anim. cap. 19. vel quòd nondum cõcoctus C fuerit, vel quod in serum abierit. B qui paullò ante dixerat humectatum nimis sanguinem fieri ἰχωροειδῆ, καὶ ὀρρώδη saniosum, & serosum. C 2. autem lib. de part. an. cap. 4. idem repetit, cum lacti etiam attribuit cap. 20. lib. 3. cit. Ichor est pars aquea in sanguine, quòd nondum concoctus, vel quia corruptus: & omne lac habet saniem aquosam, quæ dicitur serum. D

Quo

Quo modo & Dioscorides lib. 1. cap. 174. cor-
D nifoliis: foliorum viridium ichor combustorum conuenit inunctus ad pellendos lichenas. E quæ verba Plin. ita conuertit, vt magis explicarit cap. 8. lib. 23. sudorem interpretans. Sudor virgæ corni arboris lamina ferrea candente exceptus non contingente ligno, illitaque inde ferrugo incipientes lichenas sanat. Tib. eleg. 9. libr. 2. ita canit:

Illa cupere verbu mihi sidera cæli
Lucere, & puras fluminis esse vias.

Imitatus elegantem Græci ἀφαιρεῖσθαι vsum, est enim ἀφαιρεῖσθαι τινα ab alicuius animo opinionē aliquam eximere. & citatur à Budæo in comm.
E Demosth. locus. sequens item versus, & loquendi modus è Græco est decerptus à Tib. eleg. 10. eiusdem libri:

Non seges est infra, non vinea culta, sed audax
Cerberus. —

Gracismus, est in voce infra, vt κάτω pro inferis dicunt. Locus in Axiocho est Plat. siue alterius, quamobrem vel inferius vel superius beatum te esse oportet, si piè vixeris.

Legum verecundia in æstimanda pubertate quanta: alpha & priuatiuè, & contrariè, vt Latinis malè, sumi.

CAPVT XX.

A Ex est postrema Codicis, quam tut. vel curat. esse def. verecundiæ, & pudoris magistra, quoniam in æstimāda pubertate veterum pubis inspectionem turpem aufert, honestè in masculis pubertatem definiens 14. annis, in feminis 12. tametsi non erant prisci mortales tam impudentes, vt in his inspici turpiter vellent, quod natura volebat esse occultum: in masculorum tamen corporibus inspiciendis minus fuerunt verecundi: non eiusdem tamen frontis omnes fuerunt.

Vlp. tit. 11. postquam dixit masculos pubertate liberari tutela, adiecit, puberem quidem Cassiani dicunt eum esse, qui habitu fit corporis, id est, qui generare potest: Proculei verò eum, qui 14. expleuit annos: At Priscus, in quem con-
B currit vtrumque, & habitus corporis. & annorum numerus: & quidem hanc sententiam sunt veteres magis amplexi.

Iustiniano verò Christiano magis placuit media, hoc est, Proculeiorum, vt magis verecunda, numero definiens annorum, vt & lib. de vel. vir. indicat Septimius Tertull. cap. 12.

Tempus etiam Ethnici obseruant, vt ex lege naturæ, &c. consulendus tit. quib. mod. ius pat. cap. iult. 2. l. vlt. Cod. quando tut. esse defin. 1. V. D. de testam. l. 2. D. de vulg. & pup. §. inst. de nupt. Macr. lib. in som. Scip. 1. cap. 6. dicitur hic post annos bis 7. ipsa ætas necessitate pubescit: tunc enim moueri incipit vis generationis in masculis, & purgatio feminarum. Plenam verò in maribus pubertatem anno 18. definiunt I. C. in feminis 14. l. arrogator 49. §. 5. D. de adopt. §. 4. inst. eo. §. vlt. inst. quib. manumitt. Lic. l. Mela, 14. D. C
de alim. & cib. l. quidam de re iud. l. 1. §. pueritiam. D. de postul. Vide Ræu. lib. 4. cap. 10. contra Tribonianum.

Compertum est à particulam esse orationis priuantem, neque tamen hoc solum, sed etiam solet cōtrariè sumi: ita ἄξενος non modo significat inhospitalem, hoc est, locum, qui non admittat hospites, sed malè hospitalem, id est, hospitibus inhumanum, & crudelem, vt malitiam significet, κακῶς, inquit Apoll. interpres, exponens D
κακόξενον, vt pleriq; etiam indicant poëtæ Latini, qui propterea axenon Euxinum appellauerunt εὐφημίας gratia, ἄζυλος, & ἀζυλία apud Sophoclem Trach. de patre inutilia suis liberis consilia parante, ibi enim interpres. exponit, κακόζυλον, κακόζυλον:

Qui hic liberis Ionem malè consulentem nouit. A

Vt Electra illo carmine:

Par quidem est me ex inconsideratia cadere.

Explicat διὰ κακοβουλίαν. Sic ex Thucyd. citatur ἀβουλότερον, explicatum à schol. κακοβουλότερον: eodem E
modo ἄδωρα δῶρα, κακόδωρα exponunt apud eundem Sophoclem: ita apud alios ἀφυὴς pro κακοφυής, opponitur enim εὐφυεῖ: & tunc malum significabit, ac peruersum, seu potius indolis prauę: Nam & Hom. ἀμήχανον ἔργον mali auctorem consilij pro κακομήχανον appellauit. & ἀδάγχελον θεὸν pro κακάγγελον accipiunt docti in Euripide.

Et obserua Latinis malè pro sola priuatione sæpè capi apud Poëtas præsertim, & maximè Ouid. malè sidus. malè sanus, malè amicus, malè F
concordes. malè formosa. malè fecunda, malè sobrius, malè firma, malè fortis, & sunt qui vnum solum verbum faciant, & coniunctim pronuncient: quamuis in aliquib. non priuatio solum, sed & oppositio significetur, vt malè amicus. pro inimico. malè concors, pro aduersario, & discorde: sic malesuada fames. Contra, priuatio sola, malè fecunda pro infecunda. & sterili, malè firma pro infirma, malè formosa. pro deformi, tametsi includitur oppositio.

Et vide quemadmodum à priuans interdum vsurpent Græci pro κακῶς; sic Latinos malè pro simplici priuatione, vt malè sanus insanum signi- G
ficat. malè firmus infirmum.

Sed & Eustath. obseruat ἀφυὰ pro μικροφυὰ accipi. ex quo ἀφύα piscis dicatur, qui piscium est vilissimus: nam & Latini voci, parùm, tribuunt aliquando priuandi vim. & Græci α vim intendendi, & minuendi. hoc est, ἐπιτατικὸν & μειωτικὸν esse.

Sic etiam malè quod parum significat, aliquando pro valdè solet capi, maximè apud Hor. fortasse, quòd præ cæteris Latinis poëtis modis loquendi abundet è Græco petitis fonte.

Libertatis,

Libertatis, ac libertorum quæ genera apud Rom. quib. ritib. daretur libertas, quibus nominib. appellaretur.

CAPVT XXI.



A MANVMITTENDI formæ olim apud Rom. duæ, vt libertas duplex, iusta, non iusta: illa, quæ vindicta, censu, testamento dabatur: hæc, quæ inter amicos in conuinio per epistolam: apparet ex Sen. libr. de vita beata cap. 24. hominib. prodesse natura iubet. serui, liberiue sint: ingenui, an libertini, iustæ libertatis, an inter amicos datæ: inde in Aug. Suet. cap. 40. vt legitur in Codicibus vetustis. Seruos non contentus multis difficultatib. à libertate, multoque pluribus à libertate iusta remouisse: nam qui hac manumisisti, B planè; pleneque liberi: qui altera, vinculo adhuc quodam, vt ait Tacitus lib. 13. annal. attinebantur seruitutis, immò retrahi poterant in seruitutem.

Hinc illa fragmenti cuiusdam ex Puteo à I. Lipsio citati. hi, qui domini voluntate in libertate erant, manebant serui, & manumissores audebant in seruitutem denuò per vim ducere: interueniebat Prætor, & non permittebat manumissum seruire: addit paulò post. Sed nunc habent propriam libertatem, qui inter amicos manumittuntur, & fiunt latini Iuniani.

C Ob hunc repetitæ seruitutis metum scitè Messenio Seruus apud Plautum extremis Menæchmis, inter amicos manumissus, sed meliore, inquit, est opus auspicio. liber perpetuò vt siem: quoniam, te linquebatur pœnitentiæ, at nouo beneficio locus: pœnitentiæ, vt retraheret in seruitutem: beneficio, vt vindicta liberaret.

Quamquam hic Plauti locus videtur accipiendus de alio seruos liberandi modo, quem infra exponemus, clarum ex verbis scen. 7. act. 5. D etiam hic seruum esse se meum aiebat, quem ego emisi manu, is ait se allaturum cum argento marsupium:

Id si is attulerit,
Dicam, vt à me abeat liber, quo volet mi
Dum quando sanus factus sit,
Argentum petat.

Atque hæc sunt iterationes, quarum fit mentio Nou. 78. Iustin. de qua mox hæc summa; planius exponenda, cum Caio, qui 1. libro Instit. 3. fuisse tradit species libertorum.

E Sunt verò liberti, qui desierunt esse serui l. 4. D. de iust. & iur. siue, quos domini ex iusta seruitute soluerunt, ac manumiserunt, vnde & illorũ patroni, quasi patres, qui à morte in vitam illos reuocarunt, nominabantur: nam & liberationis verbum eamdem vim habet, quam solutionis. l. 47. D. de solut. licet solutio propriè de re dicatur pecuniaria rubr. de solut. & liber. Vna ciuiũ Rom. erat: altera conditionia latinæ: Tertia deditiorum.

Primi erant, qui vel in æde sacra, vel ante Consulem testamento fuerant manumissi, quæ propriè libertas iusta. F

Secundi, qui per epistolam inter amicos lege Iunia, aut conuiuij exhibitione manumittebantur, quæ non iusta nominata.

Tertij. qui post admissa crimina suppliciis obnoxij, & publicè pro criminibus cæsi fuerant, aut in quorum facie, vel corpore quæcumq; indicia aut igne, aut ferro impressa ita fuerant, vt deleri non possent: vel à domino vincti fuerant pœnæ caussa, vel traditi, vt ferro, vel cum bestiis depugnarent, vel in custodiam coniecti fuerant, & quoquo modo manumissi. Vlp. cap. instit. 1. Consule Isidorum lib. orig. 9. cap. de ciuib. & Sigon. de iure ant. Ital, & Ciuium Rom. & Alc. de verborum signif. ad l. 172. primi dicebantur vindicta manumissi. Persius sat. 5. G

Vindicta postquam meus à Prætore recessi.

De his etiam hoc libro disputatum, & cum secundis libr. 7. epist. Plin. coniungit ita scribens. Facile deflectet ad te, si voles vindicta liberare, quos proximè inter amicos manumisisti.

Quod verò dictum est ante Consulem, sic accipe, vt etiam ante Prætorem fieret manumissio, vt locus indicat Persij, & ante procos. Plin. lib. epistolarum 7. ep. penult. ad Fabatum, quod verò scribis oblata occasione proconsulis plurimos manumissioa vnicè lætor. Triplex hoc genus libertatis in Gripo suo complexus est vno versu Ausonius: H

Triplex libertas, capitisq; minutio triplex.

Qui mutilo legunt, quid legant, ignorant. lege lib. 3. cap. 5. de ambig. iur. Rœuardum. De eodem pulchrè in Top. Cic. doctissimus Boëthius.

Primum sanè genus perfectæ erat libertatis: imperfectioris secundum: imperfectissimæ tertium; quod videlicet ciuium esset Rom. prima libertas; latinorum secunda, infra hanc vltimus erat gradus dediticiorum. I

De primis nullum nunc verbum: de secundis audi. quæ notarim. meminit Iustin. latinæ libertatis tit. de manumiss. quædam enim erat libertas latinorum hominum, latinitas proximè accedens ad ius Ciuitatis, sed longè tamen inferior.

Quid verò latini coloni à Ciuibus Rom. differrent, notant qui & Historiæ, & legum sunt periti.

Latini liberti appellabantur, qui manumissi erant non omninò ritè, hoc est, non legitimo, & solemni modo, non à Domino maiore 20. annis, non ab eo, qui dominus esset ex Iure Quiritum, non denique ipsi maiores 30. annis, & vt eamque tamen manumissi eam libertatem, quamdiu vixerent, consequebantur, vt & commercium, & K

ius

ius capiendi ex teſtamento haberent, licet ne-
que connubium haberent, neque ius teſtamenti
faciendi, immò verò morerentur tanquam ſer-
ui: quodquidem ius deſcendebat ex lege Iuuia
Norbana, quæ temporibus Tiberij Imp. lata erat
ab iis, qui tunc erant Coſſ. idcirco appellati La-
tini Iunisni.

Cæterum ea lex. & eius antiqui interpretes ſi-
gnificant multis modis fieri poſſe, vt Latini li-
L berti fierent Ciues Romani.

Suet. in Veſp. cap. 3. commemorat quandam
Latinæ conditionis mulierem, mox ingenuam,
ac Ciuem Romanam recuperatorio iudicio pro-
nunciatam, ab eo vxorem ductam: & quidem
facile Romani Ciues fiebant, ſaltem vt iure Qui-
ritum fruerentur, quam diu viuerent: ac ne in
eo conſequendo laborarent, hoc ipſis Traianus
Imp. liberè generali edicto conceſsit: tum S. C.
M exiit Largianum ſub Antonino Pio, vt Latini li-
berti, qui manumiſsi eſſent. & ea ætate, & ab eius
ætatis domino, quæ lege Aelia Sentia compre-
henſa erat, ſed non ſolemniter, veluti per vindi-
ctam, aut teſtamentū, poſſent iure liberorum fie-
ri Ciues Roman. & Ciuitatis ius morientes ha-
berent.

Hoc ſupererat, vt ſi liberorum iure non eſſent
facti Ciues Rom. morientes non vterentur iure
Quiritum. hoc eſt, ius teſtamenti faciendi non
haberent: ſicuti & Latinos libertos id ſuo tem-
pore non habuiſſe indicat S. Saluianus Maſsi-
lien. lib. de vero iud. & prouid. qui centum ante
Iuſtin. vixit annis.

N Conceſsit hoc Iuſtinianus aliā non agnoſcens
libertatem, quàm quæ coniuncta eſſet cum iure
Ciuitatis, tollens has omnes difficultates, ſiue
ambages, libertatis cauſſæ vehementer fauens:
indulget enim vt manumiſſus, & ex ſeruo liber
factus, mox Romanus ſit Ciuis, aureo vtatur a-
nulo, teſtamenti ius habeat condendi, ab omni
iure patronorum liber ſit, vt verè ingenuus ha-
O beatur; ex libertina per inſtrumentum nuptia-
le vxore nati filij Liberi, ingenui, legitimi ſint
patris ſucceſſores: filij ex ancilla nati, quam po-
ſtea manumiſerit vir, dotalis inſtrumenti ſcri-
ptione, liberi, & ingenui: adiectis item minis
priuandos & libertate, & ingenuitate, niſi & ho-
nore proſequerentur ſuos patronos. & aduerſus
eos grati non forent: & ad hoc quidem tam li-
berale ſtatutum promulgandum facem ſibi præ-
tuliſſe, & exemplum reliquiſſe Antoninum Pi-
um, ac iuniorem Theodoſium affirmans.

Autem da eximio eius Nouellæ 78. initio;
cum bona omnia ad nos veniriot à magno Deo,
&c. ad finem. A

P Ex qua illud etiam intelligimus, præpoſterè
S. C. largianum poſtpoſitum Traiani edicto; cum
hoc illi superueniſſe in inſtitutionibus ſcribatur
contra fidem hiſtoriæ: quandoquidem nono
anno Pij Cæſ. factum illud S. C. fuiſſe Largo, &
Meſalla Coſſ. animaduerterant doctiores in Ro-
man. Hiſt. quàm fuerit Tribonianus: quæ item
nonnullis eſt aſperſa notis antiquitatis Roma-
næ, veluti de ſeruis Funus præcedentibus, qui
ſcilicet directo manumiſsi fuiſſent teſtamento Q
defuncti, & de pileo geſtando, cuius item motis
Dio meminit lib. 4. & Appianus in Mitbrid. li-
berti nominabantur Orcini.

Neque tamen ſola pilei impoſitio ſufficiebat
ad libertatem, nam requirebatur hæreditatis
aditio, vt conſtat ex l. 10. de Teſtam. quæ eſt Dio-
clet.

Obſeruandū item C. Cæſarem aduerſus Reip.
morem libertos multos, ac libertinos, & Ciuita-
te donaſſe. & ordini non Equitum modo, ſed et-
iam ſenatorum immiſcuiſſe, vt & M. Antonium,
quod ipſis acerbe in Philipp. obiecit M. Cicero:
vehementer diſplicuiſſe Oct. Auguſto declarat
hac oratione Suet. Tranq. in eo cap. 40. cuius
particulam paulo ante produximus. Magni præ- R
terea. inquit, exiſtimans ſincerum, atque ab om-
ni colluuione peregrini, ac ſeruilis ſanguinis In-
corruptum ſeruare populum, Ciuitatem Rom.
parciſsimè dedit, & manumittendi morem ter-
minanit.

Tiberio pro cliente Græco petenti reſcripſit,
non aliter ſe daturum, quàm ſi præſens ſibi per-
ſuaſiſſet, quam iuſtas petendi cauſſas haberet: &
Liuiæ pro quodam tributario Gallo roganti. ci-
uitatem negauit, immunitatem obtulit, affir- S
mans ſe facilius paſſurum fiſco detrahi aliquid,
quàm Ciuitatis Rom. vulgari honorem.

Seruos non contentus multis difficultatibus
à libertate iuſta remouiſſe (ita in vulgatis Codi-
cibus legitur) cum & de numero. & de conditio-
ne, ac differentia eorum, qui manumitterentur,
curioſè cauiſſet, hoc quoque adiecit, ne vinctus
vnquam, tortuſue vllo libertatis genere Ciuita-
tem adipiſceretur.

Claudius item Cæſar, vt de eo tradit Sueton.
cap. 24. Istum clauum, quamuis initio affirmaſ-
ſet non lecturum ſe ſenatorem, niſi Ciuis Rom.
abnepotem, etiam libertini filio tribuit, ſed ſub
conditione, ſi prius ab Equite Romano adopta- T
tus eſſet: ac ſic quoque reprehenſionem verens
etiam Appium Cæcum Cenſorem generis ſui
proauctorem libertinorum filios in Senatum
allegiſſe docuit, ignarus temporibus Appij, &
deinceps aliquandiu libertinos dictos nō ipſos,
qui manumitterentur, ſed ingenuos ex his pro-
creatos.

Qui tamen ingratos ſeuerè puniuit, vt cap. 25.
idem teſtatur ita ſcribens. Libertinos, qui ſe pro
Equitibus Rom. agerent publicauit ingratos, & V
de quibus patroni quererentur, reuocauit in
ſeruitutem, aduocatiſque eorum negauit ſe ad-
uerſus libertos ipſorum ius dicturum: pro eo-
dem libertum. & libertinum dici Latinè ex his
vides.

Hoc eſt, quod lib. 11. annalium Tacitus. inquit,
libertinorum filiis magiſtratus mandati, non. vt

plerique falluntur, recens, sed priori populo factitatum est: sanè libertorum filij adeo à Curia remoti erant priscis temporibus, vt nec in militiam admitterentur: & bello Italico libertini X primum militare cœperunt; vt constat ex epit. 73. Liuiana.

At, cur addit, recens, cum non sit antiquius, quam ab æuo Cæsaris, qui primus libertorum filios in Senatum allegit, & magistratu ornauit?

Scripsit hoc & Dio lib. 43. ἀπελευθέρους libertos, ἐξελευθέρους vocans libertinos, *B* quanquam antea libertinos in Senatu fuisse non recordatur, qui scribat ab App. Claudio Censore Coss. L. Paulo, & M. Marcello non iuuante tamen, fuisse omnes libertinos, multos etiam nobiles è Senatu eiectos. *C*

Y Porro legis Pappiæ Poppææ caput, quod suo loco reticuimus, hic notandum, quo licebat omnibus ingenuis, Senatoriis exceptis, libertinas vxores ducere, vt est apud Paulum lib. 1. ad l. Pap. in quam inserta erat lex Iulia cuius capitis meminit idem Dio lib. 54. Augusti S.

Porrò libertini, & liberti discrimen à Suet. traditum in Claud. agnoscere videtur, ac probare D. de excus. l. 1. Modest. ἀπελευθέρους & ἀπελευθερικοὺς nominans. Libertinis enim libertos solos dare tutores oportet: libertinis pupillis magistratus tutores ingenuos non dabunt, *D* in quo emendat interpretem iure Lipsius.

Z Libertorum item morientium bona ab intestato cedebant patronis; Ita Iulianus l. 23. de bonis libert. & l. 3. de suis hæredib. Vlp. tametsi patroni defectu, seu dubio, ad fiscum deuoluebantur, quod libro annalium 2. Tacitus indicat de Aemilio Musa loquens & apertè Strabo lib. 17. de AEgypto.

Iisdem vetitum ludos publicè edere, ita enim Suet. in Claudio cap. 28. de Harpocrate gratioso Aa eius liberto. cui lectica per Vrbem vehendi, spectaculaque publicè edendi ius tribuit: Cum Tacit. 4. ann. lib. contra scribat hoc sermone: cœpto apud Fidenam amphitheatro, Atilius quidam libertini generis, quo spectaculum gladiatorum celebraret, neque fundamenta per solidum subdidit, &c. nec aduersus tamen; quod enim Romæ non licebat, videtur in Coloniis licuisse.

Sic item obseruandum, liberali caussa manu asserere dictum de iis, qui liberum dominum iniusta seruitute oppressum in libertatem vindicabant: nam idcircò adsertores, & liberalis Bb caussa dicebatur.

Sic Adelph. Ter. act. 1. sc. 2. Neque vendundum censeo, quæ liberast. nam ego liberali illam adsero caussa manu: Plaut. Curc. act. 4. sc. 7. Memento promisisse te, si quisquam hanc liberali caussa manu assereret, mihi omne argentum redditum iri, minas XXX. & Pœn. act. 5. sc. 2. &, si frugi esse vis, eas liberali iam adseres caussa manu: hic ordo est locutionis, vt in Ter. exponit Ael. Don. asserere manu aliquem in caussa liberali; sic liberalis caussa dicitur, quæ actionem in se continet libertatis. & est tit. in iuris corpore. de liber. cau. Cc in D. & sæpè alias.

Digna & alia notatio, liberum pro ingenuo vsurpari ab Imp. l. Diui, 5. & l. cum quis, 20. C. de donat. lib. cum quis à muliere libera, & cuius matrimonium non est legibus interdictum, &c. Sic libertas pro ingenuitate, Hermog. l. cum pacto, 4. D. de liber. caus. cũ pacto partitionis pretij maior 20. annis venalem se præbuit, nec post manumissionem ad libertatem proclamare potest: quandoquidem, vt Modest. ait, D. de stat. hom. l. homo liber. qui se vendiderit, manumissus, non ad suum statum reuertitur, sed efficitur Dd libertinæ conditionis.

Erat & olim morib. receptum genus aliud libertatis, quod ego sub non iusta suspicor contineri, cum videlicet seruus cum domino paciscebatur in certum pretium, quod si exoluisset, liber esset: pretium conflabatur vel è serui peculio, vel aduenticio lucro, ita se redimebat; vestigium moris huius Ecloga 1. Virg.

Nec spes libertatis erat, nec cura peculi;

Clarius Seneca epist. 88. quam mancipia quoque conditionis extremæ, & in his sordibus nata, omni modo exuere conantur: peculium Ee suum, quod comparauerunt ventre fraudato, pro capite numerant.

Tac. lib. 14. ann. commemorat Pedanium secundum à seruo interfectum, sed negata libertate, cui pretium pepigerat, &c. eundem morem Plautus expressit. Menæchm. vt superius docui, & in Aulul. act. 5. sc. 1. Strobilus reperto Thesauro ita loquitur:

Quin ergo illi inuenisse me hanc prædam
Dico, atque eloquor?
Igitur orabo, vt manu me mittat, ibo, atq. eloquar.

Rud. act. 4. sc. 2. Gripus piscator, certè seruus. Ff

—Ad herum veniam doctè, atq. astutè,
Pauxillatim pollicitabor pro capite argentum,
Vt sim liber, ac me emittat manu.

In quam sententiam Hermog. lib. 54. de iudiciis pronunciat aduersus dominos consistere seruis licere, si qui suis nummis redemtos se, & nõ manumissos contra placiti fidem adseuerent: & Vlp. qui se dicit suis nummis redemtum, si hoc probauerit, exinde liber erit, ex quo redemtus est. Interdum verò imaginaria quædam emtio G interposita persona tertia adhibebatur l. 4. de manumiss. Quod si dominus non seruaret fidem, querela seruo Romæ erat apud Præf. Vrbis in Prouinciis apud Præsidem ex constitutione D.D. fratrum l. 5. de manumiss.

Aliud erat libertorum genus ex Reip. seruis factorum, quorum meminit M. Varro lib. 7. de ling. Lat. nomina habent plerique liberti à municipio manumissi, in quo vt societatum, & sacrorum serui, non seruarunt proportionem, &

ratio-

rationem, & Romanorum liberti debuerunt di-
Hh ci, vt à Fauentia Fauentinus, à Reate Reatinus, sic à Roma Romanus, vt nominantur libertini à libertis orti. & è publicis seruis populi Rom. qui manumissi tanquam sub magistratuum nomina, qui eos liberarant, succedere cœperunt. Erant itaque, vt significat Varro, serui publici manumissi, & dicti liberti populi Rom, vt reapse erant: cœperuntque à Coss. vel Prætore manu-
Ii mittentib. nomina sortiri sic, vt Corneliani, Gelliani Clodiani, &c. nominarentur.

Nec omittendum magnum olim discrimen fuisse, vtrum seruus esset meus ex iure Quiritum, an vero tantum in bonis meis esse diceretur: & dominium quidem ex iure Quirit. quod & in formula vindicationis nominabatur, erat, si res mihi solemni, & ciuili ritu mancipata, aut in iure cessa esset, aut saltem vsu capta: alioqui tantum in bonis meis dicebatur esse, vt si simpliciter fuisset mihi à domino vendita, & tradita, vt in fragmentis Vlp. declarat, quo loco pro verbis
Kk illis, quamdiu horum quid fiat, lege quamdiu fiat, vel quamdiu hoc quid non fiat: & quamdiu fiat. significat donec fiat: Barbarè autem alter Quiritarius dicitur dominus à Theophilo, alter Bonitarius.

Porro Iustin. vt docuimus, illud sustulit dominium à iure Quiritum diuersum, & totum hoc dominiorum discrimen, vt Latinam etiam libertatem, vnam esse iustam volens, quæ cum pleno iure est Ciuitatis, & dominium naturale statuit etiam esse legitimum. Atque hæc iam nimis multa de libertis.

Vocis, ac sermonis quæ natura, quis vsus, ad quæ se porrigat: Plat. Arist. Plut. loca enucleata.

CAPVT XXII.

ITA vox, & sermo, siue oratio hærent
A mutuò, vt vbi est sermo, ibi continuo sit vox; non contra. vt vbi est vox, ibi sit sermo. Vox esse potest bruta, vt ait Plut. lib. de procreatione animæ; communis est enim homini cum brutis animantibus in quibus aut vox est, aut sonus quidam.

Arist. 4. de Hist. anim. cap. 9. immo & in carentibus anima, vt Plut. ait 4. de Plac. Phil. lib. cap. 19. licet impropriè, & quidem aliquid significans: cui enim dubium Leonis rugitu, Tauri mugitu, canis latratu, vlulatu Lupi indicari rem, aut affectum aliquem ferociæ, doloris, famis, &c. atque hinc cap. 2. de interpr. Arist. alicuius esse rei argumentum etiam illiteratos mutarum animantium sonos affirmat. A Demonstrant certè hoc etiam illiterati strepitus, ceu ferarum, quorum nullum est nomen.

B Et sect. Probl. 11. q. 60. pueros tradit, ac bestias eodem ferè modo suas appetitiones enunciare, quòd illi nondum proferre literas possunt: quæ tamen verba in meo Græco volumine non reperio Basileensi, vt nec in alio Aldino.

Vox autem definitur à Platone lib. Plut. citato, spiritus per os ab anima eductus, & ictus aëris, qui per aures, cerebrum, & sanguinem vsque ad animam diditur, loco cerebri, & sanguinis longè melius dixisset arterias, & pulmonem.

Non valde Arist. sect. citata, q. 45. dissentit, aërem definiens eum humidum; B ab Epicuro flu- C
xus à rebus emissus vocalibus, vel sonantibus in frusta eiusdem formæ confractus; sanè Aristot. ibidem, fluxum esse quendam vult, ἀπορροὴ φωνῆς τις: sic & Alcinous cap. 4. Philosophus Platon. effluxum è cogitatione per os vna cum literata voce, quæ satis aptè naturam exprimit sermonis, ineptè verò vocem in definitione vocis repetit.

Anaxagoras vocem fieri arbitratur, cum spiritus aëri occurrit solido, & retrouersus ad aures repercutitur, quasi verò sit Echo.

Optimi Grammatici, vt ait initio lib. de Musica Plut. vocem describunt, aërem esse percus- D
sum, qui auditu percipiatur: & lib. de Genio Socrat. ictui animi similem per aures in animum orationis vi penetrantem.

Quod verò loco de Plat. Phil. allato Plut. ait, vocem esse articulatam, quasi ad differentiam soni, atque hanc ob caussam ab illustranda mentis notione dictam, ac si esset φῶς τοῦ νοῦ, vereor, vt sit verum: neque enim vox est articulata, qua vox, sed qua sermo, aut litera: ex quo Arist. cap. 9. lib. 4. de histor. anim. initio ita scribit. C & E
ad finem. D Ecce tibi vocem articulatam dialecton, siue sermonem nuncupari; & sect. citata. q. 58. & 60. Cæteras animantes, quæ voce sunt præditæ, affirmat nullas, aut paucas omninò exprimere literas posse, vt 2. Item de part. anim. lib. ca. 16. extremo: Cætera enim animantia vel nullam efferunt literam, vel paucas. E

Doctè vero Chalcidius in Timæû Plat. articulatæ vocis docet primarias esse duas partes, nomina, verba, vt horum syllabas, harum literas, F
quæ sunt primæ, Voces indiuiduæ, iure vt Alb. Magnus lib. de anim. 4. tract. 1. cap. 2. Sermonem definierit, vocem articulatam, & literatam, quæ mentis conceptum enunciet, & soli homini conueniat.

Nec fortasse φωνῆς ea est origo, sed potius eruenda ex verbo φάω, φῶ, quod est dico, quod propriè vox, quæ est articulata, dicat, id est, animi sensum promat.

Huc spectant quæ initio libri de interpret. Arist. ita scribit. Vt quæ scribuntur literæ, sunt notæ eorum, quæ dicimus: sic voces, siue quæ G
sunt in voce, Indicia sunt eorum, quæ in animo insunt, F docens referri eas conceptiones, quæ vocibus explicantur, ad res ipsas.

Ita sermo, siue oratio, vt ait Plut. lib. de anim. procr. est dictio in voce, sensum animi expro-

mens, res hominis propria, vt & Aristot. citato loco 4. de hist. & 1. Polit. lib. cap. 2. quo modo Plotinus Ennead. 1. lib. 2. cap. 3. sermo, qui est in voce, inquit, eius est imitatio, qui est in anima.

H Et Magister Plato pariter in Dial. qui inscribitur Sophista, vel deeo, quod est ex mutua inter se notionum, seu formarum implicatione quæ sunt in animo, effici orationem tradit. G addit in Thæteto. hoc esse orationem, siue sermonem, id. plenam teddere per verba, & nomina cuiusque mentem vocis opera, tanquam per speculum, siue aquam ex ipso fluxu verborum exprimendo. H & in Critia, siue Atlant. Quæcunque à se dicenda sunt, inquit, non accipienda, ac si res ipsæ exbibeantur, sed earum tantum similitudines propter difficultaté rerum, vt in pictura fit, quum exprimimus pennicillo, & coloribus Diuorum, vel hominum corpora.

I Quare Albertus Magnus tract. 1. cap. 1. de sensu, & sens. non iniuria scripsit sermonem instrumentum esse, quo scientia docentis in animum transfertur auditoris: Constar verò nomine, & verbo; vt disertè Plato in Soph. declarat; aiens esse duo genera illarum significationum, quæ per vocis ministerium versantur in explicanda rerum natura nomina, & verba.

Et Aristoteles eum secutus lib. de interptet. K ipso initio sic aggressus explicare, quod volebat. sermonem illum esse, ac dici, cuius ope sensa exprimimus animorum nostrorum: primum constituendum quid nomen, quid verbum: quia scilicet fundamentum, ita ἄγαλμα φιλοσοφίας esse docuit Plato lib. de Repub. 9.

Cur autem aliæ partes orationis fuerint prætermissæ, disputat in quæst. Plat. Plut. q. 9. vnum indicans Homeri versum, in quem omnes illæ partes orationis coniecit iuuenilitet. Rursus Plato in Theæt. vt monui, vim omnem sermonis, atq; naturam in verborum esse complexione docet; neque enim sine verbo nomen, neque L verbum absque nomine animi sensa cumulatè exprimit.

Ex quo 3. cap. lib. de interpret. Arist. dixit verba per se prolata nomina esse, & aliquid significare, nondum tamen significare si est, vel non est, quod exponens Ammonius in Categ. absque nomine prolata. Inquit, verba, nec verum affirmant, nec falsum. Et de interpret. idem, inquit, sermo genus veri, & falsi est ex compositione: At verbū in enūciatione, quod sanctus notat M Thomas cap. 7. de interptet. compositionis est caussa, non nomen.

Franc. Patritius 1. de Rep. lib. cap. 3. humanum sermonem distinctum non fuisse ante ciuilem societatem decernit, cui non assentior: Sanè primi nostri generis auctores, Adamus, atque Eua, soli cum essent, loquebantur; ante vrbes item conditas, & certos hominum cœtus, vsus erat sermonis vel inter illos solos, & Cainum, atque Abelem.

Idem omnium erat sermo, Patricius obiiciet, ante extructā Babelis turrim. Omnino: Sederat tamē ante illam turrim societas ciuilis, tametsi nulla erat ciuitas, quanquam neq; hoc verum, & fabulosum est, quod Plato litteris consignauit in N Protagora, Prometheum auctorem fuisse primū nominum, & verborum articularim distinguendorum: nisi putemus sapientem virum indicare hoc symbolo voluisse, præcipuum quoddam fuisse diuinæ prouidentiæ munus, ac donum loquendi vim, deinde vocem, & nomina celeriter arte distinxit articulate.

Idem non sine caussa vim duxit orationis, ex ficta Panis, & Mercurij fabula: conflatum enim O ex homine atque Hirco Pana, symbolum voluit sermonis esse veri, & falsi: Nam hominis forma veritas, hirci falsitas indicabatur, qui etiam αἰπόλος fingebatur, quia sermone tractantur omnia.

Mercurij quoque filius; quia sermo interpres est animi, quod significat ἑρμῆς ab ἐρεῖν, siue, quia mortalium generis est præsidium, & munimentum ἕρυμα & ἕρμα: ergò sapienter, quæ Herculem egregia fecisse facinora manu fabulantur Græci, ea Galli præstitisse oratione volebant, vt in Hercule Celt. narrat Lucianus.

Et certè sine manibus multum potest, pollet- P que sermo, idcirco signa Mercurij Hermæa nominata, quadrata ponebantur absque manibus, & brachiis, atque idem Mercurius Cyllenius dictus, quod Græcè κυλλὸς mancus est. Sed hæc fusius, & similia ex Hieroglyphicorum tractatoribus Pierio, Curione, Iunio, Alciato petes.

Vsus autem, finisque sermonis est potissimus, vt hoc quasi instrumento contrahant inter se mortales, & sensa exprimant animorum, & Ciuilem efficiant, cōseruent, augeant communionē.

Plato cum docuisset rerum omnium optimarum cognitionem ab oculis nasci, I sic enim in Q Tim. adiecit ob eandem caussam vocem, atque auditum nobis à Diis concessum, vt ratas, ac fixas cælorum conuersiones imitati ad ipsos rediremus, à quibus egressi sumus.

Arist. cum ad res ipsas docuisset initio lib. de interpret. reuocari animi sensus voce expressos, res quatuor esse, quæ vocibus exprimuntur, cōtendit partim hic, partim alibi, vt mox docebo. veritatem, falsitatem, vtilitatem, damnum, ac si hæc quatuor sola inter se mutuo communicarent homines; nam duo tantum postrema vocibus exprimi pecudum, quod nec veritatem capiant, nec scientiam, quod ille docet lib. 1. polit. cap. 2. commercium enim habere inter se vo- R luptatis, & doloris præsertim in cibis, & Venere: quem locum mox producturus sum.

Primo autem Rhet. lib. vocem ait, hæc duo, hoc est lætitiam, & tristitiam indicare; cum cit. Polit. lib. scripserit datum sermonem ad significandum quid vtile foret, quid perniciosum pro subiecta videlicet materia facultatis Ciuilis. quæ

duo

duo hæc tantum respicit, sic enim præceptorem suum excusant Aristotelei, quasi verò ad ciuilem scientiam honestatis, ac turpitudinis tractatio
S non spectet.

Sic ille interprete Leon. Aret. Sermonem verò habet solus omnium animantium homo: nam vox quidem molesti, ac iucundi significatio est, quapropter aliis quoque existit animalibus: hucusque enim natura processit in his, vt sensum habeant iucundi, & molesti, & hoc inter se significare possint: At sermo ad hoc datus est nobis, vt ostendamus vtilitatem, & damnum, atque ita iustum, & iniustum: hoc enim præter cætera animalia hominibus proprium est, vt boni, & mali, ac iusti, & iniusti, & aliorum hu-
T iusmodi sensum habeant soli, horumque societas facit domum, & Ciuitatem.

Vt nec mihi probatur, quod volunt aliqui, ij scil. qui mortalem in Arist. Philosophia contendunt esse animum, lib. Eth. 10. docuisse hominem, qua homo est, moraliter viuere, quia honestè operatur, & cum aliis ciuibus vtens oratione contractus exercet. Contemplari autem, & ratione vti, non qua homo est, sed vt quiddam in se habet diuini, scilicet intellectum, quod ego ipsis non do. quid enim certius, quàm hominem intellectu fieri, qua homo est, atque ita qua
V homo est, & ratione vti, & contemplari, qui nisi ratione, atque intellectu præstaret, homo non esset.

Ac sanè hoc esse Arist. iudicium, hæc ipsius faciunt verba, vt credamus, eiusdem lib. cap. 7. ad quod sanè isti alludunt, non ad hæc tamen verba, sed paulò superiora: ita enim claudit id caput summus Philosophus: quod enim cuique proprium natura, id optimum est, atque iucundissimum cuique. Igitur etiam homini vita, quæ intellectu traducitur, si modo maximè, hoc est homo: hæc verò est beatissima, quam in contemplatione sitam esse, optimæ nimirum partis actione confecerat.

X Plut. lib. de Hom. duplicem sermonis vsum exponit: omnis enim mortalium sermo, vel historicus est, vel ciuilis: Ciuilem porrò secus accipit, quàm libro, quo præcepta tradit gerendæ Reipub. vtriusque extare principia in Hom. demonstrat, atque historicum definit, qui præteritarum continet rerum narrationem: Ciuilem autem in Rhetorica situm esse: Ego ad omnia disciplinarum præcepta, cognitionemque ve-
Y ritatis extendo, vt historicum ad reliqua omnia.

Idem præclarus morum magister lib. de garrulitate, vt vinum, inquit, voluptatis, & iucundi conuictus gratia inuentum, qui nimium bibunt, ad mœrorem, atque ebrietatem conuertunt, ita, qui sermonem, cuius est suauissimum commercium, qui malè, ac temerè vsurpant, inhumanum ac molestum reddunt, & ἀκοινώνητον, eiusque vsum lib. de Pythiæ oraculis, simi-

lem dixit esse monetæ, quæ tunc probatur, cum noscitur, licet aliud atque aliud, alio atque alio tempore, ac loco ei sit pretium.

Quo illud pertinet scitè, & grauiter dictum à Themistocle apud eundem auctorem in Apophth. Aa qui iussus coram Persarum Rege loqui, similem dixit esse aulæis orationem: vt enim aulæa exporrecta, & explicata textas imagines, ac formas demonstrant, plicata, & contracta occultant, & celant, ita oratio: propterea sibi tempus dari poposcit, dum linguam addisceret Persicam, vt pro suo arbitrio, suisque verbis, non alienis, hoc Bb est, per interpretem, suum regi consilium, & sententiam posset expromere.

Sed Philonem audi multis locis de sermone sapienter, & doctè scribentem. Hic ergò libro quis rerum diuinarum sit hæres, ad illa verba nondum completæ sunt iniquitates Amorrh. Amorrhæi loquentes significant, maximum autem bonum homini à natura datum sermonem plurimi corruperunt ingratè, ac perfidè vsi aduersus largitricem: hi sunt adulatores, præstigiatores, inuentores sophismatum, impostores fallaciarum peritissimi, de mendacio vitando Cc non soliciti, affectatores obscuritatis, quæ caligo est profunda in sermone, res commodissima furibus: eam ob caussam Moses summum Pontificem claritate ornat, ac veritate: boni viri orationem indicans debere esse perspicuam, simul & veracem.

Lib. item quod deterius meliori insidietur, ingratam esse docet rerum sanctarum elocutionem, quæ mittatur ex ore scelesti hominis, atque impij, exemplo Spartanorum Reipub. quod est in Apophth. Plut. tametsi nomen ipse reticeat, vbi, cum in Senatu impurus aliquis Ciuis sen- Dd tentiam suam dixit, eandem iubente magistratu repetit Senator honestus, & grauis: adeo ne beneficium quidem ab improbis dignantur accipere.

Lib. verò de somniis, ad nescio quæ Mosis verba, vesti sermonem comparat, & sermonem docet hominum generi, vt munus pulcherrimum à Deo concessum, ac primum loco esse teli aduersus insidiatores: Deinde Tegumenti, quoniam probra, & maculas animorum contegit: Tertio ornamenti, quo tota vita honestatur: adiun- Ee git, quantus sit orationis abusus apud improbos, & scelestos.

Non desunt tamen pestilentes homines, qui sermonem quoque pro pignore capiunt, & habentibus adimunt, & quem augere debuerant, succidunt: quemadmodum hostes faciunt, dum agros vastant, fruges, cæterosque fructus depopulando, qui seruari potuissent esse vsui; quoniam sunt quidam hostes perpetui rationalis naturæ.

Quæ verò supra docui ferè omnia de sermo- Ff ne, eadem illustrabis eiusdem eloquentissimi, & grauissimi scriptoris testimoniis: nam præ-

clarè fermonem esse hominis proprium lib. de somn.exponit.

Libro de migratione Abraham, notam esse notionum animi; per linguam,& os,inquit, sermo profluit cogitata secum perferens: verum sermo mentis est interpres apud homines, sermonis verò mens apud Deum. & mox. Gaudet enim sermo, & fit alacrior, quando conceptus animi non est obscurus, quo prælucente, decurrit expeditè, propriis, aptis, egregiè significanti-
Gg bus vocabulis affluens: quod si quando cogitationes non satis certæ sunt, per inane graditur, & sæpenumero collabitur granitèr, vt neqneat se amplius erigere. Mox. Nam absque monitore sermo non sonabit. monitor autem sermonis mens est, sicut mentem Deus commonet. Deinde per linguam,& os sermo profluit secum proferens cogitata; Verum sermo interpres mentis est apud homines, sermonis verò mens apud Deum.

Idem fermè initio lib. quis rerum diuinarum
Hh heres. & lib. quod potiori det. insid. tanquam mentis obstetricem esse, quæ in lucem eius profert notiones, atque consilia: fratrem quoque esse mentis, fons enim, inquit, sermonum mens est, ex qua, quasi ore fontis, verba permanant.

Iam verò ex eo quòd animi est index oratio, Plut. lib. de educ. lib. sanctè præcipit, vt abdicantur à sermonis turpitudine filij, quòd auctore Democrito, sermo actionis est vmbra.

Idipsum vniuersè magis, grauiter, vt solet, & fructuosè Seneca tractat epist. 103. ab homine, inquit, homini quotidianum periculum, &c. 123. de hominum delitiosorum contubernio. Horum omnium sermo vi tantus est; hi sunt, qui vitia tradunt, & alio aliundè transferunt. pessi-
Ii mum genus hominum videbatur, qui verba gestarent, sunt quidam, qui vitia gestant. Horum sermo multum nocet, nam, etiamsi non statim officit, semina in animo relinquit, sequiturque nos, etiam eum ab illis discesserimus, resurrecturum postea malum.

Quemadmodum qui audierunt Symphoniam, ferunt secum in auribus modulationem, & dulcedinem cantus, quæ cogitationes impedit, nec ad seria patitur intendi: sic adulatorum, & praua laudantium sermo diutius hæret, quàm
Kk auditur: nec facilè est animo dulcem sonum excutere: prosequitur, & durat, & ex interuallo recurrit: ideò eludendæ sunt aures malis vocibus: & quidem primis. nam eum initium fecerunt, admissæque sunt, plus audent. Tu per te lege reliqua, & meditare.

Et 115. epist. cuiuscunque orationem videris solicitam, & politam, scito animum quoque nō minus esse pusillis occupatum, magnus ille remissius loquitur, & securius, quæcunque dicet, plus habent fiduciæ, quàm curæ. nosti complures iuuenes barba, & coma nitidos, de capsula totos: nihil ab illis speraueris forte, nihil solidum: oratio vultus animi est: si circumtonsa est, & fucata, & manu facta, ostendit illum quoque non esse sincerum, & habere aliquid fracti, non est ornamentum virile, concinnitas. Ll

Redeo ad Plut. qui, quod ad mores attinet, priusquam loquare, tibi discendum monet loqui. Contra quàm in ludo fit pilæ. qui pila, inquit, se exercent, simul & iacere, & accipere pilam instruuntur: in vsu autem sermonis prius est rectè accipere, quam emittere, quemadmodum conceptio, & retentio fetus antecedit partum; quo libro, vt & lib. de garrul. multa præclarè de virtute, ac vitio sermonis, quæ vtinam Christiani sibi addiscenda putarent, & reipsa probarent. Mm

Corporis autem valetudini, & virium firmitati plurimum adferre vtilitatis vocis, & sermonis exercitationem demonstrat, eo quòd vox animæ est motus non in superficie, sed in ipsis visceribus, tametsi modus in ea retinendus, ne excedas, & in tusses, & conuulsiones, venarumque apertiones incurras: omnia enim immodica & superflua ferè noxia. K

Vniuersè hoc docet Arist. cap. 2. 2. lib. Eth. explicanda vis orationis fuit, quæ ipsa cæterarum rerum omnium naturam exprimit, longiore paulò oratione: ergò prolixitati da veniam.

De finibus cordis ex Arist. aduersus Gal. quid in testamentis nuncupatio dicatur: Regis esse omnia, egregiè à Sen. & S. Ambrosio explicatum.

CAPVT XXIII.



INVSHITVR Galenus in Aristotelem lib. de vsu partium 6. cap. 9. sed iniquè, cum negligenter tantum legerit Philosophum, quod nec vsum nouerit, nec numerum sinuum, seu ventriculorum cordis. A Vult enim Gal. in omnibus animalibus magnis, paruis cor tres habere sinus, tam Passeris, quam equi, & hominis: & quidem Aristoteli maxima sunt animalia Elephas, Rhinoceros, Cetus: mediocria, Bos, Equus, Leo, Homo, &c. Immo in fine 4. lib. de gen. ani. reponit hominem in genere, & classe paruorum: & maximorum quidem cor tribus præditum esse sinibus euidentibus affirmat: mediocrium, duobus, paruorum vnico. A

Non negari autem ventriculorum numerum ab Aristotel. tam perspicuè ipsius verba indicant, vt mirer non vidisse Galenum. Primum tertio libro, de part. anim. capite 4. Sinus verò habent magnorum animalium corda B

tres,

tres, minorum vero duos: omnium vnum: *B* &
se declarans lib. de histor. anim. 1. cap. 17. Cor, in-
quit, tres sinus habet. *C* & mox: habet autem tres
sinus, vt dictum est, maximum quidem in dex-
tra, minimum autem in sinistra, medium autem
magnitudine in media parte, & qua tendunt ad
pulmonem. omnes perforati: & omnia quidem
animantia in corde sinum habent, sed minima
vix habent euidentem sinum maximum. *D*

C Sic etiam 3. de hist. anim. cap. 3. ecce tibi om-
nium quidem animalium cordi tres inesse si-
nus, sed maximorum euidentes esse omnes, a-
liorum duos minores, & minorum minimè eui-
dentes. Vsum item horum sinuum Aristoteli fu-
isse compertum hęc eadem indicant loca, vt non
sit necesse nunc explicare.

Magis verò quam Galenus Hippocraticè vi-
detur scripsisse Aristoteles, cum libro de corde
duos modo sinus agnoscat cordis ipse Hipp. en
eius verba. vt recens medicus vertit Austrasius.
D Cor musculus est validus admodum non neruo,
verum carnis spissamẽto. duos discretos habens
in vno amictu ventriculos, vtrinq; idem vnum,
qui nullo modo intersunt similes. Vnus quidem
in dextris ad os situm habens, & alteram venam
attingit: & hic dexter, inquam, in sinistris est, al-
ter verò sub sinistra quidem mamma præcipuè
situs est, cui maxime è directo respondet, vbi e-
tiam saltu ipso de se significationem præbet. *E*

A re medica, seu physica transeo ad ciuilem.
Non plenè admodum Grammatici nuncupa-
tionem definierunt declarationem supremæ vo-
luntatis viua voce factam, qua descriptione ta-
E men bene distinguitur heres nuncupatus à scri-
pto, vt est apud Iustinianum in Instit. de testam.
ergo solebant testes rogati testimonium perhi-
bere ipsi testatori, qui propterea eos exaudire
debebat.

Erat hæc testatio dicta nuncupatio, vt Vlp. tra-
dit Tit. 20. Testator enim tabulas testam. tenens,
ita dicebat. hæc vti his tabulis, cerisue scripta
sunt, ita do, ita lego, ita testor. Itaque vos Quiri-
tes testimonium perhibetote. Iul. l. 8. §. 3. D. de
bon. poss. sec. tab.

F Ita etiam nuncupata pecunia dicta auctore
Cinc. li. 2. de off. Iurisc. apud Pompeium Festum,
nominata, certa, nominibus propriis pronun-
ciata: inde is loquendi modus, quem nexum fa-
ciet, mancipiumq; vti lingua nuncupauit, ita ius
esto.

Ita qui surdus, testamentum facere prohibe-
batur: nam & Papin. l. pen. §. 1. vnde cogn. adhuc
meminit cuiusdam, qui testatorem contende-
bat fuisse surdum, & propterea non potuisse te-
stamentum facere. noua tamen constitutione
Instit. potest surdus, vel mutus, si ille scit literas,
sibi ipsi testamentum facere, non tamen qui sur-
dus, & mutus natus est, quia literas non didicit:
quamquam erratum in Pand. Flor. vbi legitur
possumus, pro mutus, lib. 6. de testam.

Rex quid possit, quomodo omnium domi- G
nus, duo pręclari scriptores, prosanus vnus, alter
Christianus exponunt: primus est Seneca, qui
lib. de benef. 7. cap. 4. disputans, quomodo sa-
pientis, & amici sint omnia, exemplo hoc vtitur
regis. sic omnia sapientis esse dico, vt nihilomi-
nus proprium quisque in rem suam dominium,
habeat.

Iure ciuili omnia regis sunt: & tamen illa, quo-
rum ad regem pertinet vniuersa possessio, in sin-
gulos dominos descripta sunt, & vnaquæque res
habet possessorem suum: Itaque dare regi, & do-
mum, & mancipium, & pecuniam possumus, H
nec dare illi de suo dicimur: ad reges enim pote-
stas omnium pertinet, ad singulos proprietas.
cap: 5. enim verò sic omnia sapientis esse dico, vt
nihilominus proprium quisq; in rebus suis do-
minium habeat: quemadmodum sub optimo
rege omnia rex imperio possidet, singuli domi-
nio. 7. item cap. exponit, quomodo Deorum sint
omnia, occurrens sophismati Bionis, omnia
quidem Deorum esse, sed non omnia Diis di-
cata.

Sed attende Senecam dixisse, sub optimo re-
ge, quoniam tyrannus non contentus imperio
in suos, proprietatem sibi etiam vsurpat, suorum I
tantum commodorum studiosus, aliena despi-
ciens incommoda, cum, qui verè est rex, esse de-
beat, & Pastor, vt eum Homerus nominat, & Pla-
to, atq; Arist. non semel exponunt, &, quod plu-
ris faciendum, sacræ passim literę: de quo & Phi-
lo, lib. 1. de vita Mosis, & lib. de Agricultura, qui
lib. de Ioseph, ex eo regnorum contingere euer-
siones demonstrat, quòd à regibus occupentur
aliena, qui ipsi propterea non sunt pastores, sed
egent pastore, vt idem lib. quòd omnis probus
sit liber, ostendit: cuiusmodi regem Aquilę signo
Aegyptij describebant.

Vide Pierium libro 19. Hieroglyph. cuius ego
calumniam non fero in Hadrianum Pontificem
Max. virum, & doctum, & sanctum: vt regem bo-
num Hirundinis figura propter æqualitatem, &
moderationem, qua præcelluisse notat Hadria-
num Imp. & Apum examine ob sedulitatem, &
prouidentiam. Vide eundem lib. 22. & 26.

Alter est S. Ambrosius libro epist. 5. epist. 33. ad K
Marcellinam sororem, narrans, quid actum à se
fuerit in caussa Basilicæ, quam pro Arrianis per
puerum Imper. mater Iustina hæretica efflagita-
bat. Conuenior, inquit, ipse à Comitibus & Tri-
bunis, vt Basilicæ fieret matura traditio, dicen-
tibus Imperatorem iure suo vti, eo quod in po-
testate sua essent omnia. Respondi, si à me pete-
ret quod meum esset, id est, fundum meum, ar-
gentum meum, ius huiusmodi meum, me non
refragaturum; quanquam omnia quæ mea sunt,
essent pauperum: verum ea, quæ diuina, Impera-
toriæ potestati non esse subiecta, &c. & post mul-
ta. Mandatur denique trade Basilicam; Respon- L
deo, nec mihi fas est tradere, nec tibi accipere,

Imperator, expedit. domum priuati nullo potes iure temerare, domum Dei existimas auferendam?

Allegatur. Imperatori licere omnia, ipsius esse vniuersa. Respondeo: noli te grauare, Imperator, vt putes te in ea, quæ diuina sunt, imperiale aliquod ius habere. noli te extollere, sed, si vis diutius imperare, esto Deo subditus: Scriptum est Rom. 13. quæ Dei, Deo, quæ Cæsaris, Cæsari. Ad Imperatorem palatia pertinent, ad sacerdotem Ecclesię: publicorum tibi mœnium ius commissum est, non sacrorum. Vterq; sanè prudenter, & verè, sed prior, vt Philosophus, posterior, vt Episcopus, & sanctus.

Senecæ locus aduersus Dionem defensus: etymon Ierosol reprehensum.

CAPVT XXIV.

A TA Sen. in Consol. ad Marciam cap. 15. Tib. Cæsar, & quem genuerat, & adoptauerat, amisit: ipse tamen pro rostris laudauit filium; stetitque in conspectu posito corpore, interiecto tantummodo velamento, quod Pontificis oculos à funere arceret, & flente populo Romano non flexit vultum. Indicat velum interpositum fuisse, ne Pontificis maximi oculi aspectu cadaueris funestarentur: Idem institutum apud Hebræos ex diuinæ legis præscripto, ne tangerent morticinũ sacerdotes, ne contaminarentur super mortuo, præsertim Pontifex summus, vt est leuit. cap. at. num. 19.

Confirmatur mos iste Romanorum, & Senecę locus his Taciti eiusdem sæculi scriptoris prę stantissimi verbis 2. lib. annal. neq; Imperatorem auguratis, & vetustissimis ceremoniis præditum contrectare feralia debuisse: quin etiam statuæ Deorum arcebantur à cæde, quasi sanguinis aspectu funestarentur: quæ si in loco politæ, vbi supplicia, & cædes, mos erat aut velari, aut transferri.

Hinc illa Dionis oratio lib. vlt. Claudius delectabatur gladiatoribus & præsertim meridianis: atque ob eam caussam plerosque seruos dominorum suorum sub Caio, aut Tiberio calumniatores hoc modo perdebat: eorumque tantus fuit numerus, vt Augusti statuam eo loci positam iusserit transferri, ne, aut semper aspiceret cædes, aut semper velata esset.

B Sanguinarium porrò fuisse Claudium, & natura sæuum magnis minimisq; apparuit rebus, vt ait Suetonius in eo cap. 34. & à seipso tamen discedens lib. 54.

Dio refellit ritus caussam de funere Agrippæ loquens, aut certè sui oblitus. & in foro proposuit, & funebri oratione prosecutus est, velo, seu cortina interposita: quod quidem cur fecerit, ignoro: Quidam fecisse aiunt, quòd esset Pontifex Max. alij, quod Censuram obtineret: qui sanè falluntur, neque enim Pontifici Max. est interdictus cadaueris aspectus, neque Censori, nisi cum lustrum condit, si enim ante lustratam vrbem cadauera aspiciat, omnia eius acta rescinduntur.

Non modo in rebus Hebræorum, verum etiam nominibus plerumque scriptores profani, veræ expertes religionis cæcutiunt, vt alias demonstraui, & hoc vnum Ierosolymorum etymon à Nicolao Damas. confictum ostẽdit, dicta enim Ierosolyma per calumniam scripsit in historia de moribus gentium, opinor, quasi ἱερόσυλα, ἀπὸ τοῦ ἱερὰ συλᾶν, id est, sacrilega, ac si Hebræorum gens foret sacrilega, aut ipsa vrbs Ierosolyma. C

Quanquam hominem externum, & Idolis addictum non miror: demiror Hegesippum, si modo ipse, scribentem, cum prius nominaretur Solyma, à nescio quo Chanaan rege, cui Iusto nomen erat, alludit ad Melchisedech, appellata Ierosolyma post aditum templum, quod Græcè ἱερὸν dicitur. D

Demiror & Eusebium Cæsar. opinantem lib. 9. præpar. Euang. nuncupata à templo Salomonis, quòd in ea rex iste exædificauit magnificentissimum: cum manifesta sit radix Hebræa, nam Raha est videre, Scialom pacificus, vel perfectus: ita Hierusslaim Hebraicè, Chaldaicè Ieruselim significat, vidit perfectum, vel pacificum, Græcè Ierosolyma, & Latinè, vt est apud Ciceronem in or. pro L. Flacco, & Tac. lib. 5. Histor. tametsi petat à Solymis ab Homero decantatis, qui tam absunt ab Hebræis, quam Ister à Nilo.

Et illud mihi nouum, quod legi in Sid. Apoll. sancto atque erudito Aruernorum Episcopo libro 8. epist. epist. 13. ad Honnechium Papam, hoc est, Episcopum, data, qua Ierusalem pro cœlo sumit, Ierosolymam pro vrbe terrena. Et huic libro sit etiam modus, ne libri excedat modum.





HORARVM SVBSECIVARVM LAELII BISCIOLAE MVTINENSIS SOCIETATIS IESV

LIBER XI.

Sola non interire monumenta litterarum à Poëtis, aliisq́; scriptoribus quàm variè, & exornatè explicatum.

CAPVT I.

A EXCELLANS omnino Poëtarum fuit ingenium, & quæ illorum monimẽta ingenij prodierunt in lucem, pari excellentiæ laude sanè dignissima. Ea rebus omnibus atq; operibus; quæ cœli, terræque complexu continentur, quantumuis licet excellentibus, præstare, & longè præstare, ipsimet cantare solent. Tres in hoc genere eminent, Horatius, Ouidius, Martialis, quibus adiungemus, quasi corollarium, alios: Eleganter & doctè scripsit Horatius, ingeniosè, & copiosè Ouidius, breuiter, & argutè Martialis. Hic ergo
B lib.10. epigr.2. cum lectorem monuisset, qui eo libro continerentur versus, adiunxit

Lector opes nostra, quem cum mihi Roma dedisset,
Nil tibi, quod demus maius habemus, ait.
Pigra per hunc fugies ingrata flumina lethes
Et meliore tui parte superstes eris.
Marmora Messalla findit caprificus, & audax
Dimidios Crispi mulio ridet equos.
C *At chartis nec furta nocent, nec sæcula prosunt*
Solaq́; non norunt hæc monumenta mori.

Et lib.8. epigr.3. ad Musam.

Et cum rupta situ Messallæ saxa iacebunt,
Altaq́; cum Licini marmora puluis erunt,
Me tamen ora legent, & secum plurimus hospes
Ad patrias sedes carmina nostra feret.

Sanè ita de eo Plin. lib. epist.3. epist. postrema ad Cotuelium Priscum. dedit mihi quantum maximè potuit, daturus amplius, si potuisset: tametsi quid homini potest dari maius, quam gloria, laus, & æternitas? At non erunt æterna, quæ scripsit: non erunt fortasse, ille tamen scripsit tanquam essent futura. Ouidius extremo Metam. lib. postremo.

Iamq́; opus exegi, quod nec Iouis ira, nec ignes, D
Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetustas.
Cum volet illa dies, quæ nil nisi corporis huius,
Ius habet, incerti spatium mihi finiat æui.
Parte tamen meliore mei super alta perennis
Astra ferar, nomenq́; erit indelebile nostrum.
Quaq́; patet domitis Romana potentia terris,
Ore legar populi, perq́; omnia sæcula fama,
Si quid habent veri vatum præsagia, viuam

Prima quoque eleg. lib. siue amorum, cum exorditur in inuidos eleg.15.

Quid mihi liuor edax—

Demonstrat interire memoriam, atq; opera hominum militiæ, foroque seruientium. E

Mortale est, quod quæris, opus, mihi fama perennis
Quæritur, vt toto semper in orbe canar.

Et longa Poëtarum enumeratione adiungit.

Ergo cum silices, cum dens patientis aratri
Depereant æuo, carmina morte carent,

Rursus idem 4. lib. de Ponto eleg.8.

Hoc tamen officio vatum per carmina facto
Principibus res est aptior vlla viris,
Carmina vestrarum peragunt præconia laudum
Neue sit alterum fama caduca cauent.
Carmine fit viuax virtus, expersq́; sepulcri F
Notitiam sera posteritatis habet.
Tabida consumit ferrum, lapidemq́; vetustas,
Nullaq́; res maius tempore robur habet,
Scripta ferunt annos, scriptis Agamemnona nosti,
Et quis quis contra, vel simul arma tulit.
Quis Thebas, septemq́; duces sine carmine nosset?
Et quid quid post hæc, quid quid & ante fuit,
Dij quoque carminibus, si fas est dicere, fiunt
Tantaq́; maiestas ore canentis eget
Sic chaos ex illa naturæ mole prioris
Digestum partes scimus habere suas
Sic affectantes cœlestia regna gigantes
Ad styga nubifero vindicis igne dates, G
Sic victor laudem superatis Liber ab Indis
Alcides capta traxit ab Oechalia,
Et modo Cæsar auum, quem virtus addidit astris,
Sacrarunt aliqua carmina parte tuum.

Horatius

Horatius Oda 30. lib.3.

Exegi monumentum ære perennius,
Regaliq; situ Pyramidum altius,
Quod non imber edax, non Aquilo impotens
Possit diruere, aut innumerabilis
Annorum series, & fuga temporum:
Non omnis moriar, multaq; pars mei
H *Vitabit Libitinam, vsque ego postera*
Crescam laude recens, dum Capitolium
Scandet cum tacita virgine Pontifex.

Et tota Oda 8. lib.3. idem argumentum variè tractat, ac politè.

Gaudes carminibus, carmina possumus
Donare & pretium dicere muneri.
Non incisa notis marmora publicis.
Per quæ spiritus, & vita redit bonis
Post mortem ducibus, &c.
Ereptum stygiis fluctibus Æacum
I *Virtus, & fauor, & lingua potentium*
Vatum diuitibus consecrat insulis:
Dignum laude virum musa vetat mori.

Et Oda sequenti.

Ne forte credas interitura, quæ
Longe sonantem natus ad Aufidum
Non ante vulgatas per artes
Verba loquor socianda chordis.

Et quæ sequuntur. vt enim lib.2. epist. ad August. scribit:

Nec magis expressi vultus per ahenea signa
Quam per vatis opus mores, animiq; virorum
K *Clarorum apparent, &c.*

Confer hos tres poëtas, & similes in eodem argumento videbis inter se. Idem est & quod ab externis petunt, & quod à se ipsis, dum parte sui meliore se viuere diuersè omnes, sed egregiè canunt: eadem omnes incedunt via: neque ipsos se viuere solos profitentur, sed quorum etiam res gestas canunt, quos celebrant, qui sempiternis alioqui tenebris iacuissent inuoluti. Accedant, si placet, his, quasi principibus, veteres nonnulli comites, & nostri. Statius 1. suarum sil. lib. sil. 1.

Non hoc imbriferas hiemes opus, aut Iouis ignem
Tergeminum, Æolij non agmina carceris horret,
Annorumq; moras: stabit dum terra, polusq;
Dum Romana dies—

Imitatus videlicet Horatium, aut Ouidium. & ad finem Theb.

L *O mihi bis senos multum vigilata per annos*
Thebai—

Idem indicare voluit, & initio Achill.

Tu modo si veteres digno depleuimus haustu
Da fontes mihi Phœbe nouos, ac fronde secunda
Necte comas—

Et Sil. Ital. lib.12.

Nota parum magni longo tradantur in æuo
Facta viri, & meritum vati sacramus honorem,

Luc. lib.9. cum Cæsaris aduentum caueret ad tumulum Hectoris.

Inuidia sacra, Cæsar, ne tangere famæ:
Nam, si quid Latiis fas est promittere musis,
Quantum Smyrnæi durabunt vatis honores, M
Venturi me, teq; legent. Pharsalia nostra
Viuet, & à nullo tenebris damnabitur æuo.

Moderatior princeps omnium Virgilius & quasi obiter, cecinit tamen. 9. Aen. de Niso, & Euryalo.

Fortunati ambo. si quid mea carmina possunt,
Nulla dies vnquam memori vos eximet æuo,
Dum domus Æneæ, Capitoli immobile saxum
Accolet, Imperiumq; Pater Romanus habebit.

Et noster Italiæ Lyræ princeps Petrarca non contemnendus Heroum præco postremo Africæ libro imitatus veteres epicos, canit, N

At tibi fortassis, si quid mens sperat, & optat,
Et post me victura diu: meliora supersunt
Sæcula, non omnes veniet Lethæus in annos
Iste sopor, poterunt discussis forte tenebris
Ad purum priscumq; Iubar remeare nepotes:
Tunc Helicona noua reuirentem stirpe videbis,
Tunc lauros frondere sacras, tunc alta resurgent
Ingenia—

Et vetus C. Pedo Albinouanus in eleg. de obitu Mæcenatis. O

Marmora Mæonij vincunt monumenta libelli,
Viuitur ingenio, cætera mortis erunt.

Sanè pulchrè & Tib.

Quem referent Musæ, viuet dum robora tellus
Dum cœlum stellas, dum vehet amnis aquas.

Fortasse ex Oda Pyth.6. Pind. Catullus nemini superiorum cedit: sic enim in Mallij commendationem ad posteritatem.

Non possum reticere Deæ, qua Mallius in re
Iuuerit, aut quantis iuuerit officiis.
Ne fugiens seclis obliuiscentibus ætas
Illius hoc cæca nocte tegat studium.
Sed dicam vobis, vos porrò dicite multis P
Millibus, & facite hæc charta loquatur anus.

In quo à ciue meo partim bene meo quidem iudicio repræhenditur, partim male: bene, cum se dicere ipsis Musis dicit quasi eas doceat, cum Poëtæ doceantur à Musis: Malè, quia Poëtis, inquit, tantum Musæ dicunt, quæ posteritati commendant Poëtæ: quasi non etiam Musæ posteritati loquantur, siue per Poëtas, siue, quia litteræ manent, quæ Musarum sæpe nomine intelliguntur. Eleganter Plato disticho in Aristophanem quod Thom. Magister citat in synopsi vitæ ipsius Aristophanis, vt conuertit Franciscus Staterius Societatis Iesu.

Quærebant charites mansurum in sæcula templum, Q
Docti elegerunt pectus Aristophanis. A

Iure T. Lucretius lib.5.

Quò tot facta virûm toties cecidere? neque vsquam
Æternis famæ monumentis insita florent?

Virtutem autem celebratam carmine diuturniorem esse Hierone suo canit Theocritus Idyllio 16. sic latine. Quis vero vnquam principes Lyciorum, quis comatos Priamidas, vel corpore muliebri Cycnum nosset, si non bella veterum cecinissent Poëtæ? Neque Vlixes quidem, qui centum, & longe amplius menses vagatus est; B &

beatam Heſiodus in Theog. Beatus, inquit, quē Mnſæ amant: dulcis ipſi ab ore fluit oratio. *D* Et Græcus heroici ſcriptor carminis Apollonius R extremo ſno Argon. opere. Benigni eſte optimatinm beatorum genns: Verſus autem ex anno in annum incundiores ad canendum fiut hominibus. *C* Et Pind. Od. Nem. 4. Verba lecta & ornata, quæ lingua ex alto animi receſſu depromſerit diutius viuere, quam facta tradit. *E*

Iure & Plin. Octauio ſcribeus lib. epiſt. 2. epiſt. 10. Enotuerunt qnidam, inquit, tui verſus, & inuito te clauſtra tua fregerunt: Hos niſi retrahes in corpus, quandoque vt errones, aliquem, cnius dicantur, inuenient. Habe aute oculos mortalitatem, à qna adſerere te hoc vno monumento potes uam cætera fragilia, & caduca non minus, qnàm ipſi homines, occidunt, deſinuntque.

S Et ipſe M. Tullius tauti hanc à Poëtis promiſſam immortalitatem fecit, vt vel ipſas arbores Poëtarum beneficio æternas ſcripſerit futuras, cum hæc argutiſsimè de quercu Mariana dicentem facit Atticum ipſo 1. de leg. lib. iuitio, eique reſpoudentem Q. fratrem. ſi manet illa quercus, inquit Atticns, hæc eſt profectò: etenim eſt ſauè vetus. Q. mauet verò, Attice uoſter, & ſemper manebit: ſata eſt enim ingeuio: nullius autem agricoli cultu ſtirps tam diuturna, quàm Poëtæ verſu ſeminari poteſt. Taceo illa, quæ fusè eo loco uarrantur de olea Mineruæ, Vlixis palma, &c. & vuiuersè Iuueucus Poëta facer iuitio libri de hiſt. Euang.

Immortale nihil mundi compage tenetur;
Quod ſi tam longam meruerunt carmina famam
Quæ veterum geſtis hominum mendacia nectit, &c.

Apte vero clauderetur hoc caput hoc Theocriti verſiculo.

T *Ex muſis hominum decus eſt inſigne* F

Niſi illuſtres ſe ſe nobis obiicerent Chriſtiani poëtæ, quos, ſi miſſos faceremus, iure nullam ſui rationem à nobis habitam queri poſſent. Antiquior cæteris Seuerinus Boëth. ſub Camænarum nomine initio ſuæ couſolatiouis philoſophicæ ita canit.

Has ſaltem nullus potuit peruincere terror,
Ne noſtrum comites proſequerentur iter
Gloria felicis quondam, viridiſque iuuentæ
Solantur mæſti nunc mea fata ſenis.

Ioan. Antonius Campanus ſuccedat lib. epigr. 1. iu ſomno Braccium nobiliſsimum dncem narrat couſugiſſe ad verſus, immortalem ſuam vt efficeret Diauam, non inelegauti carmiue ſic ſcribens.

V *Maxima reſtabant tantarum munera rerum,*
Vt dominæ faceret nomina clara ſuæ.
Hoc neque muneribus poterat præſtare, nec auro,
Nou ſic flauentis littora opaca Tagi.
Munera cum gemmis ipſi labuntur vt anni,
Ad finemque ruunt quælibet orta ſuum.
Temporibus fragiles, & longo carpimur æuo
Paulatimque cito radimur axe poli,
Cumque tot aſpicias letis regionibus vrbes, X
Totque per ingentes oppida ſparſa plagas
Cuncta ruent: ſic Troia ſtetit, ſic alta Corinthus
Paſcit oberrantes vtraque terra boues.
Dic mihi nunc Cumæ, placidoque vbi littore Baiæ!
Alta, ſi neſcis, ſorpta premuntur aqua:
Labitur heu ætas nullo reparabilis auro,
Multaque vix primo prodita flore cadunt.
Sic neque diuitiæ vitam præſtare perennem,
Lata nec immenſo limite regna queunt.
Id ſoli poſſunt vates, moriturąque nunquam
Carmina non ipſi diſſoluenda Ioui. Y
Non Vulcani edax, non ferrum, aut alta vetuſtas,
Seraque poſteritas non abolere poteſt.
Carmina radices latum ſparſere per orbem,
Vt nulla venti parte nocere queant,
Labenturque alto cæli de culmine ſtellæ,
Extinctus gelida, ſolque peribit aqua,
Flumina decurſum, fluctus prius æquora ſiſtent,
Decedent volucres aëre, gramen humo.
Cuncta prius manſura cadent, victura peribunt,
Carmina quàm poſſit carpere longa dies
Mæonides, quantum montes, & flumina, viuet,
Æacides viuent, Dulichiique duces.
Temporis hoc noſter viuet Maro, viuet Alexis, Z
Ipſeque cum ſero tempore viuet honor.
Hæc igitur reputans alto correptus ab igne
Ad vatum tandem Braccius arma fugit.

Ita lib. car. 3. M. Antonius Flamiuius ad Alexand. Farneſium.

Nam qui nec vates, nec dulcia carmina curat
Ille licet gazas Arabum, Crœſique talenta
Congerat, & priſco ſit regum à ſanguine cretus,
Attigit infelix vbi metam ignobilis æui,
Deſpectum iacet in tenebris ſine nomine corpus.
Sed nil Auguſtus, nil pondera diuitis auri Aa
Profuerunt, vitæ legeret cum fila ſuprema,

De Mæcenate loquitur.

Ni miſerata virum diuini Muſa Maronis,
Ipſum ad clarum famam erexiſſet Olympum.

Bembus item Card. 6. lib. epiſt. Garſilaſsi Hiſpaui miſſa ad ſe carmina dilaudans, reliqua enim omnia, iuquit, quæ honeſta, & cara homines habeut, vna cum iis, qui ea poſsident, breni tempore intereuut: Poëtæ vui viuunt, longæuique, ac diuturni ſunt, eandemque vitam, ac diuturnitatem, quibus voluut, impertiuntnr: hoc ipſum eleganter, & ingenioſè Ioan. qnidam Malndanus expreſsit ficto Sibyllæ oracnlo, quod Horatius adierit traducta iu commentatiouem Dion. Lamb. oratione: quod in huius commentar. in Bb Horat. per te lege.

Hoc item argumentum dnobus poſtremis Genealog. deorum libris abſoluit Ioan. Boccacius: quę omuia ad hiſtoriam transferri poſſunt, & verò trausferunt multi.

Iunior Plin. lib. epiſt. 5. epiſt. 8. Capitoni ſcribens, in eo præfert hiſtoriam Poëticæ, atq; oratoriæ. Illud ſupra votum cum dixiſſet, victorque virum volitare per ora. quanqnam O. ſed ſatis

est, quod propè sola historia polliceri videtur:
addit; Orationi enim & carmini parua gratia,
nisi eloquentia sit summa: historia quoquo mo-
do scripta delectat. sunt enim homines natura
curiosi, & quamlibet nuda rerum cognitione
Cc capiuntur, vt qui sermunculis etiam, fabellisque
ducantur. &c. & orationem esse dicit ἀγώνισμα, hi-
storiam κτῆμα, vt loquitur Thucydides.

Et præclarè lib. 6. ad Tacitum epist. 16. Quam-
uis enim, inquit, pulcberrimarum clade terra-
rum vt populi, vt vrbes, memorabili casu quasi
semper vi[illegible]as occiderit, quamuis ipse pluri-
ma opera, [illegible] mansura condiderit, multum tamē
perpetuitati eius scriptorum, tuorum æterni-
tas addet, equidem beatas puto, quibus deorum
munere datum est, aut facere scribenda, aut scri-
bere legenda: Beatissimos vero, quibus vtrumq;
horum in numero Auunculus meus, hoc est, se-
nior Plinius, & suis libris, & tuis erit.

Io. item Campanus epist. 5. lib. 1. ad Paulum II.
Pont. Max. historię laudes ita prosecutus est con-
ferens, & præferens ædibus, statuis, colossis, tro-
Dd phæis, arcubus, &c. Constat historia, inquit, sem-
per, & eo firmius, quo plus accedit temporis, fit-
que in hac sola, vt nihil æquè gratiam, ac robur
augeat, quam vetustas: Non vertitur, non im-
mutatur: illius est semper, in cuius nomen est
texta: non inceditur: non frangitur: non exedi-
tur, innouatur per tempora: ex vno loco in mille
producitur: aspicitur ab omnibus: legitur ab
omnibus: & legitur cum voluptate: omnia enar-
rat: aperit res incognitas: ostendit ætates, factaq;
ætatum: profert in medium viros claros: præstat
exempla omnibus in rebus: etiam cum defece-
Ee ris, exhibet te tanquam manu suis posteris, du-
citq; per ætates, atq; vrbes vt te videant, qui non-
dum nati sunt: te audiant: te laudibus prosequā-
tur: facit vt semper sis in manibus semper in ore
verseris hominum: facit, vt te Barbari, te Latini,
eundem Græci complectantur: & quem sua non
norunt lingua, Interpretentur aliena: omnes il-
lam & vehementer cupiunt, & facile possunt in-
telligere: nec habet quidquam hominis vita pre-
tiosius, & quo magis in longum extendatur.

Hæc, inquā, vna facit, vt extincti viuant, mor-
tui loquantur, redeant præterita tempora, & quę
absunt longissime à nobis, versari nobiscum, &
in oculis esse videantur: sola est quę pariat homi-
Ff ni aut æternitatem in terris, aut, quanta maxima
esse possit, diuturnitatem: non cessemus igitur
mortales ad illius opem confugere, quæ sola di-
gnitate sua in terris nos efficit immortales: nec
cessa tu, Paule sanctissime, huic te & tua facta
omnia, dictaque committere, aut nunquam in-
teritura, aut sero, &c.

Nec minus eloquenter Aug. Polit. lib. ep. 10.
Ioan. Lusitaniæ Regem monens, vt res à se gestas
litterarum monumentis consignari diligenter
curet, hac sanè eximia comparatione vtitur: Ni-
hil autem interest vtrum pulcberrimos quisque
filios gignat, nec cibis tamen enutriat, an ingen-
tia edat facinora, nec litteris tamen illustret, ad-
deus illustria Alexandri, ac Cæsaris exempla.

Sapienter autem Ioan. Bodinus, vtinam tam Gg
Catholicus, quam eruditus scriptor in sua ad hi-
storiam cognoscendam Methodo, ipso in proœ-
mio, cum autem intereant imperia, resp. vrbes,
historia nihilominus æternum viget, vt ait ille,
ac verissime Cicero prouidit prius interituram
Salaminā, quàm quæ ad Salaminam gesta com-
memorantur. Vniuerse ad omne litterarum ge-
nus hæc laus pertinet.

Sic epist. 8. Sen. cum scribit, posterorum se a-
gere negotium: & longe ante Cato maior, vt est
apud Veg. lib. de re mil. 2. cum & armis inuictus
esset, & exercitum sæpè duxisset, plus se reip. cre-
didit profuturū, si disciplinam militarem con-
ferret in litteras: nam vnius, inquit, ætatis sunt
quæ fortiter fiunt: quæ verò pro vtilitate publica
scribuntur æterna sunt.

Nec impolitè quidam hoc nostro seculo be-
neficium agnoscens Musarum non solius pan-
gendi carminis gloris, sed vniuerse propter eru- Hh
ditionem, ita cecinit:

Illæ autem (hoc est Musæ) *immemores accepti mune-*
ris, ecce
Æternas Stephanis constituere domos.
Vos æternum igitur Stephani nunc viuite, namq;
Æternum præstant viuere Pierides.
Et vos cum Stephanis æterne sedere pactæ,
Et Graia & Latia viuite Pierides.

Qui certè duo Stephani parens, & filius alter vi-
uent, sed vt Homerus, vt Horatius in æternis in-
ferorum cruciamentis propter Apostasiam: cum
alter filius Carolus, qui Ciceronis Thesaurum Ii
compinxit, Ecclesiæ Catholicæ in sinu conquie-
scens In spem vitæ in cœlo sempiternæ obdor-
mierit.

Æther quid sit, quæ ipsius vis, & natura, Cur à Pindaro dictus ἔρημος.

CAPVT II.

PRIMA Olympiorum oda sane ele- A
ganti & graui hac præ cæteris nobili
similitudine certamē illustrat olym-
picum Pind. Neq; sole intuere aliud
Lucidius in die splendens astrum solitarium A
per ætherem. Suidas tamen legit pro ἐρήμας φρύ-
μας, nisi sit mendum: & vsurpat more Attico ge-
nus masculinum femininè, vt Hesiodus in scuto,
sæpe Homerus, & alij, vt rectè notat Pediasimus
ad illud γλυκερὸς αἰῶνος.

Aether vero Ciceroni est quidquid supra aë-
rem est, ignis, sydera, cœlum, quod astris collu-
cet, ac planetis 2. de nat. deor. hunc aërem, in-
quit, rursus amplectitur immensus æther, qui
constat ex altissimis ignibus.

Ita] Phurnutus initio Theorias de deor. nat. appellat extremam mundi partem ab ardendo, αἰθὴρ quod cœlum essentia quædam sit ignea. nam & 2. Aeneid. Virgil. sidera æternos vocauit ignes; quæ Ignes esse Anaxagoras, Epicurus, Zeno, Plato crediderunt: Aristoteles iure optimo reprehendit. T. item Lucretius igniferum sæpe nominauit æthera ex sui Epicuri sententia, qui ex liquidissimis ignibus putauit constare lib. 1.

——se sustulit æther
Ignifer, & multas secum leuis abstulit ignes. Et:
C *Inde mare, inde aër, inde æther Ignifer ipse,*
Corporibus liquidis sunt omnia pura relicta
Et leniora aliis alia, & liquidissimus æther
Atque leuissimus aërias superinfluit auras. Et ante.
Sic igitur tum se leuis ac diffusilis æther
Corpore concreto circumdatus vndique sepsit.

Et significare videtur totum cœlorum omnium complexum, siue ignis domicilium, post quod exordia canit extitisse solis, ac lunæ: Ita mox ætherem maximum nominat. Et lib. 6.

Vrget enim quoque signiferi super ætheris æstus.

Sic & Seneca toto 2. nat quæst. libro. Ridiculum vero est quod Pythagorei sunt opinati, ipsis vt
D impingit is, qui libros de placitis philosophorum conscripsit nullo ordine, memoria parum firma, & constanti, indicio non magno. (Cum hoc dico velim existimes me ex opusculis Plutarchi hos libros exemisse.)

Igitur Pythagorei, & cum ipsis Heraclides singulas stellas mundum esse dixerunt in æthere infinito, qui terram, aërem, ætheremque contineat: vbi tamen ab ipsis sumitur tum pro complexu cœlestium orbium: tum pro ignis aut loco, aut elemento, vel vtroque potius. Locus est libro 2. capite 13. vbi ex Anaxagoras ætherem circumpositum dicit esse ignea quidem natura, sed vehementi rotatione è terra lapides abripuisse, adussisse, in stellas conuertisse: quibus verbis
E pro igne indicat se accepisse, vt & Empedocles, qui stellas ex illo igne putauit esse conflatas, quem æther sursum versus in prima secretione elisit.

Sanè Aristoteles libro Phys. 1. æthera sedem esse ignis docuit his verbis: Terra in aqua, hæc in aëre, aër in æthere, æther in cœlo est situs: C qui tamen sui immemor libro primo de cœlo Anaxagoram reprehendit, qui pro igne ætherem dixerat. D

Apuleius vero ætheris appellatione cœlum ipsum, ac stellas, & omnem sideream compagem scripsit intelligi: Non quòd, vt quidam putant, igneus sit, & incensus, sed quod rapidis cursibus rotetur semper: Inde astra dicta quasi instabilia, id est, ἄστρα.

Schol. Aristoph. Nubibus ad illud, λαμπρὸς τ'
F αἰθὴρ propriè solis lux, inquit, æther dicitur ab incendendo: calidus enim sol & igneus. quam quam sol non propriè æther, sed ætherius, vt libro quinto Lucret. vocat, siue oculus ætheris, vt paulò pòst ad illud Comici πανδερκὲς ὄμμα τῆς γαίας Schol. obseruat: videtur, inquit, dicere solem: quoniam & Tragici solent oculum nominare ipsum. huiusmodi apud Philosophos opinio, vt oculum ætheris vocent solem. E

Iamblichus opinatus est cœlum purum esse ignem cuius forma substantiæ sit lux: lumen vero corpus, aut imago eius, quam esse Platonis in Timæo sententiam declarat Plotinus libro primo Enneadis secundæ capite sexto, composuit enim ex igne, ac terra mundum, re nimirum G
solida, & subtili, vt per ignem ta. ..uam subtilem inspici: per terram quasi solidum, tangi posset: astra etiam maiore parte esse ignea: ex quo illud Apollinis Oraculum. Cœlesti igni incorruptibilis, atque ardens inest flatus: Illinc circum olympum diffunditur in orbem: hinc rursus paruus promicat ætheris splendor.

Hierocles Stoicus ad illum Pythagoræ versiculum inter aureos, de purgato hominis corpore verba faciens, ignis interpretatur sphæram. Versiculus est latine versus.

Corpore sin posito dabitur tibi liber olympus F

Sic enim ex Aurispæ Siculi interpretatione ad Nicolaum V. Pontif. Maximum conueniens quidem, inquit, ex hinc tali corpori locus sub luna propinqua: nam & terrena corpora superat, & à H
cœlestibus superatur: quem locum Pythagorei æthera liberum appellant: æthera, quia locus est sine materia, & perpetuus: liberum, quia terrenis perpessionis solutum est, atque purgatum. Quis alius, obsecro, locus sub luna est ipsi vicinus? nisi si putemus Pythagoreos sinum aliquem vel in igne esse, vel inter ignem, ac lunam, qui solutos corporibus animos recipiat, existimasse.

Ego vero hoc versu cœlum sumo, ne nugas istas nobis fingamus tam nobilem sibi finxisse philosophum. Sic & Eurip. Alexandra, αἰθέρα Διὸς δωμάτιον ætherem Iouis domicilium: & Soph. Menal. ὄμνυμι δ' ἱερὸν αἰθέρ' οἴκησιν Διός. Iuro per sacrum ætherem habitationem Iouis: & post hos Aristo- I
phan. Ranis. G & Græci, latinique poëtæ omnes ætherem pro cœlo ferè canunt.

Altera est vocis notio apud Athenagoram in leg. pro Christianis, æthera distinguentem ab igne, ac diuersum vtrique attribuentem colorem: Igni quidem ξανθὸν, hoc est, flauum: ætheri κυανὸν, id est, cæruleum. Itaque spatium illud quod inane iudicamus, ab oculo vsque ad concauam cœli partem, vbi nobis apparent sidera, quod certè ob distantiam cum certa luce commistum cæruleum videtur, Athenagoræ æther est, cum Aeschylus Prometheo pro aëre accipiat illa versu: O Iouis æther, & celeri pennes flatus.

Nec dubium quin ita sæpissime poëtæ Græci, K
& Latini dicere sint soliti, cum inane, vel inania, cœli vsurpant: & multis apud eos locis aërem necesse est intelligi. Cicero illo Arati Hemisty-

m chio

chio ἀπ' αἰθέρος ὀσφρόμενοι, aërem vertit, ita reddens:

Naribus humiferum duxere ex aëre succum.

Qui tamen lib. 2. de nat. deorum versum illum conuertens.

Ὁρᾷς τὸν ὑψοῦ, τὸν δ' ἄπειρον αἰθέρα.

Græcam retinuit vocem, qua non tam aër significari videtur, quam vniuersum hoc diffusum circumquaque spacium.

Vides sublime, fusum, immoderatum æthera?

Cum etiam pro aëre sumi confirmet illa Aristo-
L phanicarum nubium oratio. & magni nominis nostrum parentem ætherem venerandum maximè vitæ nutritorem omnium: *H* nam in aëre coguntur nubes, in aëre spiritum hauriunt animantes, ipsis aër vitam præstat: idemque alio ante hunc loco poëta sic loquentem inducit Socratem. O Domine, Rex immense aër, qui habes terram sublimem, & lucide æther, grauesdeę nubes, *I* ætherem distinxit ab aëre, & pro ignis orbe, ac domicilio accepit, non pro sole, vt Scholiastæ placuit, quem non probo: in qua significatione ardor, ac feruor a. de nat. deorum lib. conuertitur à Cicerone, nam & pro igne sumsit Anaxag. Contra pro aëre Lucret. lib. 1.

Postremo pereunt imbres, vbi eos Pater æther
In gremium matris terrai præcipitauit.

Ex quo Virg. 2. Georg. lib.

Tum Pater omnipotens fecundis imbribus æther
Coniugis in gremium læte descendit, & omnes
Magnus alit magno commistus corpore fœtus.

Chrysippes sunt hæc: Chrysippus enim fusum
M per res singulas purissimum aërem, Deum putauit, quo omnia animata, inanima ratione prædita, expertia constent: quare συνεκτικὴν αἰτίαν vocauit, hoc est, caussam continentem, quemadmodum, & lib. 5. Lucret. omnem rerum procreationem terræ, atque ætheri assignans cecinit.

Linquitur vt merito maternum nomen adepta
Terra sit, è terra quoniam sunt cuncta creata.
Quo minus est mirum, si tum sunt plura coorta,
Et maiora noua tellure, atque æthere adulto.

Vt & ante lib. 2.

Omnibus ille idem pater est, vnde alma liquentes
Humorum guttas, &c.

N Euripides eodem modo Med. sic loquens, semper per lucidissimum ambulantis delicatè ætherem, & magnus Hippocrates initio libri de carnibus philosophatur calidum immortale sibi videri, & omnia intelligere, videre, audire, sentireque cum præsentia, tum futura, eiusque partem maximam, cum turbata forent omnia, in supremum ambitum recessisse, ætheraque à priscis appellatum. *L*

Dici verò ab αἴθειν, id est, incendendo, siue pro igne sumatur, siue pro cœlo ex Platonicorum, & Anaxagor. opinione non est absurdum. & voluit Phurnutus, & illud demonstrat, quod Hesychius apud Eurip. Troadib. significare obseruat ἐμπυρισμόν, i. inflammationem, siue conflagrationem.

Aristoteli placuit dictum ab ἀεὶ θεῖν, quòd semper curat, ac rotetur, qua ratione propriè cœlum significabit, nam tertium etymon Plat. in Craty-
lo ignem significare probat circum aëra fluentem, περὶ τὸν ἀέρα ῥέοντα, εἶναι αἰθέρα. quæ tres etymo- O
logiæ longe sunt probabiliores quarta quadam, quæ apud Phurnutũ legitur, quòd supra currat, ab ἄνω θεῖν. nam & poëtæ quidam dixerant, cœlum esse Hyperionis filium, & solem nominauerunt ἀκάμαντα, quasi μὴ κάμνοντα laboris in perpetua rotatione expertem.

Ergo Pindari verbis omnes istæ notiones possunt accommodari, sed illa præcipue, qua aërem significat, seu latissimũ spatium, per quod mortalium fertur aspectus: & iure appellauit ἐρημον: nam & Arist. 4. Phys. lib. solitum dici ait in aëre
nihil esse, ita 6. Aeneid. P

Namq; canebat vti magnum per inane coacta
Semina.

Et Q. Horat. Oda 3. 1. carm. lib.

Expertus vacuum Dædalus aëra.

Et 1. epigr. Mart.

Aëre nec vacuo pendentia Mausolea.

Et Manilius in Astronomicis. Sæpe per inania cœli: Frequenter inane magnum Lucretius, inane vacuum lib. 1. cœli inania templa lib. 6. tum, quia spatium illud aspectum nostrum non terminat; tum, quia tametsi in aëre volent, & versentur aues, in eo tamen fixas non habent sedes: tertio, quia nubibus non est obductus aër, sed omnino liber, & apertus, atq; ἀνέφελος, tandem, quia tranquillus, & quietus, non impulsus ventis, pluuiis non turbatus, vt ἔρημος pro ἥσυχος sumatur: nam quæ deserta, ac solitaria, eadem & quieta, vt contra quietus solitarium significat eodem sensu aëra purum dixerunt poëtę. Virg. 2. Georg.

Palmes aget laxis per purum immissus habenis.

Horat. lib. 1. Oda 34. Q

Plerumque per purum tonantes
Egit equos, volucremq; currum Et Luc. lib. 1.
Aëra per purum grauiter simulacra feruntur.

Lib. 5. liquidissimus æther, liquidum lib. 5. vt & auras, & lumen, itemque ignem lib. 6. & Virgil. Ecl. 6. Pro puro, siue lucido, aut effuso & abundanti Macrob. accipit lib. 6. Sat. cap. 5. ita fundere sol radios dicitur à Lucret. lib. 2.

——Quem solis lumina cumq;
Insertim fundunt radios per opaca domorum.

Et lib. 4. semper enim noua se radiorum lumina fundunt. & lib. 5. lumen profusum vocat. & lib. 6. fundere ardorem, vt iure possimus liquidum, effusum, vel diffusile explicare, qui scilicet facile in omnes circumquaque partes queat spargi, siue per omnia diffluat, nec possit contineri: lux enim, ignis, & aër peruolant omnia. Sed quia diffusione sua res omnes sensim percolantur, & mundiores redduntur, hinc ortum puto cum Ob. Gif. in Lucretij indice, vt pro limpido, claro, splendido, & sereno sumatur.

Quare

Quare Pomp. Festus antiquos dixisse notat solem manare, cum solis orientis radij splendorem iaculari cepissent; ex eoque mane dictum.

Beatus tamen Isidorus lib. orig. 5. cap. de tempor. triplex etymon vocis mane recitat. Primum a manu, manum enim antiqui bonum dicebant: quid enim melius luce? alterum à manibus, id est, à Diis, quorum conuersatio à luna ad terram est. tertium ab aëre, quia *μανὸς*, id est, quia rarus est, atque perspicuus. Obiter hic nota in Aetna suo Virg. irriguos ignes appellauisse

—& proxima quaque
Ignibus irriguis vrat—

Actiuè, vt Domit. interpretatur, hoc est, irrigantibus, quia pingues, & sulphurati: quo modo & fons aquæ irriguus dicitur, vt Georg. 4. Virg.

—Irriguumq́; bibant violaria fontem.

At quo modo rigant, si vrunt? aut tralatione admirabili irrigui dicuntur ignes, quod instar irriguarum aquarum decurrerent, & decursu suo vrerent, & inflammarent quę ipsis obiiciebantur: lege Dialogum Iouiani Pontani, qui Antonius inscribitur, qua parte Virgilij partes propugnat contra Fauorini calumnias in Aetnæ descriptione, & cur irriguos ignes summ⁹ Poëta nominet, intelliges. Nam & idem Virg. 12. Aeneid. Purum campum: & Hor. 2. ep. lib. epist. 2. ad Iulium Florum Plateas puras: & Theocritus purum pratum. *καθαρὸν λειμῶνα* dixerunt, id est, æquale; liberum, non impeditum. quare Pind. *αἰθέρος δ' αἰθρίου* aërem serenum, ac purum intelligit, hoc est *εὐδίαν*, siue *αἰθρίαν*.

Eodem pene sensu caluus aër dicitur, hoc est, *φαλακρὸς*, à Græcis valde libera metaphora, quoniam cum serenus est, quodammodo est nudus: hinc apud Phalereum vetus prouerbium de ratione exaggerandi *φαλακρότερος εὐδίας* ad verbum,
E magis caluus quã serenitas: fortasse, quòd perturbatus aër festucis multis, ac paleis, & id genus rebus leuissimis tam quam pilis quibusdam horrescat, qui flantibus ventis è terra sursum feruntur: Cum autem sudum est cœlum, & liquida tempestas, ne pilus quidem cernitur in aëre.

Quod si pro igne Pind. accepit, philosophicè est locutus, explicatore Suida, quoniam æther cũ igneus sit, non nutrit: Ita propter vim igneam consumentem, quæ nullum in igne patitur animal viuere, ignis dictus *ἔρημος*: Sic & Arist. 4. lib. Meteor. est auctor in terra tantum; & aqua versari animantes, in aëre, & igne minime.

F Ratio, quòd in animalium corporibus materia superat, & excedit, quæ maiorem sibi terræ & aquæ portionem vendicat: & lib. 2. de gen. an. c. 3. quod in semine vis, & calor inest quidam fecunditatis auctor, qui nec ignis est, nec facultas ei similis: adde, quòd ignis proximè ad globos cœli accedit, intra quos nullas viuere animantes est certissimum, nec tamen puto ipsum Pindarum tam fuisse Philosophum, sed locutum existimo Poëtarũ more, & ex communi hominum sensu.

Malitia & militia voces cognatæ, & his vocibus res significatæ.

CAPVT III.

NON idem malitiæ vocabulum apud sacros scriptores, & profanos significat. In sacris enim libris pro vitiositate, quæ græcis est *κακία* sumitur, vt omnium quasi cumulus vitiorum indicetur: siue improbitas, cum quis data opera, & studiosè peccat. Genes. 6. videns autem Deus, quòd multa malitia hominum esset in terra, hoc est, variis sese mortalium genus miserãdum in modum flagitiis inuolueret 1. Reg. 12. Samuel Hebræis, Quod si perseuerauerit is in malitia, & vos, A
& rex vester peribitis, id est, diutius flagitiosè vixeritis, apertissimè Psal. 35. Iniquitatem meditatus est in cubili suo, adstitit omni viæ nõ bonæ, malitiam autem nõ odiuit. Ierem. 12. Vsquequo lugebit terra, & herba omnis regionis siccabitur propter malitiam habitantium in ea? Apertius 21. propter malitiam studiorum vestrorum, hoc est, prauas, & turpes vestras actiones.

S. Paulus ad Ephes. 4. blasphemia tollatur à vobis cum omni malitia. Iacob. 1. abiicientes omnem immunditiam, & abundantiam malitiæ, in ea s. notione, qua malus quis dicitur, hoc est, vitiosus & scelestus.

Quomodo etiam malignus, & malignitas accipitur, nam ad Rom. 1. vbi latine habemus malignitate Græcè habetur *κακοηθείας*. & Iacob. 1. vbi latine, exultatio hæc maligna est, Græcè habetur *καύχησις ὑμῶν πονηρά*, & vbi in tribus Ioannis B
cath. epist. nomen hoc malignus est, Græcè habetur *πονηρὸς*: tametsi Italicè maligno vocamus, qui dolo agit, ac fraude, vt & malitioso: etiam si cattiuo dicamus sæpe non à morum improbitate, sed ab astutia, & versutia.

Est & alia significatio in sacris litteris Dan. 13. vt malitia eam, quæ Græcis dicitur, *κάκωσις*, designet, hoc est, vexationem, & conflictationem ex miseria, & ærumnis. Vigilauit dominus supra malitiam, & adduxit eam super nos: nam Hebræus codex sua phrasi festinauit, inquit, adducere hoc malum super nos *κακότητα* nominauit Homer. Vlix. 3. qui tempestatem significare volebat. Bene conuertit Lemnius.

—vt infaustos casus, pelagiq́; ruinas C
Vitaremus aquis— A Et lib. 4.
Nunc alij desunt, qui pestem pellere tectis, &c. B

Vt pro malo, id est, calamitate *κακὸν* inferius eodem libro.

Ne Regina senem, precor ah ne affige Laërtem
Heu nimis afflictum. C

Et alias creberrimè, & Hesiodus op. & in diebus in ærumnis, inquit, & molestiis consenescunt mortales: qui eodem libro accepit pro animi vitio illo versu.

Τὴν μέν τοι κακότητα καὶ ἰλαδὸν ἔστιν ἑλέσθαι.

Plut. lib. de Poët. lectione vtramq; explicauit: D quæ vocabuli notio est familiarissima factorum bibliorum scriptoribus vt sexcentis eorum testimoniis preter allata possem confirmare: Et verò omnium fere linguarum, ac dialectorum valde communis.

D Ad quam notionē proximè accedit illa apud Varr. & Plin. pro inclementia, & sterilitate cœli, & soli, ille enim siescribit de re rustica, id sępe accidit malitia soli, nos catiuo terreno diceremus. Ita hic ꝗ modo cœli, modo terræ malitia facit.

In profanis autem bonis auctoribus propriè malitia sumitur pro versuta, & fallaci, vt loquitur Cic. t. de nat. deor. lib. nocendi ratione. quare idem cum fraude malitiam feté coniungit, cum arte, cum calliditate 3. de off. lib. Hi sæpe versutos homines, & callidos admirantes eorum malitiam sapientiam iudicant. rursus. malitia, quæ vult videri esse prudentia. & in part. or. prudentiam malitia imitari videtur, quia, vt idem loquitur 3. de off. lib. in malitia simulatio intelligentiæ: & hæc aduerbia vafrè, callidè, subdolè, versutè, dolosè, malitiosè pro eodem sumit vel

E simul inngit pro Quinctio. Num malitiosum negas fraudulentum? & 1. de off. lib. malitiosa iuris interpretatio, fallax est, & versuta.

Sed iam nimis Grammaticus sui, & sui Theologus, sed idcirco sui, vt ostenderem iure nomē, & rem militiæ cum malitia conuenire, & contra, cum quidquid bello agitur, id eo consilio fiat, vt quoquo modò lædi facilius hostis posit, ac vexari, & quidem astutè facilius, & malitiosè læditur, quàm aperta vi: & quo modo ab hostis malitia, hoc est fraudibus, & insidiis se quisq; defendat, ac tueatur commodius.

Quare nulla præstantior est ducis, & imperatoris condicio, ac virtus, quàm aduersus hostem malitiosè agere, ei non fidere, eius consilia caue-

F re. id quod vel ipse Dei spiritus hortatur, & monet, & longa oratione suadet Eccles. 12. cuius etiam illustre extat in Iudithis castissimę, & generosissimæ feminę historia exemplum, cui tametsi hosti credidit Holofernes, cum Achiori Ammonitarum Principi amico vera suadenti fidem nullam habuisset.

Itaq; bonos, & præstātes duces versutos latine is appellauit, quo melius nemo est locutus. Hic est Cic. scilicet à versando, quorū videlicet mens celeritet versatur or. pro Quinctio, hoc est, qui facile hostium consilia obseruāt, artes retegunt, actus depræhendunt, mentem habent notam, animoq; comprehensam, & ad omnes rei gerendæ articulos recurrunt, quo fit, vt minus sint acres, & pugnaces, magno labore ad decernendū de summa rei inducuntur, sed arte, dolis, consiliisq; imperatoriis, quæ stratagemata nominātur,

G tuto pugnam committunt, magno aduersariorum damno, suorū aut nullo, aut exiguo: quam virtutem vehementer Frontinus & Veger. probarunt, deq; ea prior lib. integrum conscripsit.

Nam paucissimi leguntur Imperatores & Duces, licet animi viribus & audacia, corporisq; robore præstantes, & numero militum pugnas cum gloria depugnasse: callidi. v. & prudentes exiguo militum numero ingentes retulisse victorias. De Annibale scripsit Plut. tam illum vafrè, & callidè rem militarem tractauisse, vt quos videret aperto marte expugnare se non posse, dolis & fraude circumuentos superaret: pugnæ enim Romanis ad Trebiam, ad Cannas, ad Thrasymenum depugnatæ confirmant.

Atque hoc erat apud Rom. in more positum, vt tardis ac prudentibus rem bellicam libentius committerent, quàm acribus ac pugnacibus, ab ipsisq; ad bellicæ laudis cumulū peruenisse existimatus est ob hanc vnam virtutē Q. Fab. Max. H cunctator idcirco appellatus quod vnus Rom. cunctando, vt Ennius cecinit, restituisset rem: quem prę cęteris omnibus Rom. Imperatoribus maxime formidauit Annib. nimirum quoniam longe amplius in re bellica astus, & prudentia Ducis prodest, quam vis & audacia.

Itaq; merito militia & malitia voce cōsentiunt, & istius res rē illius vehementer auget, & promouet: vt iure S. Bern. amænissimo vir ingenio, sanctimonia vitę singulari inserit in his duobus verbis ad milites templi scribens ca. 2. Hic igitur finis, fructusúe secularis huius non dico militiæ, sed malitiæ: sic & occisor letaliter peccat, & occisus æternaliter perit: & multis post eum seculis elegās & doctus vir Aeneas Siluius deinceps nominatus Pius II. epist. 19. ad Theanensem Card. I Vale & me, & militiam, quæ potius malitia dici potest, forti animo tolerato. & subtilissimus scriptor Iul. Cæs. Scaliger exercit. 30n. u. 4. de subtil. ad Cardanum malum dici notat à voce μαλακὸν: vnde & ij, qui militibus seruiebant, nec dato nomine merebant, dicti caculę militares, quia κακοί, id est, imbelles & ignaui: sanè κακόν, hoc sæpe apud Homerum significat, vt te quarta docebit linguæ Græcæ Thesauri pars verbo χάζειν.

Vox item militaris inuenta ab exprobratione lenitatis, quam in milite detestabantur, prauus: interposita u litera æolica est πρᾶος: sic κακὸς, quia χάζεσθαι vitium est in militia cum amittunt locū in acie milites. Verbum est apud Hom. Il. 4. & 13. & Hesychius exponit per verbum ἀναχωρεῖν. & à χῶ. id est, χωρῶ deriuari Eust. Il. 11. tradit.

K Militia verò non tantum ad arma pertinet, sed vniuersitatem quoq; designat, seu bello, sine pace, quasi collegium. Legit. in Constit. Leonis & Anthemij Imp. militia aduocatorum, militia Palatina pro omnibus, qui in Palatio principi seruiunt, aut in eius familia sunt. In Breuiario Theod. militia negotiatorum. Iustin. cod. lib. 8. Vide Alciatum cum Bened. Iouio disputantem: quæ disp. legitur 1. Alciati prætermissorum lib. Consule item l. 85. de verb. sign. & l. 173. & 235.

Pendet hæc notio ex altera, quam Cic. vsurpat pro L. Mur. eum militiam vrbanam sequi dicit,

hoc

hoc est exercitationem, & munus aliquod in vrbe: quomodo & Nouella 53. Iust. casum militiæ nominauit pro caducũ munus & officium, eum scilicet munus alicuius eorũ, qui publica Principis negotia gerunt, per eius mortem cecidit: Nam constitutum fuerat, vt milite aliquo mor-
L tuo liberi aut vxor, siue heredes de sententia communis eorum, qui in eadem schola, siue ordine erant, id est, commilitonum, beneficium aliquod à Principe impetrarent: Casus id militiæ dicebatur, id est, commodum caducæ militiæ, quod non hereditario iure, sed priuilegio & beneficio principis tribuebatur: Militiam ex casu malè nominarunt quidam.

Quare Inst. d. Nou. sanxit ne creditores defuncti militis, cuius bona soluendo non sunt, casum illum militiæ pignori capiant, extra quam si eorum pecunia eam militiam defunctus emerit l. si quis 11. cod. de prox. sac. scrin. libro 11. l. vlt. C. de pign. l. omnimodo 30. §. vlt. C. de inoff. test. & sæpe Cassiod. in lib. var. vsurpat, vt lib 7. cap. 9. deliciosa magis, quam laboriosa militia est in portu Romano comitinæ gerere dignitatem, & li. 11. ad Io. Cancellarium, cum de procuratione Cancellorum ei demandata loqueretur, ita scribit: quamuis statutis gradibus omnis militia & tem-
M pora sibi custodiat, &c. Clarissimè lib. 5. cap. at. omnium crederis intelligentiam habere virtutum, qui exerceri meruisti militia literarum,

Porrò vt methodo, & ratione progrediar, duplex videtur apud I. C. haberi militia, vna armata, quæ belli caussa suscipitur, quam qui profitentur, propriè milites appellantur, sacramento videlicet ipsius adstricti, & in numeros relati. L. Milites §. Missionum, & l. vlt. D. de re mil. & alias sæpè: & huius mentio fit l. 4. C. qui dare tut. l. 1. C. de Iur. & fac. l. 18. D. de re iud.

Altera ciuilia ac togata, quæ videtur fuisse ministerium publicorum Principis negociorum, cuius caussa salaria vt commoda à Principe tri-
N buuntur: cuius pars videtur Vrbana fuisse militia, de qua paulo ante ex Cicerone dixi, patronorum scilicet, qui aduocati sunt dicti propter labores, & assiduitatem: & l. 14. C. de aduoc. diu. iud. nec enim solos inquit, nostro Imperio militare credimus illos, qui gladiis, clypeis, & thoracibus nituntur, sed etiam aduocatus: militant namque caussarum patroni, qui gloriosæ vocis confisi munimine laborantium fidem, & vitam posterosq; defendunt. Sic & hi impropriè milites nominati l. 3. de numerariis l. 1. C. Iustinianus.

Quarum militiarum aliæ dictæ palatinæ, aliæ comitatenses, aliæ prouinciales. Vide l. antepen. C. de cohorta lib. & ibid. Iustin. milites appellamus tam eos, qui sub excelsis magistris militum tolerare noscuntur militiam, quàm qui in vndecim deuotissimis scholis taxati sunt, nec non eos, qui sub diuersis optionibus fœderatorum nomine sunt decorati.

Communis, & antiquissimus deferendorum ad mortuorum tumulos ciborum vsus explicatus, & illustratus.

CAPVT IV.

APVD Gentiles, quos vocamus, Græcos, Romanos, Barbaros, cibis etiã funera mortuorum honorabantur: qui mos, nescio an superstitionem vocem, à Christianis plurimis locis diu retentus fuit, & adhuc retinetur. Iucundè sanè irridet Lucianus dial. περὶ πένθους, id est, de luctu, his verbis latinis de mortuorum animis loquens. Aluntur nostris libationibus, & inferiis, quæ sepulcris inferuntur. Adeo, vt si cui nullus reliquus in terra sit amicus, aut cognatus, hic mortuus ieiunus, ac famelicus inter eos versetur. A A

Ridet etiam Tertull. initio lib. de resurrectione carnis, quod ipsi defuncti, id est, corpora ipsorum, seu cadauera atrocissimè vrerentur, & postmodum gulosissimè nutrirentur.

Arrianus ita referente Eust. lib. Vlix. 9. cum iusta defunctis apud Bithynos fiunt nominatim vocari narrat eorum animas, qui extra fines casu mortui sunt, & inuitari ipsos ter, & rogari, vt redeant, quo participes conuiuij fiant: quem morem penè ad resurrectionem mortuorũ traducit, ostenditq; alio ex historia petito exemplo. Quod verò, inquit, reuocationem quidam opinati sint animarum, nõ modo vaticinia mortuorum demõstrant, sed & cæteræ historiæ: aiunt itaq; quod Zamolxis docuisset, se olim fuisse Pythagoram, Getas sacra facere solitos, & conuiuari ad memoriam defunctorum, ac si rursus venturi essent mortui, B

Hinc αἱμακουρίας, siue αἱμακουρίαι veterum nomen acceperunt apud Bœotos præcipue, qui reliquis Græciæ nationibus communicarunt, id est, inferiæ, & parentationes mortuorum παρὰ τὸ αἵματι κορέννυσθαι, quasi defunctorum manes carũ sanguine pecudum, quæ immolabantur, satiarentur, & est nomen Doricum. Quæ verò mortuis dabantur, generis erant diuersi, de quibus ita Ouid. 2. fast. lib. C

Est honor & tumulis animas placare paternas,
Paruaq; in extructas munera ferre pyras.
Tegula porrectis satis est velata coronis,
Et parua fruges, paruaq; mica salis.
Inq; mero mollita Ceres, violaq; soluta
Hæc habeat media testa relicta via. Mox: D
Hunc morem Æneas pietatis idoneus auctor
Attulit in terras, iuste Latine, tuas.

In vniuersum Virg. 3. Aeneid.

Sollemnes tum forte dapes, & tristia dona
Libabat cineri Andromache——

Nomine Mazæ, opinor, ea omnia intelliguntur, quę decantat Ouid. & quam medicatis frugibus

offam. 6. Aeneid. Virg. interpretatur, quam Cerbero obiicerent manes. Hinc eodem lib. Tertull. Cum obsoniis & mattæis, tibi potius parentas ad busta recedis.

Mattæa verò idem est quod Maza, quæ & pretiosa significat edulia: & Calderinus alicubi Mattæolicum exponit gulosum. Placenta latinè dicatur, cuius meminit in mortuorum dialogis frequentissimè Lucianus natiuo sibi lepore.

E Hinc Varro & Festus nuncupari Feralia funera mortuorum ex eo tradunt, quòd epulæ ad eorum sepulcra deferrentur: quanquam aliis placuit à feriendis pecudibus appellata: quæ & silicernium dicta, hoc est funebre conuiuium: de quibus alio nos lib. copiosius.

Fabis item olim mortuis parentabatur, vt obseruat Plin. cap. 12. lib. 18. Et Festus in voce Faba. ex quo vsu locum ex 16. epist. lib. 1. ad Att. sapienter emendat Simo Bosius. in eo legumine mortuorum inesse animas credebant, fortasse Pythagoricè. An vero comederentur hæ fabæ, non est F compertum, tantum hoc Ouid. Fast. 2. lib.

Nunc animæ tenues, & corpora functa sepulcris
Errant. nunc posito pascitur vmbra cibo. Deinde
Tum cantata tenet cum plumbo licia fusco,
Et septem nigras versat in ore fabas.

Qui scilicet solenni ritu celebrat inferias. Nobis Christianis solenne est festo commemorationis omnium defunctorum die legumina pauperib[us] cocta distribuere, quæ sunt veteris ritus illius reliquiæ in pietatem conuersi. In mea patria fabæ diuiduntur. Vercellis ciceres alibi phaselli 13. ca. Nauig. Egnatij ad Sinas, & in Petri Leonis historia de rebus Peruanis legi millies consueuisse Indos, ac Sinas in defunctorum tumulis varia ciborum genera deponere & pretiosam vestem, ac supellectilem, quod opinentur hæc omnia vsui G in alia vita ipsis futura: quam item superstitionem multis Poloniæ locis, & apud Russos scimus vigere.

Turcæ quoq; egregiè conuiuantur, & se cibo explent ad suorũ defunctorum tumulos. quemadmodum Christoph. Richerius narrat li. 2. rer. Turc. tum maxime, cum noctem illam infamem celebrant superstitione maxima; qua se Alcoranum suum de cœlo prædicant accepisse. Et verò etiam Catholici inter nos huic superstitioni aliquando inseruierunt in Gallia & Hispania, quod Franc. Tur. noster lib. 4. cap. 14. pro ep. Pont. tradit. Et apparet ex Can. 34. 2. Syn. Turon. quæ eum morem damnat, & Can. 68. & 69. Græcarum Synodorum à Mart. collectarum, & Grat. de consecr. dist. 1. Can. non oportet.

H Qui etiam mos Afrorũ fuit, vt S. indicat Aug. lib. Conf. suarum 6. cap. 2. de Monica matre scribens, quem quidem morem S. Ambr. Mediolani retineri non est passus, & in Italia tamen viguisse idem S. Ambr. indicat repræhendens lib. de Elia, & ieiunio. cap. 17. vt S. Aug. die sacro Cath. Rom. hunc ritum in Christianis serm. 15. de ea, & serm. 120. de diuersis & epist. 64. ad Aurel. & lib. de morib. Ecc. contra Man. cap. 32. qui cap. 34. de mor. Eccl. Cat. habet hæc verba. Noui multos esse, qui luxuriosissimè super mortuos bibant, & epulas cadaueribus exhibentes super sepultos se ipsos sepeliant, & voracitates ebrietatesq; suas deputent religioni.

Postremo narrat Io. Ant. Camp. in consol. de obitu fratris, ad Card. Papiensem gẽtes esse quasdam in Italia, non procul à Liri amne, quæ cum moriuntur ꝓpinqui, lauant vino, perunguntq; cadauera, & panes, atq; caseum congerunt in ora, vt in noua expeditione habere cibaria nec sine annona, & commeatu discedere è vitæ campo videantur. Ita ego initio capitis appellaui superstitionem, & propterea viri sancti, quos nominaui, repræhendunt non vt religionis institutum, sed vt quidpiam ex maiorum traditione acceptum, quæ sanè vana tantum æui longinqua potest conferre vetustas. Præter hæc alia lege Synt. hist. deorum Giraldi 17. I

Quæ muta sit persona in Comœdia & Dialogo: Cic. Hor. Mart. loca enucleata.

CAPVT V.

PACILA, & ἀνδρῶν Grammatici quidam mutant personam, κωφὸν πρόσωπον vocant Græci, eam definiunt esse, quæ muta sit in scena, quibus non indoctus homo Calderinus assentitur comm. In lib. 6. Mart. Diomedem laudans auctorem. Sic enim scribit: Et si quartus Histrio in scena introducitur, is non loquitur, sed tantum subauscultat quæ dicuntur. Hoc præcipit in Hor. in Poët. A

——Nec quarta loqui persona laboret.

Is eum non loquatur, muta persona est appellatus. Auctor est Diomedes Gram. vetustissimus, quẽ secutus est nescio quis Germanus, qui Græcas Martialis dictiones explanauit. Ac sanè Diomedis id verba indicant, nec valde tamen dilucidè, quid muta sit persona explicauit. Sic enim libro 3. c. 2. Dramata vero tres personæ solæ agunt: ideoq; Horat. ait nec quarta loqui persona laboret, quia quarta semper muta. Ac latini scriptores complures personas in fabulis introduxere, vt spatiosiores frequentia facerent: Et post pauca. Personæ autem diuerbiorum aut duæ aut tres, aut raro quatuor esse debent: vltra augere numerum non licet. B

Sed hic Horatij locus, meo quidem iudicio, non est ita accipiendus, vt quartam personam loqui nõ posse existimemus: nam modice loqui potest, quod Plauti ac Terentij mos confirmat. Quamquam priorem illam communem sententiam homo doctissimus Seb. Corrad. sequitur in epist. 18. lib. 13. ad Att. Et ante ipsum Io. Parrasius, Ante vtrumq; Porphyrio vetus Poëticæ Horatianæ commentator.

Helenius tamen Acro probat quod nos probamus: quartam certè personam quando inducimus, inquit, aut non omninò loqui debet, aut pauca: Non diait, taceat, sed loquendo non laboret, quo aptior sit dictio: Inducitur autem quarta persona, aut vt annuat, aut vt ei aliquid imperetur.

Ita ego phrasim Horatij Italicè expono. Non si cari, ò non s' affatichi di parlare: qui sensus Vicentio Madio placuit, ita hunc Horatij locum explananti, vt quartam personam prorsus non reiiciat à scena, sed pauca admodum illam loqui iubeat, atque ideo dixit, non laboret, quasi dicat non multum loquatur.

Placuit item Io. Baptistæ Pignæ quod videlicet occasio quartæ personæ addendæ, quoad fieri possit, euitetur, neq; de more agatur quorundam qui modo Histrionum copiã emittant, popularem se admirationem excitasse arbitrantur: quia Schol. Euripidis eam reprehendit in Phœnissis, quod Antigonam, Polynicem atque, Oedipum præter rem multis aliis personis addidisset vitianda tanto histrionum numero Tragœdia.

Ac tametsi in actu 3. Andriæ Ter. Mysis, Simo, Dauus, Lesbia, & Glycerium simul inducuntur, tamen nõ sunt pariter in Pulpitis, quia Glycerium est intus: & Pythiam dicemus in foribus fuisse, cum in 3. actu Eunuchi Thais, Thraso, Parmeno, Gnatho, & Pythias vna inueniantur: Adde, quod Pythias & Glycerium vix loquantur, quatuor enim verba proferunt. eadem penè, sed fusius Dyon. Lamb. in Poët. Hor. scribit.

Quod verò contra hoc præceptum Plautus in scenam plures, quàm quatuor inducat personas, communiter inter se loquentes, quod etiam in Tragœdiis fit, ita Lamb. accipit, vt veterum scripta fortasse nondum Horatio vsquequaque perfecta viderentur, detque ipse suæ ætatis hominibus præcepta. Verum isti nihil de muta persona. Num indicaur hanc non esse mutam personam? Ommino.

Iul. Cæs. Scal. 1. Poët. lib. cap. 13. extremo de personis Comicis scribens. Alia sunt, inquit, præterea genera personarum, quasi in ima cera: puella enim cum parit, non prodit, sed intus clamat: Iuno, Lucina fer opem: alia, quæ neque apparet, neque loquitur, qualis Storax Seruulus in Adelphis: exiens enim mitio cum non exeunte loquitur: sunt & quæ apparent, sed nihil loquuntur, cuiusmodi Satellites in milite, *κωμικὸν δορυφόρημα* Lucianus appellat in Dial. de hist. scribenda. Et Baiuli in Andria, Lorarij quoque in Capt. quibus tamen attribuit orationem Plautus. & Franc. Robort. ex lib. 4. Iulij Poll. notat sua in Horatij Poëticam Paraphrasi, quartam personam, quę in collocutionem venerit, pauca debere loqui, & ea pauca dici *παρεγχορήγημα*, ambiguè in mutam personam lusit Mart. lib. 6, Epigr. 6. ad Lupercum.

Comœdi tres sunt, sed amat tua Paula, Luperce,
Quatuor, & κωφὸν Paula πρόσωπον amat.

Videtur enim homo scientissimus mutam esse personam sentire, quæ apparet in scena, non tamen loquitur: aut quæ loquitur, in scena tamen non apparet.

Ego, vt ingenuè fatear, hæc omnia falsa esse iudico, docente me Schol. Aristoph. Acharnensibus, & obseruante Georgio Merula, eam esse mutam personam, cuius verba non loquentis ab alio proferuntur: vt eorum, qui Dialogos scribunt, aliosque inducunt, qui ex suo, hoc est, auctoris sensu, loquantur: vt Cic. vt Plato, mutæ sunt personæ in Dialogis à se conscriptis, in quibus non ipsi loquuntur, sed apud hunc Socrates, Phædrus, Callias, Euthydemus, & reliqui: apud illum, C. Læl. M. Cato P. Scip. L. Catul. M. Brutus.

Ex quo Martialis sententia consistit. Nõ enim significat, vt vulgo explicatur, nimium Paulæ in Comœdos amorem, quod videlicet amaret quatuor, hoc est omnes, cum in scena non plures tribus ferè loquantur, sed hoc potius occultum quendã Paulã habere amatorẽ, sub cuius persona alter cum ea rem agat: Et pulcherrimè de amore in Comœdos loquens subiecit mutã illam personam amari, rem suam, per aliam agentem, vt muta persona per alium loquitur.

Qua obseruatione Ciceronis locus ad Att. lib. 13. epist. 18. de Academicis libris illustratur. Sic enim constituebam, inquit, neminem includere in Dialogos eorũ, qui viuerent, &c. Mox. si Cottam & Varronem fecissem inter se disputantes, vt proximis literis admoneor, meum *κωφὸν πρόσωπον* esset: hoc in antiquis personis suauiter fit, vt & Heraclides in multis, & nos 6. de rep. libris fecimus: sunt etiam de Orat. nostri tres mihi vehementer probati, in eis quoq; eę personæ sunt, vt mihi tacendum fuerit.

Quanquam apud vrbis Romæ Senatorẽ Aurel. Casiod. in epist. 20. lib. 1. var. ad duos Albinos Patritios indicatur mutam esse personam, quæ gesticulatione loquitur: Hanc partẽ, inquit, Musicæ disciplinę mutam nominauere maiores, scilicet, quæ ore clauso manibus loquitur, & quibusdã gesticulationibus facit intelligi quod vix narrante lingua, aut scripturæ textu posit agnosci: Nec tamen de muta loquitur persona in Comœdis.

Illustrior moris istius nunc mihi tradenda est cognitio ex veterum libris delibata. Antiquissimis Comœdiæ temporibus videtur in more positum fuisse, vt vnus modo loqueretur histrio siue Actor; ita erat tunc monodica Comœdia, vt & Cassandra est Lycophronis, & Euripidis Cretenses, licet non antiquissimorum scriptorum: auctores sunt Isaacius in Proleg. Cassandræ & Schol. Rauar. Aristoph. imo & ipse in Poët. Aristot. docens ab vna ad duas progressum primum Aeschylum, & à duobus ad tres Sophoclem. A

Idem de Sophocle scribit Suidas, & in vniuer-

sum Ira loquitut. Sorte veteres Poëtæ tres eligebant histriones. qui actiones recitatent, quorum is, qui superior euadebar, deinceps citra indiciū vllum eiigebatur, boc est, erat semper bistrio primarum partium πρωταγωνιστὴς nominatus: alter secundarum pattium δευτεραγωνιστὴς; tertius tertiarum τριταγωνιστὴς possunt & nominari primarius, secundarius, tertiarius.

Secundarius Ciceroni dicitur in Btuto Q. Arrius, qui fuit M. Crassi quasi secundarius. Plinio etiam tertiarius, si hic locus lib. 7. cap. 12. ita L legarur. Spinter secundarius, tertiariusque Pamphilus. cum legat Herm. Barbar. Spinter secutor, Retiarius Pamphilus, vt de gladiatorib. sit oratio. Alij sic, Spinter secundarū, tertiatū Pamphilus.

Hinc illa Ciceron. 1. in Ver. actione, vt in Actoribus Græcis fieri videmus sæpe illum, qui secūdarum, aut tertiarum partium, cum possit aliquanto clarius dicere, quam ipse primarū, multum submittete, vt ille Princeps quam maximè excellat. quo ex Oratoris sermone videtur cæteros bistriones ita debuisse semper agere, vt appareret eos cedere histrioni primario, & eum agnoscere, & vereri, vt supetiorem.

Sic Ter. Phor. dixit, primas partes, qui aget, is erit Phormio, hoc est, plus ei reliquis agendum ac loquendum, vt plus tertiatio loqui debebat secundarius; Ita vt quemadmodum cedebat secundarius Primario, sic vtrique cederet tertiatius. Hinc & lib. 1. epist. postrema. Hor.

Vt puerum sæuo credas dictata Magistro
M *Reddere, vel partes mimum tractare secundas.*

De quo Gul. Bud. multa in Comm. ling. Græc. & Rodig. lib. ant. lect. 8. ca. 8. Porto cum audis hęc, intellige de his personis, quarum præcipua habetur in Com. & Trag. ratio sine quibus fabulæ non constarent, cæteræ enim ad has accedunt quasi vmbræ, & subsidia; quamobrem præter primarum, secundarum, & tertiarum partium histriones, quartarum, quintarum, sextarum, & deinceps veteres Græci, aut Latini minime agnouerunt: cum tamen plures alij præter tres agerent histriones in fabulis.

Animus cur ψυχὴ dictus à Græcis: & vocis θυμὸς quā ampla sit notio.

CAPVT VI.

A SVMMVS loquendi, sciendiq; Magister Plato in Cratylo de nominum ratione differens cum Hermogene ψυχὴν à veteribus tradit appellatā, quasi ἀναψῦχόν τι, καὶ τὴν τοῦ ἀναπνεῖν δύναμιν παρέχον, refrigerans quiddam respiratione scilicet, & respirandi præbens facultatem: quamdiu enim illa præsens est corpori, ipsum & viuit, & spitat: Mox atque deseritur, vita deficit cum spiritu: Non probat, & probabilius putat dictum, quasi φυσέχην, quòd φύσιν, id est naturam, ὀχεῖ καὶ ἔχει, hoc est, naturam vehit, continetque.

A quo ego dissentio: tum, quod extorta est etymologia: tum, quia si vera esset, non erat nominanda ψυχὴ, sed φυχὴ, quasi φύσιν ἔχουσα vel ὀχοῦσα: priorem certè vox Latina confirmat spiritus, qui pro anima, siue animo sumitur: nam & animus quoque ex Græco deductus videtur ἄνεμος, quæ vox ventum significat, vt & Hebræa ruah, quæ etiam pro vento sumitur, & in sacris litteris ad significandam animam traducitur: altera enim B vox chaira. quæ vita est propriè: pro anima quoque accipitur, quod vi animæ vita consistat.

Ab eodem verbo ψύχεσθαι Adamantius Orig. Theologus, plus q̃ Christianum magistrum decet, Platonica imbutus Philosophia, ducit. Cur ita? quoniam, inquit, ab illis locis superioribus ad hęc ima delapsæ animæ pristinum suum calorem amiserunt: id quod in eo, & veteres multi, & iuniores Theologi notauerunt, præsertim B. Epiph. epist. ad Ioan. Hierosolym. Episc. data: siue etiam, quòd cælitus, è superioribus videlicet locis, accepissent vitam: quod etiam hær. 64. cōfutat, eoq; acrius, quod suos istos errores conaretur Origin. sacrorū testimoniis auctorū confirmare.

Auctor eius tractatus de Definitionibus, qui C S. Athanasio attribuitur, dictam notat à frigore, hoc est, τοῦ ψύχειν, Origenicè, vt apparet, nō quod eius frigida sit essentia: quis enim hoc credat? Sed quod sui vi caloris omnem abstergat, & sorbeat humorem, vt sol, cum lutum siccat, vt ignis, cum coquit, & absumit carnes intra ollam: certè caloris natiui, qui vim suam omnem mutuatur ab anima, potestare, concoquitur in ventriculo, & stomacho cibus, & conficitur, non quidem, vt ille auctor voluit, quia anima per se calida est, siue igneæ naturæ (neque enim res ab omni materiæ concretione remota constare elemētis potest) in eo differt à Plat. quod putet ab hoc verbo vt exsiccare, & aresacere significat, animam D deriuari: cum Plato ab eodem verbo deducat, vt accipitur pro frigefacere, & spirare.

Bruta vero est nō sapientis aliquid hominis, ne dum Philosophi, opinio, quā secutus est apud Plut. de Stoicorū repugnātiis Chrysipp. fætū hominis, & belluę in ventre matrum nutriri plantæ instar, at cum ex aluo prodiit, iam natū ab aëre refrigerari, & spiritū mutare, animalq; effici: à & iure à Tert. ridetur lib. de anim. c. 25. & Lact. hanc Varr. definitionē animæ impugnante lib. de opificio Dei c. 17. Anima est aër cōceptus ore, deferuefactus in pulmone, tepefactus in corde, diffusus in corpus, &c.

Christianè potius dicendū à flando, & spirando nominatā, ψύχειν enim etiā flare est, quoniam E anima, vt à Tert. definitur eiusdē lib. c. 22. Dei est flatu nata, planè vt Deo inspiratus Moses Gen. 2. dixit: Inspirauit in faciem eius spiraculum vitę: idemq; Tertul. dixerat c. 4 & 11. contra Hermog. qui eam nō ex Dei flatu, sed ex materia esse contendebat: Et peculiarem de ea re librum scripsit de censu 1. Origine animæ aduersus Hermog.

Ita vox ψυχὴ animæ significabit substantiam&
naturā non aliunde,q̃ à Deo prudeuntem quam-
quā B.Io.Chryſ.Hom.2.in epiſt. ad Hebr.indicat
non ſignificare perſectè naturā animæ ſed effe-
ctum,id eſt reſtigerationē:quomodo etiam cap.
cit.11.Tert. ait ſe animam ſpiritū certa conditio-
ne dicere,non ſtatus nomine,ſed actus: nec ſub-
F ſtantiæ titulo, ſed operæ, quia ſpirat, non quia
ſpiritus propriè eſt, & flare,ſpirare eſt: Ita & ani-
ma, quam flatum ex proprietate defendimus,
ſpiritum nunc ex neceſsitate pronunciamus: li-
cet falsò opinetur animam eſſe corpoream.

Voa alia θυμὸς operam noſtram requirit,πολυ-
σημαντικὸν apud Græcos, non item ita apud nos,
animus fortaſsè. Vetus Hom. Schol. Il.1. quinqꝫ
omnino ſignificare notat apud Homerum:ὀργὴν,
id eſt iram: ψυχὴν, hoc eſt animum: ἐπιθυμίαν, id
eſt cupiditatem: ἐπιλογισμὸν, id eſt cogitationem:
ὁμόνοιαν,id eſt concordiam,exempla petantur ex
eodem.Proclus in Heſiodum vitam omnem ani-
malem θυμὸν vocari ait.B

Itaqꝫ rectè Moſchop. apud eundē Poëtā πανώλη
θυμοφθόρον interpretatur vitæ interitum adferen-
G tem, τῆς ζωῆς φθαρτικὴν: tametsi non ignoro thy-
mophthora pharmaca Homero eſſe in Vlix.lib.
2.iuxta antiquos, inquit Euſt. quæ ſiue rationis
vſu priuant, ſiue etiam mortem atque interitum
adferunt:Gal apud Hipp. in Gloſſ.obſeruat πρo-
θυμίαν ſignificare.

Eſt & alia non ignobilis acceptio pro μεγαλοθυ-
μίας, id eſt.animi confidentia, quam Italice dici-
mus gran cuore, ſiue generoſita' d'animo, aut
animo grande.Latinè animos,ac ſpiritus:ſic ἀθυ-
μία reſpondet è diametro θυμῷ.

Longe item aliter vſus eſt hac voce Gal. lib. de
vſu part.6.c. 4. cum de vena caua loquitur: nam
θυμὸν vocat ἀδένα maximum & molliſsimū,quem
ſuperna ſui partes habet vena caua à natura ma-
gnæ venæ gratia iuſtitutū:de quo his verbis ſcri-
pſit Pollux 2.de nominib.lib. Thymus eſt caro q̃-
dam Adeni ſimilis,ad caput cordis retro ſecundū
H ſeptimam vertebrā.C Hunc fortaſſe meruit nomē,
ꝙ inflamando cordi, & iræ concitandæ inſeruit.

Omnium vſitatiſsima eſt iræ ſignificatio, quæ
magis vniuersè traditur à quibuſdam hoc mo-
do D accenſio quædam & exhalatio celer, ſiue a-
cuta affectus:In parte verò ita. cum ſignificat θυ-
μικὸν eam ſcilicet animæ partem, qua iraſcimur,
ſcilicet feruor ſanguinis circa cor, nos excande-
ſcentiam vocamus E

Ita qui facile iraſcuntur, & excandeſcunt ὀξύ-
θυμοι dicuntur à Græcis, Iracundi à nobis, qui ta-
men θυμωδέσιν opponuntur à Gal. cuius tres fere
inducunt formas Grammatici, ὀργὴν. μῆνιν, κότον.

Ariſt. θυμὸν facit animi partis ratione carentis
partē, cum ἐπιθυμίᾳ. 2. lib. de an.t.42.quo loco S.
I Th.22.q.129. art.1. ꝓ parte iraſcibili vult ſumi: ac
ſane ita accipit S.Io.Dam.de orth.fid.lib.2. c.16.
&22.quę duo capita egregiè θυμοῦ vim,naturamq;
declarant. At iræ ſpeciem Io.Caſſ.5.coll.ca. 11. ea
Serap. ſermonib. Tu vide Suid.voce νοῦς, & θυμὸς.

Zeno apud Laërt. lib. 7. iræ principiū eſſe ſta-
tuit,hoc eſt, iram naſcentē θυμὸν: Iram verò diu-
turniorem, ὀργὴν; eſt enim puniendi cupiditas
eius, qui videtur iniuria affectus nō conuenien-
ter,F & expreſsit 4.Tuſc.Cic. ſed vſu tamen opti-
morum ſcriptorum confunduntur.

Iam vero θυμοῦ notatio indicat eſſe ζέσιν,hoc eſt
feruorem, vt notauit in Crat. Plato, quaſi enim
θύαιμος eſt.à verbo θύειν,quod eſt accendere, ſiue
acuere, & αἷμα, id eſt, ſanguis. Cum vero Schol.
Hom.etiā ſignificare tradidit concordiā, parum
mihi vidiſſe videtur; non enim ſola id ſignificat,
nō magis,q̃ apud Latinos animus, & apud Græ- K
cos ψυχὴ per ſe hoc nō ſignificat: ſi tamen aliquid
adiungas,ꝙ vim habeat iungendi, & copulandi,
certè ſignificabit, vt vnanimis apud Latinos, &
vnanimitas:ſi Homeri loco adiungitur nomē ἕνα,
ἕνα θυμὸν ἔχοντες,id eſt, concordes & vnanimes: ita
ſi adiungatur vox ὁμοῦ ſimul, vel ὁμοῦ ὁμόθυμος ſi-
gnificabit concordē,vnanimem, vt ὁμόψυχος. ra-
tione autē Gręca ad vocē θυμὸν alludēs Hor. ani-
mū vſurpauit,ꝓ ira,vel parte,qua iraſcimur lib.1.
epiſt.2. *Ira furor breuis eſt,animum rege,qui niſi paret*
Imperat— Hoc eſt, θυμὸν vt prudenter
M. A.Mur. ſuſpicatur: Nam & mentem pro eo-
dem dixit Od.16.primi lib.Car.

Compeſce mentem.—

Apud Hippoc.lib. præcogn.indicatur altera no-
minis θυμὸς notio,pro tuſsiendi cupiditate,& ꝓ- L
penſione,at quibus,inquit,in iecore hydrops fit,
his tuſsis, & tuſsiendi cupiditas, ſiue promtitu-
do ineſt.G Sic enim Gal.exponit:Et Celſus lib.2.
cap.7. qui hunc Hippo. locum ſic videtur reddi-
diſſe. Idem propoſitum periculum eſt his, qui-
bus voluntas tuſsiendi eſt. Venter nihil reddit,
niſi ægrè, & durum,tumor in pedibus eſt: & aliū
locum Hipp.ibidem ſic vertit Celſus: Cupiditas
tuſsiendi eſt, & pænè nihil in tuſsi excreatur.K
Quanquam non θυμὸς id ſignificat abſolutè, ſed
cum poſt tuſsim,vel eius affectum poni ſolet,ſci-
licet animus,ſiue cupiditas eius affectus,de quo
fuit ſermo,v. g.tuſsis.

Chronicus ortus ab Aſtrologis male nominatus: num ſereno fulminet cælo: de eadem re Jtalorum, & Latinorum prouerbium.

CAPVT VII.



Vi ſyderū,& aſtrorū naturam,ortus,
atq; obitus, & vires contemplantur,
mathematici communi voce nomi- A
nati, Aſtrologi,ſiue Aſtronomi pro-
prias cæleſtiū ſignorum ortū, & occaſum bifariā
explicant, hoc eſt, more ſuo, & Poëtarum qui-
dem triplicē faciunt Coſmicū vocantes. Chro-
nicū,& Heliacū:doctè,& verè quantū ad rē ipſam
attinet: quantum ad nomē errant in Chronico.

Vnus

Vnus præ ceteris Io. à Sacrobosco Anglus Patria Parisiensis Academiæ doctor, qui inter ducentesimum, ac trecentesimum à Christo nato supra millesimum vixit annum, Græcæ linguæ ignarus non vidit errare se in nomine cum rem explicaret; sic enim loquitur, Chronicus ortus siue temporalis est, quando signum, siue stella post solis occasum supra Horizontem ex parte
B orientis emergit Chronicè scilicet de nocte, & dicitur temporalis, quia tempus Mathematicorum nascitur cum solis occasu: de hoc ortu habemus in Ouid. 1. de Ponto, vbi conqueritur moram sui exilij dicens eleg. 9. ad Seuerum.

Quatuor Autumnos Pleias orta facit.

Id est, per quatuor autumnos quatuor annos ab exilio suo transisse indicat. Et Lucr. lib. 4. Pharsl. Virg. & Ouid. prima fronte aduersos conciliaus, nam Chronicus occasus ratione est oppositionis.

Tunc nox Thessalicas vrgebat paruis sagittas.

Verum hic non Chronicus, ἀπὸ τοῦ χρόνου, sed ἀκρόνυχος à nomine hoc adiectiuo, siue substātiuo, cōposito ἀκρονυχία est appellandus: est enim ortus nocturnus, seu Vespertinus, qui est, vel fit summę (illud enim significat ἄκρον) id est, primæ noctis (idem enim significat νύξ) tempore: quamobrē, & à Græcis astronomis & à Poëtis stellæ vocan-
C tur ἀκρονύχοι siue ἀκρόνυκτοι, quæ cum prima nocte oriuntur: sic & venti κεῖνυχοι, qui sub primā noctem flare incipiunt, & μεσονύκτιοι, qui media nocte spirant.

Vox autem ἄκρον in hac compositione, vt in aliis quibusdam, summum significat tam in fine, quam in initio, hoc est primum, & postremum: primum vt hic: postremum apud Soph. Aiace supremæ noctis, quando Vespertina lumiuaria non adhuc ardent. A Summa nocte non in silentio intempestæ noctis: tunc enim stellæ etiā apparent, & fulgent: sed circa finem noctis, cum lux auroræ stellas dispellit, cum Vespertina, inquit, lumina nō arderent, nam quæ ratio aduerbij Chronicè adfertur à Sacrobosco, scilicet de nocte, indicat non Chronicè, sed ἀκρονύχως acroniché dicendum: cum verò ait, dici tempora-
D lem, quia tempus mathematicorū nascitur cum solis occasu, verissimam esse demonstrat explicationem nostram: quam etiam non obscurè indicauit Elias quidam Vineras in schollis.

Ortus hic certè, aut occasus Mathematicorū non est proprius, sed Poëtarum, vt ipsemet affirmat Sacroboscus. Neq; impedit, quod plurima siderato toto noctis oriuntur spatio, & occidunt, vt dici nō possint hoc facere ἀκρονύχως, nam acroniehia non modo noctis principium, aut finem, sed totum etiam interuallum à vespera vsque ad mediam noctem significat, quin etiā intempestam noctē, silentium videlicet illud, quod ante, & post mediam noctem est. & iure Vinetus à Luc. putat describi anni tempus, & eius breuiores noctes, non vllum occasum.

Dubitatum aliquando, num sereno cælo caderent fulmina: Negauit T. Lucr. lib. 6. his versib.

Fulmina gignier è crassis, alteq; putandum est E
Nubibus obstructis: nam cælo nulla sereno
Nec leuiter densis mittuntur nubibus vnquam.

Et post pauca:

Denique cur nunquam cælo iacit vndiq; puro
Iupiter in terras fulmen, sonitusq; profundit, &c.

Negat item Arist. cum 9. c. 2. lib. Meteor. ita scribit: Et cur hoc in cælo firtum solum, cum est nubilum, nec ita assidue: cum Serenum vero nō fit?
B Romani affirmabant, quia ea maximè diuina & pspera tonitrua, & fulmina esse putabant, quę leua è parte, & cælo Sereno fuissent missa; imo & Græci. Cic. lib. 2. de suo consul. facit Vraniam ita loquentem, vt ipsemet 1. de diuin. lib. testatur.

Aut cum terribili perculsus fulmine Ciuis F
Luce serenanti vitalia lumina liquit.

Apud eundem lib. de diuin. 2. ita cecinit Ennius.

Cum tonuit læuum benè tempestate serena.

Xenopho 7. lib. Hellen. ex cælo Sereno fulgura, & tonitrua ipsi apparuisse felicia dicunt: C fides confirmat historicorum præter allatum Xenophontē. Vnus modo occurrit Salust. qui M. Herennium Sereno cælo ictū fulmine cōmemorat. Quod autē vulgo Itali dicimus, ædes sacras, seu potius Arces, turres, ac montes tangi fulmine, non loca humiliora, idem etiā veterum Latinorum vsus habuit, imo & Græcorum, & Aristoph. quidē nubibus queritur periuros non peti: peti altas quercus, & templa Iouis. Idē queritur apud Virg. li. 4. AEn. Iarbas, lōge ante Virg. Lucr. lib. 2.

—Et ædes.
Sæpe suas disturbet—

Et lib. 5.

Inuidia quoniam ceu fulmine summa vaporant
Plerumq; & quæ sunt aliis magis edita cumq;. G

Et lib. 6. rang atheus nō à Deo mitti fulmina, sed ex certis, & naturalib. oriri causis docēs miratur.

Postremo cur tanta Deûm delubra, suasq;
Discutit infesto præclaras fulmine sedes?
Et benefacta Deûm frangit simulacra? suisq;
Demit imaginibus violento vulnere honorem?

Rursus.

Altaq; cur plerumq; petit loca, plurimaq; huius
Montibus in summis vestigia cernimus ignis?

Quem Cic. imitatur 2. de diu. lib. Prænotionē ex astris irridens, scilic. si ista, inquir, Iupiter significaret, tā multa frustra fulmina remitteret: quid enim proficit, cum in mediū mare fulmen iecit? H quid cum in altissimos montes? q plerumq; fit, &c. Quæ etiam habentur cap. 12. lib. 3. apud Lact.

Quod autē de sacris ædibus, ac delubris queritur Lucret. responderi iure posset, quod arguté & Christiané S. Hier. epist. ad Marcellā respondet, & repetit in epist. Paul. & Eust. ad candē comparans cum rupe Tarpeia rus Bethleemiticum: sanctior est, inquit, locus Rupe Tarpeia, quæ de cęlo sæpius fulminata, ostendit, quod Deo displiceat.

Idem arg. Artabanus Xerxis patruus cum eo

loquens,& eius fastum deiiciens, præclarè apud Herodot.lib.7.id est,in Polyhymnia est perscentus. Vides vt prægrandia animalia fulmine Deus ferit,nec sinit insolescere, parua vero nihil lædit? Vides vt magna semper ædificia, magnasque arbores huiusmodi fulminum tela percutiunt? Gaudet enim Deus eminentissima quæque deprimere. Addit sic & ingens ab exiguo profligatur,quoties Deus his, quibus inuidet, aut metũ incutit,aut tonitruum: propterea quidam secus ac dignitas sua postulabat, in calamitatem inciderunt, quia Deus neminem alium, quam se ipsum patitur magnificè de se sentire. res omnis properata errores parit, vnde magna detrimenta fieri solent: Incunctando insunt bona, si non eiusmodi,quæ statim videantur esse bona, certè quæ pro tempore bona quis esse competiat. Ita Artabanus, & verissime: tametsi alioqui humanitus loquitur de numine, ac si vel inuidia tangatur,vel æmulatione:ea tamen aptissimè transferri ad mores possunt sapienti illo Antigoni dicto apud Stob.serm. 7. non esse absque maximis malis bona maxima. expressit Horat. Od. lib. carm.2.ex illa veterum opinione.

—Feriuntq́ summos fulgura montes.

Diuinatio cur certum Judicij genus: Demosth.locus aliter, quàm ab Vlpiano explicatus.

CAPVT VIII.

A CIc. extat in Verr. diuinatio, & Fab. lib. 3. cap.10. diuinationes, inquit, quæ fiunt de accusatore constituendo, & nonnunquam inter delatores vter præmium meruerit.& lib.7.cap. 4. de accusat.constit.quæ iudicia diuinationes vocantur, nec tamen explicant originem,aut causam nominis: sunt qui velint iniuratos iudices in ea caussa sedere,& quasi diuinos de reo, & accusatore præsentire, quid vtrique placeat. Alij putant nomen inde ductum, quòd cum res absque tabulis, & testibus agatur, solas coniecturas, & argumenta sola Iudices sequantur & quasi diuinent.

Has explicationes tertia magis declarat opinio eorum, qui in eo genere causæ diuinationem locant, in quo reus quidem iam est,sed accusator nondum est; & idcirco quod adhuc vsque
B deest,& latet,diuinatione supplendum est, quisnam acusator sit futurus, de futuro enim, non de præterito statuunt iudices, vter sit rectius acusaturus, & nituntur coniecturis.

Hinc Vlp.l.15.D. de accusat. si plures existant, qui eundem in publicis iudiciis acusare volunt, iudex eligere debet eum, qui acuset, causa scilicet cognita: existimatis accusatorum personis, vel de dignitate, vel ex eo quod interest, vel ætate, vel moribus, vel alia iusta de causa: nam in popularibus Prætor magis idoneum eligebat, inquit, l.2.D.de popul.action.Paul.

Conuenit cum Asconio Pediano arg. in Diuin.contra C.Verrem. Diuinatio, inquit, dicitur hæc oratio, quia non de facto quæritur hac coniectura,sed de futuro,quæ est diuinatio, vter debeat accusare: vt miret Pratæium in Lex. iuris sanè erudito,qui hanc explicationem acceptã fert cuidam Neoterico, qui tamen ab Asconio didicit: Et est Agellij lib.noct. Att.2. cap.4. ex auctoritate C.Bassi: Cum de constituendo accusatore quæritur, iudiciumque super ea re redditur, C
cuinam potissimũ ex duobus, pluribusue accusatio,subscriptione in reum permittatur, ea res, atq; Iudicũ cognitio, diuinatio appellatur, quoniam diuinare iudicẽ oporteat, inquit C. Bassus de orig.vocab. quam sententiam ferre par sit.

Enucleatius Agell. & omnibus explicatior fit Budęi interpretatio, cum diuinationem videri fuisse scribit eam actionem, quæ iudicij constitutionem præcedit. Nõ omnis tamen quę ante iudicium actio est, diuinatio potest appellari sed aliqua: εἰ δέ τις σώφρων, inquit Demosthen.2. Olynth. ἢ δίκαιος ἄλλως, τὴν καθ᾽ ἡμέραν ἀκρασίαν τοῦ βίου, quibus verbis nullum esse reliquum apud Philippum Macedonem virtutis locum amplificat: ideoq; fœderatorum, cæterorumque animos ab D
illo esse maximopere auersos.

In vnius vocis enucleatione vehementer ego ab Vlpiano docto alioqui Rhetore dissentio: nam voculam ἄλλως, κατὰ φύσιν, id est, suapte natura, siue naturæ ipsius propensione interpretatur. Sic enim habet Latine. Vel iustus aliter, vt à natura, vt ostendat non posse apud Macedones, quemquam doctrina fieri temperantem: tria verò significat apud antiquos hæc vox ἄλλως: Vel alio modo: vel natura, vt hic: vel frustra. Platonicam autem vsurpauit sententiam; ait enim ille sequi se mutuo virtutes, vt qui temperans est, sit quoque iustus, & prudens & fortis. A Nimis, hoc est, & violentè esse Platonicum.

Ego igitur ἄλλως pro κατ᾽ ἄλλον τρόπον accipio, id est aliter, alia ratione, alio genere virtutis, E
vt summus indicet Orator, eum, qui sit continens,& modestus, aut aliter iustus, id est, alio virtutis genere ornatus,& præstans, vt δίκαιος generice accipiatur, quemadmodum Latinè iustus: nam & δικαιοσύνην iustitiam ita sumi demonstrat initio 5.lib.Eth. Arist. quæ scilicet perfecta quædam sit virtus, virtutes ambitu suo complectens omnes: vt & S.Thom. p. p. 2.Vol. sum. Theol. q. 60.art.3.ad1.& q. 113. art. 1. quam idcirco iustitiam generalem nominat 2.par.2.Vol.q.58.art.5.6. 7. Hinc tritus ille versiculus Græcorũ ex Theognide Latinus factus.

Iustitia virtus virtutes continet omnes. B

Ita verò accipiendum hoc loco maximè suadet, quod longè planior est Oratoris sentẽtia, & cõmuni sermoni proprior: & ad rẽ, qua de agitur accõmodatior. vt enim exaggeraret nequitiã Philippi,

osten-

ostendir nullum omnino virtutis genus ab eo
F præmium expectare, imo verò odio potius haberi. & iniuriose tractari. Benè ergo tralator nescio quis conuertit, si quis autem modestus, aut alioqui vir bonus. adde quòd ἄλλως etiam secundum usuram complectitur vniuersè accipiendo iustum esse: tum electione, ac doctrina, tum naturæ ipsius bonitate, atq; præstantia: & si vox ἄλλως pro præterea sumeretur, non valde repugnarem.

Vno peccante præpotentis Dei in multos iram desæuire sacra, & profana historia demonstratum.

CAPVT IX.

A IVSTVS æquissimi omnium Principis furor, hoc est Dei, vno aliquo peccãte exardescit in multos: quod vindictæ genus ne seditionis Coritarum gratia in Israëlitarum gentem exerceret, sua precatione efficere Moses, & Aaron conabantur his verbis expressa. Num. 16. Fortissime Deus spirituum vniuersæ carnis, num vno peccante contra omnes ira tua desæuiet? quamobrem reliquæ plebi vt ab impiorum tabernaculis recedat, Imperant, ne ipsorum sceleribus inuoluantur 16. cap. Num.

Ecce tibi Gen. 34. ob vnius Sichemi stuprum Dinæ Iacobi filiæ illatum omnes Sichimitæ occidione occisi: Ob vnius Dauidis fastum in censu populi habendo, vt 3. lib. Reg. narrat. cap. 24. per vniuersam terram Iudæam pestilentia irato numine grassata est adeo crudeliter ac dirè, vt ipse Dauid exclamaret, ego sum, qui peccaui, & ego iniquè egi: isti, qui oues sunt, quid fecerunt?

Hoc argumentum ex sacris auctoribus vnus, quod sciam, attigit Saluianus Massil. Episc. lib. 6. de vero iud. & prouid. Deî initio. Ante eum Isid. Pelus. epist. 151. & 149. lib. 1. totam puniri Ecclesiã docuit Episcopo peccante. quin & epist. 39. eiusdem lib. idipsum persequitur Theodosio Mona-
B cho rationem reddens admiranti ob solius hominis scelus Vrbem affligi totam, vt est 2. Regum 34. Cum enim Princeps ob florentem rerum statum insolescit, ad eum mœrore afficiendum, & conficiendum deprimuntur subditi: Neque tamen iniustè puniuntur, sed suarum quisq; actionum digna recipit præmia, & quod talem elegerint Principem, suisque exornarint suffragiis; exemplo id probat Eusebij mali Episcopi, ob cuius electionem factos esse affirmat omni genere supplicij dignos. Vsurpat in hoc illud Psal. 127. Labores manuũ tuarum quia manducabis. καρπῶν Græcè est, verti & fructuum potest.

Eandem rem profani etiam scriptores animaduerterunt. Apud eorum Principem Home-
C rum, cum Thetide matre loquens Achilles, queritur immissa in exercitum Græcorũ peste vnius ob Ducis Agamemnonis peruicatiam Chrysæ sacerdoti filiam remittere nolentis: tum precatur, Iouem vt supplex adeat, petatque, vt Troianis opem ferat; sic enim Latinè:

Instaurat Phrygibus ventura in prælia vires,
Quatenus agnoscant Danai peccasse Tyrannum,
Atq; meo tandem nato sua præmia reddant: A

Hoc est, admissi ab Rege facinoris pœnas luant. Eadẽ plane ratione Hesiod. in oper. & dieb. post eleganter descriptum Accipitris & Lusciniæ αἶνον subiicit hos versiculos ex Nicolai Vallæ conuersione:

Sæpè subit pœnas plebs tota miserrima, tantum
Vnius ob noxam—

Sic & Eurip. supplicib. B Communem Deus fortunã existimans peccantis damnis, seu pœnis, eum. qui non peccauit, affecit. quod idem significauit Hor. lib. 3. Od. 2.

—Sæpe Diespiter
Neglectus incesto addidit integrum.

Et pulcbrè Lycophro Cass. de Aiace, vnius ob D noxam mille liberorum Græcia lamentatur inanes tumulos. D Breuissimè Tryphiodorus pro vno Argiuis omnibus succensuit Minerua, E vt & Virg. 1. AEn.

—Pallas ne exurere classem
Argiuũm, atq; ipsos potuit submergere Ponto,
Vnius ob noxam, & furias Aiacis Oilei?

Et post, alio tamen sensu.

Nauibus infandum amissis vnius ob iram
Prodimur—

Id est, ob vnam Iunonem infensam nobis atque infestam. Vno versu aptissimè Hor. rem hanc totam comprehendit lib. 1. epist. 2.

Quidquid delirant Reges, plectuntur Achiui.

Quem versum ab se Mercur. apud Pont. in Charonte, auditũ ex ore doctissimi viri in Ludis Me- E galensib. Romæ fatetur, & vero, addit ipse, Ita cõparatum est, vt regũ peccata populi plerumq; luant: causam Aeacus inquirit, & hanc esse concludit, reges idem in populis ius habere, quod in corpore habet animus: atq; vt animorum perturbationes corpus inficerent, ita & regum vitia subiectos populos. Sanè probabiliter.

Nam vt Plin. in Panegyr. loquitur, flexibiles quamcunq; in partẽ ducimur à Principe, atq; vt ita dicã, sequaces sumus: huic enim cari, huic probati esse cupimus, quod frustra sperauerunt dissimiles: eoq; obsequij cõtinuatione peruenimus, vt prope omnes homines vnius moribus viuamus. qui & lib. epist. 4. epist. 21. ad Sempronium Rufum, ait, vtque in corporibus, sic in imperio grauissimus est morbus, qui à capite diffunditur: quamobrẽ initio citati Panegyr. nullum esse præstabilius, ac pulchrius munus Deorũ scribit Casto, & sancto, & diis simillimo Principe. & cũ vitiis potius, quã virtutibus delectatur Princeps, rum verò etiam populũ effici vitiosum docet. ex F quo fit, vt pœna etiam à Principe transeat ad populum. ita Hor. in Epod. 7. cecinit.

Acer-

Acerba fata Romanos agunt,
Scelusq́ fraternæ necis
Vt immerentis fluxit in terram Remi
Sacer nepotibus cruor.

Et lib.3 Od.6.

Delicta maiorum immeritus lues,
Romane. ——

Idem professus est Hesiod. libro cit. de Dica loquens Iouis filia. vt Valla conuertit:

Quam si quis violet lacrymans sua fata Parentis
It Iouis ante pedes, vt lamentabile fundens
Humanos queritur mores, ac debita poscit
G *Supplicia in populos. Tu iudex causa malorum*
Qui violas sacra iura Deæ. —— F

His omnibus poëtarum sententiis indicatur sæpe numero fieri, vt totius alicuius vniuersitatis calamitas & pernicies vnius sit hominis scelus, atque flagitium. Et hoc vehementer Proclus miratur in producto Hes. loco, viderique affirmat nõ esse fas & æquum, & hanc tamen causam reddit, quòd vnius communicetur cum multitudine vitiositas: & quod cum multitudo possit, non prohibeat errantem: Exempla subiicit Agamemnonis malè sacerdotem habentis, quem Græci non defenderant, cum possent: & Aiacis ædem Mineruæ incestu polluentis, quod flagitium nõ ægrè tulissent, vt debuerant, Græci. Mox adiungit, non enim concedendum iniuriosis, neque conniuendum iniustè agentibus ab iis, qui impedire possunt: Neq; improborum licentia dissimulanda.

Nec dissimilis est, in eundem Hesiod. locum
H Io. Tzetzis oratio: Sæpè enim vnius causa integra periit à fundamentis ciuitas, vel quod manet ad plures alios improbitas illius, En tibi primam causam.

Secunda causa, quòd non merito affecerit pœna scelus & flagitium hominis facinorosi: exempla subiicit ex fabula Paridis, & historia Xerxis. habes, inquit, exemplum Paridis Alexandri, cuius causa Troia perdita, Xerxis Barbari, propter quem terra Persia luxit vniuersa ipsius exercitus flore pereunte.

Consentit Homeri schol. quærens, cur iniuria ab Agamemnone accepta Chryses aduersus Græcos, non aduersus ipsum Agamemnonẽ preces fundat: nam secũda hæc ratio assignatur,
I quòd omnes simul vno consensu Græci non cõpescuerunt Regis iram. Iustè igitur hæc passi. Moxque Hesiodi carmen citatum laudat.

Exemplo sacræ historiæ caput hoc claudo. & quidem maxime insigni, Achami Ios. 7. qui solus contra Dei præceptum nescio quid rerum hostilium furatus stragis & fugæ suorum fædissimæ auctor fuit, cui & addo non minus illustre alterum sacerdotis Heli filiorum Ophni, & Phinees, vt est 1. Reg. lib. cap. 3. & 4. qui flagitiosissimi bello perierunt non soli, sed cum gente sua maximo prælio à Palestinis profligati. Arca item Dei capta, & Heli ipsorum patre fractis ceruicibus terræ illiso.

Sed qui iustus est, idem misericors, de quo Idiota orans in contempl. de diuino amore cap. 19. Tu propter patres, inquit, amas filios: immò propter vnum bonum in ciuitate, vel societate, amas multos malos, apparet ex libro Genes. cap. 18.

Platonis & Ephori discordia in Minoe, Homeri, & Tragœdorum: Cinctus mulierum olim qualis.

CAPVT X.

PLATO lib. de lege, qui Minos inscribitur. hoc de Rhadamantho habet, A
Rhadamanthus vir quidem bonus fuit, vtpote à Minoe institutus, nec regiam tamen disciplinam omnem didicit, sed ministrum esse regis iudicando: quare peritus Iudex est appellatus, eoq; vt custode legum Minos vtebatur. *A*

At Strabo ex Ephoro libr. Geogr. 10. ita scribit: imitator extitit Minos antiqui cuiusdam Rhadamanthi iustissimi viri eiusdem nominis, quod fuerat fratris ipsius, qui primus insulã ad mansuetudinem legibus, & vrbium habitationibus, & gubernandi ciuilitate reuocauit: ecce tibi quomodo Minoem facit imitatorem Rhadamanthi. vt amice inter se conueniant Ephorus & Plato.

Duos omninò fatendum est Rhadamanthos B
fuisse, duos item Minoas: ac de iunioribus Platonem loqui, qui fratres fuerunt: de senioribus Ephorum: Ita senior Minos seniorem imitatus est Rhadamanthum, quem priscum vocat Ephorus: Iunior verò Minos fratrem suum Rhadamanthum: quod tradit Plato: tametsi vnus tantum vulgò Rhadamantus, & vnus Minos agnoscitur. Illa ergò verba ὁμωνύμῳ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ, quæ ita conuertit interpres Strabonis, qui appellatione Minois frater fuit, aliter fuerant conuertenda, vt indicarent Rhadamanthum verè fratrem Minois fuisse, hoc modo, qui eodem nomine, qui Minois frater, vocabatur.

Sanè duos Minoas Naxij scriptores agnouerunt. in quorum sententiam pedibus eunt Plut. & Diod. Siculus. ille quidem in Theseo hic verò C
lib. 5. rerum antiquarum cap. 15. vterq; iuniorem discipulum facit Iouis, & Poëtarum versibus decantatum; qui quidem primus Græcorum parata classe maris imperio sit potitus. Et Tragici asperum quendam, iniustum hominem fingunt: Rhadamanthum verò iustum. Cùm Homerus & Hesiodus Minoem dilaudent, vt Iouis familiarem, nisi si ad alium Minoem trahas repre-

henſiones Tragicorum, quod non patitur defenſio Platonis. Tu Platonis verba attende per te, non ſolum lege.

Ariſtoteles item narrat 2. ſuo lib. Pol. Latam à Minoe legem, qua ſas eſſet, quod neſas eſt extremum, vti Venere Maſcula, ne tantus liberorum eſſet in ſamiliis numerus. B Et verò probat bonus hic, tantusq; philoſophus, vt mirere, quid ſciat philoſophia ſola, quæ fidei non ſit coniuncta.

Indicat eodem Dial. Plato aliam defenſionis viam, quod quia Minos bello infeſtauit, ciuita-
D tem ſapientibus ciuib. potiſsimum Poetis abundantem iuſtum cæteroqui regem, ac probum carminibus in eum acriter inuecti, vlti ſunt Poetæ, quibus progreſſu temporis creditum fuerit, non vt fingentibus, ſed vt vera canentibus.

Frequens eſt. & familiare Græcis Poetis mulieres, virgines etiam βαθυζώνους appellare, cuius vim vocabuli ſi explicauerimus, ratio nobis cincturæ earum conſtabit, appellationis quidem hæ videntur fuiſſe cauſæ; quòd altè, id eſt, profundè cinctę incederent, ſic vt veſtis supernè eſſet laxior, apparerentq; corpulentiores, & vt ita dicam, carnoſiores.

Secunda quod altè cinctæ, id eſt, multum, atque arctè elegantiores haberentur: ita actu 2. ſcena 3. Terent. Eunucho, quas ſcilicet virgines matres ſtudent demiſsis humeris eſſe, cincto pectore, vt graciles ſient; quo fit, vt Græci interpre-
E tes vertant εὔσταλον, id eſt, benè cinctam, vt εὔζωνον apud Homer. εὐζώνων, inquit, Iliad. 1. Schol. exponit ὡραίας ὑπὸ μέρους formoſum à parte.

Tertia ratio, quia ſumptuoſa vterentur, ac pretioſa veſte: quomodo 3. Od. Olymp. Pind. λύδαν βαθυζώνου Tricl. vel incerti nominis interpres Grecus interpretatur πολυτελεῖ ζώνῃ χρωμένην, nam & βαθὺς πλοῦτος dicitur πολὺς per tranſlationem denſioris materiæ: honeſtam vertit non pleno ſenſu Germanus quidam interpres, quod Heroides, quæ hoc epitheto ornantur peculiarem in cingendo morem ſequerentur honeſtatis & pudicitiæ argumentum.

F Ac duæ quidem priores rationes non omnem veſtem ζώνης voce ſignificari intelligunt, ſed cingulum tantum, quo cæteræ veſtes conſtringuntur: tertia verò omne veſtis genus intelligit.

Nec illa quidem integra eſt explicatio quorundam Græcorum, quibus placuit epitheton eſſe ſeminarum barbararum, vt & βαθύκολπον, quòd profundè cingerentur: Nam Græcæ etiam feminæ paſsim à Poetis Græcis, item Deæ hoc adiuncto exornantur: aut ſi integra eſt, mox tranſiit à barbaria ad Græcos: nihil impedit, quin explicemus, quæ amplas, ac ſinuoſas veſtes geſtarent, ac longiſsimas, ἑλκεσιπέπλους: Itali diceremus con lo ſtraſcino, vt τανυπέπλους à latitudine, & laxitate veſtium, vt à pretio, & ornatu, quaſi veſti pulcras εὐπέπλους.

Eruditus homo Hier. Mag. lib. Miſcell. 1. cap. 2. & Franc. Robert. in adnot. variorum locorum. G cap. 3. puellas nubiles, ac viripotentes, quæ aptæ ſunt concipiendæ proli, βαθυζώνους appellari obſeruant: ſed nimis vterque redigit in anguſtum vocem, quæ latius patet, vt illi cognoſcent, qui veterum lectione Poetarum delectantur.

Sæpè verò mulierum epithetum mutuatur à Zona Hom. nunc vocant καλλιζώνους, nunc ἐυζώνους, nunc βαθυζώνους, Romanis autem ſaſciam ζώνην eſſe docuit lib. 2. c. 4. Pollux quæ tamen para eſt huius notionis.

Porrò altè cingi, vt rem, quæ ſtrenuum, fortem, & virilem, & minime mollem decet antiqui habebant: fluxior enim, laxiorque præcinctura in C. Cæſ. argumentum molliciei vulgò putatum: & diſcincti pro effeminatis habebantur, & demiſsis eſſe veſtibus mollioris iudicabatur elegantiæ, Hinc Sen. epiſt. 95. de Mæcenate, altè cinctū putes dixiſſe; habuit enim ingenium & grande, & virile, niſi illud ipſe diſcinxiſſet. ita Hor. lib. H 1. ſerm. ſat. 5.

Hic iter ignaui diuiſimus altius, ac nos
Præcinctis vnum, &c. —

Id eſt, quod vnum eſſe ſolet magis ſtrenuum. Et libro 2. ſat. 8. de ſeruo forti, ſtrenuo, & diligenti:

Is vbi ſublatis puer altè cinctus, Acernam
Gauſape purpureo menſam pertersit. —

Quod verò Ammonius docet ζώνην virorum eſſe, ζώνιον verò mulierum, verum eſſe non poteſt, cùm & zona promiſcuè de vtriſque dicatur: tametſi à I. C. numeratur inter ornamenta muliebria. L. veſtis. §. muliebria. D. de auro, & argen. leg. Et Mart. lib. 14. epigr. 151.

Longa ſatis nunc ſum, dulci ſed pondere venter
Si tumeat, fiam tunc tibi zona breuis.

Nec tacendum quod Strabo libro 4. Geogr. narrat, Gallos magnum olim ſtudium in eo poſuiſ- I ſe, ne obeſiores eſſent ventre iuuenes, excederentque certam cuiuſdam præſcripti cinguli menſuram: ſi excederent, multam conſtituiſſe. C Longè diuerſus Illyricorum mos fuit, quem Athenæus libro 10. cap. 14. commemorat, apud quos mulieres bibendo latioribus zonis ventrem cingunt, & quo valentius bibunt, arctius zonam conſtringunt.

Poetica imitatione ſed nimia, Nicetas Chon. pro nobilibus, atque locupletibus feminis βαθυζώνους dixit, & βαθυκόλπους 2. libro de vita Manuelis in direptione Thebarum deſcribenda, & in deuaſtatione Acrocorinthi, & repetit ſub finem eius libri. D E De hac voce, & more, ſi tibi hæc ſatisfaciunt, Turnebum lege lib. 14. & 15. aduerſ. vtrobiq; cap. poſtremo.

Soluere autem mulieri zonam honeſtè ſo- K lent Poetæ dicere pro concubitu. Pind. ad 6. Olymp. de Euadne in denſo arboribus loco pariente, ipſa verò punicam zonam deponens, coronamq; argenteam dumos inter opacos puel-

lum

lum diuinæ mentis peperit. F Rationem explicat Schol. Apol. quæ primum pariunt,zonas soluunt,& deponunt apud Dianæ. G hinc Solnizonæ Dianæ Athenis templum; sed & quæ pepererunt βαζώζονοι etiam dicuntur Pind. Od. 3. Olymp. altè præcinctæ cum gemellis filüs Ledæ itaque pro virginitate sumebatur zona: & de eadem amissa dicebatur λύειν μίτρην soluere mitram. H

Callimachus hymno in Iouem, & Musæus de amore Herûs & Leandri,& Hom. Vlix. 11. virginEam nominat zonam,& mox declarat, quid esset post quam perfecerat Deus venerea opera: I & in hymno in Venerem de congressu Anchisæ, soluit autem ei zonam.&Theocr.Idyll. 20.De Europa cum Ioue,soluit ei mitram.

Quod significat etiam patere Apol. Argon. pro quo solo mitram primum soluit, K hoceſt, quem vnicum peperit. Hinc interpres Callimachi soluebant zonam,cùm virginitatem amittebant: L quare & Lucina à Theocr. Idyll.17. dicitur λυσίζωνος:& locus ad mare,vbi zonam Latona soluit paritura,ζωστὴρ appellatur, notante hoc lib.1.hoc eſt,in Att.Pauſ.ita Carul.ad Ianuam.

Ne quærendum aliunde foret,&c.

Quod possit zonam soluere virgineam.

Explicata vis harum vocum, & res, Laus, Laudatio. ἐγκώμιον, ἔπαινος, ὕμνος, & similium.

CAPVT XI.

QVOD in omni ferè verborum scientia, non modo rerum magister ac princeps eſt Ariſtot. Auspicabor A ab eo,quod in libris artis Rhetoricæ, & in Ethicis ad Eudemum, si modo eius sunt,& in Nicomacheis scripsit.Primò igitur lib. Rhet. de genere tractans ἐπιδεικτικῷ laudem ait consistere,siue potius existere ex actionibus: ἐκ τῶν πράξεων ἔπαινος. & mox ita definit: Oratio, quæ virtutis præstantiam,atque magnitudinem declarat. A Laudationem verò operum ἐγκώμιον τῶν ἔργων.

Ad initium 2. Eudem.ex Aretini interpretatione.Encomium eſt oratio facta,cuiusque singularia exponens,Laus vniuersalia celebrans, B cùm paulò ante dixisset,Laudes virtutis esse propter actiones:Encomia autem actionum: C vbi videtur ἔργων nomen attribuere actionibus immanentibus,& transeuntibus,vt scholæ philosophorum loquuntur minus Latinorum: & 1. ad Nicom.lib.non ita longè ab extrema libri parte eadem his verbis explanat, ex tralatione Lambini. Nam virtuti quidem laus propriè tribuitur,ab hac enim ad res honestas agendas idonei efficimur: Encomia autem factorum sunt B potius,tam eorum,quæ corporis, quàm eorum quæ animi viribus obeuntur, ἔπαινον verò definitionem explicat Alex.Aphrod.lib.Com. 4.in Ariſt.Top.

Georgium miror Trapezuntium, qui aliquid ad Aristotelis verba ex 1. Rhet. citata addiderit: vertit enim.Encomium verò operum eſt absque personis. ſanè perperam. cur enim solent Græci inscribere Encomium Helenæ,Busiridis? cùm videlicet personæ ab actionibus laudantur.

Scaligero maiori non placet Aristotelica ἐπαίνου definitio: nam vox illa, inquit, μέγεθος superuacanea eſt,quòd sufficiat,vt ſit teſtimoniũ, vel iudicium virtutis. Nam virtutis magnitudo, siue alius quis modus non ingreditur definitionem: sed magnæ virtutis magna quoque laus esse poteſt.Et vt notem ἐν τῷ παρέργῳ leuiter mihi videtur Lonicerus errasse conuertens hoc modo Od.4.Olymp.Pind.verba.Suscipe Charitum nomine hoc de Olympica victoria Encomium non interituram latè potentium virtutum lucem: D κῶμον enim non encomium, sed potius laudem, carmen,siue hymnum reddere debuerat,qui tamen loco esset encomij. C

Non dissentiunt Harpocratio,& Suidas,qui scribunt hoc modo: Encomium differt à laude; laus enim eſt oratio laudans vnam actionem: Encomium verò celebrans multas,& simul cõprehendens: Et epistola,quæ vnam solam actionem cuiuspiam laudet, laudatiua dicitur; quæ multas,encomiaſtica. E Dissentit Scaliger,nec immeritò. Ne iis quidem assentior, qui vnius tantum virtutis ἔπαινον esse autumant.exemplum appositâ laude suorum Gentilium. D

Porrò Aphthonius in Progym.ex conuersione Bonfinij.laudationis,quę eſt oratio bonorum alicuius expositio,tria genera constituit. Primũ Encomium,quod olim in Pagis,seu Vicis κώμαις cantari solebat,vnde nomen sortitur. Angiportus enim κῶμαι,id eſt,Pagos Athenienses nuncupabant: F Alterum hymnum: Tertium ἔπαινον, id eſt,laudatiuum.

Quæ tria ita differunt,vt ex Roborr.in Poët. Ariſtot.probat. Encomium eſt,quo hominum laudes efferuntur:Hymnus,quo Deorum: Epænus verò breui inscriptione completur:Vnde epigrammata, tituli, epitaphiaque proueniunt. hoc tamen Plato discrimen minimè obseruat in E Minoe, qui cum versum quendam produxisset Home.Vlix.19.Encomium appellauit,tum quasi elogium Minois breuissimum.χαίρε διὰ βραχέων,

Cum Harpocratione facit Menander in artibus docens teſtimonium de aliquo ab singulari eius virtute ortum nominari Epænum,vt cùm Themistoclem fortem,Aristidem iuſtum,Catonem grauem, Lælium sapientem laudamus: Commendationem verò,quæ ex pluribus,vel ex omnibus conficitur virtutibus Encomium esse, λέγει ἐγκωμιάζοντα περὶ ἔξεως καλῆς. cùm per omnes excurrimus locos, genus, educationem, res geſtas,doctrinam commemorantes.

Alij Græci in vniuerſum definierant μαρτύρημα ἀπ' ἀρετῆς. teſtimonium cuiuſpiam cum virtute : cùm alij ita ſeparent, vt Epænus ſit, vbi quem ita laudamus, vt laudandum cenſemus: Encomium verò, quod aſſenſum non habet verum, vt cum muſcam laudamus, quod Lucianus fecit, Buſirim vt Iſocrates ingenij exercendi
F cauſa: quod ſanè falſum: nam & Matris apud Athenæum lib. 10. cap. 1. Encomium ſcripſit Hercules, & apud Plut. in Apopht. ſophiſtæ cuidam Herculis Encomium recitare volenti Antalcidas obiecit, quis enim ipſum vituperat?

Nec defuerunt, qui Epænum eſſe laudem exiſtimarint, & ſimplicis rei, & ſimplici, nudaque oratione, & ſemper vera : quæ poſtrema pars tollitur à Scaligero: Euenit enim, vt etiam teſtes mentiantur, aut fallantur, ij ſaltem, qui vel amici, vel poſſeſsionis ſuæ laudem proferunt. Igitur opinione Scaligeri tum vera, tum falſa oratio de cuiuſpiam perfectione, vel artis, vel virtutis, modo ſit ſine ornatu, ſimplex, ac breuis epænos erit, Encomium verò puſilla quædam
G quaſi Panegyris: ita omnis ἐγκωμιάζων ἐπαινεῖ, non è conuerſo.

Ac ſanè Epænus videtur Encomij pars, vt Encomium multi eſſe Epæni : Sæpè tamen & Latinè, & Græcè confunduntur hæ voces : nam laudis vocem in definitione gloriæ ponit Io. Ger. Sepulueda doctus, & elegans auctor in Conſaluo, ſiue de gloria appetenda: ea verò, inquit, eſt conſentiens laus bonorum: incorrupta vox
C benè iudicantum de excellenti virtute: cùm tamen Alexandrinus Clemens libr. ſtromatum 5. opinionem, ac famam à vera gloria diſtinguat, hoc eſt, δόξαν ab εὐκλείᾳ. A Caſsiod. in Pſalm. 23. gloria dicitur celebre præconium, & frequentata laudatio.

Nominum originem idem Scalig. ibidem luculenter explicauit, hoc eſt, cap. 110. in Idea. De Encomio quippe, inquit, ἐν ταῖς κώμαις tribulibus audientibus cum laudes alicuius ita recenſebantur, vt longiuſculè procederet oratio, Encomium appellarunt: quæ neque breuis neque ſimplex eſſet, ſed figuris, ac numeris ornata,
H certis diuiſa partibus, locis digeſta ſuis : Quare eadem ſanè res, modus non idem.

De Epæno verò Sic. eſt igitur αἶνος idem quod μῦθος: μῦθος autem idem, quod dictum, aut ſermo, vt veteres loquebantur : Nam poſtea vtriuſque ſignificatio ad fabellarum anguſtias redacta eſt. Ergò cùm de re quapiam Aenus eſſet propoſitus, auditorum conſenſus expreſſus oratione epænus appellabatur, quaſi prioris narrationis additamentum : nullum enim pulchrius auctarium orationis, quàm comprobatio dictorum : Inde verò traductum eſt, vt hoc teſtimonium vel benè cuiuſpiam facti, dictiue Epænus diceretur : ſatis igitur erat & breuitas orationis, & paucitas comprobantium. Hoc, niſi vates Scaliger fuit, ex vetere quopiam Græco depromſit.

Quamquam Plutarchus in Lycurgo Epænum pro Encomio vſurpauit, ſanxit, inquit, vt poſt mortem laudatio in mulieres haberetur eorum digna virtutibus. Quid Plutarchum loquor? ipſe in Minoe Plato expreſſam breui ſermone laudationem nominauit Encomium. quare inanis, & vana Aphthonij, Scaligeri, aliorumque diſtinctio, quam nec ab alijs vetuſtiſsimis ſcriptoribus obſeruatam, cùm hæc ſcripſiſſem, vidi in magno Græcæ linguæ Theſauro, qui nuper in lucem prodiit.

Ex quo etiam diſces Encomium laudis eſſe materiam, & argumentum, non ſolum laudem. Encomij quoque originem in vituperando potius conſiſtere, quàm in laudando oſtendunt ea, quæ Græci quidam Grammatici comminiſcuntur in huius vi vocabuli explicanda.

Encomium nominatur ab eo, quod in comis, id eſt, pagis, ſeu vicis canebatur: qui enim ab K optimatibus iniuriam aliquam acceperant, noctu per binia, & anguſtias viarum contumelias & maledicta in eos iactabant. Quamquam vereor, vt vlla ſit habenda huic narrationi fides, & potius quadrat Origini Comœdiæ. nec diffiteor tamen maius eſſe quidpiam ἐγκωμιάζειν quàm ἐπαινεῖν.

Quid ſi à κῶμος, id eſt, à ſaltatione, ſiue etiam à κώμης, id eſt, pago deducamus, & opinemur primum Encomium, quod in laudem amicæ ſaltans amator decantaret, tranſlato deinceps vſu vocis ad omne genus laudationis? placet hoc illius Theſauri concinnatori. & certè ſimilis vox ἐπικώμια confirmat, quę ſignificat auctore Schol. in 6. Nem. ad Pind. τὸν κῶμον ὑμνῳδίαν ἐπινίκια τῆς νίκης, quæ in argumentum victoriæ ſaltabundi canebant.

Epæno reſpondet Latinè laus, Encomio laudatio, vt rectè ſentit Scal. vnde verò dicta ſit laus, L exponendum. Caſsiod. in Pſal. 33. à lauro dictam putat, quæ ſolebat coronare victores: ficta opinor ab eo deductio : Nec magis probabilis, quamquam acuta, quæ placuit Scaligero à vetere voce Aeolica λάυω. id eſt, fruor, cuius compoſita durant: nullus ſanè maior fructus ex virtute aut actione virtutis, quàm laus. Melius Grammatici à populari tradunt, id eſt, λαοῦ: Nam proprie laus eſt populi de aliquo recta loquentis, quod cum Epæni origine valdè conſentit.

Laudationem volumus eſſe ipſam laudantis orationem, quas duas voces M. Quint. libr. Or. inſt. 3. cap. 9. confundit, cùm ſcribit, laudis proprium eſſe res amplificare, & ornare. Diſſentit L. Sen. epiſt. 103. ait enim, quòd laudatio etiam vocem exigat : itaque nemo dicit laudem funebrem, ſed laudationem, cuius officium oratione conſtat: qua epiſtola multa præclarè præclariſsimus ſcriptor de laude, fama, gloria, claritate M tradit.

Cornel.

Cornel. Fronto nou ignobilis Grammaticus de nominum, verborumq; differentiis, Honorem distinguens à laude opinatur laudem esse secundam existimationem rectè factorum, cùm honor sit dignitatis consummatio, vel priuatim, vel publicè.

Ego verò laudem non in sola existimatione puto consistere : quis enim dicet quemquam laudari ab iis, qui rectè de illo existiment, si tacent? quamquam tu, de quo ille benè sentit, es apud ipsum laudatus.

Venter Latinis & Græcis quo discrimine sumatur: Parasiti vetus notio mutata: Unde κόλαξ dictus.

CAPVT XII.



A RÆuem penè ventris apud Latinos. & κοιλίας apud Græcos sunt notiones. ab vtrisque enim his nominibus indicatur venter inferior in animalibus, qui tamen propriè, & solum apud Græcos γαστήρ est : κοιλία verò articulum habens præpositiuum idem significat, vt Gal. & Philotheus volunt in Aphorism. 20. sect. 6. & Erotianus.

Itaque ad homonymiam vitandam in hac voce, vtendum articulo, vt ventrem significemus, dicentes τὴν κοιλίαν, siue τὴν κάτω κοιλίαν : articulus omittendus, cùm omnem cauitatem volumus indicare quam item ventris nomine Medici Latini vocant: in qua notione dicitur etiam ab Hippocrate lib. de arte, sæpè κύτος. vnus satis hic locus de morbis, qui ad ossa. & internam cauitatem vergunt: A nam & mox. cauitatem habere musculos tradit, & alia, hoc est, κοιλίην, quare vtraq; vox istius accipitur pro omni receptaculo. & cauitate profundiore.

B Philotheus in 15. Aphor. Hipp. sect. 1. ventrem dicit eum, qui cibum capit, & omnem cauitatem, quæ in profundo est, vt cerebri, cordis, hepatis, ac cæterorum. B Et Aristot. 1. de historia animalium cap. 17. triplicem habere ventrem cor hominis tradit: qui tamen 3. de par. animal. cap. 4. duos tantum, aut vnum saltem in minoribus animalibus agnoscit.

Io. Fernel. cap. 6. lib. 1. de de part. hum. corp. descriptione, duos tantùm agnoscit in animalibus, quibus pulmo est datus, dextrum, & sinistrum: in piscibus, vt mutis ita pulmone destitutis, vnicum. Quod alio libro docui. Sinus ipse Latinis appellat: vt iure notet Erotianus τὴν κοιλίαν ab Hippocrate dici spatium omne sub transuerso septo, siue cingulo: internũ item aliquando thoracis spatium: item ventrem ipsum, vlcerumque cauitatem. certè à voce κοῖλον deducitur, quæ cauum significat. C

Porrò in animalibus duplex ab Aristotele lib. de part. anim. 2. cap. 5. & à Medicis venter agnoscitur superior, inferior, ἡ ἄνω. ἡ κάτω: superior, Græcis stomachus dicitur, Latinis ventriculus, ob eam causam, quòd minor est, inferior feces animantis recipit, quem, vt est in homine, post Galenum pulchrè describit Fernelius libro cit. cap. 7. & 8. Medium in corpore docens esse circumscriptum supra iugulis, siue clauibus, infra diaphragmate, circumcirca dorso, costis, pectore : qui & aluus dicitur, vterus ferè in fœminis. Superior autem vbi est commune receptaculum, & primæ concoctionis officina: cuius item duæ partes summa ima, vt ventris quoque inferioris. qui totus à pectore ad pubem terminatur, extrema sui parte aluus propriè Latinis dicta, γαστήρ, Nicol. tamen Myrepsus Schol. 3. primum ventrem nominat κεκρύφαλον: secundum ἐχῖνον. tertium ἀπευθυσμένον. D

Pulchrè verò apud Athenæum libr. 3. cap. 10. κοιλιοδαίμων, & γάστρις is dicitur, cui summum bonum in ventre, & abdomine est, quem expressit illis verbis S. Paul. ad Phil. 3. quorum Deus venter est. quantum hoc malum Athen. idem ex aliis refert lib. 10. c. 5.

Plinius nauium costas vocauit libr. 13. cap. 9. quas ἐγκοίλια Græci nominant, vt Theophrastus hist. plant. lib. 4. cap. 3. de spina nigra; & lib. 5. Athen. cap. 8. de naui Hieronis. Aristoph. nominauit ὑποκοιλίδιος : ita Medici, quæ modicè aluum soluunt εὐκοίλια dicunt, plus tamen quam natura sua sponte faceret.

Dioscor. libr. 1. cap. 28. de oleo εὐκοίλιον, καὶ μαλακτικὸν, hoc est, facilè soluens, & emolliens : de cerasis lib. 1. cap. 113. ipsa viridia sumta aluum emolliunt, sicca verò sistunt. D De beta lib. 2. cap. 112. quod ita reddidit Plin. lib. 19. cap. 8. candidis betis soluitur aluus modicè, nigris inhibetur. Athen. lib. 9. c. 3. soluendo ventri aptior beta alba: nigra verò vrinæ ciendæ. E B

Honestum fuisse Parasiti vocabulum antiquissimis temporibus, Plutarch. in Solone indicat. cùm eos narrat, qui publico victu alebantur in Prytaneo dictos ab eo Parasitos, quare apud eundem Athenæum lib. 6. cap. 5. Crates Parasitos appellat, q. præerant sacro frumento colligendo; & locum, in quo recondebatur, Parasition : sic parasitari primum Ionem Philium cœpisse canit Diodorus in Epidero, quòd præ se ferret amicitiam. A veteribus autem poëtis dicti assentatores, & adulatores, seu Græcè κόλακες, vtpote quod non longè abest à Parasitorum nomine: F Probat ex Alexide ita loquente apud Pergamenum Carystium : adulatoris vita paruo tempore floret: neque eum quisquam vno gaudet Parasito. G

Ab eodem Alexide παρασιτεῖν Moschio, qui scilicet ad alterius mandit latus : qui & apud

Athenæum libr. 10. cap. 4. propterea Parasitum F tempestatem esse, calamitatem amicorum in Parasito scripsit. Græcè tamen non est παράσιτος: sed μεγαλεῖος: quem ptimum fuisse notionis huius auctorem falsò voluit; cùm prior Alexide versus fuerit Epicharmus.

Consentiunt hæc cum iis, quæ tradit Arist. cap. 7. lib. Eth. 2. qui excedit in iis, quæ iucunda sunt in vita, si quidem nullius causa, dicitur ἄρεσκος, id est, placens; sin autem vtilitatis causa, adulator. H Et cap. 6. lib. 4. hanc vtilitarem certis limitibus circumscribit, hoc est, pecuniæ lucro: vt iam videatur seiungi colax à Parasito quod iste non sectatur lucrum, sed gulam: sed & gulæ tamen est aliquod lucrum. Sic accepta hæc vox Parasiti breuiter ab Homero duobus versibus expressa fuit φίλοι εἰλαπιναστῶν, hoc est, amici ad mensam, vt graphicè Ter. Eun. act. 2. sc. describit.

Atque hæc fortasse causa fuit, vt à Critone Comico Delij nominarentur Parasiti Phœbi, id G est, familiares, & amici, quod ex donariis viuerent, quæ in Delij Apollinis templo largißimè offerebantur. quomodo Mart. epigram. 29. lib. 9. quod inscribitur epitaphium Latini, ita concludit:

Vos me Laurigeri Parasitum dicite Phœbi
Roma sui famulum dum sciat esse Iouis.

Nec dissimilis admodum scurra, qui risum ab audientibus captat non salua dignitate personę, à loquendo nominatus, vt B. Isid. notat lib. orig. 10. libr. 5. nam Parasitus omnia ad voluntatem eius loquitur, in cuius contubernio est omnia assentatur, dicta & facta, laudat ventris causa: & cōuenit etymon, nam colax dicitur à κῶλον quod nutrimentum significat, siue cibum.

Indicant versus aliquot in eo libro Athenæi H cap. 6. extremo, à buccea κόλφ assentatorem κόλακα dictum: qui etiam vtrumque coniungit Etymon κῶλον & κοιλίας, ita scribens ex tralatione Comitij, de Psomolace mentionem fecit Antiphanes in Gerytade, Psithyrusque boni & colax, & sannyrio, quo modo tandem malè perdendi Psomocolaces? Philemon in aperta: Psomocolax hic est, Philippus in renouatione Psomocolacem agens semperque introiens: propriè verò adulator in hoc est: nam colum nutrimentum est, vnde βουκόλος bubulcus, & difficilis, qui est implacidus & insuauis, & venter, qui cibum capit psomocolaphum: sic inquit, Diphilus in Theleo. te I enim psomocolaphum vocant, seruum fugitiuū.

Tametsi apud Athen. cap. 6. lib. Androcydes Medicus κολακείαν putat dictam ἀπὸ τοῦ προσκολλᾶσθαι ὁμιλίαις, quod non credo: crederem potius à κοιλία, id est, ventre nominari, quem adulator pascuit, quasi κοίλαξ.

Democritus apud Athen. ibidem à facilitate vult dici, quà in omnia, inquit, ingreditur: omnibusque, & moribus omnium se submittit. & nil turpe putat ad tolerandum: sic enim & εὔκολος facilis dicitur: quam tamen vocem, hoc est, κόλον significare ταπεινὸν humilē tradit Etymologus, ac si ab humilitate, & vili seruitio colax nominetur.

In hoc genere censendæ, quæ apud Plut. leguntur κλιμακίδες lib. de differ. amici & adulatoris. & Athen. lib. 6. c. 16. & Eust. ex eo nomen erat certarum quarundarum feminarum Cypriarum, quæ assentabantur Reginis in Syria, ipsisq; in Currum ascensuris tergum scalæ accommodabant loco: hoc etiam ambitio inuenit feminarum post homines, atque hinc nomen inuenerunt gradularum, siue scansilium. K Athen. lib. 6. cap. 8. eas Reginarum κολακίδας, hoc est, adulatrices nuncupatas apertè obseruat Gluti Caris tempore: quæ cum se in vlteriorem contulissent regionem ab vxoribus Artabazi & Mentoris accersitæ mutuarunt nomen ab actione hac, quod vsum Reginis scalarum præstarent ascensuris in Currus: Climax enim scala est. L

Oratorum, ac Poëtarum in rebus difficillimis exaggerandis modus illustratus. Desperationis, & speciei quanta pernicies & vtilitas in omni vita.

CAPVT XIII.

Qvamqvam temerarium est, ac stultitiæ proximum id aggredi, quod perficere non poßis, ex quo prudenter Hor. præcepit in Poët.

Sumite materiam vestris, qui scribitis æquam
Viribus, & versate diu quid ferre recusent,
Quid valeant humeri. ——

Et Virg. Ecl. 6.

Cùm canerem Reges, & prælia Cynthius aurem
Vellit, & admonuit, Pastorum Tityre pingues
Pascere oportet oues, deductum dicere carmen.

Hor. rursus lib. 2. ser. sat. 1.

—— *Cupidum, pater optime, vires*
Deficiunt. ——

Tamen Oratores solent amplificandi, quod tractant, argumenti gratia, vires suas minuere, ac se impares oneri sustinendo affirmare. Cicer. pro Rosc. Amer. fide, sapientiaq; vestra fretus plus oneris sustuli, quam ferre me posse intelligo. Et in Or. ad M. Brutum: suscipere tantam rem, quantam non modo facultate consequi difficile esset, sed etiam cogitatione complecti, vix arbitrabar esse eius, qui vereretur reprehensionem doctorum, atq; prudentium. hoc item factitant poëtæ, Alb. Tibul. lib. 4.

Te Messala canam, quamquam mea cognita virtus
Terret, vt infirmæ valeant subsistere vires.

Ad quod tamen alacriores vel amicitia nos cuiuspiam, vel beneuolentia reddit auditorum, siue etiam animi nostri fiducia, & sapiens quædam temeritas, & audacia etiam sine spe perficiendi: libenter illud prætereximus quod de Pyrrha, & Deucalione sic effert lib. 1. Met. Ouid.

Spes tamen in dubio est, adeò cælestibus ambo
Diffidunt monitis, sed quid tentare nocebit?

Ad idem pertinent elegantes isti Proper. versus lib.2. ad Musam:

Quod si deficiant vires, audacia certe
Laus erit in magnis & voluisse sat est.

Quod rectè Politianus Græcè conuertit:

Ἀρκεῖ δ' ἐν μεγάλοις καὶ τὸ θέλημα μόνον.

Rursus Ouid. lib.3. de Ponto Eleg.4.

Vt desint vires, tamen est laudanda voluntas.

Et Luc. in Panegyri ad Pisones:

Quod si digna tua minus est mea pagina laude,
At voluisse sat est, animum, non carmina iacto,

Vt enim Horat. ep. lib.1. ep.1. ad Mæcen. sapienter monet maxima quæq; animo capessenda, tametsi re nō possis consequi, hac vsus cōparatione:

Non possis oculo quantum contendere Lynceus,
D *Non tamen idcircò contemnas lippus inungi:*
Nec quia desperes inuicti membra Glyconis,
Nodosa corpus nolis prohibere chiragra.

Hinc tenere cursum quisque debet, & ad summa contendere iuxta veteris adagij sententiam. ἄκρον λαβέ, καὶ μέσον ἕξεις. summum cape, & medium tenebis. Sic enim mediocribus potiemur, cum summa rerum fastigia mente comprehensa tenuerimus. Nam eodem monitore Horatio ibidem:

Est quoddam prodire tenus, si non datur vltra.

Ad hoc rem suam agens Cic. in Or. ad M. Brutum multis exemplis hortatur & excitat. Et Iustin. Cæsar præclarè. Diffidentia, inquit, plerumq; iuuenum animos euertit: adde tu virorum etiam: E Iuuenum tamen præcipuè, qui cum natura sint εὐέλπιδες. hoc est, facilè sperent, vt 2. de Rhet. libr. docet Aristot. simul tamen εὐμετάβολοι sunt, id est, mutantur in horas, vt Horatius dixit.

Contra senes δυσέλπιδες. hoc est, qui non facilè spem concipiant. quid ita? homines, inquit, philosophus, agunt omnia finis causa: eam cum se consecuturos sperant, alacrius efficiuntur ad agendum: eius obtinendi spe demta studia sua, cōtentionemq; remittunt. Noli desperationem in consilium tuarum cogitationum admittere, nihil præstare excellens poteris, nihil eximium: spem pro cōsiliario sume, & ad res magnas mente comprehendendas, re præstandas excitabere.

Prudenter apud Cassiod. 2. variarum lib. ep. 2. Theodoricus Rex Felici, quem consulem ordinarium creat. celsos, inquit, cursus nisi confiden- F tia magna non appetit: dum generosi animi est optare quod summum est: audentes facit homines fiducia sua. quia se non patitur occulere, quē præcipit natura ꝓdire. Sed veruissimum Socratis penè oraculum, neq; mulier sine viro, neque spes bona sine labore quidquam vtile profert, A quoniam, vt præclarè cecinit in Astron. Manil.

Omnia conando docilis solertia vincit.

Et Ter. Heaut. act.4 scen.2. Nihil tam est difficile, quod quærendo non possit inuestigari. & libr.1. de arte aman. Ouid. eleganter persequitur, Hinc Horatius ad Pisones:

Nil intentatum nostri linquere poëtæ,
Nec minimam meruere decus.

Quibus omnib. monemur spem iis tantummodo prodesse, qui laborem cum spe. industriamq; cum fiducia coniungunt: quod ei tamen est facillimum, qui sperat, & dicitur erecto esse animo, & forti: ei verò difficillimum, qui desperat, qui frangitur & animo cadit.

Mirum equidē quantas habeat in omni actione mortaliū, in omni rerū genere vires hæc spes, atq; fiducia: in Medicis primū ad faciliorē ægrorum curationē, præter experientiā Galeot. Martius demonstrat lib. de promiscua doctrina c.15.

In re militari valere plurimum Tyrthæus Poëta non ignobilis, & Spartanorum dux indicauit, cum suos milites diuturnis cladib. & metu consternatos non re alia erexit, quam spe. & fiducia. Fidite, inquit, nondum Iupiter ceruicem obliquam habet: B ex quo illud Comicum. Vir infortunatus spe saluus fiet. C

Quid in agro colendo? sacra profanis miscebo. S. Paul. 1. ad Cor. 9. Quoniam debet in spe. qui arat, arare: Et qui triturat, in spe fructus percipiendi: Spes, vt cecinit Tibul. lib.2. eleg.7. alit Agricolas. &c. & vniuersè idem S. Paul. ad Rom. 8. spe salui facti sumus. Et Ouid. in Heroidib. ep. 11.

Spes bona dat vires, animum quoq; spes bona firmat,
Viuere spe vidi, qui moriturus erat.

Et Eupolis apud Suid. lepidè dixit, nunquam à G timidis trophæum erigi. D Et iisdem penè verbis dixit in Critia Plato. E Et pudens illa Græcorum est sententia, cui in omni vitæ ratione parendum esset; cùm sis mortalis ad senectam vsq; spera. F quò pertinet illud Cic. lib. ep. ad Att. 9. ep. 6. ægroto dum anima est, spes esse dicitur: & huic dicto illud simile, dum spiro spero, & adhuc cælum voluitur, nam præclarè Theocritus in Charitibus Idyl. 16. nondum menses ducens fessum est cælum. neq; annorum multi mouebunt adhuc rotam currus equi, G & Batto Idyll. 4. Fortè cras erit melius. H Spes in viuis: sine spe autem mortui: I Et Aristoph. Pluto, O Blepside- H me, melius, quàm heri facimus. K

Et Philip. apud Liuium libr. 39. Nondum omnium dierum sol occidit, vt iure Linus apud Stob. ser. 109. dixerit speranda omnia, quoniam nihil in vita non plenum spei, & numini factu facillimum. sperare, inquit, oportet omnia, quia nihil est insperatum. facilia omnia factu Deo, & nihil quod non possit perficere, L quod in Aiace μαστιγοφόρῳ breuissimè ita extulit Sophocles, nihil est non sperabile: modo illud cū Pindaro semper dicamus. Od. Olymp. 13. Nunc equidem spero, sed in Deo operis finis: M idemq; mihi ingeniosè videtur appellauisse spem senū nutricē γηροτρόφον apud Plat. 1. de Rep. lib. N quē etiā ꝓducit lib. de tranquil. animi Plut. sic enim ille. Quicūq; iustè, & piè vitā traduxerit, Iucunda spes, q̄ cor eius fouet, ad felix senium comitatur, q̄ maximè mortalium animos in varia distractos gubernat

Et Gylippus ad Thucid. libr. 7. Syracusanos, P aliosque socios ad pugnam excitans contra Athenienses, sæpissimè, inquit, ad egregia facta spes maximam addit animi promptitudinem. O quem locum, vt & diffidentiæ aduersi vitij egregiè tractat: & instrumentum ad omnem bonam actionem spem esse dixit in Epinomide Plato. Bona spes est, consecuturus nos omnia. P Et de Lælio apud Agell. libr. 1. cap. 18. scribens Varro, non modo, inquit, Lælij ingenium non reprehendo, sed industriam laudo: successum enim fortuna, experientiam laus sequitur. Et spe exules pasci prouerbio dicitur, vt est apud Euripid. Phœnissis, & Aeschylum Agamemnone. Q

Quæ item vna sectæ philosophorum nomen Q dedit: extiterunt enim philosophi, qui, quòd spe sola hominum vitam dicebant contineri, Epelstici sunt appellati, putarun̄tque sine spe tamquam condimento, vt est apud Plut. lib. 4. symp. quæst. 4. vitam esse intolerabilem, dicat in omni vita quilibet illud Priami Il. lib. postremo:

— Sed adhuc me numina Diuum

Respiciunt. — R

Ita rogatus Thales, quid esset omnium communissimum, spes, respondit. iis enim adest ipsa, quibus desunt omnia. vt narrat in septem sapientum conuiuio Plut. & Diog. lib. 1. quid esset omnium extremum, spes, dixit. Vide multa in Stob. serm. 109. Nec tamen est malum Senecæ præceptum Thyestæ:

Nemo confidat nimium secundis

Nemo desperet meliora lapsis.

Et præclarè S. Ambros. libr. de pœn. 2. Tolle Gubernatori, inquit, perueniendi spem, & in mediis R fluctibus incertus errabit: Tolle Luctatori coronam, lentus iacebit in stadio: tolle piscatori capiendi efficaciam, desinit iactare retia; at esse Theologus noio. Et claudo cum Virgilio caput. Aen. 9.

Audentes fortuna iuuat, &c.

Qui tamen rationem spei vniuersam cupit agnoscere, præsertim Christianè, magnum adeat philosophię Christianæ Magistrum Sanct. Thomam Aquin. primo volum. 2. part. quæst. 40. Er cum Ouid. libro tertio de Ponto, Eleg. 7. apud se dicat:

— Spem iuuat amplecti, &c.

Versa nouam Iosephi Langij Polyantheam.



Ioannis Brod. coniectura in emendando Ciceronis loco reprehensa aduersus eundem Petrus Vict. defensus.

CAPVT XIV.



QVID? ex æde Iouis religiosissimum simulacrum Iouis Imperatoris, quem Græci Vrion nominant. verba sunt M. Tullij 6. act. in Vet. quæ deprauata eruditissimus vir Brod. existimat lib. Miscell. 6. cap. 9. quia Græci Ionem ὅρον, vel ὅριον, A non ἔριον, vt est in Brod. (Montanum enim significaret) finium, limitumque præsidem, & suspicantur, & appellant: loca profert ex Demosthen. & Halicarnass. vt Pausan. libro 2. id est, in Corinthiacis Apollinem ὅριον terminatorem vertit Amasæus, quod vocabulum non videt Brod. quomodo Imperatoris epitheto possit accommodari.

Verum Cic. non significat, quem Imperatorem Latini vocant, Græcos Vrion, vel Horion appellare, quasi Horios idem sit quod Imperator: sed Latinis eodem esse loco Ionem Imperatorem, quo apud Græcos ὅριον est ζεὺς, vt diuersa sint nomina, functio, siue notio eadem. sed ab terminis, ac limitibus, quibus præerat, Græci nominarunt: Latini, non à terminis, sed à re ipsa, hoc est, Imperio, quod habebat in terminos nuncuparunt. qui enim alicui loco, aut rei præsidet, ei leges præscribit, atque imperat.

Ciceronis ergò textus vitio caret, eoque magis careret puto, quo meam hanc explicationem diu post Paulo Manutio magnæ doctrinæ viro placuisse vidi in Comment. breuibus illis quidem, sed vtilibus, doctis, & elegantibus in Cic. B Orat.

Vtrinsque nostrum coniecturam iuuat Plut. in Numa. & quæst. 15. Rom. & Halicarn. libr. 2. antiq. cùm explicant, cur sacrificium sine sanguine ἀναίμακτον θυσίαν Deo termino fieri Numa præceperit, quòd deceat terminum Deum pacis custodem, & Iustitiæ testem à cæde purum esse. A Ergò leges quodam modo præscribit iustitiæ, & pacis: quare cum duobus aliis Diis Marte & Iuuentate indignatum terminum Deum apud Romanos ex veteribus S. August. tradit lib. 4. de ciu. Dei. c. 23. Cedere Ioui Maiori, & Regi suo, & pluribus, C meritò ridet, non hoc solum capite, sed etiam 29. & Lact. Fir. lib. 1. cap. 20. lepidissimè, cùm doceant, quomodo, & quoties mutati fuerint Imperij Romani limites, & termini, vt & libr. 5. cap 31. idem S. Aug.

Nec eo Ciceronis loco mendum esse putanit doctiss. Giraldus, qui de Ioue Imperatore, qui & Vrios, multa congessit in syntagma secundū hist. de Diis gentium, vt de termino Deo in synt. 1.

Quid? quòd non esse mendum, debuit ipsa vox docere Brodæum: Nam Vrios, si præses est limitum, certè custos est, & inspector, seruator, & Rex: his enim synonymis schol. Hom. Iliad. 8. & 10. declarat vocem ἕρκος, cum Nestora celebrat tamquam ἕρκος Ἀχαιῶν: Talis est Imperator, siue debet esse. Modus loquendi similis in Pausania legitur loco citat. ex interpretatione Amasæi supra quoddam theatrum est Iouis templum, X quem Capitolinum Romana voce, Græca Coryphæum iure possis appellare: non quod, si voces ipsas spectes, idem significent Capitolinus & Coryphæus, sed quod qui Romanis est Capitolinus Iupiter, Gręcis est Coryphæus. Et lib. 5. id est, in Eliacis prioribus, Hortorum Iouem Gręcis, Romanis esse Deum fidium scribit.

Idem Brod. doctè lib. 1. Miscell. cap. 7. & verè à criminatione P. Victorij, Ciceronem defendit, ipse tamen reprehendendus, qui Victorium reprehendit, quod Græcum Etymon Gallicæ penitus vocis reddiderit. sit sanè vox Gallica trincea, vt est Italica. & Valli certè est genus, ac munimenti, vt sepes: at non ostendet Brod. à Gallica Y potius acceptam, quàm à Græcia, Italiæque donatam; vt enim è Græcia tam multa vocabula ego in Italiam venisse alio labore demonstraui, sic & hæc vox potuit, vt in Galliam, præsertim extrema Italiæ parte vsus esset Græcæ linguæ, eaque pars Magna Gręcia nominaretur, transisse verò etiam in Galliam ex Græcia plurimas voces, auctores sunt qui de Gallicæ, & Græcæ linguę, communione scripserunt Ioachimus Perionius, & alij. Et verò est simillimum, quod olim in Gallia tritissimus erat Græcè loquendi mos. Et Gallorum leges antiquissimæ Græcè erant conscriptæ.

Porrò hæc vox θριγγὸς monet, vt elegantem Zenonis Stoicorum Principis comparationem hic referam, qui, vt est apud Laërt. lib. 7. similem philosophiam agro diceret. eius sepem Logicam faciebat, id est, θριγγὸν: fructum, ethicam: humum, Z & arbores, Physicam: tametsi in Laërtio non est θριγγὸς, sed φραγμόν: A Plato tamen lib. 7. θριγγὸν vsurpat, qui tamen, non vt sepem disciplinarum, quæ eas circundet. Logicam facit. sed Loricam, quæ supra emineat, C & propriè tamen esse videtur sepes, Italicè frutta: sic θριγγὸν facit Clemens libro primo stromatum totam philosophiam Vineæ, hoc est, veritatis, cum sophisticen debellat.



Sicilia Trinacria & Trinacia appellata: Capua vnde nomen inditum.

CAPVT XV.



SICILIAM nobilem omni ætate insulam à tribus promontoriis, Lilybęo, Pachyno, & Peloro Gęrcè nuncupatam Trinacriam, id est, à tribus ἄκροις, Latinè Triquetram, siue Triquedram. A magna, & constans opinio est. & cum veteribus historicis, & Geographis omnibus consentiens. Plin. libr. nat. histor. 3. cap. 6. Pomp. Mela lib. 2. de situ Orbis. cap. 7. Iul. Solinus cap. 11. sui Polyhist. Strabo lib. Geograp. 6. Steph. lib. de Vrbibus, ex quibus Mela eam litteræ Græcæ imaginem scribit efficere, quæ Δ delta dicitur, videlicet propter triangulam speciem, vt cum Plinio loquar, quia τρίγωνος τῷ σχήματι, inquit Strabo.

Cum Mela, Siculus Diod. sentit libr. rer. ant. 1. cap. 3. cùm locum describit esse in Aegypto, qui Delta dicitur. similem Siciliæ figuræ: Ex eo Astrologi quidam arbitrati sunt Deltoton cœleste signum supra caput Arietis designare Siciliam. ita Claud. trisulcam cecinit libr. de raptu proserp. 1. cùm ab Italia narrat abscissam:

Nunc illam sociæ (Italiæ) *raptam tellure trisulca*
Opponit natura mari. caput inde pachyni
Respuit Ionias protentis rupibus iras, &c.

Eodem nomine Rhodon aliquando vocatam auctor est Plin. libro quinto, cap. 31. hæc notissima.

Illud obscurius, vnius litteræ detractione nominatam fuisse Trinaciam. Vera appellatio fuerit antiquior, declarat hoc sermone Strabo. Est verò Sicilia forma Triangula. Eam ob causam Trinacria olim dicta Trinacis, siue Thrinacis recentius voce mitiore: Formam eius tria de- B finiunt Promontoria. E lateribus verò, in quæ vtrinq; diuiditur, tria Promõtoria, duo quidem sunt coneaua; tertium curuum. A

Sequitur Schol. in ther. Nicandri Thrinaciam dicit radicem thapsi, quòd in Sicilia nascatur: Nam Sicilia propter tria Promontoria Trinacria. & Trinacia vocatur. Sic & Eust. in 11. Iliad. lib. Trinaciam radicem sume, Thrinaciam verò dicit Thapsi radicem.

Nescio verò cur, εὐφωνότερον dicatur Trinacria, quàm Trinacia, vel Thrinacis, imò posterior hæc vox εὐφωνοτέρα videtur, cum vno C tantum scribatur ρ prior duobus, quæ littera ad proferendum asperior est, atque eo magis cum duabus reperitur, pluribusue syllabis.

Consentit Tim. vetus historiarum scriptor cum Strabone Trinaciam affirmans dictam

propter

propter tria cacumina, & quod Thrinacus quidam, siue Thrinax in Sicilia imperauit, refertque Suid. in voce θρίναξ: quam quam Steph. aliam addit, quoniam similis est Trinaci, non Thrinaci. *B*

Est verò τρίναξ. vel τρίνα idem quod τρίαινα id est, Tridens, ac si tres essent Insulæ dentes tria illa Promontoria, aut etiam Ventilabrum, quo fruges in area purgantur, quod videlicet insulæ forma non est perfectè triangula, sed ventilabro similior: Hinc Myso in Chilonem aliquando iocatus auctore Plut. quæst. Rom. 84. dixit, in hieme ventilabrum fabricans ἐν χειμῶνι τρίναξ πλανώμενος, id est, antequam facias, parandum.

D Postrema est causa nominis, fortassè verior, quòd in ea insula inuentæ primum dicantur fruges, & vsque adeò frumenti fit ferax, vt eam Cato borreum vocarit Romanorum. quare non ea sola causa, quam solam 2. lib. de aspir. scripsit Pont. à Thrinacro Rege nominatam. Constat antiquissimis etiam temporibus hoc nomen tulisse, vt argumento sunt versus Oraculi cuiusdam Apollinei, qui leguntur apud Pausaniam Eliacis prioribus, siue lib. 5.

Trinaciam supra medio iacet insula Ponto
E *Ortygiam dixere, vbi cana fluenta refundit*
Alphæus pulchræ sese immiscens Arethusæ. C

Ita vertit Amasæus. Quos etiam in rem aliam citat Cæl. Rod. antiq. lect. lib. 27. cap. 6. quæ causa est, cur mare Siculum nominarit Apoll. lib. 4. Argon. τριναχίην. apertè Trinacia, siue Thrinacia nominatur à Callimacho hymno Dianæ, aruit verò Aetna, aruit verò Trinacia. *D* Et à Q. Calabro. 3 lib. Paral. Ionis acerbo fulmine Enceladus domitus fuit in indefesso mari Thrinaciam super. *E* Et Apollod. non longè à fine libr. 1. Bibl. Errores narrante Argonautarum, vbi iure Siciliam conuertit Bened. *F* Aeg.

A qua forma triangula quædā etiā terræ, siue
F regiones, vt cœperam adnotare, nomen acceperunt litteræ Δ. Ita Xenopho lib. 3. κύρου ἀναβ. locum in Thracia vocat, & diuersas Aegypti partes Dionysius Afer, & in eum Eustathius. Item Insulam in India Pantalenen; vrbem in Syria Steph. Sic & libri forma trianguli plicati Δελτοὶ nuncupati, in eundem Eust.

Capua princeps Campaniæ Ciuitas, & caput alioquando Italiæ à T. Liuio nominata, quæ & ipsius Vrbis, Imperiique Romani vires, atque potentiam diutissimè contemsit, & Annibalem Rom. armis inuictum deliciis fregit, vnde nomen inuenerit, auctores non consentiunt. T. Liuius lib. 4. ita loquitur. Peregrina res & memoria digna traditur, eo anno Coss. C. Sempronio Atratino, Q. Fab. Vibulano ab V.C. 330. siue 332.
G facta. Vulturnum Aetruscorum vrbem, quæ nunc Capua est, ab Samnitibus captam, Capuamque ab Duce eorum Capye, vel, quod propius vero est, à campestri agro appellatam.

Prima illa sententia peculiaris, & propria est T. Liuio, Neque apud alium legi: tametsi enim Virg. Luc. Sil. Suet. Strabo aut dicant, aut ab aliis dictum referant à Capy nomen accepisse, non tamen à Duce Samnitum, vt Liuius tradit, sed à Troiano Anchise sucio.

Itaque hæc tertia est sententia, quam etiam Hecatę docuit vetustissimus historicę scriptor. Virg. 10. Aen.

Et Capys. hinc nomen campanæ ducitur Vrbi.

Luc. lib. 1. Phars.

Mœnia Dardanij tenuit Campana coloni.

Sil. lib. 11.

Dardanius, cui sacra pater, cui nomina liquit
A Ioue ducta Capys magno cognatus Iulo.

Et postea:

Tum Capys, vt primus dederit sua nomina muris.

Suet. in Iul. tit. 81. Capyn vocat Capuæ conditorem. Strabo lib. 13. ex quorundam sententia ad fines Arcadiæ peruenisse narrat Aeneam cum Anchise & Capy, & ibi Capuam exædificasse de Capyos nomine. *G* Capuas in numero multitudinis dicit nisi mendum est. H

Secundam Liuij sententiam Plin. amplectitur cap. 5. lib. 3. distinguens tamen à Capua Vulturnum, & ita à Campo dictam, id est, campi latitudine, & capacitate Herm. Barb. declarat iu adnot. siue potius vbertate, qualem eo loco describit Plin. totius illius oræ Campaniæ.

Narratur & quarta sententia existimantium nominatam ab Accipitris augurio, qui Capys Etruscè dicitur, quod habuerunt Etrusci missi ab Osco in Campaniam ad Vrbem condendam: I in qua re commemoranda irrepsit mendum in Seruium ad versum Virgilij citatum, cùm à Capy dictam Campaniam scribit, pro Capua. Vrbem eam vocat Campanam, non quasi in Campania solam, sed Principem, & Metropolim.

Est quinta sententia Strabonis libro quinto, qui Campum eius nominat εὐδαιμονέστατον ἁπάντων felicissimum omnium, & à Capite dictam narrat, quòd duodecim Vrbium ab Aetruscis in Campania extructarum caput esset. *H*



Tragœdiæ discrimen & Epopœiæ: in Poëmatum diuisione ex Aristotelis præcepto excusatus Homer. accusati Plaut. Ter. Virg. Plato.

CAPVT XVI.

A HOc præ cæteris differre Tragœdiam ab Epopœia tradit Aristot. in Poëtica, quod hæc longa est, ac tempore indefinita: Illa verò vno solis absoluitur cursu, aut parum ab hoc spatio abest. præterea in fabulis debere magnitudinem esse, sed quæ facilè posit conspici: & longitudinem, sed quæ retineri facilè memoria queat: Proprium Epopœiæ, vt extendere magnitudinem quantum vult, posit. aures da verbis Aristotelis. Epopœia igitur vsque ad solum metrum duntaxat similis est Tragœdiæ, quia metrico sermone præstantium imitatio est. A En tibi similitudinem, & conuenientiam.

Sequuntur tres differentiæ. Hoc differt, quòd simplici vtitur metro, quodque enarratio est: longitudine præterea, quoniam Tragœdiæ quidem intra vnius potissimum solis, vel paulò plus, minusue periodum actio est: quandoquidem Epopœia temporis spatio non vrgetur. B Videtur enim Aristoteles duo esse decernere, quibus inter se Tragœdia & Epopœia sunt similes: tria verò, in quibus dissimiles: Materia vtriB usque est similis, quoniam vtraque imitationem continet σπουδαίων, id est, rerum seriarum, & grauium: Forma item, quòd vtriusque imitatio metro constat.

Differunt autem 1. quia Epopœia vtitur metro ἁπλῷ, id est, simplici, nō tantum, quia solum adhibet hexametrum versum, Tragœdia etiam Iambicum, atq; alios: sed quia hæc ad versum modulationem adhibet soni, vt cantus, ac saltationem, quod non facit illa.

Deinde quia in Tragœdia eiusmodi est imitatio, quasi res nunc agatur: in Epopœia ἐπαγγελία, id est, narratio eius, quæ iam facta est, rei, de quo alio lib. nos.

Postremò, quoniam Tragœdia res, & actiones continet, quæ vnius diei spatio confici potuerunt: Epopœia longè ampliore continetur interuallo temporum, non dierum, & mensium modo, sed annorum etiam; cùm tamen olim non secus, atque in Epopœia liberior esset vsus temporis in Tragœdia, & in longius vno die C spatium produceretur: hoc enim illa verba significant, quando etiam in Tragœdiis hoc à principio fiebat, & in heroicis, siue hexametris, hoc est, in Epopœia. C

Et illud quidem Tragœdia suo iure postulabat, tum, quod natura sua non est multiplex, & diuersarum actionum, vt Epopœia: tum propter angustiam loci, quæ est scena, & personarum conditionem, quæ in theatro non plus esse possunt, quàm per duodecim horas, vel paulò amplius, ob ea quæ corpori sunt necessaria, cibum videlicet, potum, somnum, excretionem.

Ergò Terent. & Plaut. reprehensione digni fabulis aliquot suis actionem exhibentes vno die longiorem: quamquam non sit Epopœiæ D longitudo ita definita vt Tragœdiæ, longius tamen, ac diutius non debet Epicus proferre sermonem, quam sit verisimile potuisse aliquem vno cursu & spiritu recitare, aut populum commode audire, tot nempe horis, quot populo fuisset commodum auscultare eandem ob causam, quam de Tragœdia adduximus, postremam.

Atque hinc exortam suspicor Epici poematis tam prolixi partitionem in libros. Sic enim coniector poetas, siue Rhapsodos singulis diebus solitos librum vnum recitare, aut duos, aut paulò plures, mane vnum: alterum meridie: vesperi alterum; hoc enim mihi semper verisimilius est visum, quam, quod vulgò putatur, Aristarchum Gramm. huius fuisse diuisionis in Homeri libris auctorem. Nam hæc opinio prudentissimum Poetarum in hunc errorem coniicit, E sanè fœdum, vt 24. libros absq; vlla distinctione conscripserit, quasi vno cursu orationis, ac semel audiendos à populo, ab se recitandos, quod fieri nullo modo potest.

Non hoc ago tamen, vt credatur viginti quatuor libris suum Poema Homerum diuisisse: sed hoc affirmo, necessariò illum certo aliquo distribuisse partitionis genere, atq; ordinis: qui libri postea confusi inter exscribendum in eam fuerint ab Aristarcho formam, ac seriem restituti, qua nunc leguntur.

Quamquam homo acutus malè in Vlixea partitus est Vlixis narrationem de suis errorib. coram Alcinoo in 4. libros, quam vna nocte Homerus fingit confecisse, cum partitio indicet factam 4. noctium interuallo, & vnius tamen spatio tota illa narratio potuit expleri: aut redarguendus Homerus vnius noctis inducens narrationem, ad quam nox vna non erat satis. F

Atque ex hac Aristarchi partitione Virgil. summus licet Poeta, videtur lapsus, cum narrationem Aeneæ apud Didonem duobus libris sit complexus vnica nocte habitam: Lapsus item Plato fingens Dialogos de rep. tam prolixos vnica spatio noctis absolui, quæ vix possent solidis quatuor, continuisq; diebus prælegi: errauit item in eo, quòd rem in libros diuisit, quam tam breui vnius noctis interuallo finiri posse existimabat.

Reprehensus Aristoph. Glossographus in voce ἐπίρρημα quæ equorum apud Græcos, & rerum aliarum stigmata.

CAPVT XVII.

A CERTAM comœdiæ partem Græci nominant Epirrhema, aduerbium latinè possumus reddere, vt quæ orationis pars dicitur in Grammatica. Erat verò vna ex septem παραβάσεως partibus, vt Pollux est auctor libr. 4. constabatque Tetrametris, & vt explicatius Schol. Aristoph. Neb: ait, ex versibus Trochaicis, tetrametris, catalecticis, quæ antistropho succedebat, seu strophe, cui mox apponebatur ἀντεπίρρημα, quòd Cæsar Scal. lib. 1. Poët. cap. 9. non amplius sedecim versibus constitisse ex lege tradit: sed auctum ab Aristo-
B phane numerum, in qua parte ipsi actores, cùm à proposita materia diuertissent, spectatores alloquebantur.

Sunt qui Latinorum diuerbium esse putarerunt: in quo sanè falluntur, siue diuerbium sit, vt vult Seruius, pars comœdiæ t. Protasis, hoc est, actus primus. In quo tamen errorem agnosce Seruij: Nam neutrum eorum solo primo actu locum habet. tum quia illud epirrhema veteris proprium erat comœdiæ, Diuerbium aut nouæ, aut saltem mediæ: via enim apud Latinos vsus fuit veteris comœdiæ.

Erat ergò diuerbium, quod, à solis Histrionibus pronunciabatur, Diomede auctore, vt Canticum, vbi vnus modo loquitur. Cælius de his copiosius lib. 9. cap. 7. & lib. 8. cap. 6. ex antiquis Grammaticis, vbi quod Antepirrhemati tribuit Scal. ipse assignat epirrhemati.

Qui putant Diuerbium notabiles habuisse sententias, auctorem videntur habere. T. Liuium
C ita lib. 7. loquentem. Cùm ludorum scenicorum originem exponit. inde ad manum cantari Histrionibus ceptum, Diuerbiaque tantum ipsorum voci relicta. his enim verbis Liuius histriones videtur appellare eos tantum, qui canerent non qui item saltarent, aut tibias inflarent: quasi intelligendum sit in Canticis rem actam esse tibiis, saltu, versu: In Diuerbiis autem versu tantummodo, quod veteres Latini alta voce dixerunt: cùm verò ad manum ait, intelligo sibi mutuo manus porreaisse histriones inter cantandum: non vt plerique exponunt, coram, & in promptu,

Dicam planius. Olim comœdiarum fuisse etiam choros, vt Tragœdiarum, ac similium poëseon dramaticarum: quorum duplex erat pars; vna ᾄδων, siue παράβασις: altera nominata στάσιμον: Illa in motu erat; hæc constabat quiete. Priorem nomines licet transitionem, siue transitum: confecta enim prima fabulæ parte è scena discedebant histriones, ac ne vacua esset, & ociosè populus sederet, Chorus ad eum conuersus loquebatur, vel de se ipso actor Poëta, vel de negotiis, quæ è re forent populi.

Ita hæc Parabasis cantiuncula, commatio, stropha, antistropha, epirrhemate, antepirrhemate, anapæstis conficiebatur, vt in fragmentis legimus Platonij in Aristophan. prolegomenis Græcis, quo Pollux lib. 3. clarius omissa cantiuncula, id est, μελῳδεῖν, & nominata altera parte, hoc est, μακρῷ, quæ tam breuis erat cantiuncula, vt potius esset nominanda μικρόν. Verum tametsi pau- E
cis contineretur versiculis, vno tamen erat spiritu enuncianda, quæ causa est, cur à Gloss. Arist. Neb. appelletur πνῖγος, id est, suffocatio.

Omnium clarissimè hic eodem loco, quid Parabasis sit exponit, quibus, & quot partibus constet, est enim, inquit, cùm mouetur de statu chorus, quem ante seruabat, & populum respiciens eum alloquitur, & poëtæ refert personam.

Eius septem formæ, tres simplices, quatuor ad aliud κατὰ σχέσιν. tres primæ sunt commation, parabasis, siue anapæstus, quod frequens in ea hic pes, aut versus, tertia longum, quatuor reliquæ, strophe, antistrophe, epirrhema, antiepirthema: sibi mutuo respondent, & versibus, & F
membris: similis enim stropha antistrophæ, & antepirrhemati epirrhema, ostendit hoc vocula ἀντί: & sunt, qui ᾠδὴ & ἀντῳδὴ adiungunt, quæ & se mutuò respiciunt.

Commation dictum à versuum paucitate, & præludium erat παραβάσεως: vix enim tribus, quatuorue conficiebatur versibus. De aliis duabus simplicibus nihil est, quod amplius dicam.

In quatuor relatiuis hoc notandum, solitum interponi inter stropham, & antistropham, aut post hanc epirrhema, & respondebat vltimę chori parti, hoc est, antepirrhemati; & epirrhema quidem loco esse in comediis Epodij Lyricorũ putauit Hesych, & idem Glossographus, ita vt C
quasi appendix fuerit strophæ epirrhema, & antistrophæ antepirrhema, & versibus constabat tetrametris epirrhema, qui bus populum chorus alloquebatur monens inuitans, laudans, reprehendens, &c. Exemplum ex Aristoph. Suidas producit.

Adde hac Linij oratione significari olim cantica nominata, eas fabulas, id est, comœdias ridiculas, quas vnus tantum recitaret histrio: Diuerbia verò, quas plures agerent: Nam de canticis id apertè Diomedes tradit.

Itaque poterat esse comœdia vniuersa absq; Diuerbiis: successione autem ac progressu temporis adiuncta fuerunt diuerbia: Et sanè maior ea ipsis oblectatio erat populi. Cùm tamē seculis recentioribus ab vno eodemque comœdia H
tota, non acta, sed recitata legatur in Plinij epist.

lib.

lib.7.epist.ad Nonium Celerem,& lib. 4. epist. 3.
ad Aristonem & lib.8.epist.21.ad Arrianum.

In ratione autem vocabuli Epirrhema mihi
cum Schol. non conuenit deducente à verbo
παρρέοντος, quod tanquam surrepat rursum cho-
rus ad spectatores, & vtilia quædam ipsis det
consilia, vel mordeat improbos, quæ si vera esset
notatio, non παρρῆμα dicendum fuerat, sed ἐπίρ-
ῥημα: à ῥέω n. fit ῥῆμα, in pasiuo ἐῤῥήμενος, ex quo
etiam ἐπιῤῥεπὴς, id est. decliuis, ac propensus. de-
riuatio igitur est à nomine ῥῆμα, quod verbum
significat, & à verbo antiquo ῥέω & pasiuo
præterito vsitato ἔῤῥημαι deducitur.

Vt ergo pars orationis quædam, hoc est, ad-
I uerbium Græcis est ἐπίῤῥημα, & Apoll. explicat.
διὰ τὸ μετὰ τὸ ῥῆμα φέρεσθαι, id est, quod post verbum
collocetur: sic & in Comœdia, quod post mul-
ta alia verba ponatur, vt insignior cæteris pars,
vtiliorque: Constat enim vitæ rectè instituendæ
præceptis, & acri vitiorum insectatione, sine, vt
paulo post ipse Schol. significat, quòd ad ea, quæ
antedixerat, & ad laudationem reuertatur deo-
rum. Diximus enim, inquit, in Choricis fieri
strophas, & antistrophos, & epodos, quæ aliqui
vocant Epirrhemata. Igitur hic antistrophon
induxit Poëta tanquam rediens, seu conuersus
ad prius canticum, vnde aditus ad Epirrhema:
K tametsi hæc potius est ratio ἀντῳδῆς, & ἀντιστροφῆς,
vt apparebit scholiastem attente legenti.

Equi Græcis olim dicti Coppatiæ, nam prisca
eorum lingua Coppa dicebatur Cappa. Erant
verò quorum in femoribus K inurebatur: item
Samphoræ, quibus inustum erat Σ, nam Dorica
dialecto Sam dicebant. A Eust. ad initium primi
Iliad. lib.

Eadem vocis origo traditur ab Aristoph. in-
terprete nub. qui tamen alio eiusdem Comœ-
diæ loco, & probat, & improbat hanc originem,
cum à cedendo, & cauando vngulis solo Cop-
patias affirmet dictos, ita de equo generoso 3.
AEn. cecinit Virg.

Stare loco nescit, &c.

Et 8.

Quadrupedante putrem sonitu quatit vngula
campum.

Quanquam, hoc est communius. Scribit tamen
hoc postremo loco μετὰ τοῦ χαράγματος, quæ pri-
ma est, & verissima, & sola nominis ratio. Di-
L citur etiam qui Σ habet inscriptum ab eodem
Schol. σαμφόρας: sed prima appellatio apud
Athen. & Eustath. sola est. Inuri vero solitos hoc
modo equos olim, vt & nunc, indicat illud Ana-
creontis initio cuiusdam suæ cantillenæ. Equi
solent inustum Coxis habere signum. B

Dictus eadem ratione Equus κοππαφόρος, &
generosi erat ferè signum, vt notat Lexicon ve-
tus: quam verè, ignoro. Neque ex Aristoph.
colligitur, neque Athen. nec Eustath. docent. Su-
spicatus est fortasse ex Luciani verbis auctor Le-
xici, quod post equum Medum, & Centauridem,
Cappophorum nominat. Certum verò est Thes-
salorum, & Centaurorum generosos fuisse e-
quos.

Nec omittam solitas item aliis rebus inscribi, M
aut imprimi literas, vt apud Lacedæmonios im-
primebatur prima eorum nominis litera Λ Cly-
peis ipsorum: apud Messenios M. & apud Xe-
noph. littera Σ. quare Eupolis apud Eustath. τὰ
λάμβδα numero multitudinis pro Clypeis dixit;
Obstupui enim videns fulgentia Lambda, id est,
scuta. C

Reperitur item littera X in Atheniensium nu-
mismatibus adulterinis in odium Chiorum, qui-
bus erant infensissimi, quod propterea κίβδηλον
appellabatur. vt Schol. Aristoph. & Suidas vo-
lunt: quòd à Chiis damnum accepissent: Verum
dicendum id fuerat per X, non per K. nam & Cij
sunt, & Cei, ex Ceo, vel Cio insula.

Melius Etymon, & magis consentaneum si-
gnificationi, quam tradit Hesychius à voce κίβ-
δηλος, quæ scoria est, & fæx metallorum igne ex-
coctorum: quæ item vox ducta à κίβδης, id est, lu-
to, siue excremento metallorum: ac si verum nō
sit metallum nummus κίβδηλος, id est, adulteri- N
nus: & vniuersè Pamphylij rem falsam, nec pro-
batam hoc nomine afficiunt, ex quo more du-
ctum verbum χιάζειν, quod est vt spurium nota-
re: ad alia item significanda translatum. Quod
verò Suidas interpretatur, ἀπὸ τοῦ κεύθειν τὸ δῆλον
celate manifestum, quia quod eminet, bonum
est: quod occultum, malum: nimis est sanè acu-
tum.

Ritus apud veteres Rom. diuortij explicatus, potissimum in restituenda dote: & quam variè donatio constaret.

CAPVT XVIII.

RES suas sibi habere vxori maritus di- A
cebat, cum eam à se diuortio remo-
uebat: Vxor marito claues remitte-
bat. Formula hæc erat Romani di-
uortij, & quidem, vt Cicer. indicat 2. Phil. ex duo-
decim tab. prioris partis meminit ibidem Cice-
ro, posterioris Tertull. exhort. ad Cast. cap. 12. &
B. Ambrosius epist. 65. ad Syagrium. Mulier, in-
quit, offensa, claues, remisit, domum reuertit:
vtroque titu significabatur, priore quidem do-
tem statim reddi: posteriore, familiæ curam re-
signari. Obserua tamen, in priore, cum dos erat
pecuniaria: triennium dabatur ad totam re-
stituendam.

Vlpianus in Fragm. vel tit. Dos si pondere, nu-
mero, mensura contineatur, annua, bima, trima
die reddetur, nisi si, vt præsens reddatur, conue-
nerit: quæ dos pecunia non est, statim redditur:
idem in Pand. lib. de do. præleg. dotem, inquit,

annua die præstari; tametsi illud annua die potius est Triboniani ius accommodantis ad constitutionem Iustiniani, cum Vlp. scripserit, annua, bima, trima die. quod legitimum vocat tempus l.24. §.3. solut.matrim. & statutum legibus tempus dicitur. l.17. de pact. dot. sed Iustin. antiquo iure sublato l. vlt. c. de pact. conuent. voluitrem dotalem, si mobilis, vel incorporalis sit, annua die reddi: immobilem autem statim post dissolutum matrimonium; quod si mora fiat, vsuras trientes, fructusue dependi.

Quanquam veteres Athenienses multò fuerunt duriores, vt ex orationibus Demosthen. apparet, qui sesqui drachmalem vsuram dotis sua die non redditæ ex præscripto legis Solonis exigebant.

Apud Rom. quoque Cic. ætate, quod apparet ex eius epist. ad Att. Dos certis pensionibus diuisim reddebatur. an hoc fuerit X I I. tab. lege cautum, id est, vt dos annua, bima, trima die solueretur, dubitat Franc. Balduinus in suo Iustin. affirmant alij: certè Cic. nullius in ea re legis meminit.

Annua verò, bima, trima die nihil est aliud, quam primo, secundo, tertio anno: siue anno, biennio, triennio: vt enim l.3.§ Stichus de statutis dicitur, annua, bima, trima die, dicitur anno, biennio, triennio. l. 4. §. de manum. testam. dies enim pro tempore ponitur, vt annua dies sit annuum tempus, hoc est, annus. Sic & l.19. de pact. dot. scriptum est, patrem pro filia dotem ita promisisse, vt annua, bima, trima, quadtima die, quinto anno eam daret, &c.

Sic id, quod soluendum erat annua, bima, trima die tribus æquis annuis pensionibus soluebatur: vt & Vlp. l 3. de ann. leg. interpretatur, dena per singulos annos deberi, si triginta legata sint annua, bima, trima die, quæ legandi formula in lib. l. C. est vulgaris. Aphtic. l. 4 de dot. præl. & Vlp. l.30 de leg. lib. 1. vulgarem hanc nominat clausulam, qua s pecunias legaui, quibus dies appositus non est, eas heres meus annua, bima, trima die dato.

Veteres item Romani donationem proprie appellabant, vbi ipsa quoque rei traditio, dationque accesserat: nam & Cic. in Top. scribit, non posse donationem intelligi absque acceptione. Et Paul. l.35. §.1. de don. caus. mort. ait donationem exemplo Græcorum dictam esse à dono & datione.

Plin. lib.35. cap.3. Græcos antiquos narrat δῶρον appellare palmam, & ideo δῶρα vocasse munera, quia manu darentur. Vitruuius lib.2. cap.3. contra videtur sentire. δῶρον autem, inquit, Græci appellant Palmum. quòd munerum datio Græcè δῶρον appellatur: id autem semper geritur per manus palmum, id quod est quoquo versus: quare incessit animum suspicio ne in verbis Pauli citatis legendum sit pro dono duro. Sed imperfecta est illa donatio, quæ in promissione consistit, & quam traditio nondum implenit, de qua Lex est Iustin. 35. C. de donat. quam laudat in instit. de donat. & 162. nouella, in quam donationem argutè sanè, atque eleganter Mart. aliquando lusit lib. epigr. 10. epigram. 16.

Si donare vocas promittere, nec dare, Cai,
Vincam te donis, muneribusq; meis.

Quare ne quis illude e hoc modo cuiquam posset, Iureconsultis placuit stipulatione saltem, sicuti traditione, confirmari donationem, hoc est, si quis donandi causa stipulanti promiserit, omninò teneri, & obligari vt det: nam ex nuda pollicitatione aliquem teneri ius Quiritium non erat: non enim agi ex nudo pacto patiebatur.

Sanè cum sept. Seuerus Imper. donationes inter virum & vxorem morte confirmari statuisset: Papinianus iudicauit id tantum intelligi de donationibus rerum, hoc est, quæ traditione perfectæ: neque putauit si stipulanti vxori maritus donare promisisset, hæredem mariti posse conueniri l.24. de donat. inter vi. & vx.

Sed paulo post aliter videtur placuisse: nam Vlpian. refert Antonini, qui Seueri filius fuit, orationem de confirmandis donationibus pertinere ad omnes donationes, vt vel ipso iure fiant res eius, cui donatæ sunt, vel obligatio sit ciuilis. l.32. de donat. inter vi. & vxo. Ciuilem vocat obligationem ex stipulatione donandi causa factam, sicut & eadem lege, & eodem titulo ait, si stipulata fuerit mulier annuum dari, morte mariti ex S.C. confirmare talem donationem: propterea adnotationem illam Papiniani Tribonianus ex punxit.

Cæsares vero, qui sunt consecuti, non videntur in stipulatione conquieuisse, hoc est, vt ex donatione, siue donandi promissione ciuilis esset obligatio: Et Constantinus quidem metuens, ne falsæ eius generis donationes confingerentur, aliam videtur adhiberi cautionem voluisse, hoc est, vt donationes interueniente actorum testificatione; (sic enim loquitur) conficerentur l. lata. C. de donatio. Theodos. deinceps expressit, & si sine scripto donarum quid fuerit posse quod geritur adhibitis aliis idoneis documentis comprobari. l. extraneos. C. de donat.

Cum tamen Iustinianus, licet actorum obseruationem non omnino reiiciat, præsertim vbi donatio est magna, stipulationem hic non esse necessariam decernat: itaque ex nudo etiam pacto donationis, obligationem contrahi significat, & quodammodo refert donationem inter contractus iuris gentium, qui proprium nomen habent, & ex sola conuentione tribuunt actionem. Constat hoc ex eius Instit. nam quod de retentione vsufructus, quæ vim traditionis hic habet, tantum est ex lege Theodosij 28. C. de donat.

Iusti-

Iustinianus l. 84. C. de donat. Principem donare patitur quantumlibet, & Principi priuatos liberè, & sine insinuatione donare posse nou. 52. absurdum tamen iudicat, non eodem iure censeri vtrumq; donationis genus, hoc est, siue ipse Princeps donet, siue ipse donetur: quantum tamen intersit, facile quisque intelligit: Consule cuiusdam I.C. commentarium recentem. verb. iuris, vet. donum, donatio, dos, ex quo nonnulla hic difficilia facilius capias.

Cerebrum non esse medullam: conuenire plantis: Ceruicalis Græcè, & Latinè vsus idem: verbi inclinare quanta in vtraq; lingua similitudo.

CAPVT XIX.

A Ἐγκέφαλον cerebrum Græci nominant, vt in capite contentum, non hominis tantum, sed aliorum etiam animantium. Ruf. Ephes. non minimi nominis medicus, quæ in Cranio est medullam ita nominat, & sæpe ἐγκέφαλος dicit, subandiens μυελὸς, quasi vox prior sit adiectiua.

Atque hoc indicat Sophocles apud Athenæum lib. 2. cap. 27. vbi ex Apollodoro docet, turpe fuisse, si quis ἐγκέφαλον nominaret. albam medullam huic in comæ medio tigat. A Narrat videlicet in Tracbin. quomodo Hercules Licham in mare præcipitem dederit, scopuloque illiserit: vt & Hecuba apud Eurip. Astyanacta deplorans à Græcis illisum muro, vbi ridet ossibus fractis
B cædes, ne turpia dicam, B id quod Probl. 9. lib. Symp. 8. confirmat Plutarchus cum tradit execrabile esse cerebrum comedere.

Homerus tamen Il. 3. Vlix. 10. & sæpè alias liber ab hac superstitione disertè nominat, & Virg. 8. AEn.

—Atq; arma cruenta cerebro.
Sternit humi moriens—

Et Eurip. Cyclope. Dispersit cerebrum: quare & Latini pro cerebro medullam vsurparunt: vt lib. Achill. 1. Statius canens Leonum cerebro Achillem à Chirone pastum

—Sed spissa Leonum
Viscera, semianimesq; bibens traxisse medullas
Hac mihi prima Ceres—

Sic Atlas Rogerium enutriuit fabulatore Areosto Cantu. 7.

Di midolle gia d' Orsi, & di Leoni
C *Ti porsi io dunq; li primi alimenti.*

De Achille repetit Apollodorus 3. bibl. lib. Aristoteli non placet cerebrum esse medullam lib. 2. cap. 7. de partibus animalium. Et Plin. cap. 37. lib. 11. cerebrum aliud esse, quàm medullam, inquit, eruditi docent: addit caussam, quoniam coquendo durescat. Licet medullæ esse principium dicatur à nonnullis: certè ab ossium medulla valde differt, quia neque liquefieri, neque absumi potest, vt medulla: Cerebrum item est frigidum, medulla calida.

Ego medullam rhachitem, siue dorsi spinæ eiusdem esse, atque cerebrum naturæ puto, vt quę immediatè à cerebro defluat, quæ neque vilius vi liquescit ignis, vt cerebrum, contra quam medulla ossium facit, quæ calore, non minus, quam adeps dissipatur, &c. Vide Fernel. cap. 15. lib. 1. de part. hum. corp. Dixi autem defluere à D
cerebro, cerebellum intelligens, videlicet medullam, siue quid medullæ simile in occipite; quod durius est, & magis siccũ cerebro, de quo idem eiusdem libri cap. 9. Cerebrum igitur non est medulla.

Vt verò stupidum, aut stultum Itali dicunt che hà il capo, ò il ceruello ne i calcagni. Sic Plut. lib. de defectu oraculorum dixit, ἐν ταῖς πτέρναις τὸν ἐγκέφαλον φοροῦντα, vt nos andar fuori di ceruello. Aristoph. Neb. Cerebro emoto mihi videris esse, τὸν ἐγκέφαλον σεσεῖσθαί μοι δοκεῖς.

De plantis etiam cerebrum dicitur, earum scilicet medulla, vt palmæ medullam, quam Dioscorid. vocat lib. 1. cap. 151. φοίνικος ἐγκέφαλον interpretatur Gal. palmæ cerebrum, hoc est, cacumẽ, seu verticem, lib. 2. de alim. quo ablato palmam sterilescere Plin. tradit lib. 17. cap. 24. & cerebrum appellat lib. 13. c. 4. vt & Theophr. lib. de plantis, E
cum abstulerint quod supra est, in quo cerebrũ, C quod Eust. nominat summam, & supremam arboris partem prædulcem, & gustatu suauissimã, D sed dolorem capiti adferentem. Vide illum lib. 2. 8. & 9. Il. Qua ratione & ἐγκέφαλον dicitur, hoc est, ἐντὸς τῆς κεφαλῆς intra caput. Xenophon autẽ omnino scribit arefieri. Nicander item in Georg. sic appellat apud Athenæum lib. 2. ad finem.

Ex quo rectè inscitiam cuiusdam auditoris sui M.A. Muretus irridet lib. 13. var. lect. c. 12. existimantis cerebrum Phœnicis, id est, palmæ arboris, intelligi de Phœnice vna in toto orbe aue, vt vetus item accepit interpres, & nouus alter: tametsi Plin. lib. 13. cap. 4. in hoc similem esse vtramque Phœnicem & animal & arborem prodit, quod vtraque emoriatur, ac renascatur ex F
seipsa.

Vt Græci προσκεφάλαιον, hoc est, ceruical, seu puluinar, quod scilicet capiti decumbentis supponitur, ita impropriè nominant, quod sedentibus item subiicitur. Plato. 1. de rep. sedebat autem coronatus super quodam ceruicali, & curru. E eodem planè modo Latini. Cicer. epist. fam. lib. 9. epist. 18. Eam puluinus sequetur: adferri iussit puluinos, & omnes in suis sedibus sederunt. Iuuen. Sat. 6.

Conducit comites sellam, ceruical—

Id est, il Cussino. Magna quoque similitudo inter verbum inclinare Latinum, & κλίνειν Græcũ, ac tanta, vt illud ex hoc ductũ fuerit: quod etiam

de phrasibus, seu loquendi modis est putandũ.
G Et nullum fortasse verbum Latinum Græco similius. Ecce tibi proportionem: κλίνεσθαι Græcè, Latine reclinare Vlix. 17. Hom. Sedit autem in fraxinea via intra ianuas reclinatus ad limen Cupressinum. F Cæs. 6. lib. de bel. Gal. ad arbores se applicant, atque paulum modo reclinatæ quietem capiunt.

Inclinari à Latinis dicuntur acies & hostes, cum vincuntur, aut fugam capiunt. Sæpè T. Liu. In fugam inclinare: sic Græcis κλίνειν & ἐγκλίνειν, sed actiuè sæpè, vt Vlix. 9. & tunc Cicones profligarunt Achiuos G interpretatur Eust. ἐτρέψαν, & Schol. Il. 5. Troas verterunt in fugam Græci, H & Il. 13. quoniam vt inclinaret pugna inclitus fecerat terræ cõcussor, I quod Liuius diceret, vt acies incliner, vel perculsa inclinet.

Sed & forma Latina vtuntur item Græci. Xenophon. lib. 2. Hell. hi vero inclinarunt. & lib. 4. vt vero inclinarunt scutati, K & lib. 7. Inclina-
H bant, vel in fugam inclinabant, vt apud Greg. Theol. cum inclinarent, & terga verterent. L

Rursus, in alteram partem vergere, & ruinam minari: vt enim Cic. dixit res inclinata est, laboratur vehementer: Plin. In vitium inclinans: Ita Xenophon, in peius inclinat. M. Ita Aristides, res inclinarunt: vt Latini solem dicunt inclinare ac diem. Cic. 3. Tuscul. Inclinato iam in pomeridianum tempus die. T. Liu. li. 9. sol meridie se inclinault. Colum. lib. 8. c. 4 incipiente die, & iam in vesperum declinante: Ita Græci κλίνειν Lucæ 9. & 24. inclinata est iam dies. N Quod Plinius dixit
I lib. 25. c. 8. de plantagine caule anguloso in terram inclinato phrasim reddidit Dioscoridis lib. 2. cap. 115. O

Animi quoque inclinationem & propensionem voluntatis apud vtrosque significat. Demosth. Olymp. 1. ad socordiam non inclinauit. Alibi, inclinat ad pacem. P Cic. 3. lib. de fin. bon. & mal. ad Stoicos inclinar. lib. ad Att. 12. Inclinant ad hoc consilium meum adiunandum. Liu. lib. 3. Inclinarur ad pacem animus Plut. in Ceph. ad alicuius fortunam inclinare. Q Inniti Virg. AEn. 12.

—*Inte domus inclinata recumbit*,

Sen. vt nihil esset, vbi se dolor tuus inclinaret. Item. Il. 6. de AEnea. & Hectore, labor in nos potissimum Troianorum, & Lyciorum inclinatus est. R Ita quod Cicero dixit in Or. ad M. Brut. Impetum alicuius declinare Xenophon dixit hoc inclinare, pro declinare.

Item Stoicis, quam declinationem, & cautio-
K nem cum ratione Cicero vertit, est εὐλάβεια, εὔλογος nimirum ἔκκλισις: scil. hinc declinatio mali, periculi, à malo vsurpata à Cicerone, qui in Or. pro P. Sestio. paulũ declinare dixit, Græci παρεκκλίνειν. Sic accipitur etiam transitiuè, vt & Liu. accepit lib. 1. Si quo ego inde agmen declinare voluissem. Omitto sexcenta alia, quæ legendis per te scriptoribus obseruabis.

Quis vsus, & quæ figura vnguium ex veteribus Medicis, & Philosophis explicatum.

CAPVT XX.

ADMIRABILE naturæ ingenium, quo in digitorum humani corporis vnguibus fabricandis est vsa, Gal. ca. 7. lib. 1. de vsu partium sub oculos mirificè ponit, aitque vngues extremis digitis, vt munimenta, ac firmamenta apposuisse: neque enim digiti corpora duriora, quæ carnis repellunt naturam, vt mollia, absque vnguium præsidio, quiuissent apprehendere. A

Probat hoc signo, quoniam, qui vngues extremos digitos excedũt ἀλλήλοις συμπίπτουσιν, id est, in se mutuo concurrunt, siue excipiunt sese, neque paruam spinam, pilum, & eiusmodi res minutas queunt apprehendere; at qui ad extremã digitorum partem non pertingunt, ij manum reddunt inualidam ad apprehendendum. Cur autem? quia firmitate illa destituuntur: quamobrem iure statuit Hipp. vngues neque ὑπερέχειν, id est excedere, neque ἐλλείπειν, neque subesse debere summis digitis.

Qui Platonis sermonem, qui Timæus inscribitur, leget, sensisse eum facile intelliget digitos à natura fuisse vnguibus copertos, & extrema alia posse, pilis, & capillis aduersus incidentes iniurias: quapropter homines mox genitos nostri illi opifices vnguibus armauerunt. quem Magistrum sequutus Aristoteles lib. de part. an. & cau. earum 4. c. 10. cæteris quidem, inquit, animantibus natura dedit vngues ad alios vsus, hominibus operimenti tantũ gratia: digitos enim extremos & tegunt, & tuentur. Et ante lib. 2. c. 8. vnguium genus tactus gratia fuisse factum vna cum neruis cute. &c. testatur. B

Vt Galenum mirer, qui ansam captasse mihi iniustè videtur summi Philosophi reprehendendi c. 8. eiusdem libri, quòd cum munimenti causa factos scribat vngues, cuius tamen nõ scribat. quasi verò non satis fuerit dixisse extremos digitos cooperiunt, ac tuentur, at cõtra quas iniurias? sanè quilibet cognoscet etiam ἀμυντήριον cõ C tra eas, quæ possunt θλᾶν, id est contundere, & comprimere: & cum tactus causa vngues nos accepisse tradit, nonne aliam ipsorum vtilitaté, siue functionem expressit? Neque enim corpora omnia commodè sine vnguium adiumento complecteretur manus: ac nescio an etiam Platonem iniquius reprehendat, vt negligenter, & supine de vsu vnguium scribentem, cum præsertim singularis esset Hippocratis imitator.

Sanctus item Greg. Nyssenus, aut potius Nemesius c. postremo lib. de Philos. 4 extrema digitorum vnguibus firmari docet ad apprehensiones, & acceptiones rerum: in qua re declaranda

pluri-

plurima cougerit Petrus Aponus vulgo Conciliator iu tricato quodam oratiouis genere differentia 54.

Iam verò in forma vnguium explicanda uon
D cousentiunt omnes. Arist. 3. de bist. an. lib. ca. 10. hominem vuguibus esse rectis ait. Gal. cit. lib. c. 11. rotundis. Plin. lib. 11. c. 45. latis. hinc homiuis acuta definitio tradita à Plat. ioco excepta à Diogene, scribit enim lib. 6. Laërt. in Cyn. Diogene, cum definisset hominem Plato, Animal bipes implume, Diogenem in eius scholam peunis, ac pluma uudatum proiecisse Gallum gallinaceum, dixisseque bic est homo Platonis: Tum verò Platonem adiuuxisse defiuitioni, latis vnguibus.

Rectissimè omnes: Nam & lati suut, vt vult Plin. quis nou videat? & rotundi vt Gal. si latitu-
E dinis vnguium ratio babeatur, quæ nou est æqualis, & plana: & recti, vt Arist. si longitudiuem velis attendere, quam respexisse Philosopbum iude constat, quòd mox quasdam esse aduncis vnguibus animantes probat: iidem enim suut adunci, quoad longum: qui quoad latum suut rotundi.

Errare tamen videtur Plin. qui simias imbricatis esse vuguibus vult, bomines latis; nam bomiui etiam imbricari suut, hoc est, ad rotunditatem verguut: & propterea Gal. rotundos dixit: quem figuræ modum adiumenti plurimũ suuctiouibus vnguium adserre tradit. hoc est, ἀσφαλείας causa ex rotundæ figuræ natura: nam ea sola vix quidquam patitur, quod nullum babeat expositum angulum, qui frangi possit.

Quomodo verò, & quæ materia ad fabricandos vngues extrudatur à uatura declarat Hipp.
F lib. de carnibus, quem de priucipiis inscribi placuit aliis, hoc est, nou περὶ σαρκῶν, sed περὶ ἀρχῶν. cum ossa coustituuntur, inquit, quod pingue erat, facile exustum fuit: quod verò glutinosum, medio loco iuter vstum, & exsiccatum à calore in neruos, & mucum traductum fuit: in mucum quidem, quatenus euasit crassius eum fuit calefactum: & ex eo ipso producti vngues: eius enim pars humidissima ab ossibus, & articulis semper iu vugues foras transit, & exsiccata, atque aresacta calore glutinosa efficitur. Meo iudicio solida poterat dixisse solidus enim vnguis.

Ecce tibi materiam vnguium bumidum glutinosum à calore exsiccatum & aresactum ad extremas partes emissum.



Inter pulsare, & verberare quod discrimen: Metus etymon, & forma.

CAPVT XXI,



VETVS, ac doctus I. C. A. Ofilius, is, qui plurimos de iure ciuili couscripsit libros, l. 5 §. 1. D. de iuiur. Obser- A
uat hoc discrimen inter pulsare, & verberare, quòd verberare sit cum dolore cædere: Pulsare sine dolore. Amplectitur Vlp. l. Lex Cornelis §. 1. D. eodem, quæ obseruatio minimè est vera, si bonos Latinitatis auctores consulamus. Cic. act. 5. In Verr. videtis pendere alios ex arbore, pulsari & verberari. Act. 7. Sex lictores circumstant valentissimi, & ad pulsandos, verberandosque bomiues exercitatissimi. Virg. 5. AEn. De Entello cæstibus cum Darete certante. —*Pulsat, versatq; Dareta*
Quod sanè fieri uon porest absq; sensu doloris.

Melius Grammatici pulsare interpretantur B
graui, & vehementi ictu cedere, & pertundere, quod sine dolore nõ fit iu rebus sensum habentibus; tametsi neque vera semper est hæc explicatio illa: Nam & ligno si quem percutias, nec dolore tamẽ afficias, leuiter euim percutis, pulsas eum & iniuria est: & plerumque hæc duo cõfundi Lex etiam quarta docet §. si cum seruum. D. de bonorum rapt. Iutis consultum tamen I. C. Alciatus defendit lib. 4. de verb. sign. quoniam non absolutè, quid illa siguificarent exposuit, sed in ea lege.

Optimè Lau. Val. Verberare propriè est verbere, aut flagello cedere: pulsare cum graui, & vehementi ictu, vt pulsare sit communius, & non quoduis teli genus includat, vt longum. v. g. lan- C
ceam, pilũ, hastã, sed breuius, vt malleũ, pugnos, siue etiam scipionem, & neque hoc coustans est.

Quod autem idem lib. 5. eleg. cap. 47. notat plerumque pulsatiouem fieri in facie, uec propriè pulsatum aliquem dici, qui semel pugno percussus sit: vereor vt sit verũ. Nec verius quod auctor noui commentarij verborum iuris obseruauit vt verberare proprium sit virgarum, & flagrorum: pulsare generalius, & ad quoduis teli pertineat geuus, siue gladiis, siue lapidibus quis vsus esse dicitur, quod mihi tamen impropriè videtur dictum.

Metus argutè à I. C. Scaligero exerc. 312. qui vir omni genere doctrinæ cuilibet veterum cõferendus, à verbo Græco μεθίεται, quod amittere significat, aut dimittere, deducitur; amittitur enim, inquit, cõstantia, & abiicitur consilium, & quid aliud est metus, q̃ animi demissio propter futuri expectatiouem mali? nam & Vlp. definit de instanti vel futuro periculo trepidationem mentis: Et Cic. Tusc. 4. opiuionem impendentis mali, vt ægritudo est futuri.

Hinc illæ phraſes, Debilitatus, fractus metu: & ſub metum præter alia pigritia & pudor ſubiunguntur: actiue autem ſumitur & paſsiue à Quinctil.lib.6.c.3. Metum,inquit,duplicē intelligi volo,quem patimur, & quem facimus.

Tot eius formæ, ſi amplè, & vniuersè loquamur,quot modis incutitur metus. Et eadē fermè Ethici tradunt de eo Iuriſprudentes, ac Theologi, ſed more quiſque ſuo, vt diuerſa videantur. Omnes tamen modi reuocantur ad quinque.

E Primus eſt Minarum, qui non parit vllā actionem, vt cum forenſibus loquar.

Secundus eſt facti, quando quis periclitatur de ſalute, corporiſue cruciatu, qui cadit, vt loquuntur ſcholæ, in conſtantem virum. hoc eſt, quo vel commoueretur vir aliquis inſigniter conſtans, & fortis.

Tertius potentię,qui videlicet infertur à Principe, Magiſtratu, omnino ab eo, qui præeſt.

Quartus reuerentiæ,ſiue obſeruantiæ,quo libertus timet Patronum,filius Patrem, vxor maritum.

Quintus perfidiæ, cum quis promouetur ab alio,& iuuatur,quia eius timet perfidiam. Quod egregie declarat nonus iuris interpres in tit. Inſtit.de Actio.§.quadrupli.Corn. Fronto. metus, inquit, motus eſt animi, iudicat à monendo dictum: ac ſi non eſſent reliquæ animi perturbationes,etiam motus,à Varrone tamen dicit.

Mos veterum in dolore ſe feriendi illuſtratus: Duo modi Salluſtij loquendi explicati.

CAPVT XXII.

A CVm vehementer antiqui dolerent,ac lamentarentur, eumq; dolorem teſtatum eſſe cæteris vellent, frontem, femurq; ſolebant ferire, ſed & manus inter ſe complodere, & ſe totos capite, pectore,facie percutere: huiuſmodi planctū Græcia vſitatum fuiſſe vox docet vna κόμμον, quę pars erat chori Tragici, cū hiſtriones ipſi, & qui chorum, id eſt, cantorum gregem efficiunt, conueniunt in graui aliquo caſu deplorando, qualis eſt in Eurip. Andromacha poſt nuntium cædis Neoptolemi,& poſt varium, ac multiplicem luctum delati cadaueris vſque ad Thetidis aduentum: & in Aiace Soph. poſt inuentum ipſius cadauer, vſque ad Menelai interuentum.

B Franc.Robor.vir ſanè doctus, quem ego ſæpè audiui Patauij Cicer.& Ariſt.libros enarrantem; hic ergo adducit ex Oedipo Tyranno Soph. exemplum, vbi chorus non conſolatur Oedipum, ſed vna cum eo luget vehementiſsime;neq; enim acerbiſsima ipſius calamitas, vllū ſolatij genus admittebat,cum tamen chori ſit officiū, inquit, miſeros ſolari: ſed hæc ſumma eſt ars ab artis pręceptis, cum res poſtular, declinare.

Hunc ergo luctum vocat Ariſt. κόμμον καὶ θρῆνον: A vtrumq; enim video vſurpari. Sanè ducta vox à verbo κόπτειν,quod eſt plangere,hoc eſt, lugēdo ſe ferire.lamentationibus proſequi.& plangore. ex hoc more Troad. Eurip. cum Andromacha narrat Hecubæ ſe Polyxenę, ad Achillis buſtum mactatæ corpus vidiſſe,veſtimentis operuiſſe, & lamentis proſecutam fuiſſe. B

Sic Luc. de ſacriſ. lamentatur victimam, & circumſtantes plangunt iam occiſam, C qui locus mihi non malè produci videtur in hunc morē, cum interpretis quidē iudicio omnium irriſor Luc. deorum ſacrificia irridens,& mortales ipſis deditos narret hos victimam luctu proſequi, & lamentatione, cum mactanda eſt: mactatæ verò mox circumſtantes membra laniant: nam ſi hoc voluiſſet ſcriptor indicare non κόπτονται dixiſſet, quod eſt plangunt, & ſe plangendo feriunt, ac tundunt,ſic enim paſsiuè ſumitur: Potius actiuè κόπτουσι dixiſſet,membra ſecant, ac dilaniant. C

Capitur argumentum eius,quod dico ex Diodoro, qui de AEgypt. ſacris loquens, vt hic Lucianus, eorum planctus & lamentationes poſt victimas narrat. D Confirmo Euſtathij Teſtimonio ad illum locum Homeri Il. antepenult. caput autem hic pulſabat manibus in altum attollens, valde autem gemens ibat. E Κόψατο, inquit, στενάζων & in ſequentem librum, κόψατο paſsiue dicitur de lamentatione, vnde ὁ κομμὸς planctus eiulatus. D

Vſitatum fuiſſe hunc Græcis morem, illud demonſtrat, quod ſcribit Plut. in Solone ſuſtuliſſe eum lacerationes plangentium, ploratum excitantis,& eiulatum in aliorum funeribus,& fuiſſe antiquiſsimum etiam Phrygiis indicat Hom. Il. antepen. lib. canens matrem Hectoris Hecubam plangoribus miſcuiſſe omnia, eiuſque nurum Andromachen vna cum cæteris mulieribus Phrygiis, cum Hectoris cadauer ad Græcorum naues raptaretur. F Ariſtoph. Pluto innuit ſuo tempore manſiſſe, vt vana fuerit Lex Solonis. E

Eundem Perſis tribuit Xenopho 7. Pæd. Cyri lib. Cyrus percuſsit femur his auditis: E his, atque aliiſque Gentibus Herodotus frequenter, vt feriunt libenter frontem, & immenſa lamentatione vtuntur.

Hinc Cic. 3. Tuſc. ex hac opinione ſunt, inquit, illa varia, & deteſtabilia genera lugendi, Pedores, muliebres lacerationes genarum, pectoris, feminum, capitis percuſsiones. Et 1. epiſt. lib. 1. ad Att. aut riſiſſe, aut ingemuiſſe, vt frontem ferias. Et alibi, plangoribus, & clamoribus complere forum, quę varie noſtri Latini Poëtæ exprimunt, vt Virg. 2. AEn.

Penituſq; caua plangoribus ædes F
Femineis vlulant—

Et 11. AEn: Pectora tundere manu. AEn. 1. tundere palmis. Ouid. modo pectus manu percutere: modo ferire manu: modo plangere, ferire. Papin. Stat. ſæpe vt:

—Plan-

—plangunt sua damna coloni.

Et carmine plangere, funera plangere, ingentes pectore iterare plãctus. Sen. Trag. Femineo cum planctu mistus clamor. Iterum, ferite palmis pectora, & planctus date. Et sæpe alij poëtæ.

Familiarem & in Italia fuisse hunc morem, tum, quę scripsimus, ostendunt, tum illud, quod scribit Tacitus lib. 19. hist. de T. Appio Flauiano, quem ad exitium seditiosi milites postulabant. Nec defensioni locus, quamquam supplices manus tenderet, humi plerumq; stratus, lacera veste, pectus, atque ora singultu quatiens.

G Quod verò Cic. in Bruto Oratores laudat, qui frontē ferirent, & reprehendit Fab. lib. Or. instit. 11. cap. 3. longissimo, quòd sit magis Scenicum, quàm Oratorium, & quod idem Cicero ibidem de actione Oratoris frigida, non frons percussa, non femur, alio spectat, & ex hoc tamen pendet more. Hebræis quoque mos vsitatus, vt locus ille Tertul. &c. indicat de pœnitente percussi femur meum.

Sed caue tibi ne fallaris vocis κομμὸν similitudine, est enim & κομμὸς, qui in exquisito, & nimium ornato, fucatoque cultu Mangonum ac Meretricum proprio consistit, quæ & κομμῶτες dicuntur: est & qui à κόμμι, id est, gumi appellatur, quæ & κόμμωσις dicitur, & significat vnctionem Meliturgorum, vt ait Var. siue Mellariorum lib. 3. H de re rust. cap. 16. ad quam allusit Virg. eximia illa apum laborantium ad mel effingendum 4. Georg. lib. descriptione

—pars intra septa domorum
Narcissi lacrimam, & lentum de cortice gluten
Prima fauis ponunt fundamina, deinde tenaces
Suspendunt ceras—

Gummitionem appellauit lib. 11. cap. 50. Colum. Plin. lib. 11. cap 7. Commosin. Aristot. lib. hist. an. ca. 40. κόμμωσιν, vnde sua decerpsit omnia Plinius. κηρίον quoque Arist. vocat, nigerrimum, quasi ceræ sedimentum odore grauiusculum. G tectorium opus legisset Adr. Turn. lib. Aduers. 23. cap. 13. nisi monitus fuisset ab Hesychio interpretante κωνῶσαι pice inficere, & citeum circa linere, & mortem dicunt πισσοκώνητον, cum quempiam pice inungentes igne cremant.

I Vt peculiarem loquendi morem Horatij M. Anton. Muret. obseruat Var. lect. lib. 12. cap. 12. ex Græco ductum amicum esse Diis & similes, pro deos capere, nec solus tamen Horatius vsurpauit, sed & Sallust. & Quintil. notauit lib. 9. cap. 3. ita enim Salust. in bello Iugurt. Multitudo, quæ in concione aderat, vehementer accensa, terrebat enim clamore, cultu, impetu, atque aliis omnibus, quæ ira fieri amat. Græcismus est, pro quę ab irato fieri solent, siue ad quæ ira impellit. Et in lib. hist. Vulgus amat fieri, qui locus à Quinctil. citatur.

K Est & apud eundem nominis Serum, occulta quædam notio, quam Seruius adnotauit, in lib. 5. & 6. Aneid. Serum est graue, vt

Seraq; terrifico cecinerunt omine vates.

Item Serum est triste.

Distulit in seram commissa piacula mortem.

Vtrobique probat hoc Salustij loco in lib. hist. Serum bellum in angustius futurum. Posteriore tamen Virg. loco significari hoc suspicor quod nos Itali dicimus, peccato vecchio, penitenta noua.

Qui iactus in Tesseris fortunati, qui aduersi: Arguta notio vocis πίναξ.

CAPVT XXIII.

IN Tesserarũ ludo apud veteres Grę- A cos & Romanos descripti habebatur numeri 1. 2. 3. 4 5. 6. &c. cum in talis, siue astragalis locum subirent numerorum figuræ. figuræ hæ reperiuntur, Midas, Vulturnus, Hercules, Venus, Canis, Asinus, B Stesichori signum, Chius, Cous, Euripidis signum. Numeros vsque ad 40. peruenisse compertio. Vnio, siue vnitas, asinus, id est, ὄνος dicta, numerus erat infelicissimus: de hoc ludo 2. de art. am. Ouid.

Seu ludet, numerosq; manu iactabit eburnos,
Tu malè iactato, tu bene iacta dato.
Seu iacies talos, victam ne pœna sequatur
Damnosi facito stent tibi sæpe canes.

Vt Canis & Chius, siue Chias appositus apud C Pollucem lib. 9. cap. 7. qui malè Colias ab Alex. Neapol. dicitur, Cous felix apud Arist. 2. lib. de cœlo in Prouerb. Chius ad Coum, χῖος πρὸς κῶον, id est, vnus ad sex. Itaque videtur senio esse Cous, vt Chius Vnio. Hesychius Cous Chium. nam Cous talus est 6. Chius autē valebat vnum: cum tamen Porphyrioni ad odem 7. lib. 2. carm. Hor. Chias tricenarius sit numerus. A Senio vulgo medius & anceps habeatur, Ferè tamen infelix, si cum maiore numero conferatur: Et Chium suspicor esse ternarium. Midas & Venus maxime fausti. De Venere Sex. Propert. lib. 4. eleg. 9.

Me quoque per talos venerem quærente secundos
Semper damnosi subsiluere canes.

Et Aug. in epist. quadam apud Suetonium ca. 71. Inter cœnam lusimus γεροντικῶς, & heri & hodie: talis enim iactatis, vt quisque canem, aut senionem miserat in singulos talos singulos denarios in medium conferebat, quos tollebat vniuersos, qui Venerem iecerat, quem locum Tiraq. I. C. in D semestribus ita emendari à nonnullis obseruat translata voce illa senionem, in extremam Periodi partem hoc modo, qui Venerem, aut Senionem iecerat, propterea quod à Persio Sat. 3. Senio dexter appellatur.

—quid dexter senio ferret
Scire erat in votis, damnosa Canicula quantum
Raderet—

Mea quidem sententia nihil est necesse quidquã

Quod sapienter, vt omnia, S. Augustinus in Psal.26. exponit, tabernaculum dicens peregrinantium, & quodammodo militantium, & aduersus hostes pugnantium est, &c. quando ergo tabernaculum est in hac vita, manifestum est, quia est & hostis: nam inde dicuntur contubernales, quia simul habent tabernaculum, & nostis
C hoc nomen esse militantium. Ac tametsi tabernaculum etiam nominetur in sacris literis ipsa cœlitum immobilis, & sempiterna habitatio: tabernaculum tamen dicitur, quod transferri non potest Isaiæ 33.

Neque vero soli ita loquuntur auctores sacri, quibus Cicero consentanee lib.1. Tuscul. quæst. mortem esse docuit, quasi migrationem quandam, commutationemque vitæ, & quidem sententia veterum sapientũ: nam & Cato apud eundem lib. de senect. sub finem, ex ista vita, inquit, discedo tanquam ex hospitio, non tanquam ex domo: Commorandi enim natura diuersorium nobis non habitandi locum dedit.

D Legi aliquot profanos, qui pro corpore nostro σκῆνος vocabulum libenter vsurpant. primus occurrit Tatio filio scribens ter maximus Mercurius, quem refert serm.11. Stob. vocans hominem animal imperfectum ex imperfectis consistens membris, & ex alienis corporibus, & multis tabernaculum conflatum. *A* Et post nonnulla, cum non esse neque in rebus humanis, neque in ipso homine verum vllum affirmet, quoniam continenter mutatur, hoc est, ætas ex ætate, forma ex forma, & hoc cum adhuc est in Tabernaculo. *C*

Sequitur Democritus apud eundem serm.84. de pecudum corpore, Pecudum nobilitas in valido est corpore: Hominum autem in bonitate morum. *D* & idem sine Pythagoreus Aristoxenus sermone 10. quorum corpus omnibus eget, omnibus facile absque labore, & ærumna adest, &c.

Adde alterum Pythagoreum Ecphantum Dorice de regno scribentem, ac docentem Regem cæteris mortalibus corpore similem esse, differre dignitate ac moribus apud Stobæum serm. 46. Optimus quidem, inquit, natura est homo, maxime vero diuinus Rex, & longe meliore cæteris conditione reliquis corpore similis, *E* &c. E

Quin etiam alterum, hoc est Dium serm.63. quosnam beatos oportet censere, quam per Iouem qui corporis pulchritudine præditi sunt naturæ dono? *F* nam & ibidem sic loquitur mulier Pythagorica de mulieris decoro agens, hæc Perictyona est. Ad naturę, inquit, modulum corpus est curandum. *G* Mox. nec frigere, nec nudum esse vult corpus moderationis huius gratia. *H* F

Accedat postremus omnium summus Plato, sine Platoni attributus Dialogus, qui inscribitur Axiochus. Animo natura corpus applicauit magno animi ipsius detrimento. Pro corpore hi omnes tabernaculum dixerunt. Et hoc nos genere scriptionis vago & multiplici testamur vagam maxime esse & instabilem vitam nostram, & quasi tabernacula hinc inde sæpe, ac subinde mutantem: Consistemus & quidem feliciſsime, cum in requiem nostram, qui Deus est, traducentur animi nostra, vnde procreatione ducti.





HORARVM SVBSECIVARVM LAELII BISCIOLAE MVTINENSIS SOCIETATIS IESV

LIBER XII.

Acerba dolorem minuere, terribilia auferre: Quæ fortuita admirationem faciant exemplis illustratum, & Aristoteles enucleatus.

CAPVT I.

A EGREGIVS Pictor Timanthes fuit, cuius Cic. meminit tum in Bruto, tum in or. ad M. Brutum. & Valer. Max. cap. 11. lib. 8. & Quinctil. lib. 2. cap. 14. ac Plin. lib. 35. cap. 9. hic cum desperaret se penicillo summum Agamemnonis luctum in Iphigeniæ filię mactatione imitari posse, caput illius obuolutum pinxit: tristem enim finxerat Calchantem, tristiorem Vlixem, mœstissimum Menelaum: consumtis affectibus, quid poterat in Agamemnone patre maius exprimere? quod B Pictoris artificium sumtum mihi videtur ex pulcherrimis Eurip. versibus in Iphigenia in Aulide hoc habitu describentis Agamemnonem.

Eadem fuit in sua Niobe ars Aeschyli, qui totos tres dies eam ad filiorum tumulum velo tectam sedentem fecit, nilque aut loquentem, aut lamentantē: qui enim summus dolor vetat lacrimari, impedit etiam loqui. quomodo item in alia tragœdia Achillem fecit & obuolutū, & paucissima vix dicentem: quam artem in eo reprehensam ab Aristoph. Suidas narrat hoc sermone vel ad tertium vsq; diem Niobam ad tumulum filiorum sedentem, & coopertam nihil penitus loquentem inducit. In lauacris autem Herculis eodem modo Achilles tectus nihil loquitur pręter pauca quædam cum Mercurio alterna. A

C Certè, quod est terribile φοβερὸν appellat, & δεινὸν Arist. in Poët. & Rhet. quotlescunque inuadit animum, omnem depellit commiserationem, cum ἐλεεινὸν, hoc est, miserabile, & acerbum afficiat mœrore animum, non conficiat ablato doloris sensu, vt terribile. Exemplo demonstrat historiæ Aegyptiæ, hoc est, Amasidis, qui cùm mendicantem videret amicum suum, luxit: filio sub oculis suis ad necem pertracto non luxit.

Hæc Aristotelis oratio, post enarratam misericordiæ materiam. eos corripit miseratio notorum, nisi magna attingant cognatione: in horum enim malis sic afficiuntur, ac si illi forent toleraturi. quamobrem Amasis, vt ferunt, cum videret filium duci ad mortem, non est lacrimatus, sed cum adspexit mendicantem amicum: hoc siquidem est miserabile, illud verò atrox, & acerbum: diuersum enim hoc ab illo, & D illud ex animo propellit: sibi enim arctissimè coniunctos non miserantur, sed maiore quodam intuentur affectu, qui penè sensum tollit miseriæ. & hæc ferè est caussa, cur tertio extremo Ethico libro idem magnis calamitatibus euerti rationem doceat, vt magnis cupiditatibus. Quæ dolore, inquit, afficiunt, sic mentem de statu suo deturbant, vt arma abiicere, & alia indecorè agere cogant. B

In qua tamen historia vereor, ne memoria sit lapsus Aristoteles ab Herodoto dissentiens lib. 3. Id est, in Thalia. nam hic Psammenito narrat accidisse, quod Amasidi patri Aristoteles tribuit. Psamenitus autem facti caussam rogatus à Cambyse, respondit: amici calamitas digna lacrimis E fuit: mala domestica sunt maiora, quàm vt ea possim deflere. id quod Crœso præsenti, ac Persis expressit lacrimas, & ad misericordiam Cambysem flexit.

Porrò eorum, quæ casu, & fortuitò eueniunt, tum maxime nos admiratio capit, cum quodam modo studiosè, vt data opera, & suopte impulsu videntur accidere, inquit, in Poët. Aristot. exemplo declarans statuæ Mityos, quæ Argis spectantem in theatro Mityos interfectorem oppressit: quod paulo secus narrat Plut. de sera num. vind. & simile quidpiam de Callippo, & Cicero lib. de Fato. de Icadio, & de nescio quo alio Theocritus in suo Oariste, hoc est, Idyl. 28. quę ad exemplum Aristotelis illustrandum aptè Robortus produxit.

F Addam ego alteram narratiunculam, quam me docuit Suid. verbo. Νίκων. Hic pugil fuit eximius, & coronas variis de certaminibus retulit mille trecentas, & vt excellentem virtutem sequitur inuidia, quę ne cum extincto quidem extinguitur, mortui Niconis imaginem nescio quis ei infensus flagris conscidit, ipse inter cædendum imaginis ruina opprimitur. pelluntur vt homicidæ Niconis filij, imago à popularibus (erant hi Thasij) in mare deiicitur: Thasios Apollo Pythius monet, imaginem vt recuperent & in suum locum restituant: ancipites quid faciant iuuat fortuna nam Piscatores casu retibus traxeruut in terram: ea mox loco suo restituta.

Quæ ars Gromatica: restituta vox in Caßiodoro: explicatio Quinctil. Purgatus Auſ. & Caßiod.

CAPVT II.

A GROMATICVS exstat Hygini liber, in quo castrametandi ratione tradit, & loca oportuna in bello capiendi: Neq; ad hoc solum ars hæc pertinet, sed etiam ad agrorum mensuram, à Gromate dicta, siue Gruma. Nam Sex. Pomp. Festo Groma est genus Machinulæ cuiusdam, quo regiones cuiusque agri cognosci possunt, Græcis γνώμων.

Groma verò Non. Marcello est mensura, qua flexæ viæ ad lineam diriguntur, vt est Agrimensorum lib. 3. var. Cassiod. c. 52. qui locus mendosus est, qui diligentiam tamen, atq; acumen præteriit Gul. Formerij eruditissimi I. C. nam de Finium diuisione scribens, hoc enim per Geome-

B tricas formas, inquit, & Grammaticam disciplinam, ita diligenter agnoscitur, quemadmodum hominis sermo conclusus est. Manifesta in voce Grammaticam labes. quid enim Grammaticæ cum terminorum, seu finium partitione, & mensura agrorum? restitue Gromaticam, quæ ars est dimetiendorum agrorum, finiumque diuidundorum.

Gromatis autem & Gnomonis sæpe fit mentio in libris de limitibus. ac terminorum quidem figendorum apud veteres illos, ritus aptè describitur à Siculo Flacco. Nam cum terminos disponerent, ipsos quidem lapides in solidam terram collocabant, proximè ea loca, quibus fossis factis defixuri eos erant, vnguento, velaminibusque & coronis eos coronantes: in fossis autem quibus posituri eos erant, sacrificio facto, hostiaque immaculata cæsa, facibus ar den-

C tibus in fossa cooperti sanguinem instillabant, eoque fruges, & tura iactabant: fauos quoque, & vinum, & alia, quibus consuetudo terminis sacrum fieri, in fossa adiiciebant: consumtisque omnibus dapibus, igne, supercalentes reliquias lapides collocabant, atq; ita diligenti cura confirmabant.

Ex his magna lux adfertur scriptoribus, Apuleio primum lib. 1. Florid. ita scribenti. Neque inflius religiosam moram viatori obiecerit, aut ara floribus redimita, aut spelunca frondibus inumbrata, aut quercus cornibus onerata, aut

D Fagus pellibus coronata: vel enim colliculus sepimine consecratus, vel truncus velamine effigiatus, vel cespes libamine humigatus, vel lapis vnguine delibutus. Et Apol. 1. Iste nec Diis rurationis, qui eum pascunt, ac vestiunt, segetis vllas aut vitis, aut gregis primitias impertit: nullum in villa eius Delubrum situm, nullus Lucus consecratus. Et quid ego de Luco, aut Delubro loquar? negant vidisse, qui ferret vuam saltem in finibus eius, aut lapidem vnctum, aut ramum coronatum: Deinde Prudentio lib. 2. aduer. Simmachum ita canenti.

Exercere manum non pœnitet, & lapis illi
Si stetit antiquus. quem cingere sueuerat error
Fasciolis, aut Gallina pulmone rigare

E *Frangitur, & nullis violatur terminus extis,*
Et quæ fumificas arbor vittata lucernas
Seruabat, cadit vltrici succisa Bipenni.

Et lib. 1.

—Gustauerat inter
Vagitus de farre molæ saxa illita ceris
Viderat, vnguentesq; lares humescere nigros
Fermatum fortunæ habitum cum diuite cornu,
Sacratumq; domi lapidem consistere, paruus
Spectarat. matremq; illic pallere rogantem.

F Quam superstitionem Christianæ pietatis grauitate è medio sublatam apertè prodit, vt & Aggenus Vrbicus lib. de limit. & contron. agrorum. Quod verò Petrus Pithœus eruditissimus, & elegans I. C. locum illum. T. Lucretij de termino quoque accipi posse arbitratur, & ita citat

—vnctum Vertier ad lapidem,

in eo mihi videtur falli, tum quod ita Lucretium legit, vt citaui, quæ tamen verba ego in Lucretio non reperio, tum quòd loquitur de signis, siue statuis Deorum Lucretius, ita enim habet lib. 5.

Nec piet at vlla est velatum sæpe videri
Vertier ad lapidem, atq; omnes accedere ad aras, &c.

Huc eleganti metaphora lib. 2. respexit canens. Lucret.

Quandoquidem vitæ depactus terminus altè
Tam manet hæc etiam—

depangebatur enim terminus in terra, hoc est, figebatur. Absque metaphora Tib. lib. 1. eleg. 1.

Nam veneror, seu stipes habet desertus in agris,
Seu vetus in triuio florea serta lapis.

Et eleg. 3.

Non domus vllas fores habuit, non fixus in agris,
Qui regeret certis finibus, arua lapis.

Sic enim & Arnob. lib. 1. adu. Gentes, & Min Felix in Octauio. Atque hoc modo etiam profert Lact. 2. lib. de orig. err. cap. 3. Nam qui Deos olim venerabantur, aperto erant capite. Caussam Plutarchus inuestigat quæst. Roman. 10. Hinc illud Plautinum Amphitr. act. 5. scen. 1. inuocat Deos

immor-

G immortales, vt ſibi auxilinm ferant manibus puris, capite aperto: vel certè lapidem velatum linteis coopertam dixit aram quomodo & Min. Felix in Octauio de ſerapidis loquens ſimnlacro, in lapides effigiatos, & vnctos, & coronatos impingere dixit: Nec mihi veriſimile magis ſit, poſſe eum Lucretij locum de ſepulchro accipi: tametſi certò ſcio coronas ſepnlcrorum, & Manium fuiſſe bonurem, vt loquitnr Plinius lib. 21. capite tertio, & probat coronatus Virgilianæ Copæ lapis, qui ſane eſt ſepulcralis: indicant hi verſns.

Quid cineri ingrato ſeruas ſuaueolentia ſerta?
Anne coronato vis lapide iſta tegi?

Probant & hæc Tertull. verba de cor. mil. cap. 13. Ceterum à ſeculo coronantur & lupanaria, & Latrinę, & Piſtrina, & carcer, & ludus, & ipſa Amphitheatra, & ipſa ſpoliaria, ipſæque libitinæ. extat 1. Ann. Taciti lib. ſub Tiberio Lex, Ne domos H Pantomimorum Senaror introiret, ne egredientes in publico eqnites Rom. cingerent, ne alibi qnam in Theatro ſpectarẽtur. qua oratione mos ille vetus confirmatus, qua in quatuordecim ordinibus ciuem Romanam, qni artem ludicram exercuiſſet, ſedere vetabatur.

Hinc reſtituendus Quinctil. locus. cap. 7. lib. 3. qui artem ludicram exercuerit, in 14. primis ordiuibus ſedeat: qui ſe Prætori in hortis oſtenderat, neque erat productus, ſedit in 14. ordinibns. & quæ ſequuntur. Iure Petrus Pithœns I.C. cum altero Petro Fabro itidem I.C. locum hunc dnobus in verbis vulneratum ſanat: nam pro voce illa Prætori, P. R. reponunt, id eſt, populo Romano: quo modo & Adr. Turn. & Iacob. Cuiacius In Vlp. ad Paulnm ſimilem expnrgarunt mendam: & pro voce hortis, ſane legendnm orcheſtra, &
I in ſimili mendo apud Auſonium, & diſsimili apud Caſsiodorum lib. 4. var. ſimilis eſſe debet emendatio. Ita ergo vulgati Auſonij libri iu ludo ſeptem ſapientum habent in prologo ad Drepaninm Pacatum, Hodieque in hortis palliati prodennt. reſtitue Hodie in Orcheſtram, ſiue in Orchiſtram, vt aliis placet; ſic & in Cleobulo interpretare tu qui Orcheſtræ proximnm.

Quod erubeſcis tu, togate Romule,
Scenam quod introibunt tam clari viri?
Nobis pudendum, non & Atticis quoque
Quibus theatrum curia præbet vicem.

Ex quibus carminibus illuſtrior fit mos ille Romanus. In orcheſtra verò exercebantur ludicra: hinc natus ille Caſsiodori ſermo libro citato. capite poſtremo. His ſunt additæ Orcheſtrarum
K loquaciſsimæ manns, linguoſi digiti, ſilentium clamoſum, expoſitio tacita, quam Muſa Polymnia reperiſſe narratur oſtendens homines poſſe & ſine oris affatu ſuum velle declarare; qnamqnam mens liber ex Pariſienſibus Typis Sebaſtiani Niuelij habet Orciſtarum, tu repone Orcheſtarum, hoc eſt, Saltatorum & Hiſtrionnm mutè, ſed actuoſè loquẽtium; ita non erit neceſſe legi Orcheſtrarum: aptius enim legi Orcheſtarum verba Caſsiodori citata demonſtrant.

Porrò in Orcheſtra ſenatornm ſedibus loca erant deſignata, vt & Eqnitnm Roſcij Othonis lege, vt eſt apud Vell. Paterculum libro 2. & Vitr. lib. 2. cap. 6. Itaque Iuuen. Satyr. 3. Orcheſtram & populum vſurpauit pro primoribus, & plebe,

——ſimilemque videbis
Orcheſtram, & populum clari velamen honoris.

Porrò loco citato Fabius legem indicat Vitellij L
Cæſaris, qua cauit, ne ſenatores, equiteſue gladiatorinm, aut ludicram artẽ exercerent: quam item refert declam. quadam. Gladiator, ne in 14. gradibus ſedeat. Et Dio, atqne Zonaras tom. 2. Chron. A Vtitur idem Quinctil. nomine productus, quòd proprie de venalibus dicitur, & de iis, qui operas locarunt artis ludicrę cauſſa, & de teſtibus, & de proſtitutis.

Ex quo Pithœus ſimile verbnm corrigit in Veſp. Suet. cap. 22. expugnatus à quadam, quaſi amore ſui deperiret, cum perductę pro concubitu H.S. CCC. donaſſet: mutat enim in productæ, vt apud Tertullianum in apol. cap. 43. perductores in productores: non neceſſaria loco integro medicina: legiſſe debuerat doctiſsimum Gallorum Gul. Budæum adnotat. in Pand. I. paulò poſt M
extrema, qnædam eſſe in libris diuerſa, quæ non errore, ſed iudicio, examinanda: atq; inter exempla hoc etiam producit: perducere pnellam pro producere: & perductor pro prodnctur, id eſt, amantium internuncins, & adminiſter libidinis. Et vidit tamen Aſconium in 3. act. Cic. in Ver. ita ſcribentem, Lenones eſſe ſcortorum, perductores etiam inuitarum perſonarum, & in quibus ſtupra legibus vindicantur: & ibi in verbis Ciceronis quis vnqnam perductornm mutauit in productornm? & perductores. P. Manut. verè interpretatur eos, qui variis artibus ad ſtuprum perducant.

De lauro adnotata quadam, & mos veterum claſsico reorum damnationes publicandi.

CAPVT III.



VLGATAM Daphnes in laurum conuerſæ fabnlam Ouidius deſcripſit 1. A
Met. & Græci pleriqne; ſed longe diuerſam in vno tantum Pauſania legi, hoc eſt, libro 8. In Arcad. ab his populis petitam, quam ego breui oratione complectar. Filius Oenomei Piſæ Regis Leucippus Daphnem marinm conſuetudinem refugientem cum deperiret, religata more virginnm coma, & muliebriter indutus cum ea verſari cepit, & amari, inuidia Apollo tactus Daphnæ perſuaſit, vt ad natandum ſecum, & cum ſuis virginibus in Ladone fluuio etiam recuſantem pertraheret: id factum, agnitumque marem ſociæ Daphnes ſagit-

tis,

B tis, & pugiunculis confecerunt. at in hac fabula deest, quomodo in laurum fuerit conuersa Daphne.

Daphne autem Græcè, latinè est laurus. Et quidem Græcæ vocis hæc esse videtur etymologia à particula δα, quæ intendit, siue auget, & verbo φωνεῖν, seu nomine φωνὴ, quia laurus in igne vocalis inter ardendum crepitando, vt iure T. Lucret. nil crepitantius lauro vri canat lib. 6.

Nec res vlla magis, quam Phœbi Delphica laurus
Terribili sonitu flamma crepitante crematur.

Giraldus in Dialogis latinã etiam vocem à particula la, quæ Græcè significationem augenti vt δα, & verbo vro ducit, quasi la vro, quia laurus facile incenditur, & in igne crepat. cur autem? C ratio hæc esse videtur, quia facile ignem concipit, cum multum aëris contineat, quod & ligni spongiosa constitutio declarat: quo circa etiam crepitat, inquit, Scalig. exercit. 180. nu. 3. aduer. Card. qui propter partes lauri putridas crepitare scripserat.

Mihi videtur probabilius crepitum edere ob humoris naturam calido ignis resistentis: nam & Plin. cap. postremo lib. 15. laurus manifesto abdicat ignes crepitu, & quadam detestatione; quæ item caussa est, cur semper vireat: si tamen vera est Scaligeri caussa, etymon voci conueniret à dicta particula λα, & αὔρα, quia aëre abundat laurus; sic enim etiã Grçcis λαῦρος ἄνεμος vehemens est, ac validus ventus.

Igneam tamen plantam esse illud ostendit, D quòd Phœbo, siue Apollini, hoc est, soli est sacra. Quamobrem ferunt Empedoclem dicere solitum, si hominibus in plantas transmigrandum foret, in nullam melius, quàm in laurum transituros, quoniam animam credidit esse igneam. Sanè Plinius lib. 16. cap. 29. tradit ignem facile ex lauro elici. Sed nihil, inquit, edera præstantius, quæ teratur lauro, laurumque terat. & lib. 23. cap. 8. excalfactoriam tradit habere naturam, & foliis, & cortice, & baccis, vt & lib. Simpl. 6. Cl. Galenus.

Claud. non ignobilis Poëta lib. 2. de rapt. Proserp. cum antiquioribus, & cum iunioribus cecinit laurum venturi præsciam. prima caussa, quia Apollini oracula reddenti sacra, propterea dicta μαντικὸν φυτὸν, hoc est, vaticinatrix planta, & diuinationis symbolũ vocat Aphthonius. Hinc illud Lucretij lib. 1.

E *Pythia, quæ tripode ex Phœbi, lauroq́; profatur.*

Et repetit lib. 5. & Schol. Theog. Hesiodi ἐμποιεῖν τοὺς ἐνθουσιασμοὺς, hoc est, diuinos instinctus efficere, vnde illud Lycophronis in Alexandra, lauro vorata ex gutture emitto vaticinia. A Et simile quidpiam in Cassandra Soph. & Sibylla apud Tibullum lib. 2. eleg. 6.

Vera cano, sic vsq́; sacras innoxia laurus
Vescar, & æternum sit mihi virginitas.

Et Iuuenal. Sat. 7.

---Laurumq́; momordit.

vt à Græcis δαφνοφάγοι dicti. vesci nimirum lauro putabatur inspirare futurorum præhensionem ita narrant à Musis datam Hesiodo gustandam, quod sanè superstitiosum, vt quæ consequuntur alia.

Sed verius, lauro corouari dicebantur Poëtæ, & lauro vesci, quòd hoc alerentur artificij genere, & vates haberentur, εἰς γνώρισμα τῆς τέχνης, inquit, interpres Aristoph. seu quia semper viret, & est ἀλεξίκακος, id est, malorum depulsor: Cætera, F fabulæ, inquit, Lycophronis interpres.

Et quoniam vim in ea diuinationis inesse veteres putauerunt, propterea ad somnia valuisse, ad omina, siue fausta, siue in fausta, & ad victorias tradiderunt. Fulgent. Placiades & Serapio in Geopon. Lauri folia, inquiunt, si noctu puluino subiecta fuerint, somniorum veritas conciliatur.

Eam fortasse ob caussam fugit, & auersatur laurum Anser, quòd arbor sit somniorum conciliatrix; Anser verò animal maximè vigil; vigilia autem somniis inimica; tametsi naturalis hic dissensus, petendus ex vtriusque proprietate naturæ: Ignea enim est laurus, anser autem frigidissimis delectatur.

Ex eiusdem plantæ crepitu, dum vritur, futura veteres prædicebant, vt Porphyr. obseruat: si enim crepuisset in igne, felicitatem; contra si nõ crepuisset, significare putabatur infortunium: G hinc tacita laurus inauspicata. Tibul. li. 2. eleg. 5.

Laurus vbi bona signa dedit, gaudete coloni,

Et Propertius lib. 2. eleg. 29.

Et tacet extincto laurus adusta foco.

Et quia Lemures & Laruæ interdiu non vagantur: noctu abiguntur lauri præsentia, quod ego fabulosum puto. Hinc narrat Plut. in Agide cultam à Spartanis Daphnem, siue laurum, quòd oracula redderet certissima. quòd victoriæ iudicium Virg. illo versu significat Aeneid. 5.

Victorem magna Præconis voce Cloanthum
Declarat, viridiq́; aduelat tempora lauro.

Et Ecl. 8.

Inter victrices hederam tibi serpere lauros.

Et in bello mos erat in summa Galea lauri conũ H gestare ad spem victoriæ: Et in Alexandro Mammææ Aelius Lampridius, Nata, inquit, in domo laurus iuxta Persici arborem intra vnum annum Persici arborẽ vicit, vnde & coniectores dixerũt, Persas ab eo esse vincendos: Inde mos ortus tegendarum lauro litterarum, quæ victoriæ nuncium adferebant, laureatæ hinc literę, siue tabellæ T. Liuio lib. 5. & 55. Cic. lib. ad Att. 3. & 8. pro Q. Lig. 1. lib. de diuin. Laureati fasces. Ouidio lib. eleg. 1. eleg. 12.

Non ego victrices lauro redimire tabellas
Nec Veneris media ponere in æde morer.

Et lib. 1. Metam. Plinius lib. 15. cap. postremo, Romanis præcipue lætitiæ, victoriarumque nuncia additur litteris. Cæs. 3. com. de bello. ciu. sed neq; in litteris, quas scribere solitus, neq; in fascibus

Insignia laurea prætuli. & Ammiano Marcel. lib. 16. de Constantio. victorias suorum ducum sibi attribuente.

Nec præterenndum legisse me Delphicæ lauri baccas tantę fuisse magnitudinis, vt poma dici
I meruerint: Plin. tantum maximis fuisse baccis prodit lib. 5. ca. postr. Archias tamen in epigr. de quatuor certaminibus initio 1. lib. Anthologiæ Pythiorum coronam, quæ laurea erat, μῆλα nominauit, propter grandes lauri baccas. quid ni? etiam hodie in Italia quibusdam in locis baccæ fruticum, arborum, omnino plantarum, pomelle dicuntur.

Obseruandum item, quod refert Plin. lib. 16. c. 44. de Ponto scribens: in eodem tamen portus est Amyco Bebrycum rege interfecto clarus. eius tumulus à supremo die lauro tegitur, quam insanam vocant, quoniam, si quid ea deceptum inferatur nauibus, iurgia fiant, donec abiiciatur.

Nec minus illud commemorabile de vi lauri mouendi stomachum, quod narrat in Commodo Dio, & ipse pro remedio est vsus risus occul-
K tandi; cum enim Gladiator hic potius, quàm Imperator, publicè Herculem malè ageret, atque inter multos plausus adulantes non deessent, qui risum, & cachinnos nō continerent, iuberetq; propterea occidi, præsens Dio folia lauri ex corona, quam habebat, comedens, & his, qui iuxta se erant, vt comederent, persuadens, turbato stomacho risum celauit. fanè Diosc. lib. 1. c. 90. de lauri foliis. ταῦτα, inquit, ἀνατρέπει τὸν στόμαχον, ἐμετικὰ καὶ ἐστί quo & Plin. affirmat.

Postrema notatio ex lib. 11. ἀπολογῶν rei rusticæ, laurum dici palatium, quod Latinus arcem exædificans laurum repetisset.

L Scio equidem λαῦρα Græcis esse latam, atque amplam viam, δι' ἧς λαοὶ ῥέουσι. Vt inquit Suidas; & alij, hoc est, per eam fluunt populi. & apud Athenæum lib. 12. cap. 19. quidam se nosse apud suos Alexandrinos dicit locum qui nominetur λαύρα εὐδαιμόνων, id est, vicus, siue platea fortunatorum, in quo omnia vitæ necessaria exposita videbantur, cum tamen Eustath. cum aliis locum significare angustum tradat, & idem Athen. eodem lib. & cap. Samiorum Lauram πολὺ ῥύμην appellet, nam & sordidam, atque impurum vicum interpretantur, in quo scorta prostent, quæ idcirco dictæ ἀνδρολαύραι quarum est Venus voliuaga, vt Lucret. appellat lib. 4.

M In oriente Eremitarum, & Monachorum frequentia locus celebris apud Metaphrast. & alios scriptores Ecclesiast. Laura vocatur. Vide Eust: Vlix. antepen. lib. & Iliad. 15. & 16. de Lauro lege item Gul. Rouill. histor. plant. lib. 3. cap. 22. & hæc illustrabis, ac disces duplicem esse laurum. Est enim vna tenui folio: latiore altera: vtraque odoratissima. Quid duplicem dico? aliæ sunt quoque species lauri, sed impropriæ tamen ob foliorum tantum cum vera lauro similitudinem: qualis est laurus siluestris, quæ forte est laurus Tinus Plinij. Laurus Delphica, laurus Cypria, laurus Mustax, laurus Alexandrina, laurus Taxa, laurus Regia, laurus Spadonia, Chamædaphne, Daphnoides, &c.


In Iosaphat & Barlaam historia ab Ioanne Da- N
masceno viro & sancto, & docto grauiter scripta nupertime legi, nescio quem Indorum Regem ad perterrefaciendum mortis metu fratrē suum iussisse tuba ante ipsius ianuam cani, quo mortis reus indicaretur. Hoc mihi reuocauit in mentem veterum consuetudinem Romanorum non ita vulgo cognitam, cuius extant apud illustres scriptores non leuiter impressa vestigia.

Commentarius vetustissimi scriptoris legitur M. Sergij apud Varr. libro de lingua latina 5. his verbis. quo die comitia erunt, in arce classicum canat, eundo, circumque mœros, & ante priuati huiusce T. Quinctij Trogi scelerosi hominis ostium canat, & vt in campo, cum primo luci adsit. Plutarch. multa in Gracchis describit. Amici eorum comprehensi non audita caussa morte damnati, cum tamen more patrio citentur per præconem ad domorum ianuas tuba personantem, nec prius de illis sententiam ferant iudices. tanta in iudiciis Romanorum cautio est. A. & App. Alex. lib. 1. belli cin. notans quater cani solitum: isti clam in custodia habiti, cum statu ad- O
uenisset dies, vocantur in iudicium: oportebat verò per præconem certis, ac definitis temporum spatiis quater accitos comprehendere, &c. B

Tacitus lib. 2. Ann. in P. Martium Coss. extra portam exquilinam, cum classicum canere iussissent, more prisco aduertere. Indicat hunc morem Sen. epist. 17. ita scribens, eum classicum cecinit, scit non se peti, & lib. 1. de ira cap. 16. quod est postremum, non valde longè à principio. etsi peruersa induenda magistratui vestis, & conuocanda classicō concio est, procedam in Tribunal, non furens, nec infestus, &c. fertur Lucilij antiquissimi poëtæ versus Trochaicus,

Rauco concionem sonitu, & curuis cogunt cornibus.

Canebat autem in celeberrimis vrbis locis, postremo ante ianuam damnati: eundem in prouinciis seruatum T. Lipsius in notis ad Tacitum scripsit, nisi fallunt, inquit, declamatores citans Senecam patrem in libris controuersiarum de Flaminio, qui inter cenam noxium puniuit; ex Capitone, & Cassio Seuero. Ego hæc in Seneca non reperio: tantum reperio lib. 9. declam. non controuers. declamat. 2. agi caussam, & contra & pro Flaminio tacitis auctoribus, & more hoc classico sonandi.



Templa urbi Romæ dicari solita, & Imperatoribus, pleraq; loca Taciti, & Suetonij, & aliorum illustrata.

CAPVT IV.



A MARTIALIS est versus libro 12. epigr. epigr. 8.

Terrarum Dea, gentiumq; Roma,
Cui par est nihil, & nihil secundum.

Illustrabitur nostra hac notatione, quòd vrbi Romæ tanquam Deæ superstitiosa gentium vanitas templa sacrabat. Nummi id ostendunt antiqui, in quibus templi forma cum inscriptione Commune Asiæ Rom. & Aug. id est, Commune Asiæ Romæ, & Augusto. Item lapides, Flamini Rom. & Aug. apud Rufum, templum Romæ, & Augusti in ipsa vrbe; sæpè Tacitus lib. 14. Annal. cum D. Aug sibi, atq; vrbi Romæ templum apud Pergamum sibi non prohibuisset, &c. & eodem libro Smyrnæi gloriantur se primos templum vrbis Romæ statuisse M. Portio Cons.

B Sueton. in Aug. cap. 52. templa quamuis sciret etiam Proconsulibus decerni solere, in nulla tamen Prouincia, nisi communi suo, Romæq; nomine recepit. Igitur annus is vrbis fuit 758. tanti honoris initium adulationi Smyrnensium debitum, eorumque exemplum Alabandenses 24. annis post sunt imitati. Damnauit & hoc in Gentil. Aur. Prud. lib. 1. contra Symmachum.

—colitur nam sanguine & ipsa (S. Roma)
More Deæ, nomenq; loci ceu numen habetur,
Atq; vrbis, Venerisq; pari se culmine tollunt
Templa, simul geminis adolentur tura Deabus.

Quo respexit vetus ille Poëta.

Exaudi Regina tui pulcherrima mundi
Inter sidereos Roma recepta choros.

C Augusto quoque templa dicata, quæ produximus, loca probant, & quę sequuntur, Tacitus eodem lib. 14. de Tiberio, tandem Cæsar in Campaniam specie dedicandi templum apud Capuam Ioui, apud Nolam Augusto. Suet. in Aug. cap. 59. Prouinciarum pleræq; super templa, & aras, ludos quoq; quinquennales penè opidatim constituerunt. & 60. & cuncti simul. s. Reges, ædem Iouis Olympici Athenis antiquitus inchoatam perficere communi sumtu destinauerunt, Genioque eius dedicare.

Rursus lib. 1. Tacitus. Ceterum sepultura more perfecta, templum, & cœlestes religiones decernuntur. Hinc idem lib. 4. obiecta publicè Cyzicenis incuria ceremoniarum Augusti, additis violentiæ criminibus aduersum ciues Rom. & amisere libertatem, quam bello Mithridatico meruerant circumsessi, cum tamen li. 12. Strabo sua etiam ætate liberam fuisse tradat, qui ne pugnet

D cum Tacito, & Suet. in Tib. c. 37. eadem cum Tacito scribente, ac Dione in actis anni 734. & 740. videtur Strabo desiisse in viuis esse, aut certè scriptionem deseruisse ante iiium Tiberij annum.

Dissident Tacit. lib. 1. Ann. & Suet. in Aug. cap. 52. nam hic modestum fuisse scribit in honoribus diuinis admittēdis, vt allata verba indicant, & quę consequuntur. nam in vrbe quidem pertinacissimè abstinuit hoc honore. s. habendi templi, atque etiam argenteas statuas olim sibi positas conflauit omnes: ex quibus aureas cortinas Apollini Palatino dedicauit: ille vero nihil deorum honoribus ab eo relictum, cum se templis & effigie numinum per flamines, & sacerdotes coli vellet: hoc significat, signa apposita statuis Augusti fuisse illa, quæ apponi consueuerant Diis, hoc est, radium, & fulmen atque hastam: ita in nummis D. Augusti caput radiatum conspicitur apposito fulmine more Iouis. Inde Lucan. lib. 7. E

Fulminibus manes, radiisq; ornabit & astris.

Et Prud. lib. 1. contra Symmachum.

—flamine, & aris
Augustum coluit, vitulo placauit, & agno,
Testantur tituli; produnt consulta senatus,
Cæsareum Iouis ad speciem statuentia templum,

Quam superstitionem Ouid. li. 4. de Ponto adulans celebrat his versibus ad Græcinum eleg. 9.

Nec pietas ignota mea est, videt hospita tellus
In nostra sacrum Cæsaris esse domo.
Stant pariter natusq; pius, coniuxq; sacerdos,
Numina iam facto non leuiora Deo. F

Nam ad Augusti cultum non solum viri instituti quasi flamines & sacerdotes, sed etiam feminæ: Sanè Liuiam vxorem Augusti viri sui fuisse sacerdotem Dio scribit lib. 56. extremo: quod sacerdotij genus lib. 1. serm. Epicteti cap. 19. multis prosequitur Arrianus, ex quo etiam intelliges, olim sacerdotes, dum facerent, coronatos fuisse, quod T. Liuius, Plutarchus, & alij scriptores passim docent. Et Plinius lib. 12. cap. 1. templum in Palatio ab Augusta Augusti coniuge ipsi Diuo factum commemorat: erat id in vestibulo Palatij, si Lipsio credimus: nam etiam de Apollinis Palatini templo sumi docti quidam arbitrantur, quos minus probo.

Allusit huc doctissimus auctor Seneca lib. ad Polyb. de consolat. ca. 35. extremo. Ibi violentior per omnia, sicut semper est solita. s. fortuna. eas quoque domos ausa est iniuriæ caussa intrare, in quas per templa aditur, & atrā laureatis foribus inducere vestem, quasi digito domesticas Augusti notans calamitates, quas cap. præcedenti breui sermone percurrerat. & Suet. cap. 65. Videtur autem Ouidius libro de Ponto 3. eleg. 6. carmine Augusti ἀποθέωσιν decantasse. G

Quale tamen potui de cœlite, Brute, recenti
Vestra procul positus carmen in ora dedi.

Et breuiter Dio loco citato; sic enim lib. 54. circa finem. Augustalia etiam, quæ hodie celebrantur, tunc primum ex S.C. acta sunt. A & libro 52. Cæsar autem interim cum alia decreuisset; Ro-

mæ etiam patri Cæsari templa constituit, Heroem ipsum Iulium nominans: permisitq; Ephesi quoque, ac Nicææ constitui. Mox. hortatus est peregrinos, Græcos eos appellans, Asiaticos, inquam, Pergami, & Nicomediæ, Bithynios, vt templa ipsi exedificarent. B

H Extremo itē 56. li. cum Numerio Attico senatori, ac Prætorio numerasset Liuia decies sestertium iurato se Augustum in cœlum vidisse conscendentē, vt olim Romulum Proculus vidisse se dixerat, decretum ipsi à senatu sacrarium, à Liuia nimirum, & Tiberio factum: & alibi pluribus in locis fana extructa, aut à populis sponte, aut inuitis, & Nolæ domus, in qua decesserat, mutata in templum: & Romæ templum item constitutum, in quo auream ipsius imaginem collocarunt, priuain ęde Martis lecto impositā, ac omni veneratione prosequuti, dum templum perficeretur, cum priua dixisset immortalitate publice donatam, & sodales, ac sacerdotes, item Antistitas eius præfectas sacris.

I Suetonij locus diligenter animaduertendus ipso initio Augusti, vt liber sis ab erroribus interpretum, & cuius, inquit, celeberrima parte opidi iam pridem Octauius vocabatur, & ostendebatur ara Octauio consecrata, qui bello dux finitimo v. ipsi Octauio consecratam aram interpretantur rudes, & ignari phrasis Suetonij, & aliorum, qui præpositionē sæpe omittunt: est igitur intelligendum ab Octauio consecratam: ita loquitur Tacitus li. 2. Ann. vt exemplo maiorum propinquis suis vltra ducentesimum lapidem remoueretur, pro à propinquis v. rursus, cæterasq; vrbes, quæ Macedonibus sitæ, Græca vocabula retinent, pro à Macedonibus.

Porro ἀποθεώσεως descriptionem, cum videlicet in deorum numerum transferebantur Cæsares, elegantem, & accuratam lege initio 4. lib. Herodiani, tanti verò fiebat hęc consecratio, vt vel pares Ioui faceret vana ipsorum opinione mortales: declarant hoc verba Taciti lib. 1. Ann. de Falanio & Rubrio accusatis, illo quidem, quòd inter cultores Augusti, qui per omnes domos in modum Collegiorum habebantur, Cassium quendam Mimum corpore infamē adsciuisset, quòd venditis hortis statuam Augusti simul mancipasset, huic autem crimini dabatur violatum periurio nomen Augusti, vt post pauca. Iusiurandum perinde æstimandum, quàm si Iouem fefellit: Deorū iniurias Diis curæ esse. Hos Augusto tributos honores etiam viuo, non solum mortuo Horatius intellexit ita scribens epist. 1. lib. 2. ep.

Præsenti tibi maturos largimur honores
Iurandasq; tuum per nomen ponimus aras.

L Suet. in Claud. cap. 11. Iusiurandum neq; sanctius sibi, neq; crebrius instituit, quàm per Augustum, qui ritus piè à Tert. Apol. c. 29. 32. & à Minutio in Octauio reprehenditur, ac sanè tit. de Iureiurãdo l. 13. sub finē tutius apparet fuisse per Iouē iurare, quàm per Cęsares, & Lucan. in Phar. lib. 7. attigit

——cladis tamen huius habemus
Vindictam, quantam terris dare numina fas est.

Paus. quoq; lib. 3. hoc est in Lacon. in foro spartano duo fuisse suo delubra scribit, C. Cæsaris alterum, Alterum Augusti. Claudio quoq; mortuo cœlestes honores decernuntur, & funeris solenne, perinde ac D. Augusto, celebratur, inquit, Tacitus extremo 12. lib. & lib. 1. Templum vt in Colonia Tarraconēsi strueretur Augusto petentibus Hispanis datum, qui auiæ Liuiæ diuinos honores, & Circensi pompa currum Elephantorum Augusteo similem decernendum curauit, vt ait, Suet. in eo cap. 11. vt quam vana fuerit Romanorum superstitio intelligas, etiam feminas in Deos passim referentium.

At stultus sum, qui velim colligere ea, quorum pleni sunt Gręci, & Latini scriptores, qui de rebus Romanorum agunt: ferè singuli Cæsares, quantumuis licet contaminatissimi, Deorum numero adscribebantur. Granis hoc scriptor indicat Plin. in Traiani Paneg. dicauit cœlo Tiber. Augustum, sed vt Maiestatis crimen induceret: Claudium Nero, sed vt irrideret: Vespasianum Titus, Domitianus Titū, sed ille vt Dei filius, hic vt frater videretur. Tu sideribus Patrem intulisti, non ad metū ciuium, non in contumeliam numinis, non in honorem tuum, sed quia Deum credis. M

Istius autem vanitatis auctores fuisse Persas Lipsius prodit in Tacitum, tradito Romanis æmulationis exemplo: Sanè apud Q. Curtium lib. 8. postremus seruorum Cleo Persas non solum piè fecisse vult, sed prudenter etiam miscendis inter Deos regibus suis, quoniam Maiestas Imperij salutis est, tutela adulans Alexandro hæc dicebat. N

Palatinos, & Augustales ludos non esse eosdem; veterum aliquot scriptorum loca obseruata.

CAPVT V.

INDICAT lib. Annal. 1. Tacitus, cum de accusatione Falanij, & Rubrij agit, ludos Augusti honori dicauisse Liuiam Tiberij matrem his verbis. Cassium histrionē solitum inter alios eiusdem artis interesse ludis, quos mater sua (hæc enim Tiberius loquitur) in memoriam Augusti sacrasset. omnino hi ludi vidētur esse, quos tangit Dio li. 56. à Liuia instituti p tres dies in Palatio, quos retinuerunt, qui consecuti sunt Imperatores. A

Pręter hæc in Palatio Liuia peculiares ludos in honorem Augusti fecit, qui ipsi quoq; secundo loco ab Imp. ipsis exhibebantur, A qui videntur iidem esse, quorum meminit In Calig. Suet. c. 56. diuersi ab iis quos triduo in Palatio celebrari solitos in Diui Iulij honorem, qui primus Rom. occupauit Imperium. Iosippus Iud. antiq. lib. 19. ca. 1. narrat, & quidem circa templum eodem loco ipsi erectum: ita à loco dicti, id est, à Palatio:

erant-

erantque non equestres, aut curules, sed scenici: ergo diuersi ab Augustalibus, de quibus Tacitus lib.1. hoc sermone. Inter quæ Tribuni plebei petiuere, vt proprio sumtu ederent ludos, qui de nomine Augusti fastis additi Augustales vocarentur, &c. & quidem in Kalend. notati sunt 4. Id. Octob. Origo fuit anno vrb. cond. 735.

B Tametsi video Dionem li.54. scribere celebratos hos ludos adhuc eo viuo die eius natali post reditum ex Græciensi, & Sicula peregrinatione, cum etiam passus est aram constitui fortunæ reduci, & diem reditus in fastis censeri Augustaliorum nomine, & 8. anno ludi eodem die ea S. C. instituti Aelio Tuberone, Paulo Fabio Coss. qui etiamnum celebrantur, vt ait, idem eodem lib. penè extremo.

Horum vero ludorum, vt & sacrorum Augusti sodalium collegium fuit, qui Augustales sunt appellati, de quibus ita 1. lib. Tacitus: Idem annus nouas ceremonias accepit addito sodalium Augustalium sacerdotio, vt quondam T. Tacitus retinendis Sabinorũ sacris sodales Tatios instituerat. Sorte ducti è primoribus ciuitatis vnus & viginti, Tiberius, Drususque, & Claudius, & Germanicus adiiciuntur. Repetit lib.18. in A. Vitellij aduersus Othonem victoria, addens, hoc sacerdotium à Cæsare Tiberio Iuliæ genti sacratum. Eorum item meminit lib.3. ideo Augustales adiectos, quia proprium eius domus sacerdotium esset, pro qua vota persoluerentur.

C

Iure itaq; lib.1. Gen. dierum Alex. ab Alex. horum sodalium numerum censet viginti & quinque, qui numerus postea auctus sub Claudio, vt in Suet. tradit ca.8. idem sodalium instituendorum mos æuo sequenti mansit honorarium videlicet Cęsarum vita functorum, sic Antoninianos sodales Dio apud Capitol. M. Philosopho, apud Lamprid. Heluianos apud Spart. Pertinaci legimus institutos. Erant hi ab Augustalibus, qui sacra larium curabant, penitus distincti: nam hi, de quibus loquimur, ea primoribus cogebantur vrbis, cum Larium Augustales essent Libertini, vt vetus Horatij interpres notat Porphyr. ad illum versum Horat. Sat.3. 1. lib. sermo.

D *Libertinus erat, qui circum, &c.*

Et rectè vidit Beroald. in Claudium Suet. Suid. in voce Αὔγυστον Augusteum, siue Augustale locum fuisse obseruat, in quo præfecti regionum & Augusti cultores in Tiberij honorem Id. Octob. saltabant, quasi in foro, qui quidem nomen accepisset ab Augusto: vt & Constantinus Magnus statuam erexit in loco Daphne matri suæ, vnde loco nomen inditum Augusteum.

Hi verò omnes ludi ab illis videntur distinguendi, qui ipso die natali Augusti in Circo exhibebantur notati fastis 8. Kal. Octob. quorum meminit Sueton. cap.57. in eo equites Rom. inquit, natalem eius sponte, atque consensu biduo semper celebrarunt & 4. lib. de Ponto Ouid. ad Græc. eleg. 9.

E *Pontica me tellus, quantis hac possumus ora,*
Natalem ludis scit celebrare Dei.

Meminit & Dio in actis anni 743. Illis autem verbis cap.15. In Nerone Sueton. reditum Neronis è Græcia describens, Augustianos, militesque se triumphi eius clamantibus non intelligit, opinor, hos Augustales sacerdotes, tametsi Dio αὐγυςείους nominat, sed simpliciter Imperatorios; quomodo etiam libro 2. cap. 7. de re militari Veget. Augustales vocat militum genus, qui ab Augusto, vt ait, ordinariis, qui primos in bello ordines ducebant, iuncti fuerant, vt Flauiales legionibus addidit D. Vespasianus.

Vt caput finiam, hunc Taciti locum lib.1. ita lege, vt ostendit legendum I. Lipsius, ludos Augustales tunc primum cœpta turbauit discordia, cum in omnibus codicibus contra historiæ veritatem, & Augustalium originem legatur cœptos; nititur eiusdem Taciti verbisq; inferius F leguntur, theatri licentia proximo priore anno cœpta, grauius tum erupit.

Materis vox Cæsari, & Liuio restituta, locus Marcellini emendatus, & Suetonij.

CAPVT VI.

A TITI Liuij locus est 8. ab V.C. lib. prælium Gallorum & Romanorum describentis. Consul, dum inter primores incautus agitat, læuo humero machæra prope traiecto cesserat parumper ex acie, quem Glareanus vir doctus pro integro habet: alij mendosum putant, vt Giraldus in quodam suo Dialogo, & Godeleuens non malus Liuij interpres, quibuscum sentio, & pro Machæra, Materi repono: nec desunt, qui Matari.

Ita illo Cæsaris loco 1. lib. de bello Gallico, nõnulli inter carros, rotasque Mazaras, ac tragulas subiiciebant, nostrosque vulnerabant. Repone materas, etiamsi Aldus, & Manutius Mazaras legant, & alij Machinas, alij Mazarias, & sunt fortasse, qui Mazacas: est enim Mazaces vt Hesych. interpretatur, genus hastæ Persicæ, sed nihil ad rem; non enim de Persis agitur pugnantibus, sed de Gallis, vt sit verisimile domesticis etiam armis vsos, non externis.

B Est vero Materis telum Gallicum, vt auctor est lib.4. Strabo, μάτεεις παλτῦ τι εἶδος, non μεεὶς vt legisse videtur interpres, & longe antiquior Strabone L. Sisenna lib.3. & 4. hist. apud Non. Marc. Galli Materibus, Sueui lanceis confidunt. Rursus alij materibus, aut lanceis medium perturbant agmen. auctor Rhet. ad Heren. lib.4. Non tam cito Sarissæ Græcia potitæ sunt, nec tam facile ex Italia materis transalpina depulsa est: vt fortasse ea Hesychio mendum possit tolli vnius mutatione litteræ, aut duarum scribente, Madares Celtis esse latiores hastas: tollendum certè

ex Ammiano Marc. lib. 21. iter suum praeiret cum lancearijs, & ma&tiarijs, & caternis expeditarum. docte restitues integritati, si legeria matearijs, erat videlicet mateis teli, siue iaculi genus post lanceam longius.

Quin etiam videtur nomen adhuc lingua Gallica seruari, nam vt auctor est Adr. Turneb. lib. 9. aduers. cap. 7. in quem cum haec adnotassem, din post incidi, hodie Galli sagittam capitatam matellatam vocant, vt nos Itali fustem, siue baculum oblongum mataro, & matarello nominamus.

C Ita vulneri medeberis, quod infixum est huic Suetonij orationi, in Nerone extremo capite 30. nunquam carrucis minus mille fecisse iter traditur, soleis mularum argenteis canusinatis mulionibus, armillata, & phalerats cum Amaxicorum, alij Amuxochorum, alij Amaxoenn, siue Amazacum legunt imperitissima turba, atque cursorum: parum solida sententia Turneb. existimauit corrigendum, & phalerata acu cum mazaturba. tribus iste locis hoc est lib. 24. cap. 5. lib. 27. cap. 18. & lib. 30. cap. 3. longe melius correxit, Mazacum: ratio correctionis, quod Mazaces in Africa populi essent equorum studio dediti, cum eorum regio equis abundaret optimis. Nemesianus lib. 2. Cyneget.

Quemque coloratus mazax deserta per arua
Pauit, & assiduos docuit tolerare labores.

De quibus item Claud. 1. Panegyr. Stilic.

—pauidus proiecit missile Mazax.

Et his antiquior Lucan. lib. 4. Phars.

Tremulum cum torsit missile Mazax.

Vt eum imitatus videatur Claud. vsl de sane probabilitet, nisi putes legi posse Hamaxicorum, vt plaustrorum multitudo indicetur.

Genus exornationis constitutiones suscipere aduersus Georgium Trapezuntium demonstratum.

CAPVT VII.

A SOLEO interdum Georgio Trapezuntio homini Graeco, & docto subirasci, & quidem (vt mihi videor) merito, quod de Rhetorica scribens, facultate vehementer à latinis culta, & illis certè principibus, ab eorum saepe discedat opinionibus, quorum tamen lingua scripsit: & suos quosdam Graecos, Hermogenem praesertim, duces sequatur: non enim video, quid in latinis deprehenderit, siue Cornificium spectes, siue Cic. aut Quinctil. quod vel clausis, vt dicitur, oculis sequi non debeamus, atque vtinam cum hanc Latio facit iniuriam, non latine scripsisset sed Graecè: aequiore animo ferrem Graecos ab eo latinis praeponi.

Vt vt sit 4. Rhet. lib. Graecorum inhaerens doctrinae, vt profitetur, Mendacio conatur veritatem labefactare, cum probar in exornationis genus nō posse constitutiones incidere, nam quod ait, hoc genus simplex & purum semper amplecti, quod certum est, etiam si dem, huic tamen constitutio non repugnat, quae id dicitur, in quo totius cardo vertitur caussae, & quod in caussa potentissimum est, vt Quinctil. docet.

Deinde etiamsi aduersarius laudanti vituperans, vituperanti laudans plerumque non adsit, adesse tamen quis prohibet? ac ne hoc quidem necessarium est, vt sit in aliqua caussa constitutio: alias ne in deliberatione quidem status plerumque reperiretur, saepe numero enim accidit, vt res aliqua suadeatur nemine dissuadente, vel contra. B

Solebat hoc dicere Franciscus Robert. quem ego hominem grauiter & doctè, de Rhetorica disserentem Patauij cum agerem studij Theologici gratia, interdum audiebam. hic ergo dicebat, cum alicuius virtutes vnam, aut plures laudas, fingendum tibi illum esse, qui aduersetur, negetque hanc in eo gloriam inesse.

Huc accedit, quòd etiam dubia laudantur, cum, ne pro dubiis habeantur, enitimur. itaque Cicer. lib. 1. epist. ad Atticum 16. epist. rectissimè dixit. Neque enim illae res aut ita sunt obscurae, vt testimonium: aut ita dubiae, vt laudationem desiderent.

Postremo licet constitutio, vt vult, nihil sit aliud, nisi defensoris prima repulsio cum accusatoris insimulatione coniuncta; vel quod Cicero in Top. tradit, in quo primum insistit quasi ad repugnandum congressa defensio: quae definitio earum est constitutionum propria, quae iudiciales caussas constituunt; sua tamen ratione, κατ' ἀναλογίαν, vt Graecè dicam, accommodanda consiliis, & laudationibus, sic enim veteres describebant, quòd vsitatiores essent apud eos iudiciorum lites, & forte difficiliores: & vt ex potiori genere caussae, aut frequentiori, caetera poterant facile cognosci. C

Tantum verò abest, vt Graecos iste sequatur auctores, vt in promtu sit Hermogenē, Aristotelemque legenti aduersam depromere sententiam: tametsi Aristot. pauca verba facit de statibus, ἀμφισβητήσεως nomine, & Anct. Rhet. ad Alex. Manifestè hoc significat de ratione laudia amplificandae his verbis, cap. 3. oportet autem eum, qui laudat, vt vertit Philelphus, oratione ostēdat in hoc sen homine, seu in rebus huius sliquid inesse, quod aut ipse gesserit, aut per ipsum manarit, aut ex hoc contigerit, aut huiusmodi gratia factum fuerit, aut quod sine hoc patrarum non sit. Endè verò modo & vituperator ostendar oportet horum contraria inesse in illo, quem vituperatum velit. A D

Ciceronia autem, & Quinctiliani quae sit opinio, ex eorum verbis, quae mox adscribam, fiet compertum. Cicer. adolescens 1. de inuent. cum tres constitutiones explicauisset, addidit, atque eorum aliquam in omne caussae genus incidere

necesse est;nam in quam rem non inciderit,in ea nihil esse poterit controuersiæ: quare eam nec caussam quidem conuenit putari.

Cic.iam Senex in Top.idem repetit: expiicatis enim statibus in genere iudiciali, atque etiam,inquit,in deliberationibus,& iaudationibus iidem existunt status. &c. Quid? quod affirmat iis Cæsarem nimis impudenter vsum esse contra Catonem suum: qui tamen esse non possunt incidentes. vt opinatur Trapez. imperite namque Cic.fecisset,si eius rei, quam ex professo tractabat, exempium, vel testimonium adiecisset ex accidenti sumtum.

Neque contemnenda est à Trapez. Marij Victorini veteris, & diligentis interpretis auctoritas: præterquam quod idem colligitur ex Part. Orat.Quinctil.item iib.3.cap.6. Priusquam, inquit, dicere aggrediar quomodo genus quodque causæ sit tractandum, id quod commune est omnibus, quid sit status, & vnde ducatur, & quot,& qui sint,intuendum puto. Et confutans eam, quam Trapez. videtur amplexus sententiam,quanquam, inquit, id nonnulli ad iudiciales tantum pertinere materias putauerunt:quorum inscitiam cum omnia tria genera fuero executus,res ipsa deprehendet.

Nec tacebo, falsum esse quod Trapez. asserit in laudationibus Olympionicarum, quæ sunt apud Pindarum, non solum re, sed ne suspicione quidem adfuisse aduersarium: nonnunquā enim Pindarus,in eorum,quos laudat, æmulos, & obtrectatores inuehitur.

Miror tamen Bartholomæum Caualcantium in Trapezuntij inclinare opinionem vt constat ex 2. lib. Rhet. ab eo Italicè conscriptæ: Multo prudentior in hoc Cypr.Soarius Soc.Iesu in breuibus,sed eruditis de Rhet. iibris.

Iustini Mart.locus de Simone Mago illustratus, quis semo Sangus Romanis; locus supplicij apud eosdem ordinarius quis.

CAPVT VIII.

LEGITVR Iustini Philosophi,& Martyris Apologia pro Christianis ad Antoninum Pium, in qua narrat statuam in Tiberi inter duos Pontes (Æsculapij insula dicta) à Romanis erectam Simoni Mago,quem pro Deo haberent,cum inscriptione: Simoni Deo sancto, quod etiam indicant Tertullianus. cap. 13. Apologet. Cyrillus Catechesi 2.Euseb.lib.2.hist.Eccl.cap.12.13.14. & 1.Hæret. fabularum lib. Theod.

In dubium tamen verti potest verumne sit, quoniam ante aliquot annos Greg.13.Pontificatu ex illius insulæ ruderibus effossus lapis fuit hac inscriptione notatus. Simoni Sango Deo Fidio sacrum Sex Pompeius S. P. F. col. Mussianus Quinquennalis Decurio Bidentalia donum dedit; cuius quidem basis non videtur capax esse simulacri humanę staturæ hominis,quia exigua.

Deos autem Semones ita declarat ex Varr. Fulgentius de prisco serm. Semones dici voiuerunt Deos, quos nec cælo dignos adscriberent ob meriti paupertatem,sicut Priapus,Hipporea, siue Hippona,Vertumnus: nec terrenos eos deputare vellent pro gratiæ veneratione, sicut Varro in Mystagog. ait. Semoneque inferius derelicto Deum depinnato attollam orationis eloquio.

Sabina autem iingua Sangus Hercules dicebatur,auctore lib.de lingua Latina I V. Varrone, qui & Sancus in antiquis lapidibus Reate dicitur,semipatri Sanco, & Propertio, atque Ouid. huic quidem lib.Fast.6.

Quærebam nonas Sanco, Fidione referrem.

Illi autem:

Sic Sancum Tatiæ composuere Cures.

Et visitur inscriptio in Hortis Cler.Reg.qui Teatini vulgo dicuntur, Romæ in Quirinali. Sango sancto Semon. Deo Fidio sacrum, decuria sacerdotum Bidentalium receperatis vectigalibus. Aliter S.Aug.omnino ex Gentilium libris 18. de Ciu. Dei iib. cap. 19. Sabini etiam regem suum primum, Sangum siue, vt aliqui appellant, sanctum retulerunt in Deos: Dionys. Halicarn. lib. 2. Portium Cat. scripsisse narrat, Sabinorū gentem à Sabino filio Sangi Dei gentilis, qui etiam dictus est Pistius,appellatum A quod cum Ouid. versu,quem citaui,consentit. Meminit & Dion. Halicarn.lib.4.aræ erectæ Semoni Sango Romę. B Silius quoque lib.8.Pun.sic cecinit:

—Et lati pars sanctum voce canebant
Auctorem gentis,pars laudes ore ferebant
Sabe tuas,qui te patrio cognomine primus
Dixisti populos magna ditione Sabinos.

Sic enim & Lact. iib. 1. Sabini colunt Sabum, vt Romani Quirinum. Sanctum quoq; nominant Proper.alijque,vt Plut.in quest. Rom. n.30.Prop. lib.4. eleg. antepen. Sed Herculem tamen indicat esse,quem inuocat.

Sancte Pater,salue, cui iam fauet aspera Iuno
Sancte velis libro dexter inesse meo.

Cuius numini,vt ait Verrius,propter viam fit sacrificium, quod fit proficiscendi gratia, in quo mos erat, vt si quid ex epulis superfuisset, igne consummaretur, inquit, Macrob. lib.3.Saturn.

Hæc tamen non euertunt Iustini dictum; primum quia huius Sangi statua vno in loco non collocabatur, vt constat ex his, quæ diximus. & Dio lib.60.testatur agens de temporibus Claudij,adeo creuisse Romæ superstitionem, vt omnes iam ædes, omnia opera statuarum, & donariorum essent refecta.

Hunc tantum extrema cæli regione tantummodo aduocari Mart. Cap. lib. nupt. 2. tradit: Nec desunt, qui putent verbum sancire ab eo

Duos fuisse Lucullos, quorum narrantur sumtuosa ædificia: Zeta quid: Duplex Corduba: Ænariam non aliam esse, quam Pithecusam.

CAPVT IX.

A ERRATVM est ab eruditis vni Lucullo fabricas attribuentibus insanas, quæ duobus erant assignandæ; duo enim fuerunt Luculli M. & L. fratres, quorum meminit lib. de re rust. 3. Varro, & magnificentissimarum vtriusq; piscinarum: à M. in Tusculano superbè ædificatarũ, à L. prope Neapolim superbissime: adiungit idem Varro à L. montem fuisse perforatum, insignem illam cryptam Neapolitanam indicans, quam graphicè describit, & paucis tamen verbis epist. 58. Seneca, amborum mortem paucissimis complexus verbis initio capitis 34. consolat. ad Polybium ab his villæ dictæ Lucullanæ, siue Lucullianæ.

Lampridius in Heliogabalo, siue Aligabalo scribit eum vt luxuriosissimum odoribus Indicis sine carbonibus vti solitum ad Zetas euaporandas. Quid Zeta sit sibi visus est explicauisse Ioan. Molanus ex Plin. epist. locum scribens fuisse vnius lecti cum duabus Sellis capacem, qui velis obductis, & reductis modo adiiciebatur
B cubiculo, modo auferebatur. Hoc ille cum in Martyrol. 26. die Martij quid sit Zetarius Palatij exponit; hoc enim munere in Domo Diocletiani Imper. Castulus Martyr fungebatur, cuius quidem Martyris in actis S. Sebastiani extremis mentio.

Locus autem Plinij qui indicatur à Molano non alius esse videtur, quam epistolæ 6. ad Apollinarem lib. 5. vbi describitur villa quædam, & pro Zeta vulgati Codices Dieta habent, siue potius lib. 2. epist. ad Gallum, quæ est 17. & qua eleganter describit Laurentinum suum. mentione sæpissimè de Zetis facta, quoniam plures erant,
C quasi partes, & secessus domus, & de earum quidem vna, sic scribit, quæ specularibus, & velis obductis, reductisue modo adiicitur cubiculo meo, modo aufertur, lectum & duas Cathedras capit, à pedibus mare, à tergo villa, à capite siluæ, tot facies locorum totidem fenestris & distinguit, & miscet: iunctum est, cubiculum noctis, & somni, & quæ sequuntur.

Ex quibus colligi videtur posse esse Zetas quasi cubicula mobilia, &, vt sic dicam, portatilia, cum modo adiici scribat cubiculo, modo auferri: in qua epist. semper Dieta legitur: quo modo & in Alexandro Lampridij in matrem Mamæam vnicè pius fuit, ita vt Romæ in Palatio faceret dietas nominis Mammææ: quas imperitum vulgus hodie ad Mammam vocant.

In tit. tamen ad extraord. crimin. qui se in aliena cenacula dirigunt furandi animo directarij vocantur, & in hanc lectionem propensior D
est Turneb. aduers. 9. cap. 17. derectarios alij nominant.

Paulus lib. 5. sent. cap. 4. quoties quis pulsatur, cuius domus introitur ab iis, qui derectarij appellantur. Vlp. item. l. 1. D. de effractor. fortasse pro dietariis, vt alij volunt legi, Zetarij esset reponendum, vt vel ex ea constit. lux aliqua possit ad intelligendum, quid sit Zeta, adferri, alioqui Delio opus erit natatore ad expiscandam veram huius vocabuli notionem.

Dietam Varro habet pro Latina voce sic appellatam, quod in ea per diem ederetur; alioqui, si Græca est, ἀπὸ τῶν διαιτῶν, siue διαιτᾷν. id est, à conuiuiis, quæ in ea fiebant, & diæta Dicendum. Vox tamen Diæta, si è Græco ducitur, E
siue Latino Diæta confirmetur, notandi aliquot scriptorum loci insignes.

Familiam ducat I. C. Scæuola lib. 3. de leg. liberto meo & domo mea, quam libertis meis dedi, Diætam, in qua habitaui, reliquo: Mox cellarium iunctum eidem Diætæ ab herede meo ei concedi volo. hic videtur intelligi cubiculum, in quo vitam traducebat: siue cenationem, in qua comedebat. Ita locus est clarior in Sidonio Apollin. in quadam eius epist. ex triclinio fit in Diætam, siue cenatiunculam transitus. Sic tertio loco, qui est Papinij s. libro Siluarum sumitur.

Vna tamen cunctis procul eminet vna Diætis.

Et certè Plin. lib. s. epist. de ea videtur intelligendus, cum dicat in hac Heliocaminus quidam, alia Xystum, alia Mare, vtraque solem prospicit: Heliocamino verò excipiebatur ex verberatio- F
ne solis calor ad eam calefaciendam citra fumi noxam: de quo Vlp. L. si arbore D. de set. vrb. pred.

Nec videtur assecutus Plinij sententiam, & vocis notionem Molanus, vt apparet ex Plinij verbis. hac adeuntur Zetæ duæ, quarum in altera cubicula quatuor, altera tria, vt circuit sol, aut sola vtuntur, aut vmbra. & post nonnulla. mox Zetula refugit quasi in cubiculum idem, atque aliud. Lectulus hic, & vndique fenestræ, & tamen lumen obscurum vmbra premente. nihil hic de velis, nihil de duabus sel- G
lis: vmbram fieri arboribus, & peculiariter vite, demonstrat hac oratione. Nam lætissima vitis, & per omne tectum in culmen, & mittitur, & ascendit. Sunt locis pluribus disposita sedilia è marmore, quæ ambulatione fessos, vt cubiculum ipsum iuuant. Ecce tibi sedilia extra Zetas.

Suspi-

Suſpicor, quando nihil occurrit aliud probabilius, partem fuiſſe ædificij, ſeu villæ forma Z conſtructam: niſi ἀπὸ τῆς ζωῆς deduci placet, quod in ea viuatur hilariter, ſiue ζῆν, id eſt feruere, quoniam feneſtras, ac proſpectus vtrinque haberet ad ſolem excipiendum: cum & in ea collocetur Heliocaminus in eundem finem.

Cum hæc adnotaſſem, forte incidi in commentarium non indocti patrum noſtrorum memoria viri Ioan. Marij Catanei in epiſt. Plinij, qui
H cum legat Diætam, adiungit tamen & Zetam legi. ſuper qua dictione videtur mihi, inquit, operæ pretium referre quid hactenus compererim. Lamprid. in Heliogab. odores Indicos ſine Carbonibus ad vaporandas Zetas iuſsit incendi. Sidon. lib. 9. quod ſupradicto tamdiu potes vti libello, vt eum non amplius Zetecula tua, quàm memoria includat, & lib. 8. Nam per armariola, & Zeteculas noſtras non remanſerunt digna prolatu.

Ex poſterioribus cognoſci poteſt Zetam pro bibliotheca vſurpari: Nec Sidonij auctoritatem in hoc magnifacio: quod nec Vlp. l. C. eruditiſ-
I ſimus lib. 32. vbi de bibliotheca multa differit, vllam Zetæ mentionem facit.

Quidam arbitrantur Zetam eſſe locũ, quem antiqui deducta per parietes aqua frigida refrigerabant, vel feruenti calefaciebant. Ita Cataneus, nam quæ ſequuntur in eo non neceſſe eſt deſcribere. Fuiſſe locum tepidum, quem nos dicimus, Stuffa, indicat ille Lampridij locus: nam propterea odores in eam inſerebantur, vt facilius in loco tepido vaporarent. Vide ne Muſæolum ſignificet, & quem vocamus Camerino, ò Gabinetto. quamquam & in hoc ἐπίχα mote Academiæ.

Extat quoque Diætæ, ſiue Zetæ nomen apud Suet. cap. 10. Claudij, vbi domus, aut villæ nomen eſt, opinor ad delicias comparatæ, in Die-
K tam, cui nomen eſt Hermeum, conceſſerat.

Corduba duplex cenſetur, altera in Hiſpania, altera in Perſide: Nec mireris vocum ſimilitudinem, quam inducere potuerunt in Hiſpaniam Perſæ, ſiue Iberi Perſis finitimi: Docet enim Plin. lib. cap. 1. ex Varr. Perſas, & Iberos in Hiſpaniam perueniſſe cum ſuis Colonis, tametſi Socrates lib. 1. hiſt. Eccl. cap. 16. errans Iberos affirmet Hiſpanorum eſſe Coloniam: ſed Corduba Perſica, Corduenna ſæpius dicitur, quæ propè Tigrim eſt: & ſanè Corduennos populos circa Tigrim locat Plin. Vrbis autem meminit Ammianus
L Marcelli. lib. 23. circa medium, & 24. in fine. in ſua Coſmographia AEthicus nominat Cordubennam.

Corrigendus eſt lib. 14. Met. Ouid. dum canit Pithecuſam inſulã à Pithecis, id eſt, ſimiis in fabula Cercopum dictam, diſtinguens ab Enaria, quod & fecit Pomp. Mela lib. 2. & Iulius Sol. cap. 8. Polyhiſt. qui Ithaceſiam vocat Ouid. lib. 14. Met.

Inarimen, Prochyteneq́; legit, ſteriliq́; locatas
Colle Pithecuſas habitantum nomine dictas.

Omnino eadem eſt Enaria, & Pithecuſa, conſtat ex Ptolemæo tab. 6. Italiæ, & Plin. lib. 3. cap. 6. Enaria ipſa à ſtatione nauium AEneæ, inquit, Homero, Inarime dicta, Græcis Pithecuſe non à ſimiarum multitudine, vt aliqui exiſtimauerunt, ſed à figlinis Doſiariorum, quas in campa- M
no ſinu ortas ferunt, inquit, idem lib. 2. cap. 88. à Miſeno abruptam Pithecuſam, ne plures fuiſſe veniret in mentem, vt Prochytam Strabo lib. 1. tradit: cum priore loco Plin. ſcribat non ab AEneæ nutrice, ſed quia profuſa ab Enaria erat, Prochytam nominatam: vtramque auulſas de terra partes fuiſſe lib. 6. commemorat Strabo, vt alias nonnullas, qui lib. 8. Enarium locum agnoſcit in Egiorum tractu in Græcia, vt Enarem inſulam in mari Ionio Plin. lib. 5. cap. 31. Inarimen verò apud Virg. 9. AEn. illo verſu:

Inarime Iouis imperiis impoſta Typhæo. N

Eandem eſſe, & illum locum, qui ſic deſcribitur ab Homero Iliad. 2. in Arimis, vbi dicunt Typhœi eſſe lectũ, A vt Heſiod. in Theog. de Echidna Tiphœo miſta, B & efficiant verè. Indicant Stephani verba de vrbibus in Arimis, inquit, vbi dicunt eſſe Typhonem, hi quidem in Cilicia, alij vero in Syria: & vero tertij in Pithecuſis apud Etruſcos. C Homerus igitur de Arima accepit Ciliciæ, vel Syriæ. Virg. de Inarime, quæ Græcis Pithecuſa eſt, nobis Iſchia; quamquam alterius Gigantis tumulum eam finxit 1. lib. Sil. Ital. ita canens.

Apparet procul Inarime, quæ turbine nigro
Fumantem premit Iapetum.—

Sertulum eſt hoc caput ex variis floſculis.

Baſilica aliud Romanis, aliud Chriſtianis: Cicer. locus ad Att. explicatus aduerſus Manut.

CAPVT X.

BASILICAE vox etſi à Gentilibus accepta videtur, non abhorret tamen à ſacrarum litterarum phraſi, cum legamus 2. Paralip. 4. & 6. atrium illud maius templi Salomonis Baſilicam nominari. Ego aliquando putaui Romanis antiquis baſilicam fuiſſe porticũ magnificam quod ſenſiſſe videtur is, qui theatrũ mundi ſcripſit vol. 18. lib. 2. cum ſub titulo, ſiue inſcriptione baſilicarum porticus tantum reponat: verum doctior etiam locum, ſiue domum amplam columnis ſubnixam video fuiſſe, in qua vt Plut. indicat in Cat. Vticen. Trib. pleb. ius dicebant, A eratque in foro, vt apparet ex lib. 4. act. in Ver. Cicer. & aljis paſsim ſcriptoribus: fiebant item conſilia priuata, iudicia, arbitria, interdum etiam conuiuia, ſaltationes, & ludi.

Quod verò pertinet ad Basilicæ structuram, cum non vna esset, sed plures, simul iungebantur in longũ porticibus, quæ columnis incumbebant æquo inter se interuallo distantibus, vt constat ex Vitruuio lib.5. cap.3. Nec verò in vno tantum erant foru, sed in multis, & hyeme potissimum publicæ in ipsis habebantur conciones, & negotiatorum conuentus. Et quidem in superiore parte iudicia, in inferiore negotia exercebantur, in quibus auctore Paulo I. C. venale argentum reponi solebat: Vide l. pediculos §. item cum D. de aur. & arg. leg. & l. inter stipulantem §. sacram rem. D. de verb. oblig.

C Iudicia in ipsis exerceri solita duo insignes ostendunt auctores, Seneca, & Plin. ille quidem lib.3. de ira cap.33. fremitu iudiciorum Basilicæ resonant. &c. hic autem lib. epist.5. epist. postrema: Descenderam in basilicam Iuliam auditurus quibus proxima comperendinatione respondere debebant. Sedebant iudices, centumuiri venerant, obuersabantur aduocati, silentium longum, tandem à Prætore nuncius: dimittuntur centumuiri, eximitur dies me gaudente, qui numquam ita paratus sum, vt non mora læter.

Cuius generis ea videtur fuisse quam Theod. Iunior Imper. liberam esse voluit ab Ergasteriis,

D tabulatis, & intromissione equorum, & picturis inumbrari vetuit. C. de oper. publ. 20. l. Basilicam, cum tamen eum locum Bartholus intelligi velit de Dei templis, & nostris Ecclesiis.

Et hęc quidem de Basilicis publicis dicta sint, quas constat loca fuisse ampla, & publicis vsibus accomodata l. inter stipulantem, 83. §. summ. & l. continuus 137. §. cum quis. D. de verb. oblig. ex quibus ad Christianos Basilicæ nomen deriuauit.

Nam, vt propagabatur Christi religio, ita Basilicæ illæ Gentilium in Christianorum Ecclesias aliquando conuertebantur; atque inde nomen; nam magis hoc mihi placet, quam quod tradit Isid. lib.15. Orig. & ab eo mutuati Amalarius de Eccl. off. lib.2. cap.2. & Valafridus Strabu cap.6. de rebus Eccl. quod scilicet Basilicæ prius

E vocarentur Regum habitacula, ita nunc diuina templa dicantur, quia ibi Regi omnium Deo cultus, & sacrificia offeruntur.

Nec inficior tamen domum Regiam Basilicam nominari, sed egregius est, & illustris Ausonij Galli ad hoc, quod asserimus, probandum locus in grat. act. ad Gratianum Augustum: Basilicæ olim negotiis plenæ, nunc votis v. sanè etiam Christiani in his Basilicis negotiantur, verũ de his, quæ ad animi salutem, atque ornamentum spectant, quæ vera sunt, ac solida negotia. Et Christianarum quidem Basilicarum eadem ferme erat structura, quę & Romanarum paucis vel mutatis, vel additis.

F Erant & priuatorũ Basilicę ad inambulandum ex ædificatæ, & magno sumtu ornatæ, quarum meminit S. Hier. epist.18 ad Marcellam. De publicis autem intelligendus est locus ille Cicer. epist.17. lib.14. ad Att. Paulus in medio foru Basilicam penè erexit iisdem antiquis columnis: illam autem, quam locauit, facit magnificentissimam.

Quem locum minus fortasse intellexit Manutius, cum hanc nouam Basilicam ab eodem Paulo AEmilio exstructam scribit, quoniam ciuilium bellorum interuentu non perfecit, sed sub Augusto alter AEmilius, qui Consul fuit 720. anno & postea Censor: ita enim Corn. Tacitus lib.3. Ann. non longè à fine, iisdem diebus Lepidus à senatu petiuit, vt Basilicam Pauli AEmilia monumenta propria pecunia firmaret, ornaretque, & mox. quo tum exemplo Lepidus, quamquam pecuniæ modicus, auitum decus recoluit.

Et Dio lib.4. ferè extremo. Porticum, quę Pauli dicitur, AEmilius Lepidus propriis impensis exstruxit, & in consulatu suo consecrauit. G Non enim vnius AEmilij opus fuit; nam Paulus AEmilius, qui postea cum C. Marcello Consul, Basilicam vnam veterem refecit, nouam locauit, quã incendio consumtam 20. annis alius AEmilius refecit, vt idem narrat lib.54. C. & post trigiuta annos collapsam firmauit, ornauitque M. Lepidus, cuius 3. & 4. ann. meminit Tacitus. & ex professo laudat, vir prudens, inquit, grauis, adulatorum hostis, & adulationum.

Vetustissimæ celebrantur Basilicæ, Porcia à Cat. Maiore sub Curia foro adiuncta, cum Censor esset, inquit Plut. in eo: cuius cum columna H multis post annis videretur officere subselliis, Tribuni Plebis decreuerunt aut remouere, aut in alium locum transferre, nisi prima causa in foro dicta Vticensis Cato obstitisset, ita Plut. in eo: opimia, cuius est apud Varr. 4. lib. de ling. Lat. memoria, quam monumentum in foro celeberrimum Cic. nominat pro P. Sextio, nisi Cõcordiæ templum intelligas ab eo constructum, vt est apud Plut. in Gracchis.

Quod verò in Basilicis maxima ferè semper hominum erat frequentia, pulcrè ad hoc Cicer. allusit. 2. ad Att. lib. epist.13. de se ipso rus colente, vt quosuis ad se visendum fieret concursus demonstraret. Basilicam habeo, non villam, frequentia Formianorum. At quam partem Basilicæ? tribum AEmiliam v. fortasse, quod hæc erat frequentior.



Cor, & κῆρ idem: mutuus cordis, & stomachi consensus: qui consulares, siue Proconsules in Italia fuerint: & in Virg. versum quid sit funera explicatum.

CAPVT XI.

A Καρδία est prorsæ orationis scriptoribus, quod Poëtis κῆρ, & κέαρ, vnde cor Latinis: & quasi καρδία est: ferè autem isti κραδίη vel κραδίη Ionicè vsurpant: & aliquando animum significat, & quod ἐκ καρδίας φιλεῖν Græci dicunt, Latini ex animo, Itali propius ad vocem Græcam, Amardi cuore, cordialmente. Græcorum item more cordicitus dolere, & cordolium Plaut. Cistell. & Pæn. ibi scen. 1. act. 1. hic act. 2. scen. 2. dixit mulieri non est cordolium, nam nulla cordicitus dolet. vt & Ennius pro mœrore, qui cordi insidet, nos Itali cordoglio.

A medicis ventriculi os nominatum καρδίαν,
B opinor, propter mutuum cordis, & stomachi consensum, de quo Gal. lib. 1. de placit. Hipp. & Plat. & καρδιακοὶ dicti, qui propter oris ventriculi languorem animo destituuntur, & καρδιωγμὸς ipse dolor, & affectus, siue πόνος stomachi vt Schol. notat lib. 1. Thucyd. quæ etiam dicitur καρδιαλγία. quam Cornel. Celsus definit esse nimiam imbecillitatem corporis, quod stomacho languente modico sudore digeretur: genus habet συγκοπὴν, quanquam syncope videtur propriè esse, cum primario afficitur cor: Cardiaca vero affectio, cum non nisi secundario, & per consensum afficitur Cor.

Nec ignoro tamen quod Gal. etiam monuit,
C quosdam existimauisse hunc postremum affectum καρδιωγμὸν ad cor pertinere, esseque motum cordis palpitationi similem; nam ita definit Erotianus saltum frequenter, & vehementer in ipso factum, id est, in corde: *A* alterum καρδιωγμὸν nominat, quasi speciem alteram, cordis prope visceris erosionem: Nec distinguit inter καρδιώσσειν, & καρδιώττειν, sed vtrumque esse decernit idem, quod item placuit Elio Dionysio cum nausea, & dolore stomachum discruciari: *B* & plerique ita sumi ab Hippocrate opinantur, vt Gal. scribit li. 4. aphor. 65. quæ tamen ipse Gal. 8. lib. Med. secundum locos, distinguit, quæ vt breuiter, & clarè habeas comperta, lege Bartholomæi Eustachij notationes in Erot.

Porrò hunc stomachi, & cordis affectum ex
D consensu, vel Sympathia hoc sermone declarat Aphrod. siue Trallianus li. 2. Probl. q. 34. Cur magis doleamus ex testiculorum ictu, quam alterius partis corporis, & cum de consensu quædam attulisset, trium illum esse generum adiunxit, vel propter cognationem συγγένειαν: vel propter loci viciniam τὴν γειτνίασιν, καὶ ἐγγύτητα: vel propter imbecillitatem, ac transitum ἀσθένειαν καὶ μετάδοσιν.

Secundi generis esse dixit consensum cordis, & stomachi, cum acrior stomachũ mordet humor, & cor ex consensu mouetur ad repellendum, quod molestum est, *C* quos Dioscor. nominat καρδιωγμούς, & stomachi δηγμούς, Plinius solet reddere rosiones, & medicamenta καρδιακὰ. quæ cordis discutiunt affectus, de quibus vt breuiter. ita doctè post Gal. lib. 5. de loc. aff. Io. Fernel. lib. 5. de part. morb. & Sympt. cap. 12. E

Vocis autem notatio Græcæ vel ducitur à nomine κῆρ, & verbo ἄρδειν, quoniam vniuersum corpus sanguinis copia cor quodammodo irrigat: siue, vt Blastus in Etymol. & Didym. volunt, à verbo κραδαίνειν, quod palpitare significat, & continenter salire propter palpitationem cordis perpetuam.

Vix intelligas, quod vetus ille magister, & parens medicorum Hippocrates scriptum reliquit, cor peregrinas nõ admittere impressiones, cum tamen, & patiatur morsum, aliasque affectiones, F quæ sanè sunt peregrinæ & extrinsecus adueniunt: & ita ipse 4. libro de morbis dixerat caput, & cor, & lienem participes esse omnis humoris: quî prius affirmarat, hepar non alium pati affectum, quàm, quem vocant homines, mordicationem cordis, cor videlicet pro hepate sumentes: quia venulis tam paruis non alius humor attrahitur: propterea in ipso nullus alius gignitur morbus præter καρδιωγμὸν, id est, mordicationem. *F*

Hunc affectum immoderata efficit bilis, vt Gal. ait. com. ad aphor. 65. lib. 4 & 3. comm. prognost. id quod bilis in eo refusiones indicant, quas eo loco Thucyd. producit Gal. qui tamen os ventriculi καρδίαν solitum dici declarat, vt mirer, quomodo hepar ibi Hippocrates vocet: qui G & lib. de carn. in venis, inquit, & corde plurimũ est caloris, atque ita in se continet spiritum, & semper mouetur: *D.* *E* exemplo probat & experientia ignis accensi in loco clauso, vbi nullus flet ventus.

A Medicis ad Historicos, Auctor est Dio lib. 52. & 53. Augustum Imperat. consulente Mæcenate Italiæ ciuitatibus Consulares dedisse cum iure gladij, qui & Procõsules dicti, q quidem longè diuersi erant ab iis, qui libera Rep. dabantur præfecturis, quorum duplex erat genus, vt Festus Pomp. docet, nam alij Pop. Rom. suffragiis. alij à H Prætore Vrbano quotannis mittebantur: hoc vt exploratius fit. Cic. T. Liuij, & aliorum scriptorum testimoniis egregiè facit Sigonius Ciuis meus cap. 13. lib. 2. de ant. Iure Italiæ.

Atque hæ quidem Ciuitates proprio vocabulo appellabantur Præfecturæ, in quibus eodem auctore Festo. & ius dicebatur, & Nundinæ agebantur. & erat quædam earum Resp. neque tamen Magistratus habebant suos. Dictæ autem Præfecturæ, quòd in eas legibus Præfecti quot

aonis mittebantur, qui ius dicerent. Harum duæ erant classes, vna earum, in quas solebant ire præfecti quatuor, qui auctore 26. virum collegio populi suffragio creati erant.

Sed redeo ad Proconsules, siue Consulares Vrbium Italiæ, qui distinguendi à Proconsulibus, & Præsidibus, Legatisque Prouinciarum, &
E quidem durius erat Proconsulare Imperium Præsidiali: hæc fortasse causa, quòd plus haberet iuris, & auctoritatis in Prouincia Proconsul, quam Præses, & maiores sumtus ille magistratus requireret, quam hic. Iustin. Imper. Auth. Coll. 3. tit. 4. de mand. Princ. hos vrbium Italiæ Proconsules inter illos recenset, qui medias gerunt administrationes. quorum sæpè fit mentio in act. SS. Martyrum, in quibus si legeris alicuius Ciuitatis Præsidem, accipe pro Præfecto: Præsides enim non nisi Prouinciis dabantur: de alia quædam altero lib. adnotauimus.

Virgil. versus Aen. 9. in lamentatione eiulatuq; matris Euryali:

Heu terra ignota canibus data præda Latinis,
Alitibusq; iaces, nec te tua funera mater.
Produxi, pressiq; oculos.

Si funera casus sit accusandi, nescio qua constructione dici possit tua funera, siue tuum funus te produxi. sunt qui explicant, in, vel ad funera: sunt qui legant, funere hoc sensu, ego tua mater funeris tui comes te non produxi, siue perduxi extra domum videlicet ante fores cadauer mortui relinquendo, vt inde efferretur.

Sed omninò existimandum id verum esse quod Seru. Hon. adnotauit. & Donatum latuit, funera nominandi esse casum num. sing. gener. fem. funera pro funerea hoc sensu, Ego mater non potui esse tua funera.

In quibusdam meis aduersariis reperi obseruatum, ex quo, non memini, in lege 12. Tab. funeras mulieres appellari ad quas funus pertinebat, matrem scil. filias, sorores: eas tamen Solo Athen. definit ἐντὸς ἀνεψιαδῶν, id est, quæ infra fratrum filios non sunt. Plut. in Sol. eodem modo intelligendus Ennij versus à Cicerone citatus in Cat. & P. Q. Tusc.

Nemo me lacrumis decoret, neq; funera fletum
Faxit, quom volito viuu' per ora virom.

Qui versus vulgò leguntur hoc modo:

Nemo me lacrymis decoret, neq; funera fletu
Faxit, cur volito viuu' per ora virum?

Hinc deriuatum, vt cùm κῆδος prima notione funus significet, vel exequias, extenderetur ad cognationem. siue affinitatem significandam, ad quam funus pertinebat: ita cùm πένθος luctum significet in familia funesta, ij, ad quos luctus pertinebat, vocarentur πενθεροὶ quo nomine non soceri tantum, sed etiam affines omnes dicti. argumentum clarum huius appellationis reperio in Glossario veteri ita enim scriptum. funera mulier est θρηνοῦσα κῆδος, hoc est, quæ in funere lamentatur.

Quod autem Virgilius dixit, produxit, verbo προπέμπειν expresserunt Græci. Aeschylus in septem ad Thebas in funere sororem inducit, sic loquentem. quo modo audebo neque te lugere, neq; te ad tumulum producere?

Πῶς τολμήσω μήτε κλαίειν, μήτε προπέμπειν ἐπὶ
τύμβον.

Est verò hoc discrimen inter funeram, & præficam quod funera ad limen vsq; ostij cadauer comitabatur, eratq; cognata, vel affinis, eiusq; proprius erat dolor: præfica verò pretio conducta ad Libitinam vsque plangens sequebatur, eiusq; proprius erat planctus & clamor.

Virg. locus de Scylla explicatur, alter contra Alciatum: Quis Cato fuerit J.C.

CAPVT XII.

CARMEN est Virg. Ecl. 6.

Quid loquar aut Scyllam Nisi, quam fama secuta est A
(monstris.
Candida succinctam latrantib. inguina

Confundit Scyllâ vnam cum altera, hoc est, filiâ Nisi cum filia Phorci, seu Phorcinis: De priore B
Ouid. lib. 7. Meta. & idem Virg. in Ciri, in quam conuersa fuerat, vt hoc nescisse Virgilium, affirmari non debeat: posterioris idem Ouid. 13. Metam. & Appollonius lib. 4. Argon.

Alciatus igitur latinissimus I. C. hoc exemplo Virgilij probat rumores plerumque esse falsos, & à vero abhorrentes. vt in causis expediendis parum fidei sit ipsis habendum, aut arbitrio iudicis relinquendum, quantum famæ ac rumoribus credendum sit; nihil tamen efficit hoc exemplum, si probabilem hanc sequamur lectionem in Virg. quę vtramq; Scyllam distinguit hoc C
modo:

Quid loquar aut Scyllam Nisi, aut quã fama secuta est.

Siue, an quam. exploratius est alterum Ouidij testimonium, in quo Poëta seruauit famę τὸ ψεῦδος, quæ plurimum ex falso trahi solet: sic enim Penelopa 1. Heroid. epist.

Siue quis Antiochum narrabat ab Hectore victum.

Cùm à Memnone occisus legatur. Putauit Ang. Polit. cap. 76. Miscell. in hoc versu mendum esse, vt pro Antilocho reposuerit Amphimachum, quem constat ab Hectore occisum ex 13. Il. Hom. libro, in qua re eum tacitè notat Alciatus cap. 6. lib. 1. Parerg. nec iniuria. Id ipsum factitasse in Cistel. Plautum obseruat. Regrediamur ad 3. Virgil. Ecl.

Dic quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo,
Tres pateat cœli spatium non amplius vlnas. D

In quos versus duas, aut tres commemorat explicationes Ser. Honorat. quas sibi non placuisse indicat Alciatus lib. eodem. c. 18. nouam ipse comminiscens ex philosophorum placitis decerptam, argutè quidē, vtinam verè: putat enim

Virgil. allusisse ad Hipponis sententiam, qui, vt Crates refert in fab. [illegible] cœlum dixit esse Clibanum, seu furnũ, nos omnes carbones, qui solis adusti calore, tandẽ resoluimur in cineres. idipsum Aristoph. Nub. ridens impegit Socrati:

E *Illic vbi habitant, qui caum cælum viri,*
Verbis suadent esse idem cum Clibano,
Circumdat hic nos, nosq; carbones sumus. A

Ita Virg. patere cœlum, id est, Clibanum seu furnum tres vlnas dicit, quod hæc ferè soleat esse fenestræ, siue ostij fumi latitudo, nam & in furno latitudo dicitur, & in ore, & in lacunaribus, vt & Greci [illegible], siue [illegible], vt Arist. lib. 1. de hist. an. cap. 8. & 24.

Verum non ętat postręma Seruij expositio repudianda de putei fundo, quæ sanè valdè est apta, & rei naturę consentanea, quam nunc sumo illustrandam. doctrina tum Latini, tum Græci auctoris, qua demonstratur eum, qui est in puteo, tantum cœli spatium videre, quanta est putei latitudo, quæ plerumq; trium est vlnarum.

Ergò Plin. lib. 2. c. 14. obscurè hoc significat, docẽs altitudine fieri, vt minores videantur stel-
F læ quàm luna. quemadmodum & solis fulgore interdiu non cernuntur tam æquè, ac noctu luceant, idque manifestum fiat, [illegible], defectibus solis, & præaltis puteis. Et Hesychius puteum fodere explicans tradit Mathematicos ex puteis medias cœli partes indagare.

Instrumentum quo fit hæc indagatio, siue Architectonicum, siue Mathematicum [illegible] siue [illegible] nominatur. B Hinc Hesych. ita puteum fodere, [illegible]: nam solent Mathematici medias cœli partes accipere, & vmbras ex puteis obseruare.

Celsus I.C. Catonem citat I.C. lib. 28. D. l. cum
G bis sextus. §. Cato putat mensem internallarem additum esse, omnesque eius dies pro momento temporis obseruat, extremoq; diei Mensis Febr. attribuit. Paulus item lib. 12. ad Sab. Cato, inquit, lib. 4. pœna certe pecuniæ promissa, si quid aliter factum sit, mortuo ꝓmissore. &c. Pompon. item libr. 11. §. deinde Marcus de orig. Iur. quis hic fuerit Cato, veteres non intellexerunt interpretes, Vticensem falsò existimantes at hic non legitur fuisse I.C. sed Orator potius, & philosophus professione Stoicus.

Meo quidem iudicio intelligendus est M. Catonis senioris filius, eius, qui Censorinus est dictus, quem Sulp. Apollinaris apud Agell. lib. 13. cap. 18. Prætorem designatum patre viuo mortuum fuisse, & egregiös de Iuris disciplina libros reliquisse testatur, id quod & ante me Alciatus deprehendit.

Alter fuit I.C. sui temporis Cato propter grauitatem, & scientiam Iuris nominatus, qui in Concilio floruit Alexandri Mammææ, trium iuris ciuilis libros scriptor fuit, & epistolarum librorum octo, & singularem ex Proculo composuit. Fabius Sabinus.

Ex varia bonorum partitione, quæ maximè sit probanda, & ex quo petenda.

CAPVT XIII.

ANTIQVISSIMVS Poeta Theognis, A cuius passim carmina veteres philosophi vsurpant, valdè quidẽ vulgariter bona omnia partitus est in hæc tria genera, hoc est, Iustitiam, sanitatem, & eius rei consecutionem, quam quia vehementissimè concupiscit: videtur tamen non obscurè indicasse triplex bonum, id est, honestum, vtile, iucundum:

Optima res Iustitia, optima sanitas
Iucundissima res, quæ desideramus, consequi.

Citat vt Deliacum epigram. Arist. lib. ethic. 1. c. 8. vt conuertitur à Lamb.

Iustitia est formosa, valetudo optima res est:
Dulce frui, cuius quemq; perurit amor. A

Non melius alter Poeta iunior Selerias apud Stob. ser. 101. cùm primas tribuit sanitati, secundas ingenio, siue indoli; tertias diuitiis iustè comparatis, quarto loco amicorum copiam reponit. B

Stoicis apud Stoicum Senecam epist. 67. tria item sunt bona, quæ quidem partitio magis est grauis, & philosophica. quædam prima bona sunt tamquam gaudium, pax, salus patriæ: quædam secunda in materia infelici expressa tamquam tormentorum patientia, & in morbo graui temperantia. Illa bona directè optamus nobis, hæc, si necesse erit. sunt adhuc tertia, tamquã modestus incessus, & cõpositus, ac probus vul- B tus, & conueniens prudenti viro gestus.

Iure dubitat Seneca, quomodo ista inter se tria esse posint, cum alia optanda sint, alia auersanda: & diligenter, ac doctè expendit hanc partitionem.

Longè grauior Platonis illa apud Laert. libr. 3. extremo. Bonorum alia habentur, vt Iustitia: alia participantur, vt ipsum bonum: alia subsistunt vt homo probus. At hæc diuisio ipsius boni non attingit naturam.

Plausibilis altera, quam eidem apud eundem libro tribuit Aristot. Bonorum alia sunt animi, alia corporis, alia externa: illa sunt virtu- C tes, & omninò habitus, siue illi perficiant voluntatem, siue intelligentiam: altera sanitas, robur, pulchritudo: Tertia amici, diuitiæ, patria, quam quidem partitionem nullus est, qui iure posit reprehandere.

Huic erit comes altera sanè illustris, & nobilis: bonorũ altera partim suapte vi tantùm expetuntur, neque vsquam aliò referuntur: alia & per se, & aliorum causa, quæ ex ipsis efficiantur, desiderio sunt: nonnulla etiam cùm in se nihil

habeant,

habeant expetendum, cæterorum amantur gratia: quam quidem partitionem ita veteres exponunt, Platonici maximè.

Primi generis est voluptas; neque enim eam propter aliud expetimus, ipsa per se à quocumque sentiri potest. ei desiderium inserit sui.

In secundo collocantur sensus, quos & per se, & propter vitæ commoditates diligimus, in quem ordinem valetudinis, ac virium firmitatem coniiciunt.

D In tertio laboriosæ exercitationes corporis, sectiones venarum, quarundam adustiones partium, sorbitiones medicamentorum, & id genus alia eo tantum expetuntur, quod ad aliud quidpiam putentur conferre. C

Hac tripartita distributione proposita, vtri superiorum generum debeatur principatus, nam tertium quidem in hoc se certamen non offert. differunt philosophorum principes: Plato enim principio 2. lib. de Rep. secundi generis bonis primum dat locum; sic enim disputat Socrat. quod duobus nominibus expetitur, melius est, quam quod vno tantum: at verò à Magistro dissentiens Arist. id summe bonum esse definit, quod tantum propter se, nullo autem modo propter aliud expetitur: eius ratio, quia finis o-

E mnium optimum: itaque vt in quodque finis ratio maximè conuenit, ita id optimum, ac præstantissimum est. constat autem finis proprium esse, quia finis est, cùm ad eum pertineant cætera, ipsum alio nusquam dirigi.

Ego nihil dubito, quin illa partitio boni sit optima, quæ ex ipsius natura boni desumitur, quatenus bonum est: huius autem natura illa est, quam expresit his verbis initio librorum sapientiæ suæ à Magistro Platone doctus Aristot. quòd videlicet omnia appetunt οὗ πάντα ἐφίεται eò enim quid bonum, quò appeti potest.

Ita præcipua boni diuisio tripartita est; aliud est enim bonum vtile, aliud iucundum, aliud honestum: cuius diuisionis hæc ratio, quòd omne bonum terminet appetitum, aut sicut medium in aliud, ecce tibi bonum vtile, aut tamquam vltimum, vt res est, ecce tibi bonum honestum; aut tamquam vltimum, vt quies, hinc bonum oritur iucundum, siue delectabile vt vocant: hæc planius ex Theologia disces, præsertim S. Thomæ 1. p. q. 5. art. 6. & 1. 2. q. 8. art. 2. quam ex philosophia licet multa benè scripserit lib. eth. 1. Arist. cum tria vitæ genera distinguit, amplexus priorem bonorum diuisionem lib. 2. cap. 3.



De natura contrariorum locus Aristot. enucleatus: eiusdem librorum de philosophia partitio Marsi reprehensa.

CAPVT XIV.

LIQVID inest obscuritatis in his Aristot. verbis 2. lib. de arte dicendi A cap. 19. iuxta quosdam. primum igitur dicamus de iis, quæ fieri possunt & non possunt, si itaque vnum contrarium potuerit esse, vel fuisse, & alterum videbitur esse posse, verbi gratia, si fieri potuit, vt conualesceret homo, fieri etiam poterit, vt ægrotet. A Probat ex natura contrariorum, quorum eadem vis & natura, quatenus contraria sunt, quæ singulis propriè conueniunt generibus causarum: sententia est, si vnum contrariorum eandem habeat naturam, vt aut esse, aut fuisse possit, posse id probabiliter etiam de altero colligi. B

Obscuritatis ratio in voce ἀδύνατον, id est, impossibile latet. quam nisi intelligas, vix huius loci sententiam percipies: id quod Petrus Victorius non animaduertit, homo licet oculatissimus. Ergò ἀδύνατον nomen ita latè patet aliquando, vt amplectatur, vel id quod necessariò fit, vel est, & id, quod citra vllam necessitatem. Aliquando pertinet ad hoc tantum genus, quod posteriore loco posuimus, & necessariò obiicitur, id est, vt Græci Magistri loquuntur, συμβεβηκός.

Ille prior modus falsam efficit Aristotelis B sententiam: non enim si potest ignis esse calidus, sequitur, vt etiam frigidus esse possit: neque si potest moueri cœlum, potest etiam quiescere: nam in iis, quæ necessariò sunt, non vtrumque contrariorum est, sed alterum tantum: neque vtrum libet, sed certò, ac definitè alterum.

Cauillaberis fortasse motum, & quietem non esse propriè contraria, sed frustrà cauillaberis: hic enim, vt sæpè alibi, constat Aristo. accipere pro quomodolibet oppositis, hoc est, ἐναντία ἐστὶ τῶν ἀντικειμένων.

Posterior igitur modus verbis quadrat Aristot. atque ita verissimè docet: nam hoc modo C omne, quod potest esse, potest, & non esse. Ita hæc disputantur ab Aristotele in lib. Topic. & analyt.

Doctus vir patrum nostrorum memoria Petrus Marsus indoctè suum quemdam ordinem commentus est librorum Arist. de philosophia planè ridiculum: primò enim loco libros Metaphysicos, &c. constituit. 2. libros de principiis, siue de motu, tertiò, libros de cœlo, quos esse affirmat, qui 1. de nat. Deor. lib. à Cic. producuntur his verbis. Aristot. in 3. de philosophia lib. multa turbat, &c. cum multa peccet Marsus.

Primùm nescisse videtur qui fuerint Arist. de philosophia libri, quos eo loco citat M. Tullius: compertum nobis est ex Laertio l.5. scripsisse tres libros Aristotelem, quibus nomen fuerit περὶ τοῦ ἀγαθοῦ, ἢ περὶ φιλοσοφίας, id est, de bono, vel
D philosophia, qui quidem libri ea continebant, quæ in sermonibus à Platone didicerat, & nonnulla Pythagoræ decreta: eorundem librorum ipsemet lib.1. de anima, his verbis meminit t.26. similiter autem & in iis, quæ de philosophia dicuntur, &c. & Simplicius adnotauit hæc verba declarans.

Deinde verò permiscet omnem philosophiæ rationem, atque ordinem hoc suo commento: quod ita demonstro: aut enim ordinem sequitur naturæ, aut dignitatis, aut doctrinæ: Non naturæ, ita enim quæ minus sunt nobilia præcedant
E necesse est, & ipse tamen ei scientiæ, quæ nobilissima, & idcircò sapientia nominatur, primum assignat locum, hoc est, infimum.

Non dignitatis cùm libros physicos minus nobiles libris de cœlo nobilioribus anteponat, nam hi de re agunt ab omni interitu libera, cùm illi res in materia concretas, & fluxas tractent.

Nec verò ordinem amplexus est docendi, qui fit ex iis, quæ nobis sunt notiora, cùm principium ille dederit obscurioribus, hoc est, sapientiæ, finem verò notioribus, & magis cognitis, id est, Physicis.

Porrò certum, & probatum librorum Arist. ordinem post Marsum doctissimus vir turbauit Franc. Patricius in suis discussionibus Peripatet. sed eruditè, & planè historicè: nec tamen, vt scholæ fugitiuus, ab omnibus penè descisco Magistris, vt hunc vnum ducem sequar.

Breuis Iliadis, & Vlixeæ Homericæ ex Platone & Arist. descriptio illustrata.

CAPVT XV.



A OLA Homeri poëmata Ilias, & Vlixea præ cæteris prædicantur: altero corporis virtus, altero, mea quidem sententia, fortitudo animi repræsentatur: auctores habeo nobilissimos, & vetustissimos; primus enim Anaxagoras demonstrauit in Homeri poëmatis de virtute agi, & de Iustitia. vt lib.2. Laërt. ex Phauorino ἐν τῇ παντοδαπῇ ἱστορίᾳ refert.

Hunc secuti Plato, atque Aristot. ille quidem in Alcib.1. argumentum esse tradit horum poëmatum discrimen iusti, & iniusti, quod contigerit inter Græcos, & Troianos, atque inter Procos Penelopæ, & Vlixen. A & in Hippia min. Apemanti opinione Vlixeæ præfert Iliadem, vt præfertur Vlixi Achilles. Et paulò post Hippias affirmat effictum ab Homero Achillem ἄριστον, id est, fortissimum, σοφώτατον, hoc est, sapientissimum Nestorem; Vlixem πολυτροπώτατον, hoc est, B versutissimum, & callidissimum, melius fortassè experientissimum. B

Sed Plato priore modo accipit, qui scilicet rebus multis ingenium accommodet suum. cùm Achillem scribat fingi ἁπλούστατον apertum scilicet, ac minimè simulatorem, schiette, é reale, quod Italicè dicimus: ea tamen est intelligenda calliditas iuxta Platonem, quæ prudentiæ est comes: esse enim πολυτρόπους ab astutia & quadam omnium prudentia, quare & φρονίμους, qui norunt quidquid faciunt optimè, quare & σοφοὺς esse ad decipiendum, cùm volunt.

Callidus verò fuit Vlixes, quia nouit ἐξαπατᾷν, vt Platonis verbo vtar, Calypsus, Circes, Sirenum delicias, amores, cantus.

Aristoteles autem in Poët. Iliadem scribit C simplicem esse, & affectibus plenam: Vlixeam verò complicatam, quippe quæ agnitionibus constet vniuersa, & moratam. C

His recentiores Dio Plutarch. eadem fermè de his poëmatis existimarunt: Dio enim librum de Regno conscribens, nihil ipse præcepit, vt Isocrat. breuiter, sed Homerum conatur ostendere, vt reliquarum disciplinarum, ita ciuilis quoque sapientiæ principem, & quasi architectum extitisse. & quæ virtutes ornent Principem in Vlixe maxime, & Achille expressisse: quod etiam fusius exposuit libr. 1. tit. 5. de regno alter. Franc. Patritius. id ipsum, quod initio capitis affirmauimus, ita scribens: confirmat Plutarch. in vita Homeri, continet, inquit, res Græcorum, & Barbarorum ad Ilium gestas Ilias: Vlixea reditum D Vlixis in patriam.

Hinc apparet commendari in Iliade fortitudinem corporis, in Vlixea magnitudinem animi. D & meritò S. Basilius Homeri Poema, Vlixeam præsertim virtutem esse dixit.

Quoniam verò epopœia. & tragœdia magnam inter se habent cognationem, adeò vt de præstantia contendant; quemadmodum illius princeps habitus est Homerus, ita huius coryphæus est existimatus: E cùm præsertim Vlixeam veram esse Tragœdiam multi putent, nec ab ea valdè Iliadem distare: quamobrem & in Vlixeæ fine Proci interficiuntur, & Deus in- E teruenit ἀπὸ μηχανῆς, quod est Tragœdiæ proprium.

Certè Plato 10. de Rep. lib. ipso initio, Homerum tradit bonorum omnium horum tragicorum primum fuisse magistrum, ac ducem: Et Polem. Atheniensis, vt est apud Laert. lib.4. dicere erat solitus, Homerum quidem esse Sophoclem Epicum, Sophoclem, Homerum Tragicum.

Propterea Aeschylus apud Athenæum lib.8. cap.6. extremo, suas Tragœdias profitebatur esse reliquias, & frusta magnarum Homeri cenarum:

qui

qui item sensus fuit Hermogenis lib. de grauitate orationis γόνιμος, est secundus liber, Platonem citantis auctorem : atque ita petenda Tragœdiæ exempla ab Homero præcipit, qui lib. 1. περὶ F ἰδεῶν cap. περὶ σεμνότητος, subligneos, quosdam ὑποξύλους, sophistas perstringens, apud eos, inquit, pleraque in ueniri portentosarum exempla translationum, vt cum sepulcta animata τάφους ἐμψύχους vocant Vultures γῦπας, quos vt magis tragicos celebrat, cuiusmodi est Pindarus. F

Præclarè quoque Dion. Longinus libello sanè eximio περὶ μεγαλοπρεπείας, siue περὶ ὕψους, de granditate orationis, cùm dixisset proprium esse grandæuorum fabulas amare, G Homerum censet iam senem Vlixeam scripsisse tanquam Iliacorum reliquias laborum, & veluti G quædam Troiani belli Episodia. Et pleraque addit alia, ex quibus Iliadis præstantia, si cum Vlixea conferatur, esse posit explorata.

Ita Aristot. in Poët. tragœdiæ modulum esse Iliadem, Comœdiæ Vlixeam voluit: Non iniuria: tametsi non placuit Maiotagio libr. Epist. 1. quæst. 15. Non mali iudicij, nec vulgaris literaturæ viro.

Et ego tamen à mea sententia non discedo, sapientem, & bonum virum in Vlixea decantatum: fortem, & bellatorem in Iliade. Huic ille præstat. præstabit igitur natura sua & liber, qui sapientem celebrat ei libro, qui fortem : tametsi hic turbulentior est, sedatior ille. auctorem sequor Horatium libro primo epistolar. ep. 2. ad Lollium:

H *Fabula qua Paridis propter narratur amorem*
Gracia Barbaria lento collisa duello
Stultorum regum & populorum continet astus.

Mox de Vlixea:

Rursus quid virtus, & quid sapientia posit,
Vtile proposuit nobis exemplar Vlixem,
Qui domitor Troia multorum prouidus Vrbes,
Et mores hominum inspexit. —

Et quæ sequuntur.

Quo tempore diuortium Romæ factum: Discrimen in eo Valer. & Agell. Cyathi vox unde ducta.

CAPVT XVI.

A NON nullum discrimen intercedit inter Agellium, & Vallerium Max. quo primum tempore diuortium Romæ sit factum : Nam hic lib. 2. cap. 1. repudium nullum inter vxorem & virum à C. V. vsque ad 520. annum contigisse tradit, primò eius auctore Sp. Carilio vxorem sterilitatis causa dimittente : id quod Plut quæst. 10. & 59. Rom. confirmat. Agellius verò cap. 3. libro 4. tribus annis posterius id factum ex auctoritate Seru. Sulpitij commemorat anno videlicet V. C. 523. M. Attilio. P. Val. Coss. imò à se idem discrepat cum postremo cap. lib. 17. id euenisse dicat 519. anno, quo C. Næuius Poeta fabulas ad populum dedit.

Halicarnasseus lib. 2. an. 522. vel 523. coniicit, cum M. Pomponium Mathonem, C. Papirium B Masonem quidam, alij M. Attilium Regulum, P. Valerium Flaccum Coss. nominant : Neque ita tamen ab omnibus Coss. eodem censentur anno. Sic enim ille Olymp. 137. Coss. M. Pomponio, & C. Papirio primus dicitur vxorem dimisisse Sp. Catilius vir non ignobilis. A Vrbs autem, eodem auctore, condita fuit Septimæ Olympiadis an. 1.

Quare apud Agell. & Valer. pro 500. ferè, legendum 600. ferè, de qua re breuiter, & eruditè præstans I. C. Iacobus Cuiacius lib. obser. 1. cap. penul.

Tertull. lib. de Monog. cap. 9. Adeò autem repudium à primordio, inquit, non fuit, vt apud Rom. post. annos 600. V. C. id genus duritiæ C commissum denotetur. Paulo diuersius capite 6. Apolog. vbi est illa felicitas matrimoniorum de moribus vtique prosperata, qua per annos fermè 600. ab V. C. nullum repudium domus scripsit? nimis videtur auxisse numerum : sed in numeris facilis lapsus, atque mutatio.

Oculatè verò M. Ant. Muretus scriptor politissimus hæc Varr. verba apud Nonium corrupta, assanos multos, vel assa non multò post, ita emendat, à se annos multos, quod ea parere non poterat mulier, eam betere foras iussit, & refert ad Sp. Caruilium, qui primus Rom. vxorē repudiasse dicitur, non quod eius mores, aut ingenium parum probaret, sed quod coniugem se velle diceret quærendorum gratia liberorum, illam autem esse sterilem; quod vero betere foras D iussit ad vocabulum in repudiis vsitatum allusit, de quo nos alio libro. ita etiam Mart. illo versu lib. 11. epigr. 105.

Vxor vade foras, aut moribus vtere nostris.

Hic verò Carbilius, siue Cauilius, vtrumque enim vsurpatur, à scriptoribus, is ne fuerit, qui Consulatum gessit cum L. Postumio Albino anno VC. 519. siue is, qui cum Q. Fabio Maximo 2. anno V.C. 526. seu 525. vt alij censent, pro certo nescire me fateor.

Hunc esse Rugam placet Glareano, & ante illum Agellio, quamquam alij eundē Consulem E bis fuisse probant, quem tamen non Rugam, sed Maximium video nominari à T. Liuio, ac tabulis capitolinis, fortasse quòd Fabij cognomen errore transiit ad Carbilium, vt Collegam: qui manifesto errore Seruilius Spurius nominatur à Plut. in fine comparationis Romuli ac Thesei.

Huius Libertus Spurius Carbilius ludum litterarium primus Romæ aperuit, & mercede docuit aduotante quæst. 59. in Rom. Plutar.

Eundem Carbilium secutus est postea Sulpitius Gallus Nuneium remittens vxori, quòd eam vidisset attracta veste caput regere.

F P. Sempronius tertius fuit, qui vxorem repudiauit, quoniam ludos funebres spectarat, vt idem narrat quæstione 14. seuera planè disciplina.

Porrò diuortij nomine obseruanda ab repudio differentia, quin etiam vocabuli ratio. Et quidem à diuersitate mentium dici apparet diuortium, quia in diuersas partes eunt, qui distrahunt matrimonium. C. ex l. 2. D. de Diuort. simplicius affirma, quia à se diuertunt qui diuortium faciunt.

Est verò diuortium inter virum, & vxorem, cùm repudium propriè remitti dicatur, inquit Modest. l. 101. §. 1. D. de verborum signif. idem putat alter I. C. Paulus repudiari etiam futurum matrimonium affirmans, nó rectè autem sponG sam diuertisse dici, l. 191. D. de verborum significat. in sacris tamen litteris etiam libellus repudij dicitur in diuortio inter vxorem & maritum.

Ex fabulis etiam, quarum nulla est origo, cùm numquam ea, quæ fabulis contioeutur, vera fuerint, rebus multis petita nomina. Indicat vna cyathi vox, qua poculum significamus bibendo aptum, quam fabula videtur peperisse, quæ ab Apollodoro Atheniensi Grammatico lib. Bibl. 2. verius à Pausan. in Corinth. hoc exempl. commemoratur.

Veriùs, inquam, quoniam tametsi vterque narret, cyathi vocem tamen non Appollod. sed Pausanias habet ira, fertur hic sermo profectus à H Phliasiis, cùm liber ex Libya Hercules secum auferens Hesperidum poma venisset Phliuntem negotiorum suorum causa, ibique moraretur, venisse ad eum ex Aetolia Oeneum, qui ipsius erat gener quem accepit connuiuio; in quo cyatho offensus eius praua ratione porrigendi poculi, caput vno digito percusit, is ex vulnere statim moritur. in cuius facti monumentum statura à Phliasiis cella. Ergò ab Oenei Pincerna Cyatho ictu digiti ab Hercule occiso, quod minus ei vinum officiosè fudisset, cyathus videtur appellatus.

I Paulò aliter Apollod. & omninò casu, non sponte Herculis narrat mortem contigisse pueri, quem nominat Eunomum Architelis filium, nec redeunte ex Libya Hercule ab Hesperidum pomis, sed è bello contra Thesprotios pro Calydoniis. Eius hæc oratio Latina. His confectis cùm accumberet apud Oeneum, & talitro seu pugno feriens Architelis filium Eunomum miscentem ei vinum interfecit: is verò propinquus erat Oenei, sed pater quidem pueri veniam dedit Herculi, quòd ea re inuito successisset, ipse tamen exilij pœnam subire more legis voluit, & statuit ad Ceycem proficisci.

Sed ecce tibi alios, siue historicos, siue fabulatores, qui ab vtroque discrepant. Nam ex Hel- K laoici testimonio Athen. libro 9. extremo, puero nomen fuisse Archiam scribit, ob cuius necem Calydone abfuerit Hercules. Cheriam ex alterius testimonio.

Cum Apollodoro sentit in nomine pueri occisi Herodotus lib. 17. de Hercule. Cum Pausania Nicander 2. Oetaicorum libr. quem fratrem Antimachi, filium facit Poteris, cui templum ante Vrbem Hercules exstruxit, quod Pincernæ templum, hoc est, πίμπο- οἰνοχόω, ætate quoq; sua nuncupabatur.

In his obseruanda scriptorum in eadem fabula describenda varietas. Varium sanè est, & à L se ipso dissidens mendacium: nam præter vocabuli, seu nominis diuersitatem, actionis item, & officij diuersitas est: facit hic præbentem aquam Herculi manibus, ille miscentem vinum. Cyathus porrò est mensura vino bibendo accommodata, quæ pluribus continebatur poculis. Vide Suidam voce κύαθος: Hinc Hor. 1. serm. sat. 6.

— Et lapis vnus

Pocula cum Cyathis, vel cum Cyatho, duo, sustinet. —

Nam ad cyathorum numerum antiqui pota- M bant, & successisse loco simpulli in conuiuiis tradit Varro. Consule Appendicem magni thesauri Græci quatuor distinctis tomis.

Item mensam Delphicam multis onerabant poculis, numero semper pari: Duobus igitur, inquit Horat. se contentum, & cyatho. quo modum porionis metiebantur, & certis vini cyathis, certoaquæ cyathos miscebant, quod qui faciebat ad cyathum stare dicebatur: Nam cyatho hauriebant aquam, & vinum è vasis, & in N pocula fundebant, κυαθίζειν, hoc Græci dicunt.

Hinc notus M. Marcelli apud Polyb. libro 8. & Plut. in eo, iocus de Archimede, qui naues eius cum suis machinis in puppim aut proram elatæ, tum mari illisæ plurimum haurirent aquę, aut grauibus libramentis depressæ acciperent aquam, dixit, in ea vrbis obsidione nauibus his tamquam cyathis Archimedem è mari aquam haurire, & sibi potum præbere.

Vide Titum Liuium lib. ab V. C. 24. nam & cum Archimedis artibus, quasi cum Briareo Centimano, Romanos cogi pugnare, vt Plutarch. refert, querebatur.



Qua

Qua similitudine, & differentia Prologus in Poëtica oratione, & Proœmium in soluta dicatur. illustrati aliquot Aristot. Cicer. Quinct. loci.

CAPVT XVII.

A PROLOGVS in poëtica oratione idem esse videtur quod proœmium in prorsa.compertum ex 3.Rhet.Arist. sic loquentis, proœmium igitur principium est orationis,quod in Poëtis prologus,& in tibiarum cantu proaulium. Vniuersa enim hæc principia, & tamquam ingressus ad viam iter facturo. A adiungit quæ discrimina sint proœmiorum in tribus generibus causarũ. Mox concludit,si res plana sit, aut breuis, non vtendum procemio.

Accepit ex eo Fabius lib.4.Instit.orat.cap.1. & paulò post exemplo confirmat prologorum in Trag.& Comœd.illud esse pulcherrimum B genus proœmiorum, in quo explicatur causa,cur eum dicendi susceperit laborem, cùm finis, inquit, ac proprium officium sit proœmij finem demonstrare,cuius causa institura est oratio. C

Non contemnenda tamen existit dubitatio ex definitione orta Prologi Tragici,quæ, sic traditur ab eodem auctore in poëtica, tota pars Tragœdiæ ante chori ingressum, quæ sanè pars non est proœmium,siue initium, neq; quasi apparatus quidam ad Tragœdiam, vt proœmium ad orationem,siue dictionem oratoriam, & Latinis prologus in Comœdiis,qui hoc sanè modo à Græcis non adhibetur:vt enim Aelius vult Donatus, prologus est antecedens veram fabulæ C compositionem locutio, in quo propriè aut fabula excusatur, aut Poëta : prologium autem in quo argumentum tantummodò describitur : cùm tamen Arist. ipsius fabulæ prologum esse partem, & cum fabula ipsa necessariò coniunctam, doceat has enumerans partes Tragœdiæ,quæ eius respiciunt quantitatem: prologum,Episodium,Exodum,choricum.

Et quidem verisimum est alteram à Latinis D prologum sumi in Tragœdia,& in Comœdia, aliter ab Aristotele: nam Aristoteli prologus est quasi totius fabulæ seminarium,vt de narratione oratoria Quintilianus est locutus lib. 4. c. 2. Græci siquidem prologo exponunt totius principia fabulæ,sic vt progressus etiam, ac finis sub oculos penè subiiciatur auditorum, cùm apud Latinos aliqua contineatur vel poëtæ excusatio, vt dixi,vel fabulæ,aut certè breuis, & succincta euentus narratio.

Atq; ita apud Græcos qui primus in scenam prodiens verba facit,dicitur προλογίζων, vt in Pluto Arist.Cario Seruus,Arepsiades nebulis, Xanthias in Ranis.

Protasin,id est, propositionem veteres item appellant,& nouus, sed ipsis veteribus componendus I.C.Scaliger primo Poëticæ lib.c.9.&lib. E 3.cap.51.in qua videlicet proponitur,& narratur summa rei sine aperta declaratione exitus: ita enim argutior est, animum semper auditoris suspensum habens ad expectationem : quem propositionis vsum præ cæteris Euripidem tenuisse prodit,in Rheso tantum nullum esse prologum, quamquam Rhesus non videtur esse Euripidis: interim monens prologum Latinorum fuisse proprium.

Intercedit tamen inter Græcorum prologum, & Proœmium oratorum & Lyricorum, ac Tibicinum præludia,hæc similitudo,tum, quòd hæc F prælndia cum tota ipsa cohæreāt cantilena,tum etiam,quòd proœmia in forensib.causis cum reliquis orationis partib.sunt coniuncta; sic enim debent cum iis cohærere,vt è causa ipsa nasci videantur.

Quare Cic.lib.de Inuent.1.vitiosa esse illa præ cæteris exordia tradit, quæ disiuncta sunt, ac separata,id est,non ex ipsa causa ducta, nec sicut aliquod membrum adnexa orationi:ita idem lib. 2. de Orat. vult connexum esse consequenti orationi principium, vt non tamquam Citharœdi proœmium affictum aliquod,sed cohærens cum G omni corpore membrum videatur. & idcircò Rhetores partem orationis exordium iure faciunt,& hic etiam sit aliqua inter prologum fabularum,& proœmium orationum similitudo.

Itaq; non defuerunt,qui hunc veterum morem reprehenderēt formulas proœmiorum varias sibi conficientium,&vt casus,& sors ferebat, orationibus suis non valdè prudenter adnectentium:ita enim fiebat, vt sæpè rei, qua de agebatur,minus conuenirent.

Talis est Demosthenis libellus de proœmiis. quo vitio summus aliquando orator laborasse videtur Cic.vt apparet ep.6.lib.16.ad Att.cùm e- H nim librum de Gloria scripsisset, & sedens in naui legeret Academicos suos, ait se erratum suum cognouisse,quòd eodem vsus esset proœmio in illo,atq; in horum tertio.

Idem Arist in Poët.cùm primam Tragœdiæ partem definiat esse prologum ante chori ingressum,vt Exodus est, post quem nullus est chori cantus,& primam λέξιν esse chori decernat, qui hunc librum præ cæteris doctè interpretatus est Franc. Robortellus,ostenso id sanctissimè conseruatum à Sophocle, dubitat de vno tantum eius Dramate,hoc est,Oedipode Tyranno: imò I affirmat in hac Tragœdia statim induci chorũ in prima parodo,non quidē loquentē,sed canentē.

Hoc vno igitur tantùm loco parodi legem Sophocles est prætergressus, loquentem faciens in prima parodo chorum: aut certè chorus ille non est eius Tragœdiæ proprius,cùm è grege

constet puerorum, qui vna cum sacerdote Oedipi iussu recedunt ab Aris: quoniam in Tragœdiis chori numquam constituuntur ex pueris, quod propter ætatis imbecillitatem, ac E nondum firmam rationem non possunt vel agendo, vel intelligendo ἀναγωνίζεσθαι. & alius est præterea eius Tragœdiæ proprius seniorum chorus.

Ego, vt ingenuè fatear, non video cur vis fiat inter λέξιν, & μέλος, hoc est, dictionem & cantum, vt non etiam chorus dicatur dicere, siue loqui, cùm canit, vt ille puerorum chorus in Oedipo Tyranno ita canit, vt loquatur etiam, & explicatè à Spectatoribus percipiatur; discessurus enim inde cum sacerdote cantans precatur, & per consequens loquitur, &c. longa enim est precatio, & fortasse cantu prolata: tametsi discrimen esse docet Arist. inter hæc duo.

Tributi genus, & nummi follem siue phollem olim fuisse, varium tamen declaratur.

CAPVT XVIII.

PHOLAS, seu pholles Græci scribunt, & Latini plurimi: nonnulli folles, ac A si latina esset vox, quæ tamen peculiaris est Græcis potius, quàm Latinis. Omninò significat nummum, aut etiam pensionis genus ac tributi.

Si latinam vocem credamus, nomen accepenrit à sacculo pelliceo, id est, crumena, quòd in crumena includeretur, & quot numerarentur sacculi, tot esse folles dicerentur: veteres enim Latini saccos ex corio nominabant folles, vt Lucilius apud Nonium, & longè posterior Vegetius lib. 2. de re mil. cap. 20. de saccis loquens pecuniæ militaris.

B Si Græca est vox, vt Græcam puto, in hac notione, deducunt ἀπὸ τῆς φολίδος, id est, à squamma siue piscis, siue serpentis, aut etiam æris: quia nummus erat æreus, vel argenteus exiguus, & tenuissimus, vt squamma; ideoque Eust. in primum Iliad. librum obolos, qui dicti sunt pholles, interpretatur πεπτωκότας, ἢ ἐπιπολαίους, & quasi ἐπιπόλαιους, hoc est, viles, & superficiales: tam erant subtiles, ac tenues.

C Mallem dictos ἀπὸ τῶν φολίδων, quæ erant asperitudines quædam cutis, vt scabiosorum, & leprosorum, vt à Latinis dicitur nummus asper, & aspratura, de qua alio lib. ducentos decem obolos efficere Suidas tradit in voce κέρματα; ducentos octo denarios Epiph. quæ summa Græcè diceretur φόλλις.

Huius igitur nummi sæpè fit mentio in rescriptis Impp. vt in Constantini ep. ad Cæcilianum Carthag. Episcopum, quæ legitur apud Euseb. lib. 10. c. 6. hist. Eccl. his verbis Latinis. Dedi litteras ad Vrsum virum nobilissimum Quæstorem nostrum in Africa, eique significani, vt tria millia pholium tuæ grauitati numeranda curaret. A In optimo exemplari scribitur cum simplici l. D

Zosimus tamen follem nominat, & optimus calumniator tributum esse prodit, quod clarissimis etiam viris imposuerit Constantinus.

Duplex autem fuisse genus follis S. Epiph. lib. de mens. & pond. tradit. quod & Talantinum appellat, ex duobus argenteis compositum, sic vt fiant ducenti octo denarij, & folles duo minuta iuxta denarismum, non iuxta argentismum, & hac ratione cum qualibet argenti libra continere sexaginta denarios quilibet follis prioris E generis tres libras, & semis, minus duobus denariis argenti continebat, solidos autem septemdecim & semis, & hic maioris erat pretij follis.

Alter minimi pretij duo continens minuta denarij, de quo Suidas intelligendus, cùm scribit phollis pholleos masculinè obelus, ducenti enim illi & decem folles efficiunt staterem aureum: cùm tamen Iustin. Imp. vt auarus, priuati sui lucri studio centum octoginta stateris loco F dari iuberet sexta aurei stateris parte subtracta: octogesimam verò partem vnciæ obolus argenteus continebat, si fides habenda S. Epiph. extremo libro citato.

Et hunc quidem fuisse æreum non obscurè significat in Heliogabalo Lampridius, dum ait, centum aureos, mille argenteos, centum folles æris in sorte Heliogabalum habuisse, quæ populo daret.

De his minimi pretij follibus sumendum est Apostatę rescriptum Aproniano datum, quo prohibet, ne quis carnis percinę libram vltra sex folles venderet. & quod S. ait August. 22. de ciuitate Dei cap. 8. venditum piscem trecentis follibus, vt secundum primum genus, & summum follis pretium tria millia follium ad Episcopum Carth. à Constantino missa.

Tertium erat nihilominus genus follis medium, hoc est, minoris quàm primum, pretij, & G maioris, quàm secundum; constabat enim tribus nummis argenti, quod significatur in duobus rescriptis altero Gratiani ad eundem senatum eodem tit. & cod. lib. 15. nam priore, legitur à Constantiniana Prætura conferri solere viginti millia follium editionis muneris causa, & quadraginta libras argenti.

Quod verò ista collatio nimia videretur, posteriore temperata est, ita vt duæ Præturæ H simul iunctæ tantumdem soluerent, quantum vna consueuisset. Præturæ duæ Constantiniana, inquit, & Constantiana conferent argenti libras mille. & in fine. ac bini posthac incipiant agnoscere, quod singuli antea transigebant.

Quare

Quare eùm eiusdem esse dicatur quantitatis, quod duæ simul penderent Præturæ, & tot libras duæ continerent, quot vna olim, mille argenti libræ, quas vtraq; simul Prætura soluebat, sunt tantumdem, quantum vna ex ipsis solita erat ante conferre, viginti scilicet millia follium, & quadraginta argenti libræ: & tantæ erant æ-
I stimationis viginti millia follium, & quadringentæ libræ argenti, quantæ postea fuerant libræ argenti mille.

Hac ratione putata qualibet argenti libra viginti paulò minus continebat folles: & cum argenti libra eius temporis sexaginta esset nummorum, afferendum videtur pretium cuiuslibet follis trium fuisse nummorum, quod fortasse Romanis erat tertianum, siue tertiarium; nam tres continebat nummos.

Tametsi apud Marcell. Comitem in Chron. perperam legatur, Terentianum illis verbis. Nummis, quos Romani Terentianos, Græci
K pholerales, lege folles, vocant, Anastasius Princeps suo nomine figuratis placabilem plebi commutationem distraxit. De Longino est sermo Zenonis Imperatoris fratre apud Antiocheam capto.

Quod autem de Prætoris diximus, ea non Romæ sunt intelligenda, sed alibi in aliis ciuitatibus, & prouinciis: sic legimus in Censorino Vopisci. Legatum prætorium: & 3. lib. cod. de
L Prætorib. & honore Prætoræ in rubr. & libr. 2. quod notauit Alciatus in posterioribus adnotationibus. quories aliquis Praturam inibat, intellige militarem, soliti erant Prouinciales, & quicunque munus ipsi dare septem solidorum, quod onus erat mistum: vtebantur, inquit, fortassè dationibus quibusdam solemnibus, videlicet glebam porrigendo, claulm, & follem, quæ illa constitutione fueruntantiquata: & quidem follem ad militiam pertinuisse ille Vegetij locus indicat iam citatus.

Denique decem folles, hoc est, sacci, per cohortes singulas exponebantur. in quibus hæc tario condebatur: addebatur saccus vndecimus, in quo tota Legio particulam confe-
M rebat: quemadmodum olim cùm fieret quispiam Consul, dabatur ei fax. & baculus: ritus vestigium in Aureliano Vopisci. Te Consulem hodie designo, scripturus ad senatum, vt tibi depuret Scipionem, deputet etiam faces: quamquam pholim putat legendum Alciatus, melius alij fasces: qui innominati cuiusdam Græci legum interpretis auctoritate pholim docet fuisse tributum mulorum ab iuniore Theodosio Constantinopoli institutum, quòd hos in bello sibi diceret esse necessarios.

Agnoscit alium item pholim, alterius ge-
N nus tributi, quod nobiliores cuiusque loci pendebant, prout, inquit, secundum habitationes fuerant comprehensi: ac primò quidem tributo auri libræ octo, secundò quatuor, tertiò duæ pendebantur: & nescio quem producit Hesychium philosophum libro sexto de temp. diuis. Phollis genera ita diuidentem, phollis, inquit, pondus est ab alio nomine βαλάντιον, donos trahens ducentos quinquaginta, hoc est, libras trecentas duodecim, & vncias sex: singuli verò doni libram vnam, vncias duodecim continebant.

Est & alius phollis coactus ex argenteis le-
pris, qui militibus, quos miliarios vocabant, O
dabantur: lepte autem ceration vnum cum dimidio continet: quamobrem iste phollis argenti ceratia ducentia octo habet, nummos nouem, quæ summa nunc valet mille centum & nouem.

Est & alius phollis à duabus auri libris incipiens, ad octo vsque procedens pro eorum, qui tributa soluebant, facultatum portione. quæ sanè genera phollium ad priora tria sunt vocanda. in quibus videtur id accidisse, quod in sestertio, vt scilicet vna, atque eadem fermè vox longè diuersam in se contineat summam.

Plura qui volet Alciatum consulat. tit. cit. & Iacobum Cuiacium: sanè Alciatus iniustè Beroaldum reprehendit in Apuleio lib. de asino pholles legentem. & Alciato consentiens Viues loco cit. S. August.

Leuis spes quæ aduersus Budæum: Particulæ nisi ignota explicatio: de Comagena prouincia Strabo, Suetonius, & Tacitus conciliati.

CAPVT XIX:

Bonam spem, atque hilarem solet Budęus interpretari ἐλπίδα κούφην,
vt illo loco Thucydid. libro 2. A
cuius explicationis auctorem veterem habet Schol. qui interpretatur κούφης, τῆς κουφιζούσης αὐτὸν ἀπὸ τῆς λύπης dolore ipsum leuantis, dolorem scilicet lenientis, & mitigantis.

Verùm longè mihi videtur esse aptior interpretatio, vt leuem spem voluerit significare leuiter, & inconsideratè conceptam, seu mediam, quæ parum sublenaret animum: sic enim & Herodotus libro secundo, non malæ neque leues vocant spes. B Rursus, hæc illo cogitante, & leui, atque incerta spe elato, &c. C spes enim significatur, cuius concipiendæ exigua omninò est occasio, & quæ vana est. Ita vsurpauit Horatius libro epistolarum 1. epist. 5. ad Torq.

Mitte leues spes & certamina diuitiarum.

B Locus hic in Salustij Iugurt. nisi tamen intelligo illam, supra quam ego sum, petere, &c. est in lit. obsessi in Cyrtha Micipsæ. Planè particula, nisi, non valet, quod ferè solet valere, si non; verum pro sed accipitur, vt post multa, nisi quod illi in tanto malo turpis vita integra fama potior fuit, improbus intestabilisque videtur, de Turpilio loquitur, qui fæde profugerat. & rursus, nisi ta-
C men Rep. pariter ac sæuissimo imperio bene arque decorè gesta.

Nec velim tamen existimes propriam hanc esse notionem Salustij: nam vsi sunt & alij. Cicero tantus linguæ magister eodem ipso tempore epist. 1. libro 13. ad Memmium, nisi tamen multò minus ibi concedi potest. & epist. 73. de re nihil possum indicare, nisi illud mihi certè persuadeo, te talem virum nihil temerè fecisse. Et libro quinto ad Atticum epist. 14. nisi tamen id erit mihi gratissimum: Rursus epist. 6. libro 1. nisi illud erat infinitum; & 23. Nisi illud quidem mu-
D tari non video posse. Et libro nono ad Hircium apud Nonium dicis, quid quæso istud interterat? nescio, nisi tamen id erat mihi iucundum. In oratione pro Sex. Rosc. quid erat quod Capitoni primum nunciarir, nescio: nisi hoc video Capitonem his donis esse socium.

Plaut. in Sticho act. 1. scen. 2. Miror, quid fiet, nisi vt periculum fiat, visam quid velit. Terent. Andr. act. 4. scen. 1. Nisi mihi Deos fuisse
E iratos scio, qui auscultauerint. vbi sanè fallitur Donatus, qui locum putauit esse mutilum. huius ignarus notionis: quæ causa fuit, cùm plura veterum testimonia collegerim, ne cum Donato fallerentur alij.

Addam postremò Plin. libro 35. cap. 11. Nam vbi legitur in nouis, & vulgatis codicibus, sed accitus à Rege, in antiquis omnibus libris habetur, nisi, loco sed.

Eadem quoque notio placuit & Græcis eodem modo πλὴν vsurpantibus. Vnus modo occurrit Aristoph. locus. οὐ τοι λέγειν ἐμοὶ γε φαίνεται
F πάνυ, πλὴν τοῦτο μόνον δέδοικα, hoc est, mihi quidem omninò videntur benè loqui, sed hoc solum timeo.

Quo tempore Comagenæ Regnum in prouinciæ formam redactum fuerit à Romanis, dissentire videntur tres nobilissimi scriptores, Strabo libro 16. Sueton. in Vespas. cap. 8. Tacit. libro secundo Annal. Primus enim suo sæculo prouinciam fuisse testatur, vixit autem sub Augusto, ac Tiberio. Comagena, inquit,
G parua quædam est regio: habet verò munitam vrbem Samosata, in qua Regia erat: nunc autem facta prouincia. D

Suetonius autem narrat à Vesp. primum factam fuisse Prouinciam.

Tacitus aduersari Suetonio videtur, & penè stare à Strabone his verbis. Comagenis Q. Seranæus præponitur, tum primum ad ius Prætoris translatis.

Conueniunt omnes tamen, quod ita ostendo. facta primum fuerat Comagena à Tiberio Prouincia, quod Strabo indicat: sed Caligula decreto Tiberij rescisso, eam iterum Regibus tradiderat, quod disertis verbis scribit Dio lib. 59. Antiocho Antiochi filio Comagenem Paternum Regnum adiectis Ciliciæ maritimis de- H
dit: & Suetonius cap. 16. in Calig. Ita vsque ad Vespasianum perstitit: tandem Vespasianus mutato Caligulæ decreto, in Prouinciam redegit. quod Suet. affirmat.

Quis Longinus fuerit Iurisconsult. aduersus Pomponium. Decursio funebris, Equitum transuectio, & recognitio qua.

CAPVT XX.



POMPONIVS libro 2. de origine iuris celebrem illum Iurisconsultum C. Cassium Longinum putauit il- A
lum fuisse, qui Consul Tiberij temporibus cum Quartino fuit, & cum eo errans Haloander in additione ad Chron. Glar. ex Tit. Liuio. Et progener postea Cæsaris factus, vt est apud Tacitum libro Annalium 6. quem secuti Onufrius in Fast. & Ant. Aug. de familiis Romanorum sunt lapsi. Et sanè mirum. Nam ab hoc diuersum fuisse Iurisconsult. ipsum vtriusque prænomen satis indicare poterat, si animaduertissent.

Nam is, de quo Tacitus loquitur, Lucij prænomen gerit: Iurisconsult. autem C. apud ipsum etiam Pomponium, & constanter apud veteres. Ita Sueton. in Calig. 57. & Cassiodor. in B
Chron. L. Cassium, & M. Vicinium nominat Consules. In quibusdam tamen Codicibus Suetonij prænomen non legitur, vt neque in Cassiod. contra quam scripsit Iustus Lipsius.

Adde, quòd Tacitus inter elogia morum & generis, nullam illi Cassio laudem tribuit iuris.

Tertiò, vita & morte fuerunt diuersi I.C. sub Claudio in honore fuit, Syriam cum imperio administrauit, pulsus à Nerone per Vespasianum rediit, ita omne illud tempus vixit. L. autem sub C. Calig. Asiæ Proconsul fuit, atque ab eo cæsus C
est cum monerent sortes, vt Cassium caueret, vt est apud Suet. in Calig. c. 57. & Dionem lib. 59. cui tamen prænomen Caij malè assignat.

Postremò Tacitus citat. lib. demit illi Cassio industriam, atque ingenium hoc sermone, facilitate sæpius, quàm industria commendabatur: D
ingenij autem, atque industriæ maximæ I.C. fuit: de quo plura libro 16. Tacitus: inter cætera scribens vxorem ei fuisse lepidam, obiectum à

Nerone,

Nerone. quòd inter imagines maiorum etiam C. Caſſij effigiem coluiſſet ita inſcriptam DVCI PARTIVM: deportatum item in inſulam Sardiniam. quod & Pomponius ſcribit.

Rufus lib. 12. his eum laudibus celebrat: Ea tempeſtate, hoc eſt, ſub Claudio, Caſsius cęteros præminebat peritia legum. De eo item locus ille Plin. accipiendus lib. epiſt. 7. epiſt. 25. Lætor, E quòd domus C. Caſsij, huius, qui Caſsianæ ſcholæ princeps, & parens fuit, ſeruiet domino non minori.

Decurſio in funere illuſtrium virorum antiquiſsima ab Hom. deſcribitur in funere Patrocli lib. Iliad. 23. ex quo Virg. deſumſit lib. Aen. 10. in Pallantis funere:

Ter circum accenſos cincti fulgentibus armis
Decurrere rogos. —

Hom. lib. cit. verſus non eſt, cur huc transferantur, cùm plurimi ſint, & præ omnium manibus tantus verſetur poeta, vt neque ſequentium. Apollon. lib. Argonautic. 1. Et Calabri 3. in funere Achillis, ex quibus ratio decurſionis conſtare tibi poteſt: cuius item veſtigium eſt apud Liuium libr. 25. in morte Sempronij Gracchi, qui F Pœnis vſitatam indicat hac ratione: alij ab Annibale, & ex ea vulgatior fama eſt in veſtibulo primore primorum è vulgo caſtrorum rogum exſtructum eſſe, armatum exercitum decurriſſe, &c. item Lucano lib. 8. Pharſ.

Totus in ignem
Proiectis mœrens exercitus ambiat armis.

Et Statius lib. 6. Thebaid.

Cùm ſeptem numero turmas (centenus vbique
G *Surgit eques) verſis ducunt inſignibus ipſi*
Graiugenæ Reges, &c.

Quàm fusè, quàm elegànter, quàm grauiter? Fuit & alia exercitationis forma, ſed militaris ſolita ſingulis menſibus ter vſurpari ex inſtitutione Auguſti. quæ à Vegetio dicitur, equeſtris meditatio lib. 1. cap. 27. & campicurſio libro 3. cap. 4. Sueto. in Nerone cap. 10. & in Gallia. cap. 6. campeſtrem decurſionem, exercitationem in Aug. cap. 83. vocat. tranſuectio autem equitum ritus fuit apud Rom. antiquiſsimus à Q. Fabio Rullano inſtitutus. vt eſt apud Liuium libr. 9. & Val. Maximum lib. 2. cap. 2. & Plin. de viris illuſtr. tit. 35. quæ Id. Quinct. fiebat, quod victoria ad La- I cum Regillum in eum inciderat diem, & caſtrorum ædis dedicatio, vt auctor eſt Liuius libro 2. quorum honori fuerat præcipuè inſtituta.

Formam, ac pompam lib. 2. Dion. Halicarn. graphicè deſcribit, ſic latinè redditus. Quoniam viſi fuerant equitibus Rom. ſub Poſtumio Dict. & Imperatore duo armati equites iuuenes, qui pro Rom. depugnabant, deinde Romæ nuncium attulerat victoriæ, quia creditum Caſto- M rum fuiſſe imagines, ipſis templum exædificatum, tum verò ſplendidum ſacrificium inſtitutum idibus Quinctil. die nimirum victoriæ.

Poſt quod inducta in morem equitum tranſuectio eorum, qui merent publicis equis; per tribus enim, & per centurias diſtributi. quaſi reuertantur è pugna. ordine equi vehuntur, & procedunt frondæ oliuæ coronati, & induti veſtibus palmatis, pompæ initio facto ab æde Martis extra vrbem ad ædem Caſtorum in vrbe mediam ipſam pertranſeundo tam magno numero, vt aliquando quinque millia ſuperent virorum geſtantque quicquid acceperunt donorum à ſuis ducibus, magno ſanè, eximioque ſpectaculo, tanti imperij magnitudine digniſsimo.

De recognitione equitum hoc item nota, ſolitam à Cenſoribus ſingulis fieri Luſtris, eius exempla apud Liuium paſsim: quæ non aliud erat, quàm cenſura quædam, & quaſi examen in equites, & equos publicos: & poſtremis temporibus Rep. iam Serua ab Impp. tempore non certo paſsim fieri ſolita: inde illud Sueton. in Aug. cap. 14. & cap. 38. equites Romanos ſeuerè, curioſeque, nec ſine moderatione recognouit palam ademto equo. & in Claud. cap. 16. recognitione equitum iuuenem probri plenum, ſed quem pater probatiſsimum ſibi affirmabat, ſine ignominia dimiſit, habere dicens cenſorem ſuum.

Eadem dicitur cenſio, & probatio. Videndus Feſtus verbo Cenſio, & Agellius lib. 4. cap. vltim. & 7. cap. 22. his adde nouiſsimum Iacobum Ræardum Belgarum decus cap. 15. libro 2. variarum.

Quis orationis numeroſæ Princeps fuerit, Cicero ſecum conciliatus: vocalium concurſus num reprehendendus.

CAPVT XXI.

PRINCIPEM videtur Cicer. facere A
Iſocratem numeroſæ orationis, hoc eſt, orationis, quaſi per modus quoſdam, & numeros decurrentis, & verborum, ac ſententiarum modo interpunctas clauſulas habentis, vt ipſemet loquitur.

Cicero 3. de Orat. idque princeps Iſocrates inſtituiſſe fertur, vt inconditam antiquorum dicendi conſuetudinem delectationis, atque aurium cauſa. quemadmodum ſcribit diſcipulus B
eius Naucrates, numeris adſtringeret. Et in orat. ad Marcum Brutum. Nam qui Iſocratem maximè mirantur. hoc in eius ſummis laudibus ferunt, quod verbis ſolutis numeros primus adiunxerit.

Vnde hoc didicerit, mox declarat non ab aliis

accepiſſe,

accepisse,sed ingenio, atq; industria sua excogi-
tasse;cùm enim videret Oratores cum seueritate
audiri.Poetas autem cum voluptate,tum dicitur
numeros secutus,quibus etiam oratione vtere-
mur,cum iucunditatis causa,tum vt varietas oc-
curreret satietati; quod item argumentum cit.3.
de Orat.libro persequens,docet à Poëtica ad e-
C loquentiam verborum numerum,& vocum mo-
dum traductum,sic vt oratio numerum haberet,
non metrum,ac numerum etiam non valdè ac-
curatum.

Quod ipsum lib.3.Rhet.tradit Arist.quem lo-
cum indicat eodem arg. scribens Halicar.lib.de
colloc. verb. formam verò, vt dicam latinè,quæ
tantus scriptor scripsit Græcè, dictionis oportet
esse eiusmodi,vt neq; metro constet, & numero
non vacet,nam si adstricta sit pedibus, inepta e-
rit persuasioni:facta enim videtur,& auertit à se
D auditorem;si careat numero,infinita est: at fini-
bus quibusdam circumscribi oportet, non qui-
dem mensura,ac pedibus certis,quod nec nisi fa-
stidium pariat,& ignorationem efficiat: at verò
numero omnia finiuntur: numerus verò formæ
dictionis rhythmus est, cuius & metra segmenta
sunt:quare orationem rhythmum habere opor-
tet,metrum verò non scilicet pedum mensuram
erit enim poëma:nec rhythmū planè; quod qui-
dem erit,id est,consequetur Orator, si ad quem-
dam vsque modum, id est, non adstrictius,vt in
poëmate,sed remissius,ac liberius. A

Rursus lib. de clar.orat.& cum cætera melius,
inquit,quàm superiores.hoc est,Gorgias, Thra-
symachus,& reliqui,quos ibi nominat, tum pri-
E mus in soluta oratione, dum versum effugeres,
modum, & numerum quemdam oportere ser-
uari.

In orat.ad M. Brut. iterum. primus instituit
Isocrates dilatare verbis,& mollioribus numeris
explicare sententias, & postea ita, inquit, & He-
rodotus,& eadem, superiorq; ætas numero ca-
ruit nisi quando temerè & fortuitò.

Ecce tibi auctorem primum Isocratem ora-
tionis numerosæ,cùm tamē idem Cic.alibi,imò
iisdem penè verbis,Isocratis Præceptori Gorgię,
ac Thrasymacho hanc tribuat laudem: sic enim
F habet in orat.ad M.Brutum de numeris loquens
orationis. Hæc tractasse Thrasymachum Chalce-
donicum primum, & Leontinum Gorgiam fe-
runt, Theodorum inde Byzantium,multosque
alios. quos λογοδαιδάλους, &c. appellat in Phædro
Socrates,quasi dictionis varietate distinctos,seu
fabros orationis. Rursus,qui tamen primi tra-
duntur arte quadam verba iunxisse.

Et post multa repetit,sed repetit, vt à se ipso
non dissidere te doceat. Ita igitur compone pri-
mos quidem auctores, & Inuentores cuiusdam
numeri in oratione soluta Thrasymachum fuis-
G se,& Gorgiam, sed Isocratem eo numero scien-
tius vsum, & ex arte magis vsurpasse, cùm illi
præter artem nimij in eius essent vsu.

En verba summi Oratoris hoc probantis eo-
dem lib.cùm enim verba de superiorib. fecisset,
hoc est,Gorgia,& cęteris,adiunxit quorum satis
argumenta multa,sed vt modo,primumque na-
scentia minuta,& versiculorum similia quædam,
nimiumq; depicta. Mox,cùm concisus ei Thra-
symachus minutis numeris videretur, & Gor- H
gias,qui tamen primi v.iterum. Horum vterque
Isocratem ætate præcurrit,vt eos ille moderatio-
ne,non inuentione vicerit. Aut certè,cum prin-
cipem inueniendi tradit Isocratem,hoc ex alio-
rum scribit opinione iam confirmata, non sua:
indicant ea verba,fertur,ferunt.

At obserua non tam moderatum in vsu nu-
merorum esse potuisse Isocratem, vt non incur-
reret in doctorum virorum reprehensionem; sa-
nè Cic.in Orat.ad M.Brut.monet,Hieronymum
Peripateticum in primis nobilem ex multis Iso-
cratis libris triginta fortasse versus elegisse, ple-
rosq; Senarios,sed etiam Anapæsticos. quæ vna
præ cæteris causa fuit,cur scite Demosthenes de
suis,& Isocratis orationibus diceret,vt est in vi-
tis.10. Rhetorum apud Plut.num.8. suas oratio- I
nes propter vim similes esse militibus: Isocratis,
Athletis,propter voluptatem. B Non Demo-
stheni tamen hoc dictum mihi videtur Plut. at-
tribuere,sed Philippo Regi,de quo ante dixerat.

Hoc verò dictum,nescio quam benè expres-
serit latinus interpres: mihi sic videtur exprimē-
dus: cùm ad eum quidam conciones contra il-
lum habitas à Demosthene detulisset,dixisse Phi-
lippum:si Demosthenem ego dicentem audiuis-
sem,sanè virum elegissem belli contra me geren-
di Imperatorem,ac Ducem. C

Et ipse Cic.eodem lib.ac 3.de Orat. hoc non
vult fieri operosè: nam esset,inquit,cùm infini- K
tus,tum puerilis labor, quod apud Lucillium
scitè exagitat in Albutio Scæuola:

Quam lepidè Lexes compostæ,vt tesserulæ omnes
Arte,pauimento,atq; emblemate vermiculato.

Nolo tam minutæ hæc constructio appareat:qui
planè fuit sensus Aristotelis infensissimè aduer-
santis Isocrati,qui versum in oratione vetat esse,
numerum iubet,ita enim ille 3.Rhet.loco allato.

Porrò Gorgianæ numerum orationis non
tam ex artificiosa collocatione verborum,quam
ex antithetis ortā Cic. disertè in orat.ad M.Brut.
tradit, cùm videlicet paria paribus redduntur, L
siue opponuntur contraria, quæ suapte natura
numerosa sunt,etiamsi nihil est factum de indu-
stria,in huius concinnitatis consectatione Gor-
giam fuisse Principem accepimus.

Et post pauca repetit, Gorgiam primum in-
uentorem vsum his intemperantius, qua repre-
hensione dignus penè mihi videtur Isocrates,qui
quidem Orator alio genere vitij laborauit, quod
penè ad superstitionem duarū, aut plurium vo- M
calium refugisse cōcursum ex eius scriptis com-
pertū est,& his verbis Demetrius scriptor opti-
mus lib.de elocutione, id est, περὶ ἑρμηνείας cōfirmat.

De

De concursu vocalium alij aliter opinati sunt:
siquidem cauebat Isocrates, & qui ab eo sunt
profecti, ne implicarentur simul; alij, vt casus tu-
lerat. Et Plut. eum perstringens, malum futurum
tradit Imperatorem, qui ferre non potuisset ru-
barum sonum, qui ne concursum quidem tole-
raret vocalium; *D* locus est eo lib. quo quærit,
vtrum armis, an litteris excelluerint Athenien-
ses.

Per mihi autem mirum videtur, quod paulo
post adiungit Demetrius, esse αἱρετώτερον εἶναι,
quam ἄλλον, ἐρῶν, quam ἐρῶν; nam ob contrarium
dictionis vitium, id est, δυσφωνίαν, siue κακοφωνίαν,
eum concursum vitabat Isocrates.

N Sanè Cic. in Orat. ad M. Brut. monet cauen-
dum ne extremorum verborum cum insequen-
tibus primis concursus, aut hiulcas voces effici-
at, aut asperas. Hiulcas autem fieri sapienter Vi-
ctor Pisanus docuit, cum vocalis vocalem exci-
pit: asperas, cum consonans consonantem ad-
mittit.

Sed à Latinis Græcos in eo differre Cic. indi-
cat, quod quidem, inquit, Latina lingua sic ob-
seruat, nemo vt tam rusticus sit, quin vocales uo-
lit côiungere. sic enim eum Manutio legere pla-
cet. hoc sensu, cum suauitas quædam sit in con-
cursu vocalium moderato, quem ignorant ho-
O mines rustici, neminem tamen esse tam rusti-
cum, quin vocales nolit coniungere.

Discrimen autem inter Latinos, & Græcos nô
obscurè sequentia verba declarant, in quo qui-
dem etiam Theopompum reprehendunt, quod
eas litteras tantopere fugerit, *E* & si id magister
eius Isocrates, at non Thucyd. &c. in eo est cre-
bra ista vocalium concursio, quam magna ex
parte, vt vitiosam, fugit Demosthenes.

Sed Græci viderint; nobis, ne si cupiamus
quidem, distrahere vocales côceditur, id est, dis-
iungere eas vitato ipsarum concursu: certè De-
metrius, ac Plut. penè cum Cic. etiam in Græca
oratione contra Isocratis morem consentit. &
hic tamen, qui vix potest in Latina dictione vita-
ri, cum est immodicus, orationem reddit insua-
uem.

P Quare de compositione scribens lib. 9. cap. 4.
Quinctil. in 2. eorum loco, quæ ad reprehensio-
nem sunt notabilia, vocalium collocat concur-
sum, qui cum accidit, inquit, hiat, & intersistit, &
quasi laborat oratio; monetque prudenter, vt
negligentiæ est hoc pati, ita humilitatis vbique
perhorrescere, nimiosque non immerito, in hac
cura putant omnes Isocratem secutos, præcipue-
que Theopompum.

At Demosthenes & Cic. modicè respexerunt
Q ad hanc partem, & Cic. tamen maximè vt vitio-
sam hanc concursionem refugisse Demo-
sthenem scribit, sed crebram,
hoc est nimiam.

Collegas, & sodales idem fere esse, vt Collegium, & sodalitas Latinis, vt Græcis thiasos, & thiasota, hetærus & hetæria.

CAPVT XXII.



OLLEGIVM, Collegarum est socie- A
tas, vt sodalium, sodalitium, siue so-
dalitas, sociorum, societas: qui verò
sint Collegę, angustius quidam de-
finiunt, qui in Magistratu, aut legatione sunt so-
cij, quia vna lecti: vt Varro scripsit. Magis vni-
uersè Vlpianus lib. 38. qui sunt eiusdem potesta-
tis: siue societas quorumcunque hominum: vt
vera sit hæc descriptio, adiunge tu, ad idem offi-
cium electorum.

Ita legimus Collegium Prætorum apud Cic.
3. de offiriis Tribunorum plebis, & Pontificum
in Or. pro domo sua: Mercatorum lib. 2. apud
Liuium, fabrûm apud Plin. lib. 10. epist. 33. & alia
pleraque ab Alriato collecta verb. sign. ad l. 85. &
173. & Sigonio lib. 2. de antiq. iure Rom. ciu.
cap. 12.

Inepta verò barbarorum Iurisperitorum hu-
ius nominis est notatio, collegas appellatos à
colligando scribentium, qui significant, eos so-
lummodo, qui simul habitât, & quasi vna se col- B
ligant: quæ, si vera esset ratio, colligæ dicendum
erat, non collegæ; deinde falsum collegas simul
habitare. Quid? Augures ne apud Rom. omnes,
Pontifices omnes, fabri, mercatores, &c. simul
habitabant? Hoc non est necesse; necesse est, col-
legæ vt sint, idem vt munus obeant, idem vt ex-
erceant artificium.

Verior antiquorum Iurisprudentium expli-
catio docentium collegas ab eligendo dictas,
quasi ad idem collectos munus.

Ego à legando omnino dictos puto, quod ij
primi dicti sunt collegę, qui legatione simul fun-
gebantur: hæc prima nominis origo, quam me-
dia syllaba producta in nomine, prima in verbo C
confirmat, hinc ad alias notiones traducta.

Sodales verò Grammatici putarunt nomina-
tos, quasi simul edales, siue à simul in mensa se-
dendo, commensali nos Itali diceremus.

Quam ob rem Laurentius Valla lib. eleg. 4.
cap. 38. à socio differre sodalê in hoc tradit, quod
socij amplior est significatio, sodalis angustior,
quia est propriè in rebus leuioribus, ac sæpe vo-
luptuosis, adducto Cic. & Quinctil. loco.

Sed verius Caius I. C. interpretans 12. tab. le- D
ges. l. vlt. D. de colleg. & illicitis corporibus, so-
dales eos interpretatur, qui sunt eiusdem colle-
gij, & collegium est multorum sodalitas, siue so-
dalitium: pro quo aduersus Vallam vsus pugnat
scriptorum classicorum, vt Cic. T. Liuij, Taciti,
apud quos sæpè in re sacra socij, dicuntur soda-

les, vt eo Cic. loco, quem citat Vall. in Cat. maiore: Sodalitates autem, me quæstore, constitutæ sunt sacris Idæis magnæ Matris acceptis.

Tacitus verò, Suet. Spart. Lamprid. sodales nominant Augustales, Antoninianos, Heluios, &c. hoc est. Collegas in Sacerdotio gerendo: & Catullus magis vniuersè in quodam Epigram. dixit.

E *Fraternum vere dulce sodalitium.*

Et Caius citatus, ac Martianus I. C. l. D. eodem, Collegia sodalitia simul dixerunt: iisdem nunc possunt nominibus appellari omnes Religiosorum hominum familiæ sub vno duce profitentium, vt Benedicto, Dominico, Francisco, Ignatio: item qui rei diuinæ gratia vna conueniunt ex condicto, apud nos appellati, Scuolari, Battuti, Disciplinanti, Confracti.

Esse autem communiora hæc vocabula illud etiam indicat, quod aliquando Romæ coitiones, quæ fiebant ad corrumpenda populi suffra-
F gia, sodalitia dicta: ita Cic. pro L. Plancio, & pro M. Cœlio nomen hoc vocat criminosum: itaque olim contra sodales Licinia Lex prolata fuit de sodalitiis, quasi de conuenticulis, sic & collegia: quod his verbis prodit in Cornellianam Cicer. Ascon. Ped. Frequenter cœtus factiosorum hominum sine publica auctoritate malo publico fiebant: propter quod postea collegia Senatus Consultis, & legibus pluribus sunt sublata, præter pauca, atque certa, quæ vtilitas ciuitatis desiderasset, vt fabrûm, fictorumque.

Iure igitur Alc. de verb. sign. l. 85. varia colligit nomina, quæ eandem ferè significant vniuersi-
G tatem, scil. Collegium corpus, militia, commilitium, societas, ordo, sodalitium, conuenticulum, thiasus. Cœtum poterat adiungere, atque Hetæriam: tametsi ex his aliqua notionis angustioris sint, aliqua latioris.

Sic profecto Seneca lib. 3. declam. 8. non quoties, inquit, conuenerunt in aliquem locum plures, cœtus, & concursus est, sed quoties conuocati, quoties parati quasi ad ducem suum conue-
H nerunt. Non si vna vicinia coit, aut si transeuntium paucorum numerus affluxit, sed vbi totus, aut ex magna parte populus, vbi diuisa est in partes ciuitas, cœtus multitudinis magnæ nomen est coeuntis ex consensu quodam.

Porrò Græci ἑταιρείας hæc, siue collegia, siue sodalitia quasi societates nominarunt, tametsi apud Rom. proprie societas cœtus erat Publicanorum, qui in plures diuisi priuatas societates vectigalia Pop. Rom. conducebant, de quibus in lib. de pet. consul. Q. Fr.

Dicta etiam θίασοι: nam quia θιάζειν est saltare, seu tripudiare θίασον interpretantur χορῶν σύνοδον, id est cœtum, & multitudinem choros ducentium, & proprie Bacchicos in feriis videlicet, & honorem Bacchi. vt lib. 8. docet Athen. cap. 12. qui
I præter Eurip. testimonium poterat aduocare clarissimum Demosth. pro corona: ita Virg. Ecl. 5. & 8. Aen. cecinit hoc secutus. in ecl. quidem ita.

Instituit Daphnis thiasos inducere Baccho.

Aen. vero

Tum, quorum attonita Baccho nemora auia matres
Insultant thiasis.

Atque hinc sacrum chorum propriè significare voluerunt thiason. & ex Aristoph. θίασον μακρῶν citat. Suid. & exponit ἱερὸν χορὸν sacrum chorum. quia Deus Σιὸς Dorice nominatur, siue ἀπὸ τοῦ θεῖα ᾄδειν à canendis rebus diuinis; ex quo sacerdotum ordinem noster Areopagita θιασώτας nuncupauit. K

Sed communius Hesychius ἑσμὸν γυναικῶν, examen fœminarum, id est, turbam, explicauit. Et magis adhuc vniuersè etiã Harpocratio, quamcunque collectam multitudinem, vt conuiuarum, quod item habet lib. cit. & 5. Athen. qui συνθιασώτης dicitur: probari hoc potest multis veterum scriptorum testimoniis, vt Xenoph. Demosthen. Arist. & aliorum.

Iidemque atque ἐρανισταὶ erant, qui θίασον, vel Eranon tributum de publico exigunt, vt inde congiaria, siue donatiua in plebem, aut in Collegia distribuant. Ita locus ille Plin. lib. 10. epist. 96. ad Traianum accipiendus. Eranum habere possumus, &c. si tali collatione non ad turbas, & L
illicitos cœtus, sed ad sustinendam tenuiorum inopiam vtuntur.

Ex quo Alc. in lege quadam Serbidij Scæuolæ pro Herosa, reponit Eranos lib. 5. dispunct. cap. 25. eratque collatio pecuniæ loco tributi indictę à verbo συνερᾶν, id est, contribuendo, vt ait, in lib. 8. cap. 12. Athen. at ego nescio quando & vbi ἐρᾶν hoc significarit.

Licet enim contributio fiat Erano, vox tamen Eranos vim potius indicat appetitionis, ac desiderij, vt scilicet fit, cum quis desiderio incitatus amici subleuãdi, ac iuuandi, siue donandi confert quidpiam, vt apparet ex etymologo atque Suida. fortasse ἔρανος idcirco appellatus quòd illam vsurparent viri amabiles, & iucundi: siue quod signum esset, qui ad eum cõuenirent, mutui eorum inter se amoris.

Qui ingens illud collegit nostra ætate Græcæ linguæ dictionarium, vt hoc significaret ab ἔρα M
deduxit. Cur? non explicat, sed ego suspicor. hoc ei placuisse quoniam ἔρα terra est: terra autem est omni parens, & altrix omnium & ζωοδότειρα, & ζείδωρος omnia tribuens ad vitam necessaria.

Quod verò mercedem significare notat Alc. vereor, vt sit verum: gratiam potius & beneficium dixisset: huius enim notionis potuisset exempla producere; illius, nisi fallor, non potuisset.

Maximè autem Eranos mihi videtur significare, quod amici conferunt ad subleuandam amici inopiam; ex quo illud elegans translatè dictum lib. 3. epigr. Græc. sic à viro docto Latine

reddi-

reddituum ad verbum subleuatricem infelicitatis stipem. est tit. 10. insenes.

Cum me pauperies premeret, patitereq. Senectus
Nec qui porrigeret vel stipa ara foret. A

Dicitur autem ἐςρῶ, ἐςρον, & ἐςρῶος, vt est apud Suidam.

N Sed curiosè quæres, quot capita collegium efficiant. Marcellus I. C. lib. 1. Digest. Neratius priscus, inquit, tres facere existimat collegium, & hoc magis sequendum est, quibus verbis indicatur fuisse, qui duos efficere collegium crederent, sanè duo ad idem officium electi, collegæ dicuntur, atque ita duo efficiunt collegiũ, quod

O Liuij auctoritate lib. 10. cõfirmatur, apud quem nescio quis de Consulibus, qui duo erant, sic loquitur, scire se nihil concordi collegio firmius ad Remp. tuendam.

De institutionis collegiorum auctore non consentiunt veteres. Plut. in Numa ab eo vult esse instituta exemplo Atheniensium, eorumque iura ex legibus Solonis petita fuisse tradit Caius l. vlt. D. de collegiis, &c. sic ille opifices, atque artifices in multa collegia distribuit: ita Valer. Max. lib. 1. cap. de instit. collegij tibicinum meminit. Plin. lib. 34. fabrûm ærariorum, & lib. 35. cap. 12. figulorum à Numa constitutorum. de his & Cic. pro domo sua & pro Sextio: & l. 1. D. de cuiusque vniuers.

L. tamen Florus, Paulus Orosius, & Iornandes collegiorum institutionem Seruio Tullo adscribunt.

P Quid habuerint iuris, & quæ eorum fuerit distributio, in Catalogo legum antiquatum de legibus Clodiis declarauit Nouus optimus nostro sæculo I. C. Vldr. Zasius. Cur autem postea sublata fuerint, & quando, te docebit loco citato Carolus Sigonius.

Illud verò te monitũ volo, cum legis fabrûm collegia, & si non repugnat significari societates lignariorum, cæmentariorum, ærariorum, Romæ tamen propriè cœtum fuisse ob hanc causam institutum, vt quoties in Vrbe aliquod incendium excitaretur, ad illud compescendum hic fabrûm cœtus accurreret l. penult. §. penult. de iure imm. horũ instrumenta enumerat Vlpianus l.

Q Quæsitum instit. de fund. collegit breuiter, & explicauit Alc. de verb. sign. ad. l. 236.

Legem item de collegiis illicitis indicat Caius eodem titulo ex legibus Solonis translatam, vt idem monet lib. dispunct. 2. cap. 14. si plebs, vicini, vel sacrificuli vel nautæ, vel conuiuæ vel cõmunia sepulcra habentes, vel in thiasis socij, vel ad prædam simul profecti, vel in negotiationem, vel in id genus simile alter cum altero conuenerit, firmum, ac ratum esse, dum publicis sanctionibus non contradicat, B cuius mentionem fecit in Solone Plut. & lib. 14. hist. Tacitus.

Finis sit capitis hæc notatio iurisperitorum; collectiua, siue vniuersitatum nomina, & membra. & caput includere: sic appellatione familiæ, princeps familiæ continetur. Caius lib. 14. ad edictum prou. militum appellatione, Imperator. l. 1. de test. mil. populi appellatione, Senatus R instit. de iure nat. §. Plebs ergo collegij nomine, collegij magister, quem veteres dicebant, siue Abbas, aut Prior, vt nos vocamus, continebitur.

Liberi hominis serua lingua quomodo ab Euripide scriptum: magna sæpè iuuari paruis.

CAPVT XXIII.

EVRIPIDES Ione sanè grauiter, & A ingeniosè hominis liberi, & ingenui seruire linguam docuit, cum in externa, & barbara versatur Vrbe. A Cur id eueniat Dionys. Longinus eleganter declarauit, seruitutem, iustissimam licet, animorum esse γλωττόκομον scribens, hoc est, caueam, aut carcerem, siue marsupium, in quo seruientis animus quodammodo teneatur inclusus. B Nam sua natura seruitus non sinit liberò nos ore loqui, sed etiam liberè agere, siue libera illa sit, ac spontanea, siue imposita, & coacta.

Videmus eos, qui se Principibus addicunt, & eorum conantur gratiam colligere, iis vt se probent, frænum linguæ adhibere, nec liberè, quæ sentiunt, pronunciare, quia seruitus seruitutem parit, vt libertas libertatem, quomodo & Plaut. Epid. Act. 1. Sc. 1. plus scire satius est, inquit, quam loqui seruum hominem, ea sapientia est, & in milite glor. a. 2. sc. 5. plus oportet scire seruum, B quàm loqui, & 6. nam homini seruo suos domitos habere oportet oculos, & manna, orationemque.

Atque in malis exilij hoc etiam reponit idem apud Musonium lib. de exilio. Eurip. quod tamen refellitur apud Stobæum sermone 38. Vnũ videlicet hoc maximum esse malum, quòd liberè non audet, qui exul est, loqui, inquit Polynices filius, matre inferente locasta C seruile esse, quod dixerat, non eloqui. quæ sentias.

Imago in quibusdam Geographicis tabellis Leonis est fune constricti, & soricis funem rodentis subscripto hoc disticho non admodum eleganti, sed arguto tamen, ac prudenti.

En Leo terribilis, quem soluit mus laqueatum. C
Sic magni minima sæpe iuuantur ope.

Confirmanda, & illustranda prouerbio, quod vsurpauit Plato, & omnes penè collectores prouerbiorum larult, quod à lapidariis sumitur, & illus distichi sententia indicatur non benè fundari & iaci magnos lapides sine paruorum adiumento, ita diuinus Philosophus, ὡς ἔπος, inquit σμικρῶν μεγάλοις φασὶν οἱ λιθολόγοι λίθους οὐ καλῶς. nam, & in Sophista pronunciat ex vetere, & communi

sententia, si quis velit tes magnas expedire, ei prius exiguas, & faciliores aggrediendas.

Hinc ille piscationis exemplo disputationem
D περὶ τοῦ ὄντος, id est, de eo, quod est, quasi fundamento, voluit inniti: & Arist. 1. lib. Metaph. scripsit paruum errorem in principiis totius progressum disputationis euertere. Idem fuit Demosthenis sensus in Leptinem, καὶ μικρὰ καιρὸν μεγάλων πραγμάτων αἴτιοι γίγνονται. hoc est, exiguæ occasiones magnarum sunt rerum causæ. ita Hor. lib. epist. 2. epist. 1.

Si das hoc, paruis quoq; rebus magna iuuari,
Os teuerum pueri, balbumq; Poëta figurat.

Qui & Sat. 1. lib. serm. 1.

—hora
Momento aut cita mors venit, aut victoria læta.

Cic. Philippica 5. minimis momentis maximæ
E inclinationes temporum fiunt, ac plerumque paruæ res magnas trahunt.

Plin inquit, lib. epist. 1. scribens Tacito epist. 2. & T Liu. lib. ab V. C. 6. parua, vt plerumque solet, rem ingentem moliendi causa interuenit; loquitur de eo tempore, quo leues ob causas Romæ actum, vt etiam communicaretur plebeiis Consulatus. & parua momenta, vt est apud eundem T. Liuium lib. 27. in spem, metumue impellunt animos. Et lib. 25. nihil tam leue est, quod non magnæ interdum rei momentum faciat; sæpeque leuissima quædam, maximè subita, atque inopinata, terrent, dissipant, consternant, perdunt exercitum, vt clamor, aspectus, rumor, καὶ τὰ τοιαῦτα, inquit, in Catone superiore Plut. F
τοῦ ξίφους μᾶλλον καταπλήττει τοὺς ἐναντίους, magis terrent, quam enses.

In re bellica maximè hoc valet, & summus in bello Dux C. Cæsar disertè scripsit paruis momentis magnam victoriæ fieri conuersionem. Et 1. bel. ciuil. sæpe in bello paruis momentis magni casus intercedunt. Et apud Cassiod. lib. Var. 1. epist. 45. sapienter Boëthio scribens Rex Theodericus, plerumque, inquit, res paruæ plus præualent præstare, quam magnæ possunt obtinere diuitiæ.

Non in paruis nostras has lucubrationes ducimus, nec inficiamur tamen illas adiumento fore iis, qui magnis auctoribus legendis studiosè inuigilabunt.







HORARVM SVBSECIVARVM LAELII BISCIOLAE MVTINENSIS SOCIETATIS IESV

LIBER XIII.

A *Reprehensio eorum, qui emendatoribus librorum ex vetustis exemplaribus aduersantur.*

CAPVT I.



SVBIRASCI interdum iis soleo, qui aut vellicant, aut reprehendunt, aut subsannant, atque irrident eos, qui libros emendationum scribnut, aut corrigendis, aliorum lucubrationibus ad normam vtustissimotum codicnm dant operam, & id genns laboris, atque operis quantumuis diligentes, & accurati pro iuani habent, ac futili: & B ob vnius tamen aut vocis, aut syllabæ, aut litteræ, aut etiam puncti vitium corrumpitur sæpe numero iutelligentia sctiptotis, ac sensus deprauatur: & isti tameu tam sunt fastidiosi, atque nauseabundi, tametsi aliquando homines docti, sed ferè bonarum litteratum rudes, & planè barbari, vt talium scriprorum tam vtilium, tam ingeniosorum, tam diligentium libros auersentur, planè quod prouerblo dicitur, Asini ad Lyram: quod ego crimeu esse maximum, aut imprudentiæ existimo, aut superbiæ.

Et æquo animo fortasse istorum siue fastns, siue iuscitia ferri posset, ac tolerari, si nostro hoc sæculo, aut paulo superiore ortum fuisset hoc e- C mendandorum librorum studium; at verò antiquissimnm fuit doctissimorum & sapieutissimorum virotum institutum cum ipsis penè litteris natum.

Optimus Poëta Aratus cum de Zenoue quæsisset, quomodo posset emere Poëmata Hom. quam maximè emendata, ac nitida, respoudit ille, si nou receuria, sed antiquissima sibi comparasset exemplaria. Et Grammaticotum Princeps Aristarchus totus in Homeri, & cæterorum veterum libris corrigendis fuit, atque ideo à cōsequentibus viris doctis maximis laudibus cohonestatus.

Apio quoque vtinam tam pius, quam doctus, D pro more habuit, institutoque suorum studiorum optimos quosque scriptores ex antiquissimis lectiouibus adnotare, distinguere, emendare, purgare, illustrare.

Quid Nicanorem Alexandrinum commemorem? qui vel in punctis ipsis codicum adnotandis, distinguendis, exponendis tantopere desudauit, vt ex eo labore στιγματίας nomen fuerit consecutus, de quo ita Suid. in historico suo plurima & accuratissima de punctis scripsisse narrans: Sub Adriano Cæsare vixit cum Hermippo Berytio Grammaticus hic insignis. Scripsit de punctis apud Homerum & quę ex ipsis differentia iu senteutia nascatur: de puncto vuiuersè lib. 6. horum breuiatium, comica, de statione naui- E um, de vocabulo, ὅλος, de puncto, & alia: ob quā tractatiouem à quibusdam uominatus fuit stigmatias, quasi diceres notis compunctum, non enim ita appellatus, quasi notaretur, vt seruus.

Scimus Ptolemæum Philadelphum AEgypti Regem potentissimum, & sapientissimum, cum, mouitore Demetrio Phalereo viro doctissimo ornare cuperet præclarissimam illam suam Bibliutbecam, ab Atheniensibus petiisse, sibi vt liceret Sophoclis, & Euripidis Tragœdias ex ipsorummet manu scriptis libris, quos Athenienses F custodiebant, accuratissimè, describere: cum præcisè uegauissent, ægerrimè Regem tulisse, & nou multo post ita vlrum fuisse, cum iu summa annonæ caritate vellent frumentum ex AEgypto Athenieuses exportare, illnm seuerè prohibuisse; ita illi fame compulsi ἀντιχάριν illorum Poëtarum ad Regem miserunt: Regem & vehementer douo delectatum concessisse Atheniensibus, vt sine portorio frumentum iu patriam exportareut: & hi quidem omnes Græci.

Nec Latinis defuerunt viri doctissimi in hoc studij geuere magna cum laude, uec minore cū fructu versati, quales uominare possumus om-

ninm principes M.Terent.Varrouem, & P.Nigidium Figulum Romanorum doctiſsimos: quoa ſunt conſecuti Verrius Flaccua, Valer. Probus, G Agell. & Macrob. atque alij, tum Priſcianus, Phocas, Cornel. Fronto, Caſsiodorus, ac omnibus ferè ſæculis aliquor floruerunt.

Sanè patrum noſtrorum memotia commemorabilea iu hoc laboris geuere fueruut duo Baptiſtæ Pius, & Egnatius, duo Metulæ Georgius, & Gaudeutius, Petrua Crinitus, Angelus Politianus, Domitius Calderinua, Nicolaus Perottus, Alex. Neap. Philipp. Beroaldus, & Audreas Alciatus.

Noſtro autē ſæculo Franciſcus Sabinus, Franciſcus Robortellus, Carolus Sigonius, P.Manu-H tius, P. Victorius, Leonardus Malaſpina, Sebaſtianus Corradus, duo Hieronymi Magius, & Mercurialis. ille I.C. hic Medieus, ne ſim infinitus in pleriſque aliia Italiæ uoſtræ doctia, ac politis viris commemoraudia, & plurimos inuolnam ſilentio, qui in Gallia, Hiſpania, Germania, aliiſque prouinciis hoc ſtudiotum genus cum laude pertractarunt, vt qui tot hominibus tam erudiris aduerſatur, dignus ſit, quem boni omnes, & ſapientes viri auerſentur.

Omitto celebres Bibliothecaa, Vaticanam, Mediceam, Venetam, atque alias, ad quas docti, atque intelligentes viri à regionibus longiſsimè diſiuuctis hanc vnam ob cauſam ventitare ſo-I lent, quòd vetuſtiſsimis abuudent exemplaribua, & idcirco fideliſsimis.

Quæ in diem addictio ſit, Plauti locus explicatus & emendatus: Cicer. item alter ad Att. etiam illuſtratus.

CAPVT II.

A PAVLVS I.C. lege prima de in diem addict. quomodo in diem addictio fiat, ſic Interpretatur. ille fundus centum eſto tibi emtus, niſi quis intra [illegible] pus meliorem conditiouem attulerit. Eſt porrò verbum addicere proprium Prætoris, cum rem alicui, vt eius fiat, pro poteſtate attribuit: ex quo in auctionum traductum magiſtros, à quibus in eos qui, niſi pretium intra diem certum augeatut, emtori attribuuut, deriuatum.

Alia ratio eſt, addicendi bona, quæ per Prætorem item fiebat, & duplex erat, vt oſteudit auctot doctua, & elegans ex antiquis iu comm. verb. iur. Hinc Plauti locus captiuia. act. 1. ſc. 2. B Sanè feſtiuiſsimua, hanc deſignans intelligitur.

Ae. Age ſis, roga emtum niſi quis meliorem adferet,
Quæ mihi atq; amicis placeat conditio magis,
Quaſi fundum vendam, meis me addicam legibus.
E. Prohfundum vendis? Ae. Tu quidem haud fundum mihi:
Sed ſi venturus tempori. E. Item mihi iam otium eſt.
Ae. I modo, venare leporem, nunc ityn tenes.
Nam meus ſcrupuloſam victus commeat viam.

Ita meua liabet liber Seb. Gryphus, niſi quòd ſecundo verſu pro mihi, legit tibi, vt & Pariſiis apud Rob. Steph. impreſſua auno 1530. Alc. tamen, & Turneb. mihi legunt: & hic quidem libro ad uerſ. 14. cap. 7. aliter diſtinguit hos verſus, & explanat: ego ita accipio, vt venuudare quis dicitur, ſic vice mutua emtum rogare, id eſt, emere. C

Porrò Senex irridet Paraſitum, cui offert cenam hac coudirione, vt pauxillo ſit contentus, id eſt, modica cena, cum annuiſſet ille, addit ſe vendere pacto addictionis iu diem, vt ſi meliot couditio ſibi allata fuerit, & ſi alij amici ipſo citius veniant, ille ſit excluſus, hoc enim ſignificat, addicam meis legibus, id eſt, pactis hoc conuiuium, ac ſi vendetem ſundum.

Quam metaphoram uon intelligens, aut diſsimulans Paraſitus, proh fuudum vendis? iuquit, tum Senex, tu quidem haud ſundum mihi, alludens ad ventrem Paraſiti, tamquam profundum, vt indicet illum gurgitem, & voraginem. quod eſt, ac ſi diceret, non comedes; vorabis, conſumes. addit, ſed ſi venturus tempori, hoc eſt, cenaturus es apud me, ſi venies tempeſtiuè, & maturè; tum reſpondet Paraſitus; Item D mihi iam otium eſt, quaſi diceret, iam adſum, cenæ mihi tempus eſt.

Hæc tameu verba ita legit Turn. hoc ſenſu, æmulis iam otium eſt, & ſunt qui legant, hem mulia, valde remota ſententia, ac ſi Paraſitus de ſe, quaſi de mulione, loqueretur. Subiicit Senex, I modo, &c.

Pro ityn irim etiam legit Turn. quæ idem eſt, quod iris auicula, quæ Galerita dicitur. Notat etiam legi, nunc i, rem tenes, ſed ei placet retinere irim eo ſenſu, qui mihi nullo modo videtur ſenis conſilio quadrare nitentis Paraſitum E domo ſua exigere, aut certè cenam ſuam vilem eſſe, certam licet, demonſtrare, vt ſequens verſus indicat, qui melius ita legeretur. Non meus ſcrupuloſam, ſiue ſcrupoſam, &c. ſuam enim cenam eſſe dicit terreſtrem, hoc eſt, hortenſem, & parabilem, non autem lautam, & paratu difficilem, vt eſt cena, in qua eſt venatio, quæ via ſit ſcrupea, atque aſpera.

At verò, vt feſtiuus ſit iocus, atque aptus lege, ictim, quam lectionem altera peruerſa facit probabilem, id eſt, ictum. Eſt verò ictis muſtelæ ſpecies, quæ Viuerra dicitur, lepuſculis infeſta. F

Audio venatores hoc animal habere in hunc vſum, vt lepores facilius venentur: quod ſi nec leporem, nec cuniculum poſſuut captare, Viuerram ipſam comedunt.

Hoc

Hoc ergo dicit senex parasito, cenam sibi vt lautiorem quęrat, quam si non inuenerit, admittat suam viliorem, quemadmodum vulgo dicitur, deficiente obsonio apponatur caseus, qui quidem versus prouerbij loco de his potest vsurpari, quibus in omnem casum subsidiali actio-
G ne, vt I.C. loquuntur, ita consultum est, vt omnino deficere eis nequeat cibus.

Venio ad Ciceronem epist.21. lib.13. ad Attic. arbitrabar, inquit, sustineri remos, cum inhiberi essent remiges iussi: id non esse eiusmodi didici heri, cum ad villam nostram nauis appelleretur; non enim sustinent. & mox addit. sed alio modo remigant. ita multi habent libri in hac epistola quam 20. tamen facit Corrad.

Ego sic lego, inhibere illud tuum, quod valde mihi arriserat, vehementer displicet: est enim verbum totum nauticum, quanquam id quidem sciebam, sed arbitrabar sustineri remos, cum inhibere essent remiges iussi, &c. id ab ἐποχῆς remo-
H tissimum est. quare facies, vt ita sit in libro, quemadmodum fuit: dices hoc idem Varroni, nisi fortè murauit: nec est melius quidquam, quàm vt Lucillius sustineat currum, vt bonus sæpe agitator, equosq;. semperq; Carneades προβολὴν pugilis, & retentionem aurigę similem facit ἐποχῇ: inhibitio autem remigum motum habet, & vehementiorem quidem remigationis nauem conuertentis ad puppim.

Atq; hic locus egregiè à Budæo in comment. Græcæ linguæ explicatur, ex quo Seb. Corrad. P. Manut. Leon. Malaspina eximij Ciceronis explanatores acceperunt. & linguæ latinæ thesauri cô-
I cinnator, & in Sat.2. Persij Aut. Veromanduus.

Hoc autem toto loco Cic. emendat vsum verbi inhibere, qui erat positus ab eo ex Attici maximè sententia 2. Acad. li. vt 1. de orat. antea: vsus enim pro sustinere, & ostendit hoc non esse, sed aliud potius, idq; se didicisse à nautis loquentibus, cum nauis ad suam villã appelleretur: nam cum inhibere iubebantur remiges, non sustinebant nauim, aut eius cursum retinebant, quod facere solent aurigæ habenis adductis equorum cursum sistẽtes, sed alio modo remigabant, nempe conuertentes nauim ad puppim, ac retrocedentes vehementiore omnino motu, ac magis
K violento: quæ caussa est, vt dicat verbum hoc ab epocha (vox erat Academicorum propria, qua assensionis retentionem significabant) alienissimæ esse notionis: cui quidem epochę potius verbum sustinere conueniat, quod sine motu est, quo verbo vtitur Lucillius vetus poëta versu, quem citat.

Non enim aliter legendum, vt mirer hoc non vidisse oculatissimos viros Corradum, Manu-
L tium, Victorium, qui Lucullus legunt, cum Lucullus, vt Malaspina rectè obseruat, nullas haberet loquendi partes in his libris ad Varronem missis.

Aut potius dicendum, in suo Lucullo Ciceronem vsum, quemadmodum etiam hodie legitur hac dicendi ratione, equos sustinere, sed cum ad Varronem libros transtulit, murauisse in equos inhibere, quod nunc damnet, emendariq; pręcipiat, propterea dices, inquit Varroni, &c. & quia nouerat Cic. quæ Varronis esset linguæ Rom. peritia, dubitauit, num per se ipse emendasset, & idcirco addidit, nisi forte mutauit.

Quæ citati scriptores ad hunc locum obser- M
uant, consule, vt quid sit inhibere remos, animo comprehendas, & quam magna ratione in verbum sustinere Cic. mutari voluerit, intelligas, & quę sint elegantes verbi inhibere rationes, & cui Græcæ phrasi respondeant.

Atque vt sua cuique maneat laus, Budæus ipse antiquiorem se fortasse auctorẽ secutus est Pium Bononiensem in comment. in has ad Att. epist. Laur. autem Valla, prohibeo, inquit (exponit inter hæc duo verba prohibere & inhibere discrimen) vel generale nomen est, vel ante rem incœptam; inhibeo autem re iam cœpta: illud vetat, ne quid facias, vel incipias, hoc ne ire pergas, desistásue ab incœpto. Sic iste lib.5. cap.4. exemplo confirmat Virg. 1.

—hospitio prohibemur arena. Et 11.
Parcite iam Rutuli, & vos tela inhibete Latini.

Differentia tricum nominum explicata Imperatoris, Cæsaris, Augusti, enucleatus Sex. Victoris locus; & Ælij Lampridij emendatus de animato Alexandri imperio.

CAPVT III.


OLIM libera Repub. Imperatoris no- A
men appellatio erat militaris, qua Prætores, & alij re bene gesta, etiam si absentes, per suos Quæstores, aut Legatos, vicissent, primum militum acclamatione in castris, deinde sententia senatus in vrbe ornabantur, imo & quicunq; exercitus dux, qui suis auspiciis rem gereret, atq; imperium, id est, ius belli gerendi haberet.

Et quidem antiquissimis temporibus, vt obseruat lib.2. bellorum ciuilium Appianus, non nisi magnis rebus gestis acclamabatur hoc nomen, cum suo tempore (nam sub Adriano ille vi- B
xit) decem millibus occisis Imperator diceretur. & non nisi semel in vno bello licebat Imperatorem appellare, quod lib.60. Dio tradit.

Primus oppressa Rep. & sub vnius Imperium redacta C. Iulius Cæsar dictus est Imperator alio sensu, qui nunc vulgaris est, hoc est, ad quẽ summa rei pertinet, & solus Reip. tenet gubernacula: quo duo alia nomina referuntur, Cæsaris, & Augusti, quæ ita distinguuntur, vt ex Lampri-

dio, Spartiano, Ammiano Marcell. Sex. Victore,
& Suetonio omnium antiquissimo multis locis
colligitur.
C Nam Cæsar dictus, qui Augustæ Maiestatis
heres designatus esset, administratione rerum ei
interdictæ, nisi interdum prouinciam Augusti
iussu administrandam haberet: huic nulla dona-
tiui militibus dandi facultas erat, & in comita-
tu eos habebat, quos Princeps tribuisset.
Ita Alciatus in 3. posteriores cod. libros in L.
Mathematicos, Cæsar, qui ab Augusto electus est
ad regendam Prouinciam aliquam cum honore
Cæsaris tantum, donec Augustus vixerit, post
eius mortem successurus in Imperio, qua forma
nunc regem intelligimus Romanorum.
D Paulo maior Imperatoris propriè nominati
dignitas, qui licet infra Augusti fastigium esset
positus, & ex eius arbitrio bella gereret, sum-
mam tamen potestatem in Magistratus, atque
milites habebat: iusque illi erat indicendi belli:
quo solo nomine Germanicus decoratus fuit, vt
est apud Suetonium 15. cap. in Tiberio, sicut &
Piso Cęsar solum à Galba dictus, vt est apud Sue-
tonium in Galba cap. 17. qui tamen adoptatum
eum tantum scribit, sed hæc profecto adoptio
successorem efficiebat imperio, quod etiam in-
dicat Suet. in Tiberio cap. 25.
Augustus verò dictus, qui absolutè regnat, &
ab senatu hoc nomine est honestatus.
E Cęsarum & Imperatorum creandorum pote-
stas militibus aliquando concessa: primum au-
tem Maximinum ferunt posthabita senatus au-
ctoritate factum à militibus Augustum.
Quod autem de Cæsaris, & Augusti differen-
tia notauimus, confirmare possumus multorum
historiographorum testimoniis, omisso Marcel-
lino libro 15. & lib. 30. de Iuliano, & Spartiano in
Ael. Vero Eutropij in Diocletiano, Mamertini in
Panegyrico Iuliani, Panegyristæ Maximiani, &
Constántij, Eusebij lib. Ecclesiast. hist. 8. cap. 16.
cuius Græca verba placet hic adscribere; loqui-
tur autem de Maximino, qui gloriæ inuidens
F Constātij, ac Licinij, qui non modo Cæsares, sed
etiam Augusti fuissent appellati, se Cæsare tan-
tum relicto, Augusti sibi nomen arrogauit. τοῦτο
μάλιστα μόνον δεινῶς ἐλύπει, μόνον χείρονα παρὰ πάντων εἰσέτι
τότε χρηματίζοντα: ὃς δὴ ὢν τὰ μάλιστα τυραννικὸς ὤν, πα-
ρεσπάσας ἑαυτῷ τὴν ἀξίαν, σεβαστὸς ἦν, αὐτὸς ὑφ' ἑαυτοῦ γε-
γονώς.
Hoc autem sic accipiendum, nisi qui Cæsar di-
ceretur, æquo iure. & ipse admitteretur ad Impe-
rium non expectata morte Augusti, vt contigit
in Maximino, quem Diocletianus primum Cæ-
sarem, tum Augustum fecit viuens.
Primus autem M. Philosophus prouidentissi-
mus, & consultissimus Princeps præterquam in
filio herede, in partem Imperij adsciuit fratrem
G Annium Verum, Cæsarem, & Augustum appel-
lans, Capitol. in eo, Spart. in Adriano, & Vero.
Eutrop. in eo, & hos illæ intelligunt leges, quæ
Diuos fratres nominant, non eos, quos voluit
Accursius, & cum eo I. C. historiarum rudes, &
ignari.
Atque hinc percipies, cur in I. C. veterum li-
bris tituli duorum simul Impp. aliquando le-
gantur, quorum vnus Augustus dicitur, alter
tantum Cæsar; rursum ambo Cæsares, & Augu-
sti, vt Philippi: qui enim tantum erat prius Cæ-
sar, non expectata patris Augusti morte, & ipse
factus est Augustus vniuersa Imperij accepta po-
testate.
Porro C. Octauius primus hoc modo dictus H
est, Cæsar ex adoptione C. Iulij, vt & Augustus
pro Romulo, vt scribit ca. 8. Suet. quæ postea no-
mina ad consequentes manarunt Impp.
Quibus titulis omnibus cum honestaretur
Imperator aliquis hoc ordine pronunciabātur, I
vt primum locum Imperator haberet, alterum
Cæsar, tertium proprium nomen, quartū Augu-
stus, exempli gratia. Imp. Cæs. Vesp. Aug. tametsi
interdum non seruaretur hic ordo. consulendæ
Impp. constitutiones, & Fasti Rom.
Qui Sex. Victoris locū reprehendit, quo scri-
bit, hoc vno verbo adopto Neruam Imperatoré
adoptauisse in liberi locum Traianum, & in par-
tem Imperij, & falsam esse vltimam hanc verbo-
rum ipsius partem, quoniam neq; in partem Im-
perij adscitus est, sed Cæsar in senatu dumtaxat
post adoptionem appellatus: Cęsar aūt nec Imp.
est, nec Imperij particeps, sed designatus Impe-
ratoriæ Maiestatis heres, & interim velut Impe-
ratoris apparitor, vt duobus locis docet Amm.
Marcel. deinde adoptio filium facit, non Cęsaré:
&, vt cuilibet non omnis filius heres, ita nec Im-
peratoris filius quiuis Cæsar: tametsi etiam sola
nuncupatione Cęsaris adoptio possit fieri: quasi
quicumq; Cæsar designatur Imperatori sit loco K
filij: hoc genere Aelium Verū Adrianus adopta-
uit, Diocletianus Constantium, & Maximianum.
Is, inquam, attentè Victorem non legit, cuius
hæc sunt verba sola. Hic Traianum in liberi lo-
cum, inque partem Imperij adoptauit, cum quo
tribus vixit mensibus confirmata à Dione Cas-
sio extremo Nerua ita scribente. M. Vlpium Tra-
ianum adoptauit, moxq; in curia Cæsarem desi-
gnat, ad quem Imperij iura atque insignia, præ-
erat enim tunc Germaniæ, hoc versu misit.
Telis Phœbe tuis lacrimas vlciscere nostras.
qui versus ex 1. Iliadis Hom. est decerptus
Ita adoptatus à Nerua Traianus, deinde Cęsar L
& Imperator factus est. sic non primus Celonius
Commodus Verus Aelius Verus appellatus, ab
Adriano Cæsar est dictus, sed ante illum Traia-
nus à Nerua, quod tamen affirmat in Aelio Vero
Spart. ipso initio, sed ipse tamen mox se expli-
cat his verbis. Nihil in sua vita memorabile, nisi
quod tantum Cæsar est appellatus, non testa-
mento, vt antea solebat, neque eo modo, quo
Traianus est adoptatus, sed eo prope gene-
re, quo nostris temporibus à vestra clementia

Maxi-

M Maximianus atque Constantius Cæsares dicti sunt, quasi quidam Principum filij viri, & designati Augustæ Maiestatis heredes.

Adde, quòd in Fastis Capitol. ante mortem Neruę Traianus Cæsar, & Imperator nominatur.

Ab Augusto verò Cæsarem superari docetur verbis Constantini Imper. Cod. de Malef. & Mathem. imo hic ferè mos est Spartiani, Capitolini, Lampridij, Vopisci, & aliorum.

Docetur item num Augustus sit appellandus, is qui Imperatoris est filius, licet Imperium non habeat. Extra de foro compet. cap. ex parte, & 24. q. 1. cap. 1. & d. 63. C. 2. & hoc fanè postremo loco V. Synodus VIII. missos refert à summo Pontifice Legatos ad Basilium Imperatorem, & Constantinum, ac Leonem eius filios Augustos.

N Certè ista tria vocabula sæpe confunduntur: Nam & Bartholus in principio Digestorũ Imperatorem non dici ante coronationem, ait, & textus adducitur cap. venerabilem. extra de electione, & vulgo tamen Impp. nominamus, qui corona nunquam fuerunt insigniti, vt omnes Austriacos à Carolo V. ad hunc vsque diem Ferdinandum, Maximilianum, Rodulphum.

O In Alexandro Seuero Lampridij habetur hæc verba. Animatum Imperium eius, cum fuerit durus, & tetricus, idcircò vocatum est, quòd senatorem nullum occiderit, vt Herodianus Græcus scriptor refert in lib. temporum suorum.

Labes inest in primo verbo à nobis detergenda adiutore primum Herodiano, quem citat, deinde alio ipsiusmet Lampridij loco in eodem Alexandro: nam Herodianus lib. 6. eum ingenio docet fuisse miti, atq; ad omnem humanitatem propensõ Alexandrum, quippe, inquit, ex interpretatione Politiani, annis 14. ἀναίμακτον, hoc est, citra sanguinẽ gessit imperium, ne vno quidem occiso: licet enim permulti maximis criminibus impegerint, tamen ab illorum cæde semper abstinuit, quod vtiq; non facile à quoquã omnium Impp. qui Marco successerint, factum, obseruatumq; inuenies, neminem quisquam illo imperante commemorare potest, cui mora indemnato sit illata.

P Deinde ipsemet Lampridius infra. Hoc Herodiani enunciatum confutans, huius imperium, inquit, incruentum quidam literis tradiderunt, quod contra est: nam & seuerus est appellatus à militibus ob austeritatem, & in animaduersionibus asper in quibusdam fuit.

Ex his igitur duobus locis altero Herodiani, altero Lampridij ita corrigendus Anæmactou imperium eius, &c. pro animatum.

Q Certè tale non fuisse Acta nostrorum demonstrant Martyrum, ex quibus est compertissimum ab eo in Christianos valde sæuitũ, si non per edicta eius peculiaria, sanè per superiorum Impp. & per suum Præfectum, Tutorem, & Consiliarium, ac magistrum scrinij Domitium Vlpianum nomini Christiano infensissimum.

Hæc cum scripsissem legi duobus locis Cæsarẽ Baronium omni laude maiorem virum in notis ad Mart. Rom. Kal. Ian. & Tom. 3. Ann. anno Domini 225. qui deprehendit falsam esse narrationẽ Herodiani de incruento Alexandri Imperio.

Vsus verborum aliquot apud Salustium obsoletus: eiusdem locus emendatus: Gades in Hispania vnde appellatæ.

CAPVT IV.

CAESARIS est apud Salust. oratio, in qua nomen necessitas nouo more, sed notione antiqua pro necessitudine est positum, id est, iure affinitatis, notat hoc Agellius lib. 13. cap. 3. verba hęc sunt Cæsaris; equidem mihi videor, pro nostra necessitate, nõ opera, non labore, nõ industria defuisse. Quomodo & ex 4. li. hist. Semproniij Asellionis necessitudinem docet pro necessitate accept̃ã. A

Ex eiusdẽ Salustij 1. li. hist. Priscianus obseruat vsum fuisse genitiuo quodam pene à se confictõ, siue ex antiqua decerpta consuetudine, & bis hunc locum citat, nã à primordio vrbis ad bellum Persi Macedonicum pro Persis, vel Persæ, siue Persei, ita hic lib. 15. de vsu præpositionis ad. B

Ad modo personæ, modo loco, modo tempori, modo numero adiũgitur. Personæ. Virg. Aen.

Ad te confugio——

loco, idem eodem lib.

——*Ad Troiam pro caris gesserat Argis.*

Tempori, vt Salust. lib. 1. hist. ad bellum Persi Macedonicum. numero, vt ad quinquaginta millia, quæ verba non sunt Salustij, vt quidam temerè accipiunt, sed à Prisciano exempli causa adducta.

Sosipater Carisius lib. 5. Instit. Gram. inueniuntur quædam quæ sine ratione genitiuum faciunt per i, apud Virg. Achilli & Vlixi apud Salust. Persi li. hist. 8. tres postremas adfert voces Quin & Probus Catholicis, quod Salust. Persi dixit, non declinatiouẽ mutauit, sed antiqua vsus est consuetudine. in eodem lib. 1. hist. quem citat Agellius lib. 15. cap. 13. igitur venditis proscriptorum bonis, aut dilargitis tanquam largior sit ex omnibus. C

Prisc. lib. 8. horto pro hortor, & largio pro largior dicebant, vt Salust. lib. 1. hist. qui locus mihi videtur esse accipiendus de Sullana proscriptione. eodem lib. 1. habet hæc verba. Dubitauit acie pars, veterum more. D

Prisc. extremo 7. lib. tradit veteres consueuisse frequenter in 5. coniugatione tum genitiuum, tum datiuum ablatiuo similes proferre, & historiam Salustij allegat primam, prout vulgati habent libri: nam in manuscriptis abest numerus, & in hist. ita scripsisse Salustium in Catholicis refert Probus, nec certum librum nominat, vti nec Seru. lib. 1. Georg. Virg.

Probl

E Probi hæc ſunt verba: Ei ſiue correpta, ſiue
producta nullus generis caſus genitiuo reperi-
tur terminatus, niſi antiquè. Virg.

Libra die, ſomniq́ pares vbi fecerit horas.

Agell. tamen dies legi tradit antiquè pro diei li-
bro noct. Attic. 8. cap. 14. Saluſt. dubitauit acie
pars. ſic idem lib. 1. At inde nulla munitionis, aut
requie mora proceſsit ad oppidum.

Id etiam Agellius lib. 9. cap. 14. tradit, ſe in Iu-
gurthino Saluſtij die caſu patrio in lib. ſummæ
fidei, & reuerendæ vetuſtatis ſcriptum reperiſſe,
vix decima parte die reliqua, cum priſci illi ſcri-
F ptores dicerent dij, vt ſacij faciei, pernicij, &c.
quod item affirmat Lud. Carnio ſe legiſſe in ve-
tuſtiſsimo codice Gemblacenſis Bibliothecę die
verò quincti, die noni, die alia ratione dictum, vt
Agell. lib. 10. cap. 24. docet.

Saluſt. lib. hiſtor. 2. Dædalum ex Sicilia profe-
ctum, cum Minonis fugeret iram, atq; opes Priſc.
lib. 6. Minonis, inquit, dixit more Syracuſiorum
pro Minonis: illi enim Hieron, & Minon dicunt
quæ item verba ex 5. etiam hiſtoriarum libro ci-
tantur.

Idem Priſc. lib. 5. Gadir, inquit, nomen ciuita-
tis, Saluſt. neutrum eſſe oſtendit in 2. hiſtor. po-
nens nominatiuo accuſatiuum ſimilem, vt alij
tradiderunt: nam ſi eſſet femininum, Gadirem
dixiſſet: eadem libro 6. repetit. porrò verba ſunt
Saluſtij, Hiſpaniæ ciuitatem, quam nunc Tyrij
mutato nomine Gadir habent.

G A Donato quoque hæc adducuntur. Eunu-
cho. act. 3. ſc. 1. vbi mendosè eſt Gandicum, nec
hiſtoriam nominat Saluſtij: Rufus tamen Anie-
nus in deſcript. orbis femininum efficit, cuius
hi ſunt verſus.

Gadir prima fretum ſolida ſupereminet arce,
Attollitq́ caput geminis inſerta columnis
Hæc Cotinuſſa prius fuerat ſub nomine priſco.

(abundabat enim terra illa oleaſtris, qui Cotini
Græcè dicuntur)

H *Tartaſſumq́ dehinc Tyrij dixere coloni*
Barbara quin etiam Gades hanc lingua frequentat
Pœnus quippe locum Gadir vocat vndiq́ ſeptum.

Nunc Hiſpanicè dicuntur Caliz. A Tarteſſo ta-
men diſtinguit Plin. lib. 3. cap. 1. quem facit Car-
teiam, nunc dicitur Tariffa. Eundem conſule lib.
4. cap. 22. & corrige vocem Varteſſon, qui forte
error eſt typi, pro Tarteſſon. Pœni Gadir, inquit,
ita punica lingua ſepem ſignificāte, aut ſeptum,
quæ vox reponenda in Iulio ſolino pro ſeptem.

Vana igitur etymologia vocis ex Græco peti-
ta apud Suid. quam imperitè Volaterr. probauit
lib. 2. Geograph. παρὰ τὴν γῆν, καὶ τὴν δειρὴν, ὅ ἐστι τρά-
χηλον, quoniam ſimilis collo, & anguſta, atq; ob-
longa vittæ modo, eſt vero inſulæ nomen in o-
ceano, & oppidi, vt tradit Plinius locis allatis, &
Strabo lib. Geograph. 2. ac 3.

I Citatur item locus ex 2. hiſt. lib. Saluſt. à Macr.
3. Saturn. lib. ca. 13. & Donato Phorm. act. 1. ſc. 4. at
Metellus in vlteriorem Hiſpaniam poſt annum
regreſſus magna gloria concurrentium vndiq;
virile, & muliebre ſexu, in meo tamen lib. eſt, viri-
li, & muliebri ſexu, ſed vt ſcripſi, ſcripſit Nonius,
& cum eo Cariſius obſeruantes hic ſexus neutro
genere dici: quanquam in Cariſio, & Probo eſt
ſecus, ille igitur 1. Inſtitut. Gram. ſecus neutrius
generis nomen, vnde & Saluſt. dixit, virile ſecus, K
hoc eſt virilis ſexus, quod per omnes caſus inte-
gra forma declinatur: eſt & ſecus aduerbium.

Probus Cathol. ſecus, inquit, duas res ſignifi-
cat, aduerbium ſeparandi, & ſexum. Saluſt. virile,
& muliebre ſecus.

Mihi diuinare lubet vtrumque alucinatum, &
ſexus apud Saluſtium neutro genere eſſe retinē-
dum, quod etiam Plauto notauit. Priſc. is enim
li 5. Plautus hoc ſexus neutro genere protulit in
Rud. locus eſt act. 1. ſc. 1.

Filiolam ego vnam habui, eamq́ vnam perdidi,
Virile ſexus nunquam vllum habui——.

Sed ἐπέχω tamen, nam & in veteribus Feſti libris
ſecus eſt, non ſexus, & in exemplis tamen à Feſto
citatis ſexus, non ſecus haberi doctiſsimus, &
politiſsimus I.C. monuit Ant. Auguſtinus lib. 6. L
Priſc. Excipitur, inquit, hæc vis, huius vis, cuius
plurale ſimiliter vis tam Lucret. quam Sal. pro-
tulerunt. Lucret. lib. 2.

Sed quam multarum rerum vis poſsidet in ſe
Atque poteſtatem——

Saluſt. lib. 3. hiſt. male iam aſſuetum ad omnes vis
controuerſiarum. Rurſus lib. 3. Lucret.

Et quaſi multa vis vnius corporis extant.

Ad finem quoq; belli Catilinarij ſic legitur: Pau-
lo diuerſi alij alibi ſtantes omnes tamen aduerſis
vulneribus conciderunt: Priſc. tamen li. 12. & Ca- M
riſius lib. 2. ac Diomed. ita legunt. paulo diuerſi
alis alibi ſtantes, &c. Aldus in excuſis omnibus
legi notat, paulo diuerſis. Sed media lectio illa
Grammaticorum confirmatur vſu loquēdi pri-
ſcorum illorum, qui non tantum alius dicebant,
ſed etiam alis, & alid, pro alius & aliud: tum etiam
ex præcedenti clauſula, eosq́; perturbatos, atque
alis alibi reſiſtentes interficit Plut. in milite glo-
rioſo act. 3. ſcen. 1. extremo. Qui niſi adulterio eſt
ſtudioſus nulli ali rei eſt improbus, licet vulgo
aliæ legatur, Catull. epigr. de coma Beren.

Coniugium quod non fortior auſit alis,

Vt Lucret. ſæpe alid, pro aliud vt lib. 1.

Quando alid ex alio reficit natura

Et:

Sic alid ex alio per te tute ipſe videri
Talibus in rebus poteris.

Et: N

Namque alid ex alio clareſcet.

Et lib. 3.

Sic alid ex alio nunquam deſiſtet oriri.

Et 5.

Sic alid ex alio peperit diſcordia triſtis.

Hæc notaui pauca in Sal. vt verè intelligas Mar-
tialem ſcripſiſſe primum Romana Criſpum in
hiſtoria verbs antiqui multū furatum Catonis.

Purgatus

Purgatus Senecæ locus in prima suasoria, & lib. ad Martiam: alter item Ausonij in epigrammatis.

CAPVT V.

A LIBRO primo suasoriarum Senecæ in
prima suasoria, ita vulgo legitur de
M. Antonio, eiusque instabili cum
Octauia Matrimonio; nam cum An-
tonius vellet se liberum patrem dici, & hoc no-
men statuis subscribi, occurrerunt venienti ei
Athenienses cum coniugibus & liberis, & *Διονυ-
σον* salutauerunt. bene illis cesserat, si uatus Atti-
cus ibi substitisset: dixerunt despondere ipsos in
matrimonium Mineruam Musam suam, & ro-
gauerunt vt duceret; & Antonius ait ducturum
sed dotis nomine imperare se illis mille talenta.
B tum ex Græculis quidam ait (deest in libro di-
ctum Græculi) huic quidem impune fuit, sed A-
theniensium sponsalia mille talentis æstimata
sunt, quæ cum exigerentur, complures contu-
meliosi libelli proponebantur, quidam etiam i-
psi Antonio tradebantur: sicut ille, qui subscri-
ptus statuæ, eius fuit, cum & eodem tempore O-
ctauiam vxorem haberet & Cleopatram. hoc tu
euita, restituas, tibi habe.

Laborant hæc turpibus mendis: ingenio igi-
tur, & historia corrigenda. Primùm dixerunt de-
C spondere ipsos, lege ipsi, hoc est, Antonio; aptior
enim sententia. deinde superuacanea vox illa Mu-
sam. Tertio hoc tu euita, &c. restitue, Octauia res
tuas tibi habe. est enim iocus ex Romani forma
diuortij sumtus.

Postremò, qui narrat hæc Dio *ἀδιῶν*, tantum
dicit, & quis vnquam Mineruam Musam voca-
uit? Differt etiam in summa dotis. Nam *ἑκατὸν
μυριάδας* pro dote ait imperatas, hoc est, vt Ro-
mano more loquamur, H-S. quadragies cum
mille talenta Senecæ faciant paulò minus du-
centies quadragies sexto tanto immaniore sum-
ma.

Idem Seneca, si modo idem, libro de consol.
D ad Martiam cap. 2. M. Marcellum sororis Augusti
filium dilaudans, ita loquitur: Octauia Marcel-
lum, supple amisit, cui & Auunculus & socer in-
cumbere coeperat, in quem onus imperij reclina-
ret, adolescentem animo alacrem, ingenio im-
potentem, sed frugalitatis, continentiæque in il-
lis aut annis, aut opibus non mediocriter admi-
randæ, patientem laboris, voluptatibus alie-
num, quantumcunque imponere illi Auuncu-
lus, &, vt ita dicam, inædificare, voluisset, latu-
rum.

E Putauit Iustus Lipsius verbum illud reclina-
ret mendosum, legendumq; reclinare, quod & si
potest defendi, ego tamen recliuaret arbitror
melius retineri, & qui Suetonium legerer, id fa-
cile probabit.

Iustius emendabitur locus alter lib. 2. contro-
uers. de M. Agrippa, quem ignobilem loco Taci-
tus nominat 1. Annalium lib. ab Augusto auctũ.
tanta autem Mœcenas sub D. Augusto liberte
fuit, lege, tanta autem sub D. Augusto libertas
fuit sublata illa voce Mœcenas tantopere incul-
cata pessime: vt præpotenti tunc M. Agrippæ non
defuerit, qui nobilitatem obiicerent.

Vipsanius Agrippa fuerat. Vipsanij nomen F
quasi argumentum paternæ humilitatis sustule-
rat, & M. Agrippa dicebatur. Cum defenderet
reum, fuit accusator, qui diceret Agrippam &
quod in medium est, restitue Agrippam & quod
in medio est. Ea enim verba ioci, & gentis no-
men medium inter cognomen & prænomen vo-
lebat intelligi Vipsanium. fuit qui diceret, con-
currite, Agrippa malum habebis. responde Diis.
ea in arte, repone parte: vtique mihi videtur ad-
miratione dignus Augustus. Sed horum non G
possum misereri, qui tanti putant caput potius,
quam digitum perdere. tu restitue, dictum.

Ausonius in quodam versu ita vulgo legitur
epist. 13 ad Paulam. &

Vel quæ Baianis pendent fluitantia palis.

Alludens ad eas moles faue ingentes, quæ ad im-
petum maris coërcendum erant ad Baiss exstru-
ctæ. quarum meminit lib. 14. Annalium Tacitus
agens de Agrippinæ cæde, & Strabo lib. 5. attin-
git, *A* & 9. lib. var. Cassiod. epist. 6. hæc ostendunt
adiuncto Virgilij carmine Aen. 9.


Qualis in Euboico Baiarum littore quondam
Saxea pila cadit—

In Ausonio pilis legendum. quod non animad-
uertit Elias Vinetus in Ausonium: nec repro- H
bat Scaliger. lib. 2. Auson. lect. cap. 14. pilis tamen
probat.

Pilæ verò erant è saxo columnæ, vt apparet ex
Dionysio Halicarn. qui *σπλάδας* vocat, quam pi-
lam primo libro T. Liuius nominat Curatiorum
spoliis insignem. Spolia Curiatiorum, inquit, fi-
xa eo loco, qui nunc pila Horatia appellatur. non
enim generis est neutri, & numeri pluralis, sed
feminini singularis. quare paulò pòst ita legen-
dum modo inter illam pilam, & spolia hostium,
non, vt vulgo, inter illa pila. & eiusdem Liuij au-
ctoritate comprobatur libro 40. Portum & pilas I
pontis in Tiberim locauit, quibus pilis fornices
post Scipio addidit.

De his intelligendus Seneca initio epistolæ
78. omnis in pilis Puteolorum turba consistit.
Nimirum ad inspiciendas naues Alexandrinas.
quamquam apud Propertium Horatia pila neu-
tro genere leguntur pro ipsis telis, vt 1. libro Lu-
cani

—& pila minantia pilis.



Glossema quid significet: defensus aduersus Manutium Plutarch. Appiani locus de Labeone explicatus.

CAPVT VI.



VM glossa linguam significet, interpretationem etiam linguæ siue vocum obscuriorũ significat. hoc modo Galenus eum abstrusiores voces A interpretatur Hippocratis & aliorum γλωσσῶν ἐξήγησιν appellat, & quæcunque, inquit, nomina priscis vsurpata temporibus, nunc autem obsoleta, hæc glossas vocant. *A* & lib.2. Pollux poëticas itidem voces, nimis angustè, glossas vocabant: *B* propterea poëticas dixit, meo quidem iudicio, quòd variarum essent hæ voces linguarum, id est, dialectorum: & quòd ferè poëtæ his minus vsitatis vocibus vterentur.

B Idem & glossema significat etiam apud Latinos. Varro 6. lib. de lingua latina Ennij versiculum explanans Camilla, qui glossemata interpretati dixerunt administram.

Quinctilianus lib.1.cap.2. illud non pœnitebit curasse, cum scribere nomina puer, quemadmodum moris est, cœperit, ne hanc operam in vocabulis vulgaribus, & forrè occurrentibus ponat: protinus enim potest interpretationem linguæ secretioris, id est, quas Græci Glossas vocant, dum aliud agitur, ediscere, & inter prima elementa consequi rem postea proprium tem-C pus desideraturam. & cap.14. circa glossemata etiam, id est, voces minus vsitaras, de Magistro loquens, non vltima eius professionis diligentia est.

Eustathius interpretatur ἀπεξενωμένην διάλεκτον, id est, idioma seu vocem aliunde, siue ab exteris acceptam, Dionysius glossematicam dictionem vult esse priscam, obscuriorem, quæ circumlocutionibus constat: quò pertinet quod scribit Diomedes lib.2.cap.5. quinque esse genera locutionum, rationale, artificiale, historicum, glossemmaticum, commune.

D Gul. Budæus dici tradit in Poëtica ab Aristot. λέξιν dictionem propriam, γλῶτταν peregrinam. Omne nomen, inquit, vel est proprium, vel lingua. *B* Dico autem proprium quidem, quo vtuntur singuli: linguam verò, qua diuersi C quare constat fieri posse, vt idem nomen sit & lingua, & proprium, non iisdem tamen. exemplum dederat in voce σίγυνον, quæ Atheniensibus glossa erat, id est, vox peregrina, cum Cypriis esset propria.

Et lib.3. Rhetor. altera vero caussa vti linguis. exemplum adducit ex Lycophrone vt Lycophro, Xerxem appellauit ingentem, ac vastum E virum. *D* vt & Callimachus in hymno Apollinis Sinnis Eurypyli dicitur Cyrene, quæ leonem interfecerat, hanc tamen peregrinitatem, & varietatem linguarum docet iisdem locis quadrare Heroicis poëmatibus, cum vitia sint orationis solutæ.

Ita apud Græcos vocantur glossographi harum vocum interpretes, & magis vniuersè, qui verba quælibet scriptorum explanant. Hinc illi versus Asinij Galli in M. Pomponium Marcellum Grammaticum intelliguntur relati à Suetonio de claris Grammaticis num 23. F

Qui caput ad læuam didicit, glossemmata nobis
Præcipit os nullum, vel potius pugilis.

Obseruat Romanæ omnis antiquitatis litteratæ peritissimus vir Paulus Manutius libro de Legibus Plutarchum in vita Gracch. scribere trecentos equites cum trecentis senatoribus mistos fuisse: atque inter vtrosque communicata iudicia. Alia fuit, inquit, lex eius iudiciaria, qua circumcidit senatus auctoritatem: qui cum soli iudiciorum haberent potestatem populo, & equitibus erant terrori: sed iste trecentos equites trecentis miscuit senatoribus, hisque simul sexcen- G tis iudicia communicauit, quod tamen falsum sit, quoniam hæc lex Liuia fuerit, non Sempronia, vt apparet ex Floro epist.71. si modo Florus est, & Cicerone 3. de orat. lib. & Ascon. Pediano in Cornelianam Ciceronis.

Quam rem à Plut. aliter narratam his verbis primo de bell.ciu. lib. commemorat Appianus. Ad se equites adduxit, qui mediam inter plebem, & senatum dignitatem habebant, & hac ratione gubernandi, siue astu ciuili iudicia corru- H pta largitionibus à senatoribus traduxit ad equites, & recentiora adhuc obiiciens crimina largitionis.

Qui de lege Drusi, quam Liuiam nominant, eodem libro sic narrat. senatum, equitesque dudum ob iudicium inter se dissidentes communi lege conatus est conciliare: & cum iudicia ad senatum apertè non posset traducere, ad vtrosque detulit hoc modo. Cum senatores propter veteres seditiones vix reliqui forent trecenti, totidem equites ex eorum ordine equitum eligi persuasit, quorum esset impostecum ferre iudicium.

Ecce tibi quomodo miscet Drusi legem cum I Gracchi. Tulit eam M. Liuius Drusus Trib. Pleb. L. Marcio Philippo. Sex. Iulio Cæsare Coss. anno V. C. 662.

Verum præter Plutarchum etiam Florus epitome 60. C. Gracch*, inquit, Tiberij frater Trib. Pleb. eloquentior quàm frater, &c. tertiam legem tulit, qua equestrem ordinem tunc cum senatu consentientem corrumperet, vt sexcenti ex equitibus in Curiam sublegerentur: & quia illis temporibus trecenti tantum senatores erant, sexcenti equites trecentis senatoribus admiscerẽtur, id est, vt equester ordo bis tantum virium K in senatu habet.

In hoc tamen hi duo scriptores dissentiunt,

nam Plut. tantum trecentos ex equitibus additos narrat, at Florus bis trecentos: ex quo potuit euenisse, vt cum tanto numero superarentur senatores ab equitibus, soli penè equites iudicarent, Drusus æquam esse constituerit equitibus, & senatoribus iudiciorum partem, vt antea sua item lege Q. Seruilius Cæpio sancinerat, vt est apud Cic. 1. lib. de Inuent. 2. lib. de orat. in Bruto, & orat. pro Scauro, ac Tacitus lib. 12. Ergo non L solum Liuia, vt Manutius ait, sed Semptonia, ac Seruilia lex de hoc perlata.

De Labeone sic Appianus extremo 4. lib. de bel. ciuil. memorabile eius factum commemorans, &, vt illa tempora iudicabant, generosum, & magnificum, ita latine à Petro Candido conuersus. Labeo sapientiæ nomine illustris Labeonis eius parens, cuius ob legum experientiam celebre nomen est, locum in tabernaculo ad sui corporis modulum effodit, & quæ coniugi, fi- M liisque indicaret, seruis suis ex ordine exposuit: epistolas etiam familiaribus adferendas dedit: vnum præterea ex his fideliorem dextra apprehensum ad se conuertens, vt Rom. in liberandis seruis mos fuit, gladium sibi tradidit, iugulumque vltro obtulit: sic illi tabernaculum sepulcrum præstitit. E

Huic tamen Velleius, Plutarch. & Oros. repugnant, qui hunc, quòd Pompeij socer esset, vt Sullanum, à Marianis trucidatum fuisse narrant.

Quod verò de conuersione serui ad se prodidit per apprehensionem facta illud est, quod in Persium cornutus vetus Grammaticus scripsit, N alapa percussos circumagi solere seruos, qui manu mittebantur, quod Persius illo insinuat versu Satyræ 6.

Verterit hunc dominus momento temporis exit
Marcus Dama—

addebantur verba, hunc hominem liberum esse volo, & cum è manu emittebat, quod à Festo scribitur, & Iust. l. vlt. c. de emancip. lib. 8.

Portò non attigit partem sententiæ horum verborum sua tralatione Candidus. Nam illa O Appiani verba καὶ τὰ γράμματα φέρειν ἔδωκε τοῖς οἰκέταις, ita conuertit epistolas etiam familiaribus adferendas dedit quasi eæ litteræ ad familiares fuerint datæ, cum vox οἰκέτας vix familiarem significet, ac domesticum: & cum significat ex vsu est poëtarum: nam propriè seruus est, siue famulus. ergo sententia est litteras etiam famulis ad vxorem & filios dedit, fortasse etiam ad familiares. quamuis nonnullam differentiam inter οἰκέτην, & δοῦλον obseruet ex lib. 2. Chrysippi de concordia Athen. lib. 6. Dipnosophistarum, cap. 7. quæ nescio an omnino sit vera.



Ciceronis locus Aristotelis doctrina illustratus: Trebellius reprehensus, & Ammianus ex Amm. emendatus.

CAPVT VII.

PRAECLARA à Cic. lib. 3. epist. scribens App. pulchro epist. 10. dixit, in eo, in A quo non possis inimicum lædere, non esse lędendi cupiditatem ostendendam; tamē ea stultitia, inquit, certè non fuissem, vt aut in obscuro odio apertas inimicitias: aut in quo tibi nihil nocerem, summum ostenderem voluntatem nocendi. quamobrem ep. ad Lent. 8. lib. 1. Neque, vt ego arbitror, inquit, errarent, ne aduersarij quidem eius (Pompeij M. Cato, Q. Hortensius, ac reliqui ipsius, & Cæsaris po- B tentiam oppugnātes) si cum pares esse non possent, pugnare desisterent.

Probat hoc Aristoteles, qui in Poëtica dum præcepta tradit tragœdiæ, monet, ne quis prudens facinus aggrediatur, quod perficere non queat: esse enim neq; tragicum, & esse absurdissimum. quod tamen semel fecisse Sophoclem indicat in Antigone.

Ita Aristoteles, pessimum, inquit, cum quis cognorit debuisse fieri, & non fecisse, quoniam immane quiddam est, nec tragicum, quia vacuum a concitato motu id quod nemo facit, nisi raro, vt in Antigona Creontem Aemo. A

Antigone enim Oedipi filia Polynicem fra- C trem Regis Creontis iussis inhumatum deplorat, qui & ipsam viuam iubet defodi. Hanc perditè amat Creontis filius Aemo, patri irascitur, minatur se vitam ei gladio ablaturum, gladium in eum distringit, sed facti pœnitens, sibi manus adfert. Versus non profero Sophoclis, quod cuiuis in promptu esse possunt.

Et scimus C. Lælium sapientem appellatum, quòd, vt quædam Romæ corrigeret, aggressus, & pertinaciter obstarent potentissimi in ciuitate, ab incepto destitit, vt in Gracchia narrat Plutarchus. D

Trebellij Poll. locus est in Salonino, siquidem capto iam Valeriano patre scilicet Gallieni, scriptum inuenimus in Fastis, Valerianum Imperatorem Cos. quis igitur alius potuit esse Valerianus, nisi Gallieni frater? constat de genere, non tamen satis constat de dignitate, vel, vt cœperunt alij loqui, de maiestate.

Falli Trebellium apparet, cum putat nullum alium potuisse reperiri Valerianum, nisi Gallieni fratrem, cum exploratum sit, alterum fuisse Valerianum Salonium filium Gallieni, cuius nominis complures leguntur veteres nummorum inscriptiones, vt constat ex commentar. Pa- E nuinij in Fastos, & in libro Roman. Principum,

thesauro etiam rerum antiquarum in Gallieno.

Dices, vt Trebellium defendas, hunc Valerianum Salonium fuisse Gallienum, quem filium ponit Gallieni. non iusta hæc defensio. cur enim dicit non reperiri alium Valerianum, nisi Gallieni fratrem, si Salonius Gallienus est Valerianus?

F Et sanè diuersum à Salonio Valeriano Salonium Gallienum vetera declarant monumenta, quorum etiam testimonio, qui anno Christi C C. L X V I. ponitur Valerianus Cos. non frater, sed filius Gallieni fuit, Imperator à Patre Augustus declaratus, & secundum Consul dictus.

Cum hæc adnotassem, vehementer sum lætatus scientissimum totius antiquitatis cum sacræ, tum profanæ virum Cæsarem Baronium eadem obseruasse.

Locus occurrit Ammiani emendandus eodem ipso ductore Ammiano. Lib. 23. quo de Iuliani vitiis carptim loquitur. lentioris vel lenioris, vtrumque enim legitur, ingenij: verùm hoc

G instituto rectissimo temperabat, emendatum sceluscIamare à fruge bona permittens, &c. inquinatissimè,

Ita purga. leuioris erat ingenij, emendarisse, cum deuiaret à fruge bona, permittens, quod tamen ante me vidit in suis obseruationibus Michaël Billius.


Sanè confirmat hanc emendationem orationem in eum prima S. Gregorius Nazianzenus cum eum leuitatis infimulat. magis ipse Ammianus lib. 22. hoc sermone leuitatem agnoscens com-

H motioris ingenij sui, Præfectis, proximisq; permittebat, vt fidenter impetus suos aliorsum tendentes, ad quæ decebat, motu oportuno frenarent. quæ verba ita perperam in Basileensi quodam libro sunt exarata: hoc autem ideo adsequi poruit, quod leuitatem agnoscens commotioris ingenij Præfectis, proximisque permittebat queri subinde de delictis, & gaudere correctione, tametsi & patientiæ eius, & lenitudinis documentum quoddam prodit aduersus turbulentum inimicum.

Et lib. 25. pœnatum asperitatem genuina lenitudine castigare solitum affirmat, sed verissimam in eo fuisse leuitatem ingenij aliud eius vitium planè demonstrat, vt idem eodem libro tradit.

I Linguæ erat fusioris, & admodum raro silentis. vix enim fieri potest, vt loquax & effusus in verba, non sit leui ingenio: Nam incontinentia linguæ ex incontinentia oritur pectoris atque animi.

Neq; alienum ab hoc loco illud Christi liberatoria nostri ex abundantia cordis os loquitur. Matth. 15.



Quid apud Homerum Ἰλεγίνοςin Bœotia sit: scriptorum loca quadam explanata, & errores confutati.

CAPVT VIII.



DIFFICILE est intelligere, quis fluuius sit, vnde fluere incipiat, quo influat, Titaresius, de quo in catalogo nauium lib. 2. Il. Hom. A

Quiq; habitant, circumq; colunt Titaresion vndis Lenesluni placidum— A

vbi Schol. fluuius Thessaliæ, qui à Styge fluere dicitur, vel Epiri. B Ex sequenti versu

—*Stygia nam flumen ab vnda Illius exoritur, quam Dij iurare verentur.* C

Sic Græci quidam alij Grammatici, Epiri fluuium, Thessaliæ alij, contendunt esse, qui Peneum olei instar supernatat. Ex hiserrāt quidam, cum ipsis Pontanus libro de aspir. 2. imo & Plin. lib. 4. cap. 8. nominantes Horcum, decepti credo, Homeri carmine, cum tamen ibi Horeos iusiurandum significet, quo nomine Stygis aquam nominat Poëta, quòd per aquam Stygiam Dij, ac Cælites consueuerant iurare: quo nihil est apud Poëtas tritius. B

Hoc tamen non sensit Vibius sequester Virgiliano filio scribens, esse enim ait fluuium Thessaliæ, qui & Horcus dicatur, atque in Peneum decidere, neque cum eo misceri & Stygia Palude crescere. D Luc. lib. Phars. 6. C

Solus in alterius nomen cum venerit vnda
Defendit Titaresus aquas, lapsusq; superne
Gurgite Penei pro sicco vtitur aruis.
Hunc fama est Stygiis manare paludibus amnem,
Et capitis memorem fluuij contagia vilis
Nolle pati, superumq; sibi seruare timorem.

Et alter de eodem.

—*nec aquis confunditur illis.*

Dicunt hæc quoniam ex Styge oritur, vt & canit Hom. E

—*quem cum Peneon amenum*
Influit, illum haud puras miscetur in vndas,
Sed cen Palladiæ præpinguis succus oliuæ
Innatat excurrens—.

Strabo vero libro 9. Penei fluenta esse pellucida tradit, Titaresi ex crassa quadam materia: sic ei non permisceri, sed olei modo supernatare. qui Tartesium vocant, cui vel argumēto vtantur, vel testimonio, planè ignoro. hic enim est in Hispania, & propriè Tartessus appellatur, Bœtis alio nomine à T. Liuio lib. 28. quem incolæ, inquit, Circem appellant, pro quo apud Steph. de vrbibus mendose est κίρκαι. D

Hunc nostrum Plinius appellat Euroton c. 8. lib. 4. nisi mendum est, cum omnes Euroton vocent. accipit, inquit, Peneus amnem Euroton, nec recipit, sed olei modo supernatantem, vt di-

ctum

ctum est Homero, breui spatio portatum abdicat præualcs aquas, ditisq; genitas argenteis suis misceri recusans, hoc dicit, quia ex Styge oritor. Eurotam vocari ab Homero Titaresiom citato libro Strabo testatur: ac de eo scribit, quod Plin. certè ex Hom. vterque.

Audi Strab. circa finem libro 9. hoc longe ab Eurota fluuio, quem Poëta Titaresium vocat. &, vt notat Eustat. ab Horco, seu Styge dictus fluere, quod incolæ per ipsum iurant, siue quod, vt Arrianus in periplo Euxini maris, inquit, & Bi-
F thyniæ fluuius est Horcus, qui putabator ab accolis maximè tremendum iusiorandum: nam suis vorticibus inuoluebat periurum, nisi se citatissimo cursu in fugam dedisset. F Titaresius videlicet appellatus, quoniam fluit ex monte Titaro cum Olympo coniuncto fluens in vicina loca Perrhœbiæ, quæ Tempe nominantur. H Titarona Stephanus nominat de vrbibus.

Quod si ab Olympo mõte finitimo, imo contiguo defluit, qui fieri potest, vt è Styge? nisi etiam ex ea fluens labatur ad Titarum, indeque in-
G grediatur Peneum: nam Stygis aquæ sunt in Arcadia ad Peneum, siue montem, vt habet Geographus lib. 8. extremo, & lib. 31. cap. 2. Plinius.

Quod si Titaresius est Eurotas, in agro Laconico est reponendus, vt Eurotam locat Plin. li. 4. cap. 5. & Strabo li. 8. inter Gythium nauale Spartanorum, & Achæos erumpentem; quæ nescio an conuenire posint cum initio, & origine Titaresij: nam duos hic Eurotas esse dicere, est fingere: esse eadem flumina Eurotam, & Titaresium affirmare videtur impudentis.

Rectius igitur existimandum diuersis quasi membris, atq; alueis Eurotæ diuersos etiam ortus fuisse attributos: cum præsertim ab eisdem
H locis eodem 8. li. Strabo effluere velit Alpheum, ex quibus Eurotas fluit: & duo tamen Eurotæ fuerunt, sed non in eadem regione: hic videlicet: alter de istius nomine in Italia in agro Tarentino: constat ex hoc sermone Polybij lib. 8. hist. De Annibale loquitor capta iam Tarento, & ad vrbis custodiã milites distribuente, ac iter paranto alio, castra ad flumen Eurotam metante, quod Galeum vocari ab aliis tradit, Galesum velle dicere suspicor, eius vero ab Eurota Spartano nominis propter cognationem, quæ inter Spartanos, & Tarentinos intercedit, vt & Strabo narrat
I li. 6. & apud eum Ephorus, de quo 4. Georg. Virg.

Namq; sub Oebaliæ memini me turribus altis
Qua niger humectat flauentia culta Galesus.

Polybius verò de Annibale loquitur, qui capta Tarento ad Galesum, amnem castra posuerat, quem plerique alij Eurotam vocent ab eo, qui spartam alluit.

Si quis autem toget, an Titaresius apud Hesiodum illo versu *ἀσπίδος*, siue clypei Mopsum Ampycidem Titaresium germen Martis, s hic sit, omnino inficior, & accipio pro Mopsi epitheto, fortasse à mõte Titaro: quod postea inueni apud Apollonio Argon. qui eum vocat Titaresium lib. 1. faciens Ampyci, & Chloridis filium, & Hyginum fabula 14.

Io. Ramus, qui hoc Hesiodi Opusculom latinis versibus, & quidem elegantibus, reddit, eum à Mopso distinguit, sed errat, vt & Blastus etymolog. qui vrbis esse nomen indicare videtur.

Tomasij emendatio repudiata in Lactantio: Arei Thalea quæ fuerit.

CAPVT IX.

PROFITETVR non indoctus homo Mich. Tomasius multa se menda in Lactant. Firmiano restituere, & verò multa restituit: vnum tamen locum altero verbo expuncto non purgauit, vt sibi videbatur, sed infecit, is est cap. postr. lib. 4. de vera sapientia, qui ita legitur, & bene: cum enim Phryges, aut Nouatiani, aut Valentiniani, aut Marcionitæ, aut Anthropiani, aut Areani, seu quilibet alij nominantur, Christiani esse desierunt, qui Christi nomine amisso humana, & externa vocabula imbuerunt. A

Expunxit illa verba Tomasius, Areani. Cor? dices, cum omnes ea codices veteres, noui, Aldini, Vaticani, Tornesiani habeant: opinor, eam ob caussam, quoniam scripserat præclarus hic restitutor: scripsisse Lactantium suos libros prius quã hæresis Areana prodiisset in lucem: nam ita eum defendit aduersus illos, qui hunc Auctorem vt Arei sectatorem perstringunt, ferendum nullo modo est, inquit, cum ipse ante Areum vixerit, & scripserit.

Debuerat aliter defendisse, hoc est, ex recta B eius fide consubstantialitatis filij, quam in suis scriptis ponit apertissimam: falsum enim est Lactantiom scripsisse ante Areum, siue Areanam hæresim, quod ita ostendo.

Indicat Lactantius aliquando, in præfat. operis Licinij persecutionem in Oriente, quæ sanè contigit postquam Areus euomere cœperat virus hæreseos. Legimus enim Areum à suo Episcopo Alexandro sæpe monitum, nec correctum Presbyterij munere deiectum fuisse anno Christi, 315. post quẽm Licinius persecutionem insti- C tuit Christianorum.

Confirmatur ex actis Martyrij S. Basilei Amaseni Episcopi sub Licinio apud Metaphrast. quo loco narratur Io. Presbyterum Nicomediensem eum in carcere consuluisse per Elpidophorum, vt de vera fide institueretur, & doceretur, num filium sine principio à Patre genitum Deum asserere, & confiteri deberet, an iis potius assentiretur, qui, vt Areus, creatum in tempore filium dicebant. Labitur ergo Tomasius vocem illam eximens Areani.

Scimus recentes hæreticos, Lutherum præci-

vt veriorem medicum magnis laudibus efferre; & citatus nuper Arnoldus doctr.7. cap.3. id vocabulum in bonam partem sumit, & in laudem transfert medicorum sumto ex parabolis Salomonis argumento, & Christi more docens vtendum medico parabolis, vt quæ occulta sunt, per ea, quæ sub sensum cadunt exponat.

Verum in iis legibus doctis viris videtur legẽdum παραβαλᾶνας; atq; ita Io. Reuclinius in epist. quæ præponitur lib. Hippocratis de præparatione hominis à se latinè verso, manus applicãtium reddidit, pro parabolanorum.

Alci. verò lib. dispunct. 4. cap. 9. à præpositione παρὰ, & nomine βῶλος deducit, quosdam narrans olim fuisse in Nosocomeis qui inseruirent ęgrotis, ita, appellatos à cibo ministrãdo, vt qui item glebæ sunt adscripti, operi nempe rustico βῶλος enim gleba est.

C In Conc. Chalced. act. 1. Basilius Seleuciæ Episcopus ita loquitur per B. Io. Episcopum rogaui emendari interlocutionẽ meam, timens, ac metuens, te R.me Domine, magnam enim nobis necessitatem imposuisti tunc, tam ab iis qui foris erant, quã ex lingua tua. Irruebant in Ecclesiam milites cum armis: instabant Monachi, qui cum Barsuma erant, & qui parabolani nuncupabantur (hi erant corporati Ecclesiæ Alexandrinæ) & multitudo alia grandis.

Alter I.C. Tiraq. lib. de Nobil. cap. 31. n. 421. παραβαλάνος, à βάλανος, legit, quæ glans est, cuius similitudine medici vtuntur ad podicem, siue alnum medicandam, supposito vulgo dicimus: atque hinc quasi per contumeliam dictos parabolanos, siue à voce, quæ confidentem, audacem, temerarium, periclitatorem significat, cuiusmodi sunt ferè medici, qui de vita periculum in vita faciunt nostra.

Plaut. capt. vt citatur, medicinam vt subsannaret, medico, inquit, Mænarcho nomen indidi, quasi insaniæ principi. quamquam ego potius à subeundo periculo in ęgrotis curandis appellatos, iudico, & omnino prima explicatio parum videtur esse apta naturæ huiusce facultatis, quæ muta est. At cur muta? dices. Indicat Virgil. 12.

D Aen. de Iapide loquens, sic appellatam, si cum musica conferatur. versus sunt Poëtæ Summi.

Iamq́; aderat Phœbo ante alios dilectus Iapis
Iasides acri quondam cui captus amore.
Ipse suas artes sua munera lætus Apollo
Augurium, Citharamq́; dabat, celeresq́; sagittas:
Ille vt depositi, proferret fata parentis
Scire potestates herbarum, vsumq́; medendi.
Maluit, & mutas agitare inglorius artes.

Ac sanè in Gorgia Plato vocales artes à mutis distinxit: nam compulso Gorgia Socratis inductione, vt Rhetoricam artẽ definiret, eam, vt non paucas alias, artes, in verbis esse positam docuit, sic, vt dici possint esse Rhetorica; exempli gratia; Medicina, quæ in verbis, & demonstratione aliqua, est sita, quod vt effugeret Gorgias, vsus hac interpretatione. Nam cum interrogaret Socrates, age vero, & hoc pacto de Rhetorica responde, circa quas res scientia illa versetur G. circa orationem. S. Ecquam vero illam Gorgia? num huiusmodi quæ significet, qua victus ratione ægroti sanitatem queant recuperare? G. non. S. non igitur in quouis orationis genere Rhetorica versatur. G. non sane. S. at facit dicendi peritos. G. facit. S. nonne Rhetorica. de quibus benedicendi, de iisdem, & bene sentiendi; atque intelligendi vim suppeditat? G. quidni? S. illa vero, de qua modo dicebamus, medicina, efficit ne, vt quis de ęgrotorum curatione bene sentire, id est, perite, & quod de ea re sentiat, commode explicare possit? necesse est igitur, & medicinam, vt apparet, in Oratione quoque versari. E

Ex nostri sæculi vir optimus, & doctissimus Fuluius Vrs. In collationibus totam docet vim medicinæ in operationibus, ac remediis esse potius sitam quam in sermonibus, & eloquentia: & Mercurialis probat lib. Var. lect. 3. cap. 13. ea Celso, & Hippocrate.

Meto fuit celebris Astrologus apud Athenienses. & eximius medicus Callistrato, Euphtemio, Phrynicho, Archontibus anni magni, & 18. annis conflati institutor. De eo Plut. in Alcib. & Nicia Aelianus lib. 10. cap. 7. & lib. 13. ca 12. quamuis lapsus memoria priore loco faciat Lacedæmonium: quem rationem numerorũ diligentissime tenuisse Diodorus scribit lib. 3. cap. 11. extremo, & lib. item 12. eiusdem meminit Cicer. lib. 12. ad Att. epist. 2. & Colum. lib. 1. in præfat. & lib. 9. cap. 14. Aristoph. in Auib. Theo. in commentariis Arati. hic ergo reponendus in Ausonio illo epigr. qui inscribitur Atticus Meto: est noua epistola nam vbi in impresso Codice fere legitur hoc modo. F

Quis fuit ille dies, non annus longior illo est
Atticaq́; indoctis, collegit cura Medonis
Desertus vacuiś soliq́; exercitor oris,

Omnino legitima hæc videtur esse auctoris scriptio.

Quis fuit ille dies? non annus longior illo est,
Attica quem docti collegit cura Metonis,
Desertus vacui soliq́; exercitor oris,

Siue aris, vide El. Vin. in Ausonium Reponẽdus item in Vitruuio lib. 9. cap. 7. sic legendo. quorum inuenta secuti, Siderum, & Occasus. & Ortus, tempestatumq́; significatus Eudoxus, Eudęmon, Callistus, Meto, &c. malè enim Euctemon legebatur sed ita legi debere Plin. indicat lib. 18. G c. 25. & in Marcellino li. 26. ita loquente, spatium anni vertentis id esse periti mundani motus, & siderum definiunt veteres inter quos Victorinus, Hipparchus, &c. sic enim habet meus Basileensis codex, tu repone ex vetustis libris, inter quos Meton, & Eudæmon, & Hipparchus, & Archimedes excellunt, cum sol perenni rerum sublimium legi (hic abundat vox Polo quæ nec est in

meo codice, est in aliquot impressis) percussi signifero, quem Zodiacum sermo Graecus appellat 365. diebus emensis, & noctibus. verbis, Meton, & Euctemon alterius meminit Metonis viri sapientis Tarentini. Plut. in Pyrrho, qui & ipse insaniam pene finxit, vt decretũ impediret ciuium suorum ne Pyrrhum in ciuitatem reciperent, & belli ducem aduersus Rom. crearet.

Quis auctor sectae Empiricorum in Medicina Eusebij in Chronico vox restituta, Cymatilis color quis vnde ductus, & Cyma quid.

CAPVT XI.

A EMPIRICEM ab Acrone Acragantino coepisse Plin. affirmat cap. 1. lib. 29. atque antiquiorem facit Herophilo, vt & Suid. Hippocrate, quem Dorice scripsisse de medicina tradit. idem Gal. siue auctor hypotyposeos Empiricae in principio: à se ipso tamen dissentiens Galenus, si modo Galenus, in Isagoge prodidit Philinum cum occasione ab Herophilo praeceptore accepta primum sectam Empiricam à rationale seiunxisse, sed malo dolo adscripsisse Acroni, quo videretur antiquior, quam secta rationalis.

Hic ille est Acro, quem tradit. P. Aegineta lib. 2. c. 35. in magna pestilentia aegrotos curasse magno ante illos igne accenso: id quod non Acragantino Plutar. lib. de Iside, & Osiride tribuit illi vetustissimo, sed iuniori cuidam Atheniensi: idem & veteres historiae Hippocratẽ fecisse commemorant. extant verò egregij apud Laërt. versus Empedoclis in laudem Acronis qui ita habent lib. 8. in Empedocle ex versione Ambrosij quibus tamen latine deest argutia.

Acronem summum medicum ex Acragante profectum
Qui summo in patriae culmine habet tumulum.

Sine vt alter secundus versus est Graece.

Verticis excelsi celsa sepulcra tenent. A

B Sunt qui adscribũt Simonidi: In Eusebij Chron. Basileae excuso, pro Artorio malè scriptum est. Antonius Augusti medicus, quem narrat post Actiacam pugnam periisse naufragio. constat Artorium nominandum ex Velleio Patere libro Rom. histor. posteriore scribente, Augustum ab Artorio medico oratum, ne in castris ad Philippos aduersus Brutum, & Cassium maneret: & Valerio Maximo lib. 7. cap. 1. & Plut. in Antonio, qui eum nominat M. Artorium & Lactantio libro 2. cap. 8. extremo de orig. cir. & Caelio Aurel. lib. acut. morb. 3. cap. 11. & 14. quem Asclepiadis fuisse tradit sectatorem.

Nec tamen inficior alium item fuisse medicũ Augusti Antonium Musam, qui desperatum à reliquis medicis Augustum sanauit, eique propterea statuam in vrbe aere collato erexit iuxta signum Aesculapij Augustus, vt in eo Suet. c. 59. prodit, cuius frater egregius alter fuit Euphorbus Iubae Regis medicus, vt est apud Plin. lib. 5. cap. 1. & lib. 25. cap. 7.

Cymatilem colorem Laz. Baif. cap. 2. de re vestiaria, & Antonius Tilesius erudito suo de coloribus libro extremo Caeruleum interpretantur à Graeco vocabulo κῦμα deducentes, quod vndam: siue fluctum significat. ergo vox latina vsu, origine Graeca: nam Graecè diceretur κυμάνθ, siue κυματοειδὴς, id est, vndosus, vel vndabundus, si fas ita loqui, hoc est colore vndas referens, idem qui marinus, & glauc⁹, thalassius Graecis à mari, quae θάλασσα dicitur, vt haec omnia sint synonyma, nihilque aut parum omnino differant. propriè est viridis color subobscurus, & nigricans, & qualis est maris: quo Nymphas vestiri, quia fluuiorum, marisque Deae, Poëtae fingunt. Ouidius lib. 3. de Ar. am. C

Hic vndas imitatur, habet quoque nomen ab vndis,
Crediderim Nymphas hac quoque veste tegi.

Virgilius tamen lib. Georg. 4. Hyalina tegit hoc est perspicua, ac pellucida, quale est vitrum, & aqua, ora sparenti: ita vitream Circem cantauit Horat. lib. 1. carm. Oda 17. quippe maris Deam. Virg. versus sunt.

—Milesia vellera Nymphae

Carpebant Hiali saturo fucata colore, qui fortasse ad glaucum inclinarit, licet perspicuus. Nec mihi probabile videtur quod asserit Hic. Eryth. glaucum colorem illum esse, quem Itali Giallo nominamus, aut è glauco Italicè Giallo appellari, qui cum viridi commune habet nihil: & ille tamen ad eum Virgilij locum in indice id se probauisse narrat lib. de Orig. linguae vernaculae, & lib. de coloribus. D

Sunt quibus videtur cymatilem nominari quidem ἀπὸ κυμάτων, hoc est, fluctibus, siue vndis, quasi vndulatum, & fluctuans, sed ita, vt vestis cymatilis appellata sit, quod vndarum instar sit contexta, nos Itali vocamus ciambelotto, siue opra fatta à vnde: ridet hoc Baiffius, fortasse iure, eo quod vi locutionis vndarum instar esse textum, colorem non indicat sed operis, ac texturae formam, cum vox Cymatilis indicet coloris genus.

Cyma verò quod vel quae dicitur in Brassica, nam & neut. est gen. & fem. tenerior est, ac prior Brassicae collicul⁹, qui prima germinatione producitur, ita vocant. Cor. Celsus. Plin. lib. 10. cap. 3. lib. 19. cap. 8. & alibi. & Iun. Col. lib. 10.

Frigoribus caules, & Veri Cymata mittit, E

Quae & ipsa ἀπὸ τῶν κυμάτων. per synaeresim dicta. vt Galen. notat lib. de alimentis. sed Diosc. lib. 2. cap. 125. effert absque vlla synaeresi κυμάτια. ea & protomi nominantur à prima incisione, quia, cum teneri sunt, amputantur mensis inserendi. de quibus Mart. lib. 10. epigr. 48.

Et quae non egeant ferro structoris ofellae
Et faba fabrorum prototomique rudes.

Broccoli

Broecoli Italis ſunt, qui & hinc cuiuſq; rei ſummum verticem, ſiue cacumen appellant cima: & in fabricis Cymatia Latini vocant ſupremas capitulorum partes, vt conſtat ex Vitruuio.

Equeſtris ordo apud Rom. plebeius ne eſſet, an vero nobilis, quæſitum & contra Tiraquel. explicatum.

CAPVT XII.

A TRes olim fuiſſe ciuium Roman. ordines Senarores, equites, plebem cõpertiſsimum eſt, & ex veterum auctoritate veriſsime demonſtrat atq; eruditiſsimè ciuis meus Caroius Sigonius lib. de antiquo iure ciu. Rom. 2. nobiles ne, an plebeij eſſent equites ſunt qui quærant minus Romanè nam quærendum fuerat nobiies ne eſſent, an ignobiles. Nobiles fuiſſe hoc maximè argumentu demonſtrat Tiraquel. ſuo illo copioſo tractatu nobilitatis ex veterum teſtimoniis collecto, apud quos iis appeliantur nominibus quę nobilitatem videntur ſignificare.

Oppius, vel Aricius de bello ciuili concidere in eo prælio ſplendidi, atq; illuſtres viri nonnulli, equites Rom. quomodo & Plin. appellat ſplendidos lib. epiſt. 5. epiſt. 1. & 2. lib. epiſt. 25. & Cic. 2. de fin. boni, & mali, & apud Lamprid. Alexander Senatorum ſeminarium equeſtrem appellabat ordinem, qui item iege Roſcia ius habebat ſedendi in 14. ordinibus cum per 558. annos, vt ioquitur Valer. iib. 2. cap. 1. de inſtit. antiq. Senatus populo miſtus ſpectaculo ludorum interfuiſſet: & eum morem Attilius Serranus, & L. Scribonius ædiles ludos matri Deûm facientes poſterioris Africani ſententiam ſecuti. diſcretis Senatus, & populi ſociis ſoluerunt. quæ res, inquit, auertit vulgi animum, & fauorem Scipionis magnopere quaſſauit. & anuli aurei geſtandi vt auctor eſt Plin. lib. 33. cap. 1. & 2. & à plebe ſeparat Martia-
B iis Epigr. 2. lib. 4. & 17. lib. 5. ſic enim 1. lib.

Cum plebs, & minor ordo maximuſq;.

Et ſecundo:

Dum proauos atauoſq; refers, & nomina magna
Dum ſibi noſter eques ſordida conditio eſt.

Quo tamen ioco, inquit, videtur ſeparare à nobilitate. & in legibus extat Rubr. de Equeſt. dignit. lib. 12. c. cuius vnica. Equites Rom. ſecundũ gradum, poſt clariſsimatus dignitatem obtinere iubemus: non valde diuerſa ratione magni, vir iudicij, & doctrinæ eruditiſsimus Belgarum omnium Iuſtus Lipſius in notis ad Tacit. obſeruat. Equites Rom. illuſtres appellari, & inſignes, & ſplendidos ſæpenumero à Tacito, vt lib. 4. Annal. Equeſt. Rom. ex illuſtrib. Curt. Att. Pater quoq; Illuſtris Equeſt. Rom. ac frater Prætorius. Rurſus eadẽ cõſtantia, & illuſtres equites Rom. cupidos maturæ necis fecit 45. die pacta Tiber. Alexan. illuſtris eques Rom. ſic appellati nõ quia Senatores, ſed quia cenſum haberent, & ſpem dignitatis & eius ordinis geſtarent inſigne. ſcilicet latum C clauũ: nam eos pari gradu ſenatorib. iungi à Tacito lib. 2. Annal. nam Auguſtus, inquit, inter alia dominationis arcana vetitis, niſi permiſſa, ingredi ſenatorib. aut Equitibus Rom. Illuſtribus ſepoſuit AEgyptum. & lib. 16. Mela, & Criſpinus equites Rom. dignitatem ſenatoriam.

Quod fortaſſe illud eſt quod ſcribitur à Dione lib. 5. cum minueretur equeſtris ordo Caligulã ſuppleuiſſe ex aliis, & veſte ſenatoria donaſſe, ſpemq; præbuiſſe citò in ſenatũ ingrediendi: nam inter cætera eius bene geſta hoc narrat, cum videret imminutum ordinẽ equeſtrem, multos ex Italia opib. & gradibus auctos in eũ allegiſſe, vſum veſtis ſenatoriæ dediſſe, & ſpẽ Senatũ ingrediendi.

Auguſtus tamen 713. anno legẽ tulerat, vt ex equitibus qui nõ minus decies H-S poſsiderent, eligerentur à magiſtratibus, è quibus Tribuni, & ſenatores fierent, q geſto Tribunatu, aut retinerent ſenatoriũ ordinem, ſi vellent; aut iterum redirent ad equeſtrem. Sic enim Dio lib. 54. cum pauci Tribunatum propter nimiam eius licentiã peterent, legem tulit, vt quiſq; Magiſtratus quem D vellet vnum ex equitibus eligeret, ex quibus populus Tribunos deſignaret. ſiquidem ij equites Patricij eſſe vellent: ſin minus liceret eis ad ſuum equeſtrem ordinem redire.

Hos videtur Lipſius alios eſſe putare atq; eos, qui inſignes dicuntur à Tacito, & aliis. Tacitus lib. 6. Samius inſignis eques Rom. & C. Nouius inſignis eques Rom. & ſplendidi. Plin. ii. 6. epiſt. 15. Paſsienus Paul. ſplẽdidus eques Rom. & epiſt. 25. ſcribit Robuſtũ equitem Rom. Cic. nõ ſemel in Verr. Quaſi omnib. his locis dicantur hoc nomine, aut à fama, aut ab opibus. Ita nomen clari. Martial. *Et referes pili præmia clarus eques,*
Primi enim pili comes gradus eſt equeſtris. quarè Tacitus lib. 11. Annal. equitem Rom. vocat, quem Suet. Primpilarem 31. cap. Claudij. Alios item eſſe illuſtres, qui nominantur à Caſsiod. & in Codice Iuſtiniani.

Hanc ego quæſtionem ſic expediendam arbitror. Primum illud ſumo, vt certiſsimum, mediũ fuiſſe Ordinẽ equeſtrem inter plebem, & Senatũ, ita ſanè Plin. nominauit rerũ Rom. peritiſsimus.

E Deinde ſtatuo equites & equeſtrem ordinem duob. modis accipi, vno quidem, quo equites Senatorib. in ciuitate, altero, quo peditib. in acie opponuntur: quod, ne actũ agam, eſſe veriſsimũ te docebit is, quem nominaui, Sigonius: & quidem illi equo publico dicebantur mereri, hi priuato.

Tertio affirmo apud Rom. nobiles eos dictos fuiſſe, qui maiorum ſuorũ habebant imagines: nouos, qui tantũ ſuas: ignobiles, qui nec ſuas, nec maiorum: ita ius nobilitatis nihil aliud erat quã ius imaginis: imago autem à magiſtratu proficiſcebatur, nobilitas ab imagine, atq; hinc imagines pro nobilitate poſitæ: ex quo rectè colliges imaginem ſui ponere iis tantũ licuiſſe, qui geſ-

fiffent currules magiftratus quorũ primus erat ædilitas: vide vt probet Sigonius c.19. citati libri.

Quarto demum obferuo, nobiliũ apud Rom. alios fuiffe Plebeios, alios Patricios. Ex his concludo equites, & Plebeios fuiffe, & Patricios, hoc eft, ex vtroque genere familiarum quæ videlicet F erant Patriciæ, & Plebeiæ legi folitos, & omnes tamen fuiffe nobiles, quia familiæ illæ Plebeiæ erant nobiles ex quibus equites legebantur.

Argumentum fuppeditat Liuius, qui de cenfura fcribens C. Claudij Neronis, Patricij, & M. Liuij Salinatoris Plebei, tradidit illos primos equum publicum habuiffe: & Cicero pro Muræna. Sext. Sulpitij Ruffi patrem virum Patricium equeftri loco natum.

Nafci autem dicebantur equeftri loco, ac familia, qui maiores habuerant equites, vt fenatoria, quorum maiores fuerant fenatores. Sic Cic. fe Confulem equeftri loco natum profitetur, & Suet. c. 2. Auguftũ fe nihil amplius, q̃ equeftri familia, in qua & primus fenator Pater fuus fuerit.

Vt verò ex cenfu fenatores legebantur, ita equites, quiq; cenfum habuiffet equeftrem, impetrabat ordinem equeftrem, fiue Plebeius effet, fiue Patricius, qui erat quadringentorum millium: vt vero Senatores nun nifi ferè ex iis fiebant, qui magiftratus gefferant, & fic contra equites cum capiebant magiftratus, equites tamẽ erant: nec equeftris familiæ effe defiuebant, quanquã & fimul fenatoriæ, tametfi non nominarentur propriè equites, aduerfus Sigonium meum, & adducta ab eo produnt exempla, & indicat Tacitus fæpè tum citato paulo ante lib. 16.

G Præclare hoc pro A. Cluentio Cic. multis verbis q; breuifsimè de Attico Cornelius Nepos, fi modo Nepos, ita eft complexus. Is contentus honoribus, quos facillime confequi potuiffet, perpetuò acceptam à maioribus dignitatem equeftrem obtinuit. & Suet. ibidem de Octauiorũ familia, quæ duplex fuit: nam alij functi funt fummis honoribus, alij in equeftri ordine conftitere vfque ad Augufti patrem.

In eodem genere fuit Sulpicius de quo Cic. p L. Mur. & ipfemet Cic. cuius maiores equeftri tãtum dignitate cõtenti honores nullos ceperant: præterea equites erant noui, quorum maiores non fuerant equeftris ordinis, fed plebeij: Veteres autem quorum maiores fuerant equites.

Hinc Cic. pro C. Plancio. cum fit Cn. Plancius eques Rom. ea primum vetuftate, & c. q; de ordine loquimur equeftri eorum fcilicet qui femper in eo manferunt, nullo magiftratu gefto, omnino illi nõ plebei dicendi, neq; nobiles, fed ignobiles, quæ minor eft nota quam effe plebeium: ferè illi, qui Pop. Rom. veftigalia conducebant, publicani nominati: fic medius ordo dicentur, quos tamen multis honeftat claris nominibus Cic. eum rem fuam agit, & eorum honeftifsimas interdum vocat focietates, vt in epift. ad Q. F. & in eo Atticum fuum laudat Nepos, quod cum in equeftri femper ordine conftitiffet ad haftam nunquam accefferit.

Iul. Capitolinus, & Aur. Victor corriguntur Plinius item atque Marcellinus.

CAPVT XIII.

NANIFESTVS eft numeri error annorum imperij L. Aurelij veri apud Iul. Capitolinum, & Sext. Victorem qui annos ei tribuunt 11. cum tamen certum fit annos tantum 9. imperaniffe: qui forte A error fuit typi, elementum, i. poftponentis, X explorata hæc veritas ex Rom. Imperatorum more de quo ita lib. 53. Dio gerere quidem, inquit, tribunatum plebis nefas ducunt. Impp. cum vtiq; ipfi patricij fint: omnem verò tribunitiam poteftatem, quantum vnquã maxima fuit, accipiunt, & quia quotãnis eam cum tribunis plebis illius anni renouant, annorũ imperij ipforum fumma hinc folet concipi: hoc eft, quoties repetitus habetur numerus Tribunitiæ poteftatis, tot annis eos fuiffe in imperio dicendũ, & hoc numerorũ, & veterũ monumentorũ defcriptiones indicant.

A Elogium igitur fepulcri huius Aurelij hoc modo verum demonftrat numerum annorum imperij eius, quod ita habet. Imp. Cæfari L. Aurelio Vero Med. Parth. Pontif. Tribunic. Pot. 9. Imp. V. Coff. 3. PP.

Plin. lib. 31. c. 2. apertè fallitur fcribens Sabbatium fluuium Sabbatis omnibus ficcari: contra debuerat, cum manifeftia aliorum teftimonis compertum fit, totis eum VI. hebdomadę diebus effe ficcum, folis Sabbatis fluere plenifsimũ. Teftis eft Iofippus lib. 7. cap. 24. certior rerum Iudaicarum Auctor Rem fpectaculo dignam inuifit fluminis cuiufdam, qui per medias arcæas regni Agrippæ, & Rhaphanæas admirabili proprietate fluit, cum enim fluat plenus, nec fegnis fex hebdomadæ dies deficiens ficcum alueum B relinquit: & mox. die 7. apparet plenus, ac fi nulla fuiffet mutatio: quem ordinem femper compertum retinere: ideò à feptimo die facro Iudæis Sabbatius appellatus. B

Teftis eodẽ modo de Siloã, vel Siloe fonte, qui ad radices eft mõtis Sion, S. Hieron. in c. 8. Efaiæ, quẽ videlicet ad preces fuas priusq̃ moreretur, à Deo Efaias impetrauit, vt refert S. Epiph. c. 7. de vita Prophetarũ nam fignificat demiffum, cumq; Ierofolyma obfiderentur, ex eo femper bibebãt Hebræi, cum exteras nationes bibituras refugeret: einfdẽ Iofipp. meminit lib. 6. de bel. Iud. c. 6.

Corrigendus item Amm. Marcell. lib. 22. in his verbis. Exuberat Aegyptus pecudib. multis, inter quas terreftres funt, & aquatiles, aliæq; humi, & in humorib. viuunt, vnde Amphibia nominãtur, & in aridis quidẽ capreoli vefcuntur. & Buculi, & Bifturnitatis omni deformitate ridicula, alique monftra, quæ enumerare non refert.

In meo Basileensi, est Capreolis, & Bisturnitia, & Bucali. Planè monstrum vox illa Bisturnitatis, quod multum refert è medio tollere, nec idcirco tamē volo Hercules haberi; igitur puto spinturnitia restituendum forma Græca pro spinC turnicibus: amat sane Græcus homo Latinè scribens Græcissare, vt & Græcissat Plaut. in Mil. Glor. Act. 4. Scen. 1. de nescio qua muliere Pyrg. Aedepol. hæc quidem bellua est. Pa. Pitheciū hæc est præ illa, & spinturnicium: est vero spinturnix, vt nomen ipsum indicat semigræcum, auis incendiaria deformis, & inauspicata, si modo ea per diminutionem more Græco spinturnicium appellata, vt Pithecium pro Pithecus, id est, Simiola. Consule Plin. in lib. 10. cap. 13.

Ennij versus quidā vt legendi: Numatiani item aliquot enucleati.

CAPVT XIV.

A EXISTIMAVIT eruditus, & perpolitus I. C. in Gallia P. Pithœus Enniū scripsisse Epigramma de Scipione Afr. maiorē intellige. cuius vna hæc pars fuerat, in qua ipsum ita loquentem inducit.

A sole exoriente supra Mæotis paludes.

Suas enim victorias describit, hostes internecione cæsos. Vrbes captas, & direptas, cæteraque B huiusmodi, quæ licentia militari publicè patrata p virtutibus habentur; hûc respexit Auctor Genethl. Maximiano Aug. dicti, etenim; inquit, q ait ille Romani carminis primus auctor. A sole exoriente, &c. id nunc longius, longiusque protendere licet, si quis hostilem in mutuas clades vesaniam toto orbe perceuseat. Altera

Desine Roma tuos. &c.

Namq. tibi monumenta mei peperrere labores.

Tertia item:

Testes sunt campi mag. &c.

Illa quoque quæ leguntur apud Senecam epist. 109. & Lactantium. lib. 1. cap. 18. diuersa lectione: nam ita Lactantius, apud Ennium sic loquitur Africanus.

Si fas credendo cælestia scandere cuiquam est.

Mi soli Cœli maxima porta patet.

Scilicet, quia magnam partem generis humani extinxit, ac perdidit. Seneca verò ita esse apud Cicer. in his ipsis de rep. lib. hoc Epigramma.

Si fas endo plagas cælestûm ascendere cuiquam. &c.

B Nam endo pro in veteres passim dixisse tam est certum ex repetita sæpissimè hac voce à T. Lucretio, quam quod certissimum: Mendum esse in illa lectione si fas est plagas ipsa syllabę natura in plagas ostendit, quæ deprauata est, q producatur, cum corripienda sit: Veram esse lectionem eam, quæ in Lactantio est, suspicor, tametsi Pithœus ex verbis Lactantij Enniū reprehendentis, non probet, & probare tamen debet.

Iudicem te appello qui legis hæc antecedentia hunc versum si quis vnum hominem iugulauerit pro contaminato, ac nefario habetur: nec ad terrenum hoc domicilium admitti eum fas putant; ille autem qui infinita hominum millia trucidauerit, cruore campos inundauerit, flumina infecerit, non modo in templum, sed etiā in Cœlum admittitur. Et sequētia versum quem retuli, addita hac exclamatione. O quantis in tenebris, Africane, versatus es; vel potius, ô Poëta, qui per cædes, & sanguinem patere hominibus in Cœlum ascensum putaueris.

Et quidem distichon Epigramma fuisse do Pithœo, sic enim & Seneca appellat ex ipso Cic. C at vero superiora carmina omnia Epigramā esse putare nō consentio, Poëma potius, seu ex pnēmate carmina esse suspicor, & sanè credibilius videtur sumta ex opere Ennij, quod de secundo bello Punico conscripsit, ne tam longum fuisse dicere cogamur Epigramma aduersus Epigrammatis leges.

Veterum Christianorum sæculo, nō illo quidem Apostolico, sed posteriore, cum Italia esset plusquam Semichristiana, Poëta quidam non Christianus floruit Rutilius Numatianus, qui Itinerarium descripsit Elegiaco versu non ineleganti; ex eo nunc decerpsi duos quasi manipulos florum, qui mihi cæteris visi sunt & odori, & viriditate præstare. Primus est, quo demonstratur quàm multa Romæ illepida multis lepidis contigerint (familiæ erant hi gentis AEmiliorum) sic ergo Rutilius.

Haud procul hinc petitur signatus ab Hercule portus
Vertentem sequitur mollior aura diem.
Inter castrorum vestigia sermo retexit
Sardoam Lepido præcipitante fugam.
Littore namq. Cosa cognatos depulit hostes.
Virtutem Catuli Roma secuta ducis. D

Primum intelligo hunc illepidum Lepidum, qui Cos. cum Q. Catulo ab eo post obitum Sullæ dissensit, & fugiens in Sardiniam, ibi periit.

Ille tamen Lepidus peior ciuilibus armis.
Qui gessit socius impia bella tribus.

Hic secundus est, qui Triumuir Collegarum potentia, & superbia victus M. Antonij, & C. Octauij exercitum amisit mox vitam.

Insidias paci moliri tertius ausus
Tristibus excepit congrua facta reis.

Tertius hic est Lepidus filius secundi, quem Augustus iussit interimi, quod in eum conspirasset.

Quartus Cæsareo dum vult irrepere regno
Incesti pœnas soluit adulterij.

Quartus est de quo Annal. 14. lib. Tacitus cum quo Agrippina stupri consuetudinē puellaribus annis habens in spem dominationis traxerat, & Liuia quoq; immo incæstum, quia Lepidus natus ex AEmilio Paulo, & Iulia Augusti nepte: Iulia verò soror Agrippinæ, quæ mater Caij, & sororum, erat enim sanguinis, gentisque Augustæ, eodem planè, atque Caligula gradu. E

Alter est flos, qui in speciem odoratus & ele-

gans grauius tamē olet pietati Christianæ, quem tamen interdum, quasi suauiter olentem manu gestant, & probant parum religiosi Christiani, qui cum Christo liberatore nostro rem Patris sui æterni studiosè, atq; ardenter curante eius dixerunt affines Martij 3. in furorem versus sit, hoc cum imitantibus Christianis, qui contemto sæculo, neglectisq; diuitiis, & carnis illecebris, ad pauperem atq; attentam, & à communi vita abhorrentem conuolant, nonnulli malè Christiani, cuiusmodi Ausonius fuit Paulino scribens ad Christum conuerso, eiusque humilitatis imitatori, eum videlicet Bellerophontis morbo laborasse, hoc est, mania, seu furore, cum abdicato sæculo vitæ monasticæ institutum arripuisset, quare Ausonio rescribens Paulinus, ab his vt abstineat contumeliis, rogat. Epist. 41. apud Ausonium. Epist. 8.

Ne me igitur, venerande parens, his vt malè versum
Increpites studiis, neq; me vel coniuge carpas
F *Vel mentis vitio, non anxia Bellerophontis*
Mens est nec Tanaquil mihi, sed Lucretia coniux.

Idem omnibus Christianis obiiciebatur ab Ethnicis quod & hic fecit idem Numatianus 1. & in lib. de Monachis insulæ Capratiæ scribens, & de nobili præsertim iuuene. at nolo hunc decerpi malè olentem.

Tertius delibetur flosculus de multorum fuga in varias orbis partes ita sibi quærentium salutem cum Roma à Gothis Rege Alarico caperetur eorum præsertim, qui ad insulas Tyrrheni maris, & Ligustici confugiebant.

Eminus Igilij sinuosa cacumina miror,
Quam fraudare nefas laudis honore suæ
Hæc proprios nuper tutata est insula saltus
Siue loci ingenio, seu domini genio.
Gurgite cum modico victricibus obstitit armis
Tamquam longinquo dissociata mari.
G *Hæc multos lacera suscepit ab vrbe fugatos*
Hic fessis posito certa timore salus.
Plurima terreno populauerat æquora bello,
Contra naturam classe timendus eques.
Vnum mira fides, vario discrimine portum
Tam prope Romanis, tam procul esse Getis.

Igilium insulam esse indicat, cuius nulla penè apud veteres memoria, quantum legendo consequi potui, tantum hoc Plin. lib. 3. cap. 6. de Corsica in Ligustico mari Capraria, quā Græci Aegilon dixere eandem esse aliquando ego putaui cum Igilio, quę & Egilium dicitur. deceptus nominis similitudine, sed vidi tamen à Plinio distingui, qui vnus ex veteribus ipsius meminit. nam post citata verba subiungit. item Egilium & Dianium, quam Artemisiam vocant, ambæ contra Cosanum latus. ex quo fortasse Volaterr. decerpit hæc lib. 6. Geograph. vbi de insulis Tyrrheni maris agit. Capraria quam Græci Aegilion vocant: Igilium verò contra Telamonem, vnde nobile vinum rubrum. Igitur à Capraria distincta insula.

Persij versus Adr. Turnebo obscuri de ocimo illustrati.

CAPVT XV.



DOs Persij versus Sat. 4.

Dum ne deterius sapiat Pannucia Baucis A
Cum bene distincte cantauerit Ocima verna.

Adrianus Turn. lib. 15. aduers. cap. 3. quasi veritatem in Democriti puteo latentem constur eruere, atq; indias luminis orasè latebris proferre, vultq; Persium non malè hanc habere sententiā, multa verborum profusione explicatam, eum, contra quem loquitur, nō plus quam olerariam mulierē sapere, olitores enim pro abiectißimis, & contemtißimis habebantur, vt prouerbium indicat.

Sæpe etiam est olitor valde opportuna locutus.
Πολλάκι ἢ κηπωρὸς ἀνὴρ μάλα καίρια εἶπε.

Ex Hesiodo, nisi fallor: mulieresq; vilißimæ olera vendebant, & per vrbem promercalia clamitabant: sic Petronius Arb. mulierem appellauit agreste olus vendētem, qua ratione, & Aristoph. Ranis Euripidis matrem olerariam lacessit conuitiis nominans λαχανοπώλιδα, vt ipsum Euripidem σκανδικοπώλιδα, quod ne hortensis quidē olus mater eius vēderet, sed agreste. Lepos autē quæsitus est ex dicacitate muliercularum se olera venditare clamantium, dissolutis, & nusquam seruis, peculiumq; intemperanter dissipantibus, quasi eos sint ad frugem & parsimoniam reuocaturæ; speciem autem oleris pro genere posuit. B

Nec tamē sbi re fortasse nominauit ocimum, quod Græci ab odio seruorum appellare solent μισόδουλον: ita Sotion. lib. 11. collectorum de agricultura: in meis Geoponicis Latinis non citatur Socio auctor. Est verò cap. 19. qui quidem scriptor ocimi videtur esse hostis, quod nullius esse vsus affirmet, & de eius malignitate obseruat quædam: sed nihil hactenus sua hac eruditione fecit, quàm Britannici explicare commentarium minus copiosum, & apertum.

Ego ex Plinio didici quomodo hic locus intelligendus ante viri docti Foquelini commentarium in Persium. ita enim de Ocimo scribit Plin. lib. 19. cap. 7. Nihil ocimo fecundius, cum maledictis, ac probris serendum præcipiunt, vt Lætius proueniat. Sato patietur terra; & cuminum qui serunt, precatur, ne exeat.

Plin. autē lectus vt Theophrastū aditem, monuit qui sanè & ipse hæc scribit de cumino, & ante Mandragoræ lib. 9. de hist. plant. c. 9. Mandragoram quoque ense ter circumscribere iubent, & alterum succidere ad Occasum spectando, & alterum circumsaltare plurimaq; de re venerea dicere, quod maledictis, & execrationibus sanè proximum est, quas sæui cumini necessarias putaut. A Ergò Ocima cantare ex hoc Persius dixit pro maledicere, & probris lacerare. C

Græcis certè vsus erat in hanc etiam sententiam prouerbij κύμινον σπείρειν, hoc est, cuminum serere, vt apud Phaler. vsurpat Sophro, & Plut. in Symp. l. 7. q. 2. & hoc quidem notat Cęlius, qui nihil non scit, lib. Antiq. lect. 15. c. 25. nec tamen Persij notauit locum.

Iam verò se doctior, & experientior Turnebus, vt postea legi lib. aduers. 30. cap. 8. hanc rationem explicandi Persij venatus est ex Plin. nec anteponit tamé priori explicationi: vbi & in Persij loco scribi etiam Ozima notat; propter illius herbæ odorem frustra animadnertit.

Hippocr. 2. lib. de ratione victus Ocimon scribit esse siccum, calidū, & aluum stringens, vel sistens ξηρὸν καὶ θερμὸν, καὶ ἵστησιν. cum lib. de affectio-
D nibus pænè contraria affirmet, hoc est, humidum, & frigidum, & cordi gratum esse, seu ventriculo. ὑγρὸν καὶ ψυχρὸν καὶ καρδίῃ. Quis hæc Medicus conciliet? fortasse negans aliquis eiusdem esse hos duos libros auctoris: aut vnum de satiuo, & hortensi, siue domestico; alterum de agresti ocimo putemus dici: quod neque satis: & vero aluum mollire Diosc. lib. 2. cap. 157. tradit, vel vnum ozymo attribuamus, alterum ocimo, quia diuersa, vt etiam Bapt. Pius in hortum Colum. distinguit, & Herm. loco cit. Diosc. & nouus auctor Leon. Fuchs. tom. 1. simpl pharm. ita vt sistat hortense ocimum, emolliat agreste, ocimum videlicet: nam illud tractat Plin. lib. 20. cap. 12. hoc lib. 18. cap. 7. Vide quæ ex Plateario, Serap. Auicen. Pandect. aliisque nonus hic medicus colligit.

Gal. lib. extremo 8. de Simpl. medic. facul. secundi generis calefacientium ocimum esse statuit, cui cum multum sit excrementitij humoris, obest intus sumtum; cum foris illitum, ad digestionem, & concoctionem prosit.

Hæc item de ocimo notanda numerari inter illa olera à Theophr. quæ transeunt in aliud olus, verbi gratia vt sisymbrium in mentam; sic & ocimum in serpyllum, non quidem in speciem omnino alienam, sed valde tamen similem: sic enim soli expositum ocimum vehementer siccatur, & folio minus, odore item vehementius efficitur,
E minus enim habent alimenti, quæ sicca sunt. Ita lib. 5. de caus. Plant. cap. 8. cum tamen amet aqua calidiore irrigari; & meridie solet etiam ei infundi. idem lib. 7. hist. Plant. cap. 5.

Iure itaque Scalig. in 1. lib. de cau. Plant. capite 10. & 2. cap. 9. siticulosum appellat ocimum, & aquis insolatis lætari, & proficere affirmat. Repetit lib. 3. cap. 13. & 14. & lib. 5. cap. 10. & 2. lib. de Plant. attributo Aristoteli. narrans etiam excogitatam rationem perpetuo irrigandi ocimum: circumponunt enim iuxta ipsum aqua plenam scutellam, ab ea pannum ex aqua altero cspite intextam, vbi ocimum est, deducunt, ita perpetuo quod fugit refundit: cum tamen frigida melius proficere hortos auctor sit Theophr. quod nostratium experientiæ aduersatur, qui per æstiuos calores è puteis haustam mane permittunt sub vesperam insolari cum rigaturi sunt in vesperi, quando æstus languidior, & diurnum cælum, atque æstum terra sustinuit. Causa, vt mitescat, & cruditatem deponat: nam oryaa perit, si propter fontes existant elices, vnde frigidior excat aqna: & prata eandem ob causam degenerant.

Docet item Theophr. vt magna ex parte silnestres herbæ, quæ olerum nomine dicuntur, habete lignosas radices, ita ocimum etiamsi non siluestre cap. 9. & 10. lib. 1. de hist. Plant. hic Scal. lib. 4. de caus. Plant. cap. 3. cum scribat Theophr. alia die tertio exeunt, vt ocimum, cucumis, cucurbita; alia quinto, vel sexto, alia decimo, vt Porrhum: proponit dubitationem, quæ natura sit communis ocimi cum Porrho, & cucumere ad celeritatem generationis. tam diuersa qualitatibus, tam affinis ad nascendum facilitate. Item de coriandri tarditate. Neque enim siccitas causa, cum in ocimi grano non sit minor: nō debilitas, ocimum enim robustius Porrho; nam Porrhum est victum. ocimum lignosum, & in Abisslnis arborea pene specie, ridens Philosophos terrestres, qui ab elementis omnia deducunt. Et vnde, ô Scaliger, tu deducas? ab occultis proprietatibus fortassè, quæ refugia sunt miserorum, & inscientium. F

Amplius Theophr. lib. hist. Plant. 7. cap. 5. germinare celerius opinatur, si inter initia feruenti aqua irrigetur: quod sub canis ortum pallescit, cum falsiot fiat Coriander. lib. autem 1. de cau. plant. cap. 10. Ocimum, inquit, siccnm, & lignosum non posse ante annuos tepores, siue dies. feruentes, πρὸ θερμημερῶν germinare, vt neque portulacam, & cucumerem, quæ valde humida sunt, & frigida. Quod enim hæ qualitates efficiunt in his propter debilitatem ipsarum, duritia siccitatis comes operatur in ocimo, cui & radix vnica à natura datur, quę crassa est, & latè descendit post rumicem. G

Ita Arist. lib. 7. de hist. cap. 2. & ipsum cum Porrho, & cepa esse fecundissimum tradit cap. 3. & cap. 1. tertio tempore sementis, qui Martius est, serendum, & celerrimè nasci, tertio à satu die erumpens. Reponit quoque inter olera, quibus deesse volunt generum differentias, vt rumicem, blitum, eum radiculæ, bletæ, brasicæ, plurium generum sint. Et Val. tamen Cord. 9. lib. 1. histor. plant. cap. 9. ocimum nigrum prodit cognatum ocimo maiori. Et lib. 2. cap. 99. ocimi meminit Nabathæi, & alterius Causophyllati. quæ diuersa. Immo Diosc. lib. 4. cap. 29. & Gal. lib. cit. extremo ὠκιμοειδὲς, quod aliud est, & ocimastrum dicere possumus: quin & ocimum aquaticum cap. 30. eiusdem lib. Dioscor. præter agreste, seu pratense, quod sane à domestico, siue hortensi distat: indicatque Varro cit. loco.

Alia pleraque de ocimo cognosce ex Diosc. lib. item 2. cap. 130. Ioan. Rull. Virg. Mart. Mat-

thæolo,

thaolo, & cæteris partim ad eius attinentia naturam, ac vim, partim ad vsum: cuius pars includit superstitiones noonullas: & percipies quædã à Plin. aliter referri, quàm narrat Diosc. sic vt aduersa planè scribat.

Cum autem dicatur ὤκιμον à Græco ὠκέως, quia celeriter prouenit. Plin. lib. 17. cap. 22. (quod de ocimo non hortensi. sed agresti scribit, quod antiqui pabulum vocabant, & Varro de vtroque lib. 1. de re Rust. cap. 31. Omne pabulum, inquit, primum ocimum, farraginem viciam; nouissimè fœnum secari: ocimum dictum à Græco verbo ὠκύς, quod valet cito: similiter quoque ocimum in horto: de agresti sume verba Cat. lib. de re rust. cap. 54. quo docet quomodo bubus dandum.) Hoc amplius dictum ocimum scilicet agreste, quod citat aluum bubus, & ideo eis datur, vt purgētur. id genus pabuli sunt segetes virides sectæ antequam gerant siliquas.

Tragus lib. 2. cap. 25. pro Irione Plinij, Erysimo Theophrasti, & pro eo quod frumentum saraceuicum nominatur, formentone Itali vocamus, veterum sumit ocimum, vel ozimum odoratum, huiusque omnes vires illi attribuit. credo falli.

Dodon. lib. 2. cap. 60. duo statuit ocimi genera vnum latioribus foliis: alterum angustioribus: Leon. Fuchs. cap. 207. simpl. tria exiguum, mediocre, magnum propter foliorum diuersitatem: Sunt enim magna in magno, in mediocri minora, in exiguo parua: sic Matth. 2. in Dioscor. edit. aliter distinguens: primum enim maximum nominat, secundum medium, cuius formæ duæ ex odore: nam altera est odore vulgaris ocimi: altera citrei mali, citrata idcirco vocatur ab Arabibus. 3. minimum Italis dictum Basilico gentile, quæ videntur esse ocima Serap. & Dioscor. lib. 2. capite 135. minimum Causophylatum appellantes, quia odoratissimum: medium non Causophylatum: vltimum citratum.

Addi potest genus quartum, Ocimi montani, quæ nonnullis est chamæmyrsine de qua Rouill. lib. 10. hist. om. plaut. cap. 50. quintum item genus aquaticum, nimirum quod Eurius est, vel erineos, de quo idem lib. 9. cap. 71. qui de tota hac herba scribit lib. 5. cap. 51. vt sequenti de ocimoide, siue ocimastro. & notandum ocimastrum, & Basilicum siluestre à quibusdam pro ocymo sumi, de quo idem in lib. 8. cap. 16.



Hippocratis locus male à Celso conuersus: num pulsus eidem notus fuerit cõtra Theophilum demonstratum.

CAPVT XVI.



LATINVS noster Hippocrates Cornel. Celsus Græcum fere solet ad verbum interpretari sic, vt assequatur mentem eius: est locus tamen 5. lib. Aphor. 68. vbi ita Græcus Senex, ... (γάλα διδόναι) οἷσι χολώδεες, αἱ ὑποχωρήσιες ἐν ὀξέσι πυρετοῖσιν, deiectionis biliosis cum febre coniunctis lac dare malum: Cornelius verò dissenteriæ malum ad vrinam traducens, ita reddidit. Vbi vrina biliosa fuerit, lac dare malum, & fortasse aliter sentiens, quàm Hippocrates, exhorruit corporibus biliosis lac quacunque ex causa: saue Galeno consentaneè, illum enim Hippocrat. Aphor. interpretans Galenus, non solum his deiectionibus Lac obesse tradit, sed etiam biliosis quibuscunque licet febrim non habeant coniunctam: ratio est, quia validius corpus relaxatur, vt Oribasius aduotauit.

Et per mihi videtur mirum, quantopere in hoc dissentiant Galenus, & Hippoc. cum ille in deiectionibus non biliosis lac dari probet, sed paratum, hoc est calidum, seu etiam igniris lapidibus, aut candenti ferro coctum, & hic lib. 7. de morbis popul. lac filice candefactum Erotolai filio, & aliis biliosis cum febre dysentericis propinarit.

Theoph. lib. t. de puls. & vrin. & Galenus lib. de crisibus 3. c. 11. nihil tradidisse hic de pulsibus prodit. Ille ita, Hippocrates diuinus medicus pulsuum notitiam non habuit, sed latera & frõtem manu contingebat: quæ planè sunt falsa, & libri demonstrãt, qui indubitatè sunt Hippocratici.

Igitur Hipp. lib. de humoribus non longe ab initio, coloris mutatio, inquit, pulsus, refrigeratio, palpitationes medico sunt consideranda lib. Aphor. 7. cap. 11. à fortiu vlceribus pulsu pro fluuium sanguinis 7. de morb. vulg. in Heliodori historia pulsus meminit, & non longe à principio libri de locis in homine, cum Arterias venas appellat. & lib. de alim. quem tamen librum interdum Galenus citat siue Hippocratis, siue Polybi, aut alterius probati auctoris: sæpissimè tamen, vt Hippocraticum agnoscit. Ergo in hoc libro prope finem. Venarum pulsationes, inquit, & respiratio spiritus iuxta ætatem consonant, & dissonant, A & morbi & sanitatis signa sunt, & huius magis, quàm illius, & contra.

Quod autem Hippocrates arterias pulsatiles nominauit venas, testatur Galenus 6. libro de plac. Hipp. & Plut. vnde 2. lib. Epidem. cui vena,

inquit, in cubito pulsat, i. furiosus, & irscundus erit: cui autem lentè, torpidus. Et repetit lib. quod animi mores, &c. quærenda alia Galeni lo- C ca in copiosissimo Brasauolæ indice, quem maximè ex Galeno collegit. & in theatro Galeni per Antonium Mundinum.

Sunt qui putent pulsus tantum arteriarũ circa tempora notos fuisse Hippocrati. Falluntur, ipsum audi scribentem etiã de pulsu earum, quæ sunt in manuscarpio lib. 7. Epid. in ægritudine vxoris Theodori, & Galenum lib. de pulsibus scribentem, mortem inter loquendum nescio cui ex pulsu imminentem ab Hippocrate cognitam, vt citata iam loca ipsius Hippocratis taceantur.

Quid? quod Gal. lib. de diff. puls. 1. cap. 2. Omnium, inquit, quos nouimus, primus nomen pulsus Hippocrates litteris prodidit, quanquam artem intactam reliquit: ita viam nobis indicat scriptores conciliandi, quod, videlicet, nouerit quidem pulsum venarum Hippocrates: de eo tamen non exquisitè scripserit, vt consequentes medici, aut certè non omnino curarit.

D Ad quam excusationem & illa Galeni referitur cap. 11. lib. 3. de trisibus hac oratione scripta enimuero signa ex pulsib. desumta, vel quia nõ nouerat. vel quia nõ magni momenti esse existimabat, exercitus non est Hippocrat. B Erasistrato certè ignotam eam fuisse. vsum item, ac generationem sæpe Galenus iudicat. Instabile enim & varium signum. exigua enim occasione, seu doloris, siue timoris, seu amoris, & gaudij mutatur, & alter fit. Exemplum docet Erasistrati in Antiochi morbo filij Seleuci stratonicam nouercam depereuntis, ad cuius aspectum pulsus Antiochi mirandum in modum incitabatur: & ex eo sapiens medicus deprehendit non morbum esse corporis, sed vitium, & perturbationem animi: quomodo ergò ignotus Erasistrato pulsus?

Nec verum puto quod eruditissimus adnotauit Mercurialis in lib. de morb. muliebr. Hippocratis, pulsum ab Herophilo primum tenta- E tum, & tractatum Plinij testimonio. Duplex ego testimonium profero auctoris nihil non scientis eiusdem scilicet Plinij. primum lib. nat. hist. 11. cap. 37. arteriarum pulsus, in cacumine maximè membrorum euidens, index ferè morborum in modulos certos, legesque metricas, per ætates stabilis, aut citatus, aut tardus descriptus ab Herophilo medicinæ vate miranda arte, nimiam propter subtilitatem deserto.

Alterum est cap. 1. lib. 29. dissideruntque eæ scholæ, & omnes eas damnauit Herophilus, in musicos pedes venarum pulsu discreto per ætatum gradus, &c. Neque enim primum inuentorem, atque auctorem facit Herophilum, sed diligentissimum tractatorem, & pænè ad superstitionem subtilissimum.

Enimuerò cognitum Hippocrati pulsum hæc item iudicant lib. de morb. mul. 2. Sudor multus & pulsus, qui ad manum accelerant. C & lib. de F cris. si venæ pulsauerint. Hic tamen vehementem arteriarum temporalium motum videtur accipere. Et lib. de diebus iudicatoriis exquiete pulsum indicans, in Coacis quoque præcogn. in febribus, inquit, venæ, quæ est in ceruice, pulsatio, & dolor in intestinorum definit affectum. D

Quanquam dicere fortasse possis non haberi hunc librum pro Hippocratico: habent tamen multi viri docti. aut dices priscis medicis pulsum propriè dictum de partibus inflammatis. E Quid tum? vsurpatus deinceps pro arteriarum, ac venarum percussu, & quasi saltu. eodem libro Lethargicos esse docet σφυγμῷ νωθρῷ lento pulsu, ac tardo, intermittenti potius, quàm intercurrenti, inquit Galenus, in Isagoge pulsuum & 4. lib. de caus. puls.

Christianos olim Iudæorum nomine comprehensos, & Chrestianos per conuicium appellatos.

CAPVT XVII.

PERAORANVM quoque nobis est Rutilij Claudij Numatiani Galli itinerarium. Tractat hic lib. 1. Christia- A nos, vt Iudæos, cum ritus quosdam ut circumcisione, & Sabbato Iudaicos descripsisset, & execratus fuisset, subiicit.

Atq; vtinam nunquam Iudæa excisa fuisset
Pompeij bellu, imperioq; Titi.
Latius excisæ pestis contagia serpunt,
Victoresq; suos natio victa premit.

Neque enim ad Iudæos subactos hæc referri possunt, qui omnibus ferè locis terrarũ seruiebant, sed ad Christianos, quorum sancta religio altas radices agebat, & latius in dies propagabatur: sed & his, vt Iudæis, Rutilius est infestus.

Olim enim nomine Iudæorum, vt vetustiorum, & magis cognitorum, Christianos afficiebant recens in orbem Christi Euangelio & Apostolorum prædicatione ingressos: ita Quinctil. lib. 3. cap. 7. Domitiani laudat pietatem, quòd superstitioni Iudaicę aduersaretur, cuius auctorem infamiam contraxisse notat, quasi perni- B ciosæ: & Suet. in Claudio cap. 25. Iudæos tradit impulsore Christo tumultuatos: quanquam ipse fortasse Chrestum appellauit, sic enim ferè legitur in antiquis libris.

Et extat rescriptum Cæsareum l. Generaliter §. postremo. D. de Decur. quod ita habet. eis, qui Iudaicam superstitionem sequuntur, DD. Verus & Antoninus honores adipisci permiserunt; sed & necessitatem eis imposuerunt, qui superstitionem eorum læderent. Quæ habes fusius aduotata apud Tertull. in Apol. cap. 4. & Sulpicium lib. 2. sacr. histor. & iure contra Barbaros I. C. demonstrauit politissimus Alciatus lib. disputar. 3. C

capite 8. & in tres Cod. libros Lquidam ignaniæ.

Vt verò Chrestum pro Christo vsurpabant, ita & Chrestianos pro Christianos nos appellabãt: ex quibus duobus nominib. argutè eodẽ Apoll. cap. 3. laudes nominis Christiani Tertull. captat sic loquens. Christianus autem, quantum interpretatio est, de vnctione deducitur: sed & cum perperam Chrestianus pronunciatur à vobis; nam nec nominis certa est notitia: penes vos de suauitate, vel benignitate compositũ est. & Lact. Firm. lib. 4. cap. 7. ignari rerum nostrarum Christum Chrestum, & Christianos Chrestianos vocabant: χρηστὸς autem bonus, & commodus dicitur: & eodem modo Iustinus Martyr in orat. ad Gent. ante Lact. vtrumque hoc defendit nomen, & ex eo gentem Christianorum non esse imperio Rom. perniciosam, sed vtilem, ac salutarem

D demonstrat. Elegans est de eo Semigræcum, & Semilatinum Ausonij Epigram. 39. & 40.

Porrò Chrestus nomen fuit proprium, vt apparet ex Martial. lib. 9. Epigram. 28. Quanquam Crestum nonnulli habent codices: vt non debuerit nescio quis in Epist. Constantini Magni ad Chrestum Episcopum Syracusanum, quæ in Concilio legitur Arelatensi, pro Chrestum reponere Sixtum, refertur ab Euslib. Eccl. hist. 10. cap. 5. timuit videlicet, ne Christus esset: Legitur item Chrestus Episcopus suffectus in Nicæno Concilio Theognidi Nicæno ob hæresin Arei de Episcopatu deiecto: quæ quidem vox quid valeat, plane hoc senario in Pallace Menander indicat.

E Ἀνὴρ δὲ χρηστὸς χρηστὸν οὐ μισεῖ ποτέ.

Vir autem bonus bonum nunquam oderit.

Addit:

Γνώμης γὰρ ἀγαθῆς ἔργα χρηστὰ γίγνεται.

Animi enim boni actiones bonæ sunt.

Inde Chrestologi appellati, vt Pertinax Imperator, quòd, vt Iulius ait Capitol. verbis magis, quam re ipsa benignus esset, hoc est, vt Aurel. Victor politè expressit, blandus magis, quam benignus. Quo item sensu S. P. ad Rom. cap. 16. nominat blandiloquentiam, & dulcem sermonem, Hæreticos iam pullulantes perstringens: in quos illi versus conferri meritò possunt quos de feminis reliquit scriptos Menander.

Τότε τὰς γυναῖκας δεδιέναι μάλιστα δεῖ.

Tunc mulieres timere maximè conuenit,

Ὅταν προστιθῶνται τοῖς χρηστοῖς λόγοις.

Cum simulant benignis verbis.

Atque vt auro sordes immisceam, Lucianus Philopatride. Pauci, inquit, Chresti, hoc est, frugi sunt, quemadmodum vbique video: & contra Chrestologi, qui cum benè loquerentur, malè agebant.

Neque alienum ab hoc nomen, quo veteres inter σημεῖα, id est, signa, & notas aliquando sunt vsi, vt cum quid in alienis scriptis vitandum putarent, seu vt peruersum, & adulterinum ἄχρηστον

F adscriberent: cum quid vtile & insigne vel ad mores, vel ad eruditionem χρηστὸν id est, vtile. ita Cassiod. lib. 1. instit. diuin. Ticonius, inquit, Donatista in eodem volumine quædam non respuenda subiunxit, quædam verò venenosa dogmatis sui fæcilenta permiscuit: cui tamen in bonis dictis Chresimon, in malis achreston, quantum transiens valui reperire, vt arbitror, competenter affixi.

Ex quo alterum eiusdem auctoris locum suspicor expurgandum in oratione de Orig. Adamantij scriptis. quantum transiens inuenire præualui, loca quæ cõtra regulas Patrum dicta sunt, ac hæreseon repudiatione signans: ex ingenio repone: achreston, vel achresto. G

Erat quoque in more positum, vt quæ expungenda veteres crederent, verutũ, siue θ. adscriberent, aut aliis modis indicarent, quos ego persequar separato alterius libri capite. De theta Sidonius Apollin. meminit.

Isti qui valet exarationi
Distinctum bonus applicare theta

De vero S. Hieronymus Paulino scribens, & alibi sæpe meminit.

Non tacendum quod Sulpicius tradidit citata historia Iudæos aditu Ierosolymæ ab Adriano Cæs. prohibitos. qui tamen à Christianorum persecutione cessauit, explicare eum nobis Tertullian. locum in Apolog. in quo Iudæis loquens (viuebat autem post Adrianum sub Seuero) dispersi, palabundi, & soli, & cœli sui extorres vagantur per orbem sine homine, sine Deo rege: & hoc fortasse consilio Adrianus Aeliam. t. Ierosolymam instaurans, in fronte eius portæ, qua Bethleem egredimur, suem in marmore scalptũ proposuit, vt à Cassiod. in Chron. refertur, quãquam ipse hanc reddit caussam, vt significaret, inquit, Romanæ potestati subiacere Iudæos.

Quorundam errores in aliquot verborũ interpretatione notati, partim excusati.

CAPVT XVIII.



MIRANDVM non est, eos qui Hebraicè, aut Græcè non norunt, Theologos, in verborum notionibus explicandis, quæ ad Latinam, siue Græcã traducuntur inflexionem, errare, & labi, illud mirandum veteres illos primæ illius, & florentis Ecclesiæ, aut non ita posterioris, scriptores, seu Græcos, seu Latinos in ea ipsa re decipi, quæ ipsis debuit longè esse clarissima. ex Latinis proferre Optatum Mileuitanum, & Firmianum Lactantium eo antiquiorem. posteriorem vtroq; Prosperum. omnium recentissimum Innocen. III. Pont. Max. ex Græcis Nazan. Gregorium, Seniorem illo Iustinum martyrem, vtroque priorem Anacletum Pont. Max. quem tamen Græcè suas A

epistο-

epistolas scripsisse, quam sit certum, ignoto, ac fortasse Latinè scripsisse est verò propius.

Ergo Auacietus, quod Chtistus Ioan. 1. dixit, tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus,
B epist. 3. interpretatus est, caput, & principium, quasi à Græco deduceretur nomine κεφαλὴ, quod tamen Hebræum, siue Syrum esse non ignorabat, significans petram solidã. Idem fecit Optatus Mileu. 2. contra Parmen. lib. & Innocentius III. lib. 1. de sacrificio Missæ, non nesciens vocem esse Siriacam, & significare petram, vt bis ipse verbis ita demonstrat. Petrus secutus est Christum non solum in genere martyrij, sed in ordine magisterij, quod Dominus ostendit, cum ait, tu vocaberis Cephas: licet enim Cephas secundum vnam linguam interpretetur Petrus, secundum aliam tamen exponitur caput. Fuit quidẽ, quis neget, nisi hæreticus? Ecclesiæ caput Petrus
C à Christo institutus, non idcirco tamen Cephæ nomen vi Sytiacæ vocis inuenit.

In qua tamen voce eorum est præferenda interpretatio, qui hunc locum Matth. 16. ita exponunt, super hanc petram, id est, super te Petrum, ędificabo, &c. Nam Cephas Syriacè petrã significat nulla facta generis, aut inflexionis mutatione, vt & Græcè dicitur Πέτρος tu es petra, & super hanc petram.

Quod non videtur sanctus intellexisse Augustinus, contra cuius explicationem, quamquam ipse certo non definit, omnes fere SS. Patres locum hunc explanarunt Græci ac Latini, & consentit Græcus Matth. textus, & S. Cyprianus super istam petram legit epist. 27. ad lapsos 55. ad Corneliam, alibique, vt non dubitemus Christum intellexisse super Petrum. Nouos consule scriptores, ac præ cæteris Thomam Bozium cap. 1. lib. 18. de signis Ecclesiæ Dei.

D Sic de Pascha Lactantius lib. de vera Sap. 4. cã. 26. Tractans enim agni Paschalis mysterium, denique, inquit, immolatio pecudis ab iis ipsis, qui faciunt, Pascha nominatur, ἀπὸ τοῦ πάσχειν, quia passionis figura, quam Deus præscius futurorum tradidit per Mosen populo suo celebrandam. Nec dubito tamen, quin ex Hebræo fonte sciret vocem deriuatam, vt videntur scisse, qui ex Græco notationem deriuant, Nazianz. orat. de Pascha, hoc magnum, & venerabile Pascha ita ab Hebræis cognominatur propria eorum lingua: Significat autẽ vox transitũ: & mox in terminationem Græcam traducta voce, & pro φ. vsurpato π, & pro κ. χ. diem illum nominauerunt Pascha. A

S. Augustin. 119. epist. ad Ian. in Psal. 68. in tit. 120. tract. in Io. 55. addidit à duriore sono. 1. Hebræo ad mitiorem vocem, Græcam scilicet traductam. Ego non video, quomodo Phase, siue Pesah vox sit asperior, quam Pascha: mihi certè lenior videtur, nisi planè Hebraicæ sum prolationis ignarus.

Significare verò Pascha propriè transitum isti Patres docent, & nouissimus Patriarcha Cõstantinop. Genadius Scolarius 2. cap. eorum, quæ ex E
Concilio Florentino defendit hac oratione. Etenim Iudæi cum sint, ipsum Pascha, quod transitum rubri maris significat non agnoscunt Pascha enim transitus exponitur: tametsi non tam à transitu maris Erythręi, quam ab Angeli exterminatoris per AEgyptum vox deducta videtur Exod. 12. Est enim Phase, id est, transitus Domini, & transibo per terram AEgypti nocte illa.

Eodem plane modo non ignorans S. Iustinus in orat. ad Gentiles Iesu nomen Hebræum esse, F
& à salute ductum, ab Græco tamen ἰᾶσθαι deduxit, quod est mederi; qua ratione filiam Aesculapij vocat in Pluto Aristoph. Iaso.

Ita S. Prosper ingeniosè, prima parte de promiss. & prædict. Dei cap. postremo, qui à Iuda nominati sunt Iudæi, existimo, inquit, quòd idcirco nuncupentur Iudæi, tanquam portantes, vel sequentes ius Dei legem scilicet ipsis à Mose iussu Dei traditam. Falsissimè tamen Cornelius Tacit. lib. hist. 21. Quasi Idæos aucto in Barbarũ cognomento vocitatos prodit, & ex Ida Cretæ monte profugos fuisse mentitur.

Hunc veterum morem & in septuaginta in- G
terpretibus, qui sacros Codices Gręcè verterunt, seruatum notauit Photius in quæst. ad Amphilochium Cyzicenum Episcopum, vt obseruat lib. 2. aduersus Magdeburg. Franc. noster Turr. cap. 3. & ante Origenes in epist. ad Africanum apud Danielem Proph. in bisto. Susannæ de Pino, & Schino arboribus, siue propter vsitatiorem phrasis, & communiorem loquendi consuetudinem; siue etiam ob mysterij arcanum: non tam vocis naturam, quàm ipsius rei vim & notionem Patres sequebantur.

Iulij Capitol. locus emendatus, & enucleatus: plures medicorum in voce ἀφόδρῳ notiones.

CAPVT XIX.

QVi videtur huius generis penè om- A
nia cognouisse Cælius in antiquis lectionibus hoc scitu, & explicatu dignissimum, ne somniasse quidem visus est, quid Arcoleonum voce Iulius Capitol. ad finem 3. Gordiani intellexerit, quos in theatrum productos Romæ commemorat: certe animal est, & Leonis nomen genus esse Leonis indicat, & ego Leones esse puto, putantque omnes, qui vocem hanc legerunt, & intellexerunt: horum quidam Archoleontes, alij Arcoleontes, nonnulli Acroleontes, vel Leones agnoscunt.

Egnatius Iubatos intelligit, nam iubæ ornant maximè, ac terribilem reddunt Leonem, & mas omnis Leo eas habet: quare Leones ipse mares putat accipiendos: hi enim intelliguntur cum iubati Leones dicuntur, V. G. cum Plin. lib. 8

cap. 16. narret primum omnium. L. Sullam Ro-
B mæ pugnam centum iubatorum Leonum ostẽdisse: tametsi non ignoro apud Oppianum θηρ. Libycum Leonem polito esse, ac minime villoso collo, excipias illos, qui ex Pardo & Leæna gignuntur, hi enim carent iubis.

Suspicari quis posit eo nomine eximium aliquod genus Leonum, quod prægrande sit, & cæteris imperet, honestati. omnino Agrioleontes debere legi sentio, vt Leones nondum eicuratos, ac domitos significare voluerit Capitol. nam præcessit in eodem spectaculo exhibitos fuisse Leones mansuetos: quæ coniectura eo mihi probatur magis, quo deinde vidi eam probari ab eruditissimo magni illius de quadrupedibus voluminis auctore.

Non inuoluenda silentio honestissima illa Græcorum consuetudo, medicorum præsertim
C menstrua vel puerperium nomine ἀφέδρου significantium sumto à sede; vt Latinorum item sedẽ vocantium, meatum ventris inferiorem, imitatione tamen Græcorum, qui ἕδραν appellant, vt ἀφεδρῶνα Latrinam illi quidem à scorsum sedendo; nostri verò non à lauando, sed à latendo, qui etiam sellarum nomine Latrinas indicamus, ex quo illud Martial. lib. 12. epigr. 78. &c.

Sellas ante petit Patroclianas
Et pedit deciesq; viciesq;

Quare honestè, licet Barbare, Hieron. Surianus vertens tractatum Rab. Mosis Abeo Maimon
D scriptũ Babyloniæ Soldano pro subducere aluũ dixit assellare: conqueritur, inquit, de duritia & stypticitate suæ naturæ, in tantum quod non potest assellare, nisi cum studio, valido, duritia, & labore.

Ergo ἄφεδρον purgationem menstruorum vertit in Dioscor. lib. 2. cap. 58. Marcellus interpretationem Arabum Serapionis, Auicennæ, ac Rasis secutus, vt & Budæus errore manifesto, quoniam eodem capite effectus contrarios legimus exprimi per καθαρμὸν, id est, purgationem, & ἄφεδρον. Melius igitur alio cap. 68. transtulit puerperium, vt & Ioan. fecit Ruellius, qui cap. de lepore, male reddidit concubitum.

Ita cap 133. lib. 2. de Antid. Gal. ad finem penè libri, puerperium exponendum, vbi ita loquitur Nicostratus, si morsus à rabido cane ὑδροφοβῇ, id est, aquam formidet, suppone poculo ῥάκος ἀπὸ
E ἀφέδρου. Ita Gal. vt videas interpretem non intellexisse, siue aliter legisse: post datam Nicostrati methodum antidoti. πρὸς δὲ ὑδροφόβον θαυμαζόμενον· εἰ ὕδωρ εἰς ὃ ἀποσβεννύουσιν οἱ σιδηρουργοὶ τὰ σίδηρα, ἀγνοοῦντος τοῦ πίνοντος δίδοται, λίαν θαυμάζεται· τοῖς δ' ἤδη φοβουμένοις τὸ ὕδωρ, ἵνα πίῃ, ὑπόθες τῷ ποτηρίῳ ῥάκος ἀπὸ ἀφέδρου, καὶ πίεται.

Mart. Rota ita conuertit. Ad aquarum formidinem admirabile si quis aquam, in qua fabri ferrum intingunt artifice inscio, bibendam præbuerit, valde mirabitur, vt autẽ, qui iam in aquarum formidinem deuenerunt, bibant, pannum supermittes poculo, qua parte egreditur aqua. &
F bibit, pro ὑπόθες videtur legisse ὑπέρθες, quia supermittes, vertit loco suppones: ῥάκος ὑπὸ ἀφέδρου, quomodo pannum significat, qua parte egreditur aqua? quid simile cũ ὕδωρ id. aqua ἄφεδρος; nisi legerit ἀφ' ὕδατος. vt etiam in antid. διὰ ῥακίου Actuarij, id est, pannum puerperæ vteri sanguine pollutum.

Idem Suida teste dicitur ἀφεδρῶν apud quem legitur admirabile cuiusdam Heraici ingenium dolore capitis affici soliti, quo tempore immunda mulier loquebatur, eoque indicio menstrua in muliere præsentiebat: si mulierem immundã accidisset loquentem, mox ei caput dolet, & hinc argumentum capiebat menstruorum. A

Quanquam hoc loco potius menstruam purgationem, quam puerperium videtur significare, vt & Leuit. 18. & Ezech. 22. quod etiam vox G
Hebræa demonstrat.

Nec puto verum esse quod obseruat Suid. ibidem ἀφεδρῶνα significare partem corporis eam, quam nos honestè vocamus, sedem: verius obseruauit significare sellam, hoc est, Latrinas. Longè verò aliud, est ἄφεδρος, cuius vim vocis Cælius adnotauit cap. 18. lib. 22. sed imperfectè: Longe enim plures sunt eius vocis notiones.

Neque dissimilis est modestia Græcorum ver- H
bo ἀφοδεύειν significantium aluum exonerare, quam imitatus est Latinus medicus Scribonius sic scribens lib. de compos. medic. cap. 142. & Marcellus de Medic. cap. 28. Tenasmus est irritatio vltimæ partis intestini directi, in quo sæpius libet desurgere sine causa, desurgendi verbo secessum significans: & est quasi de via ire, secedere: sic Itali se cesso dicunt.

Mulierum facies fucatarum larua aptè nominata: Offea Mauri manus quid significet: Cypriani locus emendatus.

CAPVT XX.

QVAS nimium fuco deformant faciem, potius quàm ornant, mulieres, eas dixit vetus Poëta Locrus aptissimè apud Pollucem lib. 5. cap. 16. ex- A
tremo, faciem non gestare, sed laruam, hoc est, vt paronomasia verbi cõstet, οὐ πρόσωπον, ἀλλὰ προσωπεῖον φέρειν. quo respexit, nisi fallor, Lucilius iunior Poëta lib. Antholog. epigr. 2. tit. 9. εἰς γραίας, id est, in anus, idem in feminis vitium notans.

Ὡς προσωπεῖον, οὐχὶ πρόσωπον ἔχειν.

A quo vitio docens abstinere Virginem Nazanz. in versibus aliis verbis idem indicauit hoc modo, conserua corpus, quale effectum fuit, neque velis videri pro altera altera: A neque enim, vt eodem carmine idem Lucilius scripsit, quid insanis? nunquam fucus, & cerussa efficient ex He-

cuba

B cuda Helenam. In quam sententiam plurima grauissime veteres Ecclesiæ doctissimi Patres disseruerunt Tertull. Cypr. Hier. Aug. Chrysost. aliique.

Vnius, hoc est, Cypriani, locus de disciplina & habitu Virginum diligenter est perpendendus: cum enim doceret peccatorum, & angelorum apostatarum artes esse, nimias illas fucationes, immodicosque ornatus mulierum, subiecit. Illi & oculos circumducto nigrore fucare, & genas mendacio ruboris inficere, & mutare adulterinis coloribus crinem, & expugnare omnem oris, & capitis veritatem corruptelę suæ impugnatione docuerunt. Paulo post. Quod ornari te putas, quod putas comi, impugnatio est ista diuini operis, præuaricatio est veritatis.

C Rursus iudicem Deum exprobrantem describens. Opus hoc meum non est, nec imago hæc nostra est: cutem falso medicamine polluisti, crimen adultero colore permutasti: expugnata est mendacio facies, figura corrupta est, vultus alienus est.

Poterit quis iure existimare S. Cyprianum fucos expugnare faciem metaphoricè dixisse, hoc est, efficere vt non sit illa, quæ erat, facies, sed alia ornatior, & quasi naturam, siue naturalem formam arte vincere fucando: quam item vocet expugnationem faciei. atque oris, vt expugnata dicitur ciuitas, quæ sub eius, qui expugnat, potestatem venit.

Tametsi acri iudicio vir, & magna doctrina D Pamelius nihil mutarit, mendum suspicor esse in eis verbis, cum præsertim nota marginalis admoneat me ad illud nomē, impugnatione, examinandum recte ne impugnatione sit scriptum: bis enim est in margine. al. impignatione, quæ vox nil significat.

Quare ex hac nota in eam libenter sententiam descendo, vt verbū expugnare, in expigmare sit vertendum, & nomen impugnatione in impigmatione, & significet fucare faciem, & oris fucationem, quæ sanè per pigmenta fit, id est, colores, fucos, purpurissum, cerussam, quibus pingitur facies: nam pingendi verbo, & S. hic Cyprianus vtitur, & Tertull. ante ipsum, & post vtrumque S. Ambr. atque Hieron. & alij.

Pigmenti verò nomine vtitur S. Aug. Posidio E scribens, & refertur cap. fucare, de consecr. d. v. fucare pigmentis (licet perperam figmentis passim legatur) quo rubicundior, vel verecundior euadat facies, ex eo igitur aptè S. Cyprianus verbum expigmare pigmentis scilicet faciem euertere. & nomen expigmatio, id est, per pigmenta fucatio, effecit; cui verba nouare nonnm non est. vt nec ipsius magistro Tertull.

Nisi fortasse verbo expingere magistri Tertull. vsum placeat: nam de eodem scribens argumento Tertull. lib. de cultu femin. cap. 1. Quæ non velit, inquit, idcirco se expingere, vt neget appetitum & cap. 2. expingamus, vt alteri pereant. & 12. Thamar, illa, quæ se expinxerat, & ornauerat, &c. de ornatis enim modestia, verecun- F dia, obedientia, &c. feminis eundem lib. claudens ita loquitur. Taliter pigmentatę Deum habebitis amatorem; in verbo dubito, quod part. ex. prinet; sic enim expigmare, esset pigmenta auferre. & contrarium tamen intelligit S. Cypr. debuerat enim potius dicere impigmare, pigmentis videlicet additis venustare.

Pigmentum verò genus esse vnguenti ad venustandam faciem ex Plin. lib. 16. cap. 43. Obseruauit Pamelius. lege porro Nazanz. grauissimos, & politissimos versus plurimos contra fuci amantes feminas: cuius libidinem matrem iure facit. Satyra 5. Iuuen.

—Tibi pocula cursor
Gætulus dabit, aut nigri manus ossea Mauri,
Et cui per mediam nolis occurrere noctem.

G Non adeo clara sunt hæc verba, vt non egeant interpretatione, & mirum tamen hic interpretum silentium. Notabis tu, ossea Mauri dici manū, quia sicco sunt, & ex succo ob immensum ardorem solis corpore Mauri; carnosa autem, & succo plena laudatur manus. nam & Ouid. in Ibim osseam hoc modo videtur dixisse formam.

Alterius carminis verba indicant veterum de formosorum occursu, ac deformium opinionem: olim enim occurrisse formoso, seu formosæ pro felici omine habebatur; vt in auspicatum erat, atque infelix occurrisse deformi: ex quo & natum prouerbium οὐδ' οἰωνὸν ἄντα ἰδεῖν. nam & defluxus dicebatur furiarum, hoc est, τῶν ἱερῶν ἀποφράξ is, qui vultu esset deformi, & specie fœda. Itaque Aug. Cæsar apud Suet. cap. 83. pu- H milos, ac distortos, & omnis generis eiusdem, vt ludibria naturæ, malique ominis abhorrebat.

Sic apud Plut. in Bruto; Bruto & Cassio pugnaturis metum cladis induxit obuius Aethiops, ex cuius item occursu apud Spart. sept. Seuerus Imper. sibi mortem præsentit imminere, & Adrianus ex nescio cuius Mauri, vt Pierius notat lib. Hieroglyph. 52. quo auctore non legi.



Familiare mulieribus veneficium. discrimen Taciti, & Suet. in historiola de balsamo nugæ Pausaniæ.

CAPVT XXI.

A NOTVA est Exudi 22. locus, maleficos
non patieris viuere: non ita cognitum Hebraicè in genere feminino
legi, maleficas: fortaſſe hæc ratio,
quòd proniores ad hoc flagitium mulieres: vt
notauit Nicolaus à Lyra & mallei malef. auctor
p.1.q.6. vt iure Seneca in Herc. Oetæo, venena feminea
dixerit. Quæ autem ratio huius pronitatis?
illa, opinor, quam expreſsit Philo Meliſſæ
lib.2. cap 86. quibus vires deſunt hominibus ad
Tyrannidem pronis, ij aſtu, atque inſidiis rem
molluntur: ſic & Quinctil. in declam. 2. cæcus in
limine. Quoniam non habent tantum roboris,
vnde vitia mentium vincant, plerumque facinus
infirmitate vincent; ad dolum ſcilicet ac
fraudem confugientes. Nam & propterea Ariſt.
lib.9. cap.1. de hiſt. animalium feminas viris magis
inuidas, querulas contumelioſas impudentes,
mendaces & magis maleficas in Phyſiogn.
cap.8. tradidit; ſic ad veneficia conuertunt animum,
quæ occulta eſt fraus, & genus vindictæ
certiſsimum. A Hinc Eurip. Creſsis apud Stob.
ſerm. 70.

> Γαμεῖτε νῦν, γαμεῖτε, κᾆτα θνήσκετε,
> Ἢ φαρμάκοισιν ἐκ γυναικός, ἢ δόλοις.

Monens eos, qui vxorem duxerint, vxorum aut
veneficiis, aut alterius generis fraude perdendos.
Quare prudenter Fabius lib. 5. orat. inſtit.
cap. 10. coniecturam argumenti à ſexu docens
B ſumi, latrocinium, inquit, facilius in viro, veneficium
in femina credam, & venefici reperiuntur
apud veteres pauci: veneficæ plurimæ; Græca,
ſiue Colchica Medea; Circe Italica, Gratidia,
atque Canidia Romanæ, Sagana, & Veia Neapolitanæ,
Folia Ariminanſis; inde Theſſalica mulier
prouerbio dicta, & certè aconita, & venena
primum à feminis inuenta docent hiſtoriæ, vt
de Hecate refert Diod. lib.4. cap.4. ſiue 2. de antiq. reb. geſtis;
& Romæ primum vſus veneficiis
feminas Liuius prodit lib. 8. & Valer. lib. 2. de
inſtit. antiq. cap. 1. S. Aug. cap. 17. lib. 3. de ciuit.
Dei. ſic vt Plin. ſcripſerit lib. 25. cap. 2. ſcientiam
feminarum in veneficiis præualere: quæ item ars
præcipua nouercarum aduerſus priuignos.
Hinc Fab. libro & capit. citat. veneficium in
nouerca haberi pro credibili. Virgilius 2. Georgicor.

C *Pocula ſi quando ſæuæ infecere nouercæ.*

Et Ouid. 1. Met.

Lurida terribiles miſcent aconita nouercæ.

Et Iuſtinus initio. Valerius libro tertio, Argonauticon.

—Dura referentem monſtra nouercæ Iunonis—

Lib. 18. de Arſinoe aduerſus Agathoclem priuignum,
vt alia ſexcenta exempla omittam. Conſule
tu vol. 16. lib. 2. theatri vitæ hum. tit. venefici,
& Vierum lib. 5. cap. 20. de præſtig. Dæmon.
Tacitus lib. 1. Annal. de C. & L. adoptatis ab Auguſto
ſcribens. Caium, inquit, remeantem Armenia,
& vulnere inualidum mors fato prærepta,
vel nouercæ Liuiæ dolus, abſtulit, cum ante
dixiſſet L. Cæſarem euntem ad Hiſpanienſes
exercitus, &c. de iiſdem paulo aliter Suet. cap.
65. in Auguſto C. & L. in duodeuiginti menſium
ſpatio amiſit ambos: Caio in Syria, Lucio Maſſiliæ
defuncto. ita Paterculus poſter. volum. deinde
reluctatus, inuituſque (de Lucio loquitur)
reuertens in Italiam in vrbe Lyciæ, Lymiram vocant,
morbo obiit, cum ante annum ferme Cæſar
frater eius Hiſpanias petens Maſsiliæ deceſſiſſet.
Aliter Seneca pater de Caio in proœmio
lib. 4. declam. itaque cum mortuo in Syria C. D
Cæſare per Codicillos queſtus eſſet D. Auguſtus,
&c. de quibus duobus idem lib. 3. controuerſ. 13.

Si quæ rara arbor, rariſsima balſamum, Iudææ
propriam, & in duobus tantum hortis
regiis facit Plin. libro 12. capite 26. Strabo
libro 16. etiam Sabæis attribuit Dioſcorides
libro primo, capite 18. etiam AEgypto, vt &
Symeo Sethi littera B. libelli de ciborum facultatibus:
Pauſanias etiam Arabiæ in Bœot. ſiue
lib.9. conſentit Plinio Iuſtinus lib. 36. & Tacitus
lib. 21. Annal. ſiue 5. hiſtor. vt citat Iuſt. Lipſius.

Cur autem nunc in Iudæa non inueniatur,
ſed in Mempheos horto, quam nunc appellari
Cairo volunt, rectè Mathæolus coniectatur
in Dioſcorid. totam imperio Soldanorum AEgyptiorum
ex ea tranſlatam in AEgyptum:
Laurent. Anania tractat. 3. Fabr. mundi variuam E
agnoſcit balſami ſolum regionem Sabæorum,
inde à Regina importatam in Iudæam,
cum à Cleopatra in AEgyptum, quo auctore,
planè ignoro.

Neque tamen his temporibus tam pretioſum
elici ex ea liquorem notat; quòd, vt Mauri
opinantur, olitoris vxor, cui colligendi erat
cura, in eo fonte, qui balſamo eſt vicinus, & ex
quo irrigari ſolet, menſtruatos abluiſſet pannos,
ita vim ſucci retuſam.

Arbor eſt modica, & breuis, ac penè frutex,
qui viti ſimilem faciunt, vt Plinius qui
nemo melius de ea ſcripſit: qui terebintho,
aut cytiſo, vt Strabo: alij myrto, alij granato.

Dissentiunt item in ratione pungendi arboris, qui de ea scribunt. Sanctus Ambrosius in Psalm. 118. littera tertia. In illis ergo vineis, inquit, hoc est, Engaddi, vbi locus balsami, lignum est, quod si quis compungat, vnguentum emittit; hic fructus est ligni; si non incidatur lignum, non ita fragrat, aut redolet: cum autem compunctum fuerit artificis manu, tunc lacrimam destillat. Paulò pòst. Inde opobalsami
F expressius dicitur, eò quòd compunctione ligni balsamum per cauernam compunctionis erumpit: piè vero Christo accommodat.

Ex quibus sancti, & docti viri verbis intelligimus, arborem propriè balsamum dici, succum ex arbore expressum, opobalsamum, vt ferè vocant profani, nam ὀπὸς succum, siue lacrimam arborum quarumcunque significat, vt in lex. Suid. docet. B

Hoc peculiari nomine, atque à se nato vocat oleum balsami citatus Symeo, hoc est βαλσαμέλαιον: qui post Plinium diligẽter legendus. Theophrast. lib. 9. de plantis, cap. 6. & Dioscorides loco citato, & Galenus libro de facul. simpl. med. 6. & libro 7. method. & lib. de simpl. medicam. si modo est Galeni; vbi copiosius: ferreis vnguibus lacerari, seu ferro pungi, ac scindi æstate maximè, diebus caniculæ tradunt, quibuscum Isidorus lib. 17. etym. cap. 8.

G Plinius contra lib 12. cap. 26. inciditur vitro, lapide, osseisúe cultellis. ferro lædi vitalia odit, emoritur protinus, eadem amputari superuacua patiens, incidentis manus libratur artifici temperamento, ne quid vltra corticem violet, succus è plaga manat, quem opobalsamum vocant, suauitatis eximiæ, sed tenui gutta. ploratur, lanis parua colligitur in cornua, &c. ita Cornelius Tacitus, sic emendatè lectus. Balsamum modica arbor, vt quisque ramus intumuit, si vim ferri adhibeas, pauent, venæ, fragmine lapidis, aut testæ aperiuntur. Humor in vsu medentium est.

Hæc de Balsamo Iosippus lib. ant. Iud. 8. capite 6. extremo. primum balsamum ex Aethiopia importatum in Iudæam ab eius prouinciæ Regina, quæ radicem donarit Salomoni. tum libro decimo quinto, capite quarto, optimum balsamum in terra Iericuntina nasci, & nusquam alibi nasci, in Græco códice est capite quinto, tandem libro primo. C de bello Iud. capite sexto, idem repetit addens colligi stillantem lacrimam ex ictibus validis impactis acuto lapide de Ierichunte loquens: & nunc eodem loco Anania prodidit in Aegypto incidi cultro eburneo. D

H Strabo, & Iustinus tantum scribunt, illic quidem cortice scisso succum defluere tenaci lacti persimilem: hic verò, certo anni tempore arbores balsamum sudare. & hoc quidem vnguentum longè pretiosissimum omnium Plinius nominat libro 23. capite 4. & contra omnes serpentes efficax. Qui item lib. 12. cap. 19. extremo, genus casiæ commemorat balsamodes appellatum ab odore simili, sed amarum, vtilius medicis, vulgarum vnguentis.

Sed & in noui orbis insulis quibusdam arbores nascuntur aromaticæ, præ ceteris, quæ Zilus vel Xilus, Nicol. Monard. libro de simpl. Ind. occid. appellatur, ex qua succus, genus omne vulnerum ita curat, vt planè auferat cicatricem, & idcirco nomen inuenit balsami. Inuentor primus Codrus quidam medicus transpadanus fuit, si credendum Ananiæ tract. 4. fabricæ mundi.

Alterius item adulterini balsami inuentor fuit monitus ab vxore, quæ Inda erat, Antonius à Villafranca, quod ex arbore stillat dicta Gonconos, in insula Hispaniola. Ita Petrus Leo parte secunda historiæ Peruanæ, capite trigesimo-quinto.

Sed aures demus meris Pausaniæ nugis, & imposturis: passus est scilicet sibi imponi à nescio quo Phœnice, hac narratione: esse Viperas in Arabia, quæ inter balsami arbores versentur; quæ arbores myrti sunt magnitudine, folia qualia herbæ amaraco: circa eas cubilia sua viperæ habent, quòd balsami liquore cibo multo suauissimo pascantur, & ipsa fruticis vmbra maximè delectentur: cum tempus adfuerit succo legendo, in sacrum lucum Arabes conueniunt binis ligneolis regulis singuli instructi, quarum complosu, & strepitu viperas in fugam vertunt; nam occidi magna religio est, quòd sacras putent, & quosdam tanquam balsami genios, & custodes: si quis tamen mordeatur, sine veneno est ictus, ac si ferro factus. hoc præstat pastas esse viperas tam pretioso balsami liquore, qui vim infringit, aut omnino tollit veneni. De balsamo præter citatos non pauca disces à Galeno libro quarto de antid. capite primo, & libro sexto de simplicium medicam. facultatibus, vt omittam recentiores, præsertim Guliel. Rouill. libro 18. histor. omn. plant. cap. 13.

Nominis Phratria contra Budæum origo: quæ item nominis πόλις notatio: Zonaræ, & Dionis interpres emendatus.

CAPVT XXII.

BVD. in Pand. ad titul. de off. quæst. quem secutus est Ioannes Bodinus in Methodo histor. originem finxit nominis φρατρία, quod genus, inquit, est societatis, quæ ἐξ αὐτοῦ φρέατος, id est, ex eodem puteo, vt pagus, ἀφ' ἑαυτῆς πηγῆς. id est, ex eodem fonte biberet, cum tamen veterum sit Grammaticorum consensus idem significare

φατρίας & φρατρίας, & vnum ab alio ductum, quæ Homero sit φρήτρη & πάτρη: vt olim apud Athenienses auctor est libro octauo Pollux vbi de tritthy & archontib. loquitur post δημάρχους, hoc est, tribunos, cum quatuor erant tribus, id est, φυλαί, omnes in tres fuisse partes distributas, quæ dicerentur τριττύς, ἔθνος, φρατρία, respondetque nomen Romano vocabulo curia, vt Dionysius indicat libro primo: populus, inquit, sub Romulo in tres distinguebatur tribus, quarum vnaquæque decem constabat φρατρίαις, id est, curiis. Aelius hæc Dionysius, Eustathius, Orus, Etymologus, Hesychius, Suidas, Scholiastes Aristophan.

B Præstat huc adferre, quæ in 2. Il. libro ad illum versum

Ὡς φρήτρη φρήτρῃφιν ἀρήγῃ, φῦλα δὲ φύλοις.

Ex diuersis producit moltiscius Eustathius, ex his enim Budæi deriuationem non consistere apparebit, cuius nulla ab Eust. & ceteris veteribus mentio fit.

Nomen hoc phratria quidam ab hoc phatria deducunt, per pleonasmum litteræ r & per syncopam. Alij vero dicunt prius esse phratriam cum duplici r, & ab ea ductam phatriam abiecta r priore: & à phratria dici phrateras, hoc est, cognatos, & tribules: & phratram idem esse, ac phratriam, quæ & tertia pars tribus, quæ & tritthys vocatur, vt ante dictum: ab hac phratra etiam aphrator apud poëtam, qui caret cognatione & non habet phratram: & locus apud Athenienses phrator, & phratrium, in quo qui eiusdem erant phratriæ cogebantur, & hæc quidem à phratria deriuantur, sed à phratria Atticis est phratriazein, in vnum conuenire.

C Aelius verò Dionysius in suo lexico Rhetorico, phatria, inquit, quam Iones vocant patriam, & phratores, qui ex eadem sunt patria. Prisci verò phrateras per e proferebant: cuius rectus casus, phrater: in altero verò simili lex. phrater, inquit, Atticè dicitur, Ionice vero per o phrator: quomodo & phratra, quæ & phratria dicitur, vnde phratriazein in phratriam conuenire:

Aliter verò, cum olim quatuor Athenis essent tribus instar quatuor anni temporum, in tres quamque tribuebant partes, hoc est, phratrias, siue tribus duodecim instar anni mensium: quamque verò phratriam in genera triginta, quomodo 360. sunt dies anni: ex quo & cóstitutio communicatiua: dicti genetæ, quòd est ex generibus distributis in phratrias societas, eorum nempe, qui eiusdem sunt generis: & hi erant, vt demotæ, siue populares & phratores: nunc autem, & ciues, thiasotæ, phyletæ, lochitæ, ethnitæ id. gentiles, & dataleis conuiuæ, lege quadam habentes communionem inter se: & verò genus viros amplectitur 30. quæque verò phratria hoc est tribus, genera 30. repetit breuius io libro nono addens phatriam explicatius esse societatem Athenis eorum, qui describunt nascentes, vt notum sit esse ciues: ita vt Homero aphretor sit idem, qui apolis.

Erat scilicet phatria conuentus Athenis, in quo describebantur qui nascebantur omnes, vt constaret eos ciues esse: quasi diceremus matriculam, vel rollum ciuium, seu indicem, & catalogum. ex quibus non malè coniectaremur nomen patria, & frater origine esse Græcum: & certi sumus, cum curiæ apud Athenienses fuerint quatuor instar quatuor anni temporum, singulas in tres distributas fuisse partes scilicet phatrias, id est, in tribus duodecim ad mensium anni similitudinem, & vnamquamq; phatriam amplexam genera triginta, vt in anno continentur 360. dies. D

Hinc confratrias & confraternitates quidam nominatas volunt, vere fortasse; nam tametsi à fratre dici velis, frater tamen ab eo nomine Græco videtur ductus, licet quasi ferè alter latini Grammatici scripserint appellari.

Addit Bodinus. sed aucta vicorum multitudine, quò tutiores à peregrinis essent, qui maiore multitudine aberrantes, vt est apud Thucydidem cultos agros & ædificia disiectis possessoribus occupabant, fossa primum seipsos cinxerunt, vnde nomen opidi, & πόλεως, quod illic fruges, & opes collocarent, vel opem in eis sperarent, vel commodius habitarent: est enim πολεῖν & πολεύειν habitare, alere, gubernare.

Cum autem non satis esset in fossa præsidij, varis primum, vt credibile est, (hinc valli nomen prisca litterarum mutatione) deinde mœnibus opida sepserunt, quæ propterea vrbes à latinis dictæ, siue ab vrbe, nam & vrbare est aratro definire, vt Festus tradit: quod item in vrbe condenda adhiberi solet, vt notat Pomp. de verb. signif. l. 53. quæst. §. 6. vel vruo, id est, curuatura aratri: siue ab orbe, vt Varroni placuit, quia luteriore sulco fiebat orbis ad murorum descriptionem: Græci ἄστυ & πύργον, Germani purgum, vtrique ab arce tutiore, nominarunt. E

Mihi verisimile nomen πόλις ab aratro dictum, nam πολεῖν aratro terram vetere significat: Proclus airscindere, id est, σχίσαι, & Moschop in illud Hesiodi libro secundo de Rust. οἶας πολεῖν: & Pollux libro primo exponit ἀροῦν: nam & terram aratro scissam πόλον interpretatur Hesych.

At verò primum vrbis condendæ auctorem sacra Genes. historia, quæ mentiri nequit, cap. 4. Cain fuisse testatur, vt non sint nobis hæ coniecturæ mendicandæ.

Egregia est extremo libro Annal. Tac. mortis Arriæ, & Pæti Cæcinnæ mariti historia, quam item Dio, & Zonaras descripserunt, vt & Plinius libro tertio epistolarum epistola decima sexta. Nepoti scribens, qui nobis facem prætulit ad interpretum errorem, in quem fortasse inducti F

sunt

ſunt vel falſa lectione, aut imperfecta potius hiſtoricorum: in ipſis enim legitur παῖ οὐκ ἀλγῶ, vel οὐκ ἀλγεῖ. puer non doleo, verterunt, cum in hiſtoria legatur apud Plinium. Pæte non doleo, vel Pæte, non dolet.

Nam Cæcinna Pætus in partibus fuerat Scriboniani contra Claudium Cæſarem, quare trahebatur occiſo Scriboniano Romam: vxor Arria ſupplex erat, vt cum eo deduceretur: non impetrat: itaque mori ei conſilium eſt: cuſtoditur attentè, ne moriatur: tum illa. poteſtis efficere, vt malè moriar, ne moriar, non poteſtis. Dum hæc dixit, exiluit cathedra, aduerſoque parieti caput ingenti impetu impegit, & corruit: focillata, dixeram, inquit, vobis inuenturam me quamlibet duram ad mortem viam, ſi vos facilem negaſſetis? ſubiicit Plinius, videntur ne hæc tibi maiora illo? Pæte non dolet, ad quod per hæc peruentum eſt. Videlicet, quoniam ante generoſa mulier, ſiue potius obſtinata, ferrum ſtringere, perfodere pectus, extrahere pugionem, porrigere marito; addere vocem immortalem, ac pene diuinam, Pæte non dolet, ſolita erat.

Confirmat emendationem Epigramma Martialis factum eius commendantis, & hiſtoriolam hanc dilucidius explicantis lib. primo epigrammat. 14.

Caſta ſuo gladium cum traderet Arria Pæto,
Quem de viſceribus traxerat ipſa ſuis:
Si qua fides, vulnus quod feci, non dolet, inquit:
Sed quod tu facies, hoc mihi, Pæte, dolet.

Hæc mors ferina, non humana.

Ægyptij Regis nomen quod, diſcedentibus ſub Moſe Hebræis: Lactantij loca duo conſiderata, alterius confutatio alterius Canteri emendatio repudiata: alter C. Cæſaris purgatus.

CAPVT XXIII.

A DE Hebræorum diſceſſu ex Aegypto ſub Moſe multa Cornelius Tacitus multa in Iuſtini Compendio lib. 36. Trogus mentiuntur: quis eo Rex æuo fuerit, vniuersè liber Exodi nos docet, nominans Pharaonem: proprium tamen eius nomen Bocchoris libro 21. Tacitus fuiſſe ſcribit.

Conſentit Plutarchus libro de falſa verecundia, & ex noſtris Iuſtinus Martyr in oratione Parænetica hoc ſermone indicat, quamquam non apertè, ex Diod. narrans primum legiſlatorem fuiſſe Moſen tum Aegyptium Lauchin, tertium Seſonchoſin, quartum Bocchorin, tum Amaſin., & Paulus Oroſius libro primo tranſcribens verba Taciti: miror tamen I. Lipſium ex neſcio quibus vetuſtis codicibus repoſuiſſe Oechorim. ab his omnibus Clemens Alexandrinus diſcedit, primo Stromatum libro ex Apionis volumine de reb. Aegypt. ei Regi nomen attribuens Amoſis. B

Tertio libro diuin. iuſt. qui eſt de falſa ſapientia, capite vigeſimo quinto Lactant. pulchrè, & grauiter Stoicos refellit, qui & ſeruis, & mulieribus philoſophandum eſſe dicebant: quæ opinio aliorum item philoſophorum communis fuit. Denique, inquit, nullas vnquam mulieres philoſophari docuerunt præter vnam ex omni memoria Themiſtem: neque ſeruos, præter vnum Phædonem, quem malè ſeruientem redemiſſe, ac docuiſſe Cebetem tradunt.

Quæ non omnino vera eſſe clamant hiſtoriæ: nam præter Themiſtam, quam eſſe illam puto, quæ edita fuit ab Epicuro, vt eſt libro decimo apud Laërtium, quæ & filium ex Leontio marito ſuſtulit, cui nomen fecit Epicuro: & aliæ fuerunt philoſophia claræ, & illuſtres feminæ. C

Pythagoræ ſoror Themiſtoclea, à qua pleraque ſuorum moralium præceptorum fratrem hauſiſſe ſcripſit apud Laërtium libro octauo Ariſtoxenus. Theano vxor Crotoniatis, quam primam ex mulieribus ſtudium amplexam philoſophiæ, & poëmata ſcripſiſſe prodit ex Didymo libro de phil. Pythag. 1. Stromat. Clemens: & Damo filia, quam Lyſis epiſtola Hipparcho data ab ipſo Pythagora eius accepiſſe commentaria tradit hoc mandato, ne cuiquam extra domum communicaret: idque eam tam conſtanter, & obſtinatè præſtitiſſe, nullo vt lucro, aut præmio induci potuerit, vt foras efferret.

Quid Aſpaſiam commemorem Periclis magiſtram, tum vxorem? Plutarchus in eo: cuius etiam lectionibus intereſſe non puduit Socratem, Plato in Menexeno. Quid Thyargeſiam, quam eodem Plutarcho ibidem auctore, ſola illuſtrauit philoſophia? quid Diotimam, quam ſolebat appellare magiſtram Socrates in Symp. apud Platonem, à qua amandi artem, & peritiam ſe didiciſſe confitetur?

Nam & Areta Ariſtippi filia, Ariſtippi item mater, & magiſtra altera, philoſophatæ ſunt: ideoque μητροδίδακτος is eſt nominatus, Laërtius libro ſecundo & Leontium, quæ commentarios aduerſus Theophraſtus edidit: qui etiam inter philoſophos recenſet Hipparchiam Metroclis philoſophi ſororem libro ſexto, & præclarè de ea ſcribit, vt Cratetis vxore L. Apul. 2. Flor. lib. D

Iam verò ne ſeruus quidem vnus tantum philoſophus celebratur. Nam præter Phædonem, Mus fuit Epicuri ſeruus apud Laërtium libro decimo. Quid? non philoſophus fuit multis ſu-

perior

perior philosophis seruus Aesopus? longè post sub Adriano Cæsare floruit Epictetus illo etiam decantatus versu eleganti Leonidæ libro epigrammatum tertio, titul. postremo: cuius etiam philosophiæ laus extat libro epigrammat. 1. titul. 89. priorem refert Agellius libro 2. cap. 18. & Macr. lib. Saturn. 1. cap. 11. quem sic transtulit Theod. Gaza.

E *Seruus epictetus fueram, qui corpore mancus,*
Pauperie pressus, carus eram superis. A

Sed longè antè Persens vixit Zenonis seruus, cuius meminit libro septimo Laërtius, ne Christianos seruos, & Christianas feminas, quæ philosophiæ laude excelluerunt, commemorem. Nequeenim ista commemoratio refelleret Lactantium. Alius est eiusdem Lactant. Locus lib. 3. cap. 16. ex Persio ita scribentis Satyra 6. ad Bassum Cæsium.

—postquam sapere vrbi
Cum pipere, & palmis venit—

Tanquam sapientia, inquit, cum saporis mercibus fuerit inuenta. Quomodo & alter Satyricus Iuuen. Sat. 3. dixit

Aduectus Romam, quo pruna, & coctana vento.

Gul. Cant. libro tertio nou. lect. capite trigesimo obseruat, non aptè dictas esse saporis merces. Certè saporis merces, inquit, nunquam dubitabo Lactantium dicere voluisse, cuius viri nomen per multis haud est ignotum. Huic ego non consentio. Quid enim habet aut inepti, aut absurdi saporis merces dicere, pro iis mercibus, quæ constant rebus iis, quibus sapor ci-

F bis conciliatur ad gustus oblectationem? quis vero sit iste vir tam notus Cantero sapor, ignoro: nisi Persa quispiam, vel Rex Persarum à Græcis σατράπης, siue ἀζάρης appellatus, vt merces Persicas velit intelligere, quod nullo modo ei dandum.

Aedui parum fideles Romanis, cum de defectione consilia agitarent, bona etiam Romanorum diripuerunt, cædes fecerunt, in seruitutem multos abstraxerunt, & Romanis victoriam, quam in manibus habebant, interruperunt. Hoc postremum ita Cæsar exponit. Cum acerrimè cominus pugnaretur, hostes loco, & numero, nostri virtute confiderent: subito sunt Aedui visi ab latere nostris aperto: quos Cæsar ab dextra parte alio ascensu manus distinendæ caussa miserat: ij similitudine armorum vehementer nostros perterruerunt: ac tametsi

G dextris humeris exertis animaduertebantur, quod insigne pacatis esse consueuerat, tamen id ipsum sui fallendi caussa milites ab hostibus factum existimabant. Hunc totum locum, qui est septimo libro de bello Gallico non attingunt Interpretes: solus P. Man. asteriscis duobus notat, vt animaduersione dignum.

Ego ita accipio. Cum signum dedisset prælij Cæsar, vt nuper exposuerat, & ab dextra parte Aeduos remisisset, vel; ne suspectos videretur habere: vel potius, quia suspectos habebat, ne impedimento essent victoriæ suorum: ipsi inter belli ardorem se ostenderunt magno Romanis pauore iniecto.

Illud autem manus distinendæ caussa, sic intelligo, consilium fuisse Cæsaris, vt remissi Aedui, id est, eorum manus, & copiæ, à prælio abstinerent, neque cum suis Gallis coniungerentur, neque essent cum Romanis.

Quam esse veram sententiam lectio Codicis alterius confirmat, quæ habet, distrahendæ, quod Augustinus Vrtica Italicè vertens non intellexit, sic enim conuertit. In tanto per fianco delle nostre gente furono veduti gli Edui, liquali Cesare haueua mandato per l'altra costa del monte ad intratener l'hoste. H

Illud item dextris humeris exertis non videtur carere mendo: nam superfluit vox illa humeris, quid enim hic? dextras attollere nunc etiam fidei, pacis, opis, socij aduentus est signum, præsertim cùm dextræ dantur Virg. Aeneid. 4.

—En dextra fidesq,
Quam secum patrios aiunt portare penates.

Et lib. 8. Palinurus.

Da dextram misero & tecum me tolle per vndas.

Tacitus libro primo histor. miserat ciuitas Lingonum vetere instituto dona legionibus dextras hospitij insigne. libro decimo quinto Annalium. sed pedes vterq; Rex Tyridates, & Corbulo dextras miscuere. Apud Ammianum Marc. I libro vigesimo primo. Nebridius ad Iulianum profugus, vt sibi dextram porrigat leuandi timoris caussa, & in argumentum veniæ precatur.

Nummus apud Pier. Hierogl. libro tricesimo quinto. M. Catonis Propr. habetur, in quo victoria sedens manum porrigit pacis signum. Alter Alexandri Aug. in quo simulacrum læua hastæ innixum dextra porrecta.

Idem mos Persarum, quem ita narrat Iosippus à Lipsio in decimo quarto Annalium. Taciti productus Græcè, qui Latinè sic loquitur. Artabanus per deos patrios iurabat, se nulla eis re nociturum, & dextram porrigebat, quod maximum est apud omnes eius loci Barbaros fiduciæ exemplum: sic enim bene sperare iubent, quibus cum agunt: neque ita dextris datis ab eo illorum quisquam falleretur: nec vero qui accepissent, etiam si qua re offendisse in suspicionem forent, tali securitate præstita mali quicquam formidare possent.

Addit ex libro secundo de rebus Græc. aliud recentioris scriptoris testimonium, hoc est, Metonis. Vbi item pacatis vulgo legitur. Codex K

quidam

quidam Florentinus paratum minus bene habet.

a Sane Græcis & Barbaris finiſtra inauſpicata fuiſſe, & ſigna infortuniorum, dextra verò felicia,& fortunata ex antiquiſsimo conſtat auctore Homero,& Euſt. demonſtrat in 1.lib.Iliad. ad illud, καί μιν γουνάσομαι de precibus Thetidis ad Iouem. Vt & in 10.lib.

Hinc δεξιὸς ὄρνις, dextra auis, quæ auſpicata, & ab oriente ſole volans. δεξιοὶ, id eſt, dextri quoque ſignificant ἀγαθοὺς bonos, vt idem in 1. Vlix. libro docet à δεξιοῦσθαι, ὅ ἐστι φιλοφρονεῖσθαι, hoc eſt, humanum, & benignum eſſe: ex quo δεξιοῦσθαι, & δεξιώσεις amicitiæ eſt, & concordiæ ſignum, & δεξιῶν συμβολή, id eſt, complexio, & coniunctio dextrarum argumentum eſt fidei.

Hinc illa eiuſdem citati 1. libri Iliad. in orat. thetidis, de titibus, ſiue geſtibus in Ioue orando, hoc eſt, capite, ac mento prehendendo, quin etiam dextra manu, & genibus, quæ apud illum per te leges, vt & in primo Vlix. ad illud χεῖρ' ἕλε δεξιτερήν, & ſexto Iliad. cum de commutatione agitur inter ſe armorum Glauci ac Diomedis ad illum verſum.

χεῖράς τ' ἀλλήλων λαβέτην, καὶ πιστώσαντο.

In quo item obſeruandum morem alterum prehendendi manum non vola, ſed carpo ſine ſcilicet manus, qua brachio iungitur, ab Homero traditum libro Iliadis poſtremo pene extremo: fingit enim ſic prehenſam ab Achille Priami manum. B Emerſimus penè ex Augeæ ſtabulo, ſed litterario, non Herculeo, ſed Lælij: & feliciter emerſimus.





HORA-



HORARVM SVBSECIVARVM LAELII BISCIOLAE MVTINENSIS SOCIETATIS IESV

LIBER XIV.

Quibusnam partibus virtus constet, & vitium ex Pythagoreorum doctrina.

CAPVT I.

A PIACVLVM est semper curiosa sectari: quamquam & hæc nostra magistris etiam, ac docturibus vtilia crant, & fructuosa non modo Tyronibus; sed cum veterum libros volutamus, cum iucundis vtilia etiam recognoscimus, quæ communicare cum plurimis laudi tribuendum.

Viridarium est Ioanni Stobæi liber amœnissimum, cui ne Hesperidum quidem, non modo Alcinoi possunt horti conferri: hi oculos delectant corporis, illud verò animum sensu voluptatis afficit suauissimo. Primum eius caput quasi horti est areola περὶ ἀρετῆς, id est, de virtute, in qua sita sunt omnia hominis bona, quæ verè sunt bona: ὅρος θεῶ νόμος, inquit Pythagoras, ἀρετὰν ἦμεν τὸ ἰσχύον μόνον, τὰ δ' ἄλλα λῆρον, Id est; hæc Dei lex est, vt omnia in virtute sint posita, cetera nugæ.

Ergo Pythagoræ discipuli, vt summam quandam totius virtutis haberemus, in quam intuētes excolendis animi partibus commodius insisteremus, aiunt libro de virtutibus. Hi sunt Clinias, ac Theages, tribus perfici virtutem, seu tres eius esse tanquam fontes λόγον, siue γνῶμαν, id est,
B rationem siue cognitionem, προαίρεσιν, id est, electionem, consilium, aut propositum: δύναμιν, id est, potentiam, siue facultatem: quamlibet harum trium siue proprietatem, siue conditionum per se definiunt, non quidem esse virtutem, sed caussam virtutis: tum verò effici, conflarique virtutem, cum hæc tria mutuo quasi nexu implicata in animum conuenerint: vitium autem, cum disiuncta inter se, atque diuulsa: sic verò declarant. Ratio, siue cognitio est, qua res contemplamur, & iudicamus: propositum seu voluntas est, quasi manus animi, qua videlicet res ipsas aggredimur, & quodam modo apprehendimus: facultas, siue potentia, vt robur in corpore, qua scilicet perstamus, & rebus immoramur.

In hæc porrò tria animum nostrum partiuntur, vt ferè partiuntur omnes. In rationem, siue ratiocinationem, vim irascendi, & vim concupiscendi: ac ratio quidem imperium tenet intelligentiæ: ius irascendi, roboris: vis concupiscendi, cupiditatis. Tolerantiam hinc nasci, & continentiam, cum ratio sibi partes animi ratione carentes subiugauit: illamque in perferendis laboribus, hanc in voluptatibus aspernandis esse sitam: cum verò hæ partes rationis expertes rationem superarint, tum exoriri mollitiem, & incontinentiam tolerantiæ, & continentiæ planè contrarias: hac enim succumbimus voluptatibus, illa refugimus labores: quod si cupiditas rationem sequatur ducem, effici temperantiam: irascendi vis si rationem amplectatur, oriri fortitudinem: & cum præstantior animæ pars imperat, paret inferior, illa dux est, ista consequitur, & ambæ inter se conueniunt, & conspirant, virtus efficitur, & omne genus honestatis. Iustitiam autem esse, quasi virtutem quandam vniuersam, & communem, quæ inter se vitia animi, virtutesque distinguit: quæ sanè totam vniuersi copulat societatem, & communionem rerum inter se humanarum efficit, ac diuinarum.

D Addunt, cum virtus in iudicando, & contemplando versatur, esse prudentiam: dum ita durat, vt à iucundis, & ab iis, quę animum voluptatis sensu titillant, sese abducit, esse temperantiam: videtur de esse, dum grauia perpetitur, neque arduis terretur, existere fortitudinem: cum à lucro non vincitur, & alterius abstinet damno, oriri iustitiam: cuius secundum rectam rationem constitutio, fit decorum; aberratio verò à ratione, fit præuaricatio.

Decorum

Decorum autem est, inquiunt, quod decet fieri, cui neque addi quicquam possit, nec auferri: indecori, siue declinationis abeo, quod decet, formas duas constituunt: alteram in eo quod nimium est: alteram, in eo, quod parum: & virtutem esse habitum quemdam decori, siue eius, quod decet, quod & medium quiddam est, & extremum. Nam medium, quia sunt inter parum, & nimium: extremum, quia adiungi nihil potest, nihil adimi. sanè præclarè.

Vin' qui Græcè nosti, liberaliter tibi dem verba Græca, & quidem lingua Dorica exarata à sapientissimis Philosophis, ne huic scriptioni de virtute functio desit, actioque virtutis? ad extremum recurre voluminis, *A* eadem penè & fusius explicata leges apud Theagem in eodem Stob. ne te morer describendo. Tu morare in eo legendo, ac meditando, & verò magis exercendo, melius quàm vllus vnquam vetus Pythagoreus Philosophus, qui vt Christianus ope diuinæ gratiæ, & robustior esse ad exequendum, & & paratior ad intelligendum, potes: ad alium E transeo, qui breuius loquitur, ac fortasse dulcius.

Hic tertius est Pythagoreus Metopus Metapontinus, vt intelligas hæc ex penu esse deprompta Pythagoræ magistri. Addit Metopus hanc bipertitam diuisionem. virtutum chorus ex omnibus animæ partibus conficitur, ortus item, constitutioque virtutum. Duæ porrò sunt præcipuæ animi partes. vna quidem rationis particeps, altera ratione carens: hac impellimur, & appetimus: illa discernimus, & contemplamur: eæ vel inter se consentiunt, vel dissentiunt, & hoc, vel propter id, quod parum est, vel propter id, quod nimium est: cùm prius voluntatem dixisset tertiam illam rem, ex qua conflatur virtus, ex intellectu constare, & appetitu: dux videlicet ratio est, atque intellectus, ipsa verò est quasi rationalis appetitus, vt ex Aristot. doctrina S. Thomas F appellauit. *B*

Adiungit necessariò virtutem omnem tria hæc habere, rationem, potestatem, electionem: rationem quidem, qua iudicat, & contemplatur: potestatem, qua apprehendit, & obtinet: electionem, qua diligit, atque amat: quæ tria partibus animi accommodat intelligentis, concupiscentis, irascentis: quamquam constituens duas, hoc est, id quod rationis particeps, & rationis expers: illo, inquit, iudicamus, & contemplamur: hoc impellimur, & concupiscimus: quæ duo mutuò sibi aut consentiunt, aut dissentiunt: pugna verò, & dissensio in ipsis fit vel per excessum, vel per defectum, hoc est, per id quod nimium est, & per id quod parum est. Exponitque eodem planè modo, quo superiores Clinias, & Theages: prius autem dixerat voluntatem constare ex intellectu, & appetitu: cognoscique posse multitudinem virtutum omnium ex partibus animi, & pariter earum generationem, & constitutionem.

Nicolai Damasceni præclara de orbe disciplinarum sententia venusta comparatione explicata.

CAPVT II.



MAGNVM fuit Nicolai Damasceni ingenium, doctrina magna, & animus ad omnes bonas artes, ac disciplinas à puero valdè propensus, *A* quas omnes & studiosè est persecutus, & absque mercede reliquis enucleandas putauit, ne ex liberalibus ancillas efficeret, ac mechanicas; & quod ei displicebat in cæteris, ipse non admitteret. Præclara igitur eius est comparatio Encycopædiæ cum peregrinatione.

Vt enim, inquit, apud Suid. qui longam peregrinationem susceperunt, nunc in locum vnũ diuertunt, & aliquandiu morantur, in alio ptandent tantùm: nunc plures dies alicubi cõsciunt: regiones nonnullas obiter contemplantur, in nonnullis diutius conquiescunt: demum reuertuntur in patriam, ac paternam domum: ita nõnullis in studiis longius terendum tempus; alia breuius tractanda: horum quasdam tantùm partes, & capita alia vniuersa, & à primis vsque elementis perdiscenda: & cùm ex omnibus quod vtile futurum est, decerpserint, qui discunt; tamquam in patriam ad paternam domum redeundum, hoc est, ad philosophiam.

Addit ob hanc eruditionis, & doctrinæ varietatem iure à Theologis plures & inuentas, & confictas musas fuisse, quæ videlicet præsident doctrinæ. Ita ille apud Suidam, vt Græcè legas iucundè ad extremum volumen, quod non ita eleganter, ac tersè reddidi latinè. *A*

Præclarè Budæus explicauit rem suam agens; ego ad Theologiam nunc traducerem, cui cæteræ artes, & scientiæ, quasi pedissequæ, debeot ancillari.



Ouis appellationem in bonam, ac malam partem sumi: cur ita vocati quidam, Dionis, Tac. Plut. in eo discrimen.

CAPVT III.

A VIVM, & peeudnm appellatione veniunr prr similitudinem indo-&i, stolidi, stupidiquemortales. Sic Arist. Vespis, conuenire pecora simul sedentia per ludibrium dixit Atbenienses, genus homluum vanum, & in capiendis consiliis malè fortuuatum προβάτων, seu potius δυσβούλων, quorum scilicet δυσβουλία abiit in prouerbium. Ita senes stultos Plautus Baceb. act. 5. scena 2. quis has huc oues adegit? Nic. senex rrspondet, oues nos vocant pessimæ.

Hiuc προβάτων ἦθος. ouium mos, de stolido: sic ouis vitam προβατίου βίον Pluto accepit Aristophan. quomodo & Dantes noster eecinit in comœdia de vulgo mortalium, pecore matte: & Boccacius in Philocolo pro goffo dixit peecorone, & pro goffaggiue, pecoraggine. Quamquam alij explicant, bestialita.

Hue pertinet Cyniei Diogenis apud Laert. lib. 6. dictetium in diuitem indoctum, cùm eum vocauir aurei velleris pecudem χρυσόμαλλον, quamquam malè 1. Apoph. libt. Erasmus legit χρυσόμηλον auream ouem, quomodo & Pietius.

Idem & in sacria litteris notauit significari Adamantius Origen. hom. 27. in Num. eùm ait,
B cùm stultitia abiicirur, tunc ouem sacrari Deo: Ita Ps. 118. Errani, sicut ouis, quæ periit. & 1. Pet. 2. eratis sicut oues erranies. nam Arist. 9. de histor. anim. c. 3. genus, inquit, ouile amens, & moribus stolidissimis; quippe omnium quadrupedum ineptissimnm.

Et aliis tamen locis in bonam partem sumitur, vt Isa. 53. sicut ouis ad oecisionem ducetut, &c. & Io. 10. oues meæ vocem meam audiunt. & Matth. 25. statuet quidem oues à dextris, &c. propter simplicem, mitemque naturam. Ita Fabius eunctator adolescens ob morum bonitatē, & ingenij grauitatem, siue lenitatem potius, oniculanominatus, auctore initio eius vitæ Plut. quippe, inquit, sedatum ingenium eius, & taciturnitas, magnaque in fruendis puerilibns oblectamentis cautio, tarditas, ac labor in percipieudis litteris, facilitas, & obseqnium aduersus sodales stultitiæ opinionem ei, & ignauiæ apud ignotos præbuit.

Quamquam libt. 10. Hieroglyph. Pietius in
C malam partem accipit, opinor ex hoc loco Plnt. ita C. Cęsar Caligula Iunium Sillanum peeudem auream solitus erat probti causà appellare, vt initio lib. 13. ann. Tac. accipit: tametsi Dio honoris, & laudis fuisse existimet, sed falsò lib. 56.

Quo loco obiter notandum μνημονικὸν ἁμάρτημα, hoc est, memoriæ erratum Tac. ipso eiusti libri initio. Prima, inquit, nouo principatu mors Iunij Sillani procos. Asiæ ignato Nerone per dolum Agrippinę patatur, non quia ingrnij violentia exitum irritauerit signis, & domiuationibns aliis fastiditus, adeò vt C. Cæsat pecudem anream enm appellare sollitus sit, &c. nam constat ex Dione, non hunc M. Sillanum, sed alterum Caligulæ socrrum ita nominatum, qurm etiam occidit, vt idem habet Dio, & Suet. in Calig. cap. 11. & 23. à quo formidatum, enm Aphricam obtineret, scribit Tac. lib. hist. 4.

Verba Dionis Latina accipe libro cit. Græcè tamen habetnr 58. eius verò socer M. Sillanus neqne quicqnam promittens, neque intans, tamen quia illi grauis ob virtutrm, &c. ad necem scilicet compnlsus fnit. Mox. Cains autem cum enm magnis aliis affecisset contumeliia, rametsi de eo tam benè sentiens, vt aureum illnm pecudem, siue onem nominaret, &c.

Vt enim verius Dio scribat, ætas facit Sillani eius, qui cum Asiam obtineret post consulatum, vt Plin. loquitur lib. 7. nat. hist. cap. 13. Nrronis Principis successione, veneno eius interemptus est. Natus est enim anno, quo excessit è vita Augustns neptis eins nepos, à quo ad hunc vsque diem tantum funt anni 40. Non ergò ea ætate potuit esse, vt adolescens dicatur.

Terram almam vocari, cur? doctorum pronunciatis, & experientia declaratum.

CAPVT IV.

ELLVRSM Deam dicimus, terram verò elementum S. Isid. libr. orig. 8. cap. postremo. siue terram, siue tellurem, almam & Poetę celebrant, & philosophi, cæteriq; viri docti, & vulgi hæc est conceptio. Virg. lib. 1. Georg. A

Liber & alma Ceres. —

Vt ante eum Lucillius. Lurretius lib. 2.

Omnibus ille idem Pater est, vnde alma liquentes
Humorum guttas Mater cum Terra recepit.

Vt Græci Παμμήτειρα celebraut, & Virgil. 6. Aen. omniparentem. vt aute T. Lucr. libr. 5. quomodo & idem Lucr. lib. 2. dixit:

— *Liquor almus aquarum.*

Et:

— *Fructum dulcedinis alma.*

Sic Ouid. lib. 2. Metam.

Sustulit omnitenens collo tenus arida tellus.

Rursus ad Messalam Virg.

— *Non illa quidem communis alumna*
Omnibus iniecta tellus tumulabit arena.

Cicer. pro L. Flaeco vocat parentem, & altricem pro A. Cluentio. Matrem omnium, hoc est, quæ

alit,

alit, nutrit, fouet omnia. Et curolim, vt est apud Arnob lib. 3. & 6. Mammosa Ceres pingebatur, nisi quia alma, scilicet ab vbere glebæ, vt Virgil. cauit lib. 3. Aeneid. Eadem Diana Ephesia multimammia, cur, nisi quia Terræ symbolum omnia parientis, educantis, & nutrientis? & Plin. libro 3. cap. 5. de Italia Terra, inquit, omnium terrarum alumna, eadem & parens numine Deûm electa.

Δημήτηρ, inquit in Cratylo Plato, διδοῦσα ὡς μήτηρ, id est, quæ dat vt Mater; siue vt Grammatici γῆ μήτηρ, Terra Mater. Latinè Ceres, quasi geres à gerendis frugibus, vt 1. & 2. de nat. Deor. lib. prodit Cicero, siue, vt Isid. lib. citat. à creandis frugibus: hinc frugiferens appellata l. 1. initio à T. Lucret. Eadem Rhea, quòd facilè germina emittat. Ops, quòd opere melior fiat Terra, siue, quia opitulatur omnibus, & Deûm Mater: Proserpina, quòd ex ea proserpant fruges. Vesta, quòd herbis, & variis vestita sit rebus, siue à vi sua stando, centrum enim Mater magna: Mater, quòd plurima pariat: magna, quòd cibum gignat: potius, quòd omnia contineat.

Eius effigies, aut simulacrum cum claui fingitur, quia tellus hieme clauditur, vere aperitur vt fruges nascantur. Cum tympano, quia orbis, Terra, curru vecta, quia pendet: ita in sacris litteris Iob. 26. Qui appendit Terram super nihilum: rotis sustinetur, quia mundus rotatur, & volubilis est. Subiecti leones currum trahunt, quia nullum est genus Terræ tam durum, ac ferum, quòd non subigi, colique possit: Turrita, hoc est, gestans coronam Turris instar in capite, quia Terræ impositæ Ciuitates, & Oppida: circum sedes vatiæ, quòd omnia mouentur ipsa immota; Galli, id est, Eunuchi, eius serui, quòd semen omnibus Terræ ministrat: Ministri Corybantes strictis gladiis, quòd pro sua Terra quisque pugnat. Cymbalorum hinc inde sonitus, ferramentorum strepitum indicat in agro colendo. Hæc & plura Varro apud S. Aug. lib. 7. de ciuit. Dei c. 24. & ad terram Deas omnes alias reuocat.

Quòd autem Terra grauidetur aquis, propterea Iunonem appellarunt quasi aquam, & terram Poëtæ, quòd horum duorum permistione vniuersa gignuntur. Hæc omnia Ouid. aliter, vt Poëta lib. 4. Fast. Mendacia mendacius interpretatur.

Quia verò Deorum est iuuare, Deam finxerunt prisci homines, esse magnam Deam, & Matrem Deûm, quia maxima è Terra mortales capiunt emolumenta: Neque vt Plotinus voluit, quòd anima sit predita, sed potius, vt Chalcidius in Tim. Plat. quòd omnium animantium, immò
D & viuentium capax locus, vt paulò ante notaui, siue, quia puncti rationem habet, quod suapte natura omni magnitudine antiquius: siue, quòd ea quæ stant, iis, quæ mouentur, præeunt, terra autem immota, propterea ἑστία, vt obseruatum est à Schol. Theog. Hesiod. quia medium tenet orbis totius, & caussa est στάσεως & μονῆς, id est, status, & firmitatis. Axioma enim physicorum πᾶν τὸ κινούμενον περί τι ἀκίνητον κινεῖται. Omne quod mouetur circa aliquid non motum mouetur.

Ita Pythagorici Terram celebrarunt, vt Iouis Turrim, & custodiam ζηνὸς πύργον, ἢ φυλακήν. & quia pascit omnia, & cibos omnibus ministrat, ἑστίαν sunt qui velint appellatam ab ἐσθίειν, id est, comedendo: nam & Homero est ζείδωρος vitæ, & victus datrix, quo vita sustentatur: licet pro Igne ab Ouid. 6. lib. Fast. & aliis accepta. Consule S. Aug. lib. 4. de ciuit. Dei cap. 10.

Et medium esse mundi chorum Platonici opinabātur, à medio enim communio, siue communicatio est commodior. Lege Cæl. Rhod. lib. ant. lect. 1. cap. 4. Hinc à Menandro Iusta nominata tum propter hoc, tum quia tantumdem reddit quantum accepit, & amplius. Ita ἰσόρροπος Græcis, & Sex. Propert.

Quantum nulla tua fuerit mihi Cynthia forma
Gratior, & Tellus hoc ita iusta finat.

Sacra propter fecunditatem: sic & Insula Thera à Pindaro celebrata, quia πολυσίτος, & πολύκαρπος. E
Quemadmodum autem ignotos, & subitò extantes viros illustres è cœlo venisse dicere consueuimus, vt Iuu. sat. 2.

Tertius è Cœlo cecidit Cato. —

Ita ignobiles, terræ filios nominamus. Persius sat. postrema extrema:

— *Prestò mihi Manius heres*
Progenies terræ. —
Mox:
Terra est iam filius.

Hinc illa Tertulliani oratio Apol. sed enim Cœlum, & Terram, Patrem, ac Matrem honoris gratia, & venerationis rectè appellarit vnusquisque, & Cæcilij Min. lib. de orthogr. ignobiles, & quorum ignoremus genus Terræ filios Cicero, & alij nuncupant. Tam est liberalis & munifica Terra, neminem vt repudiet: ea re olim vt lati Deam pectoris, hoc est, βαθύστερνον, cultam Pausl. libr. 7. id est, in Achaicis, prodit: hinc & gremium habere dicitur, vt à T. Lucr. lib. 6.

— *Multasque lacus, multasque lacunas*
In gremio gerere. —

Et communis appellatur Mater. Inde Sanaz. noster. O Madre vniuersal benigna Terra. Et eius fanum commemorat idem Paus. vt Templum Telluris puerorum nutricis libro 1. hoc est, in Att. & F
Gæum locus olim fuit, vbi Terræ ara, & oraculū, vt idem refert in Eliac. prior. hoc est, lib. 5. Et quidem oraculum Telluris Delphicum prius fuit, quàm Appollinis, aut Phœbi, vt idem lib. 10. asserit, hoc est, in Phoc. cuius & Templi meminit lib. 1. citat. sub nomine Magnæ Deæ.

Iam verò M. Brutus, qui primus hoc nomen adeptus in Iuniorum familiam intulit, vt est apud T. Liuium libr. 1. cùm oraculo moniti legati fuissent, cæterorum dominum futurum illum, qui primus in Patriam reuersus osculum Matri

obtulisset. cùm reliqui Matres suas oscularentur, ipse humi cadens Terræ communi omnium parenti osculum infixit.

Neque tamen illi rectè opinati, qui homines, cæteraq; animantia sine vllo artifice, aut semine, si principem generis nostri demas Adamum è Terra orta esse censuerunt: ex quo illud est Virg. 2. Georg. quod Lactant. lib. 2. cap. 11. recitat. Terrea progenies duris caput extulit aruis. Ouid. lib. Metam. 1. fusius, & fabulosè tamen:

Magna parens Terra est, lapides in corpore Terræ
Ossa reor dici, iacere hos post terga iubemur. Et mox:
Ossaq; post tergum magnæ iactate parentis
Iussos lapides sua post vestigia mittunt.

Vt priùs Lucr. lib. 5.

G *Et genus humanum multo fuit illud in aruis,*
Durius vt decuit, Tellus quod dura creasset.

Lege B. Greg. Nyss. de Beatitud. & si nos à terra, atq; è terra, vt à matre, quadantenus gigni verè potest affirmari; quid ni verè item dici possit eandem nos mortuos, vt benignam Matrem suo recipere sinu, & gremio? non vereor hoc affirmare, cùm certissimo Dei confirmet oraculo, Eccle. 40. Occupatio magna creata est omnibus hominibus, & iugum graue super filios Adam, à die exitus de ventre matris eorum, vsque in diem sepulturæ matris omnium: ex eo illud Iobi intelligitur cap. 1. nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc, hoc est, ab vtero matris propriæ in ventrem matris communis.

Ad hanc rem fabulam ex Varr. ingeniosè transtulit lib. de ciuit. Dei. 7. cap. 19. S. Aug. Saturni liberos vorantis Saturnum, inquit, dixerunt quæ ex eo nata essent, deuorare solitum, eo quod semina, vnde nascerentur, redirent: & quod illi pro Ioue gleba obiecta esset deuoranda, significat manibus humanis obrui, serendo fruges, antequam vtilitas arandi inuenta esset. Saturnus ergò dici debuit ipsa terra, nō semina: ipsa enim
H quodammodo deuorat, quæ genuerit, cùm ex ea nata semina, in eam rursus recipienda redierint, &c. id & de animalium, hominumq; corporibus asserendum, vt asserit Ecclesiasticus, & ipsemet Deus. Gen. 3. Donec reuertaris in terram, è qua sumtus es. illum verò Iobi locum sic interpretatur S. Hier. ep. ad Tarasiam; & prius orat. de mortalitate S. Cypr. aliique: & eleganter demonstrat S. Greg. Nyss. orat. de dormientibus ex loco Eccles. producto. nam quasi vterus terræ est sepulcrum, quo Terra mater cadauer, vt semen recipit mortuum, quod in resurrectione reddat viuum, quasi nouum fetum. ita Lucr. libro 5. commune vocat sepulcrum Terram:

Præterea pro parte sua quodcunq; alit, auget,
Redditur, & quoniam dubio procul esse videtur
Omniparens, eadem rerum commune sepulcrum.

Ita Varro lib. 4. de l. l. de Ope siue terra: hęc enim, inquit, terris gentes omnes peperit, & resumit denuò, quæ dat cibaria, vt ait Ennius, &c. Sic Luc. lib. 7. Phars.

— Capit omnia tellus
Quæ genuit. —

Et Eurip. apud Cic. 3. Tuscul. reddenda est terræ terra. Et Hor. Oda 7. lib. 4.

Quo pius Aeneas, quo Tullus diues, & Ancus
Puluis & vmbra sumus.

Et imitatus in Heroum tumulis Auson. num. 17. Ductores Danaum puluis, & vmbra sumus. & Bocyl. in sua Parænesi ἀνδρῶν νέκυς ἐσμέν. soluti corpore puluis sumus. & Petrarca noster cap. 1. Triumphi mortis: I

Tutti tornate alla gran' Madre antica
E'l nome vostro à pena si ritroua.

Hinc ille modus loquendi poëtarum, cuius exemplum vnum ex vno Lucr. nunc succurrit l. 4.

— Simulacraq; eorum.
Quorum morte obita tellus amplectitur ossa.

Quare cùm primum nascebatur puer, statim, si vitalis erat, ab obstetrice sublatus in terra statuebatur, vt Varro prodit lib. de Vita Pop. Rom. 2. & 1. de l. l. Opsq; Dea, quæ & ipsa Terra est, inuocabatur, quæ, vt Mater, nascenti esset auxilio, Seru. in 10. Aen. Suet. cap. 5. Aug. & 6. Neron. & notat Festus Pomp. S. verò Aug. præclarè lib 4. c. 10. de ciuit. Dei. in Deum conuersus superstitionem ridēs, & ad Religionē reuocans, ipse, inquit, opem ferat nascentib. excipiens eos sinu terræ, & vocetur Ops: ipse leuet de terra, & vocetur Leuans.

An non etiam Macrob. lib. 1. sat. c. 12. ex sententia Labeonis, Maiam refert esse Terram, cui in sacris Mercurius datur comes; quia vox nascēti homini contactu terræ datur? eadem ops vocatur, quòd ipsius auxilio vita constet: eadem fatua à fando, quòd infantes non prius edant vocem, quam attigerint terram: eadem Fauna à fauendo, quia omnium vsui animantium fauet: eadem & Bona, quia omnium ad victum nobis caussa est bonorum. H

Ita Senec. de morib. infantes terra nudos excipit. Plin. lib. 7. ipso ferè initio hominem tantū nudum, & in nuda humo natali die abiicit ad vagitus. & lib. 2. cap. 65. Terra nos nascentes excipit. atq; hinc loquendi mos ortus, vt nascentes in Terram cadere dicantur, & locum inuenit etiam in sacris litteris. Sapient. 7. Ego natus accepi communem aërem, & in similiter factam decidi terram. Profanas accipe Stat. lib. 1. syluar.

— Tellure cadentem
Excepi fouiq; sinu. —

Lib. 3. C. de Postu. Iustin. postumum, inquit, qui viuus perfectè natus est, licet illicò postquam in terram cecidit, vel manibus obstetricis decessit, testamentum rumpere.

Hic mos Aethiopum referendus apud M. A. Sabell. to. 2. Ennead. 10. lib. 8. ante principes atq; antistites non modo crucem deferentium, sed vas item aureum terra plenum: & Mexicanos refert Popelinerius lib. 2. de tribus mundis Gallicè conscripto, natales habere lugubres, & maxillis infantium calcis frustum immittere, aliquando

in

in puluerem vertendos indicantes. vt initio nostrorum cineralium monet Ecclesia fidelium capitibus cinerem imponens hoc ritu nostrorum. Memento homo, quia puluis es, & in puluerem reuerteris; quem cùm aliquando imposito capiti cinere lanio quidam irrisisset, de repente vociferari cepit, se cineribus præfocari: accurritur à multis, in locum proximum deducitur, in quo nec puluis erat, nec cinis, sed herbæ tantùm, & gramina, nec tamen euasit pœnam miserè, vt clamabat, præfocatus. Cœsarius auctor dist. 6. §. 77. legi alicubi Varronem dicere æuiternam hominum domum tellurem.

Nec inuoluendus silentio mos poëtarum terram, vt anum atq; antiquam matrem vocantium effetam, ac si quasi exhausta, & sterilis effecta nihil, vel certè non tam multa efferret, ac gigneret, quàm consueuerat T. Lucr. lib. 2. penè extremo:

Iamq; adeò fracta est ætas, effetaq; tellus

En tibi caussam:

Vix animalia parua creat, quæ cuncta creauit
Secla, deditq; ferarum ingentia corpora partu.

Nam & mundum omnem senescere multi scripserunt: elegantissimè S. noster Cyprianus lib. de mortalit. & idem Lucr. lib. 5. de origine, & mundi interitu agens.

At verò Iun. Col. initio librorum de re rusti-
M ca hoc non patitur existimari, quamquam dicitur, cuius verba quia pulcherrima sunt, hic necessariò putauit transcribenda. Sæpenumerò ciuitatis nostræ principes audio culpantes modo agrorum insecunditatem, modo Cœli permulta iam tempora noxiam frugibus intemperiem, quosdam etiam prædictas querimonias velut ratione certa mitigantes, quod existiment vbertate nimia prioris æui desatigatum & effetum solum nequire pristina benignitate præbere mortalibus alimenta. Quas ego caussas P. Siluine procul à veritate abesse certum habeo, quòd neque fas est existimare humi naturam, quam primus ille mundi genitor perpetua fecunditate donauit, quasi quodam morbo, sterilitate affectam: neq; prudentis est credere tellurem, quæ diuinam, & æternam iuuentam sortita, communis omnium parens dicta sit, quia & cuncta peperit semper, & deinceps paritura sit, velut hominem consenuisse.

Coronis addatur capiti his S. vatis Ieremiæ verbis ter inclamantis, Terra, Terra, Terra, audi verbum Domini. de terra enim sumtus homo, viuit è Terra, reuertitur in Terram.

Προαίρεσις Aristoteli num sit intentio, siue propositum, electio, siue delectus, studium, & institutum.

CAPVT V.

INITIO 1. Eth. Aristot. ita loquitur, πᾶσα τέχνη, καὶ πᾶσα μέθοδος, ὁμοίως δὲ πρᾶξίς τε, καὶ προαίρεσις ἀγαθοῦ τινὸς ἐφίεσθαι δοκεῖ. vbi & aliis locis prohæresis à quibusdam vertitur studium, & institutum, ab aliis electio, siue delectus; sunt qui inuentionem vertant, qui propositum, siue consilium P. Victorius cum hos libros Florentię explicaret, nullam esse latinam vocem docuit, quæ huic Græcæ responderet: itaque aut Græca semper vtebatur, aut Latina electionis abutendum existimabat, vt semper facit S. Tho. 1. 2. q. 13. tota. ab eo valdè dissentio. A

Primùm, quia prohæresis est eius, qui ex pluribus rebus vnam quamdam tandem post deliberationem elegit, & cæteris prætulit, id est, πρὸ ἑτέρων εἵλετο, vt loquitur Arist. vt & προαιρεῖσθαι dicit, quod præ cæteris eligitur ὡς ὂν πρὸ ἑτέρων αἱρετόν. quomodo posuit quodam loco Rher. simul hæc duo verba προαιρεῖσθαι, & προκρίνειν. Electio verò, B quod scilicet per electionem hic intelligit Victorius veteres secutus interpretes, & politiores delectum vocant, antecedit ipsam prohæresim, quę est id, quod ex ipsa electione sequitur: nam electio, siue delectus est ipsa eligendi actio, prohæresis verò tum demum animo nostro potest insidere. cùm iam hoc, vel illud elegimus.

Deinde nomen hoc electionis est angustius, quàm vt rei, quæ Græco vocabulo notatur, meritò possit accommodari: vt cùm dicebat Cæsar verborum delectum originem esse eloquentiæ, hic delectus electionem huius, vel illius rei simpliciter indicat: sed prohæresis est pluribus rebus, quę sub actionem cadunt, propositis, vnius, quam agamus, & sequamur, cùm diu multumq; deliberauerimus, electio, imò prælectio.

Alterum vocabulum intentio Barbaricum sapit, tametsi Quinctiliano videtur familiare; deinde intentio, vt S. ostendit Thomas 1. 2. q. 12. tota, est propriè finis, non tamen necessario vlti- C
mi, at prohæresis media respicit, atque vt scholasticè loquar, intentio attingit primò terminum, tum terminabilia in ipsum: at prohęresis contra, attingit primò terminabilia, tum verò terminũ, & intentio magis pertinet ad βούλησιν, quæ finis est, quàm prohæresim, quæ eorum est, quæ ad finem ducunt.

Studium, & institutum vocabula sunt, quæ, quòd latissimè pateant, hic habere locum non possunt. superest propositum, & consilium, quæ

duo vocabula magis omnibus possunt significationi prohæreseos conuenire.

Et auctores quidem nonnulli ita consilium admittunt, vt propositum reiiciant, vt Lambinus confutans Perionium: alii ita propositum amplectuntur, vt magis, quàm consilium probent, vt nouus magni thesauri linguæ Græcæ collector. Cur propositum improbent, hæc videtur esse ratio Arist. Lamb. in notis n.3. Ethic. vult prohæresim eorum esse, quæ ad finem pertinent, non autem finem, cùm propositum contra finis sit, vel de fine dicatur: probant Cicer. testimoniis Epist. lib.1. cum omnibus nobis propositum esse debeat cum dignitate otium. Rursus, neque mihi in omni vita tum erit res vlla proposita, quàm vt quotidiè vehementius, te de me optimè meritum esse latere. addunt ex libr. 4. & 5. de finibus alia testimonia, quibus, ostenditur, rem quampiam alicui esse propositam, & habere propositum quasi finem, & extremum. &c. quibus ferè omnibus locis propositum adiectiuè sumitur.

D

Et meo quidem iudicio alius est vsus nominis substantiui propositum, vt cùm dicitur manere in proposito, à proposito deterreri, propositi esse tenax, vtile propositum, quod est, semper in proposito permansisse, id est, in sententia. & proposita sententia Ciceroni videtur idem sonare, quod propositum, vt de off. Catonem ait semper in proposito permansisse. & pro Q. Ligario, quem de suscepta causa, propositaque sententia, inquit, nulla vis, nullum periculum posset depellere.

At proposito, & propositæ sententiæ subest aliqua finis notio, ideoque nec per prohæresim potest exprimi. Tuo te gladio feriam, Lambine: nam consilium tibi eadem ratione repudiandum est, quod proposito anteponis, in illustribus enim exemplis, quæ proponis in schol. in t. & 2. lib. Eth. Arist. in consilio etiam finis ratio latet; quid enim illud Philipp. 11. eo consilio ex Italia profectus est, vt prohiberet Syria Dolobellam? an non illa profectio fuit illi tamquam finis proposita? idem possum cæteris testimoniis obiicere ferè omnibus.

E

Conficitur ergò initium illud Aristotelicum æquè verti commodè posse, omne consilium, siue omne propositum. Cur autem malim propositum, quàm consilium, hæc causa est, quod talis quædam vis videtur sub latina latere præpositione in voce propositum, qualem habere, docet Arist. πρὸ in voce προαίρεσις, cùm idem de προαίρεσις, & προαιρούμεθα intelligendum sit, quod de προαιρεῖν dicit.

Aut enim valdè fallor, aut propositum dicitur quasi antepositum, vt pro in aliis quibusdam compositis ita sumi ignorat nemo. & videntur ostendere hæc Aristotelis loca lib.3. Ethic. cap. 2. vbi docet voluntarium inesse & in puerulis, & in animantibus, non autem prohæresim: & quæ repente fiunt, dicimus voluntaria, non autem secundum prohæresim: A & aliquantò post, quæ ex iracundia fiunt, non videri esse secundum prohæresim. & lib.7. neque bruta habere προαίρεσιν, & λογισμόν. & lib.10. cap. 9. quæritur, inquit, vtrum magis propriè sit virtutis prohæresis, quàm actiones. B vt & lib.3. cap.3. in fine. Rursus lib. 6. cap.2. actionis, principium docet esse prohæresim, ex qua motus, non autem cuius causa: prohæreseos autem appetitum, & rationem, quæ finem spectat: C quibus sanè locis potest vocabuli huius satis superque notio intelligi. F

Credo tamen verbum προαιρεῖσθαι incommodius reddi per consilium capere, & proponere. V.G. docens Arist. βούλησιν esse finis, αἵρεσιν eorum, quæ ad finem pertinent, & veluti ducunt, scribit, benè valere volumus, consilium autem capimos de iis adhibendis rebus, quibus benè valeamus: nam huic interpretationi potest obiici, nos προαιρεῖσθαι, quæ ad valetudinem conseruandam spectant, id est, προαιρεῖσθαι. conuenienter, scilicet, &, quod iam cæperimus, consilio: sicque προαιρεῖσθαι non est consilium capere de illis, sed potius cæpisse ex illis videlicet consectandis, aut amplectendis, aut certo consilio potius capessendis, ad verbum præeligendis his, non illis: & fortasse commodius ita verteremus, benè valere volumus, ea verò nobis proponimus consectanda, vel cæteris antefetimus, per quæ benè valeamus. G

Et illo cap.3. [illegible] id est, de proposito suo certiores eos faciebant & cap.2. vbi dicit [illegible] facere προαιρούμενον, puto hoc participium verti posse per nomen, vt sit προαιρούμενον [illegible] iam certo proposito facere, id est, quod diceremus resoluta mente: quæ tamen interpretationes non omninò implent animom meum.

Qui verò prohæresim vertunt apud Aristot. voluntatem, & putat Victorius in 1. lib. Rhet. Arist. ita à Cicerone conuerti, ab eodem confutantur Arist. cui inter βούλησιν, & προαίρεσιν manifestum est discrimen, vt ex his verbis apparet 1. Rhet. vbi rectè notat Victor. quam βούλησιν Stoici, & Peripatetici nominarunt, Latinos voluntatem appellauisse, vt Cicer. 3. Tusc. & rursus lib.3. Rhet. [illegible]

Nec verò potest prohæresis significare iudicium, quia προαιρεῖσθαι posterius est, quàm [illegible], cum Arist. dicat, quod ex consilio præiudicatur præligi, hoc est, [illegible]

Addam & S. Thomæ testimonium, qui consilium esse decernit 1.2. q.14. art.1. inquisitionem rationis, cùm propositum esse doceat voluntatis deliberatæ. 2.2. q.88. art.1. concludendum, vbi Aristot. angustè, & propriè accipit prohæresim, non posse meliùs Latinè reddi, quàm per consilium, seu propositum potius, aut propositam sententiam. H

Quamquam optimè in 2. Ethic. Lambinus

Cæsaria,

Cæſaris, Cicer. & antiquiorum exemplis [illegible] Latinè non vertendum, conſultare, vt vulgus exiſtimat, ſed conſilium capere demonſtrat. hoc eſt, duobus, aut pluribus, quæ in conſultationem veniant, & de quibus quæratur, vtrum, vel quod eorum agere, aut ſequi præſtet, vnum aliquod potiſsimum ſuſcipere, quod Italicè eſt riſoluerſi, ò accettar certo partito. Nec tamen inficior Ariſtotelem confundere hæc duo.

Mos eorum, qui leges tulerunt communis in aliquod numen referendi exemplis confirmatus, & quam periculoſum ſit aliis imperare.

CAPVT VI.



A T quidem vulgus exiſtimauit, prudentium legiſlatorum mos fuit, vt res eſt, ſallacium, & callidorum, ad leges ſuas & commendandas, & illuſtrandas, eas reuocare ad Deos, ac ſi ipſis inſtitutoribus, & auctoribus tuliſſent. Plenæ ſunt exemplorum hiſtoriæ.

Minos apud Cretenſes propterea Iouis ὀαριστὴς prædicatur ab Homero lib. Vlix. 19. quod cum eo verſari ſe diceret in occultam ſpecum ſecedens, atque inde leges quaſi à Ioue dictatas efferens; quod & Strabo narrat lib. 16. & multis Plato declarat in cognomine Dialogo.

Aegyptij quoque à Mercurio ſe leges accepiſſe ſuas profitentur lib. 14. var. hiſt. Ael. cap. 34. ſed explicatius narrat, vt aiunt quidam, Diodorus lib. 5. cap. 8. Menam quemdam magni animi, & vitæ ſpectatiſsimæ virum poſt Heroum ſæculum leges vt à Mercurio acceptas ipſis tradidiſſe, vt Zatuaſtem, ſiue Zotuaſtem Arianis ſimulato neſcio quo numine.

Ego hæc tantum in Diod. lego 1. lib. de reb. antiq. Iſidem leges Aegyptiis ſtatuiſſe, quibus
B æqua omnib. iuſtitia ſeruaretur vi & iniuria pœnæ timore ſublatis: ita Græcos eam legiferam, vt primam legum inuentricem, appellaſſe: Oſiridem verò maritum, vt repertorem vtiliſsimarum ad vitam hominū rerum, magno in honore Mercurium habuiſſe. *A* Iſidis verò in quadam columna hæc ab eodem poſt multa cōmemoratur inſcriptio. Ego Iſis ſum Regina totius Regionis erudita à Mercurio: & quæcūq; ligaro, nemo poteſt ſoluere. Ego ſum recentiſsimi Saturni Dei filia maximè ſenex. Ego ſum vxor, & ſoror Iſiridis regis; ego ſum, quæ prima fruges hominibus inueni. Ego ſum mater Dei regis, ego ſum, quę in aſtro canis fulgeo, & exorior. A me Bubaſtos ciuitas exædificata. Salue, ſalue Aegypte, quæ me enutriſti. *B*

Eodem lib. 2. c. 1. horum inuentionem ſunt, qui referant ad Iſidem, alij verò ad Menam quemdam antiquiſsimum nomine Aegypti regem, cùm ſacerdotes diſciplinarum, & artium repertorem ſuiſſe Mercurium tradant, & eorum quæ ad vitam ſpectāt, regem. mox adiungit, primū poſt Deos in Aegypto regnaſſe Menam, qui eam gentē Deos colere, & Sacra eis facere docuit, &c. de quo & 4. c. narrat, quòd ſugiēs canes ſuos C
in Myridis paludem conſeruatus ope crocodili, pereumq; delatus in continentem ſuerit, & grati animi ergò condidit Crocodilam vrbem, & Crocodilum pro numine haberi iuſſerit.

Non hoc Herod. l. 4. id. in Melpomene quaſi Deam referēs Dianam, aut Veſtam, ſed alio aſtu, quem ſic narrat, Zamolxin quaſi Dæmonem habitum, fuiſſe verò hominem, qui Pythagoræ in Samo ſeruiuit, ſic Ionicum viuēdi genus, & mores edoctus Thracib. leges dedit, & cum ſe ab eorum conſpectu circiter triennium ſubduxiſſet in ſubterraneo domicilio, quod ſibi extruxerat, deliteſcens, ſe eis tamquam mortuum illum plorātibus rurſus oſtendit: ita fidem inuenit apud eos. Vide & Bonfin. l. 1. Dec. 1. Io. Magnū in Got. hiſt.

Lycurgus apud Lacedæmonios Apollinis conſilium in ferendis legibus ſe profitebatur ſequi, de quo bis verbis in Lacon. Xenophon, quæ ita vertit Philoſophus, ſed & cum alia permulta ſint pulcra Lycurgi inſtituta, quibus legibus ciues obtemperarent, tum & hoc in primis pulcherrimum eſſe puto, ꝙ nō antè multitudini leges tradidit, quàm cum principib. Delphos petens Deum rogaſſet, an eſſet futurum conducibilius, & melius Spartæ, ſi legibus, quas ipſe tuliſſet, obediret: vt de Minoe Maximus Tyr. ſerm. D
22. num diuina ſorte fiat bonus.

Quid de Cretenſib. dicam? nonne eos credere par eſt, quod pulcrè inſtituti à Minone eſſent, virtute delectatos, Minois famam exornare voluiſſe: vnde etiam peruulgarint Iouis illum præcepta hauſiſſe, dum in eius antro, quod adhuc oſtenditur, nouem continuis annis magiſtro Deo ad edifcēdas politicas partes operā daret? Quod fuſius Nicolaus Damaſc. commemorat lib. de morib. Gentium apud Stob. ſerm. 42.

Ita apud Locros Zaleucus Mineruæ. Et diu poſt Chriſtum natum Primiſlaus Ruſticus, quaſi ab vxore Lebuſſa ſatidica, & Deo plena doctus Boëmos legibus ſuis ad manſuetiorem vitam traduxit. Aen. Siluius in hiſt. Boëm.

Idem à Moſe factitatum ad ſeducendos Hebręos profani ſcribunt auctores ſacrarum hiſtoriarum inſcientiſsimi. finxiſſe enim Iao quemdā Deum, qui ſibi leges dictarit. Conſulendi Diodorus Sic. l. de reb. antiq. 1. 2. & 3. Plut. in Lycurgo. E
Valer. Max. lib. 1. c. 3. Polyænus l. 8. Cæl. Lact. l. 1. diuin. inſtit. c. 22. S. Aug. 7. de Ciuit. Dei c. 35. Sabell. lib. 3. Enneadis 2. Volaterr. lib. 34. Antroph.

Penè oblitus eram Numæ Pompilij, qui apud Rom. ſimulans nocturnos ſibi cum Aegeria Dea congreſſus, eius monitu ſe leges dicebat inſtituere ſacrorum, de quo præter citatos T. Liuius lib. 1. & Plut. in Numa.

Execrsbilis fuit, & omnium ſpurciſsimus Mahometes. longo hic vſu columbam aſſuefecerat inditis auri ſuæ granis, vel tritici, vel aliarum frugum, quibus columbæ veſcuntut, vt ex aure cibum ſibi peteret. imponens vulgo Barbarorum illam ſibi conſilia Dei, atque arcana patefacere. Taurum quemdam ita aluerat, vt non alterius, quàm eius manu paſci vellet, huic inter cornua librum peſtilentiſsimę legis, Alcoranum vocant, alligarat, tum occultatum altiore voce euocatus accurrit Taurus, multis curſu deiectis in terram. ac vulneratis, atque ad Mahometis genua accidens in eius ſinum caput demittit, librũ ille quaſi è cœlo demiſſum magno cum honore accepit, & quaſi diuinum ſuis aſſeclis venditauit: hoc item aſtu regium ſibi nomen adſciuit alligata collo ſuæ columbæ ſcheda his aureis literis
F inſcripta. Quicunque Tauro iugum imponet, Rex eſto: demum cum morbo comitiali nebulo vexaretur, quod diuini ad ſe aduolantis nuntij Gabrielis ſplendorem ferre non poſſet, ea ſe idcireò pati ſimulabat. Ita partim Theophanes, & Cedrenus anno Heraclij 21. partim Anaſt. Biblioth. in fragm. hiſt. & Eulog. in art. in Apolog. Gulielmus Lateranenſis Biblioth. apud Io. Cuſpinianum in Cæſaribus ſuis.

Neq; verò ad leges tantum ferendas numinum gratia ementita, ſed ad pupulos etiam ſibi conciliandos, & imperium in eos obtinendum: duob. hoc illuſtribus exemplis poteſt confirmari; altero Q. Sertorij exulis Romani, altero P. Scipionis Afric. Q. enim Sertorius, vt eſt apud Plut. in eo, & Valerium Max. lib. 1. c. 3. a... ligendam Barbarorum in Hiſpania gratiam, & ... militum animos ſibi demerendos, ceruam aluerat candidiſsimam, qua viæ duce ſemper vtebatur, Dianæ aſſerens donum.

T. verò Liuius libr. 26. hac fuiſſe calliditate,
G Africanum ſeniorem commemorat ad res proſperè gerendas, & auctoritatem ſibi Romæ conciliandam, vt ita de eo ſcripſerit. Scipio non veris tantùm virtutibus mirabilis, ſed arte quoq; quadam ab iuuenta in oſtentationẽ earum cõpoſitus pleraq; apud multitudinem aut per nocturnas viſas ſpecies, aut velut diuinitus mente monita, agens, ſiue & ipſi capti quadam ſuperſtitione animi, ſiue vt imperia, conſiliaque velut ſorte oraculi miſſa, ſine cunctatione adſequeretur, ad hęc iam inde ab initio pręparans animos, ex quo togam virilem ſumſit. Vide, quid ambitio faciat.

Modeſtia Regis illius, ac moderatio laudanda magis, cuius nec Valerius lib. 7. c. 2. nec Plut. Apophth. nomen celebrat, cui cum diadema traderetur, inſigne regium, priuſquam capiti imponeret, attentè inſpiciens, in hæc prorupit verba. O nobilem magis, quàm felicem pannum, quem ſi quis penitus agnoſcat tot refertum curis, ne humi quidem tollat iacentẽ, quamquam in libro de ſe. num. vind. Plut. Seleucum fuiſſe hunc indicat, paulò aliter narrans: Stob. ſerm. 47. Antigonum, qui vetulæ eius felicitatem extollenti, ſi noſſes, dixit ô mater, quot malis hic panniculus inuoluatur, ne de ſterquilinio quidem auferres. C

Et ſimile narratur duorum Pontif. Rom. dictum Adriani 4. & Marcelli 2. (cuius Pontificis creati mox. hoc eſt. poſt 25. diem mortui, funus Romæ puer luxi) Adrianus quippe ſolitus erat H dicere, nemo Pontifice Rom. eſt miſerior, eius conditione nulla calamitoſior: totius vitæ ipſius lætitia, & felicitas, ærumna eſt. Romani Pontif. Cathedra circumquaq; ſpinis eſt clauſa, iter vndiq; confertum aculeis: pondus tantæ molis, vt robuſtiſsimos premat, & deiiciat.

Idem vſurpauit Marcellus: & cùm aliquando pranderet, manu feriens menſam, non video, inquit. quomodo qui locum hunc altiſsimum tenent. ſalui eſſe poſsint. Hæc recordentur. & imitari ſtudeant, qui totos vitæ dies, atque annos in aula Rom. conterunt. ne in periculo ſint, non vt ſanctiſsimæ ſedi inſeruiant, ſed vt opulenti fiant.

Viſionis modus an idem ſemper Ariſtoteli placuerit: locus eiuſdem aduerſus Valeſium enucleatus.

CAPVT VII.

NEscio, an qui Ariſtotelem inſpiciendi vim formis quibuſdam ex re oculis obiecta, atque in ipſis recepta A fieri opinantur exiſtimauiſſe, non autem quaſi radiis quibuſdam ex ipſis oculis emiſsis. intus receptionem. & extramiſsionem in ſcholis dicunt, ita vt paſsio ſit potiùs quàm actio, hunc Ariſtotelis obſeruarint locum, in quo facultatem videndi prodire foras affirmat, non autem quidquam intus recipere: obſeruemus nos.

Eſt verò 3. libro Meteor. initio cap. 3. quo de Iridum coloribus. & formis diſputat: Iridem enim refractione fieri cùm docet, ita loquitur, viſus, inquit. ſiue aſpectus ab omnibus fermè reb. læuibus frangitur, vt aëre, & aqua; aëre quidem, vt ita dicam. ſpiſſato, & quaſi concreto; in aqua autem etiam abſque denſatione ex ipſius infirmitate aſpectus: A exemplo probat cuiuſdam, qui oculis erat valdè infirmis, & hebetibus, cui ambulanti ſimulacrum, ſiue imago ſua ſemper videbatur præire, ipſique opponi: cuius effectus hæc erat cauſſa. quòd debilis in eumdem viſus reflectebatur, & quaſi redibat, ac ſi propinquus aër ipſi loco foret ſpeculi. B

Cùm Iridem dixiſſet eſſe *ἀνάκλασιν* refractionem, dicturus qualis nam & quanta, & cur fiat: refractus igitur, inquit, aſpectus videtur ab omnibus corporibus læuibus, qualia ſunt aer, & aqua, &c. adiungens exemplum eius, cui ambulanti ſpecies ſua obiiciebatur.

Id quod etiam Vitellio lib. persp. 10. Theor. 61. cuidam sibi noto accidisse refert equitanti post longam vigiliam, hoc est, virum alium in transitu cuiusdam aquæ, circa quàm valdè crassus erat aër, ei visum secum equitantem, sic vt eo stante, staret alius: eo moto, moueretur alius: & cùm ad aerem serenum venit, alius qui videbatur non amplius visus.

Ecce tibi non reflecti speciem seu formam ab re obiecta ad oculum, sed ipsammet aciem oculorum, contra quam docere solet Aristot. in libris de animo, & vniuersa fermè Aristotelæorum schola: de quo item præclarè Sen. lib. 1. nat. quæst. cap. 3. quo de arcus coloribus disserit, omnis, inquit, circumscripta lænitas, & circumdata suis finibus speculum est, & post multa. Aristoteles, inquit, idem indicat, tantum non hunc Meteor. locum digito indicans. Ab omni, inquit, læuitate acies radios suos replicat, nihil autem leuius C aqua, & aere: ergò etiam ab aere spisso visus noster in nos redit: vbi verò hebes, & infirma est acies, quolibet aeris ictu deficit.

Adiungit ipsum Aristotelis exemplum, & caussam. Quidam hoc genere valetudinis laborant, vt ipsi sibi videantur occurrere, vt vbique imaginem suam cernant. Quare? quia infirma vis oculorum non potest, ne proximum quidem sibi aerem perrumpere, sed resistit. Itaque quod in aliis efficit densus aer, in his facit omnis. satis enim valet qualiscunque ad imbecillem aciem repellendam; longè autem magis visum nostrum nobis remittit, qui crassior est, & peruinci non potest, sed radios inminum nostrorum moratur, & eò, vnde exierint, reflectit.

Ergò rantus secum pugnat Philosophus? Quid ni? homo erat. Excusatur tamen à suis, quod hæc ex aliorum sensu Philosophorum scripserit. Viderint ipsi.

Antipheronti huic fuisse nomen, otenm patriam Arist. lib. de men. cap. 3. prodit. Sanè fictum mihi videtur ex euentu. quia hic se contra se ex visus debilitate ferebat: quod alteri caussa hoc loco videtur assignare, hoc est, extasi cuidam, & phantasiæ, quia non imaginem tamquam imaginem considerabat, siue intuebatur.

Alterum item locum ex lib. 5. de gen. anim cap. 1. C notauit excellenti medicus ingenio, & doctrina Franc. Valesius lib. 2. medic. quæst. cap. 28. in quo summus Philosophus eodem modo visionem fieri docet emissis ex oculo in rem oppositam radiis, qui tamen locus poterat meritò reticeri, quòd nihil ad euertendam faciat Aristotelis opinionem. Quod ita ostendo.

De videndi modis, ac differentiis Philosophus disserit, quas quidem non extra oculum, sed ex ipsomet oculo, atque eius situ petendas indicat: D ex ipso, inquit, oculo pronenir acumen videndi, & exemplo declarat vestis mundæ, in qua vel minimæ emineut, & conspicuæ sunt maculæ: Et vt longinqua cernantur, ex oculorum nascitur situ, vt paulò ante dixerat: addidit ea, quæ oculos habent in cauo positos, longissimè posse intueri, quoniam motus inuasum non dissipatur, sed rectò it tramite, vt iam dixi. citatis philosophi verbis: igitur oculus extra mittit, non intus suscipit. D E

Ita ex his verbis concludit Valesius; nec tamen ita esse concludendum sequentibus verbis monet Arist. Nihil, inquit, attinet, vtrum intuendi vis in eo existat, vt per extramissionem fiat, aut per intus susceptionem ex iis reb*, quæ aspectui obiiciuntur; hoc enim oratio illa Philosophi significat, quam attulimus: id quod minimè Valesius animaduertit, qui tamen rectè demonstrat Galenum à Platone, & Arist. distare in modo, quo visio fit.

Cur assiduè Octauius Aug. ius diceret: Suetonij locus explicatus: Janus, & Japetus vnde appellati.

CAPVT VIII.

ITA Suet. in Aug. cap. 33. ipse ius dixit assiduè, & in noctem non numquam, si parum corpore valeret, A lectica pro tribunali collocata, vel etiam domi cubans. Vt sapiens erat, & bonus princeps, ita principatus origini, atque institutioni sibi putauit esse diligenter respõdendum. Electus verò iam olim Princeps fuit, primum iustitiæ stabiliendæ caussa penè sine legibus, aut imperio.

Quod initio apud Medos factum scribit lib. 1. Herod. narrans fuisse quemdam Deiocum apud Medos, cùm per vicos passim habitarent, sapientẽ virum, & amantẽ iustitiæ: & nescio cuius vici incolæ Medos persuasos tanta hominis virtute constituisse illum omnium controuersiatum iudicem, & iustitia rectè administranda, eum sibi ad regnum viam aperuisse, ac primum ab aliis viris susceptum iudicem, tamdem factũ regem. eius verba in pauca, quia plurima sunt, etiam Græcè, confectam. mox regem communi sententia creatum exponit.

Et ante Herod. Homerus Minoem scribit, atque Aeacum, qui maxima imperia gubernarunt, non alio, quàm iudicis nomine appellatos: vt & 70. viri, qui Remp. Hebræorum administrarunt, Hebraicè Sophtim: quare apud eundẽ Homer. & Hesiod. vetustissimos Poetas, quos aucta B iam Principũ, & Regum potestate, atq; imperio amplificato, recentiores imitati sunt, qui ἄνακτες, ἄνακτες, κοίρανοι dicebantur, & erant, ferè nominantur δικασπόλοι, h. e. qui in iure versantur, sine iuri dicundo dant operã: melius etiam ποιμένες λαῶν appellati, hoc est, pastores populorum, qui titulus non imperium, non dominationem significat, sed curam potius, & gubernationem, atq; in iudicando æquitatem.

Ita

Ita apud Rom. consules eiectis Regibus operam iudiciis exercendis dabant: nam & Liuius, & Varro accensum consulis vtriusque delectum habituri sic loquentem inducit. Omnes Quirites in licium hue visite ad Iudices.

Quare nihil mirum videri debet, si tantus C Princeps Aug. totus in iure dicundo versaretur rerum etiam non magnarum: nam & reliquos Cæsares de rebus leuissimis sępenumerò cognouisse intelligit, qui Suetonium legerit, atque alios; quo ritu nunc etiam Francorum Reges initiantur, hoc primum iurantes instè se iudicaturos.

Noëmum veterem Patriarcham à Poëtis Iani vocabulo celebrari est compertissimum: origo vocabuli non item comperta: cùm autem sacræ literæ nos doceant primum iunentorem fuisse illum vini, Genes. 11. quod Hebreis dicitur Iain, sanè valdè est probabile ex eo nominatum Ianum: eamdem ob caussam Dion. Halicarn. lib. 1. aliique plurimi scriptores, eum vocauerunt Oenotrium à Græco nomine οἶνος, id est, vinum, qui primus in Italiam Colonias duxit, & à quo Italia nomen accepit Oenotriæ.

Iapetus quoque eius filius Etymon habet Hebræum, dilatationem enim significat, ad quam alludens pater eius Genes. 11. vsus est his verbis, dilatet Deus Iaphet: vt iam ridicula sit Græcorum diligentia in comminiscendis huius vocabuli notationibus. nam vel παρὰ τὸ ἰάπτειν, id est, à lædendo, vel παρὰ τὸ ἰᾶσθαι, id est, medendo, vel παρὰ τὸ ἰέναι, καὶ πέτεσθαι, id est, abeundo, & volando vocem duxerunt, omninò superstitiosè.

De pestilentiæ origine obseruatio aduersus Plin. ac de tempore, & efficacitate eius contra quàm idem scribit.

CAPVT IX.



A OBSERVATVM, inquit Plin. libro 7. nat. histo. cap. 50. extremo, à meridianis partibus ad occasum solis pestilentiam semper ire: nec vnquam fere aliter, nisi hieme, nec vt ternos excedat menses: cùm paulò ante scripsisset, senes minimè sentire pestilentiam: quæ enuntiata argumentum huius erunt capitis, vt falsa esse demonstremus.

Ac primum quidem 5. cap. Meth. histor. Io. Bodinus fideliter non descripsit ab ortu ad occasum ferri pestem narrans à Plinio dici, vt in Gallia Narbon, inquit, nostris temporibus est animaduersum. Deinde Annibal Codretus noster hunc locum satis explicauit diligenter, neque tamen viam nobis clausit eiusdem loci illustrandi.

Hoc igitur Plinij pronuntiatum ab ipsomet Plinio arguitur mendacij: narrat enim cap. antecedenti 37. ab Hippocrate venientem ab Illy- B riis pestilentiam prædictam: non ergò pestis à meridianis partibus ad occasum semper it, cum Illyris Epiro, & Macedoniæ finitima, si ratio habeatur Græciæ, in occasu sit: & Amm. Marcell. lib. 22. commemorat Seleuciæ direpto, & aperto templi adyto quodam Chaldæorum tabem exiluisse incurabilium morborum, qui Marci & Veri temporibus ab ipsis Persarum finibus ad vsque Rhenum, & Gallias omnia fœdarit. lib. 19. exercitu Rom. apud Amidam posito, & pestilentia afflicto de tribus differit pestilentiæ generibus. Non multò post ab Aethiopia versus septentrionem pestis dicitur vniuersum penè orbem populata.

Eius rei potest hæc ratio adferri, quod Auster humidas Septentrionis regiones calore afflauit putredinem augente: ac sanè proxima caussa pestilentium morborum in ventorum est varietate sępenumerò posita. qui enim ab Austro spirāt calidi, humidi; à septentrione frigidi: venti autem qui à cardinibus, & Decumanis, ferè spi- C rant leniter, nec efficiunt illam aeris varietatē, vt qui flant à lateribus. Sol enim longissimè à cardinibus abest; quare nec vehementes potest commouere exhalationes: calor solis in Decumanis violentior ventum quidem excitat, sed eius tamen vis cohibetur.

Quo fit, vt vere, atque Autumno ventorum multò sit maior vis, quàm hieme, & æstate. Omnium vehementissimi Corus, & Africus, & his oppositi Aquilo, & Vulturnus: Corus frigidus, & humidissimus: Vulturnus calidus, siccissimus: Africus humidus, & calidus: Aquilo siccus, frigidus: A cardinibus frigidissimi & calidissimi percipiuntur duo, in Decumanis temperatissimi, ab occasu recto Fauonius, sed lenissimè, ac raro spirat, nec ferè nisi sole occidente: subsolanus ab ortu valdè salutaris, & aliquando vehementior Fauonio, præsertim cùm sol ab æquatore discedit: quæ item esse potest caussa locorum inæqualitatis.

Scimus pestem anni 1514. à foro Iulio ad finitimas regiones peruagatam: anno 1524. D in ipsa Italia natam: anno 1576. ex Germania, siue ab Heluetiis importatam anno 1094. ab idibus Octobris ad Aprilem vsque mensem in Belgis perpetuò pluisse narrat Iacobus Meierus in Chron. Fland. mox grauissimam pestilentiam ortam, quæ magnam consumsit partem mortalium, vt anno 1025. natam in Germania cum fame, qua tertia pars hominum confecta, vt Io. Cuspin. aduorauit; quæ sanè pestes à meridianis partibus ad solis occasum non incubuerunt.

Adde, quod in omui ferè tertarum tractu pestiferæ sunt quædam regiones, à quibus aut nunquam, aut rarò pestia auellitur. Nos Itali talem putamus esse Germaniam.

Tolosæ aliquando, & in prouincia, inquit Scalig. exercit. 32. tamdiu perseuerauit, vt septennium superaret. qui certa esse loca scribit, semper huius experta maleficij, qualia ora illa Occidentalis Aethiopiæ, quæ Nigir accolit fluuium, cùm tamen calidissima sit. In Mauritania vastat omnia, vbi remissiores æstus, atque etiam niues locis aliquot. Iam verò in Septentrionales populos adeò tum sæpè, tum vehementer debacchatur, E vt aliquando agros integros exhauriat colonis: sed hæ ferè pestilentiæ non ex aëre sunt infecto, sed ex negligentia mutui conuictus, & contactus.

Secundum pronunciatum Plinij, nec nisi hieme, &c. illa demonstrant falsum esse, quòd quædam loca ferè semper laborant peste: quod multæ pestes triennium durarunt, aliæ septennium, aliæ quinquagesimum superarũt annum, vt illa, quæ commemoratur ab Euagrio sub Iustin. Imper. lib. Ecclesi. histor. 4. cap. 39. & à Nicephoro lib. 17. cap. 18. totum ferè terrarum orbem depasta, quæ nec certo, ac definito tempore cœpit grassari, sed alicubi ineunte hieme, alibi æstate, vel Autumno, aut Vere, *A* & quæ anno Domini 682. Ticinum occupauit tres tantum menses calidissimos Iulium, Augustum, Septembrẽ; de qua Paulus Diaconus libr. 6. de gestis Longob. cap. 2. & quam anno 1006. describit Sigib. in F Chron. vniuersum per orbem diffusam, in qua multò plures perierunt, quàm superstites relicti fuerint.

Iisdem argumentis, atque historiis tertium Plinij repudiatur æstarum ternos menses non excedere.

Falli item in quarto, quod erat, senes minimè sentire, &c. illud probat, quod in pestibus iam commemoratis non excipiantur ab interitu senes: & in ea, quæ nostra ætate Mediolanum afflixit, atque alia loca, scimus multos senes periisse. At cur non? An quia frigidissimi, & siccissimi? calore autem, atque humore gigni pestilentiam. Cur igitur hieme incipiet? cur sæuiente canicula maximè grassabitur, quæ summè est sicca? neq; humiditate semper fit, neque calore, tolleretur enim desiccatione, & frigore: non auferri autem præter experientiã, docuit aduersus Cardanum breuissime Scaliger exercitat. 94. & quamquam siccissimi sunt senes, humore carentes natiuo, atque vtili, sunt humidissimi tamen, quòd humiditate abundent, non bona extrinseca, & aduentitia. Maneat igitur Plinium nimis fuisse credulum, aut scribentis aut loquentis auctoritati.

G Non tacebo extremo hoc capite, quod apud Diod. lib. 4. cap. 14. est vltimum; & Suidam in historico legi; cum Baccho in Indos exercitum ducente, ob ingentes æstus regionis ex pestilentia milites passim interirent, traducto ex plania in montes exercitu, frigidiorum ventorum afflatu, & aquæ potu ex purissimis fontibus salutem consecutos. In Aegypto quoque grassantem sub astro Syrio pestilentiam Iachem quemdam mitigasse, sed incantationibus, vt in Græcia Aristæum impetrato Etesiarum flatu. Porrò Varr. lib. 1. de re rust. cap. 4. lege quomodo Hippocrates, quomodo ipse à peste plurima loca, ac populum magnum liberarit, facillima ratione, te docebit.

Quomodo illud Aristotelicum accipiendum contrariorum eamdem esse vim.

CAPUT X.



Tritum est, ac celebratum in scholia Philosophorum, eamdem esse contrariorum naturam, hoc est, vim, & potestatem. *A* Id ego tribus modis sumi posse existimo. Aut enim de vi ea, quæ inest in ipsis contrariis; aut de ea, qua contraria apprehenduntur; aut de ea, qua efficiunt. Nos docendi causa vim insitam, vim percipientem, vim efficientem nominabimus. A

Si de vi insita sermo fiat, non eadem vis est, ac potestas contrariorum, imò verò contraria, ac repugnans, vt Aristoteles de habitu scripsit initio 5. lib. Ethic. exempli causa, non eadem est vis insita frigori, & calori: frigus enim contrahit, laxat calor: non eadem vis albo & nigro: quoniam oculus noster albo dissipatur, colligitur, nigro: ita cùm de hoc genere potestatis propriè, ac per se agitur, locus est regulæ illi, quæ traditur ab Aristotele primo libro Topicor. contraria de contrariis dicta, esse probabilia.

Si est sermo de vi percipiente; tum verò simpliciter, & absolutè dici potest, eamdem esse vim contrariorum; sic enim eadem facultate cognoscimus album, & nigrum, id est, oculo: consonum, & dissonum, aure: calidum, & frigidum, tactu, &c. de qua potestate sumendus ille principio 5. Ethic. Aristot. locus, in quo hoc affirmatur. facultas enim & scientia, videtur contrariorum eadem esse, quin etiam ob hanc ipsam caussam contrariorum eadem est ars, eademque scientia, vt ait lib. 8. primæ Philosophiæ Arist. *B* non valdè longè à principio.

Cùm verò agitur de potestate efficiente, adhibẽda quędã distinctio est: nã caussa efficiens cõtrariorũ quodã modo est eadẽ, & quodã modo B

non

non eadem; hoc est, eadem quidem genere, sed non eadem specie: E.G. eadem res efficit sanitatē, & morbū, nempe temperatio quatuor humorū, ex quibus corpus est constitutum: sed illam bona efficit temperatio, hanc verò mala: sic efficiendæ virtutis, & vitij eadem inre facultas est collocata, id est, in consuetudine, neque tamen vna, eademque consuetudo vitiosum efficiet, ac probum hominum, sed contraria, sic intelligendus ille Arist. sermo.2. Rhet. eadem enim potentia contrariorum contraria: in quo P. Victorius cæcutiuit mendum non animaduertens codicis: legendum enim ἡ ἐναντία, non, vt vulgò legitur, ἢ ἐναντία.

C Quod si vna, eademque aut specie, aut etiam numero res vim in se efficiendi contraria dicatur continere, id necesse erit, contingat non in eodem subiecto, ὑποκείμενον Græci dicunt, vel si idem sit, non eodem tamen erit affectum modo: siue contraria illa non eadem ratione affieientur, siue non eodem quasi instrumento. Exemplo res illustretur. Idem ignis, & adstringit, & laxat, adstringit fortasse corium, glaciem verò, aut ceram laxat. Aestua appetentiam rerum auget Venerearum, & minuit, sed minuit in viris, auget in feminis. Ebrietas alij garrulitatem confert, alij silentium: Doctrinæ copia alterius animo coffidentiam addit, alterius timiditatem.

Fieri etiam potest, vt sit idem subiectum non eodem tamen affectum modo: ita vini, aut Veneria vsus, aut etiam cibi, vni, eidemque homini, sed aliter affecto modò salubris est, modò noxius.

Quod si & idem sit, & eodem modo affectum, contraria illa aut non eodem modo, aut non eodem quasi instrumento effici oportebit: E.G.

D diuturna niuis contrectatio, & frigidam efficit manum, & calidam, sed alterum quidem per se, & sua natura; alterum per quamdam, vt vocant, antiperistasin. Vinum & humectat, & exsiccat, sed alterum per se, alterum per accidens: ita senectus adueniens & scciores efficit mortales, & humidiores: ita Medicus idem eundem ægrotum & potest interficere, & sanare, non tamen eodem planè instrumento: nam hoc remedio faciet, illud veneno: & idem Geometres in eodem auditore & scientiam efficit & ignorantiam, sed hanc paralogismo, illam demonstratione. vide doctum, ac subtilem philosophum Zimaram problem. siue theor. 32. & 35.



Strabo. loca de numinibus Persarum considerata: Equus quibus victima: ἐμπόνημα quid Iurisconsultis Græcis.

CAPVT XI.



MEMORIA lapsus videtur Strabo, qui cum libro 11. Deorum numina Persicorum recensuisset Amanum, Anairida, Amandatum, & lib. 15. scripsisset Deum à Persis solum Martem coli, eodem A tamen libro adiungit, colere eos Ionem, quem Mithram vocant, Lunam, Venerem, ignem, tellurem, ventos, aquam. At fortasse pro Marte Mithra legendum: neque insta hæc defensio: nam lib. 1. Herodot. id est. in Clio. Ioni sacrificare eos narrat, quem gyrum esse putant cœli, soli, lunæ, Vraniæ Veneri, quam Mithram vocant, ignem quoque adorare lib. 3. id est. in Thalia. vt & Clem. Alex. in protrept.

Idem auctores nullam Persas imaginem suorum habuisse numinum testantur, quod solas Deorum imagines existimarēt ignem, & aquam, vt ait Dino apud Clem. cùm tamen antiquissimus scriptor Berusus 3. lib. Chald. ibidem cultas tradat à Persis hominum forma imagines Deorum, & ptimum Artaxerxem Darei filium, Ochi nepotem, Veneriæ erexisse imaginem.

Equum solebant immolare soli, vt scribit Xenoph. lib. 4. Cyri exped. Xenophon equum, quem sibi sumserat, iam senem præfecto pagi tradidit alendum ad sacrificium, quoniam acciderat hunc esse soli sacrum, timens, ne moreretur. A Iustinus item lib. 1. solemniis Persarum, Victima soli equus; quod & in Lacon. Pausanias testatur quamquam Strabo lib. 15. de Carmanis loquens, qui populi sunt Persæ, Asinum eos Marti sacrificare prodit, quem solum Persæ venerantur Deum, id quod valdè mihi nouum, nec B apud alium scriptorem à me lectum. Callimachus tribuit hoc Hyperboreis illo versu:

τέρπουσι λιπαραὶ Φοῖβον ὀνοσφαγίαι.

Delectant pingues Phœbum asinorum victimæ.

Vt Pindarus in Pyth. od. 10. C

Tacitus indicat Persas immolare solitos equum Euphrati, ita enim lib. 6. Ann. sacrificantibus cùm hic more Rom. suouerauilia daret, ille equum placando amni adornasset, &c. quod neq; alibi legi.

Persarum inimici Massagetæ soli etiam equum in sacrificium offerunt. Strabo lib. 11. Idem faciunt Mysi. sic enim Florus lib. 4. cap. 12. illi statim ante aciem immolato equo concepere votum.

Gothi prælium inituri præferunt abscissa equorum capita distentis rictibus in contis. lib. 9.

cap.

cap.13.hist. Io.Magnus. lege Auentinum lib.Annal.1.& Alex.ab Alex.lib.2.cap.22.

Et Romanis erat mos equum Marti sacrificare in ludis equestribus, cuius ritus quærit caussas quæst.97.Rom.Plut.quos quidem ludos Idibus Decembr. exhiberi tradit, suspicor Equiria fuisse, quæ diuersis anni temporibus agitabantur in campo Martio, alia in campo Tiberino pridie Idus April. vetus enim Calend. Rom. in 5.Cal. Febr. Coniicit, Ouid.in Fast. lib.2. extremo io 3.vel 4.Calend.Mart. alij in 14.Cal.Maij,& quidem in Circo Maximo 12.Cal.Maij Iunius ait in Martia honorem instituta à Romulo & à cursu equorum nominata: ab equiriis tamen distinguenda puto:vt Iunius facit in lib.Fast.reponens in Idibus Iun. qui autem sacrificabatur equus, victor fuerat.

Lacedæmonii,seu Græcis vniuersè item mos fuit equum in monte Taygeto ventis sacrificare, vt & suis Diis Sauromatæ faciebant lib.4. apud Xenophontem exped. Cyri absolutè narratur, vatum dicto rem diuinam vento factam. apud Saleotinos Ioni dicatus in ignem coniicebatur viuus:apud Illyricos nono quoq; anno quatuor equi in mare deiicebatur in honorem Neptuni, vt apud Rhodios in honorem solis: & Philostratus est auctor in Heroicis, solitos Græcos equiorum pullum album, vt victoriam adipiscerentur, immolare soli, idque suasu Palamedis, qui ad Troiam militauit, eius hæc verba in Palamede.conuenire orienti soli vota facere,& album ei, & nondum domitum equum sacrificare. D

Quæ melioraméta vulgo nominamus in fundo Emphyteutico,& propriè significant ea, quæ elaborata fuerunt ad fundum, vel excolendum, D vel conferendum, Græci aptissimo vocabulo, nec impolito vocanerunt ἐμφυτεύματα. quo nomine non videntur intelligi sumptuosæ fabricæ in fundo extructæ, & ea quæ vltro, & nullo modo debens fecit Empbyteuta; quod videtur probari l.pen.de loc. nam & verbo meliorare Vlp. vsus est l.13.§.5.D.d.vsuf.pro meliorem,& fructuosiorem efficere.

Malos Imperatores initia principatus ferè habuisse bona, aliquot exemplis demonstratum: de Papiniano Bartholi δυσογνώσια detecta.

CAPVT XII.



A EODEM historiis obseruatum à me, malorum ferè principum auspicata,& bona fuisse principia:Romanorũ tantum exemplis id ostendo. Optimo, & fortunatissimo principi, quantũ vix vllum profanæ agnoscunt historiæ, pessimus successit Tiberius, qui initio principatus recusabat Imperium, nunc adhortantes, vt in eo narrat Suet. cap.24. amicos increpans, vt ignaros, quanta belua esset imperium, nunc precantem senatum, &c. Tandem quasi coactus, & querens miseram, & onerosam iniungi sibi seruitutem, recepit imperium,nec tamen aliter, quàm vt depositurum se quandoq; spem faceret, &c. Et 26. cap. liberatus metu ciuilem se admodum inter initia, aut paulo minus quam priuatum egit: ex plurimis maximisque honoribus præter paucos, & modicos recepit,lege sequentia capita vsque ad 32.

Ita C.Caligula,de quo idem ca.13.& 14.quam iucundè acceptus,quot votis, & victimis, ostendit,& incendebat,&c.inquit cap.15.& ipse studia hominum omni genere popularitatis, &c. pari popularitate damnatos, relegatosque restituit, criminum gratiam fecit. sic cap.16. vsque ad 22. quo hactenus,inquit,quasi de principe,reliqua, vt de monstro narranda sunt.

Ita Claudius, de quo ita Sueton. in eo,cap.12. quare in breui spatio tantum amoris, fauorisq; collegit, vt cum profectum Hostiam perisse ex insidiis monitum esset, magna consternatione populus & militem, quasi proditorem, & senatum, quasi paricidam diris execrationibus incessere non ante destiterit, &c.

Neronem etiam multa scimus initio principatus in senatu moderatè præfatum,ob quę gratissimus fuit,vt est apud Tacitum lib.13. Annal.& B Dion.eiusque breuiarium Xiphil.vt illa. teneret antiqua munia senatus, Consulum Tribunalibus Italia, & publicæ prouinciæ adsisterent; res vrbanas administrarent; se exercitibus consultorum, hoc consilio, vt à se inuidiam auerteret, quam Claudius ad se omnia trahens contraxerat: & Suet. in eo, cap.10. ex Augusti præscripto imperaturum se professus, neque liberalitatis, neque Clementiæ, nec comitatis quidem exhibendæ vllam occasionem omisit: quæ tam grata populo, & patribus acciderunt, vt ea discernerent in argenteis columnis describenda, & singulis quibusque consulatibus publicè legenda, ita enim Xipbil. A Imo verò cum magno plausu C carmina recitasset. erat enim mitum in modum poëticæ addictus,eorum pars aureis litteris Ioni capitolino fuerit dicata; antea quidem principum orationes in æs incidi consueuerant,& Callan. recitari; qui mos non valdè notus explicatur lib.vlt.à Dione. B

Hinc Plinij locus in Panegyr.illustratur,acclamationes nostras, nequa intercideret obliuio, P.C. in publica acta mittendas, & incideodas in ære constituistis: & I. Lipsius in 13. Comm. Tac. Annal.testatur repertam nostra ætate Claudij orationem Lugduni in ærea tabula.

Idem possum de Galba affirmare, & de Othone, quorum prior consalutatus Imperator, inquit Suetonius cap.10. in eo: legatum se senatus, ac popul.Roman.professus est; posterior autem,

eodem auctore in eo cap.7. simulauit se quasi vi Imperium suscipere coactum.

De Vitellio item idem cap.8. preter modum comem se præbuisse narrat: & in Domit.cap.2.simulauit & ipse mirè modestiam: & cap.9. inter initia vsq; adeo ab omni cæde abhorrebat, &c. Ecce tibi malorum ingenium principum in solis Romanis & in ipsis, & in aliis gentibus infinita pene leges exempla.

D Legebam nuper legem 15. Centurio, de vulg. & pupill. & ad Bartholum recurrens ad nodi cuiusdam dissolutionem, risi hominis imperitiam & ἀνιστορησίας Papinianum scribentis Diocletiani legisse legem, ac si diceret se legisse Alciati librum, qui 300. & amplius annis eo posterior fuit: sanè Papinianus plusquam 200.annis, antequam ea lex nata esset, mortuus fuerat.

Neque minor inscitia Pauli Castren. Papinianum affirmantis vixisse temporibus Augusti, hoc est plusquam 200. annis antequam natus esset, & occisum fuisse à Marco Antonio, fortasse per somnium audierat iussu Antonini, qui dictus est Caracalla trucidatum, hæc enim est veritas historiæ quam non intellexit: Curantem iugulatus fuerit, discere potes ex Aelio Spartiano. hic ille est Papinianus Iuris pater, vir optimus: & Seueri Imper. familiaris, & affinis per secundam vxorem.

Emendatio verborum Senecæ aduersus Lipsium: eiusdem altera Taciti comprobata: suouetaurilia quid.

CAPVT XIII.

A Cæ omnino, & felix ingenium fuit Iusti Lipsij in tollendis veterum scriptorum mendis, & eluendis maculis, ac neminem habet fortasse parem: sed vt hominem se nosset, aberrauit interdum à scopo; vnus modo Senecæ locus mihi occurrit, quem sibi visus est ita purgasse & explicasse, vt nec melius Hercules Augiæ Stabulum expurgarit, nec Oedipus Sphingis ænigma ingeniosius enodârit: & sanè non indoctus vir Ferdinandus Pincianus in eo explicando ad Oedipum amandat lectorem.

Consolatur Marciam in morte parentis viri docti & boni A. Cremutij Cordi Seneca cap. vigesimo secundo extremo, quo mortis illius Tragœdiam narrat ita scribit. magna res erat in quæstione, an morte rei perderentur, dum deliberatur, dum accusatores iterum adeunt, ille se absoluerat. Sensus verborum obscurus.

B Pincianus minus corruptè legi arbitratur an maiestatis reo perire daretur. Lipsius, manu scripti libri, inquit, habent; proderentur: videtur legendum, an mortis rei prohiberentur, hoc Seneca mox probat, ses, quod alicui tuorum mori necesse fuit; pene non licuit: non assecutus est scriptoris mentem, quam poterat ex superioribus verbis conijcere: subscriptio, & acerrimi canes, quos ille, vt sibi vni mansuetos, omnibus feros habetet, sanguine humano pascebat, circumlatrare etiam hominem illum imparatum incipiunt. mox. Cognito consilio eius, publica voluptas erat, quòd è faucibus auidissimorum luporum educeretur præda, accusatores, Seiano auctore, adeunt Consulum tribunalia: queruntur mori Cordum, vt interpellarent, quod coëgerant.

Quæ sola postrema verba aperiunt sententiam auctoris: qui enim accusatores, siue delatores Cordum ad mortem deposcebant damnari, iidem propterea tribunalia consulum adierunt, vt impedirent, ne moreretur. quòd intellexerant eum sibi adferre manus velle. Cur? dices, repetenda altius caussa.

Lex olim Romæ fuit, non Papia, vt Alexandro placuit libro quarto, capite vigesimo secundo dierum Genel. sed Iulia de maiestate, vt probabilius censet Lipsius in quarto libro Annalium Taciti, exemplum item in lege Verdia: vt qui occulta facinorosorum hominum flagitia in Rempublicam deferrent ad Iudices quartam ex damnatorum bonis partem consequerentur: qui accusabant fere sortis infimæ homines erant, quadruplatores appellati Ascon. Ped. in 4. Cicer. Orat. in Verr. & Festus publicorum criminum accusatores fuisse scribunt. puto natum eum morem, quo tempore in vrbem inducta pessima consuetudo tyrannica scilicet proscribendi ciues: nam eos ait Ped. Ascon. partem consequutos de proscriptorum bonis meminit Cicer. cit. orat. auctor ad Her. lib.2. T. Liuius lib.3. erat hoc sæpè suo periculo, vt Plautus Persa loquitur act. 1. scen. 2. abire aliena ereptum bona, quadruplare, scilicet. C

Genus hominum non dissimile Atheniensium sycophantis, & iis, quos à Græcis nominatos tradit Plutarchus extremo libro de curiositate ἀλιτηρίων ab hoc euentu: Cum enim fame premerentur Athenienses, nec in forum deferrent frumenta, qui habebant, sed occultè, & noctu domi molerent, quod Græcè ἀλεῖν dicitur, circum versantes domos strepitum molarum aptabant. D

Vtile profectò hoc quadruplatorum ministerium erat Reipublicæ, sed corruptis moribus ciuitatis, deinde libertate amissa propter impotentem Principum auaritiam, & cupiditatem transiit in calumniarum occasionem. ex quo illud Senecæ libro tertio Benef. capite vicesimo sexto sub Tiberio Cæsare fuit accusandi frequens, & pœne publica rabies, præ omni ciuili bello grauius togatam ciuitatem confecit. Excipiebatur ebriorum sermo, simplicitas iocan-

tium

tium: nihil erat tutum. Omnis sæuiendi placebat occasio, &c.

Quò spectare videtur quod Tacit. primo Annalium lib. de Tiberij loquens simulatióne narrat, legem maiestatis reduxerat, cui nomen apud veteres idem, sed alia in iudicium veniebant, &c. ex quo orta illa, quæ mox sequitur, oratio de E Romano Hispone, quidam occultis libellis sæuitiæ principis adrepit, mox, clarissimo cuique periculum facessit. Et apud Suetonium in eo capite quadragesimo nono, de eius rapinis, & capite 61. de eius crudelitate, & maximè illud, accusati, damnatique multi cum liberis, atque etiam vxoribus suis: mox decreta accusatoribus præcipua præmia, nonnunquam & testibus, nemini delatorum fides abrogata. Omne crimen pro capitali receptum, etiam paucorum, simplicium verborum, &c.

Perseuerauit sub Cæsare Caligula, & Claudio, quin etiam sub Vespasiano, vt idem in eo capite 17. indicat, & sub Domitiano capite 10. 11. & maxime duodecimo, in quo ita loquitur, nihil pensi habuit, quin prædaretur omnimodo bona viuorum, atque mortuorum, vsquequaque quolibet & accusatore, & Crimine corripiebantur: satis erat obiici qualecunque factum, dictúmque aduersus maiestatem principis.

Pessima omnino conditio, & improbissimum eiusmodi principum ingenium quibuscunque delatoribus aures patulas, vt de Constantio libro 14. Ammianus Marcellinus prodit, præbentium: hic enim & obsomnia à nescio quo delatore Mercurio detecta multos præcipiebat interimi.

F Porrò hæc quadruplatorum licentia nobilem effecit Regulum Martialis, & Plinij litteris, ac Taciti, quem captatorem scribit fuisse testamentorum epistola postrema lib. 2. Plinius, qui quidem præstantes, & eximios viros coniecit in interitum, vt & Tacit. & Plin. in epistolis commemorant.

Ac ne profligatissimi Imperatoris Neronis quidquam deesset nequitiæ, delatorum calumnias auidissimè excepisse testatur in eo, hoc sermone Suetonius capite 32. Tum vt lege maiestatis facta, dictáque omnibus quibus modo delator non deesset, tenerentur. mox. nulli delegauit officium, vt non adiiceret, scis, quid mihi opus sit, & hoc agamus, ne quis quidquam habeat.

Vt mirer Alexandrum loco cit. sic scribentem. Cum olim præmium esset dimidia pars bonorum delati, siue multæ impositæ, creuissetque ob cupiditatem, & auaritiam delatorum licen-G tia, ad eam comprimendam Nero ad quartam partem seu quartas, ea præmia reuocauit: vnde quadruplatores dicti: quasi verò non esset longè vetustius quadruplatoris nomen sanctione istius principis: tametsi de primo eius Imperij tempore, quo minus malus fuit Imperator, potest accipi.

Nec verò lege mæstatis tantum quarta hæc pars erat præmium, ac lucrum delatori: sed etiam lege de repetundis, imo & in criminibus aliis, vt subindicat Festus, quadruplatores, inquit, qui eo quæstu se tuebantur, vt eas res persequerentur, quarum ex legibus quadrupli erat actio: ideirco vulgare præmium à Paulo I. C. suspicor dictum l. 13. de Iure Fisci. heredem eius vltra vulgare præmium nihil consequuturum.

Adnotandum verò libero tantum delatori præmium fuisse quartam, octauam seruo: quod fortasse nuper citatus à nobis Alexand. sensit. Licet serui delatio contra dominos non admitteretur, præterquam in crimine mæstatis: quare in actis sanctorum Martyrum legimus seruum eum punitum, qui Herum Christianitatis detulerat nomine Testis huius, quod asserimus, est Iosippus lib. 19. capite 1. de seruis loquens, quos aduersus dominos producebat. Conatus est etiam seruos ad dominorum accusationes concitare: qui sanè quidlibet aduersus eos nefarium aggredi non metuebant. A H

Iam verò Imperatorum sæculo non tam lege, quàm senatus, aut principis arbitrio dabantur præmia, testimonium fert Tacitus libro sexto Annalium de Acutia P. Vitellij quondam sorore mæstatis damnata, cum eam postulasset Lælius Balbus, qua damnata, inquit, cum præmium accusatoris decerneretur, Iunius Otho Trib. pleb. intercessit: præmium verò vel pars bonorum accusati erat, vt iam dictum; vel pecunia, vel bonos, ac dignitas, vel priuilegium aliquod, vt vacatio militiæ.

Honoris exemplum extat lib. 16. Tacit. Annal. Cum de P. Gallii equitis Rom. damnatione agit, inquit, & accusatori præmium operæ locus in theatro inter viatores Tribunitios datur: pecuniæ, & magistratus, siue dignitatis libro eodem quinquagies H-S. Epico Marcello Thraseæ accusatori lib. 4. histor. idem Regulo Crassi accusatori septuagies H-S. & sacerdotium: vtriusque vt & priuilegij, in Dione lib. 46. cum loquitur de præmiis eorum, qui accusabant Cæsaris percussores. I

Redeo ad Senecam, cum quadruplatores quartam vel pecuniæ, vel bonorum ferrent partem eius, qui damnatus fuerat, ij verò, qui in reatu moriebantur, hoc est antequam damnarentur, cum verè non morerentur damnati, non videbatur accusatoribus, dandum præmium: propter quod ipsi accusarant, & quasi spe deuorarant: & propterea accusatores ipsi querebantur, & iniquè ferebant sibi è manibus eripi, qui vel casu morerentur ante damnationem, vel ipsi se occiderent. B Ecce tibi quod in quæstione fuisse dicit Seneca, an quadruplator seilicet perderet reum suum, id est, accusationis præmium, si reum adhuc indemnatum contigisset mori.

K Præclara verò huius nominis translatione idem vsus est Seneca capite 25. lib. 7. de Benef. ita scribens, malè istis improbis, & importunis beneficiorum suorum quadruplatoribus eueniat, qui tam bellam admonitionem inter amicos sustulerunt: appellauit quadruplatores beneficiorum eos, qui vel exprobrant beneficia, vel reddi sibi in quadruplum, & amplius volunt.

Suouetaurilia Romanorum videntur ei Græcorum sacrificio respondere, qui ternio dicebatur, id est, τριττὺς, τριττύα, τρίαλμος: Martis proprium, vt Hesychius ait, θυσία ἐνυαλίῳ, & libro nono Liuius; eorum meminit lib. de re rust. Cato cap. 141. Tacitus lib. 6. Annal. & li. 4. hist. ea & solitaurilia etiam Festo nominata ob euphoniam puto: immo & aliis multis veteribus.

Ex sue, oue, Tauro Indicat fuisse vox ipsa, tametsi Festus sues indicat, oues, agnos, & sic ex T. Liuio libro 34. refert Alexand libro 3. dierum Gen. c. 32 apud Aristophanem & Suidam est porcus, hircus, aries, ὗς, τράγος, κριός: Epicharmo apud Eustathium libro 1. & 11. Iliad. Homerus duæ oues, & bos, qui etiam capram agnoscit, & ceteras, quas nominauimus, animantes, cum Neptuno factum, his tribus Poëta canat agno, tau-

L ro, hirco ἀρνειῷ, ταύρῳ, τράγῳ. Callimacho sunt aries, Taurus, Hircus. Ister boues nominat, capras, sues mares, triennes ἄρσενας τριετεῖς. Varroni secundo de re rustica. Verres, Aries, Taurus.

Omnino sacrificium erat trium animalium, Suidæ duodecim, δωδεκηίς. Hecatombe centum, vel pedum, vel animalium propter numeri ternarij perfectionem ἐντελῆ θυσίαν Suidas nominat. Vide Eust.

Porro solitaurilia celebrabantur peractis singulis lustris per censores vrbem lustrantes circumducendo id sacrificium trium bestiarum. lustrabantur etiam agri, cuius lustrationis lege citato Catonis loco ceremoniam, ac ritum: ἐντελῆ verò θυσίαν nominabant Græci, tum propter mysticum ternarium numerum: tum quoniam esse debebant hostiæ hæ vndequaque perfectæ: cum & solitaurilia nominata à latinis Festus tradat, quod essent omnes integri, ac solidi corporis: solum enim Oscorum lingua significat totum, & solidum, quemadmodum & Græci ὅλον totum dicunt, & integrum. Meminit & lib. 1. & 8. T. Liuius.

M. tamen Fabius lib. 1. instit. orat. cap. 5. solitaurilia, inquit, iam persuasum est esse ex sue, oue, & tauro: & sane ita se habet sacrum, quale apud Homerum quoq; est, sed hæc non tam ex tribus, quam ex particulis trium coëunt.



Anulorum origo, varietas, vsus, abusus, & veterum loca aliquot de ea re explicata.

CAPVT XIII.



Riplex omnino anuli olim vsus, erat enim anulus nuptialis sponsalium, erat honorarius dignitatis atque honoris: erat & sigillarius custodiæ index: de quo triplici genere accipienda vetus Plinij querela libro trigesimo tertio, capite primo, pessimum vitæ scelus fecit, qui anulum primus induit digitis: adiungit incertam originem: nec hoc quis fecerit, traditur: nam de Prometheo omnia fabulosa arbitror: quamquam illi quoque ferreum anulum dederit antiquitas, vinculumq; id, non gestamen intelligi voluerit. Midæ quidem anulum, quo circumacto, habentem nemo cerneret, quis non etiam fabulosiorem fateatur? huius anuli Plato meminit 2. & 10. Dialogo de Repub. & ex eo Cic. 3. lib. de off. A

Promethei verò ita habet fabula; olim Saturni lege perpetuis vinculis ab Ioue damnatum, sed ea conditione statim liberatum, vt anulum ex lapide, Ferroque gestaret, ne omnino à pœna videretur liber, hæc tamen fabulosa, argumento sunt antiquitatis anuli. Isti querelæ eiusdem exclamatio addenda ibidem. deniq; vt plurimum opum scelera anulis fiunt. B.

Quæ fuit illa Priscorum vita, qualis innocentia, in qua nihil signabatur? at nunc cibi quoque ac potus vindicantur anulo à rapina, mox. sed aliter apud antiquos. singuli Marcipores, Lucipotes, dominorum gentiles, omnem victum in promiscuo habebant, &c.

Primum autem vestigium anuli repetit à Samio Polycrate, cui dilectus ille anulus inclusam habens ingentis pretij smaragdum Herod. lib. 3. id est, in Thalia. in mare abiectus capto relatus est pisce, ipso circiter 230. annum vrbis nostræ interfecto.

Apud Romanos celebratiorē vsum eum fœnore cæpisse argumento esse dicit, consuetudinem vulgi ad sponsiones etiam num anulo exsiliente, ita vt nummi ante cæperint, quam anuli: quamquam videri potest secum pugnare scribens tertio capite eiusdem libri, argentum signari cæpisse anno vrbis 485. quinque annis ante primum bellum Punicum, vt aureum post annum 62. cum tamen anulorum vestigium antiquius faciat capite primo, cum scilicet imperarunt reges. C

Excusa tu Plinium, antiquiorem nummi fuisse vsum putans, non tamen signati, seu nummi, non argentei, sed æris, si digna tamen excusatio. Venisse autem è Græcia Romam, cum etiam suo tempore Lacedæmone ferreo vterentur: quo cir-

ca miratur Tarquiniorum ſtatuas, quorum è
Græcia origo, ſine anulis eſſe.

Addit nec Iliacis temporibus io Græcla fuiſ-
ſe, nuſquam enim Homerus dicit, eum & Codi-
cillos miſsitatos epiſtolarum gratia indicet, &
conditas arte veſtes, ac vaſa aurea, argenteaque,
& ea colligata nodi, non anuli nota, quaſi digi-
to hos eius verſus Vlix. lib. 8. notans, quos latinè
proſa oratione tibi do, Græcos ad finem repe-
ries voluminis.

Poſt hæc Arete pulcram è thalamo hoſpiti arcam de-
tulit,
In eaq́; condidit elegantia dona,
Veſtemq́; & aurum, quod ei Phaaces dederant,
Et in ea pallium poſuit, pulcramue tunicam, & ipſum
allocuta, &c.
Tu nunc aſpice operculum, & ſtatim nodum iniice,
Ne quis in itinere noceat, fortè ſurripiendo, &c.

D Vbi notat Euſtath. ex ſequentibus verſibus, cum
nodum iniicit arcæ claudendæ: vetus, vt aiunt,
mos erat obſignari, ſeu obſerari vinculis, ſiue
nodis: nam recentiorum eſt clauis, Laconicum
inuentum: & longè ſeuerior clauicula vario, &
diuerſo nodo; aſtutiſsima ratio tutandi quam o-
derunt gulo ſæ apud comicum feminæ: *A* & ante
ſcripſerat, ſecurus erat, vt credibile, hic nodus, &
prouerbij loco vſurpari poteſt, Vlixeius nodus
de rebus bene obſignatis.

Et nota malè verti ab Andrea Dino interpre-
te Hom. proſa oratione *πῶμα* poculum, ſiue ca-
licem, non enim hoc in Hom. ſign. ſed *πώματα*
operculum, *χηλῦ* arcę, & planè id ſequentes verſus
indicant, cum arcã ab Vlixe ſignatã obſeratamq́;
nodo à Circe accepto caueant: & ex Att. Capitone
I.C. Macrob. lib. 7. Sat. c. 13. obſeruat, veteres non
ornatus, ſed ſignandi cauſſa anulum ſecum cir-
cumtuliſſe; vnde nec plus habere licuiſſe quàm
vnum, nec cuiquam niſi libero; quos ſolos fides
deceret, quæ ſignaculo continetur, & pleraque
alia in eo per te lege.

Ignarus planè veræ fuit antiquitatis Plinius:
nos ex ſacris literis gnari iure poſſumus ſuſpica-
ri anulorum vſum, maxime nuptialium, cum i-
pſa ortum ciuilitate, atque humanitate: nam an-
tiquiſsimis Patriarcharum temporibus, viguit,
quæ ſanè tempora omnem Græcorum ſuperant,
quantumuis licet vetuſtiſsimam ipſorum etiam
Heroum memoriam.

E Gen. 38. cap. Iacobi filius Iudas pro arrhabo-
ne concubitus anulum dat cum armilla, & bacu-
lo Thamari nurui ſuæ; & Geneſ. 45. Rex Aegypti
Pharao anulum ſuum Ioſippo tradit, hic videtur
honorarius. Exodi 35. cap. piæ feminæ leguntur
anulos ſuos contuliſſe in donaria tabernaculi,
diu poſt 3. Regum 21. impius Rex Achab ſignat
litteras anulo ſuo contra Nabuthen. Eſther 3.
Aſſuerus anulum, quo vtebatur, dedit Amani; &
notum Perſis non licuiſſe anulos deferre, niſi
Regis munere, vt eſt cap. 29. 2. lib. deorum Gen.
Alexand.

Communior olim in Galliis, & Britanniis v-
ſus; vt miret, quod eodem loco ſcribit Plinius,
nullos omnino anulos maior pars gentium, ho-
minumq́ue etiam qui ſub Imperio noſtro de-
gunt, hodie habent. Non ſignat Oriens, aut Ae-
gyptus etiam nunc litteris contenta ſolis; cum
ex libro Geneſeos demonſtrarim valde priſcum
vſum fuiſſe anulorum, in Palæſtina & Aegy-
pto.

Saltem ſigillaricij vſum non fuiſſe apud Par-
thos indicat Tacitus Annalium lib. 2. Vbi de Vo-
none Parthorum Rege, qui à patriis inſtitutis
degenerarat; irridebantur, & Græci comites, ac
viliſsima vtenſilium anulo clauſa.

Ad Romanos redeo, apud quos frequentio- F
rẽ vſum non deprehendi ante Cn. Flauium An-
nij filium notat Plinius, qui ob publicatos plebi
dies faſtos eius gratiam adeptus extraordinariis
afficitur honoribus, ob quos vel à ſenatu, vel à
nobilitate indignante abiectos anulos produnt
annales antiquiſsimi: cum promiſcui poſtea v-
ſus veſtigium primum exiet ſecũdo Punico bel-
lo: neque enim aliter potuiſſent trimodia illa a-
nulorum Carthaginem ab Annibale mitti. Huic
tamen menſuræ dimidium addunt modium
quidam, quidam modium demunt, Immo & al-
terum, quam famam veriorem eſſe affirmat Li-
uius lib. 23.

Sed de promiſcuo vſu deceptus fuit ex Mago-
nis verbis Plinius; tametſi ne tum quidem ſena
tores aureum habuerunt, vtpote cum memoria
auorum, inquit idem, multi prætura functi in
ferreo conſenuerint: quorum exempla produ-
cit ex Feneſtella, & Scauro; & maior pars iudi-
cum Auguſto decurias ordinante in ferreo fuit: G
vt nihil ſit mirum, ſi multo antè Marius etiam
de Iugurtha triumphans, geſtarit ferreum; au-
reum, non niſi tertio conſulatu; & legati, qui-
bus aurei publicè dabantur, in publico tantum
vtebantur, intra domos, ferreis: quo argumento
etiam nunc, idem inquit, ſponſæ anulus ferreus
mittitur, isq́ue ſine gemma.

Quamobrem de poſterioribus accipiendum
ſæculis, quod ſcribit Apologetici capite 6. Ter
tull. de aureo. Cum aurum nulla norat præter v-
no digito, quem ſponſus oppignoraſſet pronu-
bo anulo; & huius æuo, pauci videntur fuiſſe au-
rei, ſic enim ſcribit lib. de hab. mul. cap. 5. nam &
anuli ferro fiunt.

Sanè capite ſecundo citati libri Plinius notat
conſtitutam anulorum auctoritati formam no-
no anno Tiberij Principatus Aſinio Pollione,
C. Antiſtio Vetere Coſſ. anno vrbis conditæ 775. H
futili penè de cauſſa, cum C. Sulpitius Galba,
dum iuuenilem famam apud principem popi-
narum pœnis aucupatur, queſtus eſſet in ſena-
tu, vulgo inſtitores eius culpæ defendi anulis:
hac de cauſſa conſtitutum, ne cui ius eius eſſet,
niſi cui ingenuo ipſi, patri, auoq́ue paterno ſe

stertia quadraginta census fuisset, & lege Iulia theatrali in ordinibus sedenti.

Postea gregatim insigne id appeti cœptum, vt appatear signum fuisse anuli gestationem equestris ordinis, vt senatoris tunicam; cum tamen etiam senatores gestarint anulos, & sub Alexandro Mammææ equites Roman. à senatoribus claui qualitate distincti. sic Aelius Lampridius.

App. in histor. Libyca, Tribunos narrat aureis in exercitu Roman. reliquos ferreis anulis ornatas gestauisse manus, & eorum discrimine ea forma anulorum cognouisse Asdrubalem, à quo, vt mortui sepelirentur per caduceatorem perierat P. Scipio, immo non per caduceatorem, sed per solutum à vinculis captiuum.

Et quod ad epistolarum obsignationes anulo factas attinet, etiam apud Suidam locus est apertus, ex veteri quopiam scribente Annibalem, cum Marcellum vidit occisum aduersis omnibus vulneribus, vt militem commendasse, damnauisse vt ducem, detracto ipsius anulo litteras obsignauisse. tu per te lege reliqua. *B*

I Scimus tamen libera republica non fuisse ius seruo, vel libertino anuli aurei in publico; sed hic argenteo, ille ferreo vtebatur, liber aureo: communicatum deinceps honorem etiam libertis Macrobius libro 7. Saturn. cap. 15. est auctor.

Sed & olim Romani Imperatores solebant, cum hostes superassent optime gesta republica scribas suos anulis aureis in concione donare. Cic. 5. orat. in Verr. Itaque oratione 4. queritur, quod indignissimos in concione eo munere ornasset Verres.

Vltra vnum autem habere anulum aureum, infame erat; quo crimine Mæuium Gracchus est persecutus: nam & inuidiosum Sergio nomen impositum Oratæ, quasi Auratæ ab auro, quod orum veteres dicebant quia duobus anulis aureis & grandibus vtebatur. Ita Pierius libro 41. Hier. cum Macrobius lib. 3. Saturn. cap. 15. & veteres à pisce aurata cognomen traxisse prodant, cuius erat appetentissimus. Hinc illud Horatij lib. 2 Ser. epist 7.

K *——sæpe notatus*

Cum tribus anellis modolaua Priscus inani, &c.

Crassus tamen ille diues apud Parthos occisus duos gestabat præteaens creuisse sibi diuitias, quasi anulus foret symbolum opulentiæ.

Feminis licebat binos tantum aureos gestare. sed crescente luxu oneratos anulis digitos queritur Plinius apud suos, & Aristophanes Neb. suos Græcos vocauit *σφραγιδονυχαργοκομήτας* homines scilicet voluptuarios in coma nutrienda nimis curiosos, & qui vel ad vngues vsque anulis digitos replerent: & apud suos Tertullianus capite nono libro de habitu muliebri, & sinistra inquis, per singulos digitos de saccis singulis rudit. tollit verborum horum obscuritatem Pamelius, & libro de bono pudicitiæ. Vt S. Cyprianus cap. 6.

Lamentatur idem Plinius eodem libro & tricesimo septimo, hoc fuisse luxus sui æui, imagines gestare in anulis, qui tamen fuit mos antiquissimus: nam & Cicero quinto libro de finib. bon. & ma. Epicuri familiares tradit eius imaginem non modo in tabulis, sed in poculis, & in anellis habuisse. L

Proprium verò anuli locum digitos ferè omnes intellexit antiquitas. quare Plautus facetè in Pœnulo act. 5. scena secunda irridet Pœnos, qui aures ornabant anulis, ac si digitos in manu non haberent. M. Viden'. homini farcinatos consequi? at, vt opinor, digitos in manibus non habent, quid iam? M. quia incedunt cum anulatis auribus. inde versus Martialis,

Gemma vel à digito, (scilicet anulo inclusa) *vel cadit aure lapis.*

Sed sinistræ manus digitus, qui minimo est proximus, semper iudicatus anulo gestando aptissimus; rationē hanc olim reddidit vetus Grammaticus Apio, vt legitur apud Agellium libro decimo, capite decimo, & Macrobium libro Saturn. 7. capite 13. quod insectis, apertisque humanis corporibus, vt mos in Aegypto fuit, per anatomen, repertus est neruus quidam ab eo vno digito tenuissimus ad cor hominis pergere ac peruenire: quare non inscitum visum, eum potissimum digitum tali honore decorandum, M qui continens, & quasi connexus esse cum principatu cordis videretur.

Alteram Macrobius, quòd in eo digito gemma anuli ab omni esset noxa tutissima: quasi verò iam inde ab initio gemmæ includerentur anulis.

Tertiam Plinius anulos fastidiens probauit, vt lateret genus luxus. Ego priorem probo. & finio caput.

Diximus triplex esse genus anulorum, vnum tamen sæpe munus explebat trium; trium mentio fit toto illo cap. 1. lib. 33. Plin. Nuptiales passim in Comicis Plauto, ac Terentio, & iis auctoribus, qui de nuptiis scribunt, habes sigillaricium ex Plauto, Amphitr. act. 2. scen. 2. de patera, quam protulit Alcumena, & quam in cistula obsignatam se putabat inuenturum.

A. enim vero præter alia miror maximè,

Si habet hac Pateram illam. S. an etiam id credis,

quam in hac cistellula tuo signo obsignata ferunt, &c.

Et Casina act. 2. sc. 1. materfamilias loquitur,

Obsignate cellas, referte anulum ad me

Et alibi: N

Isti parcipromi, qui salinū serui obsignant cum sale,

Et Cic. lib. Ep. Fam. 16. epist. 26. Matrem nostram facere memini, quæ lagenas etiam inanes obsignabat, ne dicerentur inanes aliquæ fuisse, quæ furtim essent exsiccatæ: attende matronæ industriam. & Mart. lib 9. epigr. 88.

Zenas ſeruulus eſt mihi paternus
Signa,erat melius,Luperco,fiet,
Nunc ſignet meus anulus lagenam.

Eo videlicet Domus ſupellex omnis,& penus ſignabatur, ne quid aut negligentia periret, aut furto: eodem ſignabantur & litteræ, ac tabulæ publicę,niſi velis vſurpatum ad hoc munus anulum honorarium.

Cic. lib. epiſt. 1. ad Q. F. epiſt. 1. ſit anulus tuus non miniſter alienæ voluntatis, ſed teſtis tuæ: vt etiam teſtamenta ſeptem teſtium ſignis anularibus muniebantur, & hic honorarius diſtinguebat ordinem Romæ, hoc eſt, equeſtrem à plebeio. quem fortaſſe deſignat Val. Max. lib. 7. cap. vltimo his verbis. inſuperque anulos ſuos ei tradidit. videlicet, ne quid ex ea hæreditate, quam non erat aditurus, amitteret. O

Sanè Clem. Alex. lib. 3. pædag. cap. 11. Matrifamilias ſigillaricium dat anulum aureum, non ad ornatum, ſed ad cuſtodiam: Id quod argumentum eſſe peccati, & iniuſtitiæ demonſtrat. Iam verò, cum permittat etiam viris, non patitur tamen in eo geſtare digito, in quo mulieres, ſed in paruo, & parui extrema parte, quòd ita manus futura ſit ad opera expeditior, neque facile excidere poſsit infra articulum demiſſus. C

Et vero etiam qua ſculptura formandi ſint anuli ſigillaricij à Chriſtianis hominibus, optimus morum inſtitutor docere pergit, præcipiens debere ſignacula eſſe, columbam, vel piſcem, vel nauem, quæ impellatur vento proſpero, vel lyram, qua vſus eſt Polycrates; vel anchoram nauis, qua Seleucus, & piſcatorem quoque, vt meminerit Apoſtoli, & puerorum, qui ex aqua extrahuntur: nec patitur Idolorum vultus inſculpi; qui ne reſpiciendi quidem: non enſem, non arcum, quia pacis amantes Chriſtiani: nec P pocula, quoniam moderati, ac temperantes; & valdè eos vituperat: qui amaſios, vel amicas nudas imprimunt, quorum, ne ſi velint quidem, obliuiſci queant, Immo redeant in memoriam.

Scimus ethnicos vſos variis formis ſigillorum: D. Oct. Aug. Sphinge primum, tum Alex. Magni effigie. Mæcenas rana: Sylla, Iugurtha ſe dedente: Seleucus anchora: Scipio maioris filius, patris imagine: Cn. Pompeius Leone gladium geſtante. E

Adde morem teſtamentorum anulo conſignandorum, hinc illud leg. ita per. 28. F & 29. C. d. teſt. vt vno, eodemque tempore ſcilicet conſtitutum eſt, ſeptem teſtibus adhibitis, & ſubſcriptione teſtium, ſignacula teſtamentis imponere, &c.

Poſſunt autem omnes teſtes & vno anulo ſignare teſtamentum: quid enim ſi ſeptem anuli vna ſculptura fuerint? ſecundum quod Papiniano viſum eſt?

Q Sed & alieno quoque anulo ſignare licet: Certe Verr. 3. Cic. indicat multis ſignis tabulas teſtamenti obſignatas fuiſſe: ſi de hæreditate, inquit, ambigitur, & tabulæ teſtamenti obſignatæ non minus multis ſignis, quàm lege oporteat, ad me perferre.

Porrò teſtes & vno, & alieno ſignare poſſunt cum lex non varia ſeptem ſigna, ſed ſeptem teſtium obſignationem requirat: nec mihi videntur illi interpretes iuris iure explicare ad illud in l. ad teſtium 22. §. ſigna D. eod. & magis eſt, vt tantum anulo, quis ſignari poſsit, dum tamen habeat χαρακτῆρα, vt non tantum videtur potius legendum, ſunt qui exponunt de figura Geometrica ipſorum anulorum, ſi nimirum quadrangula, aut triangula, aut rotunda ſit, cum potius videatur accipiendum de ſculptura, ſcilicet alicuius vel arboris, vel animantis.

Quin & arrhæ nomine datos anulos obſeruamus. Locus eſt apud Vlp. l. 5. § item ſi. D. d. inſtit. act. vbi inſtitor, qui oleum vendiderat, anulum arrhæ nomine acceperat.

Cuſtodiam ſanè rerum domeſticarũ ad vxorem propriè ſpectare Oeconomico Xenophon docet: mos Item olim Chriſtianorum fuit, vt ſponſalis anulus arrhæ nomine daretur, & ſigno fidei inſculperetur, hoc eſt, iugatarum inter ſe manuum dextrarum: nam hoc hieroglyphicũ eſt fœderis, & concordiæ mutuæ apud omnes pęnè gentes: & ex ea coniunctione numerus quadratus efficitur, hoc eſt, denarius, qui à Pythagora dicebatur eſſe prima quadratura, hoc eſt. perfecta animorum cõſenſio indicabatur hoc ſymbolo. Lege Lud. Cæl. lib. ant. lect. 4. cap. 3. 12. 14. & Pierium Valer. lib. hier. 41.

Not. item in reprehendendo luxu temporum ſuorum Iuuenalem Sat. 5. argumentum capere antiquæ moderationis ex priſco ferreorum anulorum vſu, cum ſuo æuo ne ferrum quidẽ vſurpare dignarentur ad pedes menſarum, & abacorum, ſed eburneos, & argenteos vellent: ſic expreſsè dixit, nam pes argenteus illis, ad menſas videlicet ſuſtinendas eſt. R

Anulus in digito quid ferreus?

Ad ornandos digitos erat priſcis, ob auri inopiam vt Plin. tradit:

Nec omittendum, quod & Suid. refert, vtiles eſſe mulieribus anulos è ſuccino, atq; eburneos, puto ad menſtrua illorum, ſiue animi defectiones, cum vterum geſtant. Neque hæc ſuperſtitio eſt, ſed ius, & facultas natiua rerum.

Plinius lib. 14. cap. 13. ex Fabio Pictore, Fab. Pictor in annalibus ſuis ſcripſit, Matronã, quòd loculos, in quibus erant claues vinariæ cellæ reſignauiſſet, à ſuis inedia mori coactam; quod iiſdem ferè verbis in Apol. Tertull. repetit: Vbi ego loculos intelligo non obſignatos anulo, ſed tantum religatos, vt religari ſolent funiculis, quos diſſoluiſſet; tantum de anulo.

Quando moriens quis vsu communi, & legum ciuilium dicatur; de eo S. Augustini accurata disputatio notata.

CAPVT XIV.

INGENIOSE, ac subtiliter lib. de Ci-
A uit. Dei 13. cap. 9. 10. & 11. quærit, & sapienter argutatur S. Aug. vt declaret, quomodo mors bona, quomodo mala, & quando moriens quis, ac mortuus dici verè poßit. IurisConsulti porrò momentum, seu punctum moriendi ad vitæ potius, quam ad mortis tempus referebant: Ita quæ legata inutiliter post mortem hæredis, vel legatarij relinquebantur, interpretabantur, vtiliter relinqui, hoc modo loquendi, cum heres morietur, cum legatarius morietur: nam si dictum fuisset, post mortem, iam inutilia fuissent, apparet hoc l. 18. l. vlt. de manum. test. ita legatum cum morietur heres legatarius, ei adhuc superstiti relictum videbatur: sic olim vtilius fuit stipulatio his verbis concepta, cum moriar vel cum morieris.

Quomodo S. Aug. cap. 9. cit. philosophatur hac oratione, porrò si adhuc diligentius attendamus, nec illa mors esse apparebit, cuius grauem, & molestum diximus in morientibus sensum: quamdiu enim sentiunt, adhuc vtique viuunt; si adhuc viuunt, ante mortem, quam in morte potius esse dicendi sunt: quia illa cum venerit, aufert omnem corporis sensum, qui ea
B propinquante molestus est. ac per hoc quomodo morientes dicamus eos, qui nondum mortui sunt, sed imminente morte iam extrema, & mortifera afflictione iactantur, explicare difficile est, etiamsi rectè isti appellantur morientes; quia cum mors, quæ iam imminet, aduenerit, non morientes, sed mortui nuncupantur. nullus est ergò moriens, nisi viuens; quoniam cum in tanta est extremitate vitæ, in quanta sunt, quos agere animam dicimus, profectò qui nondum anima caruit, adhuc viuit. Idem ipse igitur simul & moriens est, & viuens, sed morti accedens, vita decedens, adhuc tamen in vita: quia inest anima corpori: nondum autem in morte, quia nondum abscessit à corpore: sed si cum abscesserit, nec tunc in morte, sed post mortem potius erit, quando sit in morte, quis dixerit? nam neque vllus moriens erit, si moriens, & vi-
C uens simul esse nullus potest, quamdiu quippe anima in corpore est, non possumus negare viuentem: aut si moriens potius dicendus est, in cuius iam corpore agitur, vt moriatur: nec simul quisquam potest esse viuens, & moriens, quando sit viuens nescio.

Et cap. 11. plurimis idem tractat, & quidem subtilissime, petito etiam ex Grammatica argumento non minus lepide, quam argutè. Vnde, inquit, non importune, neque incongruè arbitror accidisse, & si non humana industria, iudicio fortasse diuino, vt hoc verbum, quod est, moritur, in Latina lingua nec Grammatici declinare potuerint, ea regula, qua cætera talia declinantur. Namque ab eo, quod est oritur, fit verbum præteriti temporis, ortus est: & si qua similia sunt, quæ per temporis præteriti participia declinantur. ab eo verò, quod est moritur, si quæramus præteriti temporis verbum, responderi solet, mortuus est, littera V. geminata sic enim dicitur mortuus, quomodo fatuus, arduus, carduus, conspicuus, & si qua similia, quæ non sunt præteriti temporis; sed quoniam nomina sunt, sine tempore declinantur. Illud autem quasi vt declinaretur, quod declinari non D
potest, pro participio præteriti temporis ponitur nomen: conuenienter itaque factum est, vt quemadmodum id quod significat, non potest agendo, ita ipsum verbum declinari loquendo non possit. ita S. Augustinus.

Nostri è schola Theologi Dialecticorum subtilitatibus, & Physicorum instituti, non malè explicarent per trita instantia, quæ appellant, primum esse, primum non esse, vltimum esse, vltimum non esse; tametsi Viues Scholasticis parum amicus rideat.

Non dissimiliter ab Augustino, & Iureconsultis apud Agellium lib. 6. cap. 13. decidit hanc controuersiam Laurus Philosophus ex Platonis auctoritate, recitatis prius aliorum Philosophorum sententiis. Plato, inquit, noster neque vitæ id tempus, neque morti dedit: vidit quippe vtrumque esse pugnans, neque posse ex duobus contrariis altero manente, alterum constitui:
quæstionemque fieri per diuersorum inter se fi- E
nium, mortis, & vitæ cohærentiam: & idcirco peperit ipse expreßitque aliud quoddam nouum in confinio tempus, quod verbis propriis atque integris τὴν ἐξαίφνης φύσιν appellauit, hoc est, repentinam naturam citato grauissimi Philosophi ex grauissimo Dialogo, qui est Parmenidis, testimonio.

Quo illa eiusdem pertinet disputatio de his loquendi modis, lib. 8. cap. 21. quoad viuet, & quoad morietur, quoniam videatur enunciari contraria: & idem tamen, atque vnum tempus vtraque verba significat, vt illa, quoad Senatus habebitur, & quoad Senatus dimittetur: quandoquidem ita duo tempora miscentur, vt alterius finis, alterius sit initium: nec refert vtrum per extremitatem prioris, an per initium sequentis enuncietur.

Et obseruandum tamen Iurisperitos nō semper moriendi punctum ad vitæ, sed interdum ad mortis referre, vt hoc, cum morietur, accipiatur pro post mortem. Sic patet l. 9. §. filio. de legat.

l.3. & l.2. 5. si ab ipso de collat. bon. Iure vt miretur Franc. Bald. in suo Iustiniano, cur olim, vt habetur instit. de legat. & de Inuit. Stipul. apertè significet Iustinianus tam illam formulam pridiè, quàm morietur, nocuisse legatis, quàm hanc, post mortem: cum omnino veterum Iurisprudentium sensu ad tempus vitæ referatur, non autem mortis.

Quæ bestiæ quas non patiantur terras, quas ament: Germanici locus emendatus, & diuisæ historiæ de eadem re inter se composita.

CAPVT XV.

A PRAECLARE Virgil. cecinit 2. Georg.

Nec vero terræ ferre omnes omnia possunt.

id quod non in plantis modò est verissimum, ac seminibus, sed etiam in animalib. itaque Arist. 8. lib. de Hist. animal. cap. 28. quod est penultimum, quibusdam animantibus quædam esse amica loca, quædam inimica tradit. A actum non ago hoc capite: illud tantum doceo, quibusdam bestiis genium loci, in quo sunt procreatæ, prodesse plurimum, obesse alieni vehementer.

In Ithacam illatos Dasypodas (hi cuniculi sunt) non viuere, B sed ad eam maris partem, vnde importati fuerant, conuersos emori proditur: hoc significant verba summi Philosophi Plin. reddit imperfectè his verbis lib. 8. cap. 58. in Ithaca lepores illati moriuntur extremis quidem in littoribus quæ sic interpretor, vt nihil sit necesse in intimas insulæ partes importare, quòd, cum vel littora attigerint, Vita priuentur, C quod sanè mirum. Vide cap. 5. lib. 4. de anim. Aeliani.

B Contra, iidem vel cuniculi, vel lepores vixerunt in Siciliam illati, & procrearunt sobolem: quo eos primus inuexerat nobilis Olympionices Rhegynus Anaxilas, vt ex Polluce constat, quem Pierius producit lib. Hierogliph. 13. sic in Leron non solum inuecti vixerunt, sed ita speciem propagarunt, vt Insulam penè totam vastarent: est verò Leros, quæ & Leria, vna ex Cycladibus, aut potius Sporadibus apud Plin. cap. 12. lib. 4. & Strab. lib. 10.

Ex quo illud Hygini 2. lib. Astron. poëtici, in signo siue astro, quod lepus dicitur, apud antiquos in Lero Insula nullus erat lepus: adolescens quidam à finitimis accepit feminam prægnantem; peperit illa; fetum magno studio ciues aluerunt: nec ita magno temporis interuallo tanta leporum copia progignitur, vt totam Insulam
C occuparet, herbasque & semina omnia depasceret, nihil vt ad leuandam famem relinqueretur incolis: quamobrem coacta maxima manu eos ex Insula communi cósilio vix tandem exegerunt, iisdem penè verbis Germ. Cæsar in Arati Commentario ad illos versus repetit.

Sic vtrumq. oritur, sic occidit in freta sidus
Tu paruum leporem perpende sub Orione.

Nisi quod Insulæ nomen mutat, & pro Lero Hiero dicit, opinor, mendosè: tametsi apud Plin. est Hiera Insula, & Hieros: illa dicta, quia sacra Vulcano inter Siciliam, & Liparam, cum ante vocaretur Therasia lib. 3. cap. 9. & eiusdem nominis aliam ponit inter Cycladas, vel Sporadas lib. 4. cap. 12. quæ vicina est Therasiæ, quæ etiam Automata appellata, vt mihi videatur cum vocabulis Insulas quoque confudisse. De Vulcania Hiera D intelligit, cum cap. 109. lib. 2. scribit, Hieram in medio mari semper ardere: sed & Hieros fluuius apud eundem lib. 5. cap. 30. ex Ida monte nascens; & opidum in Icarusa cap. 8. lib. 6. porro aliam Leron Plin. nominat ante Asiam cap. 31. lib. 5. aliam in mari Ligustico lib. 3. cap. 5. quæ nó Leros dicitur, sed Lero Lerinæ vicina, quam Strabo lib. 4. Λήρωνα vocat, in qua sit etiam Leronis delubrum.

Carpathos verò in suum exitium fecunda leporibus fuit, ex quo natum prouerbium κάρπαθος λαγών, quales & Ligusticæ Insulæ, quæ ab leporum copia nomen acceperunt. Strabo lib. 10. & Plin. lib. 5. cap. 31.

Simile est quod de Balearibus duobus locis narrat lib. 2. & 3. Strabo, cum non essent in iis lepores, aut Cuniculi, aliunde importatos adeò creuisse, vt oportuerit à Romanis militares copias ad eos expugnandos, & conficiendos postulare. Sic enim posteriore loco, non natas in ipsis Insulis bestias, sed aliunde importatas docet de Balearibus scribens, libro videlicet 2. addit, venationis experientia magnum quæstum ex tanta bestiolarum copia incolas facere: ad E hæc Plin. lib. 3. cap. 5. alludit scribens, nec Ebusus, siue Pityusa gignit populantes, id est, cuniculos, Balearium messes.

Error irrepsit in Athenæum lib. 9. cap. 22. apud quem Naucrates Comicus leporem non esse in Attica scribit, vel rarum: at Alcæus in Calysto multos esse in Attica lepores indicat: dicendum priore loco, Ithaca, aut concilia diuersitate temporum.

Nec dissimilis Hegesandri Delphi narratio apud eundem eodem loco, commemorantis, ætate Gnatæ Antigoni tantam fuisse in Astypalacensi agro copiam leporum, vt ad oraculum petendum incolas compulerint: responsum fuit, nutrirent canes: sic intra annum plures sex millibus capti, nec vllus tamen fuerat in ea regione lepus, antequam duos in eam quidam importasset Anapheus, par pari relatum: in Anapheniá enim quidam Astypalæcus duas perdices intulit, cum prius nulli fuissent: illi sobolis fecunditate ita occuparunt Insulam, penè vt cogeren- F tur accolæ desertam relinquere.

Admiratione dignius quod Seuerus Episcopus Minoricensis in epist. ad vniuersam fraternitatem totius orbis Christiani (vixit hic auctor S. Augustini sæculo) scribit, duo in Minorica Insula opida esse, Magonā, & Iammoram, illam ad Orientem, hanc ad Occasum: & in hac durare etiamnum antiquum Dei munus, vt cum in illa plurimi Iudæi viuant, in hac tamen consistere non possint; quod si audeant accedere, vel morbo præueniri, & repelli, aut subita morte extingui, aut etiam fulmine: nam neque Lupi, neque Vulpes, nec vllæ aliæ noxiæ animantes habitant; & Scorpij, & colubri cum abundent, vi carent nocendi.

Quemadmodum Clupeæ in Africa moriuntur Scorpiones: Vt in Insula Gaioleogalata prope Carthaginem: & in eadem Africa, neque Cerui: neque Vrsi, neque Apri, neque Capræ consistunt, Herodotus lib. 4. Ael. lib. de animal. 2. cap. 10. & sol. cap. 4. ac Plin. ante eos Arist. lib. histor. an. 8. cap. 28. cum hodie, sint plurimi in ea asserrore Matthæolo in lib. 3. Dioscor. cap. 52. sanè aliundè illati: quod magis mirum; quàm quod
G Asini in Ponto, & Scythia ob rigorem frigoris, non viuant.

Crocodili quoque non accedunt ad Teutyrā Insulam: cuius incolæ fugant odore serpentes: Cornicem viderunt Athenæ nunquam, vt nec Creta Noctuam: Immo si inferatur, ei letale: nec Rhodos Aquilam; nec ager Fidenas Ciconiam, nec Fauentinus Picum; nec Hirundines tecta ingrediuntur Thebarum, quòd sæpissimè vrbs illa capta fuerit: nec Biziæ in Thracia propter Terei facinora; nec Luscinia parit in Daulide apud Delphos. Vt nec in Carina monte apparent muscæ, nec Romæ templum ingrediebantur Herculis.

Idem Plinius lib. 10. cap. 65. plurimos Mures ad Troadem prouenire notat, & inde accolas fugauisse, vt ex Gyaro Insula cap. 29. lib. 8. ex auctoritate Theophr. lib. 9. cap. 57. quibus ex locis disces, Vrbes totas nimia quarundam bestia-
H rum copia euersas: in Paro tamen Insula mures non visuntur.

Idem lib. 3. cap. 5. Ebusi terra serpentes fugat, Colubrariæ parit, ideo infesta omnibus nisi Ebusitanam terram inferentibus; sanè miraculum. hanc Græci Ophiusam dixere, & ibi fuere Amyclæ à serpentibus deletę.

Et lib. 8. cap. 15. docet in Scythia, & septentrione esse animalia, quæ non alibi. Nec minus illud mirandum, quod in Arabia Suillum genus non viuit in vllo genere, eodem auctore capite 52. libro octauo, & in eius Insulam Sagarum canes non intrant, expositi circum littora errando intereunt; vt nullum maleficum animal est in Creta præter phalangium.

Nec minori esse debet admirationi, quòd quæ Ranæ in Seripho Insula sunt mutæ, alio translatæ coaxant, quod cap. 58. eiusdem lib. affirmat Plin. nam & Bœotia terra, inquit, loco cit. Aelianus caret talpis, ac si aliunde importentur, moriuntur omnes.

Arist. loco cit. narrat olim in Cyrene βατράχους I
φωνοῦντας, ranas vocales non fuisse, ibidem Plin. in Sebadeam Bœotiæ Mustelas illatas solū ipsum fugere, cum vicinum Orchomenum libenter colant, & tritum prouerbium ἀσπάλαξ εἰς Κορώνειαν, Coroneam indicat nec gignere Talpam, nec pati aliunde importatam, mox enim emoritur, inquit, Stephan. de Vrbibus, vt de Scarabeo Plinius in loco Thraciæ iuxtà Olynthum.

Olim in Britannia magnus luporū erat prouentus, qui tamen in Olympo Macedoniæ non sunt; quare Rex Edgarus imperasse legitur vectigalis nomine Ludouallo Vuallorum Regulo in singulos annos trecentos lupos: eadem facta Christiana, nullos patitur lupos, neque vllum animal maleficum, excepta Vulpe, vt obseruatum est à Polydoro Verg. in hist. Angl. lib. 1. & aliunde illatos non nutrit.

Solinus Athanatæ insulæ adscribit, vt quælibet res in ea nata mirè aduersus venena valeat:
quod Hiberniæ, quam Iuuernam hic nominat, K
post Christi fidem receptam est proprium.

Quod de Britannia diximus certissimū quoque est de Augia Lacus Constantiensis Insula, cum id affirmet homo damnatæ religionis Seb. Munsterus 3. Geograph. lib. quod ipsi scribit cōcessum Episcopi Pirminij precibus, Thom. certe Bozius lib. 15. de signis Ecclesiæ Dei cap. 17. & 18. demonstrat post Euangelium receptum plerasq; regiones magnis cladibus liberatas, magnis mōstris & pestibus ferarum, quibus ante Christum infestari solebant.

Hæc admiranda sunt opera naturæ, & parentis naturæ Dei: quorum & si rationem conantur explicare Philosophi, vix attingunt tamen. Arist. lib. & cap. citato duas assignat, τροφὴν, id est, alimenti siue copiam siue naturam, & χώραν, id est, aëris temperationem: quæ caussa est, cur differant eadem in diuersis regionibus. Vide AElianum lib. 5. de animalib. cap. 26. & 27.

Quo referri etiam potest, quod notat Pausanias lib. 5. id. in Eliacis priorib. circa mediam libri partem, esse etiam flumina, quorum in ripis erumpant hæ arbores, non illæ: & omninò, cur his locis, & non illis hæc, non illa nascantur.



Verbi

Verbi ἔῤῥειν vis contra Petrum Victorium confutata, & vocis parentis.

CAPVT XVII.

A OMNINO Petro Victorio cæteroqui viro doctissimo non assentior in explicatione verbi ἔῤῥειν lib. 1. var. lect. cap. 9. Capi enim vult non modo pro valere, cum pernicie, cum damno, atque interitu abire, quod est in malam crucem ire: sed etiam pro valere, hoc est, sanum esse, & prospera vel valetudine: idque ea consuetudine Græcorum indicari, quòd in extremis litteris consueuerunt apponere ἔῤῥωσο. Vbi Latini, vale. At nullum mihi auctorem dabit, apud quem hic istius notionis vsus reperiatur: nec id in suis Lexicis vlli vel prisci, vel noui eorum concinnatores adnotarunt.

Nec probario Victorij vim habet vllam ducta ex verbo passiuo ἐῤῥῶσθαι: Verba enim actiua sæpissimè repugnantem sibi ipsis passiuè acceptis & inflexis sortiuntur acceptionem: adde quod ἔῤῥειν nihil habet commune cum ἔῤῥωμαι: nam primitiuum verbi istius est ῥώω, non ἔῤῥω, & ἔῤῥω deducitur à φθείρω, pro quo Aeoles dicunt φθέῤῥω, & per aphæresim ἔῤῥω, vt obseruarunt Grammatici. B Vide Suidam in voce ἄπεῤῥε, ἐῤῥέτωσαν, ἔῤῥοντες siue ἔῤῥω, eadem dialecto pro εἴρω. igitur est φθείρεσθαι, vel ἀποφθαρῆναι, vel μετὰ φθορᾶς ἀπιέναι, in malam rem abire, pessum ire, interire: Italicè diceremus, andar in mal hora, che Dio ti dia il mal anno.

Neque cum eodem conuenio qui præstanti licet ingenio, & eruditione singulari parum mihi vidisse videtur, cum lib. 4. Var. lect. cap. 16. docens à Latinis auctoribus aliquando parentes dici, qui ὑπήκοοι, & ἀρχόμενοι vocantur à Græcis, subditi non valde Latinè vulgo nominantur, priore exemplo vtitur ad id probandum falso. Crispi in coniuratione Catilinæ, illis verbis, libertatem, patriam, parentesque armis tegere: nam sanè puto hic parentes non ἀρχομένους, id est, subditos, non maiores, sed patrem, & matrem, consanguineosque significare. hoc enim dicit C scriptor Optimus, diligentissimos omnium fuisse Romanos in re domi, militiæque gerenda, vt & patriam, & parentes suos, ac libertatem protegerent: non enim de principibus tantum viris Rom. loquitur, qui subditorum salutem defenderent, ac tuerentur, sed de toto populo, qui libertatem sibi communem, qui patriam, qui suos quisque parentes fortiter, ac strenuè conseruarent, &c.

Deinde patria, & parentes sæpè vsu bonæ Latinitatis, ac more coniunguntur: sic t. de off. lib. Cicer. Principes sint patria & parentes: sic ipse Sallustius, sic Cæsar, sic T. Liuius, sic alij.

Nec verò pro solo patre, & matre parentes dicuntur, sed ad auos, etiam ad triauos vsque extendebatur olim, vt Paulus de grad. aff. & Caius de verb. sign. l. appellatione: ad matrem quoque auiam, & proauiam, sic vt consanguinei omnes, vt vocamus Italicè, etiam Latinè parentes dici possint.

Lampr. in Alex. Amicos, & parentes Alexander si malos reperit, aut puniuit, aut si vetus id amicitia, vel necessitudo, &c. Capit. In M. Philosopho, adoptatus in aliam domum omnibus parentibus suis tantam reuerentiam, quantam priuatus exhibuit, qui & parentelæ nomen vsurpauit, vt nos Itali, Capit. idem de Misitheo loquens, caussa eloquentiæ dignum parentela sua putauit. Sic S. Hier. apol. adu. Rufinum ipso ferè principio, nisi fortè parentes militari, vulgarique sermone, cognatos, & affines nominat: qui loquendi modus obseruandus: indicat enim malè dici in hac notione parentes Latinè.

Impensius, siue impensius notio varia: pecunia quid olim contineretur: loca scriptorum enucleata.

CAPVT XVIII.

BACCHIDIS. act. 3. sce. 2. ita loquitur A Mnesilochus apud Plautum.

Nam pol quidem, meo animo, ingrato homine nihil impensius est.
Malefactorem amitti satius, quam relinqui beneficium.
Nimio præstat impendiosum te, quam ingratum dicier.
Illum laudabunt boni, hunc etiam ipsi culpabunt mali.

Difficile est, quid hoc loco impensius significet. Bapt. Pius cumulatius, & auctius omni honoris cumulo interpretatur: & nescio quam Catholicam adducit sententiam. Satius est enim impensas maiores efficere, quàm vocari ingratum, quam explicationem non improbo.

Probo tamen hanc magis, vt significet homini benefico ingratum magno constare, id est, che costa molto.

Fortassè melius vt Adr. Turn. explicat lib. 2. aduers. cap. postremo, nihil, quod minus pensi habeat, quodque incogitantius, & imprudentius sit.

Et quarta est remissius, negligentius, inertius, & ignauius; nam quæ pensa sunt; intelliguntur aliquando, quæ nobis curæ sunt, siue quæ considerata, & accuratè cogitata sunt, ita impensa, inconsiderata, neglecta, & dissoluta: hinc Sallust. de bello Catil. nam quid ego de Gabinio, Statilio, Cepario loquar? quibus si quidquam pensi vnquam fuisset, non ea consilia de Rep. habuissent. Suet. in Domit. ca. 11. nihil pensi habuit,

cum

enim prædaretur omnimodo bona viuorom, ac mortuorum. Italicè diceretur, non se ne curaua, ò non stimaua minte, &c. Sic enim explicatior est Turnebi interpretatio.

B Quid si quintam adiungam? vt impensius pro iniquius, & iniustius accipiatur: pensum enim auctore Nonio significat exæquatum, quia fine inclinatione sunt, quæ pendunt, & Festo, impensus nondum pensus, ex quibus verbis licet explicare pensum, æquale, æquum, quia quæ pensa, id est, ponderibus examinata sunt, iusta & æqua sunt: ergo quæ impensa, ea non pensa sunt, id est, iniqua, & iniusta sunt: hoc Dionys. Lamb. docuit.

Potest sexto intelligi, nihil est ingrato nequius, contemtius, minoris pretij: quæ enim pensa sunt, bona, & cara sunt; quæ igitur impensa, inutilia, leuia, & parui pretij sunt: & boni tamen auctores, vt Liuius, & alij impensum pretium pro magno dicunt; quasi non pensum, quod quæ ingentia sunt, non penduntur. Vt lib. 2. ab Vrbe condita. Salis quoque vendendi arbitrium, quia impenso pretio venibat in publicum omni sumtu ademtum priuatis, siue vt Codex Parisiensis apud Mich. Sonninm habet, salis quoque vendendi arbitrium, quia impenso pretio venibat, in publicum omni sumtu ademto

C concessum priuatis, sanè optime, & clarissimo sensu, vt intelligamus Leuatam hoc onere plebem è publico salis sibi procurandi: quia ius, & potestas illud vendendi concessa fuit priuatis.

Tametsi longè alio sensu Turneb. lib. 4. aduers. cap. 2. sic distinguens legit. Salis quoque vendendi arbitrium, quia impenso pretio venibat, in publicum omni sumtu, ademtum priuatis: quoniam ad euertendam plebem potestas ablata priuatis fuit salis vendendi, quia magno vendebant, & de publico datum plebi, sumtu illo, atque onere in rem publ. recepto.

Nec valde est dissimilis Nanoij lib. 15. Coppulator lectio, & explicatio. Salis quoque vendendi arbitrium, quia impenso pretio venibat in publicum sine omni sumtu ademtum priuatis, vt hæc sit sententia, arbitrium salis vendendi ademtum priuatis, quia impenso pretio, hoc est, permagno venibat: venditum autem publicè fuisse sine omni sumtu, detractis oneribus, itinerum, & vectigalium, vt præter pretium salis nihil sit solutum.

D Nec desunt tamen, qui pro impenso, legant immenso, eadem notione, & pleniore: Certè immane pretium etiam impensum dicitur, sic 14: lib. ad Att. Cicer. Epist. 7. siue vt Maunt. diuidit lib. 13. Minusculam vero Villam vtique Quinto traditurum, vel impenso pretio, sic explicat Adr. lib. 13. aduers. cap. 8. rumorem esse, inquit, scribis me ad Lacum quod habeo, venditurum: Sin minus, omninò tamen meminusculam villam venditurum, quod eam sibi, vt vendam, mihi sit Quinctus vel immanissimo pretio persuasurus: amplius notat impenso emere dixisse Horatium pro tacito pretio lib. 2. Epist. 3. Lusciuias soliti impenso prandere coemtas, sic in Tib. cap. 13. Suet. coactus est tam suis, quàm matris impensissimis precibus reditum expostulare. & Cæsar lib. 4. bel. Gal. iumenta impenso parauit pretio.

Melius opinor in Horatio explicabitur immenso pretio: nam in gulosos inuehitur. Sanè impendere est insumere, id est, expensas, & sumtus facere, vnde impensa: ex quo accipi videtur impensus pro insolente, atque immoderato, & omnia sibi tribuente Plau. capt. act. 4. sce. 1. væ E misero mihi, quouis cibo iste factus est impensior, & quidam impensam pro beneficio volunt sumi, nescio quam verè; quem enim locum ex Martiali producunt 1. lib. Epigr. 4.

Impensis vitam Principis adnumeres.

Is non probat, nisi impropriè; significat enim Principis sumtibus, ac muneribus vitam illum sustentare, quæ in periculo versabatur ex delatorum calumniosa licentia. Ita impensè, significat valdè, nimis, vt impendio, plus satis; ita impensius vehementius, multò magis, vnde pensius, carius, pretiosius Plaut. Sticho act. 1. sce 1. age tu altera vtra sit conditio pensior, Virginem, an Viduam habere: licet Pius Bononiens. interpretetur non malè, castigatior, & examinatior.

Impensus magnus & ingens. T. Lucret. libro quinto.

Vel violenta viri vis, atq; impensa libido.

Sic initio lib. 4. de bell. Gall. Cæsar. Quin etiam iumentis, quibus maximè delectantur, quæque impenso parant pretio, Germani importatis nõ vtuntur. Quòd autem quidam illud Prudentij citant in hunc sensum:

Barbarus tortor latus omne carpsit
Sanguis impensus,

Non probo: neque illud Lucret. lib. 6.

Haud igitur mirum est, si paruo tempore sæpè
Tam magnos montes tempestas, atq; tenebra
Cooperiant maria, ac terras impensa supernè.

Hic enim immissa significare videtur, vt ex prioribus versibus constat: illic vero datus, & effusus.

Lib. 2. de reb. cred. si certum petatur. §. item mutuum non potest esse, nisi proficiscatur pecunia, exemplo videlicet demonstrat mutuum F non posse consistere, nisi in rebus quæ pondere, numero, mensuraque consistunt, quas res pecuniæ appellatione hic contineri pro certo habet Alc. ex l. talis de lega.

Moneta enim apud veteres pecudum nota, vt Plin. alt lib. 33. cap. 3. & Plut. in Poplicola, signabatur: ex quo pecuniæ nomen: Latius verò eas etiam res comprehendit, quæ functionem in genere suo recipiunt, declaratque Hermogenianus l. pecuniæ D. de verb. signif. & Vlp. l. 78. de verb.

verb. ſignif. non modo, inquit, numi, id eſt, numerata pecunia, ſed omnes res tam ſolidę, quàm mobiles, & tam corpora, quàm iura continentur: quod quidem videtur per quandam metalepſin, ſiue tranſumtionem inductum.

Nam ante percuſſam monetam huiuſmodi res erant in vſu commerciorum, ſucceſſitque permutationi emtio, l. 1. de Contrahen. emtion. & veteres omnem cenſum in pecoribus habuerunt, quod certum ex ſacris litteris, & Homeri carminibus & B. Aug. notat cap. totum quidquid 1. q. 3. & conſentiunt Grammatici: quod
G item probat Iuſtinianus hac ratione, quia poſſunt res omnes in pecuniam conuerti. l. 11. C. de Conſtit. pecn. tametſi hodierno loquendi vſu non tam latè, atque amplè pecuniæ nomen vſurpatur, ſed tantum, vt numos contineat, id quod adnotauit d. l. talis, Bertholdus, dictos à Græca voce νόμισμα, quæ ſignificat monetam legitimè ſignatam: itaque anguſtior eſt numi appellatio, quàm pecuniæ. l. litigatores. §. quod ait Prætor, de arbitr. & d. l. 1. de Contrah. emt.

Ius autem gentium docente Ariſtotele 1. Polit. cap. 6. inuenit pecuniam, vt vſum, ac dominium præberet χρῆσιν, καὶ κτῆσιν: adde tu alterum finem, contractuum cõmoditatem ἀλλαγὰς quamquam hæc vſu videtur contineri, & eo loco Philoſophus explicat: Ita Salicetus, & Decius illuſtres legum interpretes ad illud de reb. cred. l. 9. ſi numos meos tuo nomine dedero, velut tuos, &c. ſeparant numos à reliqua pecunia vſu lo-
H quendi nouo: cum lex non ſeparet, & ratio eius eſt generica, quoniam cum de mortuo agitur, omnia cõprehenduntur, quæ pondere, numero, menſura conſiſtunt. & l. 15. ex Vlpiano lib. 31. ad edictum. de quo & Gl. aut. Caſſ. C. de Sacroſanct. Eccleſ. Quid ni etiam diximus pecuniæ vocabulum tam eſſe ampſum, quòd ad ſe omnia trahit, vt eleganter Hor. cecinit Oda 9. lib. 4. Car. laudans.

Vindex auaræ fraudis, & abſtinens
A *Ducentis ad ſe cuncta pecuniæ.*

Et lib. 1. Epiſt. 6.

—Remq. & amicos,
Et genus, & formam regina pecunia donat.

Quoniam vt ſapienter dixit Salomon Eccl. 10. pecuniæ obediunt omnia: quod alio nos lib. fuſè tractauimus.



Cydni fluminis quæ natura; Strabo de eo explicatus, & falſa hiſtoria confutata.

CAPVT XIX.

QVIS curſus aquę Cydni in Cilicià, A
quis color, ſtatuere non poſſum, conabor tamen. Solinus cap. 39. Polyhiſt. cum ſcribit, tumere autumno, & vere, cum niues ſoluuntur, reliqua parte anni tenuem eſſe, & quietum: cui fauet lib. de reb. Alex. 3. Q. Curtius hac oratione Cydnus nõ ſpatio aquarum, ſed liquore memorabilis, quippe leni tractu è fontibus labens puro ſolo excipitur nec torrentes incurrunt, qui placidè manantis alueum turbent: Meminit & Iuſtinus lib. 11. & cultus Poëta Tibullus eleg. 7. lib. 1.

At te, Cydne, canam, tacitis qui leniter vndis
Cæruleus placidis per vada ſerpis aquis.

Pauſanias in Arcad. ſiue lib. 8. blandi eſſe frigoris ait: diſſentit Geograph. lib. 14. eius fluxum frigidum, atque aſperum nominans ῥεῦμα ψυχρὸν καὶ τραχὺ, ſi tamen diſſentit: τραχὺ enim non modo aſperum, rapidum, atque incitatum poſſumus interpretari, ſed referre etiam ad vim internam aquæ, & quaſi acrimoniam in detergendo.

Ac ſanè Plut. lib. quo de ſilentio diſputat oraculorum, affirmat nulla aqua magis quàm Cydni, ferrum purgari, & poliri, A id præſertim, ex quo gladius Apollini in Tarſo ſacer eſt conflatus.

Neſcio tamen, quàm cum voce τραχὺ, qua vtitur Strabo, conſentiat idem Solinus aſſerens ex B
Choaſpi, ex cuius alueo deriuari Cydnum multi voluerunt tanquam parente, miram trahere ſuauitatem: videtur & à Tibullo diſcrepare, qui cæruleum nominanit: nam ille, quod eius aqua ſit candida, à candore nomen accepiſſe commemorat, cum quidquid eſt candidum, Syri gentili lingua Cydnum dicant.

Aptè verò ad fluminis naturam Apollonius Tyraneus per epiſtolam, vt eſt apud Philoſtr. lib. 1. eius vitæ, reprehendit aliquando Tarſenſes, quòd ociarētur ad Cydni aquas penè eius quiete, ac pulchritudine ebrios: Tarſum enim diuidit ortus è Tauro monte: ex quo verſus ille Priſciani ſiue Rhemnij Palæm.

Flexilis & Cydnus dirimit qui flumine Tarſon. B

Quam vrbem vel à Perſeo, vel ab Arginis extructam, vt habet Strabo lib. 14. & Ammian. finxit Afer Dionyſ. in περιηγήσει ædificatam à Bellerophonte propter ταρσοῦ nomen, ex ipſius equi Pegaſi vngula, verſus eius, vt Latinos Auienus fecit, C
hinc producam.

Cydnus item media diſcernit mœnia Tarſi,
Pegaſus hoc olim ſuſpendit ceſpite ſeſe,
Impreſſaq. ſolo liquit veſtigia calcis,
Eſſet vt inſigni reuoluta in ſæcula ſemper

Nomen humo clari post vltima Bellerophontis.C

Quid autem putemus fuisse causſæ, cur eius aqua lotus Alexander Macedo, quod Q. Curtius lib.3.& Plut.in Alex.referunt,& Iust.lib.11. in periculosiſsimum morbum incideret, cum alioqui podagricis medeatur? vt apparet in epistola Casſij Parm.ad M.Antonium apud Plin.lib.31. cap.2. & Vitruuius cap.3.lib.8. & Strabo sit auctor.iuuare plurimum eos,qui laborant neruis;
D quoniam,quæ ægria corporibus salutaria sunt, ferè sanis nocent.

Nam quod affirmaur quidam affectis podagra adiumento esse, quod tamen bonam lædit corporis constitutionem, vehementer vereor vt sit verum, nisi quandam frigoris temperiem, & mediocritatem accipiamus: Gal. enim lib. qui Græcè non extat, de primis causis, αἰτιῶν προκαταρκτικῶν, quo hoc idem euenisse testatur Alexandro, vt & Lucianus eius dialogi initio, qui de domo inscribitur, sentire videtur neruorum sanitati valde frigus aduersari, id quod pro comperto habent medici.

Quanquam hoc fortasſè propter eam, quam Græci ἀντιπερίστασιν appellant, contigit, vt scilicet cum frigore vehementi admoto in interna se recipiat calor, leuamentum doloris aliquod podagrici experiantur: quod Hier. Mercurialis videtur approbare loco Hippocratis allato lib. de vsu humidorum, de podagricis loquentis ψυχρὸν πολλὸν καταχεόμενον ἰσχαίνει, καὶ ὀδύνην λύει.

Iucundum frigus vertit Romulus Amas: sed nec blandum, nec iucundum, ψυχρὸν tantum aie Pauſ. significat tamen vox moderatè frigidum, si maximè de aliis fluminibus quid scripserit, animaduertamus: de Gortynio enim ita, Gortynius hic aqua fluit multo frigidiſsima, D & mox,
E Istrum, Rhenum, aliosque fluuios, qui gelantur, commemorat, tum de eo hæc scribit, vt de Melane Pamphyliorum. De Cydno verò, & de sacro Apollinis in vrbe Tarso gladio, amico Demetrio, te audiuimus dicentem, Cydno magis purgari ferrum illud: nec aliam aquam gladium admittere præter illam.

Ergò Alexander quidem, vt conuertit interpres, expetiuit in Cydno lauari, eum pulcrum adeò, & perspicuum fluuium eum conspicatus esſet, deinde & tutò profundum, & leniter concitatũ, & æstatis tempore gelidum, adeò etiam, vt si iam antea manifestum eum morbum, quo postea ex illo ægrotare cæpit, præuidiſſet, non facile ab illius lauacro abstinere se potuiſſe videatur. E itaque iure cecinit Bapt. Mantuanus non malus Poëta Christianus, primo lib. de sacris diebus in conuersione S.Pauli.

Tu quoq; tardigradam tactu sanare podagram,
Cydne potens, gaude tanto letatus alumno,
Curre alacris, Taurią; fluens de fontibus aquor
Cæruleum niueis saliendo allabere lymphis.

F Cum verò Curtius frigidiſsimum nominet, & in eum puluere, ac sudore simul perfusum descendiſſe commemoret Alexandrum, nihil videtur mirum, si in eum, quem cum Curtio alij describunt, rigorem, siue horrorem incurrit periculosiſsimum, tanto frigore apertos corporis meatus subeunte: sanè facillimum vigente æstu, si frigida laueris, offendi.

Hoc verò flumine lotum interiiſſe Federicum Ahenobarbum Historicos scribere Mercur. refert lib. var. lect. 4. cap. 2. Ego tamen legi multos, nec Cydnum tamen memorant, sed proprio nomine suppresſo, vniuersè in Armeniæ flumine, cum se lauaret, aquis suffocatum. consule Enneadem 9. M. Antonij Sabellici, eiusque librũ 5. qui & rapidum flumen ingresſum scribit. Gulielmum Nubrigen. lib. rerum Anglicarum 4.cap.13. Nicetam Choniatem lib. 2. de Imperio Isaacij Angeli. Ioan. Villanum lib. hist. 8. cap. 3. in vn picciol fiume, inquit, chiamato il Ferro, G disauenturosamente s'affogò; Diuina ipsum iustitia persequente propter vexatam ab eo contra omne Ius, fasq; Rom. Ecclesiam omnium Ecclesiarum parentem ac magistram.

Hunc ῥῆγα Ἀλαμανῶν Nicetas vocat, & mirum in modum celebrat, ardoremque eius nominat Apostolicum, sacra videlicet Ierosolymorum loca recuperandi: tantò magis Græci ipsi reprehendendi, qui omni studio, & conatu, dolo, vi, fraude incubuerunt in tam iusto bello, tamque sancto impediendo: verum Ahenobarbus ipse parum est iis laudibus dignus, quas illius odium pænè capitale aduersus Rom. sedem obscurauit, vt verè boni scriptores narrant.

Cyclopum varia apud veteres genera fuiſſe; de iis aliquot scriptorum loca declarata.

CAPVT XX.

CYCLOPAS Siciliæ populos ad Aetnam montem Virg. Naso, Val. Flaccus, Strabo, Plinius, innumerabiles que alij fuiſſe litterarum monimentis tradiderunt: quamobrem Aetnaei, Siculique dicuntur; Cum nonnulli in Insula Lipara, & Vulcaniis Siciliæ finitimis collocarint: Leontinos fuiſſe notat Eustathius in 9. Vlix. ex recentibus scriptoribus, lib. 1. Strabo vicina loca Leontinis tenuiſſe, quos propter Barbariem, & prędandi morem Homerus vocarit Cyclopas: nam Vlix.7. καὶ ἄγρια φῦλα γιγάντων, & 9. vocat ὑπερφιάλων Phoenices Theophrastus facit; sunt etiam qui Thraces, qui tamen in Sicilia habitarint: ex Lycia profectos memini me legiſſe in Strabone libro 8. & repetit 2. libro, Il. Eustath. & Cyclopeum montem in Africa Etymologus tradit.

Fabulosos opinantur ferè omnes: Plin. veros lib.7.cap.2.& lib. 3.cap.8.& Strabo lib. 1. Quan-

qusm post pauca suspicati se dicit Homerum eos populos Scythicorum Arimasporum occatione finxisse: vbi pro Σκυθικῶς perperam legitur ἰδιωτῶς.

Aliorum Cyclopum (nam alios ostendunt fuisse Eustath. & Strabo lib. 8. aliique) opus fuerunt Mycenarum mœnia Pausanias in Achaicis, Eurip. Glossographus Oreste, quo illud spectat Antipatri Thessali lib. Epigram. 1. εἰς ἀνθρ. tit. 70.

B —Κυκλώπων τῶν ἐπίκειτο πόλις.

Inde Euripides in Iphigenia in Aulide. Mycenas vocauit Cyclopicarum manuum laborem πόνον χειρῶν κυκλωπείων, & in Hercule furente Cyclopeam vrbem κυκλωπείαν πόλιν: Hesychius exponens Cyclopum solum quoniam Cyclopes construxerunt Mycenas: quibus consentit Strabo lib. 8. post Naupliam, quæ Mycenas versus est, commemorans, quanquam in speculis ædificatas Labyrinthos, non Mycenas exprimit, & de Tirynthe loquens videtur se, vt in locum munitum reciperet, solitum Prætum, & exædificasse per Cyclopes: qui septem fuerint & ex Lycia venerint. repetit de operibus in speluncis Naupliæ. nam etiam Pauf. in Cor. id. lib. 2. Corynthiorum muros opus agnoscit Cyclopum vide, vt ad allegoriam, siue mores traducat eit. lib. Eustath. idem narrat 2. lib. Il. & Tirynthem à C Cyclopibus munitam fuisse refert lapideo muro: singulos autem muri lapides minimos vix moueri e loco potuisse mulorum bigis. & parnos lapides insertos. vt per eos maiores aptiore structura coamentarentur. Turres etiam inuenisse prodit ex Aristotele Plin. ad munitionem opidorum.

Nec omittendum tres nominari à Plin. lib. 3. cap. 8. Cyclopum in Sicilia Scopulos apud Aetnam, & Catanam; non dubium quin ab ipsis nomen inditum: aliorum item Cyclopum argumentum est, Cyclopis Insula circa Rhodum a Plin. lib. 5. cap. 33. collocata: & qui Cyclopas aliorum, atque aliorum parentum faciunt liberos, aliorum, atque aliorum Cyclopum videntur meminisse.

Hesiodus tres nominat filios Telluris, ac Cœli, quibus etiam orbicularem vnum tantum in fronte oculum fuisse canit, & ex eo accepisse nomen: ita enim in Theogon. vt vertit Boninius Mediolanensis.

Addidit his animo Cyclopas terra superbo
Cum Bronte Steropem, nec vimdus abfuit Arges,
Hi fulmen cudere Ioui. tonitrumq, dedere,
Cætera sunt Diuis similes. micat vnus in ipsa
Fronte oculus, curuusq, aurem sedet inter vtramq,
Id Cyclops, quòd eis stat pro cognomine, monstrat.
Nomine namq, putes notos: fuit horrida visu
Effigies, & erat monstrosi luminis instar
D *Omnis ab assiduo vis est infracta labore. A*

Iucunda est Theocr. idyll. 11. qui Cyclops inscribitur, Cyclopis oratio cum amasia Galatea, quam sibi conatur omnino conciliare; & sequitur in oratione pro Christianis Athenagoras; quos intelligit Atheniensis Apollodorus libro de Diis primo, post hos cœlo Tellus genuit Cyclopas Harpen, nisi Ἄργην emendes ex Hesiodo, Steropen, Bronten, quorum quilibet habebat vnum oculum in fronte & Virg. 3. Aen.

—Et telo lumen terebramus acuto
Ingens, quod torua solum sub fronte latebat
Argolici Clypei, aut Phœbea Lampadis instar. E

Hyperbolicè dictum Turnebus obseruat lib. 24. cap. 10. aduers. Ego verum non puto, cum quanta esset, & quam immanis eius statura considero: ergo staturæ oculus respondebat. hoc apud Homerum non legimus, illud autem Eustath. obseruat, hoc Turnebus; vt nec in Insula habitasse, sed in continente: sed vbi terrarum, sibi aquam hærere ingenuè fatetur: de his etiam non Tzetzes, vt in Comment. Epigram. citat. Ioan. Brod. aut si hic, non primus, sed ex veteri Hesiodi interprete, in hos versus sic loquitur: tres sunt gentes Cyclopum, genera γένη alij legunt, qui Mycenas exædificarunt, socij Polyphemi, & ipsi, qui, pro Diuis habiti apud Hom.

Gentem esse Cyclopum duobus oculis tradit Eustath. & nec Polyphemum fuisse monoculum, sed ex infortunio, cum alibi velit vno tantum oculo fuisse præditos sito in media fronte. lege ipsum comm. in 1. Vlix. lib. & 9. Hom. Schol. 9. Vlix. Hi iusti, scribit de Cyclopibus, præter Polyphemum, paulo secus Eustath. in eundem librum immo idem variis verbis explanatio peruersa.

Tres, quorum Virg. meminit lib. 10. Brontem, Steropen, Pyræmona, Vulcani faciunt filios multi, cum vnum tantum genus videatur agnouisse Cornelius Seuerus in Aetna sua illis versibus. F

Illi Cyclopas memorant fornacibus vsos,
Cum super incudem numerosa in verbera fortes
Horrendum magno quaterent sub pondere fulmen
Armarentq, Iouem—

In hist. tamen Tzetzes chil. 7. cap. 131. gentem narrat fuisse barbatam, commerciorum expertem, hospitibus inimicam, nauium fabricandarum imperitam.

Ioan. Boccacius fabularum scientißimus lib. Genealog. Deorum 10. cap. 16. duas Cyclopum formas distinguit, primam agnoscit pessimam, cuius princeps Polyphemus: secundam artificiosorum hominum, in qua tres illos includit, qui à Virg. commemorantur. Cyclopeas verò Mycenas cum nominatunt poëtæ, sic arbitror explicari posse, vt referatur ad magnificentiam, ac diuturnitatem ædificationis, propter operariorum, & fabrorum præstantiam, vt in 6. AEn.

—Mœnia Cyclopum educta caminis:

Adde postremam obseruationem ex Cypriano in serm. de ieiun. & tentat. Christi, si modo est

Cyprianus, reponere eum inter Cyclopas Vulcanum, sic, vt aliquid poëticum inseram, temulentus Cyclops illiciti coniugij appetitor, licet à Pallade repellatur, in gremio tamen eius Erichthonium fundit, & incorrupta Minerua, superest tamen deforme monstrum, nec omninò affectata scelera in memoria moriuntur. Vulcanum enim significat, cuius hunc conatum celebrant Poëtæ.

Ædilitatis apud Roman. tres functiones explicatæ, ab omnibus ferè negligenter omissæ: Senecæ aliquot loci enucleati.

CAPUT XXI.

A NIAVM, cur ciuis meus Carolus Sigonius, & Alex. ab Alexandro, & cæteri qui de Rom. scripserunt magistratibus. Vniuersè tantum, quæ cura esset, manusque Aedilium, explicarint, peculiaribus officiis prætermissis. Ego tres eorum curas etiam doctis parum notas ex Valerio, Tacito, & Seneca exponam. Eæ ad honestatem pertinebant, & munditiem personarum, locorum, rerum.

De personis sic habe. ne occulta essent mulierum dedecora, earum maximè, quæ vel ingenuæ essent, vel nobiles, vel omninò liberæ, & tuens foret ab adulteriis lectus maritalis, lege, & more præscriptum erat, vt cui feminæ vulgare corpus esset collibitum, id ipsa profiteretur apud Aediles; quod ni faceret, deprehensa grauiter puniebatur, docet id. T. Liuius lib. 10. eo anno Q. Fabius Gurges consulis filius aliquot matronas ad populum stupri damnatas pecunia mulctauit; hic verò Gurges ædilitatem gerebat; nec pecunia solum, sed etiam exilio afficiebantur.

Idem lib. 25. Villius Tapullus, & M. Fundanius, Aediles plebei aliquot matronas apud populum probri accusarunt: quo Tertull. alludit B lib. de pallio cap. 4. habea spectare, quod Cæcina Seuerus grauiter Senatui impressit, matrona sine stola in publico: denique Lentuli Auguris consultis, quæ ita sese exauctorasset. pro stupro pœna erat: quoniam quidem indices, custodesque dignitatis habitus, vt lenocinij factitandi impedimenta, sedulò quædam desuefecerant.

Clarissimè Cornelius Tac. circa finem lib. 3. annal. eodem anno grauibus Senatus decretis libido feminarum coërcita, cautumque ne quæstum corpore faceret, cui auus, aut pater, aut maritus Eques Rom. fuisset: nam Vestilia prætoria familia genita, licentiam stupri apud ædiles vulgauerat; more inter veteres recepto, qui satis pœnarum aduersum impudicas in ipsa professione flagitij credebant, &c. quasi nō aliter mulctarentur, cum tamen ex Liuio pecuniariam, & exilij pœnam paulo ante protulerimus.

Ius idem fuisse in Viros matronarum stupratores videtur fuisse ex horum verborum T. Liuij non leui vestigio lib. 8. data à M Flauio Visceratio: erant qui per speciem honorandæ parentis meritam mercedem populo solutam interpretarentur, quod eum die dicta ab ædilibus crimine stupratæ matrisfamilias absoluisset. Ad hunc porrò morem Iustinus lib. 21. respexit scribens, Dionysium apud ædiles aduersus lenones iurgari solitum.

Iam verò hanc professionem feminarum cōsequebatur, vt iure, ac dignitate matronali cederent, itemque vestitu. atque inter scorta censerentur, quæ in tabulis, & albo suo habebant ædiles, primum satis apertè Suet. demonstrat in Tib. cap. 35. Matronas prostratæ pudicitiæ, quibus accusator publicus deesset, vt propinqui maiorū more de communi sententia coërcerent, auctor fuit. Et mox feminæ famosæ, vt ad eultandas legum pœnas, iure, ac dignitate matronali exsoluerentur, lenocinium profiteri cœperunt, &c. eos, easque omnes, ne quod refugium in tali fraude cuiquam esset, exilio affecit. C

Alterum Tertull. cap. 6. Apol. nam propterea queritur inter matronas, & prostibulas nullum de habitu discrimen relictum. & citato cap. lib. de pallio, at nunc in semetipsas lenocinando, quo planius adeantur, & stolam, & supparum, & crepidulum, & caliendrum, ipsas quoque iam lecticas, & sellas, quis in publico quoque domesticè, ac secretè habebantur, eierauere. & lib. de D cultu femin. cap. 12. aut quid minus habent infelicissimæ illæ publicarum libidinum victimæ? quas si quæ leges à matronis, & matronalibus decoramentis coërcebant, &c. Hæc de personis. Nunc de locis.

AEdilium curæ suberant loca publica tum honoris, tum dedecoris, vt fora, basilicæ, theatra, porticus, viæ, balnea, popinæ, fornices, quorum mundicias exigebant: huius moris, ac muneris non tam clarè expressum, quàm leuiter impressum in hac Senecæ oratione vestigium lib. de vita beata cap. 7. vbi habitum, gestumque inter se componit virtutis & voluptatis: quem totum locum, quia pulcherrimus est, non pigebit ad verbum hic inserere, vt hæc pauca, & illustria Latini sapientis hominis cum multis conferas, quæ de eodem argumento verbosè Græcus tractauit Philosophus Cebes Thebanus in Pinace.

Quid dissimilia, immo diuersa componitis? Altum quiddam est virtus, excelsum, regale, inuictum, infatigabile: voluptas, humile, seruile, imbecillum, caducum, cuius statio, ac domicilium fornices, & popinæ sunt. Virtutem in templo inuenies, in foro, in curia, pro muris stantem, puluerulentam, coloratam, callosas habentem manus: voluptatem latitantem sæpius, ac E

tene-

tenebras captantem, circa balnea, ac sudatoria, ac loca ædilem metuentia, mollem, eneruem, mero, atque vnguento madentem, pallidam, fucatam, & medicamentis pollinctam, &c.

Alter est Sen. locus longè apertior epist. 86. de balneis. Sed Dij boni; quem iuuabat illa balnea (confert hic scriptor veterum balnea virilia, & modesta cum recentibus muliebribus, ac turpibus) intrare obscura, & gregali tectorio inducta, quæ scires Catonem sibi ædilem, aut Fabium Max. aut ex Corneliis aliquem manu sua temperasse? Nam hia quoque nobilissimi ædiles fungebantur officiis, intrandi ea loca, quæ populũ receptabant, exigendi mundicias, & vtilem, ac
F salubrem temperaturam, &c.

Tertium munus ædilium erat, prouidere, neque in vulgus edebantur, scripta, turpia, impia, infamia essent, & religioni, seu moribus officerent, perspicuus est lib. ann. 4. Taciti locus in damnatione Cremutij Cordi viri sapientia, & docti, quem Tib. Cæsar ad mortem compulit, & eius libros incendio mandari iussit. Egressus de in Senatu, inquit, vitam abstinentia finiuit: libros per ædiles cremandos censuere patres, sed manserunt occultati, & abditi. Sic enim videtur mihi omnino legendum, non editi, quamuis idẽ factitatum legamus libera repub. vt serua per Triumuiros capitales, & prætorem apud Liuium lib. 40. Val. Max. lib. 1. cap. 1. & Plin. lib. 13. cap. 13. de Numæ libris. & S. Aug. lib. 7. de Ciuit. cap. 34. & Tacitum ipso fermè initio vitæ Iul. Agricolæ.

Librorum autem incendendorum morem Seneca pater acerrimè reprehendit ipso lib. 10. Controuers. principio, cum de Labieni libris incensis conqueritur: qui tamen mos sæpe non modo est vtilis, sed etiam necessarius ad sartam tectam fidem conseruandam, pacemque & bonos mores retinendos: id quod in Ecclesia Christiana sanctissimè faciunt Præsules, & fidei Quæsitores.

G Miror autem cur Seneca primum fuisse Labienum scribat, in quem excogitata sit noua pœna, & insueta, supplicia de studiis sumendi, vt omnes videlicet eius libri incenderentur; cum sciamus Athenis statutam hanc Protagoræ, qui contra Deorum multitudinem scripserat, pœnam. Cic. lib. primo de nat. Deorum, vt omittam de cæteris, quos tu vide in Theatro vitæ humanæ vol. 3. lib. 10. nisi de Romanis voluerit intelligi: quanquam & libri Numæ ante combusti, vt diximus, & quidquid fatidicorum librorum Græci, Latinique generis per Augustum adepto Pontificatu Maximo, vt est apud Suet. in eo capite 31.

Sed obseruandum ædiles trium fuisse generum: nam primi ædiles plebis nominati anno V. C. 261. creati, vt est apud Dionys. Halicar. lib. 6.

Alteri curules anno 388. auctore T. Liuio libro 6. vtrique magistratum inibant Kal. Ian. teste Cic. 4. in Verr. vtrorumque item distinguendam administrationem, & quidem quæ toto cap. docuimus spectant ad Curules, vt hoc quod penè fueramus obliti, ne in mancipiorum venditione, & mensuris fraus admitteretur, quod in eo verbo, fora comprehendi puto, qui idcirco à Græcis ἀγορανόμοι dicti, est clarum ex Cic. 7. or. in Verr. & edicto curulium lib. pand. 21. hinc H Iuuen. Sat. 10.

Et de mensura ius dicere, vasa minora
Frangere pannosus vacuis ædilis vlubris,

Et Persius extrema Sat. 1.

Sese aliquem credens, Italo quod honore supinus
Fregerit heminas Arreti ædilis iniquas.

Et quidem hia de rebus quemadmodum anno suo ius dicturi essent, Prætorum exemplo edicebant, & in sella curuli sedentes ex edicto suo ius edebant, colligitur ex Cic. loco allato, eos verò creatos hac fuisse occasione T. Liuius tradit lib. 6. quòd recusarent plebeij ferias Latinas curare: Horum plebeiorum hoc fuit munus, vt ait Dionys. loc. cit. vt essent Tribunorum plebis, administri, cum res postularet; de rebus ad se ab illis delatis iudicarent; loca sacra, & publica tuerentur, annonæ curam susciperent: licet Cic. sacrarum & publicarum ædium procuratores curulibus attribuat & probabile, quod curules omnes I ludos præter plebeios curarent; plebeij verò, solos plebeios: Cic. lib. ad Att. 9. epist. 15. vniuersi, Aediles ludos parant & 3. de leg. non longè à principio, alias eorum expressit procurationes.

Zon. insignis est locus, quem non commemoro, quòd in descriptione Rom. magistratuum is, qui nostro æuo elegantem, & eruditum scripsit commentarium iuris producat: qui diligenter alia pleraque notauit ad hoc munus pertinentia, & ex veteribus script. & ex Iurisconsult. posterioribus temporibus.

Etiam tertij fuerunt ædiles nominati Cereales, Pomp. de orig. iur. l. 2. quasi verò non etiam annonæ curandæ alteri ex dictis præessent, institutum C. Cæsaris fuit. de quo ita Dio. lib. 43. penè extremo. Eodem anno 1. sex Aediles sunt constituti, duo patricij, qui Cereris ædiles vocarentur, id. Cereales: quatuor plebeij, qui mos ad nostram vsque ætatem seruatur. Hos vt reliquos ædiles veteres puto fuisse iuniorum magistratus: hinc 3. de leg. Cic. ollisque ad honoris amplio- K ris gradum is primus ascensus esto, & 2. scribit Mamerco homini diuitissimo prætermissionẽ ædilitatis consulatus repulsam attulisse, quod verò dictus sit, vt Festus scribit, ædilis, quoniam facilis ad eum plebi aditus foret, non credo; credo à cura ædium tum sacrarum, tum etiam priuatarum, vt Varro indicat lib. 4. de lingua Lat.

Spartiani locus de seruorum quæstione declaratus: & quid Halabarches, siue Arabarches explicatum.

CAPVT XXII.

A INTER cæteras Adriani leges hæc reponitur à Spartiano, seruos à dominis occidi vetuit, eosque iussit damnari per Iudices, si digni essent: quæ lanè lex humanitatis plenissima morem sustulit aduersum rationi, quo liberum erat dominis qualibet ex causa seruos interficere indicta causa: adiunxit alteram, vt alium morem corrigeret, quo contra ius, fasq; domini, immo & iudices sæuiebant in seruos, si forte eorum domini fuissent interemti: si dominus in domo interemptus esset, non de omnibus seruis, quæstionem haberi, sed de his, qui per vicinitatem poterant sentire, præcepit.

Antiquum morem Cicero indicat in or. pro Milone, qui nolens minime odiose dicere, quod negare nolebat, hoc est, Clodium, qui Milonem aggressus in via erat, fuisse occisum à seruis Milonis, fecerunt, inquit, serui Milonis, quod suos quisque seruos in tali re facere voluisset; & Seruius in epist. ad Cic. lib. 3. de cæde Marcelli: inueni duos libertos, & pauculos seruos, reliquos aiebant profugisse metu perterritos, quòd dominus eorum ante tabernaculum interfectus esset.

Post Ciceronis tempora hoc officium factum est necessarium, & Senatus cum voluntate Dominorum suam coniungens, seruis imperauit, vt id facerent, alioqui pœnas darent, legimus Senatusconsultum l. 1. nomine Silanianum in Vlpiano sub Augusto latum P. Cornelio Dolabella C. Silano Coss. quod introductum scribit de publica quæstione à familia necatorum habenda, cum aliter nulla domus tuta esse posset, nisi periculo capitis sui custodiam dominis tum à domesticis, tum ab externis serui præstare cogerentur.

Videtur autem ita locutum Senatusconsultum: domino occiso, de seruis, qui sub eodem B tecto fuissent, quæstionem haberi, supplicium sumi oportere: & quoniam illa verba, sub eodem tecto, non videbantur satis à veteribus explicata, Iustinianus explicanda sibi putauit hoc modo: omnes seruos teneri, qui ex quocunque loco potuerunt clamorem exaudire, vel insidias sentire, nec auxilium domino tulerunt, l. vlt. C. de his quibus vt indig. hęc interpretatio desumta ab Hadriano Cæsare: sanè ipse Iustin. vt à veteribus profectam in Pandectas retulit. quin & Vlp. l. 1. §. 13. de sen. Silan. ait Sextus, sic sæpe esse iudicatum, vt quicunque eo loci fuerunt, vnde vocem exaudire potuerunt, hi puniantur, quasi sub eodem tecto fuerint, adde Paulum 3. sent. lib. serui de proximo, si, cum possent ferre auditis clamoribus auxilium domino, non tulerunt, puniuntur.

De eodem alterum fuit Senatusconsultum Claudianum Claudij, scilicet Cæsaris, vt apparet in Pand. cuius etiam meminit Paulus.

Tertium item Pisonianum, & Neronianum idem re, diuersum nomine cod. lib. 3. & l. 8. de S. C. Sil. quod quidem postremum Tacitus commemorat lib. 13. ann. Nerone, & L. Pisone Coss. Vltioni iuncta, ac securitati factum, vt si quis à suis C seruis interfectus esset, ij quoque qui testamento manumissi sub eodem tecto mansissent, inter seruos supplicia penderent.

Clarissimus est in Tac. ann. 14. lib. locus, vbi de præfecto Vrbis Pedanio secundo à seruo suo interfecto. Cæterum, inquit, cum vetere ex more familiam omnem, quæ sub eodem tecto mansitauerat, ad supplicium agi oporteret, concursu plebis, quæ tot innoxios protegebat, vsque ad seditionem ventum est: Senatusque in quo ipso erant studia nimiam seueritatem aspernantium, pluribus nihil metuendum censentibus, &c. peruicit Cassius orans, & cum eo maior pars seueriorum; vt nec femineis quidem parcitum fuerit; argumentum. in hac Taciti oratione de miserantibus numerum, ætatem, sexum, ac plurimorum indubiam innocentiam. lege Vlp. l. 3. §. 10. de Sen. C. Sil. & Paulum lib. 3. sent. qui quidem hoc ius hic referunt; sed Senatusconsulti non meminerunt.

Arabarches nomen est apud Cicer. ad Att. 2. D epist. 17. ab eo fictum, vt opinor, non ad significandum M. Antonium, aut C. Cęsarem, sed Pompeium Magnum, siue vt mollem, & effeminatum, siue mollium ducem, cuiusmodi Arabes, & Ægyptij habebantur, velim, inquit, è Theophane capiscere, quonam in me animo sit Arabarches: Theophanes autem inter intimos erat Pompeij, eius libertus, ab eoque vrbe donatus, quo loco ex Cuiacio notat Lamb. intelligi magistrum scripturæ vectigalis, quod ob traductionem pecorum impenditur quod ἄλαβα atramétum sit, sine scriptura. sic ille lib. obseru. 8. capite 37.

Arabarches autem dicitur Arabiæ princeps ea forma, qua Straboni lib. 14. Asiarches nominatur Asiæ princeps. Semper aliqui, inquit, ex Trallianis principales sunt in prouincia, quos Asiarchas vocant: vt λυκιάρχας apud Lycios, qui in Synedrio primi eliguntur.

Summum autem Hebræorum Sacerdotem Arabarchen vocari à Iosippo in lib. antiq. Iud. in vno atque altero viro docto legi, qui tamen errant toto cœlo, & cum hoc scripserunt, opinor, dormitabant, apud Iosippum legimus Halabarches, quæ vox longe aliud significat, quam Arabarches.

Nec

E Nec verum puto quod lib. 1. prætermissorum Alciatus exponens hæc verba Cod. Iustin. lib. 4. Tit. de Vectig. Cōmiss. Imppp. Val. Grat. Theod. vsurpationem totius licentiæ submouemus circa vectigal Arabarchiæ per Aegyptum, atq; Augustaneam constitutum, obseruat indicari his verbis Arabarchen fuisse præfectum exigendi vectigalis de pecuariis, quæ ex Arabia in Aegyptum deuehebatur, vt sit nomen officij publicanorum: qui item Alciatus præstringi videtur à Giraldo viro docto suo 29. Dialogo.

Io. Lascaris lib. 2. epigr. ἀλαβαρχεῖον interpretatur tabernam, siue officinam; & legit per l. non r. fortasse, vbi sal venderetur: ego potius præfecturam intelligerem: nam qui suspicantur nomen esse loci proprium, vnde merces aduehebantur, nihil vident. in Iosippo legendum Halabarches, vt in Iuuenali Sat. 1.

Atque triumphales inter quos ausus habere
Nescio quis titulos Ægyptius, aut Halabarches.

F Vbi Merula Crispinum notari indicat, quasi Arabum principem legens Arabarches, insulsa omnino explicatio: vera est, vt de Alexandro Hebræo sumatur, qui Romæ statuam habuerat inter triumphales: quæ tamen omnibus esset contemtui, vt homo Syrus, siue Iudæus, aut Aegyptius: & hoc propterea Satyricè Iuuenalis reprehendit.

Halabarches verò dictus, quasi salis præfectus, qui in Aegypto munus erat, siue magistratus nobilis, procurationem habens salis dispensandi.

Appellabatur autem Lysimachus Alex. vt & illius filius Tiberius Alexand. de quo mox. Pater germanus fuit Hebræi Philonis, viri doctissimi frater, qui pro Iudæis Alexandrinis legatione functus apud Caligulam fuerat, religione, ac gente Hebræus, domo, & patria Alexandrinus:

G de quo Iosippus 18. Antiq. Iud. libro cap. 8. cum de Agrippæ regis prodigalitate agit, cui propterea ducenta argenti millia, trecenta scribit Zonaras to. 1. Chron. mutua dare noluit, dedit vero eius vxori lectissimæ feminæ Cypro, eiusdem meminit Eusebius lib. 2. hist. Eccles. cap. 5. Iterum Iosippus libro 6. antiq. Iud. cap. 6. narrat nouem portis templi Salomonis aurum, atque argentum infudisse, argumentum hominis opulentiæ, & pietatis, quam in eo commendat idem Iosippus, atque is fortasse fuit Alexander, cuius fit mentio act. Apost. 4. cap. qui cum ceteris de genere sacerdotali contra Apostolos conuenit.

In voce tamen Halabarches, & notione allata dubium me haber, cur non potius Halasarches dictum sit, vel Halarches à Græcis vocibus ἅλας, & ἀρχή. quid enim litera B. inter vtrumq; nomen, vnde componitur, facit? Id quod Alciati confirmat suspicio, quod Rufinus legerit ἀλαβάρχης.

Patri dissimilis planè filius Tiberius Alexander impius, patriæ quippe religionis desertor, & à Deo ad Idololatriam transfuga. Iosippus libro antiq. Iud. 20. cap. 3. summis auctus honoribus à Romanis. Illustris enim eques, inquit Tac. lib. 15. Annal. Romanus, minister bello scilicet Parthico datus, sub Nerone, & lib. 1. histor. regebat tum Tiberius Alexander eiusdem nationis, Aegyptū videlicet sub Galba. & lib. 2. hist. præfectus Aegypti Alexander consilia sociauerat, nimirum Vespasiano bellum, armaque circumspectanti. rursus initium ferendi ad Vespasianum Imperij Alexandriæ cœptum, festinante Tiberio Alex. qui Cal. Iul. sacramento eius legiones adegit, &c. H

Quo Iosippus alludit lib. de bel. Iud. 6. cap. 1. Tiber. Alexander, qui antea quidem Aegyptum administrauerat, tunc autem dignus, qui exercitum regeret, propterea iudicatus, quòd primus incipienti hospes fuit Imperio, & cum fide clarissima incertæ fortunæ sociatus est, idemq; consultor in vsus bellicos ætate, ac peritia præcipuus aderat, cap. 13. extremo, eidem in obsidione Ierosolymorum secundam vigiliam noctis Titus attribuit, cum primam ipse habuisset, quem & totius militiæ præfectum libro 7. cap. 9. tradit, vt Cuspio Fado successisse in administratione Iudææ scribit lib. ant. Iud. 20. cap. 3. & Eusebius lib. 2. hist. Eccles. cap. 5. & 1. tomo Chron. Zonaras, qui pro Halabarche ἀλάβαρχον vocat. hunc porrò inconsideratè I. Lipsius in 15. lib. Annal. Taciti inconsideratè cum Patre Alexandro, qui propriè Halabarcha est dictus, confundit.

Aristotelis locus de animalium macie contra Gazæ conuersionem explicatus, déque ea notata quædam.

CAPVT XXIII.

ITA Arist. lib. de hist. anim. 3. cap. 16. scribit λεπτυνομένων δὲ τῶν ζῴων ἀφανίζονται καὶ γίγνονται φλέβια, καὶ ἶνες· εὐσωμοῦ δὲ πλείονος χρωμένων, σαρκὰ ἀντὶ σαρκῶν. quæ ita conuertit Theod. Gaza, sic enim aboletur, & in venas, fibrasque transit, quoties animal extenuatur & gracilescit: vertitur itē in pingue, quoties pabuli copia suppetit: vertendum fuerat, cum extenuantur animantes disparent venæ, & nerui, fiuntque venulæ, & villi seu fibræ: nam significat venas magnas paruas fieri, & neruos subtiliores: ita videlicet extenuantur hæ partes, vt multò minores videantur, cum ipsæ animantes emaciantur. A

Hic verò intelligo maciem omnem, quæ oritur ex phthisi, siue tabe: vel ex cachexia, id est, malo habitu: vel ex atrophia, cum scilicet corpus non alitur, siue alia quacunque ratione, siue cum febri est, siue absq; febri: tot enim sunt formæ maciei, Celsus lib. 3. cap. 2. ratio autem videtur esse, quia liquescit, quod pingue est, & carnes abolentur, & consumuntur: ex quo necesse est graciliores effici has partes.

B Neque tamen obstat quod ab Arist.4.Mereor. lib. scribitur paruum esse in vita animalis vsum pinguedinis, videlicet ad conseruandum colorem natiuum: carnes autem magis necessariæ sunt, nerui & venæ maximè, quia sunt seminariæ, & fundamentum ipsius vitæ.

Plato in Timæo, & Galen.lib.1.de vsu partium cap.13.& lib.12.cap.3. carnes, inquiunt, vincula sunt constitutionis corporis nostri, & tanquam munimenta quædam aduersus frigora, atque æstus, & lapsus; & longè antè Hippocrates lib.de Ossibus structuram corporis nostri ligari tradit carnibus, quem etiam Aristot.5.sect.Probl. Q.4. & 5. in animalibus scripsit ventrem primò extenuari, & macrescere, quia totus plenus est pinguedine, & laboribus, & exercitatione pinguedinem eliquari, minimè carnem quo loco part.

C μὴ in Græco est superuacanea: A caussam esse Medicus dicet, quòd pinguedo concrescit frigore: quod vero huiusmodi, inquit lib.citato Aristot. calido facillimè soluitur, nisi tamen vehementer sit concretum.

At verò non leuis est inter Arist.& Gal. controuersia, ex quo fiat pinguedo: nam ille à calido fieri docuit 3. lib. de partibus animal. cap.9. & alibi, hoc est, lib.4.cap.3.& 10.sect.Probl.q.23. Gal. autem à frigido.

Omnino verius Aristoteles si enim verè Galenus, manus, pedes, & extrema omnia membra, præcipuè cerebrū, vt frigidiora, essent pinguia: falsum autem docet experientia sensus: deinde ipsa adipis natura temperaturæ indicat esse calidæ, nam vnctuosus, vt oleum: talia verò referuntur ad aërem, & ignem calore mediocri: ex quo & supernatant aquæ.

Dices, cur ergo pinguiores feminæ, quę frigidiores? Respondeo, viros esse quidem calidiores, ideo tamen non pinguiores propter continuitatem motus, quo diffluit pinguedo, cum feminę quietiores sint, quies autem maximè B impinguat, aut paruus motus, vt habes ab Aristot.

D lib.3.de hist.anim. cap.17. tunc enim narinus calor in feminis, licet remissior, munere suo commodius fungitur non distractus; neq; tanto eget alimento adnutriendas carnes, vt in viris: quare quod naturæ superest, postquam aluit carnes, deriuat ad pinguedinem in feminis: cuius rei indicium, quòd animalia pinguia dulciores gustatu habent carnes quàm macilenta. Cur autem? quia abundant vnctuoso humore: atque ita macilenta durescunt & exarescunt, vel ob paruum, vel ob prauum nutrimenta.

Quamobrem Gal.ipse 1.lib.de Elementis adipem scripsit ex sua ipsius substantia calidum esse, atque humidum: & lib.4. de vsu part.cap.9. apertissimè fatetur pinguedinem esse calidam: id quod libro 3. de simpl. facult. demonstrat experientia.

Tueberis igitur Galenum, cum pinguedinem gelari dixit frigido, liquescere calido; non, vt est in corpore animalis, sed vt extra, siue in mortuo: nam in corpore viuo non gelatur adeps: alias retundes in Galeni caput argumentum hoc modo: pinguedo gelatur à frigido, ergo fit à calido.

Iam verò & Arist.lib.2.de gen.anim.cap.9. superfluum seminis, ac genituram in vitis, menses verò in feminis sæpè deficere propter pinguedinem in quam abeunt docuit. Quod verò ait lib.3.de part.anim.cap.4.quæ pinguia sunt, vel omnia, vel magna ex parte, venis incertis, & paruo ventre esse, ne sibi aduersetur accipio de maximè pinguibus in quibus fit, vt venæ tegantur pinguedine. E

Cum verò tria sint carnis genera, quod nam primo & potissimum in macie consumitur? Respondeo primum genus constat ex neruis, membranis, venis, & musculosum dicitur: secundum genus, cato est pura, vt quę est supra dentes, & in summo pene: tertium glandulosum, vt mammillarum, & testium, ita primo lib.collig.10. Auerr. & cum eo Medici, quanquam ipse parum æquus medicis: ergo primum genus Aristot.indicat in macie ita consumi, non vt deficiat, sed vt minus, ac minus fiat, id est, gracilescat: deinde glandulosum minus: fides sit penes medicos, qui experientiam producunt: postremum in extenuatione est pura caro, quia magna ex parte instituta est à natura, vt repleat cauas partes corporis, & ossa connectat, atque ideo talis, ac tanta sapienter facta, vt non facilè consumatur. G

A genibus loquendi modi ex Homero aliisque & quanta eorum religio.

CAPUT XXIV.

Variis loquendi formis à Poëtarum principe Homero adhibetur nomen genuum, maximè numero multitudinis. Primum æstimat corporis robur & vigorem è robore, & vigore genuum. Iliad.20. A μένος coniungit & λύσεν γυῖα cum eodem verbo. Et Vlix.18.cum ἀρτιπόν: item cum βίη. Il.4.& 17.& hic etiam dicitur μένος ἐν γούνασι sic alibi Il.17. vt θυμῷ, & vt idem βλάστη γούνατα, & λύτο γούνατα. sic diceret solet λῦσαι γούνατα, vel ὑπολύσαι pro vitam eripere. Quanquam aliis locis habet simpliciorem significationem, qualem habet γούνατα λιπαρά, ita vigorem corporis Theocr. indicauit Thyoniche, ex quo factum prouerbium ποιεῖν τι ἕως ἐστὶ γόνυ χλωρόν. quod imitatus est Hor.Epod.13. A

Dumq; virent genua,

Et decet, obducta soluatur fronte senectus.

Transferens ad voluptuosorum hominum licentiam, vt Epicuri de grege porcus: quo etiam vtimur ad corporis sanitatem, & prosperam fortunam indicandam. Nam & Plin.lib.11.cap.45. in esse genibus vitalitatem scripsit, quòd in ipsa genu vtri-

nu vtriusq; commissura, dextra, læuaque à priore parte gemina quædam buccarum inanitas inest, qua perfossa, ceu iugulo spiritus fugit.

Secundus vsus eidem Poëtæ, si cui alij, frequentissimus, cum agitur de orando, & supplicando: vt enim nasus irrisionis, aures memoriæ, frons pudoris, dextra fidei sedes, sic & misericordiæ genua. Il.2. stare circum genua supplicem. Il.15. amplecti genua. Il.20. cupientem supplicare, vel amplectentem genua supplicem. Il.3. capientem genua. Il.1. & Vlix.6. cum interdum tantum sit λαβεῖν γούνων vel ἅψασθαι pro supplicare absq; alio verbo, vt Vlix.6. circa finem:

C *Μητρὸς περὶ γούνασι χεῖρας βάλλειν ἡμετέρης.*
Matris circum genua manus inĳcere.

Subauditur enim λιτανεύειν, vel λισσόμενος, vel simile quidpiam. Interdum ponitur verbum supplicandi cum genitiuo γούνων, & tunc subaudiendum λαβὼν, vel ἑλὼν vel ἁψάμενος, vt & femininum λαβοῦσα. Vlix.10. & 22.

Ἡ γούνων λίσσετο προσαΐξας.

Et Iliad.1. 10. quem ritum orationis, siue adorationis proprium fuisse Phœnicum, sed in adoratione Regum Schol. Eurip. in Phœnissis adnotauit, vbi sic loquitur Phœnix quispiam, genuflexus ad sedem, accido te, ô Rex, adorans more domestico. Poterat adnotasse, Syrorum vniuersè. Nam familiarissimum genti Hebræorum fuisse passim docent sacræ literæ, ne longus sim, ac morosus in citandis locis cuique obuiis: immo omnium penè gentium communis fuit mos: inde Plaut. lepidè orantem, vt exoraret, argentum, Philœnium meritricem aduolui genibus Litani, siue Leonidæ serui sic facit loquentem Litanum Aul. act.3. sc.3. atqui pol hodie non feres, ni genua confricantur. Mox. nunquam hercle facerem, genua ni tam nequiter fricares. Virg. Aen.3. vt Græcorum maximo maximum Latinorum coniungam,

D *Dixerat, & genua amplexus, genibusq́; volutans*
Hærebat——

Aeneid.9.

Et genua amplectens effatur talia supplex.

Ouid. Metam. 2.

Dicentem genibusq́; manus adhibere parantem
Corripit Alcides——

Et 13.

——sed crine soluto
Sicut erat, magni genibus procumbere non est
Dedignata Iouis——

Sic & alij scriptores Cicero. post red. in Sen. tu meum generum, propinquum tuum; tu affinem tuam filiam meam superbissimis & crudelissimis verbis à genibus tuis repulisti. Tacitus lib.1. prensare circumstantium genua Plut. quæst. Roman. 9. ὁ δὲ προσκυνεῖν τοῖς γόνασι, & quoniam genua flectere signum est demissionis animi, propterea Elephas pro hieroglyphico habebatur Regis ab Aegyptiis: elephantus enim genua non flectit: & Regem minimè decet abiecto esse animo. Vide Pier. lib.2. hieroglyph. quare Plinius eodem loco hominis genibus quædam & religio inest obseruatione gentium. Hæc supplices attingunt: ad hæc manus tendunt: hæc vt aras adorant. Elusit hunc ritum irrisor omnium, vt Cynicus, Thebanus Crates, qui gymnasij præsidem pro nescio quo supplicaturus procumbens coxam pro genibus amplexatur: illo indigne ferente, an non, inquit, tam tua est coxa, quam genua? ita Laërtius lib.6. in eo. B Est & signum recepti in se imperij alieni: ex quo illud Horat. 12. epist. lib. 2.

——Imperiumq́; Phraates
Cæsaris accepit genibus minor——

Est item phrasis alia Græcorum ab Homero accepta ἐν γούνασι κεῖται, pro eo quod Latini dicunt esse in potestate, aut manu alicuius Vlix. C decimo sexto.

Θεῶν ἐν γούνασι κεῖται.

Vlix.11. versus eiusdem pene sensus. Et Iliad. 17. & 20. vsurpata prouerbij loco; ex quo natum illud Epicharmi apud Zenodotum.

Πέντε κριτῶν ἐν γούνασι κεῖται.

Quod olim Athenis quinque iudices de comicorum fabulis iudicarent: & libro vndecimo de leg. Plato quinque iuniores Nomophylacas instituit, Eustath. in 1. Vlix. cum euentus rerum est incertus, inquit, propriè dicitur, hæc quidem in Dei sunt genibus sita, id est, in potestate & precibus. D Qui in libro Iliad.19. ad illud αὐτοῦ ἐξ αὐτοῦ ἑδρης obseruat flectere genu Homero esse, sedere, ad differentiam τοῦ ἑστάναι standi; cum posteriores intellexerint de supplicibus, & adorantibus. Et in septimo addit, non solum dicitur de requie, sed etiam de subiectione, & de precibus.

Quanti verò fiat genu à veteribus prouerbium indicat genu sura propius.





HORARVM SVBSECIVARVM LAELII BISCIOLAE MVTINENSIS SOCIETATIS IESV

LIBER XV.

Seneca, & Pauli epistolas mutuò missas eorum non esse demonstratum.

CAPVT I.

A BEATI Hieronymi doctissimi æquè, ac sanctissimi, & acerrimo iudicio viri in hac controuersia auctoritatem pertimesco: nam is inter Ecclesiasticos scriptores Senecam propter epistolas ipsius ad Paulum, & Pauli ad Senecam reponit: quem non ponerem in catalogo, inquit, Sanctorum, nisi me illæ epistolæ prouocarent, quæ leguntur a plurimis, Pauli ad Senecam, & Senecæ ad Paulum: assentitur S. Augustinus, quantus vir quanto viro Hieronymo? nam epistola ad Macedonium 54. longissima, meritò, inquit, Seneca, qui temporibus Apostolorum fuit, cuius etiam quædam ad Paulum Apostolum leguntur epistolæ. Dicam tamen liberè quod sentio, & quod, cum rerum sacrarum aliquem gustum cœpi à puero, semper sensi, mihi nullo modo videri has epistolas vtriusq; esse proprias, sed suppositas his rationibus adducto.

Primum vtriusque phrasis dissimillima à ratione scribendi vtriusque propria: mutasse, qui excusant, stylum volunt, ne agnoscerentur ipsios esse propter periculum agendi cum Christianis: quasi verò carerent salutatione, qua scribentium nomina recognoscuntur: addes, quòd secunda epistola falsam indicat hanc excusationem Senecæ, cum se volumina ordinare scribit principi

B legenda, in quibus de Paulo memoria: & 4. epist. se ei legisse affirmat Exordium epistolę Pauli: exstatio item Pauli, quod latinè nunquam soleret scribere. inepta: ueque enim latinè fortasse Paulus nouit, aut si nouit cur tam longam Romanis epistolam mittens Græcam illam esse voluit, non latinam? & cur non etiam Græcè Senecæ scribebat homini Græcè docto? vtriusque excusationem refellit Paulus scribens admiratorem rerum suarum Neronem.

Deinde styli in vtriusq; literis similitudo, quæ sanè vnius, eiusdemque hominis literas esse demonstrat, qui videlicet eas finxit: tu confer diligenter, atque attentè, & verum esse quod dico, planè perspicies, nec tam ouum ouo simile esse, aquam aquæ, lac lacti, quam sunt Pauli, & Senecæ, hæ interlitetæ.

Tertiò, quod parum mihi videntur graues, quæ attribuuntur Senecæ, parum sanctæ, quæ Paulo: ac sanè non possum in animum inducere, vt credam scripsisse S. Paulum se felicem tanti viri iudicio, quem & sophistam vocat, id est, sapientem, & magistrum tanti principis, & omnium, qui se non fore Christi discipulum affirmat, si hominibus placere caperet. Galat. 1.

Quartò e pistola 5. scribit Seneca mittere se librum de copia verborum Paulo scilicet id curabat Paulus, vt elegante r doctus à Grammatico, aut Rhetore loqueretur, non autem vt Spiritu sancto plenus concionaretur: & epistola postrema Seneca Paulum hortatur, vt latinitati morem gerat, qui loquendi modus valde ineptus, pro operam det. & epistola 5. excusat se Paulus, quòd nomen suum Senecæ nomini præponit, quasi nō posset postponere, vt Seneca suum Pauli: putidum verò genus defensionis adfert Paulus; in qua item epistula Seneca vocat deuotissimum Magistrum; quæ vox Christiana planè est, sed nondum in Ecclesiam inducta Pauli tempore: quomodo vero Idololatram vocet deuotissimum, id est, maximè pium, & religiosum? C

Quintò eadem scripta dicitur Nerone 4. & Messalla Coss. quod falsum: nam cum Nerone 3. non 4. Consul Messalla ponitur in fastis Capit. in Tacito, Cassiodoro, Haloandro, Onufrio, omnibus. Epistol. 6. scripta dicitur Frigio & Basso, Coss. nullus tamen Frigius in veteribus Fastis, sed Frugi quod nomen erat Pisonium; quamquam error potuit esse librarij, vt pro Frugi Frigio scriberetur 7. Item Senecæ data legitur Leo-

ne,

ne,& Sabino Coss. in Tac.Cass.Fastis; nullibi hi, sed Catone, & Sabino, neq; hi reperiuntur consules imperante Nerone.

Sextò, quod de vrbis incendio scribit epistol. penult. Seneca Frigio, & Basso Coss. habent quidam Codices, alij Aproniano, vel Apronio, vel Apriano, & Capitone, falsum est: nam si his coss. scripta est epistola, sanè quinque annis ante incendium scripta fuit, cum Quincto Neronis anno, Apronianus & Capito gesserint Cosulatum; cum tamen accuratissimus rerum sub Nerone gestarum per singulos annos descriptor Tacitus anno Neronis decimo contigisse incēdium tradat Memmio Regulo, & Virginio Rufo Coss. vt & Cassiod. in Chron. & Euseb. quamquam hoc anno decimo Siluanum, & Paulinum memorat Coss. Cassiod. cum Romam incendit Nero magno discrimine Fastorum.

E Peius faciunt qui pro Christiano habent: quomodo enim tam cautus esse potuisset in Christianismi professione, vt cum eum de medio tollere statuisset Nero, falsa ei crimina obiiciens, non obiecerit Christianitatis nomen?

Deinde nō alius de contemnenda morte scripsit vnquam vel sæpius, vel fortius, quomodo in his epistolis tam est meticulosus, vt ne scriptis quidem sub extremam senectutem vnquam indicarit professionem suam? Vt mihi videatur homo nostri sæculi doctus, sed religione incertus argutè dixisse, si legas Senecam, vt paganum, scripsit Christianè: si, vt Christianum, scripsit paganicè.

Iam verò cum vulgo SS. Hieron. & August. locuti sunt, nec, quid verum esset, expenderunt: nam quid de Seneca posterior iudicarit, libro de ciuit. Dei 6. cap. 10. indicat. Annæo, inquit, Senecæ libertas adfuit scribenti, viuenti defuit, &c.

Non negandum has epistolas esse vetustissimas, vt horum antiquissimorum Patrum suo illustres: fortasse auctor fuerit is Linus, cuius nomine passio circumferebatur Apostoli Pauli.

Legi Iacobum Fabrum virum doctum Viennensem Episcopum Commentariolos in eas edidisse, quos vtinam habuissem promptos, vt quis foret hominis sensus, nossem: Petrus certe Crinitus libro 3. de Poët. lat. nulla epistolarum i-

F psius ad Paulum facta mentione, à B. Hieron. inter auctores Christianos enumeratum obseruat propter egregiam illius probitatem, & singularem vitæ constantiam: aliquam in scriptis ego agnosco aptè ad S. Augustinum Elogium. Vehementer autem lætor iudicium hoc meum placuisse accuratissimo profanæ, & Ecclesiasticæ historiæ explicatori Cæsari Baronio, quem legi primo Annalium tomo, quos diu post edidit, quam hæc ego scripsissem.



In modo loquendi Græco apud Herodotum conuertendo Valla reprehēsus: ex quo loco Romæ mensura caperetur milliariorum.

CAPVT II.



VO loco in Clio. id. lib. 1. Herodotus narrat, quomodo Crœso patre inuito Atys filius venatum isset, & casu ab socio cuspide ictus fuisset eius ferri, quod in Aprum agros deuastantem direxerat, συὸς μέγα χρῆμα Aprum vocat, opinor, propter corporis vastitatem, & perniciem, quam continenter inferebat agris Mysorū: eum minus aptè Laurentius Valla conuertit Græcā Phrasim latinè reddens maxima res Aper, quamuis enim id significat, latinè tamen ingens Aper, & horribilis verti propriè debuerat: & ea vox quantitatem, & magnitudinem, ac numerum, interdum etiam aliqua in re præstantiam, vt pulchritudine, fortitudine, scientia, ac similibus indicat. ita Aristoph. Pluto dixit πολὺ χρῆμα τεμαχῶν, καὶ κρεῶν, hoc est, multitudinem magnam Frustorum, & carnium: & Nubib. τὸ χρῆμα τῶν νυκτῶν ὅσον ἀπέραντον, id est, quam longa nox, Italicè more Græco, che longa cosa è questa notte. Lucianus in Asino ξένον ὡς περίεργον χρῆμα, σοφόν τι χρῆμ' ἄνθρωπος. Synesius καλόν τι χρῆμα ᾠδῆς, id est, pulchra quædam, & venusta cantio. rursus Lucianus, ἡ ῥοδάνη καὶ ... περικαλλές τι χρῆμα παρθένου, id est, pulcherrima virgo, excellenti virgo forma Plutarch. ἤρα δὲ καὶ σφόδρα ὑπερφυῶς τὴν ἀδελφὴν χρῆμα θαυμαστὸν, ὡς λέγεται, γυναικὸς γενομένην, amabat valdè sororem, vt fertur, insignem, & admirabilem feminam. B

Similis est Italorum loquendi modus ad rem amplificandam, de qua est sermo: vt enim Græci dicunt χρῆμά τι, sic Itali, che diauol' di cosa è questa? ad rei difficultatem, vel molestiam siue aliam conditionem demonstrandam: nam & absolutè dicunt, diauol' gran cosa è questa diauol', che accorto è costui, che bella damna è costei ru.

Plautum scio Amphitr. act. 2. scen. 2. dixisse, satin' parua res est voluptatum in vita? sed Græcissantem, idem enim est ac si dixisset Græcus μικρόν τι χρῆμα τῶν ἡδονῶν. Sed augendo rem Græcus ita loquitur, haud scio, an vnquam minuendo: minuendo verò Plautus dixit.

Adducit & Muretus lib. 6. Var. lect. cap. 9. Herod. lib. 3. πολλόν τι χρῆμα τῶν ὄφιων, alium item Euripid. Phœnissis. φιλόψογον γὰρ χρῆμα θηλειῶν, & 2. Pæd. Xenoph. καὶ τῶν σφενδονητῶν παμπολύ τι χρῆμα. quomodo ad Atticum lib. 1. epist. 11. & 12. Teucris illa, lentum sanè negotium, sic enim C. Antonium C vocat, vt idem notauit lib. 13. c. 18. & ad Q. F. lib. 2 epist. 12. Callisthenes quidem vulgare, & notum negotium. Suid. exemplum adfert ex Herodoto hoc, ἦν δὲ τοῦ χειμῶνος χρῆμα ἄφορητον, pro erat hiems

asper-

aſpertima, & phraſim eſſe Atticam tradit, quid ni Ionica etiam? Certè Herod. Atticè non loquitur, ſed Ionicè.

Sunt etiam exempla, quæ latinè per nomen, res, conuerti poſſunt, vt ἵππος σπάνιόν τι χρῆμα rara quædam res eſt equus. γυνὴ κακόν τι χρῆμα, peruerſa quædã res mulier. Id eſt, mulier ingens malum.

Milliarium, milliare, ſpatium eſt mille paſſuum, vtroq; nomine benè vtimur latinè, millium neſcio an latinè dicatur, ex quo Itala vox deſumta; Græcè ſcio vſurpari à non bonis ſcriptoribus. Scribuntur hæc tria nomina etiam per ſimplex l.

D Adnotatione res digna, quia paucis nota: cum legimus milliario ab vrbe quarto, quinto, &c. vel decem millibus paſſuum ab vrbe, an metienda à mœnibus, an à portis, aut alio loco? Inſtruunt nos tres aut quatuor nobiles ſcriptores, Plinius princeps, qui lib.3.cap.5. longiſsimo, vbi de Italia, lõge poſt medium; Compita, inquit, earũ, id eſt, regionum vrbis, 14.265. paſs. eiuſdem ſpatij menſura currente à milliario in capite Rom. fori ſtatuto ad ſingulas portas, quæ ſunt hodie numero 137. Hactenus Plinius.

Tacitus lib.1. hiſt. alij 17. lib. citant. Otho cauſſam digreſſus, &c. per Tiberianam domum in Velabrum, inde ad milliarium aureum, ſub ædem Saturni pergit, vt mirer nil hic notatum de milliario, à Lipſio diligentiſsimo alioqui notatore.

Tertius eſt Tranquillus in Othone cap.6. deſtinata die, præmonitis conſciis, vt ſe in foro ſub æde Saturni ad milliarium aureum opperirentur, mane Galbam ſalutauit. Igitur milliarium aureum dicebatur, columna in foro aurata, in qua omnes viæ Italiæ nobiles erant inciſæ, ea principium erat, ac finis menſuræ, & numeri milliariorum.

E De ea re etiam quartum habes auctorem ac teſtem Plutarchum in Galba ἐβάδιζεν εἰς ἀγορὰν. οὗ χρυσοῦς εἱστήκει κίων, εἰς ὃν αἱ τετμημέναι τῆς Ἰταλίας ὁδοὶ πᾶσαι τελευτῶσι. pergebat in forum, vbi aurea ſita columna (hæc milliarium eſt) ad quam ſectæ deſinunt viæ omnes Italiæ.

Immò & quinctus eſt teſtis Dio libro 14. eam columnam ab Auguſto primum erectam ſcribens, καὶ τὸ χρυσοῦν μίλιον ἔστησε, & aureum vocatum millium ſtatuit. Macer. 154. D. de verb. ſign. mille paſſus, inquit, non à miliario vrbis, ſed à continentibus ędificiis numerandi ſunt: num autem olim libera Republica ex eodem loco menſura ſumeretur milliarium, planè ignoro, quia indiciis careo.

Non tacebo Byſantij, quæ Conſtantinopolis eſt appellata, locum fuiſſe celebrem, millium, cuius paſsim mentio in Gręcis ſcriptoribus poſt Imperium in ea vrbe à Chriſtianis conſtitutum: de quo nonnulla Suidas, qui etiam notat decimam numi partem nominari μιλιαρήσιον, Miliareſium. longe vero aliud Miliarium vas.

Qui terminus dierum in cauſa mortis olim conſtitutus reis foret ante ſententiam, qui item poſt ſententiam.

CAPVT III.

NOBILIS poëta ſcripſit Iuuenalis Satyr.6.

Nulla vnquam de morte hominis cunctatio longa eſt. A

Sententia damnationis iam lata, reperio vetus S.C. cuius meminit Suet. in Tiber. cap. penult. vt pœna damnatorum in decimum ſemper diem differretur: qui locus anſam dedit Apollinari Sidonio viro & ſancto, & docto exiſtimandi auctorem legis, quam condidit, mandante S. Ambroſio Theodoſius Imp. vt poſt ſententiam trigeſimus expectaretur ad executionem dies, Tiberium, cuius meminerunt Rufinus lib.2. hiſt. Eccleſ. cap.18. & Sozomenus lib.7. cap.24.

Quamquam nec peccat Sidonius, cum Quinctil. declam. Thematis 303. dicat, damnatorum ſupplicia in diem trigeſimum differantur, & in ipſa declamatione repetit legem hanc de 30. dierũ prorogatione & Calpurnius Flaccus declam. 25. pœna raptoris in diem trigeſimum differri, hæc loca debes Iuſto Lipſio.

Dio quoque lib.57. & 58. idem aſſerit: ſatis mihi prioris loci proferre verba, Edicto iuſsit, ne intra decimum diem quiſquam ab eis damnatus interficeretur: immo ne tabulæ quidem in publicu damnationis eius affigerentur, niſi decem lapſis diebus.

Itaque in decimum diem proferebatur ante Chriſtum & poſt vſq; ad Theod. exequutio in reos mortis. Quo allu ſit lib. de tranq. an. Sen. c.14. de Canio Iulio verò in primis magno à C. Caligula damnato. Crediſne illum decem medios vſque ad ſupplicium dies ſine vlla ſolicitudine egiſſe? à Theodoſio alij 20. dies additi, potius reuocati l.13. de pœnis C. Theod. & l.20. eiuſdem tit. C. Iuſtin. B

Iam verò Theod. de 30. diebus legem abrogatam à Nicephoro Boton. legi, qui quòd periculoſa poſsit eſſe feſtinatio, cum agitur de vita, & capite alicuius, legem edidit quæ vltima eſt C. vt intra cert. temp. qua decernitur, cauſas criminales omnino finiendas eſſe intra biennium, alioqui reum abſoluendum, ſcilicet benignus Imperator adiunxit antiquo termino, qui vnius erat anni, alterum: nam annum tantum dediſſe C veteres intelligitur ex inſcriptione tit.36. lib.10. Cod. Theod. vt intra annum criminalis quæſtio terminetur: vbi vtrinſq; Theodoſij conſtitutiones recitantur, quæ hoc ſignificant.

Vt mirandum ſit tituli inſcriptionem à Triboniano mutatum in ſuo codice, & pro intra annum, ſcripſiſſe intra certum tempus: niſi dicamus

mus id data opera fecisse animum referêtem ad nouam Iustiniani legem, qua in illis legibus vbi scriptum erat, intra anni tempus, & intra anni curricula subposuit, intra statutum tempus, intra certum tempus: vt in lege Constantini, pro vltimum finem strepitus criminalis, anni spatio limitamus. l. 2. C. Theod. ad L. Cor. de fal. scripsit. Compêdioso spatio limitamus. & l. 22. C. ad L. Cor. de fal. cautè scilicet & compendiosè: qui tamen Pandectas postea collegit, nouam legem Iustiniani Imper. memoria non videtur tenuisse: quoniam leg. 7. de mun. & honor. reum scripsit post annum, quam delatus est, petere honores posse, nisi per ipsum steterit, quo minus caussa intrà annum expediatur, quod rectè scripserat Marcianus, cuius tempore intrà annum finienda erat caussa criminalis: & reus absolutus, & ex reis exemtus intelligebatur.

D Enimuerò à Iustiniano triennium definiendis caussis ciuilibus, & pecuniaris la fuit præfinitum, cum criminalibus non nisi biennium tribuerit. quæ caussa discriminis? opinor quia grauis, miser, & acerbus est reorum status, quem reatum appellamus in iudicio criminali: non enim erat sine sordibus, sine squallore, sine luctu, & tristia expectatio pœnæ reum vrget, quæ ipsa sæpè pœna est molestior: denique reus interea nonos petere honores prohibebatur.

Itaque & vbi quis diuturno tempore in reatu fuerit, aliqua ex parte subleuandam eius pœnam esse, nec eodem modo puniendos, qui longo tempore in reatu egerunt, quàm eos, qui in recenti sententiam excipiunt, constitutum esse Modestus lege vigesima quinta de pœnis scripsit.

Et Suetonius in August. capit. 32. narrat eum aboleuisse nomina diuturnorum reorum, & ex quorum sordibus nihil aliud, quàm voluptas inimicis quæreretur, condicione proposita, vt

E si quem quis repetere vellet, par periculum pœnæ subiret; ne quod autem maleficium negocium ne impunitate vel mora elaberetur 30. amplius dies, qui honorariis ludis, occupantur, actui rerum accommodauit, fieri verò non potest nisi per reum ipsum, vt ipse longo, diutinóue tempore sit in reatu, si longum, & diutinum tempus intelligamus sicut I.C. intelligant: sed etsi per ipsum reum hoc fiat, & is tandem sit condemnandus, leuius tamen punitur: quia pœnas iam graues dedisse videtur, qui tamdin fuit in eo statu.

Ceterum ne vel accusatoris, vel iudicis arbitrio aliquis ita suspensus diu vexaretur, Iustinianua præcepit caussas eriminales citius expedire, quàm ciuiles: quamquam Vlpiannal. vltima de Fer. ait, in pecuniariis caussis dilationem plus semel tribui non posse: in eriminalibus reo tres, accusatori duas dilationes posse dari: & quidem Cicero pro Cæcina, & 3. act. in Ver. caussas sæpius ampliatas indicat fuisse: biennium tamen videtur iure posse concludere omnes fine dilationes, fine ampliationes. Vtinam retinerentur vsu, & more nostrarum curiarum & fori tam benignæ, & rationi congruentes sanctiones.

Epitaphium substantiuè non dici: Platonis in Phædone consideratus locus. veteres Bibliothecæ quæ celebres.

CAPVT IV.

EPITAPHIVM, vt vulgo vsurpamus substantiuè, neutro genere dici latinè non puto posse: Grecè ἐπιτάφιος dicitur, supple λόγος, quomodo est funebre epulum, quod Cicero dicit; Synesius ἐπιτάφιον λόγον extulit: tumulum honorarium, quod vocat Suet. 1. cap. Claudij de morte Patria Drusi scribens, ceterum exercitus honorarium ei tumulum excitauit κενοτάφιον Græci vocant: Virgil. tumulum inanem 3. lib. Aen. appellat: melius item sepulcrum inane dicitur, quam imaginarium, vt nominauit Budæus. Virg. ita, manesque vocauit A

Hectoreum ad tumulum, viridi quem cespite inanem,
Et geminas caussam lacrimis sacrauerat aras.

Ergo bene latinè nemo dicit epitaphium huius, vel illius. Verba sunt Plat. sui Phædonis initio τῷ ἐν Ἀπόλλωνι ηὔξαντο, ὡς λέγεται, τότε εἰ σωθεῖεν, ἑκάστου ἔτους θεωρίαν ἀπάξειν εἰς Δῆλον. ita Mars. Ficinus conuertit. Vouerat autem, vt fertur, Apollini, si seruarentur, quotannis in Delum spectaculum quoddam mittere: ita Ianus Corn. vterque pessimè latinè reddidit locutionem Græcam θεωρίαν ἀπάξειν. quomodo enim spectaculum mittitur? θεώραν, καὶ θεωρίαν, in Aegin. Coniungit Isocrates sub genere ἑορτῆς, id est, Festi, vt Plut. in Symposio, & Plato ipse lib. de leg. 12. inter sacra enumerans: & omnes cum verbo ἀπάγειν, vel ἄγειν, ergo Theoria pompam significat, quæ fit diebus Festis, & mittendis in Delum Theoris: quare θεωρίαν ἀπάγειν, latinè vertemus, pompam ducere, vel mittere in Delum ea, quæ vota fuerant. B

Nec benè vertunt, qui reddunt, per sacrificia celebrare: potius hostias, & donaria mittere: tametsi non ignoro vocem hanc θεωρίας spectaculum significare, vt apud Isocratem in Panegyrico.

Veteres celebrantur Bibliothecæ, Alexandrina, & Pergamena. Vitruuius præfat. lib. 7. de Architect. Regis Attalici magnæ philosophiæ dulcedinibus inducti, cum egregiam Bibliothecam Pergami ad communem delectationem instituissent: tunc item Ptolemæus infinito zelo, cupiditatisque incitatus studio, non minoribus industriis ad eundem modum contenderat Alexandriæ comparare: earum meminit Plutarchus in Cæsare, & Antonio: in priore librorum docen- C

ta millia fuisse tradit: in posteriore Agellius li. 6. cap. vlt. ad septingenta millia Sen. lib. de tranq. animi.

Quadringenta millia librorum Alexandriæ arserunt, pulcherrimum regiæ opulentiæ monumentum, alius laudauerit, sicut Liuius, qui elegantiæ regum, curæque egregium id opus ait fuisse Alexandrinæ Amm. Marcel. circa finem libri 22. quam in serapeo fuisse prodit continentem ferè septingenta voluminum millia, quæ direpta vrbe sub Cæsare Dict. conflagrarunt: Eusebius Cæsar lib. 8. de præpar. Euangel. cap. 1. extremo, Bibliothecas numero multitudinis extulit.

D

De Pergamena, Volaterr. lib. 13. Anthrop. duæ hę celeberrimę. Gordiani filij alteram his verbis Iulius Capit. commemorat. Sereno Sammonico, qui patri eius amicissimus, sibi autem præceptor fuit, nimis acceptus, & carus, vsque adeo, vt omnes libros Sereni Sammonici patris sui, qui censebantur ad sexaginta duo millia, Gordiano minori moriens ille relinqueret, quod cum ad cœlum tulit: siquidem tantæ Bibliothecæ copia, & splendore donatus in famam hominum literarum decore peruenit.

Antiquior L. Luculli Romæ item à Plut. in eo, ditissima librorum proditur. Epaphroditi quoque illustris Grammatici, Neronis Imp. liberti, atque à secretis eius, opinor, ad quem Iosippus Iudæus libros aduersus Apionem misit, patria Chæronensis, illustris Bibliotheca à Suida commendatur, in qua triginta librorum non vulgarium millia ab eodem & empta erant, μυριάδας τρεῖς ait.

Christianorum veterum illa fuit celeberrima, quam Pamphilus Martyr comparauit, vt auctor est S. Hieronymus in cat. script. Eccles. in qua triginta millia continebantur librorum thesaurus verè incomparabilis.

Nec omittendum in domo quadam Thebis Aegyptiis sita Regum Aegypti, quæ erat magnificentissima locum fuisse, in quo summa inscriberetur omnis pecuniæ in argētum redactæ oblatæ Deo, simul cum sacra Bibliotheca, in qua inscribebatur, animi medicamentum A sic Diod. lib. 1. rerum ant. cap. 12. p. primus autem feribitur fuisse Peristratus tyrannus, qui Athenis publicè ligendos posuerit libros ab Agellio loco producto.

Ἀθύρειν verbi etymon quod: rei pendentes qui: Thucyd. & Demosth. loci duo similes.

CAPVT V.

A

QVOD vult Eustathius in lib. 9. Vlix. ἀθύρειν, quod significat ludere, lusitare, pueriliter maximè, ab à priuante, & nomine θύρα, quasi qui ἀθύρει priuatam ianua mentem habeat, quomodo ἀθύρωτον γλῶσσαν, linguam loquacem, & præcipitem nominauit Euripides, mihi non placet, vt neque quod Etymologus sequitur ab à particula intendente, & θύειν tumultuari, quasi sit ludus cum magno motu, quod & lib. Vlix. 18. sequitur Eust. ἀθύρματος in etymo simplicior est, ac verior nominis ratio, quod extra fores domus ferè Inditur, non domi, præsertim verò, quia pueri in via plerunque & compitis solent lusitare.

Rei à latinis pendere dicuntur a Græcis ἐκκρέμασθαι, non cum ambiguo caussæ euentu in reatu sunt; sed cum eorum nomina in programmate, siue tabella pendula publicè proponuntur, ac suspenduntur: ita in Pandectis suspendi crimen dicitur: hęrere Cic. dixit pro Cluentio, hærebant in tabulis publicis reus, & accusator.

Alij verbo vtuntur, pendere. Plin. lib. 4. epist. epist. 8. Vrso scripta, de Iunio Brasso accusato sub Vespasiano ad senatum remissus, diu pependit; tandem absolutus, vindicatusque est. & Suet. in Claudio cap. 9. extremo. in vacuum lege prædatoria venalis pepēderit sub edicto præfectorum, & in Domitian. cap. item 9. reos. qui ante quinquennium proximum apud ærarium pependissent, vniuersos discrimine liberauit. Et Lampridius in Alex. Seuero itinerum autem dies publicè proponebantur, ita vt edictum penderet ante duos menses, in quo scriptum esset, illa die, illa hora ab vrbe sum exiturus. B

Qui mos à Demosthene contra Midiam indicatur. ἐκ ... ἔτυχε αὐτὸν ἐμισθώσατο, πλεῖν ἵνα ἐκκέοιτο, id est, expositus, & proscriptus esset περὶ τῶν ἀπομνημονευμάτων, καὶ πάντες ἑώρων, ἐκεκλήμην λυπηρὸς ἐγράψατο. & rursus ἐξέκειτο δὲ πολὺν χρόνον. diu pependit ἔμπροσθεν τοῦ συνεδρίου ἡ φάσις accusatio coram senatu. & Suidas ex Aeliano ἐκ πυρρείᾳ, vsurpatam περιχαρῶς cum mihi tamen intellexisse videatur propriè dictam latinis proscriptionem.

Hi rei dicebantur etiam φαινόμενοι. quasi omnibus noti, & qui publicè prostarent, si verbum verbo reddas, apparentes: nam vt φαίνω est accuso, & defero, ita φαίνομαι est, accusor & deferor siue reus sum, quia, qui defert, adducit in publicum eum, qui latebat, vel certè cuius delictum erat occultum: & qui defertur quasi in lucem ante omnium oculos producitur: hinc sycophanta appellatus, & συκοφαντεῖν, quemadmodum Eustath. obseruat in 4. Vlix. lib. & Athen. initio fermè 3. lib. ex Antiphatices Philomnesto: propriumque Atticis hoc verbum fuisse tradit, ab iisque ad ceteros manasse: obuia sunt ex Demosth. & Xenoph. testimonia. C

Quod tamen verbum φαίνω, dico, non simpliciter deferre, sed deferre ad fiscum, siue ærarium significat. quare φαίνοντες dicuntur, qui quadruplaturas factitant: ex eo verbo φάσις ducta, qua superiore loco vsus est Demosth. & est propriè certorum criminum delatio communiter, & vniuersè, vt loquitur Pollux libro 8. cap. 1. πᾶσα αἱ

μελετῶντας τῶν λανθανόντων ἀδικημάτων, omnes iudicationes occultorum eriminum.

Programma verò est, quod proponitur scriptum ob aspectum omnium, vt vox ipsa indicat, & exponit Lucianus hac oratione τὸ τήμερον γὰρ ἐκεχειρία ἐπήγγελται, εἴ γε χρὴ πιστεύειν τῷ προγράμματι, hodie nunciatis induciis, si fides habenda edicto. mox exponens πινάκιον γὰρ ἐκρέματο ἐπὶ τοῦ πυλῶνος, tabella enim pendebat è vestibulo. & quoniam edicta principum ira proponi solebant, quæ & rescripta dicuntur, ipsa quoque programmata sunt nominata.

D Præstantium duorum Græcorum scriptorum Thucydidis, ac Demosthenis simillimi sunt hi duo loci, vt eorum quoque similis elocutio: oratione de corona Demost. hic, qui sponte, inquit, peccet, & contra leges, iusque faciat, eum vero pœna esse dignissimũ: qui verò nolens, veniam mereri. Α᾽δικεῖ τις ἑκὼν; ὀργὴ καὶ τιμωρία κατ᾽ αὐτοῦ. ἐξήμαρτέ τις ἄκων; συγγνώμη ἀντὶ τῆς τιμωρίας τούτῳ. ille ita, indignos esse venia, qui eam postulabant doceat, quia sponte peccauerant lib. 3. ἀκούσιον δέ σφισιν οὗτοι τίθεσαν ἔτι λέγω αὐτοὺς, ὅτι χρήματα ὄντως, ὡς συγγνώμην ἁμαρτεῖν ἀνθρωπίνως λέγοντας: ἄκοντες μὲν γὰρ οὐκ ἔβλαψαν, εἰδότες δὲ ἐπιβούλευσαν: ξυγγνώμη δὲ ἐστι τῷ ἀκουσίῳ. quod dixit prior συγγνώμη ἐστι τῷ ἀκουσίῳ. nec verò mihi dubium, imitatorem fuisse Thucydidis Demosthenem, quod omnibus est certissimum.

Quid apud priscos tres Parcæ significarint: & qui loquendi modi ex ipsis decerpti.

CAPVT VI.

A Res omnino Parcas superstitiosa nouit antiquitas, vitæ, mortisq; nostræ præsides, Lachesin, Clotho, Atropon: atq; hinc multiplex item superstitio nata numero vtendi ternario, siue in iam mortuis, siue in morituris, siue in eripiendis à morte. de Hippolyto à mortuis reuocãdo opera Aesculapij Ouid. lib. 6. Fastorum.

Pectora ter tetigit, ter verba salubria dixit,
Depositum terra sustulit ille caput.

Et de Carna Dea à Strigibus liberatura Procam.

Protinus arbutea postes ter in ordine tangit,
Fronde ter arbutea limina fronde notat.

Theocritus Idyl. 6. vt euitaret vim fascinationis. 25. Damætas ranit.

Tunc ego, ne caperer propria sub imagine forma
B *Ter secreta sinus tetigi sputamine nostri,*
Sicut anus docuit nos ista Cotyttaris olim. A

Et in Bucolisto.

Hac effata, sinum ter conspuit ore sequaci
Ipsa suum. meq; att entè lustrauit ab ipso
Vertice ad vsque pedes— B

Nam & Plin. lib. 28. cap. 2. Cæsarem Dict. narrat post ancipitem quendam vehiculi casum, semper vt primum consedisset, quod plerosq; etiam nunc, inquit, facere scimus, carmine ter repetito, securitatem itinerum aucupari solitum: & Athen. lib. Dipnosoph. ad mala depellenda ter solitos aspergi veteres tradit poëtæ Cyrenæi versu producto τρὶς δ᾽ ἀποπτύσασα θεοὶ διδάσκω ἄμυνον in funetib. item Hom. & Virg. sæpè hunc numerum vsurpant: ille enim vbi de cæde Patrocli Il. 18.

Ter super tumulum valde clamauit diuinus Achilles

Hic de Pallantis morte Aen. 11.

C *Ter circum accensos cincti fulgentibus armis*
Decurrere rogos: ter mæstum funeris ignem
Lustrauere in equis. Et lib. 6.
Tunc egomet tumulum Rœthæo in litore inanem
Constitui, & magna Manes ter voce vocaui.

Ita Ouid. 2. Fast. lib. in sacris feralibus Deæ Mutæ.

Et digitis tria tura tribus sub limine ponit.

Quo etiam numero incantationes fiebant; illustre exemplum in Virgil. Pharmaceutria. rursus Ouidius de incantatrice Medea Met. lib. 7. sæpe repetit aliter, atque aliter.

Verbaq; ter dixit placidos facientia somnos,
Quæ mare turbatum, quæ concita flumina sistunt.

Et li. 10. Columella probat incantationis genus quod multis versibus describitur à Virg. lib. 10. Aeneid. & lustrationes aruorum eodem fiebant D numero ita idem 1. Georg.

Terq; nouas circum felix eat hostia fruges.

Tandem cum Ceres Celei lenis filiolum immortalitate vellet donare facto sacrificio.

Terq; manu permulsit eum, tria carmina dixit,
Carmina mortali non referenda sono.

Enim verò hæ Parcæ ortum, auctum atq; interitum rebus omnibus corporatis, & cum materia concretis proprium significant: nam vna colum habet lana obuolutum: altera fuso net lanam tertia secat stamen, seu filum.

Certè fusus glomo inuolutus indicat res omnes sensim procreari, vt fila sensim eoguntur, & torquentur & in soliditatẽ coalescunt: colus, & pẽsum abruptis staminibus mortis symbolum: texi enim vitam nostram in sacris literis Ezechias pronuntiauit Esaiæ 38. Apul. in fine libri de mundo refert ad triplicem temporis rationem, præsentis, præteriti, futuri, si potestatem earum ad eiusdem similitudinẽ temporis referas: nam quod in fuso, perfectum est; præteriti temporis habet speciem; & quod torquetur in digitis, momenti præsentis indicat spacia: & quod nondum rolo tractum est, subactumq́ue cura digitorum, id futuri, & consequentis sæculi posteriora videtur ostendere. E

Hæc illis conditio ex nominum eorundem proprietate contingit: vt sit Atropos præteriti temporis fatum: Lachesis à fine cognominata, quod etiam illis, quæ futura sunt, finem suum dederit Deus: Clotho præsentis temporis habet curam.

Mutuò sumta hæc à Plat. & Arist. hic enim lib. de mũdo, sic, vbi tradit tres esse Parcas, siue sortes temporibus distinctas, & quæ paulo ante retuli-

mus & Atropon in eo statuit, quod iam preteriit: ita Q. Serenus de ea.

At nutu superba suo sua stamina rupit
Atropos——

Neq; enim redire potest: hinc ἄτρεπτον, id est, inconuertibilis λάχεσιν futuris destinatam: κατὰ δὲ τὸ ὄντως presentis esse Clotho: Deas Plato dial. 12. de legibus vim habere tradit inconuertibilem, tametsi tertia sola nomine hoc ornetur, id est, Atropos; & sanè hoc solo priuatur Deus, vt apud Arist. 6. Eth. lib. Agatho dixit cap. 3. ἀγένητα ποιεῖν
F ἅσσ᾽ ἂν ᾖ πεπραγμένα, quod enim factum est, infectum fieri non potest. idem tamen Plato ex narratione Eris Armenij à morte existentis libro 10. de Rep. fusum notat in necessitatis genibus conuerti. Cur? opinor, non quia necessariò eueniant omnia, sed quia hic à Deo institutus rerum ordo, in quo quædam ita sunt, vt necessaria sint, quædam libera.

Tres item parcas albatas esse, & capite coronato, quæ in Sirenis conspectu edunt concentum, Lachesin quidem celebrãtem præterita, Clotho presentia: Atropon futura: & ad Lachesin animas è cœlo demissas in corpora accedere, vt videlicet à Deo cuilibet præfigatur, quod ei fuerit libitũ, sic tamen, vt non ipsas sortiatur Dæmon, sed ipse Dæmonem: & cum in omnes animas effuderit sortes, singulæ ea præripiant, quæ super ipsas ceciderint, & eligentis tamen, si male elegerit, culpam fore omnem, Deo extra noxam futuro.

Admirabilia hæc, & sublimia, quę hoc loco vir celsissimo ingenio philosophatur Plato, Dei in rebus nostris prouidentiam deprædicans, quæ longè inferiora nostris, ea Platonicus Ficinus, ex Procli aliorumq; Platonicorum commentariis mirificè persequitur argumento lib. 10. de Rep. & lib 12. de leg.

G Scio tamen Menephilum lib. 9. Symp. Plutar. Q. 14. non probare Parcarum cum Sirenibus societatem, qui videlicet genij non sunt benigni, & ab Ammonio tamen defenditur.

Enimuerò hoc ordine collocãtur tres hæ parcæ lib. de Rep. 10. citato, vt Clotho quidem manu dextra extimum fusi orbem tangens flectat eum in circulum: Atropos eodem modo interiores partes sinistra: Lachesis vtramq; partem, vtrimq; puto, vt indicaret rerum omnium externã fuisse caussam Deum, qui & efficit, vt ad suum redeant principium res per finem, quem sortiuntur, & nata atq; orta semper intereant: & quodam modo in peius ruant, cum naturam, quam nascendo acceperunt, viuendo sensim amittant.

Quare Seneca præclatè epist. 24. Memini te illum locum aliquando tractasse, non repente nos in mortem incidere, sed minutatim procedere:
H quotidie morimur: quotidie enim demitur aliqua pars vitæ: & tunc quoq; cum crescimus, vita decrescit: infantiam amisimus: deinde pueritiam, deinde adolescentiam, vsque ad hesternum, quidquid transilit temporis, periit: hunc ipsum, quem agimus, diem, cum morte diuidimus, &c. & epist. 70. prænauigamus, mi Lucilli, vitam, & quemadmodum in mari, vt ait Virg. noster

——terraq́; vrbesq́; recedunt.

Sic in hoc cursu rapidissimi temporis primum pueritiam abscondimus, &c. & lib. de breuit. vitę cap. 10. in tria tempora vita diuiditur: quod est, quod fuit, & quod futurum est, ex his quod agimus, breue est: quod acturi sumus, dubium: quod egimus, certum.

Indicant etiam Parcę tardum Saturni motum, quo singula maturantur, & varietatem facultatum in firmamento, vnde tanta rerum in terris diuersitas: Itemq́ue errantium stellarum motus, quo fit vt suo quidq́ue tempore perficiatur.

Quod verò Paus. in Att. hoc est, lib. 1. Megaræ scribit Iouis fuisse simulacrum cuius imminerent capiti horæ, & Parcæ, argumento est, in Iouis potestate esse fata: tametsi Iouem fato obnoxium tradat Aeschylus, vt necessitati alij. sanè Plato matrem Parcarum necessitatem facit, nam vim habent inconuertibilem, hoc est, δύναμιν ἀ- I
μετάστροφον hæc item significantur à Plut. lib. extremo de facie in orbe Lunæ, cum Atropon constituit circa solem, quę initium prębeat ortus; Clotho circa Lunam, quæ vinciat, misceatq́; postremam Lachesin terram attingentem, cui plurimum fortunæ est mistum.

Hesiod. Theog. μοίρας, & κῆρας Homeri certè exemplo nominat. Erebi, noctisque filias Cic. 1. de nat. Deorum lib. Sycophro Maris. habitum verò, ac vestitum Parcarum breui oratione descripsit, vir doctus Pierius lib. Hieroglyph. 48. eo tu, quæ hactenus diximus, illustra. Hinc quæ fato destinantur, Græci translatè dicunt ἐπικλώθειν, neri, sumpta ab atris trium sororum filiis metaphora, vt loquitur Hor. 2. Oda lib. 3. & Tib. lib. 1. Eleg. 7.

Hunc cecinere diem Parcæ fatalia nentes
Stamina non vlli dissoluenda Deo.

Mart. lib. 6. epigram. epigram. 57. ad A. Pudentem.

Si mihi lanificæ ducunt non pulla sorores.
Stamina——

Et 4. epigr. lib. epigr. 29. lib. de Vestino. & 2. Fast. Ouid.

Vltima volaentes orauit pensa sorores,
Vt traherent parua stamina pulla mora.

Propertius lib. 4.

Non minus immites habuit Cornelia Parcas.

Rursus Ouid. 15. Met.

Ferrea nam possunt veterum decreta sororum.

M. Antonius Sabell.

Iusserat immotas deducere stamina Parcas.

Ang. Polit.

Numina crudeles parcas miseranda lacessit.

Faustus Anderl.

Neuerat exhausta parca superba colo.

In gripho Auson.

Ter nona Nestoreos impleuit purpura fusos.

Purpu-

Purpuream lanam parcam nominans ad illustrem vitæ Nestoris cursum significandum nam & ante illum sic locutus Papin. 1. lib. siln. in Epithal. Stellæ, & Violatellæ.

Ergo dies aderat parcarum conditus albo
Vellere, quo Stella, Violantellaq; professus
Clamaretur hymen—

Quę docte Chalderius explanans, dies conditus, inquit, albo vellere, id est, felix: nam parcæ nere dicũtur alba vellera felicibus, nigra infelicibus, & adulator Seneca sui Neronis ab eodem Cald. citatus.

Aurea formoso descendunt pollice fila,

Propter imperij ipsius maiestatem, ac felicitatem, quæ tamen infelicissima: hinc obscura intelliguntur Areosti illa carmina cantu 34. neque enim erit nefas producere Italicum poëtam grauem, quibus nefas non est citare Græcum, ac Latinum.

Ch' ogni sua stanza banca piena di velli
Di lin, di seta, di coton, di lana,
Tinti in varij colori, è bruti, è belli.

L Propter diuersa mortalium genera vitæ, sanctè, actæ, & feliciter, & insanctè, atq; scelestè. & 2. Met. —*triplicesq; Dea tria fata resoluunt:*

Nam harum vna Clotho dicitur. Sic & ἀνακλώθω pro fatum mutare, siue fatales reuoluendo fusos retractare: quomodo ἐπικλώθω est fatalia stamina nectendo tribuere, vel destinare: quod licet propriè de tribus vsurpetur Parcis, attribuitur aliis item Diuis ab Hom. Eurip & aliis: nam Homer. Iliad. 4. de clade Troiana ἐπεκλώσαντο δ' ὄλεθρον, & iliad. vlt.

Ὡς γὰρ ἐπεκλώσαντο θεοί.

Et Eurip. Oreste loquens de Atreo.

Ὦ σήματα ξύνας' ἐπικλωσθέν θεᾷ.
Εἰς Θυέστη πλημμέλειαν ἐπικλώσει.

Hoe est, cui coronas regias texens venit Dea M contentionem Thyestæ, simulq; fellam, &c. porrò dictas à latinis Parcas per Antiphrasin figurani quod minimè parcant, S. Augustinus libro contra mend. ad Consentium capite 10. scribit, quas item symbolum esse trium temporum. lib. 20. contra Faustum Man. cap. 9. confirmat. Cum nomen ipsis factum ab antiquis Varro apud Agellium lib. 3. cap. 16. à pariendo immutata litera vna fit auctor: quarum nomina Cesellius Vindex, esse prodiderit, Nonam, Decimam, Mortam; cur autem? quoniam viuaces illorum duorum mensium noni, & decimi sint partus, post hos minimè.

Græci μοίρας nominant, quod suam cuique distribuant sortem, vel quod ex partibus constent, inquit Apul. lib. de mundo Arist. ἀπὸ τοῦ μεμερίσθαι, & eum in bonam partem interdum sumantur numero vnius, præsertim cum adiecto nomine θεία, vt apud principes auctores Plat. Xenoph. Arist. ferè tamen in malam partem princeps vtitur poëtarum pro fato, id est, morte, vt μοῖρα βιότοιο terminus vitæ 4. Iliad. μοῖρα θανάτοιο mors. Vlix. 2. θανά-τοιο, καὶ μοῖρα, vel οἶτος. Iliad. 3. 14. 21. simpliciter μοῖρα. Iliad. 12. etiamsi iungatur ἡ Ζηνός, vel θεός, vt Iliadis 19. finis esto capitis faceta Senecæ irrisio mortis Claudij Cæsaris, quam lepidè & amarè descripsit in ludo, sic enim inscribit, infensus videlicet ei: dolore iniuriæ, quòd in exilium pulsus fuisset in Corsicam.

Non possum totam describere, quia longissima, & cuicumque liber communis. pœnam tantum, quam cogitur suorum malefactorum soluere, commemoro quam æquissimus iudex Aeacus pronunciauit. Tum Aeacus, inquit, iubet illum alea ludere pertuso fritillo. Et iam cœperat fugientes semper tesseras quærere, & nihil proficere.

Nam quotiens missurus erat resonante fritillo,
Vtraque subducto fugiebat tessera fundo:
Cumq; recollectos auderet mittere talos,
Lusuro similis semper, semperq; petenti,
Decepere fidem: refugit, digitosq; per ipsos
Fallax assiduo dilabitur alea furto.
Sic cum iam summi tanguntur culmina mortis,
Irrita Sisyphio voluuntur pondera collo.

Apparuit subito C. Cæsar, & petere illum in seruitutem cepit: producit testes, qui illum viderant ab illo flagris, ferulis, colaphis vapulantem. Adiudicatur C. Cæsari: illum Aeacus donat. Is Menandro liberto suo tradidit, vt à cognitionibus ei esset.

Climacteres anni qui: eorum, quæ ratio, expensum, & scriptorum loca explicata.

CAPVT VII.

A Vt anni dicuntur Climacterici, periodici, critici, scalarij, gradarij, decretorij, medicis, & philosophis, ita & menses diei possunt, ac dies; nõ modo, quia ex his annus conficitur, sed ob eandem vim numeri, quam annis volunt inesse, si vlla tamen inest: euidentius verò, & illustrius manifestam vitæ hominum adferri mutationem scribunt multi per septenarium, & nouenarium, ad quos per gradus, & veluti scalas quasdam panlatim ascenditur.

Primus ex antiquis latinis copiosè egit de his M. Varro, vt est apud Agellium lib. 3. ca. 10. qui & librum ab numero septenario inscripsit de Hebdomadibus: tametsi antiquissima eorum est cognitio tradita primum, vt legitur in Verrio Antiocheno lib. περὶ τῶν ἀπνλογῶν à Petosiri, & Nicepso Aegypti regibus hoc titulo, περὶ κλιμακτήρων ἑβδομαδικῶν, ἐννεαδικῶν ἀγωγῆς. B

Quod etiam Plinius attigit lib. 7. cap. 49. durat, inquit, & ea ratio, quam Petosiri, ac Necepsos ereddidernnt, & tetartemorion appellant à trinm signorum portione, qua posse in Italiæ tractu, centum viginti sex annos vitæ contin-

gere apparet, &c. Quamquam originem potius
ab Aesrulapij secta narrat acrepisse, quæ regibus
illis vetustior, est: de quo plura Maternus habet,
& eandem inesse diebus vim ibidem non ob-
scurè Plinius indicat, & doctè vit doctissimus
explicauit noster Annibal Codretus in rom-
mentario eius loci. Rara, inquit Plinius esse di-
cunt longiora tempora, quandoquidrm mo-
mentis borarum insignibus, Lunæ, dietumue
septem, atque nouem (quæ nocte, ac dieobser-
uautur) ingens turba nascatur, scansili anuorum
lege auida, quam climacteras appellant, non fe-
rè ita genitis 54. annum excedentibus.

C Dixi, quod per gradus, & veluti scalas quas-
dam ad climacteras ascenditur, quoniam con-
flantur ex septem septenariis, & nouem nouena-
riis, & similibus. Vnitas enim ter sumta efficit
ternarium; ternarius in se ductus nouenarium,
hic nouies arreptus vnum & octoginta, qui est
numerus climactericus mortalium vitæ maxi-
mè formidandus, vt in mari scopulus, qui raro
absque periculo præteruehatur.

Exempla multorum proferunt, vt Plat. Diog.
Cynici, Dionysij Heracleotæ, Eratosthenis Geo-
metræ, qui eo anno decesserunt: ita sexagesimus
tertius, qui constat ex septies tribus ter multi-
plicatis: vterque autem numerus 7. & 9. decre-
torij, maleficique sunt. & ad vitam succidendam
pollentes, & in vnum quasi confluunt: nouies
enim 7. & septies 9. efficiunt 63. Vide Iulium
Firmicum lib. 4. cap. 4.

Hinc Plinij Iunioris locus ille clarus epistola
postrema ad Caluisium libro secundo, habes cli-
macterirum tempus; sed euades: quamquam
difficillim. lege totam hic epist. primam maxi-
mè partem.

Alter item in epistola Augusti ad Caium ne-
potem, quæ legitur capite 7. libro 15. noct. Attic.
D Agellij. spero lætum, & beneuolentem cele-
brasse quartum & sexagesimum natalem meum:
nam, vt vides, κλιμακτῆρα communem seniotum
omnium, tertium & sexagesimum anuum euasi-
mus, quud alij notant ex Suet. etiam, ego non
reperio.

Quadragesimus nonus item pro climacterico
habitus, tum, quia numerus quadratus, quem
efficarissimum antiqui crediderunt, tum, quia
ex septenario conflatur septies multiplicato, cui
plurimum tribuerunt: sic & 54. fit ex nouem se-
xies repetitis: quare putarunt quemlibet septi-
mum annum periculosum, & tristimum; præci-
pue vero, qui per tres septenarios ascenderet,
qualis annus vigesimus primus: nominatur e-
tiam sexagesimus tertius enneaticus propter
nouenarium septies repetitum: hebdomaticus
quadragesimusnonus septanario in se recutrête.

Occulta in numeris via ab istis efficax agno-
scitur: quam ramen post Plinium Mirandulani
duo viri doctissimi Ioannes Picus & Antonius
Birnarchus irrident ille capite postremo extre-
mo libro sexto contra Astrol. & ante eos Tertul-
lianus libto de Idololatria cap. 9. extremo.

Et sanè, si vlla via est, vitalis potius, & iuuans E
esse debuit, quàm nocens: medicis quidem se-
ptimestres partus vitales: deinde Mathematicis
septenarius inter numeros, qui concluduntur
denario, singularis est ac rarus: nam alij procre-
ant, non procreantur: alij procreantur, non pro-
creant: alij & procreantur, & procreant: solus se-
ptimus nec vllum eorum procreat, nec ab vllo
eorum procreatur.

Sic Philo libro de mundo, & Pythagorici va-
riis nobilibus vocabulis hunc numerum exor-
nant, ἑπτάδα scilicet nam τύχην, ἀδάμαντα, καιρὸν, ἀγέ-
λειαν (hoc fortè conuenerit, prædam enim vitæ
agit mortalium) παρθένον, ἀμήτορα, τελεσφόρον: at si
interitum adfert, quomodo τελεσφόρος, nisi mor-
tem dicamus finem, quod Arist. lib. 2. phys. non
probat. at manum de tabula: nolo enim huius
numeri laudes percensere, quas ex Varr. Agel-
lius loco citato, & Macrobius in somn. scip. lib. 1.
capite 6. Cælius Rhodig. in ant. lect. Leo Hebr.
Dial. 3. de amore. Nic. Cusa lib. excit. 3. nouissimè
Petrus Bungus doctè, & fusè explicarunt, vt o-
mittam sacras nostras literas; vt miraculum sit
tam haberi malignum, ac perniciosum hunc nu-
merum: nam & Suidas κλίμα & κλιμακτῆρα interpreta- F
tur τὰς δυσχερείας, id est, casus aduersos, siue diffi-
cultates, hoc exemplo, χαίρειν γὰρ ἐγὼ τοῦτον, καὶ κλιμακτῆ-
ρα, ἤν χωρίον τι αὐτὸν ἐπιβαίνειν.

Illud item per mihi videtur mirum, quod A-
matus Lusit. cent. 4. cur. 72. obseruauit, omnes fe-
rè mulieres anno 1551. cum ego vudennis essem,
Anconæ mense Decembri parientes, semper ma-
res peperisse: si quæ puellam, statim solitam mo-
ri: Ianuario verò mense anni sequentia 1553. om-
nes feminas peperisse, si quæ marem, intertisse,
aut valde gracilem, debilemque extitisse. Quæ
caussa? ad vim fortasse aëria, vel cœli recurren-
dum: & quæ octimestres eodem mense partus
masculos edebant, abortus fecisse: cuius facilior
est ex Hippocrate in lib. de partu octimestri ra-
tio, quod item persequitur contra Astrologos
Senior Mirandulanus: quia mense octano præ-
gnantes magnis, & acerbis doloribus vexantur,
vt & fetus; qui si editur, tertium additur vexatio-
nis genus acerbissimum, partus.

Id quod lib. de partu septim. Fusius Hipp ex- G
planat, vt alia ratione lib. qui malè de carnibus,
pro, de principiis, inscribitur, probans humanū
fetum septem in vtero perfici diebus & viuere:
nam meretrices, inquit, intra hoc tempus con-
ceptum perdunt, isq; in modum elabitur carun-
culæ, ex qua in frigidam iniecta apparet omni-
bus suis membris constare, quod se experientia
didicisse lib. de Natura fatetur; & argumento est,
hominum 7. tantum diebus nediam posse tole-
rare: in octimestri horum nihil contigit; tum,
quia mensis octauus imperfectus; tum, quia o-
ctauus dies decretorius est.

Si ab Astrologia petenda ratio est: dicendum: Saturnum primum, & supremum genituram fouere, & suo aspectu, & siccitate condensare, & in corpus redigere: secundo mense, &c. Iouem: & sic deinceps vsque ad octauum, octauo iterum Saturnum sua siccitate, ac frigore vitæ fetus officere, quæ tamen irridet Picus lib. contra Astrol. 3. cap. 18.

Alia item ratio sumi potest à Zodiaco: tu vide Hippocratem, & enarratorem Galenum, Leon. item Fuchsiũ in lib. 6. Hipp. de mor. vulg. Hier. Cardanum lib. suarum contradict. & postremum omnium Franc. Valesium lib. 2. controuert. med. & Phil. cap. 10. & 11.

Tabefieri corpora sanguine salso cur verum: & cur sal nutriendo ineptus.

CAPVT VIII.

A MACTARI, ac tabefieri hominum, & animantium membra salso sanguine, Medicorum est pronunciatum, & quidè verissimum. quid ni? cum alimentũ suppeditetur ex dulci, vt ait Arist.

Deinde sal pinguiores partes, qua siccus, & acer, rodit; ideoq; necesse est gracilescant membra; acribus certè, & salsis humoribus vi thoracem effluentibus, & erodentibus pulmonem tabefieri docet Corn. Celsus lib. 3. cap. 22. Hippoc. lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν.

Tertiò animantes sicco nutriuntur, & humido, si credendum Aristoteli 2. de partibus anim. cap 3. A Sal vero siccus est, parui tamen humoris, mox vt calore soluatur, vt ait Arist. 11. sect. Probl. 26. hanc rationem assignans, cur in ignem iniectus edat crepitum: B neq; tamen sal omnis hoc patitur: nam ignium patientem esse Agrigentinum Plin. lib. 31. cap. 7. prodit.

His accedit quod alimentum restituit eas partes, quæ quotidie absumuntur, sal verò ineptus

B restituendo, nam potius auferet: C igitur extenuabitur corpus: inde Plin. loco citato, omnis locus, in quo reperitur sal, sterilis est, ex Plut. Q. t. natur. Amatus Lusit. plantas aquis salsis, siuè marinis non nutriri affirmat: immò verò quæst. illa in nullo fructu salsum reperiri saporẽ: & Arist. in arenis tradit plantas nou esse, propter supérantem salsedinem, & quia nequit continuitas fieri partium, ita lib. 2. de plant. c. 3. vt Theophr. lib. 6. de cau. plant. cap. 14. causam reddens, quòd sapor salsus alendo non est idoneus. D

Neque enim plena est ratio, quam ex Plut. Amatus probat, quia sal terrestris: sanè: sed & dulce terrestre est. & alimentum tamen est. Arist. 23. sect. Probl. 26. Ita S. Tho. lect. 10. de Iuuent. & Sen. sal species terræ, inquit, quare montes inueniri salis: confirmat Plin. loco citato. Sunt & mõtes natiui salis. vt in Indis Otomenus, in quo lapidicinarum modo cæditur renascens, maiusque regum vectigal ex eo est, quàm ex auro atq; margaritis. Quid? & nobis alimentum ex terra, & C aqua, plantis maximè, quibus lutum est alimentum, id est, quid ex terra, & aqua mistum Arist. 3. de part. anim. lib. 3. cap. 5. immo ex terra absolutè plantis. idem ibidem cap. 3.

Sal autem fit, inquit, Plato in Tim. ex mistione aquæ, sed parua, sed ita est terrestris, vt sit maximè siccus cum acrimonia, ita impeditur ex eo nutritio: quare Alb. Magnus lib. 5. de Mineralibus Tract. 2. cap. 2. ex grosso terræ combusto fieri ait salem, consentiens Platoni lib. citato, asserenti paruo humore constare salem, & fieri à tenuioribus terræ partibus.

Et scio tamen, si vlla Plinio habenda fides, salsis quasdam ali plantas, palmam, ac lentiscum, ita enim lib. 18. cap. 28. qui & lib. 19. cap. 11. peculiaris, inquit, medicina raphano, betæ, rotæ, cunilæ in salsis aquis: uam & plantæ, quæ dicitur palma, nobilissimæ arbori proprium salsis nutriri, crescere Theophr. lib. 3. ca. 24. de caus. plant. quæ & alioqui plurimum suauitati, & fertilitati conferunt.

Miu tu istud ais? Cur ergò piscis mari nutriuntur? Corrige dictum; in mari nutriuntur nõ mari, id est, aqua salsa, succis omninò salsis. sed dulcibus, vel inter dulce. & acidum: piscium esca D sunt pisces. & sordes maris, aliaq; præter sordes.

At Plinio rectè ibidem, id est, lib. 31. cap. 7. pecudes, armentaq; & iumenta sale maximè sollicitantur ad pastum, multo largiore lacte, multoq; gratiore etiam in caseo dote; & Plut. 3. & 4. Quæst. natur. huius rei quærit causam, & reddit, multorum sententia amplius nutriri, & pinguescere, q cibi appetitionem sal acuit, & poris aperiendis digestionem iuuat: sic Apollonium Herophili discipulum dulcibus vesci, & alica noluisse, sed salsamentis, & salsioribus cibis, vt pinguescerent: hoc mihi persuadere non possum rebus salsis effici, nisi fortè valdè modicis, & per accidens. Noui ego Perusiæ adolescentem valde gracilem, & macerrimum, qui omne ciborum genus auersabatur præterquam salsorum.

Obiicies tertiò mare terra fecundius, & animalibus plenius, & diuersorum magis generũ, E ac formarum: quamobrem non inscitè veteres poëtæ Salaciores finxerunt marinos Deos. Quid ni? nam in ipsum deiecta Cœli virilia, id est, gignendi ius maior indita mari: & Aristot. lib. de Hist. an. 6. cap. postremo, Mures affirmat impleri absque coitu sale lingendo: E enim verò libidinem irritat vi seminali excitanda, opinor, quia calefacit, & acuit, & penetrat acrimonia sua: ita Venus ἁλιγενὴς dicta veteribus, & libidinosis Salacium nomen impositum.

Quæ caussæ fuerunt, cur apud AEgyptios, Sacerdotes salem auersarentur, ac si Typhonis foret spuma, neque mensæ, ac cibis adhiberent, cum tamen in sacrificiis vterentur, non quidem

è mari, sed è fonte quodam Ammonis petito, vt auctor est Plut. lib. de Isid. & Osir. qui paulo aliter in Symp. lib. 5. q. 10. AEgyptiorum Sacerdotes, cum sint castissimi, tradens abstinere à sala, adeò vt pane etiam sine sale vescantur: ac fortassè abstinere à sale professos castitatem quod ob calorem impellat ad Venerem, & paulo post repetit. Sanè Plinius salem & per Africæ sitientia inueniri prodit lib. & cap. eodem vsque ad Ammonis Oraculum.

Quod enim affirmabat nescio quis Aristagoras salem esse immundum, quoniam dum is cogitur, multæ in eo bestiolæ deprehensæ immori-
F untur, fatuum est. Satisfacio, per se. & potissimû confert sal, & salsa ad consumendum, & quasi radendum propter siccam acrimoniam, vel acrem siccitatem: ex accidenti verò nutriendo, generando, saginando conducit, quod appetitum excitet, & in membra ipsa, partesque corporis nutrimentum deuehat, vt sit quasi vehiculum & cuneus deferendi commodius, ac tamquam infigendi alimenti.

Alioqui sal corpus est Deo amicum, vt Plato loquitur in Tim. G & sacræ nostræ multis locis ostendunt literæ & hominum vitæ vtilissimum, & in Symp. paulo ante Phædri orationem, sapientis cuiusdam viri producit Encomium salis. Tim. H

Nam & symbolum est amicitiæ, quòd solidet, & conseruet corpora; I nihil verò magis retinet in officio mortalium genus, & inter se conciliat, quàm amicitia. Hinc Plin. loco sæpè citato. Ergò
G Hercule vita humanior, inquit, sine sale nequit degere: adeoque necessarium elementum est, vt transierit intellectus ad voluptates animi quoq; nam Ita sales appellantur, omnisque vitæ lepos, & summa hilaritas, laborumq; requies non alio magis vocabulo constat.

Adiungit quod non inuoluendum silentio. Honoribus etiam militięq; inter ponitur, Salariis inde dictis magna apud antiquos auctoritate, sicut apparet ex nomine Salariæ viæ, quoniã illa sal in Sabinos portari consuerat. Mox, Varro etiam pulmentarij vice vsos veteres auctor est: esitasse enim salem cum pane, & caseo, vt prouerbio apparet.

Addamus nos & sacrarum literarum phrasin, quæ pactum salis consueuit dicere pro incorrupto, & constanti, ac perpetuo fœdere, vt Num. 18. & alibi. adde nonnulla ex Chil. 1. cent. 6. adag. Prou. 10. salem & mensam ne prætereas.

Quantus verò semper fuerit in vita hominum salis vsus, habes à Plut. eruditè explicatum Q. 4. lib. 8. Symp. ac ne longior de sale oratio insulta videatur, salem appono breuitatis, Pythagorę insistens præcepto.



In carnium officio contra Gal. defensus Aristot. quomodo instrumentum sint tactus: medullam non esse à semine, sed à sanguine.

CAPVT IX.



CIOLORVM quorundam est medicorum summum reprehendere Philosophum hæc lib. 2. cap. 8. de part. anim. de carnibus scribentẽ, eas esse principium, & corpus animalium, idque iure. definiri enim animal sensu: & primum quidem primo, hic autem tactus est. A addit, instrumentum esse tactus, non solum, inquit, sed primum, nam alia omnia huius rei esse causa. B vt iam definat Amatus pacem ab Aristotele precari, & arguere tamen, quod solam carnem vitæ principium, ac fundamentum scripserit, neruos autem, atque ossa non propter sensum, sed ad carnium temperationem fabricata, cum tamen Arist. nó solum μόνον, sed πρῶτον primum scripserit, eius legisti orationem.

Videlicet Galenus dissentit lib. 1. de vsu part. cap. 13. & alibi, cum vult à natura carnem factam, vt esset tegmen, & munimentum aduersus æstus, & frigora. C & Hippocr. lib. de ossium natura, ossa, inquit, corpori firmitatem, rectitudinem, & formam præstant; nerui, flexionem, contractionem, & distentionem; carnes, & cutis omnium colligationem, & connexionem. D B

Sanè ita in Tim. Plato, cuius hæc oratio: carnes aduersus iniurias & noxias æstus, frigoris, & casus factas, quæ & molliter cedant, quod si verum esset, natura maximè protexisset hoc operimento manus exteriorem partem, quæ occurrit facilius calori, ac frigori, cæterisque externis iniuriis, non interiorem, quæ per se ipsa se tuetur ipsam constringens & dilatans; plurimum tamen carnis adhibuit palmæ, id est, interiori parti manus, quàm exteriori: in promtu causa est, quia palma instrumentum est, res, quæ tangi possunt, apprehendendi, non exterior manus.

Adde, quòd Gal. cap. 18. lib. citati pugnans cum sensu, atque experientia carnem ex se ipsa omni carere sensu affirmat. ἐπεὶ ἡ σὰρξ ἐξ ἑαυτῆς αἰσθάνεσθαι ἐδύνατο. & quotus quisque est, qui non euidẽter probet, à carne etiã omni spoliata cute, formas rerum, quæ tanguntur, recipi, ac percipi C quacumq; tangat parte licet separata à neruis?

Cõsentaneum item rationi carnẽ instrumentum esse tactus: sensus enim per spiritus, quos vocant, fit; at caro abundat, magis quam nerui, spiritibus propter arterias. & venas, quæ per vniuersam diffusæ sunt substantiam carnis, quibus certè spiritibus carent nerui.

Deinde tactus minimè simplex requirit instrumentũ, quod diuersas habeat subiectas qualitates, hoc est, calidum, frigidum, humidum, sic.

cum,

cum, lene, asperum, molle, durum, & id genus: caro auté inter alias corporis partea minimè est simplex, illa msximè, quæ nimirum est similaris, cuiusmodi est caro cordis, de qua eodem libro Arist. csp. 1. caro cordis partim est similaris; nam omnem sensum recipit; partim verò dissimilaris, propter formam, & figuram ipsius.

Et lib. de sensu, & sensili apertè instrumentum tactus circa cor versari tradidit. & quidē csrnem cordis primam, cum alia caro medium sit tactus, quemadmodū pupilla in oculo est primum sensorium, sic enim loquunrur, visus; medium auté perspicuum: ita csro, ex qus cor cōstituitur, sensorium est tactus, & quia sine ractu non consistit D animal, ex eo fit, vt intereat, si fotte cordis caro ab extrinseco lædatur. E

Tsmetsi ex Arist. ipso ratio peti fortasse possit Gsleni tuendi, cum sit ille 4. csp. lib. 3. de part. snim. & 1. de hist. an. cap. 14. habet & Nctuorum multitudinem cor.

Fclix tamen Accorambon. nobilis huius æui Philosophus in lib. 2. de anima Arist. testis est oculatus cuiusdam Romę ita in pectore vulnerati, vt dextrū vsq; cordis ventriculū plsga intrsrer, q tamen 44. superuixit horas mentis cōpos, & loquens: nam & Sues, cum iugulantur, si vulnus in cotde fist, non mox tamen intereunt, signum euidens vociferatio ipsorum. Ego vix adducor, vt credsm.

Tu diligentet medirare, num hęc Senecæ oratio initio lib. 2. de ira Aristoteli suffragetur, aut Platoni. nam & in corpore nostro ossa, neruiq; & articuli firmamentum totius, & vitslia minime speciosa visu, prius ordinantur: deinde hæc, ex quibus. Omnis in faciem, aspectumq; decor est: post hæc omnia, qui maximè oculos rapit color, vltimus perfecto iam corpore affunditur: mihi videtur Aristoteli suffrsgari.

A semine esse medullsm in animali idē voluit E Galen. ab Arist. temerè dissentiens, nec suis momentis eius rationes perpendens. Est inquit, lib. 2. de part. an. cap. 6. sanguinis natura, medulla. καὶ ἐστὶ ὁ μυελὸς αἵματος φύσις: probat trib. srgumentis: tum, quia in infantibus, qui sané recens nsti, medulla est sanguinea, & quidem admodum, vt & viscera, quæ fiunr msgna sanguinis copis.

Tum, quia ex iis nutriuntur omnia, ex quibus fiunt: Fetus autem in vtero, & omnes eius partes nutriuntur sanguine.

Tertiò, quoniam medulla in animalibus, quibus inest pinguitudo, vt sic dicsm vnctuosa, vnctuosa est; seuosa, in iis in quibus seuosa pinguitudo; ex esdem ergò materia creditur, ex qua seuum, & pinguedo: quis verò ignorat seuum, & pinguedinem sanguinis habere natursm? exuperantia enim fiunt sanguinis. Adferuntur item exempla ab experientia pro Arist.

Scribit idem Aceoramb. in 2. lib. de part. sn. F vidisse se in semestri puero abortu eiecto, venas, ossa, neruos, medullam rubeas, & sanguineas: Cur autem? nisi quia ex menstruo feminæ sanguine.

Obiicies medullam albi esse coloris seminis instar: nil mirum: calore enim natiuo immutatur temporis progressu: sic enim & cinis adustione fit subalbida.

Obiicies item, & Galenus obiicit, membra esse in animsnte, quæ spermatica nominantur, & ex semine fiunt maris: at cum vnum quodq; eo alatur, ex quo fit, vt ipsimet placuit Galeno, semine igitur aleutur hæc membrs: hoc tamen fieri nullo modo potest: nam efformato in vtero fetu, nullū iam semen est maris, consumtum nimirū in membrorū animantis efformatione, & cum nutriri debeat, superest vt ex menstruo feminæ sanguine, quem per venas vmbilici ex vtero trahit, alstur: sic auté attrahere docet Anatomicus. ipse deinde fetus nullum habet semen in vtero, & extra vterum non nisi adultum animal habet, quomodo ergo nutrietur semine?

Fortssè confici quidem semen dices, sed cōsumi in nutrimento partium solidarum. respondeo, alicubi consumatur necesse est: at non consumitur in vasis ssnguinis, hoc est, corde, hepate, venis, quid enim semini cum sanguine? Non in G vasis seminis, quæ sunt renes, seu testes: nullum enim tunc apparet vestigium seminis in animante nondum adulta.

Quærea ex me, quanam ratione in vtero, & extra vterum omnia animantis membra nutrisntur sanguine. Liberat me hoc labore cspitis huius inscriptio: medicos habes, ac Philosophos Priscos ac recentes plurimos, qui hoc te doceant: ad vnum te amsndo Felicem Accoramb. qui B breuiter, & dilucidè exponit.

Adulterij puniti ex animalibus mutis exempla, æs Corinthium non videri euersionis casu dictum.

CAPVT X.

INVETSRATA opinio, & plurimorum ore, librisque contrita æs Co- A rinthium incensa à L. Mummio vrbe Corintho cōflatum ex omnium generum metallis ignis vi in vnum redactis, ita fortuito casu repertum: quem casum lib. de Pythiæ oraculis apud Plut. ipso ferè initio Diogenisñus ita narrst; Corinthium æs à maiore copia æris nominatum, cum ignis domum consumsisset plenam ære, & in qua auri aliquid erat, & argenti, ita confusam in vnum massam exisse tam eleganti colore.

Quæ mihi opinio refricst eius loci memotiā de admir. audit. nu. 85. in quo narrrat, siue Arist. siue Antigonus, siue alius scriptor vetus, cum incendissent pastorea quidam siluas, excalefscta terra, regionē illā fluxisse argento, & nō ita multò post, quassata humo, & hiante, ingentē argenti

en actam fuisse copiam non leui Massiliensium lucro, atque vtilitate, quanquam non diuersa fluxus vtriusque causâ ignis videlicet, longè tamen res diuersa.

Sed vt hæc meo quidem iudicio fabulosa, cur enim non ad ipsos potius Hispanos lucrum rediit, quam ad Massilienses longe remotos? ita & priora de ære Corinthio. *A* & Sen. epist. 30. in hoc quoque dissentiu sapientes fuisse, qui ferri metalla, & æris inuenerunt cum incendio venarum adusta tellus in summo venas iacentes liquefacta fuisset: Ista tales inueniunt, quales colunt.

Theo tamen aliter exponit: cum fortè ærarius quidam faber Corinthi arcam auro plenam inuenisset, vt lateret, in frusta conscidit aurum, & sensim æri miscuit, sic colore fuisse pulcherrimo, ideoque magno pretio venditum.

B Sed cõfutatis his sentẽtiis, contendit Plut. tale natura sua illud æs in solo, atque cælo Corinthio esse: cum alij existiment in ea ciuitate eximios fuisse artifices, qui ira æs temperatent, fuluo certaret vt auro, quemadmodum canit Silius, & ad ecoris inclinaret colorem.

Sanè Pausanis in Corinth. siue lib. 2. de Pyrene fonte scribens, in eu æs Corinthium pellucidũ, & pene igneum, cum etiam calet, mergi tradit, in Catani nuptiis Athen. lib. 4. initio in Thalamego Ptolemæi Philop. lib. 5. hoc tamen loco non æris Corinthij meminit. Sed columnarum Thalamegi capita opere fuisse Corinthio elaborata tantum ex auro, & ebore tradit: quod si verum est, falsa prior est inueterata opinio: nam ante captam à Mummio Corinthum Olymp.
C 158. anno tertio, aut quarto. V. C. 508. vixerunt: & apud Riphilum comœdiarum scriptorem ita ludit nescio quis, non probo Corinthia vasa, ὁδὶ θαυμάζω τοὺς κορινθίους κάδους, & hunc Plaut. nominat in Casina, & Rudente: vixit autẽ Olymp. 145.

Succurrit item Plin. lib. 34. cap. 3. perperam opinionem primam comprobans hoc sermone sed cum esse nulla Corinthia candelabra constet, nomen id præcipuè in his celebratur, quoniam Mummij victoria Corinthum quidẽ diruit, sed cum pluribus Achaiæ opidis simul æra dispersit.

Graue crimen adulterium, & grauiter à Deo Opt. Max. & omnibus ferè nationibus vindicatum: admirabile, quòd eius Item sensus belluis inest: exempla sunt digna, quæ literis commendentur omnium, Porphyreonis auis, & Elephanti quadrupedis, vt ex iis quanti castitatem natura faciat rerum bonarum æstimatrix optima, & quanti eam facere sub tanta magistra teneantur mortales, intelligamus.

Polemo igitur 5. commentar. lib. ad Regẽ Antigonum, & ex eo Athen. lib. 9. c. 12. Porphyreonẽ tradiderũt sensum habere adulterij tam acrem, vt, si domi, in qua versatur, à matre familias id flagitium cõmittatur, significet non alis, nõ voce, sed sui ipsius morte per suspendium quæsita: eaque est causa, cur vocatus à Græcis fuerit θαλαμὼν, id. Thalami quasi custos, seu violati Thalami vindex, vide Aelianum cap. 35. lib. 14. de anim. *D* tam insigne pudicitiæ argumentum in hac aue miror à Plin. omissum lib. 10. 46.

Addit Ael. post Arist. & alij, longè admirabilius ipsius castitatis signum, si vel solam viderit meretricem, confestim emori: hoc ita versibus enarrauit in Chil. Hist. Tzetzes. *B* inter aues est Hebræis ad cibum vetitas Leu. 11. Deut. 14. ne viderentur horrere pudicitiam.

Quid Elephanto facias? quibus eum laudibus ornare, & cumulare possis? De eo hoc tantum Plin. lib. 8. cap. 5. nec adulteria nouere, nullaue propter feminas inter se prælia cæteris animalibus pernicialia. Amplius Ael. adulteria maximè auersantur & horrent.

Experientia probat Elephanti in India, qui cum cerneret magistri sui vxorem à nescio quo stuprari, ambos cornu, siue dentem malis appellare, transfigens, interfecit: alterius item Romę, qui idem facinus egregium fecit, sed hoc cumulo, *E* quod reuerso domum magistro, quos adulterus à se occisus stragula veste contexerat, veste reiecta simul iacentes ostendit: alterius, cuius magister vxorem interfecerat non pulchram, vt alterius, potiretur amoribus, & defoderat non longè à præsepi suo, qui tanti sceleris conscientia motus ad præsepe nouam vxorem perducens, effossa terra, prioris cadauer ipsi indicauit, re conatus efficere, quod oratione non poterat, quibus scilicet motibus is esset, cui nupserat.

Consule Ael. lib. 1. & 15. de anim. vbi & de Ciconia aue castissima. Legant hæc viri Christiani, & meditentur, & non imitari eos pudeat.

Diuersa fuisse capitolia, ostensum: verbi aduocare, & nominis aduocatio vsus elegans passim ignotus declaratur.

CAPVT XII.

NON vnum modo Capitolium Romæ *A* fuit (cuius nominis quæ causa 1. lib. T. Liuius, quos habuerit structores lib. 3. Hist. Tacit. enarrant, & Arnob. lib. 4. adu. gentes præclarè & Halicarn. Dion. lib. 4. cuius excidio finem portendi Rom. Imperij idem lib. 4. Hist. prodit) sed vel illius instar aut rei, aut nominis, & in Italia plura, & extra, legi: ea recensere hoc capite est animus.

Ordiar ab æmula Romæ Capua, in qua Capitolium erat, vt est apud Suet. cap. 40. quo narrat à Tib. Capuæ Capitolium Augusto dedicatum, Nolæ templum; & cap. 57. in Calig. Capitolium Capuæ idib. Mart. de cælo tactum est.

Rauennæ Sidonius suum fuisse Capitolium testatur. Aliud Beneuenti, in quo veteris Grammatici ciuis sui Orbilij statuam collocarunt Be-

neuentani, vt ait Suet. lib. de ill. Gramm. cap. 10.

Carthaginenses in Africa suũ habuerunt Capitolium, vt Cypr. est auctor epist. 55: compelluntur, inquit, adhuc insuper lapsi, vt linguis, atque ore, quo in Capitolio ante deliquerant, sacerdotibus conuiciũ faciant, vbi non videtur accipi, vt malè notat Pamelius, pro omni loco, siue aris in quibus Christiani sacrificare cogebantur, vt lib. de lapsis, in quo & Capitolium Cypr. nominat, nonne quando, inquit, ad Capitolium sponte ventum est, &c. & post multa vnus ex his, qui sponte Capitolium negaturus ascendit, &c. qui locus manifestè indicat locum fuisse ita nominatum.

Canone item 5. Eliberini Concilij in Hispania fuisse Capitolium apparet, sed in qua Ciuitate, non indicat: vetatur enim ne quis Christianus ad Idolũ Capitolij sacrificandi caussa ascendat.

In Gallia memoratur Tolosæ Capitolium nostro etiam æuo celebre, de quo olim præceps ob Christi fidem Saturninus Episcopus datus fuit, vt legimus in Martyrologio Rom. 29. Nou. Narbonæ item ac Treuiris in Germania, ex quo sanctam Ecclesiam SS. Mart. Tyrsi, & sociorum acta produnt.

Et Coloniæ Agrippinæ, vt testatur Franc. Petrarca lib. epist. 1. epist. 4. ad Io. Columnam his verbis. Vidi Capitolium effigiem nostri, nisi ꝙ pro Senatu illic pacis, ac belli consilia agitante, hic formosi iuuenes ac puellæ mistim nocturnas laudes Deo concinunt æterna concordia: ibi rotarum, & armorum strepitus, ac gemitus captiuorum; hic quies, & gaudium, & iocantium voces: denique illuc bellicus, huc pacificus triumphator ingreditur, & longè ante Cæsarius lib. 7. illustrium miraculorum cap. 43.

Sanctus quoq; Hiero. in locis Hebr. & in c. 14. Esaiæ, Babylone in Assyriis constituit, ex quo apparet, cuiusq; ciuitatis arcem, & præcipuum locum nominari solitũ Capitolium. Sic enim scribit postremo loco. Arx autem, id est, Capitoliũ illius Vrbis, &c. nec tamen tecot sit appellatum expresso vocabulo.

Nihil verò miror Constantinopoli in Græcia, seu potius Thracia, cum noua Roma sit, fuisse Capitolium: nam pleraque ex antiquæ Romæ similitudine loca in illa Vrbe nomen acceperunt: fuisse vero Constantinopoli Capitolium est perspicuum ex l. 12. C. de ædif. priuat. Cur autẽ Rom. Capitolium Tacitus Martiale nuncupet, plane ignoro, neque enim Marti, sed Ioui sacrum: nisi sit ob natiuum robur, & spiritus Romanorum magnos in bello.

Aduocare verbum est propriè iuris, ac fori, Latius patens, quam patrocinari, vt aduocatus, quàm patronus: est verò patrocinij, vel testimonij, vel consilij causa homines conuocare, ita Grammatici non plenè; nam & exercere patrocinium, siue in causis consilio, alteriusue officij genere iuuare, aduocare est.

Melius igitur Ascon. Pedianus in 1. Verr. aduocatum esse tradit, qui in iudicio, vel ius suggerit, vel amico præsentiam cõmodat: moris enim antiqui, sanè laudabilis, in iudiciis erat cum priuatis, tum publicis amicos aduocare, quorum auctoritate Iudices mouerentur: tu, non hoc solum dic, sed adde, quorum consilio de statu caussæ decerneretur, atq; exitu: eratq; commune verbum tam accusatoris, q̃ defensoris, qui si inutilis foro extitisset, inquit Quinctilian. Caussidicus dicebatur: melius Pedianus, qui defendit alterũ in iuditio, aut patronus dicetur, si Orator: aut aduocatus, si, aut ius suggerit amico, aut præsentiam suam commodat: aut procurator, si absentis negotium suscipit: aut cognitor, si præsentis causam nouit, & sic tuetur, vt suam, ita etiam Festus. D

Quæ mihi omnia ἐκ ἑτέρου θυμοῦ. nam & patronum video nominari in veterum libris etiam si Orator non sit: & qui caussam cognoscit, Iudex est. Ita aduocationem exponunt Grammatici consultationem, plenius dixissent, patrocinium, ac defensionem: deinde amicorum in caussa sua conuocationem.

Tertio etiam tempus significat, quod peritis vix notum, quod à Iudice interdum dabatur iis, qui ad caussam suam tuendam non satis erant instructi, aduocandorũ caussa amicorum, quorum consilio, & auxilio vterentur, vestigium est huius in oratione Cic. pro Quinctio. & l. 1. §. aduocatas. Vlp. D. de extraord. crim. E

Neque omnino vera aduocati, & patroni differentia, quam Laur. Valla probat lib. 4. eleg. cap. 12. cum legam accusantis etiam patronum dici, non modo accusati.

Et quidem aduocati, & aduocationis nomine, & aduocandi verbo propriè vsus est Plin. Iunior in Epistolis, vt 1. lib. epist. ad Catilium Senerum, de nobili I.C.T. Aristone, multos aduocatione, plures consilio iuuat: & epist. penult. ad Pomp. Falconem de scripto, malui me Tribunũ omnibus exhibere, quàm paucis aduocatum: & lib. 2. epist. ad Arrianum in caussa Marij Prisci: in fine sententiæ adiecit, cum ego, & Tacitus iniuncta aduocatione diligenter, fortiterq; functi essemus: lib. 3. ad Matrinum, legati prouinciæ Boeticæ questuri de procõsulatu Cæcilij Classici, aduocatum me à Senatu petierunt, mox, iterũ me iam præsentem aduocatum postulauerunt, &c. F ita Seneca lib. de Tranq. animi cap. 3. silentium indictum est, tacita aduocatione ciues iuuet: quomodo aduocatio expressa est, tum apud Senatum, Coss. Prætorem, Quirites, Iudices, oras, vel disceptas, primo de clem. lib. ca. 8. adeò nihil facilius potes, quàm contra Cæsarem aduocare, pro tempore autem cõcesso ad colligenda amicorum auxilia Cicero lib. famil. 7. epist. 11. Ego omnibus vnde petitur hoc consilium dederim, vt à singulis interregibus, binas aduocationes postulent, hoc est, duo tempora, vel spatia, &c.

Ita Seneca eleganter ad iræ trāſtulit remedinm lib.1.de ira cap.16.ratio vtrique parti locum dat,& tempus: deindè aduocationem etiam ſibi petit,vt excutiendæ ſpatinm veritati habeat: Ira feſtinat.& 2.lib. cap. 29. de paruula ſumma iudicaturo, tibi res ſine teſte oon probaretur: teſtis
G ſinè iureinrando non vaderet: vtrique parti dares aduocationem,dares tempus, nec ſemel audites,&c. & 3. lib. cap. 12. quædam ex his, quæ te præcipitem ferebant, hotā, non tantum dies, molliet: quædam ex toto euanaſcent. Si in hoc erit petita aduocatio, apparebit iam ludicium eſſe, non iram: quidquid voles, quale ſit, ſcire, tempori trade.

Et in ludo de morte Claudij, aduocatum non inuenit. tandem procedit P. Petronins, vetus conuictor eius, homo Claudiana lingua diſertus, & poſtulat aduocatinnem: oon datur; & lib. 7. nat. quæſt. cap. 1n. contta Epigenem de Cometis, & ant det eis aliquam aduocationem, qund fieri nullo modo poteſt vt interpretnr, tempus, & ſpatium ad ſe defendendum, ſeu opinationis eins inquirendas cauſſas.

H Differre autem patronum, & aduncatum indicat Cicero, vt diuetſa ſæpenumero ponens. Inuenies item aduocatos nominati, qui teſtimonij cauſſa conuocarentur, ſcilicet qni in rem præſentem dedncebantur, vt de moribns teſtarentur, ſen vi facienda de alicuius moribus teſtes eſſent. Cicer. pro A. Cæcin. & antiquior Cic. Plautus in Pœn. vbi certis adnocatis præſentibus Agoraſtocles ſnum apud Lenonem ſeruum, & pecuniam deprehendit act. 3. ſcena poſtrema qui initio ſc. huius actus primi dixerat:

Ita me Dij ament, tardo amico nihil eſt quodquam inæquius,
Præſertim homini amanti, qui quidquid agit, properat omnia,
Sicut ego hos duco aduocatos, homines ſpiſſigradiſſimos.

Et Vlp. l. 1. D. de precar. mater. & l. 3. cum tamen in ipſo inte ſæpiſsimè vſurpetur generalius, vt exempla ſnppeditantur nobis, modis his dicendi, aduocationibus interdicere l. 8. de poſtul. l. 9. de pœn. aduocationem ſnſcipere D. de off. præſid. l. 9. aduocationes poſtnlare D. ex qnibns cau. maior l. 23. §. 4. longè verò alind, quod idem Seneca lib. 3. de Ira cap. 33. ſcribit, fremitu Indiciorum Baſilicæ reſonant, enocati ex lōginquis regionibus Iudices ſedent indicaturi, vtrius iuſtior auaritia ſit: vt enim ptudenter & dnctè M. A. Muretus vidit, ad diindicandas potentiorum controuerſias è ptouinciis conſuerant ſpectatæ fidei, ac prudentiæ homines euocari, qui neqne gratiæ, neque odio locum darent, ſed verè, atque integrè de re tota iudicarent: id quod primum à Græcis inſtirutum notat alicnbi Plutarchnm tradidiſſe, prolatis verbis, non loco.

Auari natura Tantali pœna expreſſa, aliis exemplis illuſtrata: quibus mortalibus ſapientiæ lux obſcura; & cur, declaratum.

CAPVT XII.

QVod fabulæ nartant, Tantalum, quaſi auarorum Symbolnm, qui qnibns abundant, caceut, quia vti neſciunt (inde enim verſus ille teritur antiquus, Auaro tam deeſt quod habet, quàm quod noo habet:) pnmis ſuper capnt pendentibus aqua ad mentum vſq; ac labra elata, emori tamē ſame ac ſiti, quod ita Hor. breui ſetmone expreſſit Sat. 1. lib. 1. ſer. A

Tantalus à labris ſitiens fugientia captat
Pocula: quid rides? mutato nomine de te
Fabula narratur: congeſtis vndiq; ſaccis
Indormis inhians, & tamquam parcere ſacris
Cogeris, aut pictis tanquam gaudere tabellis.
Magnas inter opes inops—

Et Epod. od. poſtr.

Optat quidem Pelopis infidus pater B
Egens benigna Tantalus ſemper dapis.

Et Satyt. Atb. Petronius.

Nec bibit inter aquas, poma aut pendentia carpit
Tantalus infelix, quem ſua vota premunt.
Diuitis hæc magni facies erit; omnia latè
Qui tenet, & ſicco concoquit ore famem.

Hometi hi anctoritatem ſecnti Vlix. 10. & 11. cum alij aliter canant: vide in Hor. carmina Lambinum & Ioan. Tzetzem in hiſt. Chil. 5. cap. 10. Quanquam non auaritiam io eo, ſed in continentiā linguæ atqne periurinm reprehendunt Pind. od. Olym. 1. & Eutip. Oreſte, ac T. Luc. lib. 3.

Onid.

Quærit aquas in aquis, & poma fugacia captat
Tantalus, hoc illi garrula lingua dedit.

Alij, vt eſt apud Athen. lib. 7. cap. 3. qnod Ionem rogaſſet, vt voluptatum cnpidiſsimus, ſibi vt modo, & ritu Deornm viuere concederetur. Et verò aliam pœnam, metus videlicet imminentis ſaxi, ita enim hic:

Nec miſer impendens magnum timet aëre ſaxum
Tantalus, vt fama eſt, caſſa formidine torpens:
Sed magis in vita Diuûm metus auget inanis, C
Mortales caſumq; timent, quam cuius ferat fors:

Et tertiam quandam commentus eſt fabellā ſanè lepide epigramatiſta lib. 4. tit. 84. quē verſnm diſtichnn extulit Tetraſticho eximie Auſnn. ſed adquieſce in interpretatione huius ex ingenio Amb. Laërt. tralatoris

Depoſuit laqueos aurum vir nactus, at aurum
Non nactus, laqueis triſtia colla ligat. A

ſed priores anaritiæ ſymbolum ea fabella intelligi voluerunt, &, vt præ cæteris explicauit Euſt. in 11. Vlix. auari proprium eſt abſtinere à Bonis præſentibus, & cum ea concupiſcat, nunquam

consequi. hoc. inquit, pœnæ datum Tantalo, quòd ex templo Iouis ablatum Pandareo quemdam canem aureum ipse abscondisset.

Historia quoque factum commemorat simillimum Haitoni Armeni cap.26. Tartariæ fug.
D Haolonus, inquit, frater Mangonis Cham. 4. Imp. Tartarorum anno 1258. baptisati. cœpit Baldach. i. Babylonem Ciuitatem, iussitque Caliphum ante se adduci, & omnem eius Thesaurum ad se deferri: tum ei dixit Haolonus. cur tanto thesauro non euocabas vicinos & stipendiatios ad te, tuamque regionem ab incursionibus Tartarorum defendendam? Is respondit, satis mihi virium habere videbar, si cum meis tantum pugnarem. Subiecit Haolonus. tu magister es omnium Mahometi falso vati credentium: talis ergò, tantusque magister non alio est alendus cibo, quam hoc thesauro: hic tibi cibus esto: sic eum intra cubiculum auro, gemmisque refertum absque vllo cibo inclusum Inedia coëgit mori.

Midæ item fabula naturam exprimit auarorum, qui cum expetiisset, vt quæcunque contingeret, in aurum verteretur, præ fame interiit. Quod Ouid. cecinit 11. Met. lib. concludens:

—— Diuesq; miserq;
Copia nulla famem releuat, sitis arida guttur
Vrit, & inuiso merito torquetur ab auro.

Nam propterea vt stolidus, Asini dictus est auri-
E culas habuisse, eor potius dicendum: & Fulg. 2. lib. Mythol. Midam nominatum interpretatur μηδὲν εἰδότα, id est, nihil videntem. vel scientem: qualem etiam describit auarum Horat. lib. 2. ser. Sat. 2.

Qui numos, aurumq; recondit nescim vti
Compositis, metuensq; velut contingere sacrum.

Idem significauit eorum pœna, de quibus cecinit Virg. 6. Aen.

Quid memorem Lapithas, Ixiona, Pirithoumq;
Quos super atra silex iamiam lapsura cadenti
Imminet assimilis? lucent genialibus altis
Aurea fulcra thoris, epulæq; ante ora parata
Regifico luxu: furiarum maxima iuxta
F *Accubat, & manibus prohibet contingere mensas,*
Exurgitq; facem tollens, atq; intonat ore,

Iure vt de his possit vsurpari, quod Antiphanes aduersus Thribonem quemdam scripsit apud Athen. vt citatur alludens ad Tantali pœnam, quod Latinè si conuertatur, quia allusione caret. est frigidum τερπνῶν ταλάντων ἐκταλαντῶσαι, certè lib. 7. cap. 3. Athen. vt voluptuosum hominem pœna affectum à Ioue tradit; aliter lib. 1. c. 21. scilicet vt auarũ; vt sacrilegum, sine mysticarum rerum delatorem punitum describit cbil. 5. hist. cap. 10. Tzetzes. hinc etiam dicti, veteri prouerbio Tantali horti, vt Adonidis horti, sed paulò secus; de bonis illud, quibus frui non liceat. vel quæ aliquid videantur esse, cùm non sint, hoc de rebus leuissimis, & vanissimis, cuiusmodi sunt terrena omnia, quæ mox euanescunt.

Huius verò Tantali pœnæ instar, siue Ixionis, aut Sisyphi, qui labore, & conatu semper irrito fatigabantur, apud inferos, Seneca scriptor alioqui Seuerus, ad finem ludi de morte Claudij Cæsaris, ridiculè fingit Aeaco placuisse iudici nouam pœnam infligendam, laborem scilicet cassum, atque irritum, & alicuius spem cupiditatis sine effectu. Tum Aeacus iubet illum alea
ludere pertuso fritillo: etiam cœperat fugientes G
semper tesseras quærere, & nihil proficere:

Nam quotiens missurus erat resonante fritillo,
Vtraq; subducto fugiebat tessera fundo, &c.

Non ficta, sed vera fuit Aquilij Rom. ducis in Asia pœna, cuius capti Mithridatis Rex in os liquatũ infundi aurum iussit, & occidit, vt postea in os mortui Crassi diuitis infuderunt Parthi hoc sermone, aurum sitisti, aurum bibe: quo supplicio auorum nostrorum memoria Philippum Florentinum, Pipum vulgato nomine vocant historici, ducem suum cõtra Venetos Sigismundus Imp. affecit, quòd ex Venetis re infecta in Pannoniam auro corruptus reuertisset. Sic M. A. Sabell. Enn. 9. lib. 9.

Sed & auaros ostendit, quibus nulla maior pœna, quàm habendi sitis, quam nunquam explent. Itaque præclarè Sen. lib. 2. de Benef. cap. 27. Cn. Lentulus Augur, diuitiarum maximum exemplum, antequam illum libertini pauperem facerent (hic quater milies sestertium suum vi-
dit proprie dixi: nihil enim amplius, quàm vi- H
dit) Ingenij fuit tam sterilis, quàm pusilli. mox adiungit de hac siti inexplebili, eò maiora cupimus, quò maiora venerunt: multoque concitatior est auaritia in magnarum opum congestu collocata: vt flammæ infinito acrior vis est, quo ex maiore incendio emicuit.

Et ep. 115. narrat aliquando ab Euripide inductum Histrionem miris extollentem laudibus pecuniam, productis aliquot eius versibus, & indignatum populum vno impetu consurrexisse ad eiiciendum & actorem, & carmen, donec Euripides in medium ipse prosiluit, petens, vt expectarent, viderentque quem admirator auri exitum faceret. Dabat in illa fabula pœnas Bellerophontes, quas in sua quisque dat vita: nulla enim auaritia sine pœna est, quamuis satis sit ipsa pœnarum. O quantum lacrymarum; O quantum laborum exigit: quàm misera desideratis? Adiice quotidianas sollicitudines, quæ pro modo habendi quemque discruciant maiore tormento pecunia possidetur, quàm quæritur, &c.

Illustres fuerũt duo illi senarij versus, illustriores Senecæ testimonio Ep. 108.

Desunt inopiæ multa, auaritiæ omnia.
In nullum auarus bonus est, in se pessimus. I

Sapientissimum verò illud Publij Mimi dictum:

Auarus nisi cùm moritur, nil rectè facit.

Faceret scilicet si viuens vteretur rebus suis: facit moriens, quia vsum relinquit aliis. Notationem

iuuat sequentem præcedens, cur prudentia, & sapientia humana, quæ acerrima est in iis diiudicandis, & exequẽdis, quæ ad hanc vitam quietè, & commodè traducendam faciunt, cùm ad Diuina, & ea, quæ à vitiis animum liberant, se conuertit, inepta sit, & planè cœca: qui locus in sacris litteris sæpè tractatus, & ab iis, qui in eas commentarios ediderunt, copiosè explicatus, paucis verbis ab vno vel altero vetere ante Christum scriptore designatus fuit.

Cercidas vnus est Pythagoreus, qui apud Stob. serm. 4. Ita loquitur, mens audit, mens cernit: sed qui nam vicinam poterit sapientiam K intueri, cui est infectum luto cor, & fœcibus inquinatum? B Planè vt Senarius ille Græcorum habet:

ὄνος λύρας ἤκουε, καὶ σάλπιγγος ὗς.

Hoc est:

Lyram Asinus audiuit, Porcus tubam.

Alter est Rheginus in Ser. de Amicitia sicut enim ægri atque imbecillis oculi acies solis nequit iubar aspicere, ita, immò longè minus, infirmus atque æger animus splendorem potest intueri veritatis. C

Hoc illud est, quòd sanctè & copiosè cap. 3. tradidit Baruch, & præsè S. Paul. ad Rom. 8. prudentia carnis mors est, prudentia autem spiritus, vita, & pax: quoniam sapientia carnis inimica est Deo, legi enim Dei non est subiecta: neque enim potest. Et ipse liberator noster Christus Lucæ 16. breuissimè comprobauit hac oratione, filij huius sæculi, prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt.

Caussam moraliter si quæras (quamquam & christianè potes interpretari) docebit is, quem assiduè legens admiror, Seneca, qui primum epist. 71. mentem habere bonam oportere tradit, neque eius parcum esse nobis Deum: ex ea epist. hanc tantum particulam, vt flosculum, delibo: non sunt Dij fastidiosi, non inuidi; admittunt, & ascendentibus manum porrigunt, miraris hominem ad Deos ire? Deus ad homines venit: immò, quod propius est, in homines venit. nulla sine Deo mens bona est. Semina in corporibus humanis diuina dispersa sunt: quæ si bonus cultor excipit, similia origini prodeunt, & paria his, ex quibus orta sunt, surgunt: si malus, non aliter, quàm humus sterilis, ac palustris necat, ac deinde creat purgamenta pro frugibus.

Deinde ep. 23. bonæ mentis fundamentum vult esse non gaudere vanis: exhortatur enim Lucilium ad bonam mentem, huius fundamentum, inquit, quod sit, quæris? ne gaudeas vanis. Fundamentum hoc esse dixi, etiam culmen est. Ad summa peruenit, qui scit, quod gaudeat, qui felicitatem suam in aliena potestate non posuit.

Tandem Epist. 120. caussam esse colligimus veterum instabilitatem. Des, oro, eius verbis attentas aures, magis animum. Quidam alternis Vatinij, alternis Catones sunt; & modo parum illis Seuerus est Curius, parum pauper Fabri- L cius: parum frugi, & contentus vili Tubero: modo Licinum diuitiis, Apicium cenis, Mæcenatem deliciis prouocant. Maximum indicium est malæ mentis, fluctuatio, & inter simulationem virtutum, amoremque vitiorum assidua iactatio. & Horatij versibus hanc instabilitatem describit, per te lege, & meditare, ne versiculus in te vetus conferatur:

ὄνῳ τις ἔλεγε μῦθον, ὁ δὲ τὰ ὦτα ἐκίνει.

Hoc est, Asino quidam loquebatur, is verò auriculas mouebat: nam, vt verè S. Paulus 1. ad Cor. 2. scripsit, animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus, &c.

Præconum quæ sint munia, ferè omnia ab Homero expressa fuisse.

CAPVT XIII.



Esychius κήρυκας, hoc est, præcones, ministros esse dicit, qui exe- A quuntur seruiles actiones: Homerum respexit opinor, varia ipsis munia, & ministeria attribuentem, quod & Pollux fecit libro 8. præconum, inquit, genus factum Mercurio, præcipiebatque in certaminibus quietem, & prænunciabat sacrificia, fœdera, & inducias indicebat, & certatores promulgabat. Ego sic lego lib. eius 8. cùm tria vel quatuor facit genera ipsorum.

Præco Ceryx dicitur à Ceryce filio Mercurij, & Pandrose filiæ Cecropis, qui præest mysticis, id est, sacris enunciandis: qui versatur circa ludos, qui circa festos dies, ex genere Encenidarum; qui in foro venalia proclamat. Ergò apud Homerum præco conuocat primum ad concionem populum. Il. 2.

Tum rex argutis præconibus imperat, omnes A
Argiuos ad iussa vocent capienda comatos.

Vt conuertit, doctus vir, & alibi sæpè.

Secundò indicebant silentium, & vt in Pœnuli prologo M. Plautus loquitur, faciebant audientiam: quare Iliad. 2. de Minerua apud antem cæsis oculis Minerua similis præconi tacere populum iubebat. Et sæpè. B Præcones autem populum continebant.

Tertiò, sceptra gestabant Regum, quibus suo etiam munere fungebantur imperandi silen- B tium. Vlix. 2. stetit autem in media concione præco: & ipsi in manu sceptrum dedit præco. & mox, sceptra autem præconum clamosorum in manibus habebant. & Il. penult. C Quare ipsum sceptrum κηρύκειον appellatum.

Quartò, munus obibant caduceatorum Il. 7. præco mittitur ad Græcos à Troianis inducias petituros ad mortuos sepeliendos: quod ferè munus tribuitur solum præconibus à prorsæ

orationis

orationis scriptoribus cum alio proptio quidpiam populo pronunciandi: ita legimus in Liuio Fæciales, qui indicebant hellum; caduceatores, qui finiebant, aut inducias petebsnt mortuorum scpeliendorum caussa. Suid. & Schol. Thucyd. notant πρέσβεα dici in pace; κήρυκα in bello: quamquam vtrumque sæpè coniongit Demosthenes, vt pto corona, & in Epistola ad Phil.

Quintò, perferebant iussa principum, & edicta magistratuum. Vlix. quarto, cur te, præconi loquitur, premiserunt proci illustres. *D* & 8. & 15.

Sextò, comites adhibebantur itineris viris illustribus, & in dignitate constitutis, & legatis. Ita Vlixes mittens duos ex suis sociis, comitem C eis dat. Vlix. 9. præconem, vt & Vlix. 10. & 18. Quem postea canit ab Vlixe coli solitum, vt suorum sociorum primum. Quomodo Iliad. vltimo Priamus neminem iubetur sibi assumere socium, præter vnum præconem, qui & dirigat mulos. & currum: quique cadauer ante vrbem ducat. *E*

Septimò, quædam io sacrificiis exercebant ministeria, vt monet Eustath. illo versu Vlix. 20. præcones autem per vrbem sacram Deorum Hecatombem duxerunt. *F* & Iliad. 3. lihamina ferunt, & crateras, quorum erat in sacrificiis vsus: & aliis præfuisse ceremoniis indicat sequentibus versihus. Quare Clidemus apud Athenæum lib. 10. cap. 7. & lib. 10. c. 31. præcones scrihit fuisse coquorum, & poparum loco, & sollitos sactificare. & mactare, & præparare, & partiri. & propinare. sed à meliori, & nobliori munere appellatos præcones, quorum ministeria Humeri testimoniis prohat. Nam Eustath. in 1. libro Iliad. quorundam opinione vocatos ab Homero κήρυκας, quia in omnihus sacrificiis ministrabant.

Octauò, epnium instruebant, & conniuia apparabant, & quædam alia obibant in ceois ministeria. nam Vlix. 16. præco bubulco dis-D cumbenti portionem suam præbet, vt & Iliad. 17. *G*

Caduceum verò, quem gestabant, desctibit egregiè, & breniter Suid. voce κηρύκειον. licet propriè Metcurij fuerit caduceus, hoc est, virga, seu lignum vtrinque serpentibus mutuò se aspicientibus implicatum, quo ab omni noxa liberi erant præcones. Virga recta orationis erat Indicium rectæ: oppositæ serpentium formæ hostiles exercitus significabant: recta enim ratio in vtrisque licet aduersis partihus, habere debet iocum. Nam & Mercurij Deorum nuncij statuæ propterea adiunctus canis Aegyptiorum hieroglyphico, fidelis videlicet custos. tametsi caducei formam, & arcanum diligentius Macrob. in Satur. lib. 1. cap. 19. & ex eo Pierius libro 15. hieroglyph. & Cælius ant. lect. lib. 21. cap. 6. descripserunt.

Audi Suidam, caduceus, baculus habens vtrinque duos serpentes implexos, & inter sese aduersos, quem præcones, seu caduceatores secum ferehant, neque eos violari fas erat quocunque venissent. Serpentes ex vtraque parte aduersos exetcitus significabant: baculus tectus rectæ signum erat rationis. *H* Lege S. Isid. lib. orig. 8. c. postremo. E

Sunt qui præconum muneri attribuant literas publicè acceptas in senatu legere: id quod nisi mihi veterum exemplis probent, non persuadebunt: nec ratio, vt persuadeant, patitur: sic enim facilè secreta publica prodita fuissent.

Copiosa verò verborum natio Græca non habet, vt ego quidem arhitror, verhum quo significet, quem Latinè caduceatorem nominamus. Nam ἄγγελος, & κῆρυξ magis sunt vniuersa: πρέσβυν non huoc significat. In boc felicior Latina lingua, vt in aliis plerisque. Italicè Araldo vocamus. Et affirmo tamen videri mihi à Græco κηρύκειον caduceum latinum sumtum parum mutatis literis: aliunde sumunt Grammatici. Cur autem diis amici habiti declarat Eustath. in 1. & 8. Il.

Mulieribus calidiores esse viros, omninò fœminis mares, in eo Hippocratem à se ipso non discrepare.

CAPUT XIV.



NOSILISSIMUS inter Arabes medicus Rasis ad Almansorem tract. 2. cap. 56. quem præcesserunt Græci A vetustissimi Democritus, & Parmenides apud Aristotelem libro secundo de part. anim. cap. 2. & feminas maribus, vt Parmenides, mulieres viris calidiores esse dicit, & alij apud Plut. tertio libro symp. quæst. 4. & Macroh. *A* repetentem capite septimo, libro tertio Saturn. & vetus poëta ab Aristotele cit. sect. 4. Problem. quæst. 25. poëta in Scolymo dicit lihidinosiores, & Aristoph. in Thesmoph. ô calidissimæ mulieres, & aliquot iuris prudentes.

Accursius ille iuris splendor in obscura tamen harbariæ nocte inclusus, & Io. à Platea instirut. de nupt. §. Masculi opinatus est, feminas esse marihus calidiores, & præcipuè mulieres viris.

Aliorum est sententia melior huic aduersa à maribus feminas calore superari. Ita Hippocrat. libro 1. de victu, διαίτης. Nasci, & perfici mares igne magis. hoc est, siccis, & calidis tradit; aqua, id est, frigidis, humidis, ac mollihus feminas: quamobrem qui feminam volet generare, ei victus ratione vtendum, quæ aquæ similior sit: qui

marem, quæ igni, & post multa colligit, omnes mares esse calidiores feminis, ac ficciores, feminas humidiores, & frigidiores, quod & ex talibus vtrique procreentur, & augeantur. B

Agnoscit pro Hippocratico Galen. comm. 1. in 1. lib. de ratione victus in ac. morb. & lib. ad Thrasyb. etiam aliorum sententia comm. in lib. 1. de alim. cum alij Eutyphonti, Phæonti, Aristoni alij, quidam Phileto, quidem Philistioni adscribant. Empedocles apud Aristot. loco citato. ipse 4. lib. de generatione animal. cap. 6. & de breuitate, & longitudine vitæ, & 4. sect. Probl. 25. & 28. & sect. 10. Problem. 1. post Epitomen Physicam & alibi. hic enim quærens, cur mares feminis plerumque maiores? Vtrùm, quia calidiores? calor autem vim habet augendi, & 28. q. probl. sect. 4. quoniam viri magis calidi, & ficci natura.

Theophrast. libro primo de caus. plant. cap. 27. plurimis locis Galen. maximè 3. libro de cau. puls. docent, non solùm esse mares feminis calidiores, sed multò etiam magis, & in Comment. Aphorism. libro quinto cap. 42. 62. 69. & lib. de vsu part. 7. & 14. & probat Florus apud Plutarch. & Symmachus apud Macrob. locis citatis, & Atabum princeps Auicenna libro primo 1. fem. 1. doctr. 3. & p. 1. cant. comm. 36. Latinorum Albert. Magnus libro 25. de anim. tract. C 2. cap. 6. & Philaretus in lib. de puls. & Ioannitius in Isagoge cap. 16. Arnaldus à Villanoua libro de regim. sanit. cap. 3. & Isagoge cap. 3. & fusissimè P. conciliator differentia 28. & Hebræorum insignis medicus Isaac cap. 14. Diæt. vniuers.

Et rursus Io particuli vt omittam plurimos Iurisconsultos antiquos, & nouos: duo certè noui Petrus à Bella part. & Ioan. Faber eodem tit. 5. frigidiorem totius orbis virum affirmant calidissima muliere esse calidiorem: quam sententiam hæc signa, & argumenta confirmant.

Primum inferiora molierum magna ex parte crassiora: virorum superiora. Ita libro quarto de generatione animalium cap. 1. extremo Aristot. & R. Salomon in 1. Gen. cap. atque ex eo Liranus, & Rhodig. lib. antiq. lect. 4. cap. 12. cùm enim frigidior sit mulier, alimenti minima portio effertur propter caloris defectum, &c. In marib. autem præ caloris copia alimenti pars D maior altiora petit, superiores augens partes.

Secundò, mulieres citius canescunt propterea: plures enim in eis superfluitates ex frigore, vt philosophatur Alex. siue Aphrodiseus, siue Trallianus libro problem. primo, capite quarto.

Tertiò, propterea mulieris corpus non horrescit pilis, vt viri, habent enim poros, & spiramenta densiora, quòd frigus compescat. & adstringat. Ibidem Alex. cap. 5. discens ab Hippocrate lib. de natura pueri, nam calor pilos educit quæ caussa est, cur desint Eunuchis, & in hominis corpore, quæ calidiores sunt exteriores partes, ex pilis vestiuntur magis, ac citius: quamobtem læuius est feminarum corpus, quàm virorum.

Quartò, mares ferè grandiores sunt corpore, quia vis caloris in agendo consistit. Aristot. 10. lib. problem. quæst. 10. & Theophilus protospatarius libro quinto de febr. corp. hum. cap. 25. quod et verum sit in aliis animalibus, docent Aristot. 4. de hist. an. lib. cap. postremo, & libro quinto capite quinto, & primo de generatione animalium cap. 16. in omnibus tamen insectis mares feminis esse minores obseruauit, & tradidit Plinius libro 11. cap. 29. extremo. Cùm in arboribus contra eueniat, docente Theophrasto lib. de hist. pl.

Quintò, fetus mares in dextris partibus quæ calidiores sunt, in sinistris frigidioribus, feminæ E fiunt, ita Parmenides apud auctorem lib. de plac. phil. libro quinto, capite 7. ita Leophanes dextro teste mares, sinistro feminas nasci: quod & sensit Hipponax affirmans, oriri feminas, cum fluidum, & infirmius est semen: cùm viuidius, & calidius, mares: ita Empedocles, & Hippocrates eodem loco cap. 5. cùm ait, esse etiam suum semen feminis, à quibus catues fieri, vt ossa à viro: item Aristot. 1. cap. lib. 4. de generatione animalium, & cap. 3. libro 7. de hist. anim. ex quo accepisse puto R. Mosen p. 16. Aphor. nisi potius ab Hippocrate & Protosp. eodem lib. 5. item Serapionem tractatu 5. Breuiarij, cap. 34. paulò secus explicat Albertus Magnus lib. 18. de animal. cap. 1. de caussa differentiæ sexus masculini & feminini.

Esse autem hunc Hippocrat. sensum certos nos facit Aphorism. libro quinto, cap. 48. & 2. F Epid. Thessali eius filij, & Galen. in comment. Aphorism. 14. lib. de vsu part. & lib. 2. de semine. Sequuti sunt Latini, Varro lib. 1. de re rust. cap. 11. & Colum. lib. 6. cap. 24. experientiam sequutus; cùm enim marem gigni pullum volumus, inquit, sinistrum admissarij testiculum lineo, alioque ligemus funiculo, cùm feminam, dextrum. Plin. lib. 7. cap. 4.

Nec alia est ratio Galeni in illo Comment. quàm, quòd calidior est temperatura dextræ vteri partis propter hepatis vicinitatem: quæ est caussa, cur 6. Epid. lib. Thess. cap. 30. part. 2. scripserit, fetus, qui sunt in dextris, esse nigriores, & bile magis abundare, & venas magis eminere: nigror enim fit à calore, vt albor à frigore: & bilis indicat calorem, vt pituita frigus Galen. 2. lib. de temper. qua ratione & venarum inflatio caloris est argumentum. Gal. ibidem. & cap. postrem. 6. Epid. Thess. voluit marem esse robustiorem, & sanguine magis lento: hinc item natum, quod Galen. loco ante producto ex aliorum sententia, & Africanus lib. 17. Geopon. cap. 6. & Didymus libro 18. cap. 3. asseruerunt, marem

gigni

gigni ex calidiore semine, ex frigidiore feminam.

Sextò, propterea mobiliorem esse in vtero marem, & celerius prodire, docet Arist. 7. lib. de hist. anim. cap. 4. & c. 6. lib. 4. de gen. anim. motus autem signum caloris.

Septimò, eadem est caussa, cur tardius perficiantur feminæ Arist. 3. cap. lib. 7. de hist.

G Octauò, maribus pulsum esse maiorem, & vehementiorem, propterea docent Gal. & Philaretus, item velociorem.

Nonò, propterea feminas citius viris senescere. Nec tamen inficiandum aliquando secus euenire, rarissimè tamen, vt Galen. notat lib. 2. de semine, & in comment. 2. Epid. & 5. Aphor. lib. cap. 38.

Decimò, hæc caussa est, cur plerumque feminæ sint pinguiores, & obesiores maribus, frigus enim pinguefacit, emaciat calor. Gal. lib. 2. de simpl. med. cap. 20. eamdem sententiam tuetur sacra Hebræorum lingua, quæ virum Isc nominauit à radice esch, quæ ignem significat, licet iscia mulierem vocet, sed quia de viro sumta, & parte viri frigidiore, id est, costa, quæ maximè est ossea. vt ait Euseb. libro 10. de præpar. Euang. cap. 5.

Tandem, fœminæ maribus meticulosiores, mares audaciores, hoc caloris argumentum est, illud frigoris: quare cùm sexû supergrediuntur mulieres, propterea calidissimæ dicuntur ab Aristoph. quæ fortasse ratio est. cur proniores in Venerem sint. & appetentiores concubitus: nam H vt materia appetit formam, potentia actum, ita frigus calorem, si modo vera est hæc opinatio, quam nunc non expendo.

Inter omnes profectò animantes feminarum genus timidius est, quàm marium: excipit lib. 9. de hist. an. Arist. & cum eo Plin. Pantheram atque Vrsam: ita cùm quid audent mulieres, supra sexum facere dicuntur. Apul. lib. 6. Asini aur. naturalis alibi caussa detecta: adde hanc ex Oecon. Xenoph. & procem. lib. 12. Colum. quòd rei domesticæ custodia eius est propria: ad curam verò attentiorem confert metus. Quare mulier. & femina apud Latinos, & apud Græcos γύνις, vt notat in 11. Vlix. lib. Eust. pro timido vsurpatur, & Virg. Aen. 9.

O verè Phrygiæ, neq; enim Phryges, ite per altum
Dindyma. ——

Falsum verò à se ipso dissensisse Hippocratem, quod libr. de morbis mulierum, sequutus Democritum, & Parmenidem supponat mulierem esse viro calidiorem propter copiam sanguinis, & menstrua: cui rationi satisfecit Aristot. locis citatis, docens, etiam si plus haberet sanguinis mulier, is tamen crudior, etiam frigidior, est; quæ fortè ratio, cur singulis mensibus purgetur: profsepisse autem tantum sanguinis mulieri naturam Hipp. & Gal. iure volunt fetus alendi caussa: porrò eius libri auctor non est Hippocrates, qui suo proprio libro expressit sensum suum, cùm tamen probabilius Hippocratis esse fetum demonstret suis notis medicus Australius.

Quod verò nemo fortasse animaduertit indicandum putaui vtramque hanc opinionem conciliari ab Aristot. ac probari 2. de part. an. lib. cap. 2. ex distinctione eius, quod calidius hoc, vel illo modo dicitur: vtriusque enim auctores opinionis videri aliquid dicere, hoc est, veri, cùm dicant contraria, hoc diligenter notandum.

Nux Thasia quæ, & tinctura Thasia: in Hydrocephali caussa perstrictus Mercurialis.

CAPVT XV.



NVCAM Thasiam enumerat apud Agellium lib. 7. cap. 17. Varro sat. de Eduliis, inter præstantiores cibos, A vt hanc, & Albensem inter celebratas iure Plin. reposuerit cap. 22. lib. 15. Auellanarum generis videtur esse putare, cum lib. 3. Satur. cap. 8. Macrobius inter Amygdalas recenseat, quod verius. lege Gul. Rouil. lib. hist. plant. omn. 3. cap. 10. eadem Græca nux dicta Plinio, vt videtur: nam cap. 8. lib. 23. in remedium adhibet abdito absyinthio, & aceto, morbi regij: cui mederi Thrasiam nucem Hippocrates, siue alius, priscus tamen auctor 3. lib. de morbis tradit.

Nec mireris sub nucibus amygdalas comprehendi, vt comprehendit Athen. lib. 2. Dipn. cap. 11. ex sententia Heracleonis Ephesij, vbi & de Thasia sic Diphilus, ex siccis Thasiæ, & Cypriæ cùm sunt teneræ: meminit etiam ficuum Thasiorum Aretæus. Miror autem collectorem magni thesauri Græci hoc genus celebre nucum omisisse, qui multa genera commemorat non æqualis bonitatis.

Caue autem, ne erres in nomine Thasios, & Thapsios: nam Thapsus insula est non longè à B Sicilia, parum è mari eminens, vix vt appareat, cuius nulla apud Plin. mentio hanc ob caussam. ob quam & Virg. 3. Aen. iacentem dixit: altera item ex numero sporadum, à qua θάψος lignum buxei, seu aurei, id est, flaui caloris, & Thapsia frutex, seu fruticis succus, Guaiacum ex India allatum putant esse nonnulli, cùm longè sit diuersum. Lege eumdem Rouill. lib. 6. c. 29.

Paulus quidem Aegin. lib. 3. cap. s. Rubiam interpretatur esse Romanorum: ex ea verò tinctura fit nobilis: hinc Græcis celebratum βάμμα θάψινον, id est, tinctura Thapsia: quare puto malè apud Athen. lib. 7. c. 36. pro θάψινον θάσιον legi: facilis enim ab vno vocabulo ad aliud trãsitus propter similitudinem. de Thapsia verò lege Dioscorid. lib. 4. c. 151. & lib. 6. c. 34. cum Matthæolo & Aetium libro 1. & Plin. libro 12. cap. 22. quam in

D Africa esse vehementissimam, observat, in qua & Vrbs est Thapsus, vt idem est auctor lib. 5. c. 4. & lib. vltimo; cùm tamen Thapsi Græcę nusquam meminerit.

At verò Thasia mox appellata à Thaso Insula è Cycladibus, quæ dicta olim Aeria, vel Aethria, vt docet Plin. lib. 4. cap. 12. longè alia à Thasie Iberum regione apud eumdem lib. 6. cap. 10. feracissima erat vini insula, & quidem commendatissimi Plin. lib. 14, cap. 7. 14. 18. & libro 36. cap. 6. Apul. Apol. 1. Virg. lib. Georg. 2.

Sunt Thasiæ vites, sunt & Mareotides vuæ.

Vnde natum prouerbium, Thasium in fundis. Vide Suid. & Chil. 3. cent. 2. prouerb. 17. & Thasus bonorum. Chil. 1. cent. 3. prouerb. 34. ex eadem nobilissimum marmor deferebatur Plinius libro 36. cap. 6. de quo ita Seneca epist. 86. nisi Thasius lapis, quondam rarum in aliquo spectaculum templo. Item Opalus gemma Plin. lib. 37. cap. 6.

Hydrocephalum morbum esse proprium puerorum sciunt Medici, tametsi adultos, rarò tamen, corripiat, vt docet Hippocrat. sub nomi-D ne Hydropis cerebri: est videlicet capitis tumor præternaturalis, quo maximè læduntur functiones naturales, & animales, tum propter humores additos, tum maximè propter flatus, quare à P. Aegineta inflatio nominatur capitis. Videtur esse is morbus, quem hac oratione descripsit libro secundo de morb. mul. Hippocrat. si in cerebro aqua enascitur, acutus dolor sincipot comprehendit, ac tempora hinc inde, subindeque rigor, & febris, & oculorum loca dolent, ac caligant: & frangitur pupilla, & vnius loco duo sibi videtur intueri: si surrexerit vertigo, tenebricula occupat, nec ventum fert, neque solem, & aures tinniunt, & ægrè fert strepitum, & vomit saliuam, & pituitam, interdum etiam cibos: extenuatur cutis capitis, & delectatur cùm tangitur: vel certè est quarta species eius morbi, siue tertia Galeno in Medico cùm scilicet aqua inter cranium, & quartam cerebri membranam collecta fuerit, & à Paulo Aegineta omissa libro sexto cap. 3. vt videas caussam habere eandem vniuersè, quam habet morbus vocatus hydrops: φῦσα, hoc est, flatum, vt docet Hippocrates libro de flatib.

E Auctor libri defin. medicarum fieri tradit vel ab aqua, vel à sanguine fæculento: quem falli Hier. Mercur. lib. de puerorum morbis 1. cap. 4. dixit, quasi hic solus hoc affirmarit, non alij plerique. sanè ita Leonides vetus Medicus docuit. & eius verba repetens initio lib. 6. Aetius ex versione præstantissimi Medici Io. Bapt. Montani. Hydrocephalus, inquit, morbus vocatur ab aquosa humiditate collecta in capite, plerumque enim aquosa colligitur, licet nonnumquam fæculenta, aut etiam sanguinea visa sit, semper autem seguis, pigerque morbus est, siue ex latentibus, siue ex apparentibus caussis euenit.

At vix fieri potest, vt in tam tenera ætate adeò fæculentus, & crassus exeat sanguis è venis, qui hunc humorem creat, ita Mercur. textum etiam corrigens ex Aetij verbis, vel ab humido aqueo, vel cruento, vel fæculento, & putans hæc verba Aetij ex eo libro depromta: erit igitur libri auctor Leonidas, ex eo enim decerpta inscriptio capitis demonstrat. F

Quidni in ea ætate, licet valdè tenera, reperiri possit fæculentus sanguis, quæ vt vicina est generationi, sic & menstruis, quæ aliud non sunt, quàm sanguis crudus & sordibus inquinatus? uam & Aristot. 7. de historia animalium lib. cap. 4. extremo serum dixit extra vterum deferre sæpè esculenta matrum, si, inquit, grauidæ cognorint virum. Quam sententiam, aut certè proximam legi postea excellentis chirurgi Gulielmi Placentini fuisse asserentis morbi huius caussam aquam esse sanguinis menstrui.

Turpe lucrum eodem ferè modo Græcis, & Latinis dictum: columnarium quid, contra Alcia. Iurisconſ.

CAPVT XVI.



VT Latini turpe lucrum dicunt, ita αἰσχρὸν κέρδος Græci, & in numero A multitudinis αἰσχρὰ κέρδη, & vna voce ex vtraq; conflata αἰσχροκερδὴς, αἰσχροκέρδεια: δειλὰ κέρδη. Soph. Antig. τὰ δειλὰ κέρδη πημονὰς ἐργάζεται. Menander in eamdem sententiam πονηρὸν κέρδος πονηρὸν ζημίαν ἀεὶ φέρει. Hesiodus ad Persem fratrem:

μὴ κακὰ κερδαίνειν, κακὰ κέρδεα ἶσ' ἄτῃσι.

Quæstus iniquos, vt latinè dicatur, damna comitari solent. & ne iniustè lucreris, nam iniqua lucra paria detrimentis. hic Aristoteles in Polit. dixit, κέρδος ποιεῖν: ita Latini lucrum facere. pro B comparare. ἐν κέρδει ποιεῖσθαι. Herod. Latini, in lucro deputare, ponere in lucro, lucro apponere, vt dixit Horatius Oda 9. lib. 1. quamquam illud primum exprimemus cum Xenoph. libr. 4. Pæd. κέρδος ἡγεῖσθαι, cum Thucyd. κέρδος νομίζειν.

Notant quoque Grammatici astutiam item significare. Certè verum. nulla enim astutia, nulla fraus, dolus nullus, mendacium nullum, quod lucri caussa non excogitent cupidi, atque auidi habendi, vt falsum mihi videatur, quod scripsit Eust. κερδαλέην nomen accepisse, vt significat fraudulentiam, à κερδῶ, id est, à Vulpe, &, vt alij ab eadem dictum lucrum, id est, κέρδος, ita Io. Tzetzes historici sui chil. 12. cap. 445. immo,

quia astuta vulpes potius appellata à κέρδος, quod astum significat.

Inde illud Sancti Nanz in Iul. τῇ λεοντῇ τὴν κερδαλέην ἐγκρύπτων. Leonina vulpinam occultans, quod alludit ad vetus adagium: nisi leonina
C successerit ad suam vulpinam, hoc est, vbi non prodest vis, seu virtus, quæ leonina est pellis, illi assuenda vulpina, id est, fraus & astutia addenda.

Certè origine sua ἀλώπηξ etiam astutiam indicat: est enim ab ἀλφῶ, quod est κλέπτειν, decipere: & aliquando Eustath. κερδὼ epitheton facit, explicans dolosam, & insidiosam.

Quæ verò traduntur notiones vocis κέρδος omnes aut alienæ sunt, aut ineptæ. Vna non displicet, non illa quidem admodum elementis vicina litterarum, sed rei tamen ipsi, & rationi consentanea, vt deriuetur ab eo, quod exhilaret cor κέαρ ἄδων.

Planè illud verissimum Epicteti Stoici responsum Adriano Cæsari interroganti, qua ratione homo lassus non fit? datum, lucrum faciendo: & pluribus expressit Euripid. productus, & conuersus à Seneca epistol. 115. à nobis alio libro integrè recitandus. nam quod de auro prædicat, propter lucrum prædicat, quod ex eo prouenit mortalibus. Vnde illud cuiusdam Mimi facetissimum, promittentis se in theatro: Quid in animo haberent, & quid vellent omnes, aliis ludis esse dicturum, suspensis omnibus dixit. Vili vultis emere, & caro
D vendere, quod Sanctus Augustinus latius 13. libro de Triuit. cap. 3. narrat. Hoc autem cur, nisi propter lucrum, cuius omnes mortales sunt appetentissimi?

Colonarium tributi, seu pensionis esse genus docuit Alciatus ad leg. 139. de verborum significationib. In epistol. 8. lib. 13. Cicer. ad Atticum. & 3. lib. Cæsaris de bel. ciuil. quod solueretur ex ædificiis, quæ Romæ habebant ciues, quod à Triumuiris docet institutum: & ante, quòd cum pecunis non suppeteret populo bellum aduersus M. Antonium in obsidione Mutinæ gerenti, imperatum ordinis senatorij hominibus, vt quatuor soluerent obolos in singulas quasque tegulas ædificiorum, quæ Romæ essent.

Matius verò Nizolius aliter interpretatur, id est, vectigal, quod penderetur pro re rustica, quo sensu vsum Cæsarem 3. libro de Bel. ciuil. & qui hoc vectigal exigebant, colonarij dicebantur, vt Epistol. 9. lib. 8. familiar. Cicer. adiungit Alciat. huius vocis mentionem fieri in authen.
E de non ali. §. quidam: vbi etiam notat legi posse columnarium, & rectè notat: nam & aliis locis Cicer. & Cæs. columnarium, non colonarium, columnarij, non colonarij legimus cum omnibus, doctioribus latinitatis viris: hoc enim vocabulum si à colono, vel à colonia duceretur, esset colonicum eadem forma, qua Cæsar libro 2. de bello Ciu. colonicas cohortes nominat, & Suetonius Decuriones colonicos. & Columella pecus colonicum. Ita ergò lege epist. 6. libro 13. ad Attic. Columnarium vide nullum debeamus.

In Cæsare loco citato 3. de bello ciuil. quo loco describit auaritiam, & impotentiam Scipionis in Prouincia Cilicia in capita singula seruorum, ac liberorum tributum imponebatur: columnaria, ostiaria, frumentum, id est, tributum in singulas columnas, quæ domum sustentabant, propterea quod, vt ait Manutius, opulentiam indicarent habitantium. allusisse huc videtur libro familiar. 3. epistol. 8. Cicer. ne in venditionem tributorum, & illam acerbissimam exactionem, quam tu non ignoras, capitum atque ostiorum inducerentur sumtus minimè necessarij: hoc scilicet postularant à Cicerone principes eius Prouinciæ.

Hæc omnia loca argumento sunt errauisse Alciatum, quoniam apparet fuisse antiquius hoc tributum, Triumuiris, & obsidione Mutinensi.

Illo autem loco Cælij ad Cicer. libro 8. epist. 9. nolo reputare Fauonium à Columnariis præ- F
teritum. Columnarij intelligi possunt ex parte publicani, qui columnarium exigebant: tametsi fortasse ad rem magis explicatio Manutij, qui viles, & improbos homines putat significari, qui ad columnam Mœniam in iudicium sæpè vocarentur. Pedianus in Diuinat. & in Oratione pro Cluentio, explosa colonarium lectione, & sententia: atque ita respondent συλῶται.

Pulchrè verò obseruat Alciat. Emphyteuticam pensionem, seu mercedem meliorationis, vt vocant, quæ pro plantis soluitur φυτίον dici posse, ex quo Italis corruptè dictum il fitto. vt quod in prædiis vrbanis est ἐνοίκιον, in rusticis sit φυτίον: & vtrumque Latinè dici posse vult colonarium.

Qui ex putri materia procreari hominis corpus opinati sint, & quam falsò.

CAPVT XVII.

VTsa fuerit peior, magisque detestabilis error, num eorum, qui side- A
rum concursione fieri aliquando formas posse, quæ in materiam ita inducantur vt perfectissimum animalium omnium procreare queant hominem, an verò illorum, qui ex putri etiam materia, non modo

ex femine, qnod prolificum nominant scholæ, arbitrari sunt, planè ignoro: quamquam vnus atque idem videtur esse: confutat hoc solo argumento I.C.Scaliger de subtil. exetc. 6. c. 6. si hoc verum esset, aliquando certè extitisset: at quibus cœlorum circumactionibus hactenus compertum sit, ignoramus: itemque Aristotelis testimonio 19. sectio. problem. 9. 15. & 64. Quærentis, quam ob caussam animalia quædam non tantum coitu, sed etiam sponte naturæ fortuita scilicet origine procreentur, quædam solum mutuo congressu, vt homo & equus.

Nobilis societatis nostræ Philosophus, ac Theologus Benedictus Pererius lib. 8. de principio rerum naturalium cap. 16. quos libros post annos aliquot, quam hæc scripseram, in lucem emisit, multis argumentis reprehendit.

Stesichorus princeps habetur huius opinionis, nec alius profecto esse poterat tam insipientis sapientiæ auctor, tamque absurdæ opinationis, quàm poëta: eum nominat Io. Philoponus in 3. lib. de gen. an.

Seqnutus est Plato in Menexeno de Attica
B antiquitate multa disputans, & in Athlantico, & aliis locis: affirmat enim ex terra gigni hominem posse, & verò etiam genitum post vastas orbis elnuiones, quarum affluenti, & copioso humore, & calore terra reddatur feracissima: tametsi nonnullam adhibet vim, atque operam Deorum: neque tamen excusandus error; Deorum enim vocabulo, cœlum atque astra, horumque actiones, vt ego quidem reor, intelligit: ne excusaretur quidem, etiamsi daremus intelligentias, vt philosophicè dicam, hoc est, mentes ab omni materiæ concretione seiunctas, id est, Angelos ipsum accepisse.

Eamdem multorum in Aegypto sapientum, & in Græcia ante Platonem sententiam fuisse in Menexeni argumento Ficinus obseruat, cui fidem habeo; nam & libro 5. de Plat. Plut. siue alius cap. 7. Indicat fuisse Empedoclis, & Parmenidis:
C narrant, inquit, primos homines è terra natos ad orientem solem, & meridiem mares ferè extitisse; ad septentrionem feminas: siue contra: in Meridie feminas, ob loci raritatem exortas: in septentrione mares, ob densitatem. & Diod. Siculus lib. 1. rerum antiq. cap. 5. confirmat de Aegyptiis: neque aliter in Aegypto primos ortos mortales, & Pans. in Messen. id est, libro 4. scribit, commemorare Athenienses Phlyum, cuius nepos Caucon Cleni filius initia magnarum Dearum ad Messenios deportauit, è terra genitum, & confirmare hymnum Musæi in Cererem: & apud Tzetzem in Hesiod. legimus, cùm furtum Promethei, fabulosè, allegoricè, historicè, & verè iuxta Græcos explicauisset, homines ita humo natos.

Dicunt Græci, quicunque mundum genitum esse affirmant post effractum Erebrum, & aërem constitisse, & substitisse terram lutosam, & omninò mollem, ex qua membranæ inflatæ instar bullarum & vermium extiterint, quo interdiu calor esset solis, noctu autem humor lunæ, vnde nutrirentur: & postquam creuissent crepuisse, & homines edidisse, & omnium generum animantes iuxta elementorum varietatem, hoc est, aquatiles, terrestres, igneas, & aëreas: cùm autem vi caloris solis exaruisset, neque amplius posset procreare, ex mutua generatione D
tunc successisse procreationem dicunt.

Quòd autem possit terra animantes gignere, multipliciter ostenditur, & ex muribus procreatis in Thebis Aegyptiis post Nili recessum, &c. *A* Ecce tibi egregiè, & ad viuum expressam Platonis opinationem; quæ etiam fuit Auicennæ, & Algazelis, & aliorum Arabum; nec desunt qui attribuunt, sed iniuria, maximi ingenij viro Alberto verè Magno.

Ergò sic opinatur lib. de Diluuio Auicenna & lib. 6. natur. per vim, inquit, humanę imaginationis potest homo absque semine procreari ex terra ad patiendum ritè disposita ex nescio quibus animæ proprietatibus, quæ manant ab influentiis: quod meritò Christoph. Vega ridet lib. 2. symp. q. 3. contra Firmi disputationem ex terra E
affirmat, putri certè materia, quia ex cæno, integra & perfecta animalia gigni, & in Aegypto passim creari Mures, serpentes, ranas, cicadas, non malè: sed alio sensu, quàm nos, animalia intelligit perfecta: de homine ne verbum quidem: & lib. 8. symp. q. 8. Nestor somnium hoc tribuit Anaximandro, qui dicebat homines initio natos in piscibus, ac nutritos, & cùm satis non haberent virium ad sese tuendum, in terram fuisse eiectos, eamque ob caussam ab esu piscium tanquam parentum mortales dehortabatur: quam superstitionem primo Metam. lib. Ouid. expressit, cùm post diluuium genus hominum magno miraculo ex saxis editum cecinit:

Cetera diuersis tellus animalia formis
Sponte sua peperit, postquam vetus humor ab igne
Percaluit solis, cænumque, vdæque paludes
Intumuere æstu, fecundaque semina rerum
Viuaci nutrita solo, &c.

Zeno quoque apud eumdem lib. 9. Idem sensit F
Archelaus, vt est apud Diog. Laërtium lib. 2. asserens cæno genitas animantes, & mox ex terra calente, & emittente cænum, lactis instar, quasi alimentum: & eadem ratione procreatos homines.

Risit & Tythiades apud Lucianum in φιλοψευδεῖ hanc insaniam, quam vniuersis tribuit Atheniensibus, scribens prodiisse è terra Attica quasi olera quædam primos mortales, *B* alludit ad Platonicum dogma. Laërtij de Archelao hæc sunt verba. procreatas autem animantes ex cæno, mox ex calore terræ, & cænum persimile lacti, quasi nutrimentum emittentis: ita & homines procreasse. C

Ridet qnoqne Ariſtotel.2.Poiit.libro cap.6. quarundam vrbium,& populorum leges reprehendens. qnærunt autem vniuersè ,non qnod patrium eſt,ſed quod bonum omnes: & probabile eſt primos homines ſiue ex terra genitos, ſiue ex putredine quadam, ſimiles eſſe, & plebeios, & inſipientes,vt & dicitur,contra genitos è terra priſcos illos mortales, ſiue ex terra geniti fuerint,ſiue ab aliquo interitu ſeruati, ignaros fuiſſe,& imprudentes exiſtimandum ; quod de terra natis dicitur.

Ex terra igitur natus putetur Hieron. Cardanus, qui in ſuarum ſubtilitatum claſſe hanc valdè ſanè craſſam cenſuit reponendam, non ſola minuta, ſed & maiora animalia è putredine, immò omnia,credendum eſſe originem ducere, validiſsimo vſus argumento à minori ad maius. Mus è putredine poteſt naſci, ergò & homo poteſt. egregia verò probandi ratio : eam iure ſuo riſit.Scalig.exercit.193.aduerſus eum.

Horum Philoſophorum ſententiam à Virg. expreſſam,notat Lact. noſter Firm. errantes, inquit.quidam philoſophi aiunt homines,ceteraque animalia ſine vllo artifice orta eſſe de terra, vnde illud Virg.eſt:

Terrea progenies duris caput extulit aruis.

Et ij maximè fuerunt in ea ſententia, qui eſſe prouidentiam negant. Eleganter illorum ſententiam. qui ex putri materia gigni poſſe hominem aſſeruerunt,verſibus deſcripſit lib.41. Dionyſ. ferè initio Nonnus.

De Phrygia Harmonia belliſsimi Teleſtæ verſus enucleati.

CAPVT XVIII.

A NOVEM Lyricorum, aliorumque μελοποιῶν veterum carmina diligenter collegit, & Latina fecit magni Theſauri Græci concinnator : his ego adiungo Silinuntij Teleſtæ melos,cuius ipſe quædam retulit ex Athenæo de illius concentus genere loquitur, qui Phrygius dicitur, & cum Dorio vniuerſum complectitur harmoniæ genus,vt 4.Polit.lib.cap.3.extremo Ariſtot.indicat, ſed aliorum ſententia : ſimiliter autem eſt & circa conſonantia. vt dicunt quidam : etenim ibi conſtituunt duo genera, hoc eſt, Doricum & Phrygium,efficitque diuinos impetus,ſeu furores,hoc eſt,ἐνθουσιασμὸν. eodem auctore lib.8.cap. 7. ac poſtremò, cùm ſcribat eandem habere in concentibus vim Phrygiam, quam in inſtrumentis habet Tibia.

Verſus hi ſunt Teleſtæ : Primi apud pocula Græcorum in tibiis comites viæ Pelopis matris montanæ Phrygium cecinerunt modum : hi verò acutæ vocis plectrorum cantibus Lydium modum cecinerunt.primos non omnium gentium,ſed Græcorum dixit : conſtat enim altius eſſe ducenda muſicæ principia. παρὰ κρατῆρε inter pocula in compotationibus, in conuiuiis: qui mos canendi;& ſonandi inter pocula ſæpè commemoratus inuenitur apud ſcriptores veteres.

Ariſtoxenus apud Plutar. ad finem libri de muſica inductum tradit ad auertenda, quæ ex vino mala naſcuntur. αὐλοῖς, Tibiis, aptum erat Phrygiæ harmoniæ inſtrumentum, ineptum tamen ſapientiæ, atque eruditioni conſequendæ: indicauit hoc Minerua repertrix inſtrumenti,& altrix ob oris deformitatem, quam efficiebat diſtorquendum enim os inter ſonandum, inflandæ buccæ: multos autem magis, inquit Ariſtoteles 8. libro Polit.cap.6. ex tranſlatione Aretini,quia nihil confert Tibiarum vſus ad intelligentiam,& mentem,cum ſcientia,& ars Mineruæ ſit attributa. B

Αὐτῶν. ſic enim coniungendum. ματρὸς ὀρείας, Rheam Deorum matrem, ſiue Cybelem intellige,vt putetur ex eo eſſe genere Tibiæ, quod eſt frequens in Cybelæ ſacris. ὀρείας dicit, quòd in montibus Ida,ac Dindymo & habitaret,& coleretur : ſiue quod eius Myſtæ,& ſacerdotes in ijs ſacris ἐνθέους ſe,ac furentes ſimulabant. συνοδοιποὶ ſocij itineris viæ comites : dicuntur & συνοδῖται, συνοδοιπόροι, συνοδεύοντες.

Πέλοπος. Phrygum regis,Tantali filij, qui è Sipylo vrbe Lydiæ in Peloponneſum venerat. de ſuo nomine appellatum: cur? ſcripſit Diod. Siculus cap.10.libro primo rerum antiq. qui ergò illum ſecuti ſunt à Teleſta συνοδοιποὶ vocantur. ἐπὶ τῆς ὁδοῦ. hinc Xerxes Perſarum rex ſuperbè, & inſolenter certam ſibi pollicetur victoriam de Græcis apud Herodot.libr. 7.vt de gente ſeruili, quam maiorum ſuorum ſeruus, vt Phryx, ſubegiſſet Pelops. C

Φρύγιον, quòd primi Phryges Tibiarum auctores celebrentur: ſiue quia Phryx inſtituit Pelops νόμον, ῥυθμὸν, ἁρμονίαν. vide Athenæum libro 14. cap. citantem 3. modum, legem, genus cantus,& ſoni : neſcio quis Græcus modum citharædicum,genus melodiæ conſonantiam habens certam,& numerum definitum eſſe dixit. exiſtimo dictum eſſe νόμον legem certam in cantu, ſiue ſono,quomodo à Latinis dicitur modus, quem Cicero numerum vocat,id eſt,ῥυθμὸν. lege B. Auguſtinum lib.de Muſica,& 2.de ordine lib.muſices initia explicantem, & triplicem ſonum eſſe docentem capite decimoquarto, &,vt intelligas,quid ſit rhythmus. modus tamen potius eſſe videtur qualitas,& moderatio vocis. Conſule & Suid. verbo νόμοι κιθαρῳδικοὶ explicantem : cur dicantur nomi,& Ariſtotelem ſectione quæſt.30.Problem.& Cælium libro 9.ant. ſectio. cap.8. D

ἐξυφαίνειν

ἀξυφώνοις. nam in Phrygia harmonia vocis, ac soni vehementia est, & acumen animum ingrediens, ac perturbans : non ergò aptum poculis genus cantus, & soni : nam duplici quasi Oestro concitaretur animus, & concentus vi, & vini. πηκτίδων fidium, nisi ipsum Tibię corpus ita vocet: nam & tabellam πηκτὶς significat, quòd è toto illo corpore fidibus percutiendis reddatur sonus. κρέκον personuerunt, sonum ediderunt, cecinerunt, ἦχον.

Est verò propriè κρέκειν, vt Aristoph. enarrator Auibus docet τῶν κιθάραν κρούειν. quamquam latinus eius notio patet, cùm & eadem comœdia πτερύγων κρέκοντας de auibus dixerit, hoc est, alis strepentes refertur, & ad auium, & insectorū, vt cica-
E dæ, voculas : & κρέκειν odiosus est soni, & κρεγμὸς, ac κρεγμὸς citharæ crepitus: ita videtur Horatius lib. 1. epist. 2. ad Loll. reddidisse:

Ad strepitum cithara cessatum ducere curam.

Λύδιον, Lydia videlicet harmonia, cuius est proprium τὸ βακχικόν : Vt hi quidem Lydium, illi Phrygium personauerint: nisi malis Lydium sumere pro Phrygio, nam veteres Pelopem, & Lydum nominauerunt, & Phrygium. Lydum Pindarus 1. Olymp. Oda. Ister Paphlagonem, falsò Olenium Anthesio. Harmoniarum porrò genera alij alia fecerunt : sed hæc fusè Aristot. 8. Pol. libro 14. cap. 10. Plut. lib. de Musica, Lucianus in Harmonia. Triclinius in 1. Olymp. Pin-
F dari grauissimus auctor Plato 3. de Rep. Dialogo, & sæpè in dialogis de legibus, in Lachete, & aliis : & Cassiod. in Psalm. Dauidis, & in Epist. de laude Musicæ libr. Varro 2. Epist. 4. Boëthio Patricio scripta, qui ipse, vt aliarum omnium, sic huius facultatis cognitione multis præstitit : &, vt recentiores aliquot nominem, Rhodig. lib. ant. lect. 9. cap. 3. & 7. &, qui ex eo depromserunt, Scaliger cap. 19. & 20. sui historici, & Io. Brod. 3. lib. epigr. Græcorum εἰς κιθαρῳδούς.

Ex quibus multa disces ad illustrandum hoc mélos: quo quidem recensentur duo harmoniarum genera ab sociis Pelopis excogitata : aut vnum, quod modo Lydium, modo Phrygium promiscuè vocaretur: in priorem tamen inclino sensum, qui ilio dicendi genere, innuatur τὸν δ' ἄξυφ. quasi hi hunc, illi illum modum aut inuenerint, aut vsurparint.

Hunc Telestem ὀρχηστοδιδάσκαλον. hoc est, saltationis magistrum appellat lib. 1. Athen. cap. 16. quem inuenisse tradit multas ludendi summis digitis formas πολλὰ σχήματα ἄκραις ταῖς χερσὶ τὰ λεγόμενα δεικνύοντα. cantum hic apprimè saltando exprimebat, vt olim oppugnationem exprimebát Thebarum, qui dicti sunt poëtæ ὀρχηστικοί : χειρονομία hæc erat, versus nempe saltantium organicis modis accommodati, qui Latinis videntur esse staticuli, Italis passi, an & hoc indicauit illis versib. 7. Lucr. l. 2?

Ac Musea mele, per chordas organici quæ
Mobilibus digitis expergefacta figurant.

Quales fuerunt Thespias, Phrynichus Cratinus, qui & singulas animi exprimebant affectiones sic, vt loqui saltando viderentur & saltatorem hunc fuisse Aeschyli non repugnat, & poëtam ex hoc sermone.

Athen. lib. cit. eiusdem meminit lib. 11. hac oratione Telestes merum nominauit, vt Telesta merum phialam dicente hoc verba significant Phialam à Telesta dictam ἄκρατον, meracum ; cùm G
vertatur Latinè quibusdam alio fortasse vsi codice, sunt qui Telesten meri poculo vocent, quoniam Telestes phialam ἄκρατον dixerit. Luc. in Dialogo de hoc argumento, memorabile cuiusdam Neroniani saltatoris exemplum adiungit. Comicum tamen facit Suidas: sed vtrumque munus potuit obiuisse : ex Atheneo libro 8. duas eius commemorat fabulas Argo, & Aesculapium.

Si verbum verbo reddas, ita Latinè conuertes hoc melos. Primi pocula Græcorum in tibiis. Comites viæ Pelopis matris montanæ Phrygium cecinerunt modum : iidem argutis Tibiarum canticis insonuerunt Lydium carmen. B

Similitudine Cicer. vsus Lucanus; ante illos, & post, multi alij.

CAPVT XIX

CINNANÆ, & Marianæ victoriæ sæuitiam in ciues plusquam ferinam A
illorum hostis Cornelius Sula meritò affectatus supplicio, maioris immanitatis in ciues suos edidit exempla. tanta nimirum diminutione ciuium, inquit Cicero 3. in Catil. orat. & tanta calamitate Reip. quantam nec dici opus est. Non secus atque si vnius membri corporis vulneri medicinam facturus Chirurgus tam atroci sectionis genere vteretur, vt toti corpori adferret necem. Expressit hanc Sulæ victoriam hac planè similitudine 2. Pharsaliæ Luc.

Sula quoq; accessit immensis cladibus vltor
Ille, quod exiguum restabat sanguinis vrbi,
Hausit, dumq; nimis iam putrida membra recidit,
Excessit medicina modum, nimiumq; secuta est,
Quà morbi duxere, manus, periere nocentes:
Sed cum iam soli possent superesse nocentes,
Tunc data libertas odiis, resolutaq; legum
Frenis ira ruit. ——

Præclarè itaque S. August. 3. libr. de Ciuitate Dei cap. 27. hanc vindictam perniciosiorem fuisse tradit, quàm si scelera, quæ puniebantur, impunita relinquerentur, & c. seq. describit. quantam B
ediderit stragem in vrbe. didicerat scilicet Lucanus hanc similitudinem à L. Seneca patruo suo

docto, ac sapienti viro, qui de eodem Sula libr. 5. de benef. cap. 16. de ingratorum exemplis verba faciens. ingratus, inquit, L. Sula, qui patriam durioribus remediis, quàm pericula erant, sanauit. mellus dixisset. perdidit. Iuuenalis alludit Sat. 16.

— Curabitis vt sit
Vindicta grauior, quàm iniuria. —

Qualis item fuit quam narrat lib. ann. 1. Tacitus cùm ad vindicandam suorum militum in Germania seditionem Cæsar Germanicus iussit, vt C pars legionum maior, & melior ferro sæuiret in seditiosos, ita sæuitum fuisse, vt Germanicus castra Ingressus. non medicinam illud plurimis cum lacrymis, sed cladem appellaret. & lib. 3. cum Cn. Pompeius 3. consul. corrigendis moribus delectus, & grauior remediis, quàm delicta erant; suarumque legum auctor, idem ac subuersor, quæ armis tuebatur, armis amisit.

Non dissimilis est locus apud Fl. Vopiscum in Aureliano; finito, inquit ille, prælio Marcomanico Aurelianus, vt erat natura ferocior, plenus irarum, Romam petit vindictæ cupidus, quam seditionum asperitas suggerebat: inciuilius denique vsus Imperio, vir alias optimus, seditionum auctoribus interemtis cruentius ea, quæ mollius fuerant curanda, compescuit: interfecti sunt enim & nobiles senatores, cùm his leue quiddam, & quod contemni à mitiore principe potuisset, & vnus vel lenis, vel vilis testis obiiceret, idem fermè apud Stobæum serm. 20. Euripid. in Hypsipyle; qui ira præceps in vindicandis malis fertur, & maiorem adhibet medicinam, quàm ferat morbus, hic medicus est imperitus malorum, breuius duo Græcorum D senarij expresserunt, quorum alter legitur in Stobæo serm. 23. μὴ τῷ κακῷ τὸ κακὸν ἰῶ. &, τὸ φάρμακόν σε πλὴν νόσου μείζω ποιεῖ, hoc est, ne malo medicare malo. A Et medicina tua asperiorem efficit morbum.

Hæc secutus Franciscus Vicciardinus Italicarum æui sui rerum grauis imprimis scriptor, & eloquens eadem comparatione Ludouici Sfortiæ Mediolan. Reguli consilium in euocando in Italiam Carolo Octauo Rege Francorum, vt imperium confirmaret suum, reprehendit. Per che le deliberationi satte per timore, pacino à chi time, inferiori à pericolo, non si confidaua Lodouico d'Hauer trouato rimedio bastante alla sicurtà sua: ma dubitando per li fine del Pontifice, & del senato Venetiano diuersi da'suoi, non poter far longo tempo fondamento nella confederatione fatta con loco: & che perciò le cose sue potessero per varij casi ridursi in molte difficolta, applicò li pensieri suoi pici à medicare dalla radice il primo male, che innanzi à gl'occhi se E gli rappresentaua, che a quelli, che dipoi ne potessero risultare: non si ricordando, quanto sia pernicioso l'vsare medicina pui potente, che non comportila natura dell'infirmita, & la complessione dell' infermo; & come se l'entrare in maggiri pericli fosse rimedio vnico à præsenti periculi, deliberó per assicurarsi con l'arme forme forastiere, poi che & nelle forze proprie, & nelle amicitie Italieue non confidaua: di tentare ogni cosa per muouere Carlo Ottauo Ré di Francia ad assalire il Regno di Napoli.

Dissimili ratione Silius Ital. libro 14. vim pestis describit Rom. exercitum in Sicilia deformantis. medicinam cancus cessisse viribus morbi:

Succubuit medicina malis, cumulantur acerui
Labentum (quod nulla ope iuuarentur ij, in quos pestis grassabatur)
— Et magno cineres sese aggere tollunt.

Imitatus Hom. versum Il. 1.

αἰεὶ δὲ πυραὶ νεκύων καίοντο θαμειαί.

— Hominum mox corpora fæda,
Strage ruens, totis cumulabat funera castris.

Et hoc ipsum, quod ex tam multis auctoribus affirmauimus, illustrare potes nó nullis prouerbils, vt illo, flet victus, victor interiit: & illo, testa collisa testæ, adi collectorem adagiorum.

Incoctilia semina quæ, & cur: quid Siliqua: vinum anthosmias quod: num, & cur, vino diluto prouocetur vomitus.

CAPVT XX.



QVOD semen cadit super cornua Theophrast. libro quarto de cau. plant. cap. 14. nominat κερασβόλον σπέρμα. & crudum remanere scribit ex eo Plinio citar, semen, quod cornu tetigerit, non est coctibile: ego hoc tantum in Plin. potui reperire de faba, item in Mauritania silnestris passim sed prædura, & quæ præcoqui non possit lib. 18. cap. 12. & cap. 17. circa Philippos autem Ateramnon nominant inpingui solo herbam, qua faba necatur. Teramnon, qua in macro. sed nihil ad rem hanc iste locus mox producendus vertens hæc duo verba Theophr. ἀτέραμνον γίγνεται.

Confirmat hanc interpretationem Plutarch. quæstione secunda, libro septimo symp. semina, quæ incidunt in boum cornua fructum producunt incoctilem, frigore eam duriciem ingenerari docens, cùm calor molliat, dissoluatque, ita verè accidere; quia iactata semina non manu, inquit Plut. sed in cornua decidentia re- B siliunt, neque commodè cooperiuntur humo: ergò per accidens: nam & idem penitus eueniet semini in saxum cadenti: addit tamen Plut. similis argumenta experientiæ.

Confir-

Confirmat & Suid. asserens colore quidem oriri nigra, & rotunda, & magnitudine ciceris, quæ cum leguminibus cocta non mollescunt. hinc Plato initio lib. 9. de leg. præfracto, atque in tractabili hominis ingenio, qui nullius doctrina se patiuntur instrui, his comparat seminibus τῶν κερασβόλων, ἢ ἀτεράμων. & 2. lib. Geop. cap. 17. ex satione legimus eadem semina naturæ ignia resistere inuictę, adiungit Etymologici auctor, nec aqua tenerescere. eodē nomine herba est apud Plin. lib. 18. cap. 17. his verbis. Circa Philippos autem Ateram non nominant, in pingui solo herba, qua faba necatur.

Platonis autem locum interpretes antiquus malè vertit, legumina fulminia tactu prædura, sed omninò legisse videtur κερασβόλα, pro κερασβόλα: vix credo verum esse de solo tactu; nam & Theophrastus dubitat, immò refellit, audi eius C verba, cur quæ in cornu iactata, incoctilia sint, fortè stultum est: lapis enim longè est durior, in quem incidunt semina, & nihilominus incoctilia non sunt, etiamsi in cornu non incurrerint, neq; bobus aratio fiat.

Porrò è frigiditate hoc nasci demonstrat experientia earum fabarum, quæ in agro sunt Philippico: in quo venti sunt valdè frigidi. vnde & fabæ ferè incoctiles fiunt: quæ si in area in paleis torrefactis relinquantur, etiam incoctiles durāt; quæ si in loco alto collocentur. &c. Sic enim Theophrast. in quibus verbis aliquid deficit in Græco meo Cod. si Latina attendatur conuersio Theodori, cùm nihil de vento habeat, & paulò post dicat, credendum, si fisterent in cornibus, propter humoris defectum.

Siliquas, quidam fœnum intelligunt esse Græcum, vt Colum. lib. 2. cap. 11. Aliqui legumi- D num folliculos, quos pecorum pabulo gratissimos esse Plin. tradit lib. 8. cap. 12. hæ fortasse sunt, quibus vesci cupiebat adolescentior filius deserta patris domo, vt est apud S. Luc. cap. 15.

Porrò siliqua Græca aliud est, id est, arbor, vt Columella l. de arbor. c. 25. docet, cuius fructus Cerasia, arbor ipsa Ceraronia: de qua Plin. lib. 15. cap. 28 extremo, in siliquis, inquit, quod mandiτur, quid nisi lignum? quam siliquam Græcam lib. 17. cap. 18. nominat, & Syriacam lib. 23. cap. 8. & lib. eodem cap. 24. haud procul esse videntur & prædulces siliquæ, nisi quod in iis cortex ipse manditur. Aetius lib. 1. Ceratonia falsò putauit esse ficum Aegyptiam, Hesychius, quæ Ceronia est, vt constat ex Theophrast. libr. 1. cap. 18. & libr. 4. cap. 2. de cau. pl. repone igitur in Plin. libr. 13. c. 8: Ceronia pro Ceraunia.

Locus est Hipp. lib. de sterilib. ex conuersione Calui, vinum vetus odoratissimum. Cornarius vinum odorum fragrantissimum reddit: odorum siue odoratum, vel odoriferum, siue suaue olens potest verti: sanè Erotianus in Onoma- E stico, odoratum esse vinum, & suaue tradit, vsus duplici Aristoph. testimonio, & Suid. vinum odoratum vel à loco, vel à vitis genere, quod immistis floribus odoratum fieret.

Athen. lib. 1. cap. 29. ex Eresia ex certo vitis genere modo iunioris, modo vetustioris, & quinquaginta musti partibus vna maris commista fieri Authosmiam docet. Galen. in linguis, Anethinum vinum, & id, quod Anthosmias nominatur, vel ex Anetho odoribus conflatum, vt & Cyceonem, nuncupant Authinon. lib. de morbis maiorum, testimoniis atque auctoritate vinum factitium.

In adnot. ad lib. Hipp. de steril. Anthosmiam fuisse putauit Mercurialis, & ante illum cap. 2. sui Lexici Eustath. nam simpliciter vinum erat odoratum, & non certum genus arte factum, cur debebat, inquit Hipp. εὐώδεστερον addidisse? quamobrem nomen Græcum retinet, ne Latinum decipiat: nam flos vini est alius, potens videlicet, & generosum. Ennius apud Non. Hęc Anus admodum se frigutit, nimirum se satiauit flore Liberi, & Plaut. in Asin. & alibi, vt alio nos libro docuimus.

Non valdè probanda, vt mihi quidem videtur, hæc ratio Mercurialis: nam & Virg. Aen. 7. odoratum dixit cedrum, licet per se nulla hominum industria sit odorata: F

Vrit odoratam nocturna in lumina cedrum.

Et Georg.

Disce & odoratam stabulis accendere cedrum.

Potuit itaq; vinū esse ex vite suaue natura sua, & odoratum, qualia sunt, quę moscatelli dicimus, & maluasia: & accedere nonnulla ars potuit ingerendis floribus odoriferis Aet. certè & Diosc. in factitiis non reponunt.

Vinum dilutum cur vomitum prouocet, quærit sect. 18. q. 4. Problem. Aristot. quod perpetuò non esse verum & absolutè, vt quærit ipse, experientia testatur, nisi nimium sit dilutum, & immodicè sumtum: iudicat auctor libri de morbis mulier. qui vel Hipp. est, vel antiquus certè, & docta Medicus. est potissima caussa, quòd magnam adfert stomacho imbecillitatem, vt docet libr. de ratione victus in morb. acut. Hippocrat.

Ex illo verò Arist. loco elici scripsit Conciliator, sanius esse vinum, cui miscetur in primo artificio, id est, cùm primum fit, aqua, quàm cùm est bibendum, etiamsi generosum sit: quod non probo: tum, quòd olim nunquam miscebatur aqua, dum vinum conficeretur: tum, quia rectæ aduersatur rationi: nam dum vinum coquitur, & feruet, suo, ac natiuo perficitur calore: cui si aqua adhibeatur, sanè hebetabitur, & imminuetur, ex consequenti coctionem impediet: coctio verò, & confecto aqua modica si adbibeatur & magna illa vini frangitur vis, & aquę vitium corrigitur. G

Vicina huic quæstio à Plut. tractata q. 27. natur. cur dulce conseruetur mustum, si cùm feruet, frigida re aliqua ambiatur. caussa est, quòd

coctioni,

coctioni, quæ calore fit. obstat frigus, coctio autem mustum mutat in vinum: siue, quia frigus non patitur, vt vua calorem exhalet quo propriis vuæ sapor, hoc est dulcis, intra contineatur, ita mustum dulcedinem conseruat: quod si aqua misceatur, nec ad vim reducitur vini, nec dulcedinem seruat. Hoc mihi videtur probabilius.

Ad Satietatem trium linguarum modus loquendi, & alter Latinus ex Græco expressus: insaniæ genus cuiusdam miserandum ne, an ridendum.

CAPUT XXI.

Ἀχρὶ κόρου, & ἐς κόρον Græci dicunt, quod
A Latini ad verbum vsurparunt ad satietatem. ita Liuius lib. 4. bel. Pun. inermes, incautos ad satietatem trucidabitis. nescio an ita Cicero sit vnquam locutus. Luc. de hist. scribenda ad satietatem ridere dixit: ἐς κόρον γελάσονται. & quod Latini dicunt omnium rerum est satiatas, ita Græci:

Πάντων μὲν κόρος ἐστὶ, καὶ ὕπνου, καὶ φιλότητος.

Il. 5. Hom. omnium quidem satietas est, & somni, & concubitus & Lucret. lib. 5. dixit satias cibi, cum satiate cibi, & prius eod. lib.

—Ita ad satiatem terra ferarum;

Quo modo Lucil. apud Non. quem satias iam rerum omnium tenet, quod Hom. sæpè αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο. Inde lepidum illud in Anthol. Epigr. carmen de eo qui ad satietatem vsque à Cimicibus morsus eos occiderat tit. 6. lib. 1.

Οἱ κόρεις ἄχρι κόρου κορέσαντό με, ἀλλ' ἐκορέσθην
Ἄχρι κόρου πάντας τοὺς κόρεις ἐκτανέσας.

Loco πάντας legunt alij κ' αὐτὸς, leporem Latinè versi nullum agnoscunt. quanquam quod cibi ἔρον dixit Homerus, non tam satias est, quam vo-
B luptas, & libido, hoc est, desiderium cum vehementi iucunditate ἵμερον Græci dicunt, vt ἵμερος γόοιο flendi libido. Statius in Epicedio Glauciæ Melioris.

—Iam flendi expleta voluptas.

Eadem Phrasis Italorum, ex quo versus ille nobilis poëtæ Italici Stancogia de mirar, non satio ancora. Hebræorum item, expressa Num. 11. donec exeat per nares vestras, & vertatur in nauseam, & Prou. 25. ne fortè satiatus euomas illud; docet enim mel non esse comedendum vsque ad satietatem, & 30. ne forte satiatus illiciar ad negandum. Et Eccl. 45. panem ipsis in primis parauit in satietatem.

Et sanè pro fastidio etiam accipitur satietas, hæc enim ex assiduo rei oritur vsu, quam fastidium consequitur: itaque Cicero vtrumque simul iungit, vt in Cat. maiore studiorum, alij legunt, rerum omnium satietas facit vitæ fastidium, vt & pro L. Muræna. & alibi. qui primo de inuent.
lib. omnib. in reb. similitudo est satietatis mater. C
& 2. de Orat. lib. varietas occurrit satietati. Fab. lib. 5. c. 14. copia satietatem tulerit.

Iure igitur fecerunt, qui satietatem copiæ filiam esse dixerunt: & nescio quis veterum Græcorum πόρος κόρον τίκτει scripsit, melius fortasse, quã Plato Peniæ id est, inopiæ fingens filiam: quamquam orat. 6. cap. 7. argumenti in symposium Plat. magnificè Platonicus declaret Ficinus, melius quàm Pindarus qui contumeliam matrem satietatis fingit Oda 1. Olymp. hoc est, ὕβριν κόρου ματέρα contra maximi poëtæ versum: τίκτει τοι κόρος ὕβριν, ὅταν κακῷ ὄλβος ἕποιτο, qui locum obtinuit adagij, τίκτει κόρος μὲν ὕβριν, ἀπαιδευσία δὲ μετ' ἐξουσίας ἄνοιαν, hoc est, satietas parit contumeliam, siue ferociam, imperitia cum potestate coniuncta insaniam.

Nomine autem satias non modo poëtæ vtuntur. quibus licet antiquissimis, interdum etiam obsoletis vocabulis ornare versum, sed etiã boni prorsæ orationis scriptores: Salustius frequẽter, Silius autem lib. 4. dixit saties, differt porrò saturitas, & satietas, vt tradit Carisius Sosipater lib. 1. quod saturitas propriè in cibo, & potione
dicitur, satietas in cæteris omnibus. D

Nicanoris cuiusdam describitur ab Hippocrate lib. 7. Epid. admirabilis ex melancholia affectio, qui cum cibum noctu caperet, tanto inuadebatur metu Tibicinæ, quæ ad Epulas veteri more pulsabat, vix vt se posset ferre; cum interdiu si comederet, nihil perturbaretur; & quidem diu cum hac ęgritudine conflictatus. A mira omnino vis humoris melancholici, quam olim habebant pro diuina, vt de insomniis Arist. scripsit: effectus quidem certè illius multi humanæ omnem superant intelligentiæ captum, ita Hipp. siue antiquus Medicus.

Strumarum ab Arist. mentionem fieri contra Mercurialem: errasse Gazam in translatione: & quod malum in Suib. Struma.

CAPUT XXII.

LONGE fallitur opinione sua excel-
lenti medicus ingenio, & eruditione Mercurialis lib. de mor. puer. scribens nihil egisse Arist. lib. 8. de Hist. an. cap. 21. de strumis porcorum, quòd is morbus non sit porcis exitialis: tantum enim morborum meminisse, qui sues perimunt: non potuit, tametsi Græcè doctissimus ex Philosophi verbis sensum ipsius elicere, vt neque ante illum Gaza: quibus ego maximè aduersor, βρόγχος vocabulo existimãs strumas ab Arist. intelligi, quo sanè morbo & frequentissimè infestantur, & periculosissime sues, atque homines.

Cancrum vertit Mercur. raucediuem Gaza, vterque malè, minus tamen malè prior, sed nimis vniuersè, serpit enim struma: propterea dici potest Cancer; sed alia huius, alia strumæ causa,& materia: raucedo vitium tantum est vocis, siue gutturis; quanquam efficere illam struma potest: Gaza verò pessimè duos posteriores morbos, Porcorum strumam scripsit appellari, qui nihil habent commune cum struma, vt ex Arist. apparet descriptione. A

Grabram, reddidit Mercurialis, siue strumam grabram: in errorem Gazam inductum ab errante Plinio scribens, ipse errans Plinio reprehendendo, cum cap. 51. lib. 8. ita scribit obnoxium genus morbis, anginæ maximè, & strumæ, verba sunt Arist. trib. morborum generibus porcos affirmantis laborare, quorum vnus nominatur struma, quo maximè fauces inflammantur, & maxillæ, & alia quælibet pars corporis: nam & sæpè corripit pedes, interdum etiam aures.

B Ego Branchum stumam contendo esse: locus indicat morbi, fauces, & maxillæ: raucedinem in maxillis quis vnquam dixit; aut pedibus? progressus item; serpit enim & putrescit, & Vlcus fit, ita struma: medicina fit morbosæ partis abscissione, & hoc in remediis strumæ, vt experientia didici in strumis hominis, tametsi non nego etiam βράγχον esse raucediuem eidem Arist. cap. 10. primæ sect. probl. & 22. cap. 11. sect. & alibi, vt Alex. patet latè etiam per vniuersum corpus, vt & in hominibus, licet rarius.

C Quæ intellexisse mihi videtur Alb. Magnus lib. 7. de an. tract. 2. cap. 2. Branchi nomine apostemata accipiens post auriculas, & maxillas, & sub mandibulis, axillas voluit dicere, & in quolibet membro, describens item caussam, id est, ex collectione humoris phlegmatici decurrentis è capite, qui calore putrescit in apostema, quod aliquando dilatatur, & in squinantiam definit, vt iam Plinium non errare sibi persuadeat Mercurialis, quem Plinium & Albertus sequitur.

Apparet etiam ex descriptione strumarum apud Aetium lib. 15. cap. 5. Branchum esse strumam, quam ipse χοιράδα nominat: quarum item varietates describit ex Leonida, & æuo nostro Ioan Gorræus in Lex. Med. ex eo.

Magnum item argumentum sumo ex verbis Suidæ verbo διάρροια. vbi Brancben vocat. Sic enim hic tres sunt morbi Porcorum, branche, Craura, diarrhœa: & branche quidem, (hanc strumam esse dico) cuiusdam partis corporis, minus plenè; debuerat explicare, cuius, seu potius quarum: Craura, febris cum dolore capitis, cuius indicium, si decidant: & diarrhœa quidem curari non potest, Crabræ medentur porcarij succis: in branche circumcidunt caruunculam putrefactam.

D B Hoc autem loco & verbo κεκράγεν moneor errati, quod in Arist. verba irrepsit, à nemine, quod sciam, cogniti, vt pro κεκράγειν legatur κεκραγώς. omnino enim legendû priore modo, nam hoc posterius vocabulum nihil habet cum his affectionibus commune, & tantum significat clamare: ex priore grabra vox Latina ducta, vt verbum Græcum κεκραγέν.

Cerrum item decipi Mercurialem, cum scribit ab Arist. de iis tantum morbis agi, qui sues perimunt. agit enim de grandine, quæ tamen porcis non est letalis.

Idem notat in versione Iani Cornarij lib. 15. citato. & cap. Aetij errorem, strumas, quæ fiunt in collo, facilius curari, quàm reliquas. quod in textum fortè inciderit mendosum: Græcus enim manuscriptus, inquit, lib. 1. de morb. puer. cap. 5. non habet hoc, immò plura sunt in eo cap. errata Cornarij: Græcus enim habet periculum imminere si vel incidantur, vel auferantur strumæ in collo, ne denudentur nerui recursorij, atque ex illa denudatione vox vitietur, quæ sententia est Galeni cap. 6. lib. de loc. aff. 1. E

Enim verò præstantissimus medicus, Græceque doctissimus Ioan. Bapt. Montanus ita conuertit. malefica struma tanquam radices haber, sed pro loci ratione superficiariæ profundis curatu faciliores sunt; deinde quæ in collo eueniunt; vbi tamen vocales neruos diligenter vitari oportet. hæ radices instar sunt filorum, tenuissimorum, seu fibrarum albarum, vt in plantagine: nec strumæ curantur non euulsis simul cum pure his.

Adnotandus item Gal. locus 14. lib. Methodi cap. 11. quo docet, non aliam esse strumis adhibendam curationis rationem, nisi quam adhibemus scirrho. & tumoribus induratis: quo modo autem sint curandi eodem libro paulo ante docuit, vbi emollientia, maximè, & solum probat, ac dissoluentia: quam viam medici insistunt, licet Aetius scribat in pueris molliendas esse, dissoluendas, & discutiendas, in viris quasi alia ineunda esset via, sed incohantes, & in pueris, & in his, qui manuum opus effugiunt, Montanus conuertit. ego Græco textu careo: nullo modo tamen concedendum quibusdam existimantibus medicamenta conuenire adstringentia strumis incohantibus. F

Quod si obiiciatur Galeno Galenus. qui extremo 2. lib. ad Glauc. scribit seipsi dedisse aduersus strumas adstringentia remedia, &, vt interpretatur Martinus Acachias, repellentia, facile respondetur ex proprietate vocis Græcæ τῷ συστέλλειν. pessimè siquidem verterunt interpretes adstringere, cum potius compescere, imminuere, aut complanare significet, vt velit Glauconi indicare Galenus, se illi tradidisse remedia, quæ compescant, & complanent ipsas strumas: quod verum esse colligitur ex cap. 4. Eiusdem lib. in quo vsurpat idem verbum, & rectè conuertit interpres: certè Montanus cum de remediis strumarum agit Aetius, semper aut ferè verbum

Græcum

G Græcum per Latinum discutere, aut digerere conuertit, vt libro, & capite citato, & libro 1. in cappari, & in capillo Veneris. & in Cydamino, & lib. 2. cap. 34. de Gagate, & cap. 166. verbo vtitur comminuendi.

Caue autem, ne grandinis nomine, qui morbus est partium suis internarum, accipias strumam, quæ ferè exteriorum est, vt imperitè quidam putarunt; quod struma grandior videatur esse grando: eundem verò morbum non esse demonstrant Arist. verba loco citato, & Aetij lib. 13. cap. 120. & Suid. voce χάλαζα.

Porrò Græcorum imitatione Itali Scroffole nominant à Scrophis, quæ sues fetæ sunt, & Troie ἀπὸ τῶν χοίρων. Græci, vt dixi, χοιράδας, quasi dicas porculas à Porco, siue à copioso animalis fetu, quoniam & copiosa earum est propago: nec desunt qui à χοιράδων, quæ itaues sunt, ac politæ in mari rupes, aut scopuli, quod scilicet vt hæ rupes in mari eminent, sic strumæ in gutture, vel alia corporis parte: quæ nunquã non semper eminent. at nimium fuimus medici.

Porrò adnotandum strumas ex genere esse glandularũ, quas ἀδένας nominat Hipp. lib. eiusH dem in script. 5. περὶ ἀδένων: & cum ibidem initio in morbis habeat, sic enim loquitur, morbi fiunt tubercula, exiliunt strumæ, & corripit ignis, hoc est, febris corpus, 6. lib. tamen περὶ παθῶν fæditates esse quasdam potius, quàm morbos affirmat, vt similes affectiones: & videtur ad alias affectiones referenda hæc sententia, quas ante has enumerarat, lepra, prurigo, scabies, impetigines, vitiligo, & alopeciæ oriuntur ex pituita, nisi malis inflammationem reddere: idem aliis locis. Sic Celsus de vitiligine loquens, quamuis, inquit, per se nullum periculum adferat tamen fœdam esse, & ex malo corporis habitu fieri & consensit Auic. can. t. istas cutis affectiones, cum morbum I non sint, sed opprobria cutis, morbis annumerari: consule doctam doctissimi medici Anutij œconomiam.

Finio, ne & porcarij videamur, si tamen admonueto, socium nostrum virum non minus doctum, quàm pium Iacobum Caruasalium primum seminarij Mediolanensis Rectorem, cum adolescens toto fere corpore strumis infestaretur, sibi ipsi medicum fuisse remedio hoc suo Marte excogitato, atque admoto, olei Laurini, Cerussæ vino ardente præparatæ, aluminis, & salis albi communis ex his enim omnibus confecerat vnguentum, quo & se, & alios plurimos facili negotio sanauit: sanatum ego vidi socium nostrum Mauritium Hallium Hibernum.



Mulieres, iræ genus obnoxium, & cur: iræ ex Seneca remedia.

CAPVT XXIII.

QVOD mulieres iracundæ sint magis, quàm viri, eadem ferè causa est, quæ, A cur ægroti sanis, senes iuuenibus, infelices felicibus, credo in his omnibus causam esse, maiorem necessitatem, & egestatẽ: magis enim felicibus infelices egent, & eum egeant, hoc ipso sibi aut ἀδύνατον futuram, aut plane difficilem opinantur leuationem malorum: ideoque & sibi ipsis, fortique suæ, & felicioribus succensent vehementius, & facilius: item senes, propterea quòd parum valere se intelligunt, ad ea quibus maximè egent, consequenda: eadem in ægris est caussa.

Mulierum verò propria quarto modo, vt loquuntur Dialectici, infirmitas, atque imbecillitas, quod tum animi vitibus careant, tum corporis, sic vt agnoscant minus se posse repugnare aduersis, & minimum in se ipsis præsidij esse positum, vt quæ appetunt, obtineant. ideoque facilius commouentur. Iure igitur Sen. lib. 1. de Ira cap. postremo Platonem. 5. lib. de leg. imitatus, vt exulcerata, & ægra corpora ad ictus leuissimos gemunt, ita ira Muliebre maximè, & puerile vitium est. at incidit & in viros. nam viris quoque pueriiia, ac muliebra ingenia sunt, & lib. 1. de clem. cap. 5. muliebre est, furere in ira. expressit Iuuen. Sat. 6.

—quoties facit ira nocentem
Hunc sexum, & rabie iecur incendente feruntur B
Præcipites, vt saxa iugis abrupta, quibus mons
Subtrahitur, cliuoq; latus pendente recedit.

Sapientissimè prou. cap. 21. Salomon, melius est sedere in angulo domatis, quàm cum muliere litigiosa, & mox se explicans, melius est, inquit, habitare in terra deserta, quã cum muliere rixosa, & iracunda: quia præstat viro esse domi suæ potius sub dio, siue angulo ipsius tecti, despectiore videlicet loco; quoniam, vt est eccl. 25. cap. commorsti Leoni, & Draconi placebit, quàm habitare cum muliere nequam: Cur autem? quia non est caput nequius super caput colubri, vt ante dixerat. & nõ est ira super iram mulieris: neq; ob aliam caussam libris teritur veterum ille Senarius πῦρ, γυνὴ, θάλασσα, τρία κακά. hoc est, ignis, mulier, mare, tria mala.

Tribuit hoc imbecillitati sensus R. Moses Aegyptius lib. 1. perplexorum cap. 49. quare Plut. lib. de non irascendo, egregia hoc declarat similitudine vt tumor, inquit, efficitur in corpore magna in eo inflicta plaga, & in mollissimis animis, qui doloris caussam dat, eo maiorem furorem concitat, quo imbecillitas maior, quam comparationem paulo antè ex Sen. produxi, & in abdicato repetit Lucianus; vt non iniuria

Hecyra Tert. sct.3.sc.1. dixerit; fortsse vnum aliqood verbum inter eas iram hanc conciuerit; vsque adeo leuissimis occssione muliebres incendûtur animi. & in vita Aesopi scripta à Maximo Planude confirmat Seuarium Euripides furorem præferens mulieris, ignibus, mariqne & aliis malis.

Furore multo sæuit iratum mare,
Proniq; fluuij, & ignis acer impetus,
Inopia acerba, acerba alia quam plurima.
Sed nihil ita acerbum, & noxium, vt mulier mala. A

Itaque argutissimus Epigrsmmatû scriptor Palladas 2. Anthol. lib. conflatam scripsit ex bile mulierem tit.11. vt reddit Alc. Latinè:

C *Est mulier mera bilis, habet duo commoda solum,*
Quum iacet in thalamo, cum iacet in tumulo. B

Præsertim verò, eum vterum fert in ea feruet ira, vt explicat doctissimus inter Barbsros Philosophos conciliator in csp. 35. lib. 10. Probl. & cum ætate est grauis atque anus : uam infirmitas tunc, & necessitas cumulatur: hinc Menandri versiculus lepidè præstsre dixit eanem lacessere natura sua animal iritabile, quam anum.

Πολὺ χεῖρόν ἐστιν ὀργίσαι γραῦν, ἢ κύνα.

Quo fit, vt & rixosæ sint, vt citato Salomon loco rixas cum iracundia mulierum copulauit, & post eum duobus venustissimis epigrammatis Pallsdss, & ante eum carmine elegantissimo Ausonius, quæ Tiraq. p. 9. gl. 1. in 9. legem connub. produeit. Veteris monimenti Romæ via Tiburtina inscriptio sanè per elegans, & antiquo digna ingenio ad viuum banc mulierum expressit naturam.

Heus viator, miraculum, hic vir, & vxor non litigat.
Qui sumus, non dico. at ipsa dicam. hic Bebius ebrius
D *Ebriam me nuncupat : hei vxor, etiã mortua litigas!*

Refert Ionian. Pont. lib. de obedientia, & Raph. Volaterranus in philologis, & Alc. lib. parergon. s. cap. 13. aliique sd summam imbecilliora magis irscunda; quam caussam agnouit & explicauit lib. 1. de ira csp. 13. Sen. Iracundissimi infsntes, senesque & ægri sunt: & inualidum omne, natura querulum, vt 2. item lib. de Rhet. Arist. idem Sen. eod. lib. cap. 3. infirmissimi sæpè potentissimis irascuntur.

Altera caussa, humor calori pro portione quadam immistus cap. 19. lib. 2. de ira. quibus homidi plus inest, eorum paulatim crescit ira: quia non est paratus illis calor, sed motu adquiritur: itaque puerorum, feminarumque iræ acres magis, quam graues sunt, lenioresque dum incipiunt: siccis ætatibus vehemens, robustsque ira est, sed siue incremento. mox. senes difficiles, & queruli sunt, vt ægri, & conualescentes, & quo-
E rum aut lassitudine, aut detractione sanguinis exhaustus est calor, cum ante dixisset, iracundos feruidi mistura fsciet: neque aliam esse caussam, cur, potissimum iræ locus assignetur in pectore, quàm quod in toto corpore calidissimum pectus est: sed quod non facit in mulieribus calor, infirmitas fscit.

Tertia csussa iracnudiæ, opinio iniuriæ est, cui non facilè credendum est, inquit, idem lib. s. cap. sa. at mulieres credulum maximè genus.

Quarta luxuria immodica: idem ibidem cap. 26. nulla itaq; res magis iracundiam alit, quàm luxuria intemperans, & impatiens: at hæc maximè sunt mulierum.

Quinta caussa, suspicio, quæ inuadit maximè stolidiores: mulieres propterea suspiciosissimæ expressit idem lib. 3. cap. 30. Friuolis turbamur, & inanibus. Taurum calor rubicundus excitat; ad vmbram Aspis exurgit: Vrsos, Leonesque mappa proritat: omnia quæ natura fera, ac rabida sunt, consternantur ad vana. Idem inquietis, & stolidis ingeniis euenit: rerum suspicione feriuntur: adeò quidem, vt interdum iniurias vocent modica beneficia. F

Sexta caussa, Auaritia. idem cap. 32. circa pecuniam plurimum vociferationis: hæc fora destrigat, patres, liberosque committit, venena miscet, &c. Sed mulieres auatiores.

Septima caussa, ratione minus vti: ratione minus vtuntur mulieres. Idem cap. 29. Iure dixit multos absoluemus, si cœperimus ante iudicare, quàm irsci. Nunc sutem primum impetum sequimur. At sequuntur magis mulieres, quo minus agunt ratione, & aguntur.

Remedia compescendæ iræ in hoc scriptore planè Christiano digna homine. Primum meo quidem iudicio, non minimi faciendum habitum irati, & furentis contemplari, vt ebrij apud Lacedæmonios ad remedium ebrietatis; sane ebrio iratus magis ebrius, non vino, sed furore. Habitum porrò describit irati idem lib. 2. de irs cap. 35. quales sunt hostium, vel ferarum cæde madentium, aut ad cædem euntium aspectus; G qualia poëtæ inferns monstra finxere succincta serpentibus, & igneo flatu, quales ad bella excitanda, discordismque in populos diuidendsm, pacemque lacersndam, teterrimæ inferûm exeunt furiæ: talem nobis iram figuremus, flamma lumina ardentia, sibilo, mugituque & gemitu, & stridore, etsi qua his inuisior vox est, per strepentem, tels msnu vtraque quatientem: neque enim illi tegere se, cura est: toruam, cruentamque & cicatricosam, & verberibus suis liuidam, incessus vesani, offusam multa caligine, incursitantem, vastantem, fugientemque & omnium odio laborantem, sui maximè; si aliter nocere non possit, terrss, maria, cælum ruere cupientem, infestam pariter, inuisamque, vel si videtur, qualis apud vates nostros est.

Sanguineum quatiens dextra Bellona flagellum,
Aut scissa gaudens vadit discordia palla,

Aut si qus magis dira fscies excogitari diri affectus potest. Describit item lib. cap. 3. breuius.

Quo refertur alterum Sextij remedium à Sen. cap. cit. lib. 2. productum nec probatum quibus- H

dam,

dam,vt ait Sextius,iratis profuit aspexisse speculum.perturbauit illos tanta mutatio sui, velut in rem præsentem adducti non agnouerunt se ne speculo quidem, addit, neminem deterritum ab ira credo. Quid ergo? qui ad speculum venerat,vt se mutaret, iam mutauerat. iratis quidem nulla est formosior effigies, quàm atrox & horrida,qualesque sunt,etiam videri volunt. ergò salutarius est remedium, non habitum modo irati,speciemque videre, sed iræ effectus. Magis illud,inquit,videndum est, quam multis ira per se nocuerit; alij nimio feruore rupere venas, & sanguinem supra vires elatus clamor egessit, & luminum suffudit aciem in oculos vehementius humor egestus,& in morbos ægri recidere:nulla celerior ad insaniam via est.

Alia duo sunt remedia, ne incidamus in iram, inquit,lib.2.cap.18.&,ne in ira peccemus. vt in corporum cura alia de tuenda valetudine, alia de restituenda,præcepta sunt: ita aliter iram debemus repellere, aliter compescere, vt vincamus. Per te cætera lege. Vide item cap.1. & 2.lib. 1.optimum mortalibus cunctis remedium, initiis repugnare.

Idem lib.eodem cap.8. optimum est primum iritamentum iræ protinus spernere, ipsisque repugnare seminibus, & dare operam, ne incidamus in iram. Nam si cœperit ferre transuersos difficilis ad salutem recursus est: quoniam nihil rationis est,vbi semel affectus inductus est.mox, in primis,inquam, finibus hostis arcendus est: nam cum intrauit,& portis se intulit, modum à captiuis non accipit. Vtinam, quam se speculo in tuendo mulieres diligenter ornant, tam studiosè iracundiam corrigerent suam.







HORARVM SVBSECIVARVM LAELII BISCIOLAE MVTINENSIS SOCIETATIS IESV

LIBER XVI.

Aucupij per Falcatas aues vsus, quam antiquus, quæsitum: de Accipitrum genere quædam notata.

CAPVT I.

A VETERVM libris, ac recentiorum peruolurandis, aucupij, quod auium rapacium, & falcatarum præsidio fit, originem, & principia non potui adhuc inuenire: antiquam esse non dubito; an sit antiquissima dubito: neque Homerus, cæterique vetustissimi Græci de hoc genere aucupij quidquam scripserunt, nec Virgilius, cæterique Latini longe posterius: & Plinium miror de eo ne verbum quidem habere, cum multa de his auibus tradat, nec Aelianum; non miror Aristotelem, qui multo est vetustior, & ex eo tamen eadem sumitur antiquitatis aucupij coniectura, quæ ex Plinio & Aeliano.

Blondus Foroliuiensis in Italia Illustrata cum
B de Campania agit, in Casilino; (hic patrum nostrorum memoria vixit) his inductus argumentis opinatur, non ante ducentesimum annum, dicamus nos, trecentesimũ, & amplius vsum cœpisse istius aucupij. quoniã neq; Plin. cum multa recenseat genera auium rapacium, neq; Seruius in Virg. cum augurij per Falconem meminit, à quo nominata Capua, nihil de eo scribunt: deinde si Virgilij temporibus mos hic viguisset, aucupandi, minime dubium, quin scripturus fuisset, Aeneam & Didonem his auibus vsos in venatione, quam lib. 4. eleganter describit.

Consentit eiusdem qui scriptor Laur. Valla cõtra Raudensem, cum enim hic arbitraretur solalium accipitrum, Latinè dici Nolam, ille contra, nunquam veteres venaticas aues ei curasse, neq; ad prædam instituisse, vt nos facimus, affirmat, & Gul. Budæus in Prand. vbi totam hanc seculi nostri aucupij rationem enarrat.

Coniectura est antiquissimis temporibus notam fuisse ex Arist. Plin. & Ael. dicam tantum Plinij verbis, quod Arist. lib. de admir. audit. & lib. de hist. an. 9. cap. 36. & Aelian. lib. 2. cap. 42. de anim. producunt in Thraciæ parte super Amphipolim homines, atque accipitres societate
C quadam aucupantur: hi ex siluis, & arundinetis excitant aues; illi superuolantes deprimunt: rursus captas aucupes diuidunt cum ipsis. traditum est, missas in sublime ibi excipere eos, & cum tempus sit capturæ, clangore, ac volatus genere inuitare ad occasionem: quanquam coniectura hæc leuis; indicat enim peculiarem eius gentis morem non cicuratis auibus.

Scio & olim Diuiam Telesippi filium Thessalum aucupio frequenti viam sibi strauisse ad tyrannidem Cranonis, vt scribit 2. Strarag. lib. Polyænus. scio & Philocratem cognomẽto Struthium, male olim publico edicto habitum ob præstantiam simul, ac sæuitiam in aucupando, vt Suid. refert in histor.

Dicam Latinè vt conuertit nouus tralator Germanus, non planè verè: nam spinus passer non est. Sic ergo iste. Philocrates Struthius, de sunt illa, ἄσπερ μίλιον, fuit auceps. si quispiam vestrum occiderit Philocratem Struthium talentum accipiet, si verò viuentem illum adduxerit, quatuor, eo quòd congregat passeres, & septe-
D nos obolo vendit. ἀνείρων mihi propriè videtur, esse ex eis restim facere, siue plures simul in restim inserit, deinde inflat turdos; & corrumpit: merulis in nares inserit pennas, siue alas: itemq; columbas capit, atque includit, & cogit decipere illigatas reti; pro in rete.

Sed neq; his exemplis ostenditur auium opera aues captas. Itaque non valde priscum hunc morem, ac modum aucupij decerno: antiquum tamen hæc indicia demonstrant, hoc est, cœpisse in Italia saltem fermè cum Rom. Imperio, aut non diu post. primum enim Martialis in Apophor. libro 14. ita scribit de accipitribus. Epigram. 216.

Prædo

Prædo fuit volucrum, famulus nunc aucupis idem,
Decipit, & captas non sibi mæret aues.

Ecce tibi accipitrem venationis famulum, ita scilicet instructum: vixit autem Mart. sub Nerua, Traiano, immo Domitiano. Opp. lib. Cyneg. 1.

Καὶ μὴν ἰξευτῇσι πέλει γλυκὺς ... ἄγρη
Οὐκ ἄορ, οὐ φρυκτῶν, οὐ χάλκεα δοῦρα ...
Ἀλλ' αὐτοῖς ... σύνδρομος ... ἵρηξ,

Hoc est, certè etiam aucupibus labor iucundus est: nam ad venationem, non ensem, non falcem, non ferrea venabula ferunt, sed ipsos in filuis comes sequitur accipiter. vixit sub Antoninis.

Deinde æuo Magni Constantini Iulius Firmicus eius meminit lib. 5. Mathefeos ita scribens, in Aquario Venus si fuerit inuenta, qui sic eam habuerint, homines eruot aucupiis tantum, & venationibus dediti, in ceteris verò pigri, inertes, ociosi, melancholici, & qui nullis sciant se bonarum rerum operibus applicare: accipitres tamen, Falcones, Astures, Aquilas, & aues huiusmodi, equosque ad venandum alere studebunt.

Non diu post, hoc est, sub Iuliano, Valentino, Gratiano & Theodosio Hesychius Presbyter in Leuit. caussam adferens, cur mensis vetet inferri accipitres, & id genus aues Deus, quoniam, inquit, rapaces sunt, & ad impietatis disciplinam cicurantur, id est, ad auium simplicium perniciem, atque interitum.

Vno atque altero sæculo post Sollius Appolinaris, floruit enim sub Theodorico, Ecdicio scribens, omitto, inquit, quòd hic primum tibi pila, pyrgus, accipiter, canis, equus, circus ludo fuere.

Iam verò posterioribus temporibus Francis potissimum, & Germanis imperium tenentibus frequentissimum istud aucupij genus fuit. Henricus primus ab arte, studioque eius, aucupis nomen accepit, cuius æuo vigebat, tametsi in epigrammate de eo Sabinus de Germ. Cæsar. ne verbum quidem de accipitribus.

Fallere quod volucres laqueis, viscoq; solebat
Aucupis, aucupij nomen ab arte tulit.

Lego enim in Saxon. Albert Crantij lib. 1. cap. 37. cum de obsidione vrbis in Turingia Chidingæ agit, Tutingum quendam emisisse in columbas accipitrem, quem manu cæpit saxo quidam: & lib. 4. hist. Angl. Pol. Vergil. accipitrum domitorum Edmundi Regis per insidias Dacum quendam se aucupij peritiorem, Lothericum nomine, interemisse.

Nihil iam vsitatius in Italia: quis morem inueacerit iam obliuioni traditum, non constat: Lilius Giraldus in quodam dialogo, & Leander in sua Italia Italicè descripta, inuexisse tradunt Fridericum II. Ahenobarbum, qui Italiam accipitribus, Falconibus, Austuribus impleuerit: & suffragatur Bandellus quidam vir non in doctus ita scribens in oratione funebri Mantuæ Reguli: aues autem ancupio natas, accipitres videlicet, Falcones, Gerisalcos, Peregrinos, Montanos, Gibbosos, Astures, quos Pausanias Astorgios vocat, quos primus in Italiam longo postliminio Federicus Ahenobarbus aduexit, ac cicures effici docuit. Patri ipsius Henrico VI. Falconum, aucupij rationem in Italia Pandulphus Collenucius lib. 4. Neap. Arist. attribuit.

Primus autem, qui ex Italis apud se in deliciis habuerit, & ad centum quinquaginta magnis expensis aluerit, Estensis fuit Marchio Rainaldus, quod obseruat quodam suo Dialogo Lilius Giraldus, qui & errorem notat Blondi Plinium citantis, quòd in mendosum codicem impegisset, nominantis accipitres maiores, & minores achilnones, quos aliqui Falcones fuisse volunt: achiluones enim significat nihil, neque vllibi vox hæc reperitur, sed vel Buteonem vel Aesalona legendum, quod aliud est genus accipitris, quamquam Plinius videtur cum Buteone confundere distinguente Aristotele 9. lib. de histor. anim. solus hic omni tempore apparet cum ceteri hieme abeant: duo vetusti codices, fides sit penes eruditum medicum Iacobum Dalecampium, habent Epileion, id est, indigenam, & qui nunquam abit.

Licet idem Plinius eodem libro capite 74. aliud videtur genus Aesalonis facere. Aesalon, inquit, vocatur parua auis, oua corui frangens, cuius pulli infestantur à Vulpibus: innicem hæc catulos eius, ipsumque veliet: quod vbi viderint corui, contra auxiliantur, velut aduersus communem hostem. Aesalon vocauit Ouidius, licet Hermol. Barb. perperam versum citet ex libro 12. Metam.

Nescius assumtis Priamus pater Æsalon alis.

Nam legendum omnino Aesacon, nusquam enim legitur Aesalon mutatum in Mergum, sed Aesacon Priami filium, vt vndecimo libro Metam. est manifestum. porrò Aesacos ramus est Lauri, vel Myrti, quem manu prætendebant, qui Deos precabantur. additur in Etymolog. τὸ ζῷον ἐρίθακος, id est, animal Erithacus; quid autem sit Erithacus sdhuc sub indice lis est, & magna nominum obscuritas, atque inuoluta in Aristotele, Plinio, Nesychio, Suida, vt Siluiæ, & Motacillæ apud latinos quosdam: ille fortasse Phænicopterus, & Phænicuros: αἰσάλων verò libro nono de histor. anim. capite primo & 36. accipitris species, & Plinio, αἰσάλων est Suidæ: Hesychio αἰσάρων.

Magna verò est auctorum varietas in tradendis harum auium venaticarum generibus. Græci Ἱέρακος nomine, nisi fallor, comprehendunt: ab Aquilis, & Miluis Aristoteles lib. 8. de histor. anim. capite 3. seiungit, cum Albertus Magnus Aquilæ faciat speciem, quòd iisdem sit præditus moribus, eodemque modo rapax: non à Miluis Plinius capite decimo, libro decimo, qui quomodo tegendus docet libro 23. de anim. capite 22.

Ἱέρακος decem esse genera ex quorundam sen-

 tentia

tiam tuam plumescit accipiter expandens alas suas ad Austrum, quam renouationem, inquit S. Gregor. quę fit singulis annis hæc tria iuuant si fides habenda Ioanni citato lib. 4. cap. 78. nam & alas expandit senescēs aduersus solis iubar flante Austro, & cibus ei præbetur infectus, veneno sus, inquit, ille, quod de domestico accipitre intelligendum, & humida ac tepentia loca sanctus inquit Gregorius & Albertus lib. 23. cap. 20. remedia deponendarum ab eo plumarum tradit, quod tempus Italicè vocamus la muta.

P Neq; illud præter mittendum, non vesci illum corde auium, vt est auctor Arist. lib. 9. de hist. ani. cap. 31. & ex eo Plinius cap. 8. lib. 10. quę autem de eius stercore, & aliarum quarundam auium mitabilia à plerisque scribuntur, nugas esse garrulorum definit Aetius lib. 2. cap. 117. experimento enim compertum, inutile esse.

Nec tacendum, cum ceteri accipitres in arduis, & præruptis locis nidum construunt, vt Arist. Plin. Alb. docent, in Insula tamen Africę Cerne in Oceano totius Massyliæ humi fetificare, nec alibi nasci illis assuetum gentibus, si verè Plinius scribit cap. 8. lib. 10. qui à ceteris auctoribus discrepat Tinnunculum iuuet accipitres non reponens, immo citati lib. cap. 37. terreri ab eo accipitres prodens, naturali potentia, vt paulo ante notaui.

Et maiores in Aegypto, quàm in Græcia accipitres nasci tradit Arist. lib. 8. de hist. ani. cap. 28. & ex accipitre Cossygen, siue Cuculum fieri nonnullos existimare; quoa confutat lib. 6. hist. an.

Q cap. 7. cum tamen de admir. aud. cap. 59. fieri accipitres ex fulicis narret, si modo auctor huius libri Arist. qui eodem libro cap. 104. cum auium omnium fel sit acre, esse accipitris acerrimum, opinor, quod auis est calidissima.

R Postrema sit notatio, in Canone Imperialium militiarum legi quendam ordinem, qui sub magistro peditum stipendium faciebat, accipitrem luteum in lutea parma gestare, qui sagittarij dicebantur venatores.

Quamdiu absque cibo natura sua viuat homo, quæ in hac re ferantur miracula.

CAPVT II.

A RATIO est Hippocratis lib. de principiis, nam qui de carnibus citant, errant, si modo errāt, quod verò hominis vita septem dies duret, manifestum si quis septem totos dies sine cibo vllo velit esse, ac potu, in his moritur interdum, si superaneriteum cursum, scrè verò moritur. definit scilicet durare vitam hominis absq; cibo, & potu dies septē qui ferè terminus vitæ fuit omnibus, quem nonnulli excedant, & moriuntur tamen: A ex eo Plin. cap. postremo lib. 11. homini non ante diem septimum letalis inedia; durasse & vltra 11. plerosq; certum est; & cum 7. epidem. lib. durasse notat, vox σιτία non absolute cibum videtur significare, sed cibum solidum; nam solis sorbitionibus viui potest.

Idem Varro apud Agell. lib. 3. cap. 10. ferè extremo, quibus mori consilium est, 7. demum die mortem appetunt; quod ad vim trahit numeri septenarij: non discrepat Gal. aphor. 15. lib. 1. intellige de cibo extrinseco: quare quos vixisse Athen. & Olympiod. In Phædonem Plat. ex Arist. & Alb. Magnus produnt, toto vitę suę tempore absque cibo, & lib. de morb. mul. præcipitur mulierem totos 40. dies absque cibo esse, intelligendi solidiores cibi, licet verbum ἀσιτίαν omnis generis ciborum abstinentiam indicet: ita 7. lib. Epidem. de quodam Alemane ægroto totos 7. dies ieiuno ἀσιτίαν ἡμέρας ἑπτά.

Olympiodori Platonici exemplum citat Rhodig. lib. 24. aut. lect. c. 21. quod est Aristotelicum, hominis videlicet, quem ipse vidit, qui aërc tantum nutriebatur, ac sole; vt de Chamæleonte Plinius tradit lib. 8. c. 33. quod solus animalium nec cibo, nec potu alitur, nec alio, quàm aëris alimēto, quod ego fabulosum alio libro demonstraui: vt Astomi apud Plin. lib. 7. cap. 2. halitu tantum viuentes, & odore, quem naribus trahunt, verosimilius quod idem Rhodig. libro 11. cap. 13. ex Theophrasto notauit, Philinum quendam non aliud tota vita comedisse, aut bibisse, quàm lac. B

P. conciliator diffet. 112. & sect. 10. Probl. nartat se à viris integerrimis, & grauissimis cognouisse æuo suo Normanuicā puellam 18. annos sine vllo cibo, ac potu traduxisse vitam, aliam monialem in Stendal Saxoniæ duos annos vno pomo: Tertiam totos 36. annoa nihil neq; edisse, neq; potasse, & nostro sęculo doctus Medicus Philosophus, & Orator Augustinus Buccius, cum de viui nutritione disputat aduersus Mercurialem refert in Burghetto Laudensis Diœceseos opido puellam vnius mensis tamdiu vitam retinuisse molli spōgia vino plena admota labris, quamdiu offa, & liquidioribus cibis refici posset.

Sunt & animalia, quæ totam hiemem sine cibo transigunt scilicet extrinseco, cuiusmodi Vrsus est, Taxus, & alia.

Nam quid dicemus de his, & aliis qui diutissimè dormiunt? & somno, non cibo pascuntur? in quo genere & homines esse possunt, qualem scribit Laërtius libro 1. fuisse Epimenidem, qui 57. annos perpetuos dormiuit, & Heroës in Sardinia, de quibus in Arist. Phys. Simplicius & M. Damascenus narrat suo tempore rusticum in Germania sub ingenti fœni cumulo per autumnum, & brumam continuè dormiisse, & consumpto paulatim fœno attonito similem, ac semimortuo extitisse; quod enim Ecclesiasticæ commemorant historiæ de Sanctis septem Dormientibus Ephesinis, id prodigium Dei fuit. C

Non tam prodigiosum quod mihi anno 1593. mense Febr. dum Mediolano tedirem Vercellas, sanctè narrauit Principis sabaud. & Pedem. Catharinæ quidam Aulicus Bouem sine potu sub maximo fœni cumulo multos vixisse menses, quem rustici credebant amissum; postremò in-
D uentum adeò pinguem, se vt loco non posset mouere: vt neque illud, quod ex Isigono refert in Dialogo 17. Lilius Giraldus, gentem esse supra Borysthenem, quæ tertio tantum die cibum semper capiat; neque illud quod scribit Alb lib. 7. de anim. hominem atrabile vexatum integras septem hebdomadas nullum accepisse cibum, alternis tantum diebus aquam exsorbere assuetum.

Naturæ quidem prodigiosum & ἀδύνατον, non opifici naturæ Deo sola Eucharistiæ sumtione viuere plurimos, non menses modò, sed annos integros: nostris diebus inquit Lilius mulier in Italia Columba nomine, & altera in Germania: & Virgo nostra memoria è Barbarano opido Roman. territorij Felix nomine tres totas Quadragesimas ieiuna transegit, vt scribit Thomas Bozius lib. 11. cap. 3. de signis Ecclesiæ Dei.

Quod de sanctâ etiam Catharina Senensi, aliisque sanctis & viris, & feminis narratur, vt sancto Francisco in Insula Thrasymeni lacus, & puella agri Tullensis, vt scribit Sigeb. & Mart. Polonus circa annum Domini 823. duodenni, quæ à suscepta Eucharistia primum per 6. vel 10. menses abstinebat pane, tum verò per triennium omni cibo, & potu tandem rediit ad communem omnium vitam. & Alpaide in agro Senonensi,
E quæ auctoribus fasciculo temporum, & breuiatio magnorum Chronic. circa annum Domini 1164. multos annos sine cibo, & potu vixit: & de altera circa annum Domini 1312. quæ eum se refecisset sacro Eucharistiæ pane die festo Paschæ, biennium, & semis comedit nihil: vt verum esse potuerit puellam Germanicam æuo nostro sub Paulo III. Pont. Max. biennium sine cibo, & potu vixisse: quæ occasio fuit, vt Simon Portius eximius Philosophus, mandante ei Pontifice disputarit, num id fieri naturæ viribus posset; ac diuinitus fieri, non sponte naturæ concludetet.

Minus igitur mirandum quod nostræ societatis Parenti Ignatio, & P. Francisco Xauerio Indorum, & Iaponum Apostolo contigit, cum totas hebdomadas penitus ieiuni traducebant.

F Bapt. Fulgosus libro 1. cap. 6. mulierem fuisse narrat Perusiæ, domo Interamnensem, quæ nihil vnquam præter sacram hostiam totos septem annos accepit cibi, quam probarit Innocentius PP. idem refert & ante illum Petrarcha libro rerum memorandarum 4. capite 9. & ex Boccacio Corn. Agrippa Venetiis adhuc superesse hominem, qui 40. dies viuit absq; cibo, & se plurimos cognouisse, qui eum viderint, & verisimum te stentur; & longè antè Ludouicum Pium Imp. in grauissimo morbo totidem dies nihil sumsisse præter Eucharistiam, narrat Rob. Gaguinus de gestis Franc. lib. 4.

Antiquius est, quod scribunt Sim. Metaphrastes, Theodoretus, Sozomenus, Nicephorus, & alij Simonem Styliten 40. quoque die tantum non nihil solitum cibi sumere: non Antiquius, quod commemorat Sophron Patriarcha Ierosolym. Mariam Aegypt. in vasta solitudine multis annis vixisse contentam duobus panibus & dimidio, tum annis 17. herbas esitasse, reliquis sine cibo vllo vitam duxisse solius verbi Dei virtute. Antiquius, quod literarum monimentis consignauit, certè à priscis acceptum, Petrarcha Tomo epist. 2. Rerum similium ad Philippum Cardinalem Episcopum Sabin. lib. 14. in Carmine de adolescentia sua.

Bis tria lustra cibi nunquam mortalis egentem G
Rupe sub hac alait, tam longo tempore solis
Diuinis contenta epulis, & rore salubri.

De Maria Magdalena hęc pęnè omnia miracula. & Lilius Ger. tamen esse, qui inediam, ac ieiunium longissimum tolerent, probat epist. quadam ad Socinum Bentium Ioannis Scoti exemplo: hic, inquit, nobili familia in Scotia natus ad miraculum vsque inedia fetebat: periculum fecit Romæ apud Clementem VII. & idem ipse Pontifex suis est literis testatus, per dies plurimos abstinuisse eum cibo: & in Scotia diutissimè sine cibo vixit ab inimicis captus & in vincula coniectus, vnde euasit commendans se S. Humano Patrio sancto, vouens se eius cineres inuisurum, & SS. App. limina Romæ & Christi sepulcrum Ierosolymæ, qui anno 1533. Venit Bononiam, quo idem Pont. & Carolus V. conuenerant: tametsi, inquit, audimus & legimus Scotos suapte natura patientissimos esse famis, & inediæ.

De quo item sic Io. Leslæus Episcopus Bossen. lib. 9. histot. Scoc. sub Iacobo V. Scotiæ Rege. H
Ioan. Scotus diu peregrinatus totos 40. dies sine vllo potu, ac cibo durat, expertus ipse Rex: hic est qui de Religione apud Scotos euertēda, mox restituenda prædixit: Ego vix puto vim hanc esse posse naturæ, omnemque in Dei potestatem, ac numen reuocandam.

Lilius tamen & Hieron. Benedictus Medicus nobilis Venetiis fuisse quempiam scribit, qui totos 46. annos ieiunus vixit, cum esset frigida corporis habitudine, crassaque pituita, & incocta, obstructisque corporis meatibus.

Quærunt igitur ex natura caussas medici, qua ratione cibi tædium fiat, id est, ἀνορεξία, vel ἀσιτία, vel ἀποσιτία nunc, inquiunt, ex omissa quotidiana exercitatione, nunc deiectione quadam naturali, nunc intermissa purgatione solita, interdum ex obstructione splenis; aliquando etiam repletione superflua, quæ difficilius soluatur.

Addit Fauorinus ex Erasistrato apud Agellium lib. 16. cap 3. esuritionem facere iuuans, patentesq; intestinorum fibras, & caua intus ven-

tris: & ſtomachi vacua hiantia quæ vbi, aut cibo complentur, aut inanitate diutina contrahũtur, & conniuent: tunc loco, in quem cibus capitur, vel ſtipato, vel adducto, voluntas capiendi eius, deſiderandiq́ue reſtinguitur.

Scythas quoq; cum ſit vſus, vt famem diutius tolerent, faſciis ventrem ſtrictiſsimè circum ligare, ea ventris compreſsione eſuritionem poſſe depelli, ſi quis verba requirit Eraſiſtrati, conſulat Agellium.

I Sanè puella fuit 13. annorum Spirę, Margarita nomine, quæ tres ſorè annos famem tolerauit, quã apud ſe fuiſſe dies 12. Gerardus Bucoldianus medicus teſtatur ita iuſſus a Ferdinando Rom. Rege, quæ ſtatura erat iuſta, bona habitudine, oculis cæſis, vultu, ac facie non illiberali, ingenio planè puellari, ac ſimplici: ore ſemper arido erat, nunquam expuebat, nihil omnino admittebat potus: & plorabat tamen, & nares emungebat, dormiebat, inter reſpirandum non admodum venter ei contrahebatur, vel dilatabatur, viſcera nil videbantur habere vitij, non iecur, non lien: quem affectum exiſtimabat ille ex humore pituitoſo crudo prouenisse: certè puella ſcabie vrgebatur pituitoſa.

K Eiuſdem famis exemplum aliud Galli hominis ſubiicit, qui Romæ viuebat citans Poggium Florent. in facetiis; vt & Cornelius Agrippa, mulierem narrat vixiſſe in inferiore Germ. quæ totos 30. annos comedit nihil: & tunc, cum ſcriberet, Nicolaum quendam de Saxo Helueticum 22. annos in Eremo.

Ego vera hæc eſſe mihi non perſuadeo, niſi ad præpotentis Dei vim, atq; opem reuocemus; neque auctoribus illis, quos hic laudat, aſſentior, qui affirmant herbam quandam Spartanicam Scythas eſſe, cuius præſidio 12. dies abſque cibo durent, aut ſi ore teneant: nec prodigioſis quibuſdam medicis antidota quædam promittentibus, quorum particula ſiue comeſta, ſiue hauſta diuturnam inediam ſuſtinere queant.

Solinus Polyhiſtor Alimon herbam celebrat in Creta, quæ admorſa diutnam famem prohibet, vnde illi nomen factum à depellenda fame, quod facile crediderim. Nam & S. Greg. hom. 17. in Euang. petram ſalis obſeruat eſſe, quam ſi lambant equi, & famem diu non ſentiant, atque itineris laborem.

L Plinius tamen lib. & cap. 22. ſemine Alimi linguæ ſubdito ſitim non ſentiri prodit, quam non parui eſſe erroris inter auctores, tu per te vide. Aetius lib. 1. de hoc eius affectu ne gry quidem, vt neque Dioſcor. Gal. & alij: eam vocari ab Aet. ἁλμυρίδα notat Ioan. Gorręus, puto falſum in nomine; neque enim in toto Aetio reperitur, ſed Alimos. Auronem vocat Plin. lib. 17. cap. 24. penè extremo. de eadem in Dioſcor. Matthæolus lib. 1. cap. 103. & Marc. Virgilius lib. 1. cap. 111. varia ſcribit, & variis appellari docet nominibus. Aegin. lib. 1. Galen. 12. lib. ſimpl. med. Theophr. lib. 4. de hiſtor. pl. cap. 20. & lib. 5. de cauſ. pl. cap. 22. apud quem, & Suidam neutrius eſt generis, apud Dioſcor. maſculini.

Sunt qui fruticem, ſunt qui herbam faciant ex genere olerum vix vlli nunc cognitam, inquit Matthæolus, niſi ſit il Bidone Venetorum, quod frequens eſt in eorum littoribus. Salſi quidem ſaporis eſſe ſcribunt omnes, & propterea vim habere Theophr. ait, perimendi vicinas plantas multò magis, quàm hederam, & Cythiſum. miror Aegin. reponere inter olera deiiciendæ aluo accommodata, & Gal. eidem vim adſtringendi tribuere: tametſi per ſe hoc, aut illud, aut per accidens ei poſsit conuenire. M

Si ab arcenda fame ductum vocabulum ſine aſpiratione ſcribetur, ſin autem à locis maritimis, ſiue à ſalſedine, cum aſpiratione; vtroque enim modo ſcriptum reperimus ἄλιμος ab ἀ part. priuante, & λιμὸς fames: ἅλιμος à nomine ἅλς, quod ſalem ſignificat, vel mare. Laſyrtam non tacebo Laſionium, quem nunquam bibentem, aut potu nõ egentem, vrinam tamen, vt ceteros homines emiſiſſe. Athen. ex Euphorione lib. 2. dipnoſoph. cap. 2. prodit.

Argentum viuum non eſſe venenum: quæ ipſius forma: quid in eo Plinius errarit, neſcierit Galenus.

CAPVT III.



ATINS argentum viuum à colore nomen habet, & à motu: refert enim colore argentum, quia candidum: motu indicat vitam; nam ſtare loco neſcit, micat, tremit, quaſi vitæ haberet ſenſum, neque vt alia metalla, ignis vi liquidum fit, ſed ſuapte natura eſt, & grauius tamen eſt omnibus natura duris, & conſiſtentibus: quamobrem in eo omnia innatant: ergo iure ἄργυρον χυτὸν vocauit Ariſtoteles, hoc eſt, argentum futile, Græcè ὑδράργυρος dicitur ab aquoſo, & fluido eius motu. opinio medicorum frequens pro veneno habet. A

Quare Ioannes Baptiſta Montanus magni nominis æuo ſuo medicus horum veſtigiis inhærens, curationes illas omnes, quæ argento viuo fiunt, reprehendit, quòd nunquam verę ſint, hoc eſt, nunquam verè curent, & à morbo liberent, ſed fucatè, atque vt ita dicam, apparenter, nam, inquit, non medicina eſt, ſed venenum: atque hanc eſſe cauſſam, cur nihil de eo ſcripſerit Hippocrates. & iuniores eo Galen. Orib. Trall. deinde, quòd tametſi verè non eſſet venenum, nullus tamen ipſius debeat vſus eſſe, cum eas noxas, quas natiuus calor ad externas depellat partes, cogat ſua frigiditate ad intimas, præter reliqua detrimenta, quæ humanis adfert corporibus.

Itaque

B Itaque scribit Matthæolus, raros admodum fossores, & artifices, tametsi robustissimo corporis temperamento durare in opere ad 4. vsq; annos, quod noxius, & perniciosus est metalli halitus, totius corporis inferens tremorem neruis debilitandis: hinc Plin. lib. 33. cap. 6. odor, inquit, ex argenti fodinis inimicus omnibus animalibus, & Dioscor. lib. 5. cap. 7. potum, inquit, vim habere pestilentem, quòd suo pondere exest intima.

Præclarus in ratione luis Venereæ, seu morbi Gallici curandi medicus Leonardus Botallus Astæ ciuis, nec planè sermone rudis, eius rationis cap. 25. multis argumentis confutat Montanum demonstrans, tametsi neruis obsit eorum, qui assiduè contrectant, caussam non esse, quod sit venenum, sed quod maximè siccum: quia consumta plus æquo humiditate partium corporis, eæ necessario contrahunt: nam quod fauces, & totum os inflammet, gingiuas rodat, dissenteriam gignat, id quidem verum est, non ramen per se, & suę qualitatis vitio, sed per accidens, quoniam superfluos humores mouet, qui ad eas partes erumpebant, materiam, fomitemq; eorum symptomatum, vt loquuntur medici: quod alia quoque faciunt medicamenta, quæ venena non sunt.

Quamquam omnia ferè medicamenta venena sunt: itaque prisci latini nomine veneni etiam medicinam purgantem accipiebant, vt Græci eodem vocabulo pharmacum nominant vtrunque.

C Verissimum esse, quod affirmat Botallus, hoc maximè argumento probatur, quòd si quis voret argentum viuum, non moritur tamen, quod scurræ factitant, vel imperio suorum Principum, vel præmio inducti etiam ad denas vncias: & se cognouisse, narrat, qui nulla noxa, imò vtilitate magna, totis 40. ac 60. diebus pillulas sumserint cum argento viuo: quæ tamen ratio, mea quidem sententia, non multum habet ponderis, quoniam vim illam perniciosam corrigunt cetera, vt vocant, ingredientia, quod accidit colocynthidi, aliisque venenis.

Doctissimus quoque Brasauola in suo de stirpium examine lib. purum argentum viuum tenellis infantibus hauriendum se dedisse aduersus vermes testatur nullo infantium damno: & Matthæolus Goritienses obstetrices diu in pariendo laborantibus tradit scrupuli pondere bibendum propinare: ita non nisi ponderis, vel mensuræ excessu putat necare: quamobrem ni-

D hil mirum, si eorum corpora, qui Gallicè ægrotant, illita argento viuo mirificè sanantur, & ad meliorem interdum habitum rediguntur.

SanèHier. Fracast. hos potissimum iuuare tradit lib. 2. syphilis, quia vim habet causticam, & exarentem, quòd igneis, tenuissimisque particulis constet, quæ vbi in actum caloris vi corporum natiui prodierunt, exurunt contagionis seminaria, & ad interiora vim illam causticam deferunt, qua materiæ densiores molliuntur, subtiliores resoluuntur.

Obiicies in eorum, qui morbo Gallico fuerunt consumti, ossibus, quòd argento viuo fuissent illiti, caries deprehensa, euidens pestilentis corporis indicium: plana est defensio: quod non modo eorum, qui vsum argenti viui habuerant, sed illorum etiam, qui nullum, ossa eodem modo cariosa sunt inuenta: non igitur vitium caries hæc argenti viui.

At depellit ad intima copiam extimorum humorum: quid si hoc falsum? sed depellat; ita depellit tamen, vt per os, aluumque purgentur: ratio; quòd in eo vis est coctrix, & dissolutrix humorum circa cutem, & expultrix, siue expulsionis commotrix eorum, quæ naturæ vis è corpore non possent alia via depellere.

E Miror autem, cur Aët. lib. 1. cap. 1. ex Galeno, partium esse crassiorum dicat argentum viuum, cum aliis huiuscemodi adstringentibus, & mordicantibus, tametsi ob insitam grauitatem ne digeri quidem possit, vt rectè ait, quos verò in corporibus ingenerat affectus argenti spuma, eosdem ferè & argentum viuum: iisdem autem remediis ad curationem vtendum Aet. libro 13. cap. 79. tradit, enimuero in puteo Democriti latet forma ipsa, & differentia, quam vocant, essentialis Hydrargyri, vt Magnetis, & id genus mistorum, neque est vllus, qui sibi cognitam fateatur.

Errauit sanè Plinius vnum tantum argenti viui genus agnoscens lib. 33. cap. 6. natiui scilicet illius, ac puri; nam ca. 8. Hydrargyrum in vicem argenti viui docet inuentum, separat ergo ab argento viuo: quod quidem Hydrargyrum duobus modis fieri tradit ex Minio, & cap. 3. extremo, æs, inquit, inaurari argento viuo, aut certè Hydrargyro legitimum erat, cum tamen ὑδράργυρον Græcis idem sit, quod latinis argentum viuum, de quo ita capite 6. est & lapis in his venis argenti videlicet, cuius vomica liquoris æterni argentum appellatur, venenum rerum omnium. F

Idem error est Galeni, qui tantum id argentum viuum agnouit, quod Hydrargyrum vocat Plinius ex Minio excoctum, cuius hæc sunt verba lib. 1. de simpl. medic. comp. non, vt producit Montanus. Hydrargyrus non est ex sponte nascentibus medicamentis, sed ex iis, quæ præparantur, vt Psymmithium, ærugo: nullum autem eius feci periculum, neque quòd interimat, si deuoretur: neque vbi foris admota fuerit.

Ferè igitur peritiores instituunt duplex genus argenti viui: alterum natiuum, & fossile de quo Plinius, alterum factitium, quod ex minio excoctum est, cuius meminit Galenus, vtrumq; Dioscor. cognouit, & pestilentem odorem, auramqś exitialem asserit expirare: de his vide Ioan. Forræum in defin. Med.

Videtur

Videtur & genus tertium agnouisse Dioscorides venæ argenti immistum, & quod per se est metallum.

Quartum fecit genus Vitruuius lib. 8. Archit. conflatum ex marmorariis fragmentis & frustis, quod sub factitio tamen reponi potest, consulendi Diosc. lib. 5. cap. 70. & lib. 6. c. 28. Theophr. lib. de lapid. Plin. lib. 33. cap. 3. 6. 8. Marc. Virgilius in lib. 5. Diosc. cap. 64. Georg. Agricola li. 8. Fossilium, & reliquis eius libris, Matthed. in Diosc. locis citatis.

Non tacendum vocari argentū viuum à Chymistis Mercurium, & materiam ad omnium metallorum generationem maximè habilē existimari propter lentitudinem, ac tenuitatem substantiæ, in qua frigus, atq; humor excellit: quod mihi videntur etiam sensisse Philosophi, cum materiam ad metallorum generationem proximam nominant: & cum metallum aquea terra sit multo frigore congelata, quæ propterea non nisi multo calore in pristinum restitui fluorem potest: solum ex metallis argentum viuum aqua terrea est, non congelata: manifesta hæc descriptio ex lapide fusili, ex quo fit vitrum. Vide multa de eo breuiter exercit. 105. I. C. Scal.

Videtur autem medicus ætatis nostræ in Gallia non ignobilis Claudius Delecampius in cap. 6. cit. lib. 33. Plin. Quintum censere genus argenti viui, ex sulphure, & argento viuo simul coctis, vsus frequentissimi, id quod vulgus cinnabrio, quasi cinnabarim vocat, nisi confundendum cum eo, quod ex minio fit; cum Cinnabari, & nimium plerique confuderint, de qua re nos alio libro.

In argento viuo quæ naturæ miracula: quomodo vena apud Indos inuenta; & quæ eius copia.

CAPVT IV.

VIVAT, & vigeat in argento viuo calamus hoc etiam capite. Plin. lib. 33. cap. 6. hoc primum in argento viuo miratur inter cetera; omnia ei innatant, præter aurum, id vnum ad se trahit; ideo & optimè purgat, ceteras eius sordes expuens crebrò iactatu fictilibus in vasis, ita vitiis abiectis, vt & ipsum ab auro discedat: solum descendere aurum notat; credo, quia mox ambit totū, & ad se traducit, eiq; adhærescit, ad eum mox, vt præsens est, accurrit, & quasi blādiens, sine expoliens omnibus aliis nudat metallis, & ceterorum corporum sordibus: quæ causa est, cur epoto auro se muniant fossores aduersus argenti viui perniciē, vt & qui inaurando, argenti viui. itaq; scimus eos quibus iniectum fuit ab hostibus argentum viuum clam in aures, vt occiderent, liberatos in ducta auri virgula in ipsas aures, trahente illa ad se paulatim argentum viuum.

Alterum est miraculum, quòd cum liquidum sit, grauissimum tamē omnium metallorum est crassorum, densorumq; corporum. Narrat A costa noster lib. 4. hist. nat. Ind. c. 10. vidisse se incerta quadam argenti viui quantitate duas ferri iniectas libras instar ligni, atq; suberis in natare.

Tertium, cum aurum ab omni aliena concretione fuerit purgatum vi, atq; ope argenti viui, tum ipsum etiam argentū ignis ab amico seiungit auro: porrò purgandi, siue separandi, potius argenti viui ab auro artificium, quo vtebantur veteres, nescio an ætate nostra sit cognitū: quod eleganter Plin. ac breuiter hoc sermone explicat cap. 6. cit. lib. Omnia ei innatant, præter aurum, id vnum ad se trahit, ideo & optime purgat, &c. paulò ante à me relata, addit. In pelles subactas effunditur, perq; eas sudoris vice defluens, purum relinquit aurum: ante gnari nō erant prisci homines argenti purgandi beneficio argenti viui, quæ tamen eius est maxima proprietas: apparet hoc ex allatis Plinij verbis: disertè enim nullum ab eo comprehendi metallum scribit præter aurum; & quo loco paulò ante à nobis citato, de ratione purgandi loquitur argenti, de fusione eius tantum meminit. B

Verum quidem est amicius esse auro argentū viuum, quàm argento; quare difficilius argentum complectitur, purgatq; absq; vlla ignis opera: alia verò metalla præter hæc duo, ac si hostia esset, rodit, consumitq; & inimicè aggreditur, & quasi ab inimicis refugit: quæ caussa est, cur argentum viuum in vasis testeis, siue pellibus animalium conseruetur: nam ærea, ferrea, plumbea refugit, & corrumpit: venenum, inquit Plinius cap. 6. rerum omnium: exest, ac perrumpit vasa, permanans tabe dira: & hæc fortasse ratio est, cur Hieronymus Cardanus in subtilitatibus, vt aurum nominauit regem metallorum, ita argentum viuum, tyrannum: licet hoc rideat Scalig. exerc. 88. C

Reperitur etiam in tumulis defunctorū; nam consumptis cadaueribus exit purissimum: item intra medullas hominum, atq; animalium, quæ cum per os, & nares eius vaporem intus admiserint, gelatur, & sic ossa penetrat.

Quartum, quod euadit in minutissimas guttulas, nec vna quidem dissipata amittitur, sed hanc in partem, atq; illam dispersum, ad sese redit, ac si non posset interire, & corrumpi: ita Plinius sudorem nominat æternum.

Quintum, cum ipsius opera auum purgetur, & secernatur ab reliquis metallis, omnique fæce inaurandis tamen tabulis æreis, ferreis, aliisque operibus cuiuscunq; metalli, argenti viui beneficium requiritur. Ergo & cum æra inaurantur, inquit Plinius ibidem, subiitum bracteis pertinacissimè retinet. D

Sextum, cum grauissimum sit corpus, facillimè tamen in leuissimum conuertitur, scilicet vaporem, fumumue: elatus vapor, ac fumus, si

corpore impediatur solido, aut frigido, mox redit in liquorem grauissimum scilicet gelatus: cui si applices ignem, mox in fumum redit, fumus rursus in argentum viuum.

Septimum, ignem auersatur in tantum, ac refugit, vt nisi vias inueniat refugiendi, in sublime efferatur: quę si el obstruantur vię, hæret operculo, altiora, quantum fieri potest, appetens: neque vnquam gelatur, nisi arte Chymistarũ: quoniam plus in se aëris continet, quàm aquę, vt voluit Aristoteles.

Octauum, loco plano, & læui positum huc, illucq; excurrit, labiturque nec tamen humectat locum, vt aqua, & liquores alij; caussa est insita ipsi siccitas, quæ ipsum non patitur plano adhærescere.

E Nonum, purum inuenitur in locis humentibus, ex quibus aquæ stillantes in venas minij ipsum minium madefaciunt, irrigantque ita cogitur in sese, & quasi gelatur, & in argentum viuum conuertitur: quod si exsiccetur, redit in minium.

Quare non mirum, si factitium tantum agnouerint quidam argentum viuum, quod ferè gignatur in venis, & lapidibus minij: & ac tametsi ferè album sit, pro ratione tamen venarum, coloris est varij: docet enim Georg. Agr. lib. 10. fossilium, nunc instar Coccirubere, quamobrem idem in suo Bermanno à Græcis minij venam tradit ἄνθρακα Vitruuij testimonio vocari: nunc iecoris colorem referre, nunc esse nigrius: mirandumq; propterea, occultam fuisse, atq; ignotam hanc metalli speciem Indis, qui tamen minij venas effodiebant maximis & laboribus, & sumtibus nullam argenti viui habentes rationem: & subibant tamen in profundissimas, & altissimas specus, rupesq; deiiciebant, cauabantq; asperri- F mas, in quas si nunc audeant penetrare Hispani, exitum reperiant nullum: vt hic mihi veniant in mentem verba Plinij ca. 4. citati lib. rationem fodinarum describentis, & veterum illorum Gigantum præferentis audaciæ.

Tertia ratio opera vicerit Gigantum: cuniculis per magna spatia actis cauantur montes ad lucernarum lumina: eadem mensura vigiliarum est, multisque mensibus non cernitur dies. Arrugias id genus vocant, siduntque rimæ subitò, & opprimũt operarios: vt iam minus temerarium videatur è profundo maris petere margaritas: tanto nocentiores fecimus terras, & quæ apud illum per te ipse potes legere.

Ne Hispanis quidem ipsis acutissimis ingenio, & rerum experientissimis tantarum opum notitia fuit, nisi serò, anno scilicet 1566. Cum in illis minij venis metallorum peritissimus Lusitanus quidam Henricus Gartias deprehẽdit argentum viuum: venasq; detexit, quæ nominantur Hispanicè de Paleas in Guamagensi tractu, & quę dicuntur Guancanalicenses, quo infinita vis mortalium ad opus confluit: atque vna quidem de nomine appellata Sanctorum, siue Amatoris de Cabrera, altissima, durissimaq; est rupes 80. G patens in longum brachia, varas Hispani dicunt, in latum 40. in qua plusquam 300. mortales opus faciunt, quæ sola mille auri myriadibus æstimatur, id est, vn million d'oro. ita in Regione Potosina, si expensas demas, & pericula laboris, atque operis ad Regem Catholicum plus octo mille argenti viui Quintalium, vt ipsi dicunt, quotannis redit, hoc est, librarum nostrarum 1200000.

Plinij verò sermoni non dissimilem addam elegantiorem fortassis, atque vtiliorem L. Sen. lib. 5. nat. quæst. cap. 15. fabulam narrantis, sed à voluptate fabulæ, ad morum vtilitatem digredientis. Nunc mihi permitte narrare fabulam: Asclepiodotus auctor est, demissos quam plurimos à Philippo in metallum antiquum olim destitutum, vt explorarent, quæ vbertas eius esset, quis status, an aliquid futuris reliquisset vetus H auaritia: descendisse illos cum multo lumine, & multos durasse dies: deinde longa via fatigatos vidisse flumina ingentia, & conceptus aquarum inertium vastos, pares nostris, nec compressos quidem terra supereminente, sed liberæ laxitatis, non sine horrore visos. Cum magna legi hæc voluptate: intellexi enim sæculum nostrum non nouis vitiis, sed iam antiquitus traditis laborare: nec nostra ætate primum auaritiam venas terrarum, lapidumque rimatam, in tenebris male obstrusa quæsisse: illi quoque maiores nostri, quos celebramus laudibus, quibus dissimiles querimur nos esse, spe ducti, montes ceciderunt, & supra lucrum sub ruina steterunt.

Ante Philippum Macedonem Reges fuere, qui pecuniam in altissimis vsque latebris sequerentur, & relicto spiritu libero, in illos se demitterent specus, in quos nullum noctium, dierumque perueniret discrimen, & à tergo lucem relinquerent. Quæ tanta spes fuit? Quæ tanta I necessitas hominem ad sidera erectum incuruauit, & defodit, & in fundum telluris intimæ mersit, vt erueret aurum, non minore periculo quærendum, quam possidendum? Propter hoc cuniculos egit, & circa prædam luculentam, incertamque reptauit, oblitus dierum, oblitus naturæ melioris, à qua se auertit. Nulli ergo mortuo terra tam grauis est, quam istis; supra quos auaritia vrgens terrarum pondus iniecit, quibus abstulit cœlum, quos in imo, vbi illud malum virus latitat, infodit: illo descendere ausi sunt, vbi nouam rerum positionem, terrarumq; pendentium habitus, ventosque per cæcum inane experirentur, & aquarum in illis fluentium horridos fontes, & altam, perpetuamque noctem: deinde cum ista fecerint, inferos metuunt.

Ne exiguo quidem miraculo comprehendam prodigiosi huius metalli sermonem, paleæ cuiusdam Indicæ, cuius flamma metalla, quæ

argento

K argento viuo purgantur, facillimè liquantur, ac funduntur, quæ maximorum è lignis cumulorum igni vix cedunt: id quod etiam in auro Plinius olim pro miraculo habuit, ita scribens cit. cap.3. Præterea mirum, prunæ violentissimę igni indomitum, palea citissimè ardescere, atque vt purgetur, cum plumbo coqui. Colligitur hæc Indica palea ex Peruanis montibus instar sparti: Indigenæ Ycho nominant: vt magnæ Deo primum bonorum omnium auctori habendæ sint gratiæ, tum vero Roderico Torrensi inuentori.

Longior omnino essem, quàm scriptionis istius meæ postulet ratio, si velim argenti viui defodiendi, duriora argenti purgandi, huius ope, beneficioque modos, artemque explicare: tu historiographos rerum Indicarum consule, Tosippum maxime Acostam nostræ Societatis grauem, & doctum virum, præsertim libro 8. de hist.nat.Ind.cap.9. vsque ad 14.

En tibi versus in hist. Tzetzæ chil.6. num. 67. qui describunt quo modo primum argenti viui domini effecti mortales ex Lacezij traductione dicunt Hydrargyrum omnes, amare aurum. Fluuij autem volentes huius aliquod fluentum fu-
L rari. Cuniculos fodiunt multos, à fluuio longe, deinde equitem celerem aurea cingentes pelle, Iubent appropinquare quidem fluuij capiti, statim autem fugere, vt alatos rursum retro. In cuniculos autem Hydrargyros persequens incidit, ex quibus venientes sine auro colligunt illam. *A*

Atalanta triplex: Cotyttia quæ: de his aliquot notata, & emendata scriptorum loca.

CAPVT V.

A A verissima historia metallica ad fabulosam venio narrationem Duas facit Atalantas Lutatius in 7. libro Theb. Statij, & eum secutus Natalis Comes libro 7. Mythol. capite 7. & 8. Arcadicam vnam, alteram ex Schœno cursu nobilem, quam cum multi peterent vxorem, illa cursu probabat, nec maritum admittebat, nisi à quo superaretur cursu: Hippomenes astu à Venere doctus eam currendo vicit proiectis subinde tribus pomis aureis inter currendum, ita sistebatur puellæ cursus, dum colligeret poma: fabulam scribunt iam citati auctores, & Seruius in 3. Aeneid. librum, Apollonij Schol. in primum librum Argon. Sidonius Apoll. in Paneg. Authemij Ouid. 10. Metam. Fulg. in Mythol. Hyginus in fabulis, & alij plerique.

B Non ex Schœno patria alij faciunt, sed Schœnei filiam, quam & venationis narrant fuisse studiosissimam: Iasonem patrem nominat adductus Schol. errore vocabuli pro Iasionem, vel Iasium: maritum non Hippomenem, sed Hippomedontem. idem scribit non Arcadicæ, sed Argiuæ, cum tamen Steph. de vrbibus. Schœnum Arcadiæ faciat regionem de nomine Schœnei patria Atalantæ: Αταλάντη, inquit Schol. Ἰάσου θυγάτηρ ἣν ἔγημε Μειλανίων: ἄπιος γάρ ἐστιν ἡ ἀργεία ἡ σχοινέως, ἣν ἔγημεν ἱππομέδων: Iasonis filia quam duxit vxorem Milanio, nam alia Argiua filia Schœnei, quam duxit Hippomedo. Milanionem pro Menalionem Latini agnoscunt, vt Ouid. & Propert. qui mutuati sunt à Græcis, Musæo in Leandro, & Hero. Virgo non te latet ab Arcadia Atalanta, quæ olim Milanionis amantis fugit cubile: *A* imitatus Propertius illis versibus cecinit libro 1. eleg.1.

Milanion nullos fugiendo Tulle, labores C
Sæuitiam duræ contudit Iasidos.

Licet aliter nónnulli docti legant; & meminit lib. de venat. Xenophon. eandem videtur adamasse Meleager. vt indicat Ouid. & Diod. Siculus lib. 4. Hylæus, non Psilacus, vt corruptè legitur,

A quo Milanion percussus vulnere rami
Saucius Arcadiis (vt Prop. ibidem canit) *rupibus ingemuit.*

Et Ouid. 2. de arte amandi lib. quo Atalanta syllaba 2. enunciatur producta, cum altera prima, & secunda breui proferatur. Palæphatus μειλάνιον vocat: ita confusa sunt apud Græcos nomina, vt & ipsa fabula: videtur autem deflexum nomen ἀπὸ τοῦ μῆλον, καὶ ἀνύω, quòd innuit illo versu Theocrit. 3. Idyll.

Μᾶλ᾽ ἐν χερσὶν ἑλὼν δρόμον ἄνυεν.

Hoc est, mala manib. tenens a tenens a cursum perfecit. quare non malè scriberetur Melanyon ad mores accommodanda hoc modo fabula ex dicto illo S.Io.1.2. Omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ: hæc mala sunt aurea, quibusdam frui volumus, noster ad salutem æternam retardatur, aut impeditur cursus. D

Idem Palæphatus, ferunt, inquit, Atalantam, & Milanionem in Leonem, Leænamq; conuersos, quòd in Dianę templo rem simul habuissent: sed res ita se habet. cum venarentur Atalanta, & Milanion, huic illa persuasit, vt in spelunca congrederentur, in qua Leonis, & Leænæ erat cubile, ita ferę eos lacerarunt, & cum non diu post exissent, feræ venatores socij eos esse crediderunt feras, & hoc vulgarunt.

Vnam potius ex his duobus confiemus Atalantam, vt conflasse videtur Callim. in hymno Dianæ, quam ἀκλῆρον vocat, id est, Apricidam, & Iasij filiam, quæ Hylæum, & Choceum Centauros amatores vim sibi molientes trucidauit, egregia sanè virago, sed cum virgo fuit: quæ idcirco, vt suspicor, Atalantę inuenit nomen, quod ἀτάλαντος γυνὴ esset viris, id est, par, & æqualis, quasi dicas, æqualis ponderis cum viris, propter studium venationis, cursusque velocitatem: nisi forte confusa dicamus à Callimacho poëtarum

E more vocabula: ſic ergo ille. quæ vir doctus ita conuertit latinè Iacobus Crucius Bonon.

Dum ſpectas, pariter pernix Atalanta probatur
Arcaſide. Iaſij ſoboles, quæ ſuſtulit Aprum,
Hancq́; doces agitare canes, hanc ſpicula certa
Mittere, curuatoq́; inflectere poplite neruum.
Quiſquis ad Ætolum clarus conceſſerat Aprum,
Hanc laudant, & adhuc durant inſignia palmæ,
Arcadia accepit ſuſpendens poſtibus altis:
Nuncq́; feræ dentes monumenta perennia ſeruat.
Haud ego crediderim Hylæum, Rhæcumq́; furentem
Ad manes damnate arcum, certasq́; ſagittas,
F *Quanquam hoſtes, fixæ arguerent namq́; illa falſos.* B

Tertia tamen, vel ſi hæ duæ vna ſunt, ſecunda eſt alia Atalanta, non ita multis nota Acaſti filia, à Peleo adamata, immò Acaſti vxor Peleum deperiens, quem cum ſolicitaret ad concubitum, iſque non aſſentiretur, peruerſa mulier detulit apud virum, quod eam de concubitu tentauiſſet: facile vxori credens Acaſtus inſidias Peleo molitur, qui inſidiis cognitis Acaſto mouet bellum adiutoribus Tyndaridis, & Iaſone, cuius fuerat ſocius nauigationis, & qui ſimultates gerebat cum Acaſto: Ita eius regiam vrbem capit, & impudicam feminam mactat: narratio; hæc Suidæ eſt latinè à me, vtcumque reddita.

Eiuſdem nominis fons erat in portu Cyphantarum, quòd venatrix Atalanta defeſſa venatu ibi quietem cœpiſſet, & percuſſa venabulo petra fontem excitaſſet: Triremis item nomen ab Heroina neſcio, an hac Atalanta: & exigua Inſula è regione Locrorum Opuntiorum in Eubœa Eubœæ olim iuncta: nam interruptam, atque auulſam, vt Italiæ Siciliam, &c. ſcribit Plinius libro ſecundo capite octuageſimo octauo extremo: & Seneca 6. lib. nat. quæſt. cap. 24. ex Thucyd. cir-
G ca Peloponneſiaci belli tempus, aut totam, aut certè maxima ex parte ſuperfuſam: Altera item, vt ait Strabo lib 9 contra Atticam.

Plauti eſt locus extrema Aului. quia mutilata. dixi verò extrema, quoniam quæ ſequuntur, ferè omnia addimenta ſunt codri vrcei. vbi herum ſuum, vt liberalem prædicat ſeruus, quo ſibi numorum aliquid auferat, cum reliquis comparans auariſsimis, ſi qua ſit oportunitas, harpagatum volunt, ſi Eleuſinæ ſit, facilem Deam creduant: ſi Cocytis, non videre, quid batuat, excuſus Mediolani liber initio huius ſæculi 500. Ita habet Sebaſtiani Gryphij poſt 94. annos Lugduni, Cocyto, vt & Roberti Stephani Pariſien. anno 30. vtrumque peſsimè, cum iam optimè Ioan. Bapt. Pius emendaſſet Cotytto, potius Cotyttus, vt ſit gen. caſus, hoc ſenſu: auari iſti, rapaceſque Domini arbitrantur vel nimis pios, vel cæcos, qui facinoroſis parcant, nec animaduertant, quos verberent, hoc eſt, puniant: ſi Eleuſinæ, inquit, Deæ ſit, quod furantur ac rapiunt, Deam
H facile propitiandam dicunt: ſi Cotyttus, eam non animaduertere, quem afficiat pœna, alium pro alio punientem: batuere enim ferire, & percutere; vnde noſtrum battere.

Cicero tamen libro fam. 9. ad Pætum epiſtol. 22. obſcœna accepit notione ſcilicet pro eo quod Græci dicunt, βατεῖν, cum mas feminam init: quo circa ſubiicit Plautus, ita neque amicis, neque cognatis, neq; Diis parcunt, dum bene parcant ſibi; vt ignarus omnino fuerit Georg. Merula in obſceno carmine nō videns legendum Raptam Cotytto oſtreoſa Diuam, pro Cotyttos, quam Proſerpinam ridiculè interpretatur, à loco inferorum, in quo maximè colebatur, dictam: inferorum autem quis neſciat fluuium eſſe Cocytum, ibi enim locus proprius eſt luctus.

Bene contra Domitium Cald. Ang. Politianus cap. 12. miſcellan. Cotytto legens, & quę Cotyttia feſta eſſent, ac ſacra explanans; in quibus de ramis fructus ſuſpendebantur & placentæ; & vulgo permittebantur rapiendę: ex quo natum prouerbium ἁρπαγὴ κοτυττίων rapina Cotyttis, ita fortaſſe alluſum ad hanc rapinam iſto verſu, quod latuit Politianum, de his lege Gir. ſyntag. hiſt. de Diis Gent. 6. in Proſerpina, & non nihil Syntag. I
71 de celebr. & feſtis.

Cotytto verò, ſiue Cotys Dea præſes turpitudinis, & impudentiæ, quæ in honore erat maxime apud Ebonos Thracię gentem, inquit Strabo lib. 10. inde feſta Cotyttia, quæ & Bendidia, ſiue Mendidia erant Aegyptiis, ſi modo eadem, ab Hirco, quod animal eſt ſalaciſsimum, fortaſſe nominata, qui Aegyptiis eſt Mendes, & ſymbolum eſt turpitudinis: Herodotus li. 2. horum meminit Hor. in Epodo 18. Inuitus vt tu riſeris Cotyttia: tametſi Cotyn Deum marem faciat hoc ſermone in hiſtorico Suid. κότυς, δαίμων παρὰ κορινθίοις τιμώμενος. Sanè Corinthij gens olim Venerea, quorum petulantia iactata prouerbio κορινθιάζειν. Vide Chil. 1. cent. 4. prouerb. 1. & Chil. 4. cent. 3. prou. 68. & cent. 7. prou. 91.

Heſychio verò, ni fallor, κοτυττὼ dicitur feſtum Siculorum fruges & bellaria deripiēda in ramis ſuſpendētium. Athenienſium alij ex Thracia acceptum, C eratq; nocturnum, & celebrabatur la- K
ſciniſsimis peruigiliis, in quibus nullum non ſpurcitiarum genus non licebat, vt Romæ æuo poſteriore corruptiſsimo in ſacris Bonæ Deę: ſacerdotes Baptæ nominati à verbo Græco βάπτειν, quod tingere ſignificat, quòd calida aſperſi ſaltabundi, & inſtrumēta ſtrepitu excitando aptiſſima percutientes, vt ex Tragico poëta Aeſchylo tradit Strabo, & omni genere laſciuiæ vtentes agitabant: nam & Cotytto ſaltatricem fuiſſe Probus Gramm. notat. de his vtriſque cum inſectatione ita Iuuen. Sat. 2. ſcribit.

Exagitata procul non intrat femina limen,
Solis ara Deæ maribus patet. Ite profanæ
Clamatur; nullo gemit hic tibicina cornu;
Talia ſecreta colnerunt orgia tæda
Cecropiam ſoliti Baptæ laſſare Cotytto.

In quos Eupolis Comœdia, cui Baptæ nomen

dedit,

dedit, inuectus est flagitiis eorum detectis in odium potissimum Corinthiorum: ægrè illi ferentes poëtam in mare demerserunt. eius comœdiæ meminit Lucian. in lib, contra ineruditum.

L Cotys autem, vel Cotytto ab ira, seu furore, nam & ira furor est, inquit ille, sed breuia, quæ Græcè est κότος, quòd insanientium, & furentium more, vt in Cybelæ sactis, tumultuarentur: certè iram merebantur, atq; odium mortalium omnium hæ feriæ, quòd essent spurcissimæ.

Vel è Thracia ductum nomen, vt res: celebre omnino Cotyos nomen Thracibus fuit: duos commemorat Suid. Cotyas reges Thraciæ, alterum illustrem rebus, domi, militiæque gestis supra Thracem, moderatè, humaniter, liberaliter suis imperitantem: alterum mollem, & voluptuarium, quem res prosperæ vsque eo efferaruut, vt crudelitatis famosa ederet exempla vel Ipsa vxore, è qua susceperat liberos, media dissecanda principio à pudendis facto.

Eiusdem uominis alij fuerūt reges, vt is cuius apophthegma celebrat Plut. cum hic natura esset iracundior, & acerbius famulorum puniret errata, quidam ei aliquando delicatissima vasa fictilia, sed cælata elegantissimè detulit, quē donis remuneratus, mox confregit, quòd vereri se dicetet, si fortè ea confregissent famuli, ne eos grauius, quàm par est, multaret. M moderatius tulit Ferdiuandus Imp. & sapientius respondit, eum reficisset vitreum Castellum confractum, vitreum enim fuisse dixit.

De altero Tacitus li.2. ann. fratre Rhascuporidis, à quo & impiè trucidatus, cui mite, inquit, & amœnū erat ingenium, aduersum planè fratris ingenio: nam & litteris, ac poësi excultum Ouid. indicat eleg.9. li.3. de P. in cuius regno exul erat.

De altero Plut. Atheniensium hoste, quem Pytho occidit, cui cum in patriam reuerso gratularentur ciues, & certatim laudarēt publicè oratores, ille modestè, & planè sanctè respondebat. Deus aliquis hoc facinus fecit, manibus vsus meis, refert. Plut. lib. de se laudando, & libro qui inscribitur, præcepta gerendæ Reipublicæ.

Nemesin, & Adrasteam eandem esse, quis habitus, quòd officium eius; ex auctoribus loca pleraq; notata.

CAPVT VI.



A QVANDOQVE aggredior de Nemesi, & Adrastea scribere, vt fabulā exeipiae fabula, sed frugiferæ Nemesis hæc omnia significat apud Suidā μέμψιν, δίκην, ὕβριν, φθόνον, τύχην, hoc est, reprehensionem, supplicium, contumeliam, inuidiam, fortunam. Aristoteli adducto etiam à Plut. lib. de Homero, propriè affectus bonus est, cum boni ęgrè ferunt secundis vti rebus indignos; indignatio latinè vertitur: quemadmodum & miseratio, ἔλεος, cum ægrè ferunt malè esse bonis, quod etiam ab Homero disci ostendit. Ita in libro de cessat. orac. ex Hesiodo pudorem, iustamque indignationem exulare scripsit ab hominum vita.

Hanc veteres Deam finxerunt tanto errore, quanto & pleraq; alia, vt egregiè noster demonstrat Clemens Alex. in or. Hor. ad Græcos: cuius ego habitum per partes, officiaq; describam.

Suid. ex vetere quopiam ἀλαζόνων τιμωρὸν vltricem arrogātium facit; ex Aeliano ὑπερόπτας, ὑπερηφάνους κολάζουσαν contumeliosorum, ac superborū punitricem: quare, vt latini, si quid inuerecundius, aut arrogantius, siue omnino liberius est dicendum, veniam dicto precātur, aut innidiam deprecantur, exemplum est extrema epistola ad Apollinarem Plin. Iunioris li.5. epist. ita scribentis. Vsq; adhuc certè neminem ex iis, quos eduxeram mecum (venia sit dicto) ibi amisi; ita Græci vocabulo vti solent Adrasteæ, quæ idem est quod Nemesis quare Socrates apud Plat. lib.5. de Rep. eum nescio quod paradoxum efferret, adorare se dicit supplicem Adrasteam ob ea, quæ erat dicturus. Adoro autem Adrasteam, ô Glauco, eorum caussa, quæ sum dicturus. B

Pennatam, siue alatam fecerunt, quòd scelus vix patratum sequitur vltro, & pœna celerrimè comprehendit peccantes, nec diu sinit impios grassari: vnde illud Catulli ad Licinium, ne pœnas Nemesis reposcat à te; est vehemens Dea lædere hanc caueto. & Luc. lib.5.

Et tumidis infesta colit quæ numina Rhamnes,

Cum aliqui Rhamues legant alij Rhamnis, & Ouid. 2. lib. de Trist. eleg.8. & 14. Metam.

—memoremq; time Rhamnusidis iram

Exiget at dignas vltrix Rhamnusia pœnas.

Rectè ergo dictum à vetere quopiam apud Suid. Νέμεσις δ' ἴχνη παρὰ πόδας βαίνει, hoc est, Nemesis, siue pœna ante pedes venit, & facinorosum, cum is se tutum maximè arbitratur, tapit ad supplicium λάθρῃ ὑπὸ παρὰ πόδας βαίνει. clam ante pedes venis, & γαυριόωντ' αὐχένα κλίνει, hoc est, exultātem premis ceruicem: idcirco Pauf. lib.7. hoc est in Achair. C Deam definir inter omnes Diuas maximè irreconciliabilem esse petulantibus, siue vt hoc numen scias eorum potissimū ceruicibus imminere, qui amant, hoc est malè, quod in fabula Narcissi indicat Ouidius, & producto iam versu Catullus: adhibebatur eius simulacro frænum in manu, & cubitus. cur autem? declarat lib.4. epig. tit.12. duplex Distichon, alterum sic habet

Innuit hoc Nemesis cubito, frænoq; gerendis,

Sit modus in rebus, dictaq; frænum habeant.

Siue, vt vertit lib.48. Pierius in Hierogl,

Vna manu cubitum ostentat, gerit altera frænum

Illa modum serua, hæc admonet, os cohibe. A

Alterum est.

Contineo Nemesis cubitum, quæ caussa requires,

Nam cunctis iubeo rebus adesse modum. B

D Vide multa Chil.2. cent.6. prou.38. ne eadem repetam, & Pierinm lib. itē 36. & vt alia adiungam.

Omnino significant hæc symbola, & monent moderatè vt viuamus,& consideratè loquamur.

Eadem remuneratrix benefactorum dicitur: & quidem eiusdem est legis, & iustitiæ, tum malefacta vindicare supplicio, tum benefacta remunerari præmio: vtrumque complexus Arist. si modo Arist. lib. de mundo Deam intelligens, quę singulis pro cuiusq; meritis distribuit, vel beneficia, vel supplicia ἀπὸ τῆς ἑκάστῳ διανεμήσεως. Ita in Phędro Plato sub Adrasteę nomine, vt postea docebo,& 4. de leg. vbi docens verbis quoq; parētes honore afficiendos, quoniam, inquit, leuium,& volatilium verborū grauissima imminet pœna, quòd omnib. proposita est Nemesis indicij Angelus rerum huiusmodi consideratrix.

F Præclarè in hanc sententiam extremo ferè 14. lib. Marcel. hæc, & huiusmodi quædam innumerabilia, vltrix facinorum impiorum, bonorumq; præmiatrix aliquoties operatur Adrastea, atque vtinam semper, quam vocabulo duplici etiam Nemesim appellamus ius quoddam sublime numinis efficacis humanarum mentium opinione lunari circulo superpositū, vel, vt definiunt alij, substantialis tutela generali potentia partilibus præsidens fatis: quam Theologi veteres fingentes iustitiæ filiam, ex abdita quadam æternitate tradunt: omnia despectare terrena: hæc vt regina caussarum, & arbitra rerum, hæc disceptatrix vrnam sortium temperat accidentium vices alternās, voluntatumq; nostrarum exorsa interdum alio, quàm, quo tendebāt, exitu terminans, multiplices actus permutādo conuoluit: eadem necessitas insolubili retinaculo mortalitatis vinciens fastus tumētes in casum, & incrementū, ac detrimentum momēta versabilis vt nouit, nunc erectas mentiū ceruices opprimit, & eneruat, nūc bonos abimo suscitās ad bene viuendū extollit.

F Pennas autem ideo illi fabulosa vetustas aptauit, vt adesse velocitate volucri cunctis existimetur,& prætendere gubernaculum dedit, eiq; subdidit rotam, vt vniuersitatem regere per elemēta discurrens omnia non ignoretur. Aliis nominis notionibus has adiunge apud Steph. ex Phurnuto, à rege Adrasto, qui etiam primus statuit delubrum Nemesi, quod effugi non posSit, & non fieri: vel quod fiant semper quę ipsi placitant, quę Arist. est: multa de Nemesi,& Adrastea Eust. in 2. Il. & pen. & Git. hist. deor. Syntagm. 16. & Synt. 5.

Sic Romani ad bellum profecturi faciebant Nemesi, quòd eius esse crederēt malefacta etiam in victoribus punire: quare in epigr. Theætetus eam loquentem sic inducit, ego autem & nunc victoria Erechtidis Assyriis Nemesis.

Fortunam propterea pro Nemesi accipiunt, quæ tamen non fortuna erat, sed fortunæ vis, aut pars, vt indicat illis verbis Iulius capit. in Maximo,& Pupieno, à Lilio Giraldo partim emendatis, partim à me, quærens enim cur proficiscētes ad bellum Imperatores, munus gladiatorium,& venatus darent, breuiter, inquit, dicendum est.

Multi dicunt apud veteres hanc deuotionē contra hostes factam, vt ciuium sanguine litato specie pugnarum se Nemesis, id est, vis quædam fortunæ satiaret, sic emendandum; cum Lilius ita corrigat, se Nemesim, id est, vim quandam fortunæ, &c. tametsi in Plut. ad illud apophthegma Philippi, qui cum multi allati essent ad eum lætissimi nuncij, dixit, ô Nemesis, pro tot, tantisq; bonis aliquo me paruo infortunio castiga, fortunam interpretes vertunt: & Claudianus contra Alaricum pro fortuna accipiat, illo carmine G

Sed Dea, quæ nimiis obstat Rhamnusia votis
Ingemuit, flexitq; rotam—

Verum quidem est & Nemesi, vt fortunę, sub pedibus collucari rotam, quòd ab his ad illos facillimè transit pœna.

Iustitiæ filiam quidam faciunt, omnino iure: Iustitiæ enim est cuiq; suum distribuere, & interpretantur vim quandam inter Cælites discurrētem, quæ prima rerum iaciat semina, fatorum,& sortium iura temperet, emendetq; hominum rebus trutinā adhibens, & ima omnia moderans.

Aegyptij propterea supra lunam collocant, H quorum arcana mihi videtur apud Plutar. lib. de sera. num. vind. Thespesius referare his verbis, ex tralatione Xilandri, docens Adrasteam Iouis, & necessitatis filiam omnibus flagitiis vindicem supremo loco collocatam esse, neque malorum quenquam vel magnum, vel paruum vnquam fuisse, vt vel latendo, vel vim faciendo pœnæ se potuerit subducere: cuius ministræ sunt furiæ, quę alios aliter puniant tribus suppliciorum generibus. hue multa referre potes præclara ex Ficino in arg. 4. lib. de leg. Plat.

Imponitur & corona capiti, quid verius? omnium enim regina iustitia. læua ramum tenet fraxini, quia simulacrum illud monumentum erat Marathoniæ pugnę, quę naualis fuerat μηλίας male vertit ex corrupto codice Suidæ Pierius li. 54. Hierogl. qui legit μήλας,& iure corrigit Giraldus suo 19. Dial. dextra phialam eum Aethiopib. insculptis, quòd Oceani crederetur filia, Oceanum autem Aethiopes incolunt, quod item Hom. indicat lib. r. Il. Phidiæ opus, Pauf. inquit fraxinum habuisse propterea Suidas notat, quod primum Veneris habitu statua ipsi erecta fuerit, in verbo Rhamnusia, consentiens Straboni, atq; Eustathio neganti esse Phidiæ, sed [illegible] com. in 2. Il. & Tzetzi in hist. Brod. in 1. lib. epig. tit. ac. I

Producit plures Cypriorum auctoris versus Ath. lib. 8. c. 3. quibus Nemesim cum persequeretur Iupiter, vt eam, violaret, ostendit conuersam in piscem, quorum hoc initium post hos 3. Helenam vidit hominibus miraculum, quam olim ciuibus formosa Nemesis, amantis concubitu Iouis Deum regis peperit, vim ab eo passa, instantem enim fugiebat. C sed fuisse Ledam quidam volunt,& Helenam, Dioscurosq; eius filios distinguit Ausillo versu:

Hos genuit Nemesis, sed Leda purpurasfuit.

Sic

Sic Isocrat. in Enc.Hel. vide vt ex veteribus lepidam narret fabellam Iouis adulteri in his Brod. loco allato.

Strabo aliter,& Plin.lib.36.cap.5.narrant: huius verba sunt de Alcamene, & Agoracrito discipulis Phidiæ,certauere autem inter se ambo discipuli in Venere facienda: vicitque Alcamenes non opere, sed ciuitatis suffragiis contra peregrinum suo faueutis: quare Agoracritos ea lege signum suum vendidisse traditur, ne Athenis esset,& appellasse Nemesim, suspicor ab indignatione,nisi diuersa est narratio, aliter hoc narrat Ioan.Tzetzes Chil.8.hist.sui. cap.154. id positum est Rhamnunte pago Atticæ, quod Marcus Varro omnibus signis prætulit,ita Nemesis Rhamnusia appellata, uon ab Asiæ opido, ve quidam somniantur: Inde Lucanus lib. 5.

Et tumidis infesta colit, qua numina Rhamnes

Vt iam citaui & qui non poëtæ ita celebrant? Ca-
L tullus,Ouidius,Statius,&c. eadem Adrastea dicitur,& Aristot.lib.de mundo interpretaturque quam effugere, ac vitare posit nemo. indicat D & Plato in Phædro obscurè lex Adrasteæ hæc,qui animus Deum sequens coospexerit quidpiam veri E Strabo tamen lib. 13. diuersam assignat caussam,quod primus ei templum Adrastus cõstituerit,à quo Antimachi versus isti referuntur, qui & ab Eust.producuntur lib.2.Il.vbi de Adrastea,& Nemesi inuenies plurima, vt vertit Tiferoas, non malè.

Est Dea,quam Nemesin dicunt, Dea magna, potensq;
Quæ bona cælestium concessu cuncta Deorum
Possidet,hunc primus sacratam condidit aram
Fluminis Æsapi gelidas Adrastus ad vndas,
Hic vbi nunc colitur,atq; Adrastea vocatur. F

Quem Polynicis generum plurimi affirmant:
M quamuis alij prodant Aegialeum eius filium eo loco trucidatum. In quo ædes constituta fuit Adrasteæ: Steph.de Vrbib. narrat Adrasteam sumsisse nomen ab eiusdem nominis Nympha vna Orestiadum: sanè in Troadensi regione locus est Adrastea dictus de nomine Melissai filiæ, quæ ibi regnauit, ita Charax 2. lib. Hellau. quare vtrumque nomen sæpe copulatur:verum hoc esse in magno Thesauro ling. Græcæ auctor eius docet.

Demetrius Sceptius, vt est apud Suid. Dianam,& Nemesin eandem putat: ex Paus. monet Eustathius fuisse,qui Adrasteam,& Nemesin distinguerent; videtur fauere Strabo lib. 13. ita scribens. hoc in loco nullum nec Adrasteæ, nec Nemeseos templum extat: & Smyrnæi plures, inquit Paus. in Achaicis, venerabantur quarum matrem noctem perhibent, vt Athenienses patrem eius, quam colunt Rhamnunte, Oceanum.

Porrò notandum, Latinum eam non habere nomen, quòd duobus locis Plin. affirmauit lib. 11.cap.45. hac oratione, est post aurem æquè dextram Nemesios, quæ Dea Latinum nomen ne in capitolio quidem, inuenit; quo referimus tacto ore proximum à minimo digitum, veniam sermonis à Diis exposcentes,& lib.28. cap.2. alij Græcam Nemesin inuocantes, cuius ob id Romæ simolacrum in Capitolio est, quamuis Latinum nomen non sit: extat Ausonij Tetrastichon N
ex Græco in statuam Nemeseos detortum.

Non prætereundum silentio Lilium cit. Dial. suspicari versum, quem adduximus superiore cap. legendum sic esse. Raptam Cyzicos ostreosa Diuam, pro Cotytto: siquidem Cyzicos nobilis est in Propontide Insula ciuitas, quæ, vt refert Strabo lib.12.& Florus, aliique nomen accepit à Cyzico Rege, quem Iason occidit nesciens, vt ex Apoll. cecinit 3. lib. Argon. Valerius: in ea sapidissima nascebantur ostrea, vt habet Plin.lib.32. cap.6.verba hęc referens Muciani. Cyzicena maiora Lucrinis, dulciora Britannicis, suauiora Edulis, acriora Lepticis, pleniora Lucensibus, &c. & in ea magna religione colebatur Nemesis: quã raptam intelligit. Id est, à Ioue stupratam, quod tradit Hyginus in Astronom.& Crates in tragœdia,& Paus. Quomodo raptæ dicuntur Sabinæ, rapta Garamantis nympha, raptus Ganyme- O
des.

Testis est Strabo lib. 13. & Apoll. lib. 1. Argon. & campum Adrasteæ monumentum celebrans vbi Schol. Nepea agrum esse prope Cyzicum prodit, cuius meminit Callimachus in Hercule.

Nepya ager decantatus Adrastea.

Sanè coniecturam iuuat Lilij,quod lib.12. Strabo agrum Cyzico vicinum Adrasteæ nomine appellatum scribit. & montem Cyzico oppositum Adrasteam. & Plin. lib. 5.cap. postremo, Parum coloniam ipsi vicinam facit, quam Homerus, inquit, Adrasteam appellauit. Atque vt curiosis fiat satis, herba Adrastea dicta, quòd si quis imprudens eam gustauit, rabidus fiat sine remedio. ita Pesimachus.

Canum in cibis vsitatas olim carnes: per simile diuersorum eandem ob caussam contra Megaren. & Agrigent. & Rhodios dictum.

CAPVT VII.


EX Nonio, vt suspicor, Bapt. Pius in A
Casinam Plauti obseruat & longe antè Pium Fulgentius, esum Catulinæ carnis vsitatum olim fuisse: certè Saturione Plautus esitauisse Romanos indicat apud Festum, & Sextus quoque Empiricus 3. Hypothyp. libro in regionibus suis tradit nefarium iis vesci, cum Thraces, edere solerent, & fortassè Græci, quod Diocles quibusdam ægris dari præcipiat: probat Hippocrates lib. de superfetatione, lassas catulorum carnes comedere

præcipientis, & catulos pingues coctos lib. περὶ ἀφόρων, & collaudar Oribasius ex Mnesithei sententia collect.1.& Plin.lib. 29. cap.4. Catulos Lactenres adeò puros existimabant ad cibum, inquit, vt etiam placandls nnminibus hostiarum vice vrerentur his: genito mane catulo res diuina fit,& in cenis Deotum etiamnum ponitur catulina: adiicialibus quidem epulis celebtem fuisse, Plauri fabulæ sunt indicio.

Nec putes catulinam solum, hoc est, canis Lactentis. & Iunioris esitaram: esitabatnr & canina, hoc est, canis maioris: certe Hippocr. lib. de Inrernis morbis, id est, περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν Licne laborantibus hanc præcipit comedendam pro obsonio habeat carnes canis maiotis. *A* & lib. qni hunc præcedit. περὶ παθῶν carnes corpori leuissimæ caninæ, volncrium, & leporum coctæ. *B* & Plin. loco citato, non medicinæ tantum caussa edi solitam, sed & cibi perspicuè declarat.

Memini legisse me aliqnando Philosophum quendam Megarensium insanas substructiones, & in epulis luxum reprehendenrem dicere solitum, Megarenses ædificare, vt semper victuros, viuere aurem, vt mox morituros; prnducit S. Hier. epist. ad Ageruchiam de Monogamia: deque sui sæculi hominibus: eodem modn lusir epist. ad Gaudentium Viuimus quasi altera die morituri; & ædificamus quasi sempet in hoc sæculo victuri.

Conuenit sanè cnm Diog. in eos scommate, vt lib. περὶ φιλοπλουτίας de amore diuitiarum Plut. narrat, declarat enim præstare arietem esse Megarensium, quàm filium; quoniam cum instituere videntur, produnt, ac deprauant inserendo in eorum animis studio pecuniæ ac parsimonia. quasi munitum quendam in hæredibus locum ædificantes, in quo ruta conseruetur hæreditas: Hæc enim eos docent, ac monent, lucrator, & parcè viuito, tantique te ipsum esse putaro, quantum habueris. sumtum vldetur è sacris libris. in quibus mundi ciues se mutuò hortantur 1. ad Cor. 15. edamus, & bibamus, cras enim
C moriemur; quod plutibus verbis impij Sap. 2. prædicant.

Tertull. in Apoll. cap. 39. Diogenis affirmat esse dictum, in Chtistianos transferens contra mentita aduersus eos conuitia Ethnicorum, ironicè tamen: nam & cenulas nostras, præterquam sceleris infames, vt prodigas quoque sugillatis, de nobis scilicet Diogenis dictum est. Megarenses obsonant, quasi crastina die morituri, ædificant verò, quasi nunquam morituri.

Idem planè de Agrigentinis suis ciuem vsurpare solitum Empedoclem tradlt lib. 8. Laërtius hoc sermone ex tralatione Ambrosij: Agrigentinl quidem lta se deliciis quotidiè dedunt, ac si postridiè morlturi: domos verò ita ædificant, quasi perpetuò victuri: quod tamen Aelianus lib. var. hist. 12. cap. 29. attribnit Platoni hac oratione, Plato Aristonis videus Agrigentinos & ædificantes magnificè, & lautè cenantes, dixit, Agrigentini sanè ædificant vt semper victuri: cenant, vt semper morituri. C ait verò Timæus & D
iam vsos illos argenteis vrceolis, & strigilibus, & eburneos habuisse lectos.

Neque illud Aristotelis est dissimile. cum dicebat, alios ita parcos esse, quasi semper sint victuri: alios ita prodigos, quasi statim morituri essent. idem assignat Stratonico nescio cui in Rhodios luxu perditos libello sanè egregio de Cupid. diuit. Plutarchus. Rhodij ædificant vt immortales: obsonantut, vt quam citissimè morituri. est & Socratis simile, quod his versibus Alexidis Plut. opponit lib. de aud. Poëtis.

Edere, bibere, Veneris muneribus frui,
Accessionis omnia reliqua sunt loco. D

Ergò Soct. dicebat viuere improbos edendi, & bibendi gratia, probos verò edere, ac bibere vitæ caussa tolerandæ: neque abest quod sapienter aduersus omne genus mortalium scripsit Sen. lib. de breuit. vitæ ad Paulinum cap. 4. omnia tanquam mortales timetis: omnia tanquam immortales concupiscitis.

Huc respexit Fl. Vopiscus in Bonozo, qui bibebat quantum hominum nemo ita scribens. de hoc Aurelianus dicebat sæpè; non vt viuat natus est, sed vt bibat: tantum mingebat, quantum bibebat: amphoram pendete, nnn hominem, dictum, cum laqueo vitam finiuit. infundi- E
bulum hic erat vini. vt Diotimus, Athen. apud Ael. lib. 2. cap. 41. & Athen. lib. 10. cap. 12. imitatus hæc homo subtilissimus I.C. Scaliget exercit. 131. nu. 4. Sapientes bibunt, vt ne bibant; nebulones bibunt, vt bibant: sapientes coënnt, vt ne coëant: bruti coëunt, vt coëant.

Penè autem Christianè sermone de victu Musonius hęc scripsit, cibi deferendi caussa, non voluptatis, instrumentum est potus: atque in eum finem datus homlni venter, in quem & vniuersis plantis radix: nam quemadmodnm radix plantam suscepto exterius cibo nutrit, sic & venter animal ipsum importato intra alimento: & quemadmodum vitæ retinendæ gratia, non voluptatis, plantæ nutriuntur, sic homlnibus vitæ adiumentum, ac subsidium est cibus: quare edendum nobis, vt viuamus, non vt oblectemur, si modo præceprum illud Socratis optimum velimus sequi, dicere soliti, cæteros quidem mortales viuere vt ederent, se vnum edere, vt viueret.



In

In Cytiso errores quorumdam notati, & quid sit: Viperæ ostentum Vicecomitum familiare.

CAPVT VIII.

A MVLTI multorum in Cytiso herba, vel frutice potius explicando errores versantur. Dioscorides primum negligenter in ea describenda versatus est, vt eum perstringens Marcellus Virg. obsernaoit lib.4.cap. 104. deinde herbam putanit, vt Amphilochus apud Plin. lib. 18. cap. 16. & quibusdam visus est Plin. sed certè Plinio frutex est; oam ibidem post habitam de nonnollis herbis otationem, de Cytiso, inqoit, eni & ipsi principatos datur in pabulia, affatim diximus inter frutices.

Pro herba quoque habnerunt quorquot trifolium esse maius dixerunr: præter Dioscorid. Ioan. Rnellius lib.3. cap. 125. Marcellus loco citato Volaterr. lib. 26. Philol. & Marthæolns lib. 8. cap. 108. indnctus à Plinio. Cur autem? qnia, vt air Ruell. lib. 1. cap. 9. non longè à trifolio abest foliis: sed hoc tantum Plinius lib. 13. cap. 24. breuiterque si quis exprimere velit similitudinem, angustioris trifolij frutex: in hoc tamen discrepat à cæteris Matthæolus. quòd illi trifolium vniuersim dicunt, ipse trifolium equinum, siue trifolij odorati genus, quod postea lotom esse vrbanam agnooit: & sanè vtriusque folia fricata manibus odorata sunt. Cytisi tamen folia, vt notat Ruell. lib 3. cap 35. subolent Erucam, Lotus, siue Melilotus, magis Crocum.

At posteriorts curæ sapientiores: ita deinceps Matthæolus sapuit, neque hoc trifolium esse, neque herbam, sed fruticem scribens, qui cultura arborescat, Galeni impulsus oratione primo libro de Antidotis, & Plinij duobus locis in meo
B codice perperam notatis, qui sermonem transtulit Theophrasti lib.5. de histor. plant. & Strab. lib. 16. & Colum. lib. 5. penè extremo, &c. in eam it sententiam, vt descriptum à Colnm. & Plin. Cytisum se putet inuenire in regno Neapolitano copiosum, alibique cum Plin. miretur cap. penult. lib. 13. rarum esse in Italia, & Hermolaus in Coroll. subscribit, ac Marcellus eodem loco & ego lapsus aliquando pro Cytiso habens herbam. seu fruticem quendam Lactei succi capris gratissimam, & mulieres tamen si Lactis inopia premnntnr, Cytisi aridè macerati succo epoto valent, & infantes Lactis abundantia confirmantur, Col. lib. 5. cap. vltim. & Plin. libro 13. capite 24.

Vereor ne & Colnm. erret cap. 28. lib. 13. ita scribens Cytisum, quem Græci aut ??? aut ??? vocant, quam plurimum habere expedit, quòd Gallinis, apibus, ouibus, capris, & omni generi pecodum vtilissimum est: quanquam verum est huius orationis posterius membrum; nam propterea multi propè aluearia, inquit Dioscor. & Plin. lib. 12. cap. 12. serunt, quòd apes alliciat: ideoque agoi folium, hoc est, ἀγρόφυλλον Hesych. vocari tradit, quod gratissima sit pabulo eorum, immo & ooium, caprarumque, inde illa ex Theoctito imitatio Virgilij Eccl.3.

—Lupus ipse capellam
Florentem Cytisum sequitur lasciua capella.

Vnico versu ita Græcus extulit idyll. 10.

Ἁ αἶξ τὸν κύτισον, ὁ λύκος τὰν αἶγα διώκει.
Capra Cytisum, lupus capram sequitur.

Iac. Daleeamp. ita describit, frutex est hominis fere altitudine, ramis multis canis, folio fænigræci, perpetoo, flore pisi luteo nigris maculis compuncto, semine Genistæ siliquis abdito: tadice pro fruticis proceritate crassissima, alba, in profundum obliquè acta, carnosa rhaphani modo, tenera gustu subdulci: floret hieme tota vsque ad vetnum æquinoctium: æstate siliquator, fructom autumno perficit. folia trita prorsns erucam olent, & gustata Cicer recens sapiunt. &c. ac licet ab aëris iniuriis liberum affirmet Plin. non est ramen liber, si ex loco in locum transferarur vel in magno frigore, vel æstate feruentissima: qood accidisse Lugduni testarur idem Dalecamp. Gul. Rouillius lib. hist. planr. 2. cap. 64. diuersa commemorat genera Cythisi siue potius Cytisi, vt Matthæoli, Gesneri, Dalecampij; duplicem pæne: Hispanum quadruplicem Clnsij, Tragi. quin & Alysson fruticans sub Cytiso reponunt Lobellius, & alij. Vide Gul. Rou. loco citato.

Maius Conradi Gesneri cum aliis peccatum C volum. de Quadrup Coluteam Theophrasti per se locis in Italia siluestribus nascentem falsò habentis pro Cytiso.

Veritatem aperit Colum. lib. 9. cap. 8. eum duplicem facit Cytisum satiuam alteram, alteram, quæ sponte oritur sua, vt Plin. lib. 13. cap. 24. & satiuam, quod colatur, arborescere, ita fruticem esse: quæ culturam non habeat, herbam manere. indicant suis verbis Plin. & Gal. pro Matthæolo adducti: qoamobrem & herbam esse, & fruticem puto, atqoe illum qnem Matth. suspicarur, immo pro indubitato habet, qui si non est, ignotus nobis est: ac nescio, an vnquam visus in Italia sit frutex, qui totus albescat, vt Dioscor. ait, aut canescat, vt Plin. quique non æstus, non algoris, non grandinis, aut niuis expauescat injuriam, quibus tamen malis omnibus immunis Plinio est Cytisus. portò eius lignum rotum esse osseum, nigrumque instar Ebeni Plin. docuit cap. 40. lib. 17. & cap. 4. lib. 1. Ruell.

Errat Seruius in Versum Maronis productũ, D scribens dictum à Cytisa ciuitate, in qua nascitur: at vbi nam gentinm hæc Ciuitas est? melius

à Cy-

à Cythno insula Cycladica diaisser, ea qua per totam dispersus Græciam, atque Italiam magno casei prouentu vt ex Plinio Marcellus ibidem asserit, & Ruell. lib. 1. cap. 20. tametsi dici potius Cythnisus debuerat, certe quidam Cythisum scribunt: quid si à Græca voce κύτ⊙ diacris nominatam, propter quandam foliorum caultatem? & Cytisum alij Cythisum etiam neutro genere efferunt, vt Varro lib. 1. de re rust. cap. 13. & lib. 3. c. 16. vbi tamen gratissimam esse herbã apibus cum thymo docet, ideoque Veianios fratres in Hispania obseuisse hortum, in quo apes, thymo & Cytiso, & apiastro: tum valentibus vtilissimum esse: etenim ab æquinoctio verno florere incipit, & permanet ad alterum æquinoctium autumni.

Princeps clarissimæ Vicecomitum in Insubria familiæ Otho is fuit, qui familiaria domus insignia Viperæ cohonestauit imagine, quod ego ante multos annos legi, opinor, in Tyrio sacri belli scriptore vetusto, & in Iuniotibus Copio
B Medinlan. & Mutinen. Sigonio: hanc ille accepit ab euentu pugnæ. Vollux erat Saracenorum trans Iordanem princeps, cum Ierosolymam Christiani obsiderent: cum eo ex prouocatione singulari bello pugnauit Otho Vicecomes, & victo, atque occiso spolia detraxit, inter cætera galeam cuius in cono septem in gyros conuoluta eminebat Vipera hiante ore hominem vorans, ille in suæ transferens cnnum victoriæ monimentum addita octaua spira transmisit posteritati.

Ex eadem ostentum victoriæ datum alteri eiusdem familiæ insigni viro Actio, qui Mediolani tenuit principatum, Azonem barbare dicunt: rem à feadolescente auditam, tum literarum memoria consignatam Franc. Petracha ita ferè describit lib. 1. de reb. memor. tract. 6. cap. postremo. Actium iussu Patris Castrutium ducem ad bellum contra Bononienses secutum, cum forte ex equo descendisset, in agro quieuisse; in eius dormientis galeam irrepsisse Viperam: eum eacitatum, cum capiti imponeret galeam, nulla interriti iuuenis noxia sibilantem horribiliter feram per decoras ipsius genas sensim delapsam: eam ille liberam non minus gratè, quam generosè abire passus ad omen traxit victoriæ, cui magno ipse fuit adiumento.

Mihi visa est scita res dignissima.



Amazones fuisse non incredibile: earum tria genera extitisse obseruatum: & scriptorum verba de iis enucleata.

CAPVT IX.

TRIA omnino fuisse genera Amazonum obseruo, Scythicum, Libycum, Aethiopicum: & primum quidem ad Tanaim, Mœotidem paludem, ac Thermodontem habitauit, cuius origo traditur varia. Antiquissimus Herodotus in Melpomene, hoc est, lib. 4. cum de Sauromatis agit, narrat Græcos olim, quo duce, aut sæculo non indicat, pugnauisse cum Amazonibus ad Thermodontem, & expugnauisse, adduxisse, quotquot potuerunt, nauibus captiuas: ab ipsis per insidias in mari ad vnum victores omnes trucidatos: ita ad præcrupta Scytharum loca circa Mœotidem paludem casu delatas, & cum prædas agere ex agris cœpissent, bello à Scythis appetitas, ac victas, cum haberentur pro viris, agnitum ex cadaueribus esse feminas, publico decretum consilio, ne occiderentur, sed per suos iuuenes ad societatem allicerentur: itum vltrò, citroque donec iunctæ matrimonio Scythis longius à Mœotide trium dierum itinere processerunt, teneruntque eam regionem, quam nunc, inquit, incolunt, extrema scilicet Cappadociæ ac Ponti loca, vt ego ex Strabone intelligo: quamobrem Sauromatarum vtuntur viuendi, & vestiendi in bello ratione: venationem autem vel solæ, vel cum viris exercent: nec prius vlla in matrimonio collocatur, quam hostem trucidauit: ex quo pleræque decedunt anus etiamnum innuptæ. A

Ea hoc genere gens duplex Amazonum facta, scilicet Thermodontiacarum, & Sauromatidarum, de quibus Mela lib. 1. in Asia, & lib. 3. in Scythia, priores ab Hercule expugnatas ante bellũ Troianum. lib. 4. de Fabul. antiq. gestis Diod. Siculus tradit, & priore loco Mela vltra Caspium B
sinum locat. hinc illa Plinij verba lib. 6. cap. 7. de gentibus circa Mœotin. primò Sauromatæ Gynæcocratumenî, vnde Amazonum connubia. regna quidam legunt: de alteris, omne tamen significans earum genus, ita Propert. lib. 3. cecinit ad Sparten. eleg. 3.

Qualis Amazonidum nudatis bellica mammis
Thermodonteis turba lauatur aquis.

Vtrumque Claud. lib. 2. de raptu Proserpinæ vna est complexus

Thermodontiaca Tanaim fregere securi.

à Thermodonte ad Thanaim indicans venisse: de quibus hæc lib. 11. Strabo in montibus qui supra Albanos sunt, Amazones sedem habent: & ex auctoritate Metrodori Scepsij, Hypsicratisque locorum peritis ad septentrionem Garga-

rensibus

rentibus finitimæ sub radicibus eius partis Caucasi montis, qui Ceraunia vocantur: qui quidem cum Amazonibus ex Themiscyra (ea verò est in Cappadocia) consederunt. Enim verò agrum quadam colunt, præcipuè verò equos nutriunt, & robustiores ex equis venatione, & pugna belloque exercentur tectæ ferarum pellibus: duobus veris mensibus proli suscipiendæ
C operam dant cum viris Gargarensibus. Sed in tenebris, vt quem cuique sors offert: grauidæ abeunt, feminas sibi retinent, mares transmittunt ad viros.

Confundi hic à quibusdam Caspias portas, ac Thermodontem contra omnem Geographicam disciplinam iniquè fert optimus Geographus Clitarchum illum reprehendens, qui Thalestriam Amazonê commemorat à Caspiis portis, ac Thermodonte profectam ad Alexandrũ, quod hæ portæ amplius sex stadiorum millibus ab hoc flumine distent: idê lib. 12. prodit Ephorum Amazonas inter Mysiam, & Cariam, Lydeamque prope Cumam locauisse, nimio plus patriæ amantem, id est, Cumæ: quod ego ab eo tempore accipio, cum è Ponto expulsæ minorem Asiam occuparunt, ædificaruntque in ea magnas vrbes Ephesum, Smyrnam, Cumam, Magnesiam, Paphen, Myrinem: quod ipse fabulosum putat lib. 11. & Homerus tamen, vt idem notat lib. 12. in media Græcia gentem esse Amazonum canit in Catalogo, si modo Amazonum,
D & non Alizonum legatur: vertens quidam Halizonum legit optimè.

Duxit Halizonum turmas, & Epistrophus acer,
Et Diuus ex Alybe, terra procul aduenientes. A

Quæ vt Iliad. libro tertio scribitur, armis Troianis vsæ sunt aduersus hostes. Priamus loquitur:

Tempore, quo fortes aduersus Amazonas armis
Castra super Sagarim sua metabantur amœnum
Auxilium quibus ipse ferens in castra receptus, B
Et Castra præfectus—

Qui Strabo. locus ab interprete malè conuersus reddit sententiam Straboni repugnantem. Obiter moneo mihi esse nouum quod Byzantius adnotauit Steph. lib. de vrb. Amazonas à Græcis Sauromatidas appellatas, quod Lacertis vescerentur; Lacertam enim Græci σαῦρος vocant: addit tamen vel quod in Sauromatica Scythia habitarent: Sauromatidas potius ab Origine puto nuncupatas. Ad Tanaim, ac Phasim collocat. Papinius in siluis de ludis scribens Domitiani, in quibus feminæ committebantur, quod item narrat in eo Tranquill. cap. 4.

Hos inter fremitus, nouosq, lusus
Stat sexus rudis, insciusq, ferri
Et pugnans capit improbus viriles
Credas ad Tanaim, ferumq, Phasim
Thermodontiacas calere turmas.

E Diodorus narrat lib. 3. de Fab. ant. gestis populum Mediæ pone Tanaim colonum, Sauromatas appellatum, qui Scythis deuastatis, eorumque principatu deficiente, vtar enim tralatoris non mali Poggij Flor. verbis, regnasse feminas vt viris nihilo virtute inferiores, à quibus & Cyrum cum ingenti exercitu superatum, captum, cruci affixum: earumque vires adeò claruisse, vt non solum multas vicinas gentes, sed magnam Europæ, Asiæque partem subegerint: primum autem fuisse apud Thermodontem, deinde propinquas omnes gentes vsque ad Tanaim flumen suo imperio addidisse; tum exercitu vltra Tanaim traducto omnes eius oræ gentes ad Thraciam vsque deuicisse: tandem ad alteram fluminis F partem versis armis Asiæ loca vsque ad Syriam bello subiugasse: earum postea regnum ab Hercule deletum, profugam tamen Penthesileam auxilio Troianis fuisse, atque ab Achille post Hectoris cædem interfectam, postremam fuisse Amazonum, ita deinceps eius gentis reliquias paulatim defecisse: vt falsum sit, si hoc verum, quod de Thalestri, siue alterius nominis Regina Amazonum, multi narrant, conuenisse eam Alexandrum Macedonem, suscipiendæ ex eo prolis caussa, narrat Diod. Sic. lib. bibl. 17. in anno Alex. 7.

Earundem meminit lib. 22. Marcellinus, qui aliunde ad Thermodontem ab Armonio defluentem monte, & Themiscyreos interfluentem locos migrare necessitatem ait subegisse, cum penè contritæ in Attica fuissent: per te ipse lege, quæ miserando plane stylo Græcizans hic auctor persequitur.

De his item Plut. quæst. Græc. num. 56. originem Panæma declarans: & Iustinus ex Trogo lib. 2. earum hoc principium esse docens. Cum magna Asiæ pars tributum penderet Scythis, Plinus, & Scolopythus iuuenes Regij per optimatum factionem domo pulsi ad Thermodonta fluuium in Cappadociæ ora cum ingenti popularium manu consedere: hi deinceps rapto viuere assueti, post aliquot annos in finitimorum insidias lapsi cũ toto exercitu periere. Mulieres illorum ipsa viduitate efferatæ, seque, suosque fines validè aduersus omnem hostilem iniuriam tueri, vltrò quin etiam vicinis bellum inferre cœperunt: Connubium velut seruitium G auersatæ, quidquid virorum clades illa sibi reliquum fecerat, communi consilio obtruncarunt, &c.

Probat Ioannes Magnus lib. 1. hist. Goth. narrans Gothos à Scandia insula egressos Scythiam occupasse anno post diluuium 836. agitatosque intestinis bellis post mortem Tanausij Regis Filino, & Solophito Ducibus Cappadociam Ponticam inuasisse, & in Themiscyreis campis ad Thermodontem cæsos ad internectionem insidiis incolarum: Vxores superstites coniugum occisoribus trucidatis fines imperij sui longè, lateque extendisse vt mihi videatur hæc ex hac Iustini narratione transtulisse, &c.

Confir-

Confirmat Volaterr. lib. 23. Anthropol. & Alb.
H Crantius lib. 1. Sueciæ, cap. 7. legi quoque Aurelianum, qui postea Imperator fuit, equitatus præfectū sub Iuniore Claudio in Illyrico maxima strage Gothos affecisse interfecto duce Canobaudo, &c. & 10. mulieres virili habitu pugnantes captas, & ductas in triumphum, quas ex Amazonum genere fuisse existimatum.

Easdem in terra Attica fuisse Plato tradit in Menexeno eius hæc oratio. Eumolpo igitur, & Amazonibus in regionem cum exercitu progressis, de quibus in carmine de situ orbis, boc est, *περιηγήσει* Dionysius Afer loeans ad Thermodontem; quas & Plinius intelligit lib. 6. cap. 13. in Scythico reponens Oceano, & Sallust. ad campos Threicios fecus Borysthenem, qui in pontum Euxinum influit ab Tanai flumine, incertum, quam ob caussam digressas: verè: nam Thracius Bosporus Ponto Euxino est vicinus in Ptol. tab. 9. Europæ.

Iisdem hæc verba conueniunt Tertull. lib. 1. aduersus Marcionem ipso fermè initio nec feminæ sexu mitigantur secundum pudorem, vbera excludunt, pensum securibus faciunt, malunt militare, quàm nubere. Et nimis iam multa de primo genere.

Alterum fuit Africanarum, siue Libycarum,
I indicat Silius lib. 2. & earum originem Siculus Diod. lib. 2. de fab. ant. gestis cap. 11. enarrat confutata eorum sententia, qui solas fuisse Thermodontiacas voluerunt, cum Libycæ multis ante Troiana tempora sæculis floruerint; & queritur res præclarè ab his gestas antiquioribus, peruersè attributas Scythicis iunioribus ab historiographis, ergò Reginam illarum Myrinam bello vicisse finitimas Gorgonidas, & tria earum millia vel fraude, vel vi capta reliquis ad siluestria loca confugientibus; quæ cum maximam cædem victricium patrassent feminarum per negligentiam vigilum, ex cadaueribus occisarum inditum nomen cuidam loco Amazonum tumuli: eas, cum varias peruagatæ fuissent regiones, vel suo imperio subiunxisse, aut ferro, flammaque vastasse, sed armis confectas à Mopso Thraciæ Rege, & Sypilo Scytha; ad has refert quod scribitur à plerisque Amazones coriis ar-
K matas serpentum rem bellicam exercere: sanè Libya ferax est serpentum.

Hęc mihi magis videntur esse fabulosa, quàm quæ de primo genere prodita fuerunt; quæ & habent pro fabulosis Strabo, Palæphatus, vt Diodorus: vtrumque genus ipso suæ historiæ titulo profitetur. Equidem originis, & narrationum diuersitas index est mendaciorum, quæ & multa, & magna fingunt scriptores, vel à poëtis ficta commemorant.

Magnus in primis auctor Hippocrates fabulosa cēset lib. de vulneribus capitis qui & mores Amazonum hac breui oratione persequitur. fabulantur quidam Amazonidas masculei generis sui, cum adhuc infans, aut ingenibus neruos incidere, aut incoxis, vt fiant claudi: atque his vtuntur ad artes mechanicas, vel sutorum, vel ferrariorum, vel ad aliud id genus sedentarium: qui libro de aëre, aquis, locis, taciro nomine probare videtur, vt vera.

Ego non video, cur gens hæc esse non potuerit bellicosarum feminarum: Scimus certè in singulis nationibus, quantumuis licet Barbaris, multas excelluisse egregia virtute, ac robore animi, corporisque feminas: & tertiū genus Amazonum censeri nostro æuo ab auctore verisimo Franc. Aluaresiò in Aethiopia: & suas prædicant Amazonas Boemi; Dieruixas nominant. quarum princeps, Duxque Vlasta pueris, & adole-
L scentibus dextros amputare docuit pollices, & dextros oculos eruere, ne per ętatem aut gladios tractare, aut sagittam, seu telum iaculari possent: & matronis ad se in arcem quandam confugientibus auctor fuit mariros nocte vna è medio tollendi. lege Dubrarium lib. 2. rerum Boemicarum.

Porrò non valde longa oratione primi tantum generis Amazonum res præclaras M. A. Sabellicus est prosequutus Enneade 1. lib. 5. pro fabulis quidem habens. & quasi rsmen veras enarrans ex antiquis Herodoto, Strabone, Iustino, Q. Curtio, Diod. Siculo, quibus adde recentiores Cœlium Rhod. multis locis aut. lect. Natalem Com. lib. Mythol. 7. cap. 1 de Hercule, & cap. 9. de Theseo, qui cum Amazonibus decertarunt: attigerunt & poëtæ præsertim Apoll. lib. 2. Argon. Q. Calaber lib. Paralip. 1. Valer. Flaccus libro 5.

Quæ origo nominis Amazonum: quæ ex ipsis ducta prouerbia.

CAPVT X.



A SINGVLARE omnium sæculorum exemplar fortitudinis Amazonum gens fuit, de cuius egimus origine, & factis; nunc de nomine. Amazones, & Amazonides nominatæ, illud tritissimum, hoc non item. Hom. 2. lib. Il. secundum hoc fortasse primus inuenit, vsurpant poëtæ iuniores Apoll. lib. 2. citato, vt imitator Val. Flac. lib. 4. eiusdem inscript. & arg.

Indita Amazonidum, magnoq; exorta Gradiuo Gens ibi—

Et Dion. tralatore Prisciano:

Sauromataq; truces, gens aspera Martis in armis
Sanguis Amazonidum fortis, quos protulit olim
Sauromatis mista, quæ Thermoodonte relicto
Ingentes genuere viros, belloq; potentes. A

Orph. in Argon. B interpres; Hinc & Amazonidum turmæ panduntur equestres. & Pind. ad Olymp. 13. C & alij, Athenæus quoque libro 11. Virg. 1. Aen.

Dusit

Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis
Penthesilea furens. ——

Et Propert. superiori cap. productus, & reliqui Latini ob versus, opinor, commoditatem, ab A-
B mazonide Nympha sumtum nomen, inquit, Stephanus, vt quidam citant: ego in eo non inuenio, Samornæ filia, siue ab Amazone Dianæ sacerdote Ephesi Regina: diminutiuè alij per paragogen, alij tam esse volunt primitiuum, quàm Amazonum: Platoni, si modo is auctor, in Axiocho est adiectiuum περὶ τῇ ἀμαζονίδι στήλῃ, vt nobis Amazonia.

Sed huius vocabuli, vt & Amazon vera, & sola origo est, quæ maximis est probata scriptoribus Strab. Diod. Q. Curtio, Iust. Herod. quibus non? ab vnica mamma, siue mammæ priuatione, à scilicet priuata particula & μαζὸς, quasi μονόμαζοι, siue ἄμαζοι. Strabo lib. 11. infantibus dextra exuritur mammilla, vt habilior, liberiorque sit brachij ad quamlibet rem vsus, in primis ad arcum, securim, peltam, Diod. lib. 11. feminis dextram amburebant mammam, ne pugnæ esset im-
C pedimento: ex quo & Amazonum descendit nomen. Iustin. libr. 2. cæterum, quo arma commodius tractarent, dexteram summam inurere assuetæ, vnde Græca voce nomen genti datum videri potest.

Scythæ lingua sua Aeorpata nominabant, hoc est, si verbum verbo reddas, homicidas, seu viricidas: Aeor enim Scythis vir est, pata obtruncare, vt Herod. in Melpom. id. lib. 4. supersedeo à reliquorum testimoniis proferendis: cæteras notationes ride, & ad Coruos abige: Grammaticulorum meræ sunt nugæ, & gerræ, qui in nihilo videri volunt sapere; propono tamen, vt etiam irrideas.

Ser. Honoratus in 1. Aen. diuinatur appellatas, quasi ἁμαζῶσαι. quòd simul inter se viuerent remotæ à maribus. Etymologus, quod sine mazæ vsu vitam ducerent equorum vescentes carnibus: qua item voce egentes, & mendici exprimuntur qui tamen alias tradit, quod cingulo, aut tunica indutæ, & armatæ egrederentur ad metendum.

Nec verò maioris facio notationem Philostrati in Heroicis, quòd mamma non alerentur, sed roris fauis, qui instar mellis calamis insidet fluuiorum, & equino lacte. In Achille loquitur, inter alia, cùm docuisset non occisas ab eo ad
D Troiam, sed diu post in insula quadam: quidquid erat aptum pugnæ, & robustissimum ex earum numero eum consumsisse, & solitum mares, quos parerent, ab ipsis neci dari.

Easdem vocabuli rationes persequitur absq; vllo vix discrimine Eustath. in 3. Il. lib. declarans in eo vocabulo à significare μόνωσιν id. solitudinem, vt sit ἀμαζὸν μονόμαζος, vna constans mamma, vt & declarat non longè ab extremo suo cõmentario in 1. lib. Vlix. vide eumdem variis locis. in Diod. Afri commentario vt de Sauromatidibus, eorumque nomine, & ratione, quam Etymologus, aliique vt dixi, referunt: vbi, vt & cit. Il. loco nobiliorum Amazonum hæc nominatim commemorat, ex Arriano, & aliis Historicis, Hippolytam, quæ vxor deinde Thesei, Antiopam, Anæam, Andromacham, Glaucam, Penthesileam, Menalippam, Trallam, Isocratem, Thibiam, Tallam, Allam, Smyrnam. Eust. cit. Il. eomm. dicuntur, inquit, equos babuisse qui E ignem spirarent. scilicet propter robur, acrimoniam, & bellicos spiritus.

Vt nec Germanorum quorumdam argutatulorum, qui originem à se nominis petitam volunt, quod sit nomen Gothicum, seu Germanicum; quod Germani, hodieque Mazas, vel Metzas nominent Viragines, & per abusionem, meretrices, consule Ioannem Auentinum libro 3. propter veram notationem ceciuit Virgilius 1. Aen.

Aurea subnectens exertæ cingula mammæ.

Ad quam illustrandam faciunt quæ Herod. Strab. Diod. Iust. scribunt Amazones interdicto omni armorum, & operum virilium vsu viris, eos texturæ, domus custodiæ, culinæ, cæterisque muliebribus, & seruilibus ministeriis similibus destinasse: brachium item, & crus dextrum ferro debilitasse ipsis, vt bello essent inutiles, siue ne fugerent, aut ne moliri quidquam per vim, aut insidias possent.

Quare Plato lib. 7. de leg. cum virilia opera feminas exercere non patitur in benè instituta ciuitate, neque verò arcum, inquit, vt quædam Amazones neque alios exercere iactus. mox. Sauromatidas verò non audeant omninò imitari eodem viuendi ritu, &c. & lib. citato de aëre, Hippocr. mulieres esse circa Mœotim paludem, quæ equitant, arcubus vtuntur, nec prius F nubunt, quàm tres ex hostibus confecerint, & dextram infantibus mammillam nescio quo æreo instrumento amputant. Laxati autem cruris non futilem quidam rationem comminiscuntur: quòd tamersi ad cætera opera claudi exequenda inepti sint, ad Venerem tamen validiores existunt.

Narratur hæc faceta historia. Scythis Amazonum nuptias aliquando poscentibus, quòd earum seruos dicerent esse claudos (hominibus enim tamquam seruis Amazones vtebantur) regina earum, cui erat Antianiræ nomen fertur ita respondisse ἄριστα χωλὸς οἰφεῖ. siue ὀχεῖ, id est, Venerem optimè exercet claudus. Lege Strabonem & Eustathium in 3. Il. lib. Hom. & interpretem Theocriti Athen. lib. 13. cap. 9. vsurpauit hoc modo. Vide 2. Chil. cent. 9. num. 49. caussa est quod G non distribuatur seminalis materia in debiles, & luxatas partes corporis, sed in lumbis, venisq; retineatur: probat Arist. sect. 4. probl. penult. & sect. 10. probl. 26.

Et fortè ex eo data prouerbio occasio quod claudi perpetuò mulieris instar se continent

domi, & muliebria ſtudia exerceant, & liberis dent operam aſsidnam, ita Theocritus φιλοῖφαν ἄνθρωπον Venerenm nominat, φίλοιφον Heſychius, & ἱεροιλίδα, ſiue ἱερόλιδα ſeminam in Venerem pronam καταφερῆ, ϗ καχπνῶσαν interpretatut Heſych. eamdem ob cauſſam inurebant Amazones dextram mammam, vt robuſtius deatrum brachium foret, non diuiſo, ac diſpetſo etiam in mammam alimento.

Amazonas, & Sauromatidas lib. 4. ſtrom. ſeparat Clem. Alexand. Amazonias lib 1. aduerſus Marcionem vocat Sept. Tertulleanus, & Iul. Capitolinns in Albino, cùm ad eum narrat Commodum ſctipſiſſe litteras Amazoniæ ſigno conſignaras.

Obiter ex Plin. nota lib. 34. initio cap. 8. circumtuliſſe Neronem principem Amazonem pro ſigno, & paulò ante C. Ceſtium conſularem, quod ſecum, etiam, inquit, in prælio habuit, idem tamen Tertul. cap. 26. Apol. Amazones vocat Romanis opponens Veſtalibus: eſt & Amazonia virginis nomen in quadam Theologi Epiſtola & Amazonia ciuitas Meſapiæ, inquit Stephanns.

H Iam filias Martis Amazonas fuiſſe in ſcriptoribus nihil eſt tritius: hoc maximè à poëtis decantatum, quia bellatrices, iu Suida vetus auctor, Scythæ verò cum Amazonibus filiabus Martis. D & Apol. cit. lib. & ſobolem Martis, & Harmoniæ. E & Dion. de ſitu orbis optimam Enyalij Martis prolem. F Diod. item Strab.

Ex eadem feminarum natione ducta hæc proverbia Ἀμαζόνων ᾆσμα, hoc eſt, Amazonum cantio, egitur in Philoſtr. in vita Apollonij libro 4. conſule adagiorum collectorem cent. 1. chil. 2. num. 45. alterum, quod ipſe omiſit, eſt in Tertul. lib. 1. aduerſus Marcionem, Amazonia audacior, interpretarur num. 14. Pamel. habcs nomen, & rem Amazonum.

Quam ſit ars Medicorum quaſtuoſa, exemplis demonſtratum.

CAPVT XI.



Vas Seneca epiſt. 77. nam in Grammatica & in arte medendi, aut gnbernaudi videmus boua humilibus A quibusque contingere, cum bona veiit tuit accidere virtuti, virtutiſque ſtudioſo, negans illas artes animi magnitudinem profiteri, nec ſibi, ac ſuis interdicere admirationem talium terū. Sanè magni facta externa bona ferè à medicis collecta ab ipſis diuitiæ probāt: quamnis vnus, aut alter honore, & exiſtimatione contentus, in eq, tamquam mercede honeſtiſsima, conquieſceret: nam & Cicer. lib. 16. ep. fam. ep. 9. Mercedem facit medici honorem: aptè ad Eccleſiaſtici dictum c. 38. honora Medicum ꝓpter neceſsitatem. & Hippocrates Abderitis ſcribat, ſe numquam pro medicinæ vſu accepiſſe mercedem, quia, inquit, libera eſt, & Deorum munus, & plura ſcribit, quæ valeant aduerſus amantes auri, ideoque crudeles medicos. ac hanc laudis partem Auſonius patri ſuo medico attribuat hoc diſticho:

Obtuli opem cunctis poſcentibus artis inemta
Officiumq́, meum cum pietate fuit.

Veruntamen ille verſus apud Accnrſinm procemio Digeſtorum eſt veriſsimus:

Dat Galienus opes, dat Iuſtinianus honores.

Demonſtrandum hoc nobis. Eraſiſtratus, qui circa annum V. C. 600. floruit, Antiocho Rege B ſanato, vt ſcribit Plin. lib. 29. cap. 1. centum talentis donatus eſt à Rege Ptolemæo filio eius, id eſt, 60. millibus aureorum noſtrorum, vt ſupputat Bud. 2. lib. de Aſſe. & idem Plin. ibidem Caſsios nnmerat, Carpitanos, Aruntios. Albutios, Rubrios, qui annuam mercedem acceperūt à Principibus C C L H-S. Id eſt, ſex millium ducentorum quinquaginta aureorū. Q. verò Stertinius ptincipibus imputauit, quod H-S. qningenis annuis contentus eſſet: ſexcena enim ſibi quæſtu vrbis ſuiſſe memoratis domibus oſtendebat. id eſt, ſummam altero tanto maiorem à ciuib. habebat, hoc eſt, denaquina millia, cum duodena millia quingentenos aureos ipſi Imperatores penderent.

Addit Plinius, par & fratri eius merces à Claudio Cæſare inſuſa eſt, cenſusq́; quamquam exhauſti operibus Neapoli exornata, heredi H-S C trecenta relinqueret, quantum ad eam ætatem Aruntius ſolus, id eſt, ſeſtertium treceenties, nuperq́; inquit paulò poſt Plin. Crinias Maſsilienſis cenries H-S reliquit muris patriæ, mœnibus quoque aliis penè non minori ſumma extructis: ita enim legendum, non ſeſtertia centum: quomodo enim tam patua ſumma muris ſufficere potuiſſet? Charmis item ex eadem Maſsilia ægrum ex ſuis Maſsilienſibus, ſeu Prouincialibus ſanandum conduait ſeſtertiis ducentis, id eſt, quinque millibus noſtrorum aureorum.

Quid opes commemorem Archontij? huic enim ſoli, (vulnerum erat Medicus.) condemnato Claudius ademit ſeſtertium centies, id eſt, ducenta quinquaginta millia aureorum bonis eius confiſcatis: eidem tamen in exilio non minus adquiſitum intra paucos annos, & cùm Romam reuertiſſet.

Antiquiſsimus Democedes, vt eſt apud Herod. lib. 3. ralento vno ab Aeginetis, centum minis ab Athenienſibus, à Polycrate Tyranno duobus talentis in annos ſingulos conductus refertur, vt minimè ſit mirum Aſclepiadem ætate Pomp. Magni Rhetoricæ Magiſtrum, nec ex ea D facultate bonum facientem quæſtum, ad medicinam ſe repente conuertiſſe, vt euaderet opulentus. Eius memiuit Plin. libr. 7. cap. 37. vt nouæ ſectæ conditoris, & lib. 26. cap. 3. & lib. 29. cap. 1.

Contra, Gallus quidam Medicus acutiſsimus

mus ille quidem, sed pecuniæ auidissimus, cùm paruum ex medicina quæstum se facere videret Neapoli, vt auctor est Anto. Panormita. lib. 4. de rebus Alphonsi Regis, ad agendas caussas se conuertit, susque deque forum sophismatis, & cauillationibus vertens dispari euentu: quoniam edicto Alphonsi Regis decretum, vt lis, quæ patronum haberet Gallum, eo ipso iniqua putaretur.

Galenum item scimus copiosissimum fuisse: testatur ipse lib. de cognosc. animi morbis cap. 9. solitum decimam se partem suorum prouentuum annuatim expendere, reliquas sorti adiicere. ita suos omnes ciues diuitiis superabat: quamquam patrimonio se diuitem confitetur.

E Venio ad Christianos. Thaddæus Flor. cuius etiam libri de re medica leguntur, cùm ex patria curationis alicuius gratia exibat, in singulos dies non minus quinquaginta aureis operā suam locabat: & Honorio Pont. Max. sanato decem aureorum millia reportauit: idem narratur de Petro Apon. qui conciliatoris inuenit nomen.

Dubrauius lib. 23. rerum Boëm. & Anto. Bonfinius lib. 2. Dec. 3. & Aen. Siluius cap. 35. & 42. suæ Boëmiæ narrant, Albicum quemdam medicum amplissimis, quas arte sua comparaurat, diuitiis, gradum sibi ad præfecturam Pragensis Ecclesiæ fecisse apud VVenceslaum Regem, & Imperatorem ignauissimum: similia leges exempla in Theatro vitæ humanæ vol. 10. lib. 6. Tit. Auaritia ἐν λόγῳ.

Philippi Regis dictum in medicum opulentum, sed auarum, & petacem, cùm vulnus in colli accepisset clauicula, & ab eo curaretur, ipsi quasi insusurrans demissa voce dixit, cape quan-
F tum libet, quia clauem habes, hoc est, λάμβανε ὅσα βούλει, τὴν γὰρ κλεῖν ἔχεις. ita Plut. in apophth.

Huiusmodi medicorum commune hoc vitium est, vt magnam capiant ex magno ægrorum numero voluptatem, vt iure optimo, Annæus sen. 6. lib. de Benef. scripserit c. 38. eloqueus captat pretium ex litium numero: medicis grauis annus in quæstu est. Tantum auaritia potest, tantum pecunia, videlicet, vt Pind. cecinit Ode 3. Isthm:

καὶ μεγάλων νόμισμα χρυσὸν ἀνθρώποισι θαυμάσιον ἄλλων.

Id est, inter cetera eximium, & potens aurum esse iudicarunt mortales.

Obiter nota id dictum, turba medicorum perlisse Regem vulgo tributum Adriano Cæsari, antiquius esse indicari à Dione Cassio extrema vita Adriani, & à Plin. ita cap. 1. libro 29. scribente hinc illa infelicis monumenti inscriptio,
G turba se medicorum periisse, quod item de Thaddæo Flor. narrauimus ex Volaterran. & de Matthæo Flor. item medico Sabellicus libro 7. Enn. 9. tradit: verum de his duobus esse potuit, & de conciliatore, vt diuersis medicis ab eodem Pontifice accersitis: & plurimos tamen scimus medicos esse penè mendicos, vel quòd indocti, & inexperti, vel quòd in curando infelices, rerumque & vitæ ignari: vnus occurrit memoriæ sæculi transacti, pater Nicolai V. Pont. Max. cuius vxor vendendis ouis lucrum facere cogebatur, auctore Garimb. lib. 2. de vit. Pont.

Parum quæstuosam Iurisconsultorum, Aduocatorum maximè, artem testimoniis & exemplis ostenditur.

CAPVT XII.

Non etsi fuisse medicorum quæstum superiore cap. demonstraui; nunc modicum fuisse aduocatorum, & causidicorum ostendo: A quorum mercedem tam fuisse exiguam colligo ex veteribus, vt ne ipsis quidem opificibus offerre essent ausi: tametsi in salariis publicis præstarent medicis, vt nunc præstant, Iuuenalis Sat. 7.

— Hinc centum patrimonia causidicorum
Parte alia solum rus Sisapone lacertæ.

Beroaldi explicatio est, rus exiguum non in Italia, sed in Prouincia, & ea quidem longinqua, hoc est, in Hispania, tantumdem valere, quantum centum caussidicorum patrimonia: ideoque subiecit:

Rumpe miser tensum iecur. —

Ita Mart. libr. 1. Epigr. itridet caussidicum, epigr. 126.

Saturnalia diuitem Sabellum
Fecerunt, merito tumet Sabellus.

Saturnalibus enim munera dabantur seruis & egentibus. & lib. 7. epigram. 52. alterum, qui quæcunque munera in Saturnalibus à clientibus acceperat, miserat ad eum, erant autem vilissima:

Omnia misisti mihi Saturnalibus Vmber.

Et lib. 5. Epigram. 85. ad alterum Sextum nomine, eadem Plinij sententia lib. 2. ep. ad Maximum berl, inquit, duo nomenclatores mei teruis denariis ad laudandum trahebantur: tanti constat, B vt sis disertissimus. hoc pretio qualibet numerosa subsellia implentur, &c. idem Apul. libro II. Asini aurei indicat, quæstiunculam appellans forensem, id est, pusillam, quam scilicet ex caussarum forensium receperat actione: Ita Plautus Pœnul. act. 3. sc. 1. & sequenti; aduocatos induxit pauperrimos, quæ causa est, cur Ouid. lib. 1. eleg. 15. ad inuidos, ingratum nominauerit forum:

Nec me verbosas leges ediscere, nec me
Ingrato voces prostituisse foro.

Non tamen semper verum, sæpenumerò caussas agere, quæstuosissimum fuit: sic Martialis lib. 1. epigr. 44 queritur, nullum esse Musis præmium, sed in Iudiciis tantùm, & apud causidicos versari pecuniam:

O mihi curarum pretium non vile mearum.

Et lib.2. Epigr.30.

Mutua viginti sestertia forte rogabant.

C Et lib.8. Epigr.16.

Pistor qui fueras diu, Cipere.

Hinc illud Stratoclis,& Dromocleris apud Plut. de ciuili instit. ad Traianum ortum,mutuò se ad messem auream inuitantium,id est, ad tribunal, curiam,& forum:sed ne aurea esset Romanis,effecit M.Cincius Trib. pleb anno V. C. 549. lege lata de donis, & muneribus. Cic. lib.2.de orat. meminit.& lib.1.ad Att.ep.postrema.

Alij corruptè vocant Titiam,cuius suasor Q. Maximus admodum senex fuit, vt Cato apud Cic.de senect.prodit,qua cauebatur, vt Tacitus lib.11.scribit,ne quis ob caussam orandam pecuniam,donumue acciperet: qui legis originem disertis verbis lib.15.exponit: Oratorum,inquit, licentia peperit Cinciam rogationem: muneralis ea dicebatur à prohibendis muneribus,si Festo credimus: & omninò credendum; sic enim Plautus nominat, ne muneralem legem,neque lenoniam rogationem fecerit. nec ne, flocci æstimo. illa est,de qua apud Liuium lib.34. Cato

D maior in oratione de lege Oppia, quis legem Cinciam de donis,& muneribus scilicet excitauit,nisi quia vectigalis, iam, & stipendiaria plebes esse Senatui cæperat?

Macrob.libro 3.saturn cap.23.Cincium facit suasorem legis Fanniæ de sumtibus sui temporis;quam penè morientem vitæ restituit Augustus,vt est apud Dionem lib 54.& propterea non solum Plebiscitum,sed etiam senatusconsultum vocari obseruat in 11.lib.Annal.Tac.Iust.Lipsius, quod à Traiano exisse credit, oblitus Augustum nouo S.C.reuocasse:& Ausonius quempiam I.C. irridens,hanc designat Titiæ nomine, non metuis Titiam videlicet,quia,vt indoctus, & imperitus,lucrabatur nihil.

Fuerunt sanè & aliæ leges,ac S. C. atque edicta,quæ vetabant aduocationes vęnire: certum ex Plin.lib.5. epist. ad Valerianum Nigrinus,inquit. Trib. pleb. recitauit libellum disertum, & grauem,quo questus est, vænire etiam præuaricationes,in lites coire,& glorię loco poni ex spoliis ciuium magnos,& status redditus.

Abesse se longissimè ab hoc crimine his verbis fatetur Plin. & gloriatur, quam me iuuat, quod in caussis agendis non modo pactione,

E dono,munere,verum etiam xeniis semper abstinui. Oportet quidem quæ sunt inhonesta,non quasi illicita,sed quasi pudenda vitare. Iucundum tamen si prohiberi publicè videas,quod numquam tibi ipse permiseris. Vtinam sint, qui nunc imitentur Christiani hominis Ethnici integritatem,& ep.ad Rusum,quæ est postrema eius lib.Nepos,Prætor,inquit,qui legibus quærit,proposuerat breue edictum,admonebat accusatores,admonebat reos executurum se, quæ senatusconsulto contineentur.

Suberat edicto S.C.hoc. Omnes,qui quid negotij haberent,iurare priusquam agerent, iubebantur, nihil se ob aduocationem cuiquam dedisse, promisisse, cauisse, his enim verbis, ac mille præterea, & vænire aduocationes,& emi vetabantur: peractis tamen negotiis permittebat pecuniam dumtaxat decem millium dare. Cuius S.C. & legis Cinciæ bis, terue meminit F

Tac. lib. 13. annal. quam quidem Cicero legum obseruatissimus retinuit semper; ita vt ex Prouinciis neque dona, neque mercedem ab vllo acciperet, quemadmodum in eius vita Plut. commemorat; idque diserti esse hominis,& liberalis 2.lib.off.docet. Quare licet colligere apud Rom. in more fuisse, vt patroni clientum caussas opera gratuita agerent. & Ouid. indicat lib.1.Eleg.cit.

Turpe reos emta miseros defendere lingua.

Quod faciat magnas turpe tribunal opes.

Et diu post hæc tempora Symmachus libr. ep. Iulianum causidicum laudat, quòd numquam in mercedem linguę corrupit meritum:& Quinctil.lib.12.cap.7.gratis,inquit,ne ei semper agendum sit,tractari potest:quis ignorat,quin id longè sit honestissimum,& liberalibus disciplinis, & illo, quem exigimus, animo dignissimum, non vendere operam, nec eleuare tanti beneficii auctoritatem? Vt meritò queratur libro 13. G

Tacit. de Claudio Cæsare, qui cuncta legum,& magistratuum munia in se trahens, materiam patefecerat prædandi: nec quidquam publicæ mercis tam vęnale fuit,quàm aduocatorum perfidia:adeò vt Samius insignis eques decem quadrigentis nummorum millibus Suillio datis, & cognita præuaricatione,ferro in domo eius occubuerit.

Quod apud Græcos item fuit inhonestum, ac sordidum,nam Plut. narrat Cimonem plenas auro pateras conferentem Persam repudiasse. Quod etiam in Rhet.ad Alaxandrum profitetur auctor de caussis agens ciuilibus, ita Curionis vænalem nominat linguam, Luc. libro 1. Pharsaliæ:

Audax venali comitatur Curio lingua.

Vt & Saxo Dan. Grammaticus lib. Hist. 2. Scaratherum inducit hoc modo concionantem:

Dicere sæpè foro,turpiq; in hiare lucello H

Gaudet,& hoc studio vatem solatur inertem

Venali celebrans commissa negocia lingua.

Et erat tamen certum aduocatis & caussidicis lege, & more decretum præmium, seu merces, quam videlicet litigatores darent patronis, vt superior Iunioris Plinij locus indicat, & Sueton. cap.17. auctorem eius facit Neronem Cæsarem: tametsi,vt scribit lib.11.ann. Tac. Iam Claudius modum imposuerat pecuniis capiendis; quem imitatus dicta Plin. Epist. Nepos Prætor.

Deinde transiit in leges,vt aduocati certam mercedem honestè caperent laboris. l. si creditor C. de pac. l. 1. C. de suffr. quibus locis inter-

pretes

pretes notant, posse ex nudo pacto aduocatum petere salarium: quamuis non de salario, sed de suffragio lex loquatur, vt Alciatus docet 2. D. 2. lib. Parad. cap. 14. & Zasius schol. in libro 2. D. de
I origin. Iur. & Tiraquel. de nobil. cap. 29. num. 27. præstari autem salaria debere pro modo litis, & aduocati facundia, ac fori, & Iudicij consuetudine, in quo agit l. 1. docet. §. in honorariis D. de variet. extra cog. nam & pro modo laboris Alea. Alen. soluenda tradit 3. p. q. 44. M. 2.

Porrò licitam olim quantitatem in singulas caussas non transgredi millia decem ep. cit. ad Rufum Plin. ostendit, hoc est, centum aureos.

Barth. Rom. curiam reprehendit, quòd in singula capitula aureos capiat centum, quorum æstimatio quæ sit, Budæus exponit 5. lib. de asse, & in Pand. l. eadem D. ad leg. Iuliam, ex eo Ale. adnot. in libr. 11. Tacit. & 3. libr. dispunct. capite nono declarans, quam summam efficiant illi centum aurei, sine dena sestertia nostra ætate.

Qui verò plus exigunt iusto salario, Accipitres vocantur pecuniæ à Plut. à Barth. in repetit. l. omnes populi ipso initio D. de iust. & iur. canes curiarum, & deuoratores: ab Apul. libr. 10. Asini
K togati, Vulturij Ciceronem imitante pro P. Sestio, & in Pisonem, qui hunc, & Gabinium Imperatores, Vulturios nominat paludatos: & forense latrocinium: quomodo Cato fures minores dicaciter aiebat in vincula duci, & supplicio affici à maioribus, & caninam facundiam Salust. appellauit, vt Nonius testatur, vt enim canes, quemadmodum ait Senec. libro tertio de ira. cap. 37. non nisi oblato cibo mansuescunt, ita Oratores, & aduocati non nisi lucro, quod Italicè consueuimus dicere, ferrargli labecca col denaro. Et alter Sen. in Hercule furente lepidè pronunciauit:

Hic clamosi rabiosa fori.

Iurgia vendens improbus, Iras, & verba locat.

Inter hos canes, & illos hoc discrimen est, quod illos è Basilica eiiciunt homines, isti forent eiiciendi: diait illud Seneca lib. de breu. vitæ cap. 11. corruptiones planè, & stupra, vt sic dixerim, æquitatis, & iustitiæ sunt munera: nam cum aurum loquitur, nihil habent verba virium, quod Senariis duobus ita enunciatum legó:

Auro loquente infecta omnis oratio,

Nam sua natura nec loquens persuadere nouit.

Et quemadmodum Vultures, vt narrant, feminæ sunt omnes nullo mare, & ad ventum na-
L tura adaperta concipiunt, sic forenses homines, aduocatorum genus, aulici item flatum sectantur popularis auræ, & vanissimas alunt rerum maximarum spes, siue propter lucrum immane, quia iniustum, & extortum, quod faciunt: siue propter eam, quam captant apud vulgus, & principes existimationem, atque auctoritatem.

Facetus est in re iocus, quem narro ex Franc. Oliuerio serm. in 1. Dom. Aduentus Dom. acerrimè tamen vindicandus. postremi Ludouici Regis æuo Parisiis aduocatus fuit, qui cum boni cuiusdam viri caussæ suscepisset patrocinium, à quo tamen non multum speraret lucri, quòd tenui esset fortuna is cliens: aduersarij mox, licet rustici, sed opulenti, & maiora pollicentis caussam amplexus, priorem ad alterum sui similem aduocatum ablegauit hac verborum commendatione scripto missa. Venerunt ad me duo pingues capi, ego pinguiorem accepi, alterum tibi mitto tu pulmis eum spolia, ego spoliabo meum.

Vide auaritia quid faciat, & fuerunt tamen, & nunc sunt aduocati liberales, & ingenui, & M magni animi, qui in aurea messe sunt mendici: cuiusmodi narrat Pomponius I. C. l. 2. de orig. iuris fuisse Massarium Labinum primi nominis Iurisconsultum: tanta enim fuit rei familiaris tenuitate, nihil vt haberet, vnde viueret, nisi discipulorum suorum liberalitate altus fuisset. Rata auis in terris.

Suis etiam nominibus sordidi isti, & rapaces aduocati ornantur à Græcis, cuiusmodi sunt hæc apud Pollucem libro 5. Sycophanta, litium scriptor, dicens ad numos, ad argentum, nullum verbum gratis proferens, mercede loquens, ad gratiam dicens, ad voluptatem populo verba faciens: viuens ad cancellos, munerarius.

Quæ nostris temporibus iusta sit merces aduocatorum, quę de hoc iura Bartholi explanent, & Baldi; quatenus iis liceat accipere à clientibus. Hostienses, & Siluestri, & Summistarum, vt vocant, atque Glossatorum natio I. C. otta, atq; Theologis.

Defensus in celebri propositione, omnis doctrina ex antecedenti fit cognitione, Aristoteles à calumnia Huartis.

CAPVT XIII.

NOBILIS Aristoteleæ Scholæ est axioma, nihil esse in intellectu, quin A prius fuerit in sensu libro 2. de anima, de sensu & sensili cap. 6. nihil mens intelligit eorum, quæ extra sunt, si sine sensu existant. *A* & initio libr. 1. post. analyt. omnis doctrina, & omnis ratiocinatrix cognitio ex præexistenti fit cognitione. *B* Acuti vir ingenij Io. Huartes in examine ingeniorum, quod Hispanicè conscripsit cap. 4. sic exponit, vt significet, quidquid sciunt, & omninò discunt mortales, discere, & scire, vel quod audierunt, vel viderunt, vel gustarunt, vel odoratu, siue tactu perceperunt; eùm nullam velit Aristot. esse notitiam in intellectu, quin per sensum tam-

quam viam, & meatum quemdam progressa fuerit: C id quod longè à vero abesse contendit hoc posito, vnicam esse hominis animam rationis videlicet compotem.

Iam in iis functionibus, quas exercet hæc anima, vt viuens, corpus nouit effingere, & conformare: alimentum sumere, retinere, concoquere, digerere, depellere excrementa, & si qua B pars desit in corpore, denuò reficere, eamque ipsi formam inducere, quæ rei naturæ sit apta. In functionibus sentientis, & mouentis animæ, siue facultatis, quàm perita sit, atque intelligens, omnes experimur: etenim simul atque nascitur infans, nullo magistro elicit lac, & quidem tam peritè, & dextrè, quàm nesciret doctus licet vit, ac sapiens: conuenientes naturæ suæ qualitates admittit, respuit aduersas, ridet, lugetque, nec didicit tamen.

Quod si dicamus, instinctu hæc fieri à natura indito, qui etiam pecudi est concessus: rectè, inquit Huartes, modo instinctus hic sit idem atque temperamentum, & complexio, quam vocant: fanè non idem. Et quid nam caussæ est, inquit, cur infans statim, vt in lucem editus est, neque posit, neque norit intelligentis animæ defungi muneribus? certè id euenit ob infantis intemperiem, quæ minimè omnium functionibus idonea est intelligentis animæ, & vehementer confert ad opera viuentis, & sentientis exequenda: quare si temperies illa, quæ instrumentum est prudentiæ, & sensim adquiritur, tota posset in ipso simul cerebro esse, sciret mox infans natus ratiocinari, ac philosophari, longè C item melius, quàm qui in scholis discit: quod quia non potest contingere, nisi diuturno, & longo temporis progressu, homo item pedetentim, ac sensim doctus, ac sapiens euadit.

Putat homo argutus manifesto se id probare experimento: quòd cùm quis omnis generis doctrinæ refertum pectus habuerit, progrediente ætate, & in seniam vergente fit stolidior: cur autem? quoniam in contrariam iuuentuti temperationem incurrit: & ex his effici vult, scire animam vegetantis, ac sentientis animæ muneribus defungi, quòd hominem procreet natura ex semine calido, atque humido; quæ si ex frigido genuisset, ac sicco, mox natus loqueretur infans, ratione vteretur, nec vllã haberet lactis curam, quòd eiusmodi constitutio cerebri non sit apta his functionibus: nam cum ea est temperatione cerebrum, quæ ad naturales scientias addiscendas requiritur, non eget homo instituentis opera doctoris: si enim casu aliquo fiat, vt vir doctus Phrenesi corripiatur, siue melancho- D lia, alioue simili affectu, omnem temporis puncto amittit cognitionem: at si quispiam indoctus, aut stolidus æger fiat, ingenium consequitur habile, quo carebat.

Plurimorum silua exemplorum se hoc probare ait posse, vno aut altero contentus id confecisse: rustici cuiusdam ex morbo moribundi tanta verborum copia, & sententiarum varietate salutem vxoris, & filiorum iis, qui aderant, commendantis, vt in sui admirationem omnes conuerteret: alterius phrenetici litteras nescientis, tantum optimorum carminum decantare soliti, quantum non pangeret quiuis poëta bonus: prior, videlicet, ex morbo temperiem nactus fuerat cerebri ad eloquentiam vehementer idoneam, primum scilicet caloris gradum; posterior ad poësim, quòd multum bilis atræ, siue flauæ cerebri induerat substantia, qui humor proprius est poeticæ, nam & Hor. testatur, neminem sibi poetam fore superiorem, nisi æstu exinaniret choleram, vt ipse ait.

Adiungit tertium exemplum famuli cuiusdam, cùm valebat, stupidioris; cùm ex morbo decumbebat, prudentis, & docti, & se herum esse arbitrantis, sic, vt conualuisse doleret.

Sed, inquies, fiunt hæc vi, ac potestate Cacodæmonis, qui corpora interdum moderatur nostra: respondet dæmonum vi fieri hoc non posse: nam futura ægri sæpè prædicunt, quæ ignorant Cacodæmones: quæ infirma est, ac peruersa responsio: quasi verò etiam siue occulto E Dei nutu, siue etiam natiua ingenij subtilitate, atq; acumine futura quædam, occulta, siue præterita, siue præsentia enunciare non queant Cacodæmones. Vt vt sit, aliqua ex his falsa sunt, quæ aduersus Arist. congessit iste.

Videtur Arist. sua illa propositione inficiari, sciri nihil posse absque peculiaris ope sensus, siue etiam doctoris externi, cum ea est cerebrum temperatione, qua ad suas functiones ritè exercendas indiget: licet 1. probl. sect. 30. scribat, quærens, cur excellentes in re aliqua viri melancholicis morbis sint obnoxij, Maracum quemdam Syracusanum poetam meliorem tum fuisse, hoc est, meliores versus panxisse, cùm furiosus erat: qua temperie Sibyllas, & Bacchas effici, non diuino afflatu. Vnde Sibyllæ, & Bacchides, & Deo pleni omnes fiunt, cùm non morbo fiunt, sed naturali temperatione: Maracus autem Syracusanus melior erat Poeta, cùm extra se erat, refert scilicet in humorem melancholicum Arist. F vt & plerique medici, quæ ad potestatem reuocat astrorum vanissima Astrologorum ratio.

Equidem non inficior maximam habere vim temperationem cerebri in vtramque partem, vt & reliquam membrorum constitutionem siue ad ingenium, & doctrinam, siue ad hebetudinem, & ruditatem: non euertunt tamen hæc dogma Arist. verissimum: neque enim is loquitur de cognitione primorum principiorum, quæ natura sciuntur: neque de earum rerum, quæ quodam modo nobiscum non solum nascuntur, sed innascuntur etiam; qualis est ea, qua naturæ conuenientia prosequimur, vitamusque nocitura: nec de ea, quæ non est cognitio intellectus, & mentis, quam cum belluis habemus

commu-

communem: æquè enim agnus, hœdus, feles, catulus lac fugunt mox nati, atq; infans.

Sed tota ipsius oratio est de cognitione, quæ propria est rationis, & cogitationis, quam barbarè discursiuam nominamus: hæc enim propriè est cognitio διανοητική, qua vnum, inferimus ex alio, &, vt 1. lib. off. Cic. loquitur, consequentia G cernit, principia, & caussas rerum videt, earumq; progressus, & quasi antecessiones non ignorat, similitudines comparat, rebusque præsentibus adiungit, atq; adnectit futuras, quam certè aliquis necessariò sensus antegreditur, quod, vt idē libr. de anima tradit, oporteat intelligentem phantasmata speculari, hoc est, rerum formas è sensibus carpere.

Adde, quod Arist. de homine loquitur, non de anima, id est, de toto, non de parte: suis igitur argutiis argutulus iste Hispanus, quid scriberet Arist. non vidit, quid ipse loqueretur, ignorauit.

Occurrit præclarissimus Hippocratis locus in lib. qui παραγγελίαι inscribitur, si modo Hippocrates, valdè Arist. illustrans sententiam, quo ita potentias disponit animi, vt primùm sensus rerum sensilium formas ab iis patiendo recipiat, quas deinde perferat ad Dianœam, hoc est, cogitationem; hæc receptas cōseruat; vnde fit memoria, quæ nihil esse videatur aliud, quàm vis cogitatiua, seu discursiua formas à sensibus ad se delatas retinens. D vt & Galen. lib. 2. de motu musculorum cap. 6. definit: sed aliter fortasse vim discursiuam, & memoratiuam distinguunt Aristotelei. præclarè, ac diuinè; nam Hippocratis verba ab antiquis iure vocata sunt oracula.

Cecrops biformis, cur appellatus, aliiq; nonnulli; & scriptorum aliquot loci explicati.

CAPVT XIV.

A Regem Atheniensium vetustissimum Cecropem διφυῆ nuncupatum maxima veterum scriptorum pars tradit; nec inter ipsos tamen constat, quam ob caussam. Charax, & Antiochus apud Athen. lib. 13. cap. 1. scripserunt διφυῆ, siue δίμορφον, hoc est, biformem, vt Iust. vertit lib. 2. hist. appellatum, quòd cum ante illum vagi essent, & incerti Athenis concubitus hominum, ipse vnum vni lege lata primus coniunxerit, id est, hominem mulieri, vt nascens filius non matrem solum, sed etiam patrem agnosceret suum. ἐκ τοῦ ἐκ δυοῖν φῦναι, cùm prius quodam modo filij essent μονοφυεῖς, matrem tantum agnoscentes, patre etiam recognito effecti tamquā διφυεῖς: quod sequitur Iust. lib. cit. & certè Agallias Corcyren. ὁ Λευτοφάνους γραμματικός B a. in Schol. Hom. Iliad. 6. primum γάμους, καὶ ὑμεναίους, &c. hoc est, nuptias, legitimū scilicet matrimonium Athenis inductū tradit, vt in Chron. Euseb. sequitur Io. Tzetzes 5. hist. Chil. cap. 17. versibus ita describens, dicam latinè. hunc Cecropem aliter nominant biformem:

Græcorum enim olim mulieres per Græciam,
Non vt nunc copulabantur legitimis viris,
Instar verò Titanum iungebantur volentibus,
Ita erant vniformes liberi tunc,
Solas agnoscentes matres, non item patres.
Vt vero à Sai Ciuitate Ægyptia
(Sais autem est Minerua Ægyptia lingua)
Post celebrem illam sub Ogyge eluuionem
Cecrops venit Athenas Græcas,
Has Athenas nominans à Sai Ægyptia.
Legem fert de mulierum nuptiis legitimis,
Ex quibus liberi agnouerunt ambos genitores,
Ante solam cùm cognoscerent, vt dixi matrem.

Vnde Cecrops biformis, qui legibus hæc demōstrat, ferè eadem scribit voce συμφυής. C Cecrops genere Ægyptius Athenis habitauit, vnde & Athenienses Cecropidæ vocantur, vel ij, qui è Cecropide sunt tribu. quidam verò hunc fuisse biformem dicunt, supernè hominē, infernè feminā, vel ferā: alij verò quòd leges inuenerit hominibus, & ab agresti vita, ad mansuetudinē traduxerit. Alij autem, quòd cùm promiscuè feminis homines miscerētur, ita vt ex eo concubitu nec agnosceretur à filio pater, nec filius à patre, legē statuit, vt palam fierent connubia, & quisq; suam vxorem haberet, & quasi inuentis duab. naturis patris, & matris meritò biformis appellatus.

Qui fabulosiores sunt διφυῆ nominatum scribunt, quòd infernā corporis partē Draconis haberet, aut omninò feræ, supernā hominis; quib. Maximus consentit Tyrius, Cecropem hominis D voluptatib. dediti symbolū constituens, scil. qui in ferā degeneret: vtramq; hanc rationē sequitur Aristophanis Pluto Schol. imò Plato idcircò Pana διφυῆ vocatū in Cratylo tradit, quia imago veri est sermonis, & falsi: nam Mercurij est filius, qui sermoni præest, quare Pan αἰπόλος dicitur totum semper versans, quasi omnia sermone possint enunciari. Idem de Erichthonio fabulatur Ouid. lib. 2. Metam. & ex eo, atque aliis Natalis Comes c. 11. l. 9. Mythol. inferna enim parte corporis ex Vulcani semine humi cadente serpens natus, homo superna, Cecropis filiab. traditur asseruādus.

Tertia ratio ad Allegoriam item reuocat, quæ Demosthenis est in Epitaphio, quòd robore corporis Draconi esset similis, prudentia homini ὅτι κατὰ ἀλκὴν ὅμοιος τῷ Δράκοντι, ἀνθρώπῳ δίχα τὴν φρόνησιν, proximè accedunt, q appellatū biformē ar- E bitrātur, quòd duo haberet hominū ꝓpria duorū, i. indolē, & magnitudinē. δύο ἀνδρῶν φυλὴν, καὶ μέγεθος.

Quarta ratio dissimilis, quod ex miti, ac bono principe in feram, & agrestē, & quasi serpētinam transisset naturā: q hoc existimarunt redarguuntur à Plutarcho lib. de sera num. vind. contrario exponente modo, quòd cùm sub initium principatus sui fuisset agrestior, ac sæuior, humanius postea, & benignius regnū administrauerit: quāuis pars hominis infera, pedes maximè, & crura,

non initium designet, sed finem: illustrat tamen similibus Gelonis, & Hieronis Syracusiorum, & Pisistrati Athen. exemplis. Magis vniuersa placuit aliis ratio, quòd multas leges inuenerit, & à fera, atque agresti vita Athenienses traduxerit ad humanam, *B* ita Eusebius libro de præpar. Euang. cap. 3. quod eloquentibus viris Cicero initio lib. de inuent. adscribit; poëtis, & sapientibus Hor. ad Pisones, qui liber vulgò de poët. inscribitur.

Quincta ratio, quòd duas calleret linguas, hoc est, διφυεῖς, Aegyptiam, & Græcam. Aegyptius enim, domo, & patria erat, ex qua profectus regnum tenuit Athenis. Schol. Aristoph. Pluto, & Suid. hoc S. amplectitur Nazanz. in monodia, siue epitaphio in Basil. magnum, si modò Theologus hoc scripsit: nam neque in codicibus Græcis, quos habeo, neque in Lati-
F nis Iacobi Billij leguntur hæc; quamquam leguntur in Volaterrani tralatione, & lib. 22. Hieroglyph. Pierij in Bicipitio: sed irrepserunt, opinor, In textum ex Nicetæ Serronij Græcis in eum scholiis, explicantis hæc verba Theologi, nihil essent Pelopidæ, & Cecropidæ. Suidas duobus locis, voce Cecrops, & Prometheus.

De Mari ipso etiam Biformi, & de Centauris, alio egimus libro. hos Virgil. bimembres Aen. libro 8. alij semihomines, vt Ouid. 12. Metamorph. Alij semiferos, vt Lucanus libro 6. vocarunt.

Tiresiæ quoque epitheton διφυὴς attribuitur propter vtrumque sexum, nam & mas, & femina fuit, iocosè à Luciano dictus ἀμφίβιος: sic enim lib. de astrologia, aiunt Tiresiam Bæotium, cuius circa diuinationem tollitur in altum gloria, inter Græcos dixisse errantium stellarum has esse feminas, illas mares, neque operari ex æquo: idcircò illum biformem fuisse, & Ampbibium fabulantur, nunc feminam, nunc
G masculum: quem etiam vixisse tradit in Macrob. ferè ipso initio, sex hominum ætates. *D* quod probabile fieri scribit, quasi familiarem Diuis, & purgatiore vsum ratione victus.

De Cecrope Eust. in lib. Il. 18. & vltim. qui & in primum Il. lib. λαῶν etymon declarans ex historia, lapidibus inquit, quod Cecrops videns Atticam terram hominibus abundare, conuocat populum, & indicat numerum lapidibus quemque numerando: vnde illi populi nominati λαοὶ, atque ab illis nomen mansit omnibus ex fabula Deucal. ex Ouid. libro 1. Met. aliam tradens, aliam cùm prodidisset ex Grammaticis.

Videtur autem haberi à plerisque omnibus Cecrops Rex Atheniensium primus, ante quem nihil habent, quod suum Græci possint affirmare, nisi fabulentur, cùm post ipsum nati fuerint Atheniensium Dij: quamquam Pausan. libro 1. id est, in Atticis, aliter docet, ita scribens. Primum ferunt Actæum regnasse in loco, vbi nunc Attica est: cui Cecrops successit, quî cum Actæi filia nupta erat: Cranus Cecropi, & alium deinceps nominat Cecropem minorē, & ipsum regem rursus. diximus autem alibi ex Atticæ curiis mùltos esse, qui Athenis ante Cecropem regnatum affirment. nominatque ex Myrrhimusiorum sententia Colœnum. H

Pheracydes apud Homer. Schol. libr. Iliad. 11. facit Molionidas biformes, biformes enim erant, inquit, habentes vterque duo capita, quatuor manus, totidem pedes, vnum autem caput: *C* fratres quoque Actoriones Iliad. lib. penult. Schol. τέσσαρας χεῖρας ἔχοντες ἰσοφυεῖς, inquit, & Geryones dictus τριφυὴς, id est, triformis, vt à nostris tricorpor. nam & sex manus habuisse fertur, & tribus dextris aduersus Herculem decertauisse: cui Silius Ital. libro 13. non longè ab initio, tres confert fratres ad Capuam cum Romanis depugnantes:

Qualis Atlantiaco memoratur gurgite quondam
Monstrum Geryones immane tricorporis ira.

De cuius immanitate cadaueris, vide quæ notauit in Att. Paus. hoc est, l. 1.

Rarum pietatis fraternæ exemplum, frequens Odij fraterni adnotatum.

CAPVT XV.



SCio in Iusti Lipsij viri doctissimi, ac diligentissimi notis ad tertium hist. Tac. lib. hæc egregia legi carmina, quæ tamen summus vir I. C. Scaliger vulgauit primus, de eo, qui in pugna A- A ctiaca fratrem suum nesciens peremerat, quem spolians cùm recognosceret, seipsum super interfecti fratris corpus occidit: sed tam egregia sunt, vt deceat legi ipsa apud multos scriptores: egò hic putaui describenda, atque illustranda, si modo aliquo scriptoris nomine censeor dignus. Versus sunt elegantis omninò, & culti Poëtæ:

Manius à castris miles melioribus ausus
Hostilem saltu præcipitare ratem
In damnum felix, & victor, vt impius esset,
Nescius occiso fratre superbus erat.
Dum legit exuuias, hostilesq́ arma reuellit,
Fraternos vultus, oraq́ nota videt;
Ille ferox, quid lenta manus nunc deniq́ cesses?
Iustus hoste tibi qui moriatur adest.
Fraternam res nulla potest defendere cædem,
Mors tua sola potest; morte leuanda tua est.
Viximus aduersis, iaceamus partibus isdem,
Dixit, & in dubio est vtrius ense cadat. B
Ense meo moriar maculato cæde nefanda?
Cui moreris, ferrum, quo moriare, dabit.
Dixit, & in fratrem fraterno condit ense,
Victorem & victum condidit vna manus.

Idipſum accidiſſe bello ciuili Vitellij, ac Veſpaſiani lib. hiſt. 3. obſeruat Tac. & longè ante ciuili item bello aduerſus Cinnam, diſpari tamen animo, fratris aduerſus fratrem vtrobique, nam vno bello frater occiſi fratris repoſcit præmium, altero frater ſuper fratrem occiſum ſe occidit.

Aures da orationi Taciti. celeberrimos auctores habeo tantam victoribus aduerſus fas, neſasque irreuerentiam fuiſſe, vt gregarius eques occiſum à ſe proxima acie fratrem profeſſus, præmium à ducibus petierit: nec illis aut honorare eam cædem, ius hominum, aut vlciſci, ratio belli C permittebat: diſtulerant tamquam maiora meritum, quam quæ ſtatim exſoluerent: nec quidquam vltra traditur: mox ſimilē narrat caſum diſsimili animo. ceterum, inquit, & prioribus ciuium bellis, par ſcelus inciderat: nam prælio, quo apud Ianiculum aduerſum Cinnam pugnatum eſt, Pompeianus miles fratrem ſuum occidit. tum cognito facinore, ſeipſum interfecit, vt Siſena memorat: tantò acrior apud maiores, ſicut virtutibus gloria, ita flagitiis pœnitentia fuit, conſentit Liuius ep. 79. & alterum militem in Pompeij ſtatuit exercitu, alterum in Cinnæ: Valer. Max. lib. 5. cap. 5. Sertorium pro Cinna reponit.

Deſcribit breuiter S. Aug. lib. 2. de ciu. Dei. cap. 25. & in eum Viues: ſed fratrum quoque gratia rara eſt, non in conſortio tantum poteſtatis, vt ille cecinit, ſed ob alias item cauſſas: itaque rariſsimum fraternæ pietatis, atque amoris inter ſe exemplum: odij, & ſimultatum frequentiſsimum: conſule Theatrum vitæ humanæ, Vol. 12. D lib. 3. propterea Lucanus lib. 2. de Victoria, & proſcriptione Silana dixit:

—— Nati maduere paterno
Sanguine, certatum eſt, cui ceruix cæſa parentis
Cederet, in fratrum ceciderunt præmia fratres.

Nam etiam Triumuiratus tempore, qui Rom. Reip. interitus fuit, Lepidus fratrem proſcripſit. non inferior æuo noſtro, anno videlicet 1570. fratris in fratrem apud Moſchos fuit crudelitas: erant hi familia Obolinſchia inprimis nobili apud ſuos, atque illuſtri; fratrem enim frater, quòd ſe iniurioſè appellaſſet, vt dicebat, immani obiecit Vrſo, eius item fodiens gladio pedem, vt ſanguinis aſpectu in rabiem accenderetur belua. Vrſo magis ipſe belua.



In fine Oratoris decernendo defenſus contra Fabium Marcus Tullius ipſiuſmet Fabij verbis.

CAPVT XVI.



CVM tantoperè à M. Fabio Quinctiliano ſuis omnibus libris, quos de Rhetor. ſcripſit, commendetur M. Tullius, & hunc penè ſolum aſſirmet imitandum: ita ſuſpiciat, vt exiſtimet eum A dono quodam prouidentiæ genitum, in quem totas vires ſuas eloquentia experiretur: iamque Cic. non hominis ſed eloquentiæ nomen habeatur: & quantus quantus eſt, ipſe totus è Cicerone ſit conflatus, dicere non poſſum, quantoperè mirer Grammaticos, & ſuperioris ætatis. & huius noſtræ quoſdam non indoctos homines, qui facilè à Ciceronis præceptis in tradenda Rhetorica deſciſcunt, vt ad Quinctilianum, tamquam in aliena caſtra, transfugiant: miratus eſt longè ante me, & magiſtros meos, eruditiſsimus, & ingenioſiſsimus ſcriptor Iouianus Pontanus in Antonio ſuo hanc iſtorum imprudentiam, & verò acerrimè eſt inſectatus, neque iniuria.

Itaque facere non potui, quin à Cicerone cum Pontano contra Quinctilianum, & Quinctilianiſtas iſtos ſtarem, iudiciumque in Cicerone defendendo antiquiſsimi Rhetoris Boëthij Seuerini in fine Oratoris definiendo, ſequerer, cùm ſententiam Cicer. non probet B Fabius, immò reprehendat, quòd videlicet non ſit, dicere appoſitè ad perſuaſionem, ſed ſolum benè dicere.

Nec vidit bonus dicendi magiſter, quod vidit optimus naturæ inueſtigator, & magnus diſſerendi, ac definiendi artifex Boëthius, hoc eſt, duplicem in Oratore finem attendendum: inter Dialecticam, inquit, ac Rhetoricam quod intereſt, id in materia non cernitur: quippe cum vtraque theſin, atque hypotheſin habeat ſubiectam, ſed in vſu, cum altera, interrogatione; altera, perpetua oratione vtatur, ac Dialectica integris ſyllogiſmis, Rhetorica enthymematis gaudeat; itemque in fine, quod Dialectica, quæ vult, extorquere ab aduerſario conatur; Rhetorica iudici perſuadere: ſiquidem Dialecticus Dialecticum tantum habet aduerſum ſe conſtitutum, Orator verò habet etiam iudicem, qui inter ſe, atque aduerſarium ſententiam ferat.

Itaque Oratoris finem eſſe duplicem, alterum quidem in Oratore ipſo, in iudice verò C alterum; ſiue, quod magiſter in Sicilia meus

dicere solebat, illum quidem intrinsecum, hunc verò extrinsecum: illum quidem benè dicere, quod quid est aliud, quam dicere appositè ad persuasionem? hanc verò persuadere: neque enim si quæ impediunt oratorem, quo minus persuadeat, dum officium suum fecerit, idcircò finem consecutus non est: siquidem qui officio suo cognatus est finis, cum facto suo consequitur: ac tametsi eum, qui extra positus est, finem, non semper attingit, fine tamen suo contentus esse potest, sentiens artem suam, qui suus est finis, non fraudari.

Etenim medici opera cùm in sanitatem intenta sit, Imperatoris in victoriam, licet neuter finem, qui extra est, consecutus, numquam adipiscatur, vterque tamen suum assequitur, si alter ægrotum rectè curauerit: alter exercitum, ac rem bellicam benè administrauerit: quoniam sunt hæc facultates στοχαστικαὶ, id est, coniecturales: hunc ergò vtrumque finem Cicero complexus
D est his verbis, appositè dicere ad persuadendum. Primum dicitur propriè officium, & hoc scilicet, benè dicere, officium iure Cicero nominauit; persuadere dictione vocauit finem, tamquam id, quod extra se potissimum orator spectat, quia oratoris dictio apud iudicem est: ex quo fit, vt complectatur finem pro suscepta caussa benè dicendi, qui certè est persuadere.

Quod quidem Seneca vidit ità scribens lib. 7. de beneficiis cap. 13. Quædam eius conditionis sunt, vt effectum præstare debeant: quibusdam pro effectu est, omnia attentasse, vt efficerent. Si omnia fecit, vt sanaret, peregit medicus partes suas: etiam damnato reo oratori cōstat eloquētiæ officium, si omni arte vsus est. Laus Imperatori etiam victo, & duci redditur, si & prudentia, & industria: & fortitudo muneribus suis functa est: omnia fecit, vt beneficium redderet, obstitit illi felicitas tua.

At Quinctilianus, eiusque sectatores Grammatici quidam, pecunia, inquiunt, etiam per-
E suadet & forma, & alia pleraque, egregia verò vincendi ratio: non dixit Orator summus, & cautissimus persuadere simpliciter, sed persuadere dictione: neque persuadet forma, aut pecunia dicendo, sed hæc vtilitate, illa voluptate: pecunia enim animos trahit mortalium cupiditate rerum vtiliom: forma delectationis amore.

Quod si quis persuasit ostensione vulnerum, & plagarum, vt populo Rom. M. Antonius Cæsaris vt cædem vlcisceretur, aut certè vestis tinctæ sanguine, non aliam ob caussam persuasit, quàm quòd insitus est homini natura ipsa quidam misericordiæ affectus, qui tum videndo, tum audiendo mouetur, quod magni est consilij, exquisitæque prudentiæ: qua ratione qui persuadet orator, non tam, vt orator persuadet, quàm vt quiuis alterius facultatis artifex: quamquam hæc non multum virium habitura esse videntur, si desit oratio, quæ lacrymas, & misericordiam excitet: hæc enim muta vix efficaciter moueant, & licet quadantenus moueant, non permouent tamen.

Iam verò prudentissimè hoc dixit Cicero de oratore, quod de declamatore numquam dixisset: sanè & hoc ipsum à declamatore seiungit oratorem: si quis enim quod declamatores faciunt, nullo dato iudice, caussam domi fingat, & vtriusque, id est, suas, & aduersarij partes agat, hinc accusando, illinc defendendo, huius nimirū finis erit tantū, benè dicere: quid enim aliud in caussa domi cōposita, nullo verò aduersario, nullo verò iudice quæretur, nisi solū benè dicere? quo fit, vt in caussa ficta nō idem sit finis, atq; in vera: nam neq; inter fingere, & apud iudicē verè agere interesset aliquid, quo quid magis absonum, quid magis absurdum? & opinione tamen Fabij non distinguitur ab oratore declamator, qui verissimè Tullij sententia distinguitur. F

Fabius item officium, ac finem confundit, Cicero prudentius separat, licet parum omninò intercedere discriminis inter hæc duo indicet, cum docet, in officio, quid fieri, in fine, quid officio conueniat, considerari.

Itaque planissimè summus, & solus Orator, Cicero per officium finem etiam, qui in Oratore consideratur, expressit, cùm quid fieri conueniat, ait; quid verò facere Oratorem conueniat, id est, quæ eius officij sint partes, quis non videt, quod ipse tradidit, benè dicere? per finem etiam demonstrauit, quid illud sit, quòd benè dicendo quæritur, scilicet extra se assequi, persuadere. Cùm enim ipsæ hominum actiones ob aliquem finem suscipiantur, ac finis vnus alium respiciat: finis, quem in seipso orator attendit, scilicet benedicere, in alium finem tendit, qui extra se positus est: vt rectè curandi finis, ægroti sanitatem, rei bellicæ benè administrandæ, victoriam de hoste intuetur: ab illis enim ad hæc via est. G

Nam cùm finis in rebus humanis sit, vt opinor, ad quem cuncta referuntur, & cuius gratia fiunt cætera omnia: esto, finis oratoris sit benè dicere, ipsius certè benè dicendi finis est persuadere: itaque si oratorem inspiciamus, vt dicentem tantum, finis eius benè dicere erit: sin vt agentem in foro, ac iudiciis, animum, quibus potest artibus in sententiam suam trahere conantem, &, vt caussæ, quam suscepit agendam, faueat, efficere contendentem, finis erit dictione persuadere. H

Sic Ciceronis de fine Oratoris absoluta numeris omnibus est sententia, Quinctiliani manca, & imperfecta; enimuerò non considerari forum, forensisque actionis finem ab eo, qui putat Oratoris finem esse benè dicere, planè cōstat:

etenim declamatores benè dicunt, nec tamen benè dicuut in foro. hoc eſt, benè dicendo pro fine non habent forum, tametſi in foro ſe dicere fingnut animo.

Et Ariſt. primo ſuo iibr. Rhet. eodem modo non in perſuadendo opus, & finem Oratoris eſſe poſitum docuit, ſed in videndo, quid in quaque re aptum ſit ad perſuadendum. ἐν τούτῳ αὐτοῦ ἔργον, quod item aduerſus Gorgiam Platonicum videtur tradi, Rhetoricam aſſerentem ſuadelæ procreatricem eſſe: & hoc præcipuum caput ipſius hunc habere finem. *A*

Nec S. Auguſt. initio lib. de principiis Rhet. ſanè docti, valdè ab hac ſententia diſcrepat, cùm productis multorum ſententiis conſenſum ferè omnium concludens finem oratoris officij eſſe perſuadere. Hoc quia, inquit, in calumniam videbatur poſſe recedere (non enim ſemper perſuadet Orator, nec, ſi aliquando perſuadere non poſsit, facultatem, & nomen oratoris amittit) addidit Hermogenes, quo calumniam effugeret, finem oratoris eſſe officij, perſuadere, quatenus conditio rerum, perſonarumque patitur.

Et quoniam ex ipſo perſuadendi verbo aliam naſci calumniam, à Platone inuentam, tractatam multum in Gorgia, ſed poſt multò impudentius à Technicis quibuſdam Hermagoræ obtrectatorib. frequentatam docuit, quoniam perſuadere dicerent finem eſſe, & opifices, tabernarij, ac fabri perſuadere cuiuis probabiliter de eo, quod agnoſcunt, vel agunt, conentur, oſtendit Hermogoram huic quoque calumniæ per commode obſiſtere, hoc adiecto, quatenus rerum, & perſonarum conditio patitur, dumtaxat in ciuilibus quæſtionibus: quarum ſcilicet
K perſpectio in communem animi conceptionem poteſt cadere, quam Græci ἔννοιαν vocant; planè contra Quinctilianum.

Sed oſtendamus id ipſum ex ipſiuſmet Fabij verbis. nam cùm de nomine Rhetoricæ lib. 2. c. 15. agit, Oratoria, inquit, ſic effertur, vt eloquutoria: oratrix, vt elocutrix: illam autem; de qua loquimur, Rhetorica talis eſt, qualis eloquentia: igitur ſi Rhetorica eloquentia eſt, & orator erit eloquens, eloqui autem aliud non eſt, quàm benè dicere, qui enim eloquitur, benè dicit; & eloquentia erit benè dicendi, ſiue facultas, ſiue ars, ſiue ſcientia: & tamen dicere oratoris finem eſſe benè dicere, eius eſt, qui nec ſuſceptæ in foro dictionis finem conſiderat. vt ſi quis oratoris finē dixerit, benè arare, cū benè arandi finis ſit ſerere, vt benè ſerendi fructus colligere: nec reſpicit clientē, non ſecus ac ſi quis dixerit, medici finē eſſe
L benè curare, q̄ definitio ægroti ipſius, qui medicum ſibi adhibuit, nullam videtur habere rationem. Ergò qui dicit oratoris finem eſſe dicere appoſitè ad perſuadendum, & eius, qui dicit, & eius, pro quo dictio ſuſcepta eſt, rationem complectitur, quæ ſanè definitio perfecta eſt, cùm & officium eius, qui dictionem eſt aggreſſus, oſtendat, & cauſſam, id eſt, finem, cur officium ſuſceptum ſit, declaret.

Idem alio libro, id eſt, octauo cap. 3 nam illud genus oſtentationi compoſitum, ſolam petit audientium voluptatem: ideoque omnes dicendi artes aperit, ornatumq́; orationis exponit, vt qui non inſidietur, nec ad victoriam, ſed ad ſolū finem laudis, & gloriæ tendat: quare quidquid erit ſententiis populare, verbis nitidum, figuris iucundum, tralationibus magnificum, compoſitione elaboratū, velut inſtitor quidam eloquentiæ intuendum, & penè pertractandum dabit: nam euentus ad ipſum, non ad cauſſam refertur: at vbi res agitur, & vera dimicatio eſt, vltimus ſit famæ locus.

En tibi, vt his verbis quæri victoriam, non benè dicendi laudem, & gloriam demonſtrat, & quia nō omninò dilucidè expreſſerat, quod volebat his verbis, nam euentus, &c. ſubiecit apertius, vbi res agitur, quia videlicet in victoriam totis eſt viribus incumbendum, quæ quidem niſi perſuaſo planè iudice & benè dicendi arte, viribusq́ue eloquentiæ expugnato comparari nequit.

Sapienter igitur, & grauiter Cicero, imprudenter & inconſideratè Fabius, & Aſſeclæ: & verò etiam ſtatus definitionem Ciceronis contra Quinctil. idem Pontanus acerrimè defendit eodem Dialogo. tu eum lege.

Concretionem fieri calore, & frigore, nec ſecum Ariſtot. pugnare: quot in homine coſtæ, error Plinij, aliorumq́, qui Heraclides apud Galenum.

CAPVT XVII.

TA 4. Meteor. Ariſt. quæ ad aquam ſpectant feruore ignis concreſcere non poſſunt, ſic enim cap. 6. addit rationem petitam à natura: ſoluitur namque ab igne, idem autem eodem ſecundum idem non eſt cauſſa contrarij. *A* liquidorum igitur quæcunque euaporare queunt, ad aquam ſpectant, ſit vinum, aqueum enim eſt, id eſt, eius natura eſt aquea, quæ igitur frigore ſpiſſati nequeunt, id eſt, craſſeſcere, ſed concreſcere, ad aquam potius ſpectant, qualia vinum, acetum, vrina, lixiuium, ſerum. *B* A

Prima fronte iudicabis ſecum pugnare philoſophum, & contradicentia ſcribere: nec pugnat tamen; qui enim pugnare ſecum poteſt tam perſpicacis vir ingenij? ignis feruore docet, & contra, quæ ad naturam aquæ pertinent, frigore cōcreſcere, hic intelligēdus de cōcretione loqui,

quæ fit à frigore, hæc enim habet locum in aqueis; ibi verò de concretione, quæ fit à calore: nam quæ aquea sunt, eo nequeunt concrescere.

Magnum discrimen inter Hippocratem & Aristotelem, de costarum numero in homine πλευρὰς ipsi vocant. Ille lib. de loc. in hom. septem esse tradit. costæ septem, inquit, hæ quidem post corpus ad vertebras, hæ verò ante in sterno ad seipsas, libr. de ossium natura ipso initio Vertebræ supra clauiculam vna cum magna 7. numerantur, ad costas verò totidem, quot & costæ, duodecim numero.

Aristoteles primo de hist. anim. cap. 15. octo. costæ, seu latera vtrinque octona: nam de hominibus gentis Ligurum, Turdulos reddit Gaza. quos septenis costis ferunt constare, nullius idonei auctoris testimonio est compertum, itaque
B non legerat Arist. Hippocratem. aut ipsius testimonium aspernabatur, quod nullo modo spernendum.

Aristotelis opinione, cum ἑκατέρωθεν, id est, vtrimque dicat octo, erunt sedecim costæ, à dextra 8. 8. à sinistra, cùm Hippocrates septem, si vtrimque accipis, vt accipere debes, iam sunt 14.

Cùm Arist. Plinius facit lib. 11. cap. 37. costæ, inquit, homini tantum octonæ, suibus denæ, corniger is tredecim, serpentibus triginta. Interpretatur Mercur. in Hipp. septem esse, quæ à posteriore corporis parte ad verticula connectuntur: anteriore parte quinque, quæ in pectore, seu potius in osse pectoris inter se committuntur, licet plerumque duodecim sint ab vtraque parte, vel 13.

Non valdè exactè tractarunt veteres anatomen humani corporis: tametsi Erasistratum in eo diligentissimè versatum, atque Herophilum Celsus probat dissecandis etiam reorum damnatorum corporibus viuis.

Ego post Vesalium lib. 1. cap. 19. & Gotracum
C de Med. defin. ex Gale. lib. 8. de anatom. administrat & 7. lib. de vsu part. costas, hoc est, ossa thoracis à lateribus sita, quæ sternum spondylis committunt, duodecim vtrimque plurimum hominibus feminis, & maribus esse statuo, quot videlicet sunt spondyli, id est, vertebræ dorsi: & quidem superiores 7. ex vtraque parte à Græcis dicuntur πλευραὶ simpliciter, tor enim ossa in sterno ossi pectoris, & vertebris articulantur: ac duæ primæ ἀντίστροφοι nominantur, quasi respondentes, aut retortæ: duæ aliæ, quia solidissimæ γνησίαι: tres postremæ νοθαὶ, opinor, quia sternou terminant: quinque aliæ vtrimque humiliores, vt Celsus notat, appellatæ νόθαι, illegitimæ, siue spuriæ, quia imperfectæ, & non articulantur ossi pectoris, siue sterno, vt septem veræ, sed vertebris compinguntur solis, & intus diaphragmati suis cartilaginibus junguntur, nec flexiles ab initio ad finem. Gale. lib. de anatom. administrat. ideoque παρέγγυς, & μαλθακαὶ dictæ Polluci lib. 2.

Non ita verò constans est hic numerus, vt non euariet: sæpius enim 13. aliquando sunt 11. D quemadmodum 13. quoque thoracis vertebras sæpius, quàm 11. tantum occurrere docet cap. 18. lib. cit. Vesal. singulis enim thoracis vertebris singulæ ambobus lateribus articulantur costæ: qui quidem cistum Hipp. locum non videtur agnouisse, vt Aristotelis agnouit; citasset enim vel damnans, vt Aristotelis, vel probans, vt tanti medici, cùm præsertim testetur se monitum à studiosis quibusdam patriciis Genuensibus inter enarrandum illum Arist. locum generosissimos Ligures olim ἑπταπλεύρους nominatos.

Quòd item esse verum testatur lib. cit. Pollux: & ego in hoc non minimam diuersitatem agnosco, quando Pausaniam lego 1. libr. id est, in Att. narrantem Protophanis Magnesij Olympionicæ costas non fuisse discretas: euaporante enim humido crassescit siccum, & consistit, sed os continuum in iugulo ad situm vsque postremæ costæ nothæ. E

Scio autem præstantissimum philosophum, oratorem, ac Theologum soc. nostræ Benedictum Pererium scripsisse ex Physiologorum, medicorumq. sententia humanum corpus 24. constructum esse costis, duodenis vtrouis in latere, nec excuso, cùm vertebras omninò inter costas reponat, si hic ei numerus costarum constare debeat, quod nec Physiologi, faciunt nec medici, Physiologorum princeps est Aristo. medicorum Hipp. & Gal.

Iac. Delecampij non displicet emendatio loci Pliniani pro octonæ, reponentis duodenæ, minus, vt erret: vel, vt errorem in numero octonæ excusemus, intellexit veras, & legitimas, non autem nothas, illæ enim vel 7. sunt, vel 8. ferè.

Heraclides Erythræus, cuius Gale. meminit artis paruæ initio discipulus fuit Chrysermi, & quidem omnium clarissimus, condiscipulus autem Apollonij eius, qui nuncupatus est Mus, cuius mentio est in Gal. lib. 4. lib. de diff. pulſ. cap. 10. & alibi: de Heraclide autem præter Gale. hoc loco scribit etiam Strabo libro 14. cui Herophili quoque nomen tribuit, ex Erythra faciens Asiæ F minoris ciuitate, quæ patria item fuit Sibyllæ, quam idcircò nominant Erythræam, & alterius diuinatricis, quæ dicta est Athenais, & floruit Alexandri tempore.



Ab Erasistrato deprehensus animi, pro morbo corporis, affectus, aliorum exemplis confirmatus: minus aptam nutriendo aquam vino contra Petronium.

CAPVT XVIII.

A NOBILIS olim medicus Erasistratus Sicyonius fuit, quem sæpe nunc laudans, nunc reprehendens commemorat Gal. & quem lib. de cur. rat. per sang. miss. summos ad honores scribit euectum, singulari prudentia, & acumine artis suæ vsus deprehendit aliquando, vt idem tradit Gal. lib. de præcognit. ad Postum. amari nouercam à priuigno: rem ita Plut. narrat in Demetrio. Stratonicam Demetrij filiam vxorem habebat Syriæ Rex Seleucus, eam deperire miserè cœpit filius Seleuci Antiochus sic, vt in morbum incidisse putaretur grauem, & lecto affixus videretur lenta consumi tabe: accersitus Erasistratus cum admota eius pectori, siue cordi manu obseruaret nouerca fortuito ingrediente, prætereunte, assidente variis modis cor adolescenti palpitare, colorem vultus, in diuersa mutari, amari nouercam ab eo diuinauit, patri amorem eius aperuit iuuenis potitus nouercæ optatis nuptiis patris concessu, mox conualuit. Quo astu rem cum patre medicus expedierit, habes ex Plut. nolo enim esse longior. Suid. breuiter exponit, & Val. Max. lib. 5. cap. 7. attribuens Leptini Mathematico: comprehendit hoc distichо Io. Bœss. non valde malo:

B *Rex miserans fortem nati pereuntis amore,*
Vxorem caram cessit ei. ô pietas.

Antiquior Hippocrates suo facto iam docuerat Erasistratum: pari enim ingenio detexit Perdiccæ Regis Macedonum insanum aduersus Philam patris Alexandri iam defuncti concubinam amorem, quo tanquam tabe cóficiebatur, quod narrat Iunior Soranus in vita Hippocratis. Idem de Erasistrato Appianus tradit in Syriaca, Luc. lib. de Syria Dea, Macrob. lib. vltim. cap. 15. Saturn. & Gal. lib. 1. prognost. Hippocratis cap. 7. & suorum cap. 6. qui & fatetur se deprehendisse amorem cuiusdam mulieris depereuntis Pyladem saltatorem.

Quod autem ex Plin. lib. 29. retulimus, aliter narrat lib. 7. cap. 37. his verbis. Eandem scientiam in Theombroto Ptolemæus Rex Megalensibus sacris donauit 100. Talentis. seruato Antiocho Rege, aut fortasse alter hic casus, quia breuiter Suid. Græcè effert, cum longissima sit oratio Plutarchi, Appiani, & aliorum nonnullorum, ex eo narratiunculam produco, qui tamen Erasistratum Iulietem facit ex Iuliade Cei insulæ ciuitate, hic Antiochum Regem morbo laborantem præ nouercæ Stratonicæ amore, curauit inuento morbo ex tactu manus, & pulsu: quòd quotiescunque Antiochus intuebatur nouercam vltro, citroque ei saliebat cor.

Vtrumque Gal. est imitatus, & fortasse vicit, si ei de se ipso testanti fides vlla habenda, ita C enim lib. cit. ad Postumum scribit. non ex pulsu modo, sed ex colore, & habitu vultus viscerum etiam affectus, non solum fibras præsagiens deprehendebam, sic, vt vates appellarer: testes producit Cyrillum Bœthi filium, & Siculum quendam medicum, & alios.

Sed Iusti cuiusdam vxoris, & nescio cuius procuratoris, exempla similiora facto sunt Hipp. & Erasistrati: vtraque enim tabe sensim conficiebatur nulla manifesta eius mali caussa: animaduertit ipse illam consumi amore, quod ad nomé eius, quem ardebat, pulsus agitabatur, & subsiliebat, vultusque mutabatur color: hunc metu, quod rationem non posset reddere dati, & accepti hero suo. talem scimus fuisse memoria patrum nostrorum, immo auorum Ioanninum sanguinaeium P. Aponensis æqualem, qui ex solo vultus aspectu & genus, & tempus, & accessiones, siue paroxysmos diuinabat morborũ, quod legi in Bern. Scardeoni lib. 2. class. 8. Hist. Patauinæ.

Aqua, & vigilia edax, id est, edacitatem, famemque inducens, ὕδωρ βορὸν καὶ ἀγρυπνίη βορόν: efficiunt videlicet hęc duo voraces homines: vt hinc D pro Petronio arguere liceat vigiliam, & aquę potum conferre maximè ad coctionem cibi: nec licet tamen. Oraculum verò est Hipp. illud lib. Epidem. 6. sect. 4. comm. 19.

Caussam refert Galenus in aquę frigiditatem, qua fit, vt in Stomacho efficiatur contractio atque vnio in vitium, seu defectum concoctionis, ac distributionis: nam aqua sua frigiditate, atque humiditate obest coctioni, & nutritioni, quæ calore fiunt, impediuntur frigore: sic enim 4. lib. Meteor. cap. 2. Arist. est, inquit, calidi quidem concoctio, frigidi verò inconcoctio: hinc fit, vt magis excrementicij sint abstemij, quàm porores vini; illisque frequentius repetendus cibus, quàm his: ex quo ille versiculus apud Athen. lib. 10. cap. 2. sine Zenodotum in Sybaritis, ad mensuram aquam bibentes, absque mensura placentam edentes.

Neque verò cuiquam sua auctoritate imponat Alex. Petronius sæculi nostri medicus clarissimus, quem ego Romæ puer agnoui, & colui, lib. de victu Rom. cap. 9. docens, vtiliorem esse E concoctioni, ac nutritioni aquam, quam vinum: audi eius rationem. Quoniam, inquit, apparet celerius eos concoquere, qui aquam potant: quod tamen, vt Physici dicunt, est per accidens; non concoctoria scilicet vi vllaaquæ, sed quod minor fit concoctio, & nutritio, vt Gal. tradit comm. 4. lib. 6. Epidem. ita videtur celerior; sic potores aquæ appetunt celerius cibũ, quàm potores vini: nam

illi minus nutriuntur. hinc minus robusti: hi verò magis, ideoque robustiores. & magis viuidi: à vino enim alimentum prouenit copiosius. durescitq; & solidatur magis ex vino, quã ex aqua.

Dices, parcius vini potoribus dandus cibus, hoc enim præceptum est medicorum, quam iis. qui aquam bibunt; ita argumento esse conferre aquam multo cibo concoquendo; siuè, vt cum Plinio loquar, perficiendo: respondebo, per accidens id euenire, non enim iuuat per se, & vi sua concoctionem, sed quoniã imminuit nutritionem, quo fit, vt expeditior videatur, cum bona cibôrum pars in excrementa, ac fæces recidat. Qui medicina valet, arte is vera nos iudicabit scribere.

F Porrò aquam ad nutrimentum, robur, & incrementum nihil facere corporũ, nisi pro vt cibos defert, non pauci arbitrantur, propterea q Hipp. lib. de Alimento, id est, τροφῆς, humidum vocet vehiculum alimenti, cui Gal. suffragatur prodesse aquã scribens, animalibus ad solidiorem cibum deferendum. & Arist. de sensu & sensili, immo idem Gal. lib. 3. de morb. acut. 17. cap. neq; nutrire, neque roborare fatetur.

Mercur. in lib. Hipp. de affect. id est, περὶ παθῶν, in adnot. num. 32. referre tantummodo ad sanitatem putauit, quod videtur mihi aduersari his verbis Hipp. in quę hoc notat. alia, inquit, omnia tenues, & paruas ad incrementum, ad vires, & ad sanitatem præstant vtilitates præter panem, placentam, carnes, pisces, vinum, & aquam: ab reliquis enim obsoniis, esculentis, & poculentis tenuiter, imbecille, & omninò malè corpus afficitur mortalium.

Sanè ex Plut lib. de Iside & Osiride scimus vetitum à Sacerdotibus. Apim suum ab aquæ Nili potu, tametsi alioqui magni ab Aegyptiis fieret, quòd hæc aqua pota corpus reddit pinguiùs incrementum carnium efficiens. Sic iste non valde longè à principio libri.

Quo modo innatus calor elementaris nõ sit, & sit cælestis ex Hipp. & Arist. explicatum, malè à Fern. & Scal. acceptum.

CAPVT XIX.

A CALIDVM in homine im̃ortale quiddam esse, & omnia intelligere, videre, & audire, & nosse præsentia, & futura, quod prisci nominarint Aetherem, lib. de principiis, qui malè de carnibus vulgò inscribitur, Hippocrates profitetur: mirum quin & Iouem, hoc est Deum, qui norit, quę sint, quæ fuerint. quæ mox ventura trahantur, nõ dissimile videtur quod legimus apud Arist. 2. lib. de Gen. anim. cap. 3. in semine docentem inesse calidum quoddã, q omnia semina efficiat fecunda, neq; hoc ignem esse. nec similem igni facultatem, sed spiritum, seu flatum quendã, qui intus in ipso semine, & in eo, q spumosum est, continetur, & quæ in spiritu est natura proportione respondens astrorum elemento: quocirca ignia nullũ gignit animal, neq; vllũ apparet inter ignita, cum calor solis, & animalium non modo per semen, sed si quid aliud in natura fit superfluum, B tamen principium habet viuendi.

Ecce tibi calorem animantis natiuum nõ tam elementalem esse, q̃ cælestem: nam & lib. de Iuuent. & Sen. c. 2. & de respiratione c. 4. ex sententia Democriti idem esse animã, & calorem disertè tradit. hinc data occasio Io. Fernelio asserendi non cognitã animi immortalitatẽ Hippocrati, à quo dogma Galen. accepit, Nemesij præsertim iudicio, animũ rationis participẽ nihil esse aliud, q̃ calidum innatũ, λέγει γὰρ ὡς ἡ ψυχὴ καὶ τὸ θερμὸν ταυτὸν. quo extincto exanime relinquatur corpus; qui propterea calorẽ posuit in cęlestibus globis formalem, vt vocant, à cap. 1. ad 6. lib. suæ Physiologiæ 4. vt duo Philosophi, & medici, qui, cum hæc scribebam, erant in viuis, alter Scotus, alter Gallus Transpadanus Taurini profitentes, hic libro suo de som. & vig. ille de simpl. gener. contra Aristot. cap. 13.

Et Fernel. quidem ca. 1. lib. 4. cum naturalẽ calorẽ, siue animalẽ, cælestem asseuerauisset, à quo actiones omnes prodirent, non elementarẽ, seu temperiem, cap. tamen 7. naturam caussam formalẽ, & actionũ naturalium effectricẽ esse dixit, C & aliud nõ esse definit, q̃ proprium temperamẽtum, sic enim circa medium capitis confitetur. Quod si verũ est, vt est; cum omne temperamentũ ex 4. fiat mistione elementorũ, nullo alio calore, quàm elementari functiones naturales, & animales perficientur: vt mirer subtilissimum virum I. C. Scaligerum penè stare cum eo exerc. 101. num. 18. contra Card. de subtil.

Quin verò Altomaris etiam lib. de alteratione cap. 3. hinc deducit, non aliud naturam esse animalis, quàm hoc calidum, sic enim existimare Hippocratem apud Gal. comm. 15. Aphor. 37. 4. lib. & lib. de tremore & rigore.

Verum apud Arist. respondere affirmat calidum animalis elemento astrorũ, ita videtur accipiendũ, vt cum dicimus siccum, humidũ, calidũ, frigidum mistorum ab elementaribus, & hominem ab animali, animal à planta differre; & de actiuo, & passiuo, vt cum scholis loquar. scripsit Arist. 2. de ortu & inter. cap. 7. & de nutrimento, & eo quod nutritur 2. lib. de anima c. 4. ibi enim D vt loquitur, ἔστι τι κοινὸν τὸ ὑποκείμενον: est commune quoddam subiectum: hic autem concilians eos, qui affirmant contrarium contrario metiri, & simile simili, dicunt enim ἀμφότεροι ὀρθῶς καὶ οὐκ ὀρθῶς, non materia, & genere, sed forma, id est, specie: neque enim inter ea caderet actio, & passio, nisi genere, & substantia, vt materia, atq; subiecto cõmunicarent: q item verũ esse apparet ex initio lib. 4. Meteor. quorum scilicet elemẽtorum duo

sunt

sunt effectiua, calidum, & humidum: duo passiua siccum, & frigidum.

Quod etiam videtur ab Hipp. traditum lib. 1. de Diæta num. 4. atq; ita nō quo ad substantiam, & formalitatem, quo modo enim benè Latinè exprimā? caloris, sed quoad vim, & potestatem procreandi, respondere dixit Aristot. elemento astrorum, vim prolificatiuam, vt barbari dicunt: nullus autem calor inest cælestibus, calor, inquā, E formalis: tantum in hæc inferiora corpora cæli agunt lumine propriè, & motu, siue latione, vt lumen deferente.

Sanè hoc expressa oratione docuit Arist. lib. 2. Meteor. c. 4. & 5. ibi enim cur à meridie, & septētrione maximè creentur venti, declarat, nō solū, inquit, hæc loca peruadit sol, sed ad ea, & longè ab eis fertur ad Occasum, & ortum, &c. Hic verò Orionem, Orientem, & occidentem docet ventos concitare, &c. Est enim magnū astrum; quare & lumen effert magnum, à quo vapores humo tolluntur, vnde gignūntur venti.

Neq; alium tribuendum superioribus globis influxum illud probat, quod nulla in cælo temperatio, nulla cōmistio elementorum, cum sit maximè simplex, & omni carens elementorum qualitate, & externa concretione. Quas enim imagines, & figuras animalium, terrestrium, piscium, volucrum, quę horum sint prędictę qualitatibus, Astrologi tradunt, Aegyptij, & Chaldæi, ego cōmenta semper arbitratus sum, & somnia esse, & cuiusque otiosi hominis esse in potestate huiusmodi ex astris imagines fingendi.

Deinde, quis ignorat in regionibus Africæ, & Aethiopiæ calidissimis multos nasci mortales, ascendente pisce, qui tamen omnes eiusdem nō sunt temperationis frigidæ videlicet, atque hu-F midæ, sed calidæ, & siccæ? & in Scythiæ, & Gothię frigidissimis locis ascendente Leone plurimos in lucem prodire, qui frigido, atq; humido sunt corpore, non calido, ac sicco?

Nulla itaq; in cęlo peculiaris, sed vniuersa tantum caussa ad rerum inferiorū ortum, atq; interitum concurrit: & propriæ, ac peculiares item rerum contingunt temperationes, id est, aëris, aquæ, terræ natura, regionum situs varius, hoc est, locis montanis, apricis, palustribus vento obiectis, liberis, subdiuersis cæli zonis, climatibus, &c. nasci, & viuere.

At manum de tabula. non hoc ago nunc, vt influentias, quas vocant, è medio tollam; quod abundè fecerunt Mirandulani duo Picus Senior, & Iunior Bernardus, post hos noster Peterius, & Felix Accoramb.

Iam quod de Hippocrate, & reliquis antiquis respondent quidam, intellexisse eos, ignem, & calorem animam esse, de nutriente, & sentiente vereor ne sit verum: nam loco citato Hipp. apertè quod de his affirmat, omnino & de rationis G compote affirmat; hæc namq; est, quæ non solum audit, & videt, sed etiā nouit, & intelligit: quid enim aliud sibi volunt duo illa verba νοεῖν, καὶ εἰδέναι? ita quidē Scal. accepit, nec imposuit, vt aiunt quidam, ipsi Hippocriti impulsus à Gal. trepidante, & nō aliud animam esse comprehendente, quàm substantiam ignis, & ignem formalem, siue temperationem ex igne conflatam, & cæteris elementis, quā complexionem appellamus.

Certè Hipp. varius mihi videtur fuisse, & à se ipso dissentiens: quanq; non ignoro commodè explicari posse de vegetante, & sentiente anima, vt videtur item asseruisse 2. lib. de anima Arist. cap. 4. cum ait, non nutriri, nisi quod viuit, & nutrimenti concoctionem fieri calido; quare animatum omne calorem habere, πᾶν ἔμψυχον ἔχει θερμότητα, &c. & 2. de part. anim. cap. 7.

Ergò Hipp. in 6. Epidem. comm. 5. & lib. 1. de diæta & lib. de nat. hum. quibus locis vix attigisse videtur animam rationis participem, ferè agit de formatrice, nutrice, atque auctrice: tametsi Gal. aliter videatur accepisse lib. de natur. facult. substantia, & lib. quod animi mores temp. seq. corp. & 9. lib. de plac. Hipp. & Plat. c. 8. & 9. sanè à prædominio istæ animæ calor sunt, siue ignis participatus. id est, temperies 4. elementorū, in quib. calidū rationem habet formæ, reliqua materiæ, H licet humidū propius calido sit, quæ duo Arist. 2. lib. de ortu & inter. c. 3. efficientia docet esse ταῦτα γὰρ καὶ δημιουργοῦσιν, & initio lib. 4. Meteor. ideoq; calidum nominant vulgo innatum, id est, σύμφυτον talis forma anima est naturalis, & in id calidum animali intereunte dissoluitur, vt ex eo oriebatur, inquit Hipp. lib. cit. de nat. hum.

Reprehendit quadantenus Arist. lib. 2. de anima cap. 4. quod si esset ignis, in infinitum cresceret, modo apponeretur ei apta cōburendo materia: sic & 2. lib. de part. anim. c. 7. qui mihi videtur cauillus. nam hoc verū de calido simpliciter, & absolutè, hoc est igni, quod est elementum, & maximè forma summæ efficacitatis, siue, vt vocant, actiuitatis: inde enim malignantis esse naturæ Alb. Magnus scripsit, id est, omnia conficientis, & cōsumentis: non est verū de igni participato, id est, de calido, quod in temperatione quadā est situm, quod si egrediatur, vel cum nimium est, vel cum parū. hoc est excessu, & defectu, intereat oportet: id constat lib. 1. de diæta Hipp. num. 4. 5. 11.

Quid? non scripsit Arist. animæ instrumentū esse calidū? tametsi neget esse ignē 2. lib. de gen. I an. cap. 3. sed spiritum, vt alias docui, in semine, & spumoso corpore; melius Hipp. lib. de nat. hum. ignis, & aquæ temperamentum. idem Arist. lib. de Iuuent. & Senect. cap. 4. innatum, siue insitum naturalem nominat calorem, ideoq; viua omnia calida esse, contra frigida, mortua, & huius calidi in viuente conseruationem, & quasi permansionem vitam esse, huius interitum mortem, & repetit Sect. 1. probl. 17. & sect. 3. probl. 22. & sect. 27. probl. 10. in summa huius temperamenti dissolutione morbi, morsque creantur, & calidum quod viuum, frigidum, quod mortuum.

Quis Pausanias, cuius meminit Gal. Iuuen. locus explicatus; balnea vndè nomen inuenerunt, quæ ratio horum apud veteres.

CAPVT XX.

A IN recensendis Pausaniis mihi visus negligentior Suidas tres modo numerans, Lacedæmonios duos, alterum historicum, alterum regem: tertium Sophistã Cæsareensem: omisit eum, de quo in Empedocle Diog. Laërt. id. lib. 8. cui dicarit Empedocles, quæ ille scripsit de Apno, & q eius fuerit amasius, & libros ei de natura inscripserit, hoc significant hæc Diog. verba Heraclides lib. de morb. dicit, declarasse Pausaniæ quæ ad Apnum pertinent. *A* & lib. 3. Epigr. tit. est 15. in medicos Epigramma extat de eo, vt medico, incerti aucturis, id est, ἄδηλον, cum tamen Laërt. Empedoclem auctorẽ agnoscat, ꝙ ita habet, paulo tamen immutatũ, sic Latinè redditũ ab interprete.

Pausaniam Anchiti natum, Phœbiq; nepotem
Clarum aluit medicum patria clara Gela
Qui multos diris homines languoribus agros
Eripuit furuis Persephones thalamis. B

Vt Brodæum mirer diligentissimum obseruatorem id non vidisse in suis cõmentariis Epigrammatum. An hic sit, cuius meminit Gal. in 1. libro Therap. & Plut. in Alex. nescire se fatetur Tiraq. lib. de nobil. ca. 31. nu. 320. errat tamen citans lib. Therap. Gal. pro lib. 1. Methodi cap. 1. ex quo satis est apertum eundem esse; etiã medici, inquit, qui Italiam incolebant, Philistion, Empedocles, Pausanias; quem enim alium priscum medicum nouimus huius nominis, præter hunc? Errat itẽ, ꝙ in Alex. Plut. non alterũ commemorat Pausaniã, præter eum, qui Alexandri patrẽ occidit Philippum, qui sanè medicus non erat. Regis autem Pausaniæ extant aliquot in medicos dicta mordaciter apud Plut. in Apophthegm. Locus est Iuuen. Sat. 14.

Vnde habeas, quærit nemo, sed oportet habere:

Qui putatur à nonnullis sententiam continere valde occultam, & longissimè à communi Grãmaticorum explicatione abhorrentem: nam hi tantam esse in mortalib. habendi, hoc est diuitiarum, sitim interpretantur vt, non quo modo eas iure adipiscantur, curent, sed quacunq; possunt arte, atq; industria per fas, & nefas consequi nitantur, scilicet vt habeant.

Vera, omnino explicatio ipsius rei; nõ explicatur tamẽ modus hic dicendi, vnde habeas, &c.
B Vnde ortum habuerit: & in promtu erat Aurelij Victoris Epitome, ex qua peti facilè poterat. Sic enim iste in Iuliano de cuius immodico aduersus vxores amore scribens Eusebiam tradit, quã præcipuè diligebat, vexasse famã eius per Amantias, & Gorgonias, & alia importuna ministeria. contra q̃ feminis modestiorib. mos est: quarũ sępè præcepta, inquit, maritos iuuant: namq; vt cęteras omittã, Pompeia Plotina, incredibile dictu est, quantum auxerit gloriã Traiani: cuius ꝓcuratores cum prouincias calũniis agitarent, adeò, vt vnus ex iis diceretur locupletium quemq; ita conuenire quæ habes ad mensam? vnde habes? tertium pone, quę habes? illa coniugẽ corripuit, atq; increpans, ꝙ laudis suæ esset iniuriosus, talem reddidit, vt postea exactiones improbans, & detestans, fiscum lienem vocaret, quòd eo crescente artus reliqui tabescant. Christianis exemplum sit principibus.

Quamobrem de Traiano lib. 8. scripsit Eutropius. Romæ, & per Prouincias æqualem se omnibus exhibens, amicos salutandi caussa frequentans, vel ægrotãtes, vel cum festos dies habuisset, conuiuia cum eis indiscreta vicissim habens, sæpe in vehiculis eorũ sedens, nullum Senatorum lædens, nihil iniustum ad augendum fiscum agens; liberalis in cunctos fuit, publicè, priuatimq; ditans omnes, & honoribus augens, quos mediocri familiaritate cognouisset, &c. C

Nec abhorret à vero ex hoc dicto, inde habes, Seueri Imper. edicto sancitum, ne quispiã à quopiam quidpiam vellet, vt probaret, vnde habeat circa fiscales delationes, sed delatorem probare debere, quæ intendit D. de Iure Fisci l. extat.

Sed oportebat, vt illi modum hunc loquendi vnde habes indicarent vsurpatũ vel ipsius tempore Iuuenalis, vel ante eum, si credendum ipsis allusum ad eum modum: & proferunt tamen exempla tantũ posterioris æui, nisi si defendamus eum sub Traiano etiam viuum fuisse, ꝙ mihi est valdè probabile: at producitur, vt Ennij versiculus, & est: & verò illa versus præcedentis pars:

—Lucri bonus est odor ex re D
Qualibet.

Confirmant sententiã, allusum enim ad Vesp. factũ, seu dictum, quod narratur à Suet. in eo. c. 23.

Balneum, siue Balineum, cum Græca sit vox, naturam tamen haud retinuit Græcæ originis βαλανεῖον. Dictum quod abigat curas; βάλλειν ἀνίας. confirmatur Hom. testimonio Vlix. 10.

— Λοῦσέ μ' ἐκ τρίποδος μεγάλοιο
Θερμὸν ἐπ' ἐκ κεφαλῆς καὶ ὤμων θυμοφθόρον ἐκ κάματον γυίων.

Aliis placuit. ἀπὸ τῶν βαλάνων deducere, ꝙ βάλανοι, id est, glandes olim cibus essent mortalium, & putamina ad ignem faciendum vsurparentur, ita Suidas, διὰ τὰς βαλάνους ἐσθίοντας, τὰ κελύφη ἐμβάλλειν, Balneę, & Thermæ à calore: discrimen si quod est, disce à Lexicis.

Magnus Balneorum apud veteres Græcos, Romanos, Barbarus vsus olim erat probatus etiam medicis, nunc penè obliuioni traditus. tribus porrò constabant apud Rom. cellis balnea; E quarum vna dicebatur calidaria, altera frigidaria, tepidaria, tertia, locus videlicet sumus aërem continebat calidum, Laconicum nominatus, respondet Hypocaustis nostris: medius, aquarum

erat calidarum; imus frigidarum, ſic alij explicant: prior tamen partitio Vitruuij eſt, atq; Epicteti in diſput. cum Adriano: fiebant verò rectis fornicatis, & locis concameratis, tutius vt corpora denudarentur ad ſudorem largè educendum, cum & ſtrigilib. detergerentur, & oleo ex gurio vngendum.

Gal. 10. lib. Therap. qui 4. diſtinguit partibus, hoc eſt, ſicca teſtudine ξηρῷ θόλῳ: piſcina, in qua lauabantur; lauacrum, ſiue labrum Latinè eſt: frigido. ſolio, nam frigida in ea lauabantur: tholo iu qua abſtergebatur ſudor, & vnctio fiebat: Iunior Plin. lib. 2. epiſt. ad Gallum addit quintã, in qua exuebanrur, & veſtes deponebant, cæterarum primam quam Latinè tepidarium, à qualitate aëris; Græcè, quia exſpoliabantur ἀποδυτήριον appellabant, de ea tamen nullum ſibi verbum faciendum putauit Gal. quòd nihil ad rationem attineret ſanitatis.

F Sicca teſtudo Vitruuio calidarium eſt, aliis ſudatorium Martiali Laconicum, omnibus Græcis, ac Latinis Hypocauſtum.

Piſcina etiam calidum ſolium quibuſdam nominatur, ſiue ciſterna, alueus, lacus, vas balnei. ꝙ modo ligneum extruebatur à Romanis, modo æneum, quin & ex pretioſo marmore, teſtes ſunt veteres in vrbe ruinæ: transferri antem poterat de loco in locum, indicat Cicero l. 14. epiſt. 20. Terentiæ ſcribens, vt labrum ſi in Balneo non ſit, det operam, vt ſit: baptiſterium nominat Plin. Iunior, aliique Gale. poſt Dioſcor. lib. 6. ἔμβασιν, id eſt, Introitum: & maior quidem lacus, ſiue piſcina, in qua plutimi natantes æſtuabant, Oceanus ab Alex. Seuero nominatus, ſiue Oceani potius, vt in eo Lampr. ſcribit ſolium primus inter principes appellauit, cum Traianus id non feciſſet, ſed diebus ſolia deputaſſet. Vr labri pats à Vitruuio ſchola dicta, quam illi occupabant, qui circumſtantes præſtolabantur.

G Pollux lib. 7. facit duas partes Balneorũ ἐσχάραν, id eſt, focum, & ἀλειπτήριον, id eſt, vnctorium, vbi poſt ſudationem corpora iuungebantur: lib. 10. vaſa hæc, quorum in balneis vſus, numerat, Aryballum, Arythænam, Scapham, Pyclum, ſiue Thecam, Aſaminthum, his enim hauriebatur, & infundebatur aqua, aut lauabantur.

Ferè antem exædificabantur balnea ſic, vt interdum per feneſtras totius diei ſolem ampliſsimè exciperent Plin. lib. 1. epiſt. ad Rufum de ſuburbano Comenſi. Quid balineum illud, quod plurimus ſol implet, & circumit. quod non ſeruabatur in iis, quæ Blattaria ſunt nuncupata, inquit, lib. de morbo Gal. Fomitanus, Seneca tamen, eo rem deueniſſe oſtendit, vt non niſi obſcuris, ac tenebricoſia, & perangnſtis balneis Romani vterentur, quia niſi talia eſſent, minus conſeruati arbitrabantur calida, in quo Senecam oſcitanter legit.

Obſcura enim balnea fuiſſe antiquiora tradit Sen. epiſt. 86. de balneo Scipionis Afr. ita ſcribens, & præſentem vituperans Luxum, Balneolum anguſtum, tenebricoſum ex conſuetudine antiqua: non videbatur maioribus noſtris caldum, niſi obſcurum. Magna ergò voluptas ſubit, contemplantẽ mores Scipionis, ac noſtros paulo poſt. At nunc quis eſt, qni ſic lauari ſuſtineat? H
pauper ſibi videtur, ac ſordidus, niſi parietes magnis, & pretioſis orbibus refulſerunt, niſi Alexandrina marmora Numidicis cruſtis diſtincta ſunt, &c.

Mox. & adhuc plebeias fiſtulas loquor: quid cum ad balnea libertinorum peruenero? Quantum ſtatuarum, quantum columnarum eſt nihil ſuſtinentium, ſed in ornamentum poſitarum impenſæ cauſſa? &c.

Mox in hoc balneo Scipionis minimæ ſunt rimæ, magis quàm feneſtræ muro lapideo exſectę, vt ſine iniuria munimenti, lumen admitterent: at nunc blattaria vocant balnea, ſi qua non ita aptata ſunt, vt totius diei ſolem feneſtris ampliſſimis recipiant, niſi & lauantur ſimul, & colorantur, niſi ex ſolio agros, & maria proſpiciant. tu lege, &c. concludit enim poſtquam munda balnea inuenta ſunt ſpurciores ſunt. I

Nam & idem lib. 3. quæſt. nat. cap. 24. huius cauſſa luxuriæ, quem non falli, inquit, credunt ij, quibus balnearia ſine igne caleſiunt, quod per tubos lapſus ſpiritus, non aliter, quam igne ſubdito, parietes, & vaſa balnei calefacit: & epiſt. 90. miratur ſuſpenſuras balneorum, & impreſſos parietibus tubos, per quos circumfunderetur calor, qui ima ſimul, & ſumma foueret æqualiter. Et lib. de Tranq. cap. 9. extremo, inter balnearia. & Thermas bibliothecam quoque vt neceſſarium domus ornamentum expoliri ignoſcerem plane, inquit, ſi è ſtudiorum nimia cupidine otiretur.

Et Plin. lib. 35. cap. 4. de Mar. Agrippa ſcribit in Thermarum quoque calidiſsima parte marmoribus incluſerat parnas tabellas paulo ante, cum reficerentur, ſublatas, & lib. 34. cap. 8. qui lib. 31. de balneis multa.

Nec ſilentio inuoluendus Poppeæ vxoris Neronis luxus, quæ balneorum ſolia Aſinarum lacte ſolebat temperare ad candorem cutis, Aſinorum gregibus ob hoc eam comitantibus, auctor eſt Plin. lib. 28. cap. 12.

Celtiberi ſpurcius, neſcio an vtilius, non aqua in balneis ſe lauabant, ſed lotio diu ſeruato, vt & Cantabri, ſi credendum Alexandro Neap. lib. 4. K
cap. 20. dierum gen.

Veterum autem balneorum ſtructuræ imaginem reſtituerunt non diu antè noſtram ætatem antiquarij, Gul. præſertim Conlus: ſed olim Plinius lib. 2. epiſt. ad Gall. deſcripſit agens de ſuo Laurẽtino. in balinei cella frigidaria ſpatioſa, & effuſa, cuius in contrariis parietibus duo baptiſteria velut eiecta ſinuantur, abundè capacia, ſi innare in proximo cogites: adiacet vnctuarium

hypocauston, adiacet propnigeon balinei: mox, duæ cellæ magis elegantes, quam sumtuosæ: cohæret calida piscina mirificè, ex qua natantes mare aspiciunt. nec procul sphæristerium, &c.

Et lib. 5. Apollinari scribens. In cornu porticus amplissimum cubiculum à triclinio occurrit. aliis fenestris xystum; aliis despicit pratum. Sed antè piscina, quæ fenestris seruit, ac subia-
L cet, strepitu, visuque iucunda: nam ex edito desiliens aqua suscepta marmore albescit: idem cubiculum hieme tepidissimum, quia plurimo sole perfunditur cohæret hypocauston, &, si dies nubilus, immisso vapore solis vicem supplet. Inde apodyterium balinei laxum, & hilare excipit cella frigidaria, in qua baptisterium amplum, atque opacum, si natare latius, aut tepidius velis, in area piscina est, in proximo puteus, ex quo possis rursus adstringi: si pœniteat teporis, frigidariæ cellæ connectitur media, cui sol benignissimè præstò est, caldariæ magis; prominet enim in has tres descensiones, duæ in sole, tertia à sole longius, à luce non longius: apodyterio superpositum est sphæristerium, quod plura genera exercitationis, pluresque circulos capit.

Ne adeundus tibi sit commentarius, en tibi explico obscuriora, baptisterium, labrum est, seu lauacrum à Græco verbo βάπτειν. Sidonius describens balnea. Si apricari mauis, baptisterium piscinæ connectitur ab oriente, quod viginti circiter modiorum millia capit: huc è lucis calore venientibus triplex medij parietis a-
M ditus per arcuata interualla reseratur. Ecce tibi cellas tres balinei, frigid. tepid. calidar.

Vnctuarium hic adiectiuum est, hypocauston substantiuum, Latinè succensum dici potest, locus videlicet concameratus, & fornicatus habens ante se præfurnium, in quo ignis erat ad ipsum calefaciendum, vaporarium ardens nonnulli vocant, in quo item fiebat vnctio. Propnigeon Græcum est, præfurnium vertit Vitruuius, locus erat, vbi carbones accendebantur.

Piscinam hic non ad piscandum sume, sed ad natandum. Palladius, piscinales cellæ in æstiuis balneis à septemtrione lumen accipiant, in hiemalibus à meridie. Sidon. Basilicæ appendix piscina forinsecus, inquam fluentum de supercilio montis elicitum, canalibusque circumactis per exteriora natatoriæ curuatum, &c.

Apodyterium, locus in quo deponebatur, & asseruabantur lauandorum vestes, vox est
N Græca à verbo ἀποδύω, quod est exuo, spoliatorium Latinè possis dicere. Cicer. ad Q. F. vtitur Græco vocabulo, quo Plato.

Dispositio ordinaria balneorum illa videtur fuisse, quam expressit Vitruuius, qui præfurno tria docet ahena solita imponi, ex quibus influeret, vel infunderetur aqua ex tepidario in caldarium, ex hoc in frigidarium: tepidariumque secundum in balneo fuisse parietem indicat Paulus I. C. & ex Palladio paulo ante docui, qua parte lumen admittere deberent.

Hora verò balinei describitur à Plinio lib. 3. Ep. ad Caluisium, cum vitæ genus Spurinæ persequitur. Vbi hora balinei nunciata est. est autem hieme nona, æstate octaua, in sole, si caret vento, ambulat nudus. Val. Martialis palæstræ, & balineo attribuit nonam nulla distinctione temporum. Spart. in Adriano, neminem, inquit, nisi ægrum lauari in publico passum antè octauam horam: Vitruuius liberior est, assignans lauandi tempus à meridiano ad vesperum.

Discedentes à balneo gustabant aliquid, deinde legitimam adibant cenam. Sen. de consolatione ad Marciam de morte A. Cordi patris cap. O
22. vsus itaque balneo, & quo plus imponeret, in cubiculum se, quasi gustaturus, contulit: gustare, & gustus hoc dicebatur, quod intelligit, opinor, gustatorij nomine Plin. lib. 5. ep. ad Apoll. gustatorium, inquit, grauiorque cœnatio margini imponitur, Inuentum Carbilij Pollionis gulosi hominis, inquit, vir doctus Catanæus, non intelligens Plinium lib. 9. cap. 11. cui non assentior, minus Perotto, explicat enim craterem, siue labrum, in quod aqua è fonte profluit, gutturnium fortassè intellexit.

Cum autem calida tantum prius lauari solerent, Antonius Musa, & frater eius Euphorbius instituerunt à balneis multa frigida corpora adstringi, vt ait Plin. libro 25. cap. 7. quod non video, quo modo cum eo conueniat, quod in Augusto Dio narrat, primum Romæ Mæcenatem aquæ calidæ balneum construxisse: nisi forte locum ipsum tantum intelligat.

Inuenta Ibycus memoriæ prodit balnea ab Herculę indicata ipsi à Vulcano, vt cum laboribus esset confectus, recrearetur: Pisander Her- P
culi demonstrata à Minerua tradit, si verum scribit Natalis Comes lib. 7. Mythol. cap. 2. nobis certum aquarum calidarum inuentorem fuisse Anam filium Sebeonis, dum in solitudine quæreret Asinas patris sui: ita enim luculentissimus narrat testis Moses Gen. 36. non has tamen factitias, sed naturales.

Scimus iis maximè delectatum Carolum Magnum, cum frequentissimè in ipsis nataret, eoque exercitationis genere superaret mortales omnes; ad quas etiam vrbem regiam extrui iussit Aquisgranum, vbi morte decessit, vt est apud Alb. Crantium lib. Saxoniæ 2. capite 8. & Auent. libro quarto, annal. Boior. Theodericus item Rex Gothus Italiæ aquas Patauinas ad Opidum Aponum egregio opere liberaliter honestauit, vt in Aur. est Cassiodoro lib. Varr. 2. capite 39.

Tantus

Tantus verò honeſtati apud veteres fuit honos, vt neq; promiſcuè in balneis verſari maribus, & feminis liceret, neq; apud Rom. patri lauari cum filio pubere, nec ſocero cum genero, ne videlicet conſpicerentur nudi, tradit hoc Val. Max. li. 2. c. 1. argumentum ex his verbis C. Gracchi in or. de legibus promulgantis, vxorem dixit in Balneis virilibus lauari velle, &c. apud Agel. lib. 10. cap. 3. & cum ſpurciſsimi Imp. Aligabali, Heliogabali vulgo, libidine inductus Romæ foret mos contrarius Alex. Seuerus Romanum pudorem poſtliminio reuocauit. Ael. Lampridius in eo balnea miſta Romæ exhiberi prohibuit: quod quidem iam ante prohibitum Aligabulus fieri permiſerat. Sæculo poſt S. Cyprianus indicat non retentum morē in Africa, quid verò, quæ promiſcuas balneas adeunt? lamentari eum putamus ex toto corde, qui ex primo criminis die lauacra cum feminis quotidie celebrat?

Genus quoddam artis olim fuiſſe propter frequentiſsimum balneorū ſtudium, balneatoriam βαλανευτικὴν Plato in Sophiſta nominat reponens inter eas, quæ mundiciem faciebant, id eſt, ὑδρο-ρεπεῖς, quam primi Sybaritæ videntur inueniſſe homines delicatiſsimi. Athenæus libro 12. capite 5.

Attentè obſeruandum balneorum furibus apud Rom. & Græcos pœnam fuiſſe capitis, cum in reliquis furtis priuatis duplò tantò, quantum
R furati fuerant, damnarentur, & Vlp. I. C. extra ordinem tradit puniendos: dignam rem putauit Ariſt. ſua inquiſitione: Itaq; ſect. 29. Probl. 14. huius legis, & moris cauſſam quærens, reſpondet, primum, Quoniam domi quilibet poteſt commodius ſuas res muris, clauibus, famulis cuſtodire: quæ in balneis deſunt: deinde, quia liberum eſt domino domus, quos velit admittere, quos non: in balneis autem licet ingredi omnibus: C
addit rationes alias philoſophus argutiſsimus: addo ego aliam, quia olim aquæ balneæ ſacræ habebantur: cur autem? quia vt idem docet ſect. 24. probl. poſtremò, ſulphure, ac fulmine proueniunt rebus ſacris. Genus hoc furum Tert. lib. Apolog. cap. 44. lauantium prædones appellat, fures balnearios cap. 5. lib. de Idolol. balnearum lib. de fuga in perſecut. cap. 13.

Nec prætereundum, quod notat Suid. nondum inuentis balneis lauari ſolitos mortales in Scaphis, & Pyelis, genera ſunt vaſorum inſtar nauiculæ, ſiue alueorum, aut ſoliorum cauorum, non modo ligneorum, ſed etiam lapideorum.

Enimuerò duo ſunt genera balneorum; nam alia ſunt naturalia, alia facta, id eſt, arte, & cogita-
S tione hominum: de vtriſq; accipienda verba hęc Ariſt. ſect. 3. probl. 16. balneum corpora perſtricta, ac dura relaxat & agiliora facit: humida, & mobilia diſſoluit, & imbecilla reddit. de naturalibus ſect. 24. cap. 8. 14. & poſtremo, Balnea hieme calidiora, quàm æſtate. & 14. etiam de arte factis. poſtremo de naturalibus, cur calida lauacra, ſacra? num quia ab ſacerrimis fiunt, ſulfure, & fulmine?

Rurſus. alia ſunt balnea publica, alia priuata, publica balneæ dicuntur; balnea priuata Varronis ſententia; fides huius eſto penes Cataneum in ſuperiorem Plin. ep. ad Rufum: Beda certè idem ſcribit lib. de Orthographia not. ex Euſt. in lib. ante pen. Il. Athenienſium balneorum maiorem partem fuiſſe rotundam. Hæc iam nimis multa de balneis, non tamen aſpernanda. lege alia in Gymnaſtica Mercurialis medici præſtantiſsimi; In qua & de inungendi ratione ex veteribus plurima colliges.

Vitæ definitio Cardani, & nutritionis Ludouici Viuis aduerſus Scalig. defenſa.

CAPVT XXI.



EXERCIT. 102. num. 5. I. C. Scaliger reprehēdit, ſane iniuria, Cardanum A
ſic vitam definientem. Vita eſt animæ operatio. ſuppoſitorum, inquit, ſunt actiones, nec animæ magis, quàm corporis, & corporis animati, vt eſt apud Ariſt. 1. li. de ani. Maximè verò nutritiuæ, vt eſt apud eundem li. 2. de anima. At ſanè nulli dubium has actiones animato corpori per animam ineſſe eiuſdem ſententia Ariſt. cum anima ipſa rationem cauſſæ, & à qua res eſt, & vnde motus, & cuius gratia, habere dicatur, ac conſtat ex lib. 2. cit. bene igitur animæ operatio vita dicitur, ſi præſertim addatur, in corpore.

Neq; verum à vita omnem ſecludi operationem. non enim vita, ſi animæ deſit operatio: quia vita animatū ab inanimato diſtinguitur, vt docet Ariſt. 2. li. de anima c. 2. & de vita parte intelligente, ſentiente, ac nutriente dicitur, & nutrimentum ad animatum per ſe referendum eſt; quare à nutritione ad vitā, contra à vita ad nutritionem poteſt inferri, c. 4. lib. 2. de anima. igitur eidem & animatum eſſe, & viuere conueniet, & omne animatum, qua tale viuat oportebit: quorum duorum viuere animati effectio eſt, & non vitæ animatum eſſe, id eſt, ab anima vitam, non à vita animam eſſe putandum: iure igitur definita ab A- B
riſt. lib. 2. de anima, actus corporis organici poteſtate vitam habentis, F & principium, quo viuimus, nutrimur, mouemur, & intelligimus.

Quin tu, ô argutiſsime Scaliger, non definis vitam animæ vnionem cum calore? At calor materiæ, anima formæ habet rationē vt lib. de anima tradit magiſter, cum impugnat Empedoclē plantis dicentem accidere augmentum ſurſum, quia ignis fertur ſurſum: vt deorſum, quia eo terra tendit: quia, inquit, hæc anima ſunt, ſed non ignis, & rationis magis, quā materię, eſt tex 38. & 41. operationes igitur à cōpoſito per formā prodeunt, animæ igitur operatio vita: quēadmodū

oculus eſt pupilla,& viſio,& ibi anima, & corpus animal, *A* & cap.2. non corpus eſt actus animæ ſed ipſa corporis alicuius, *B* & cap. 4. eſt autem anima viuentis corporis cauſſa,& principium. C

Dicet,& operatione habitum non intelligi o-
C perandi, ſed actum: & vitam non eſſe actum, ſed agendi habitum, atq; potentiam. Tu falſum dic eſſe,quia vt nutritiua citra nutritionis actum nequit ſtare,ſi habenda fides Ariſtoteli lib.2. de anima cap.2. & nutritio,vt paulò ante dixi,per ſe refertur ad animatum,ita nec ſenſitiua citra actum poteſt conſiſtere ſenſationis, vt à ſcholarum non abhorream vocabulis. *D*

Obiicies, quæ nam ſenſus fiunt animali quieſcente,ac dormiente functiones?& viuere tamen ſcimus. egregia verò obiectio: fiunt quidē nullæ externæ functiones, & omnibus communes ſenſibus:internę tamen fiunt,eorumq; ſaltem ratione ſenſuum,ſine quibus animalis non eſt vita,tactus videlicet,ac motus:licet *E* Ariſt.2.de an.ſcribat, vigiliam eſſe, vt contemplatorem ſomnum habitum non operantem ſcilicet exterius.

Quare Gal.cap.4.lib.2.de motu muſculorum, iure dixit, temerariam eorum ſententiam, qui affirmant dormientium animā quieſcere:&cum in ſentiendi vi neceſſariò implicata ſit nutriendi, hoc eſt, cum de eſſentia ſenſitiui nutritiuum
D ſit, Ariſt. doctore pluribus locis lib.2. de anima ſemperq; nutrientis animę continuetur functio, ſemper item continens erit,ac perpetua ſentientis:nec ſequitur tamen, ſi ſenſitiuum eſt nutritiuum,ergo è conuerſo nutritiuum erit ſenſitiuū, vt malè Scaliger inducit,n.7.nam à ſpecie ad genus illatio eſt affirmās, à genere verò ad ſpeciem negans. Hoc diſcunt noui Dialecticæ candidati, quòd genus latius patet, quàm ſpecies, nutriens verò facultas eſt quaſi genus: ſentiens,ſpecies.

Itaq; non melius exercit.101.n.18. negat à nutritione ad vitam inferri poſſe, cum tamen tamdiu viuere animal dicatur,quamdiu nutritur,niſi putet falli magiſtrum hoc aſſerentem 3. lib. de anima cit.& 47. & eo vſque eſt, quo vſq; alitur in omnem partem, de vegetatilibus loquitur, & in vtraq; loca ſurſum.& deorſum aluntur,& viuunt ſemper, quouſq; poſſunt accipere nutrimētum.

E Non ignoro tamen veteres aliquot philoſophos,& fortaſſe Gal.lib.1.de nat.facult.c.1.exiſtimauiſſe nō ab anima, ſed à natura fieri nutritionem: nam iſte nutrientis animæ functiones non animales, non vitales, ſed naturales inſcribit.

Definitio autem Scaligeri,non vitę eſt definitio, ſed ortus, vel ipſius Ariſt. teſtimonio lib. de vita & morte: quatenus enim calori iungitur anima,vita oriri dicitur tantum,quare ſi ſimulatque copulantur,mox ſeparentur, vita foret nulla: erit autem vita, quamdiu copulatio, & coniunctio illa durabit;ita duratio,ſiue,vt ſic dicam, permanentia coniunctionis animæ cum calore vita eſſe definitur à philoſopho, qua & Cardani definitio comprobatur, & operationem à vita non ſecludi, quando caloris eſt ſemper agere, & nunquam ab actione deſiſtere, Ariſt.lib.2.de anima, & probl. ſect.3. probl.5. tum tremorem corpori accidere docuit,cùm calor extinguitur,qui integer & inuictus cauſſa eſt in animantibus, ſe vt moueant & 2. de gen. an. cap. 1. moueri calor poteſt,id eſt, τὸ δὲ θερμὸν κινητικόν, & probl.5.ſect.13. quærens, cur, cum calent olida, magis puteant, ac reſpondens fluxum odoris quendam eſſe vaporem rei olidæ, addit motus enim quidam eſt: calidum autem vim habet mouendi,& frigidum contra vim habet contrahendi.

Idem Scaliger. exercit.101. num.17. Ludouici F
Viuis definitionem nutritionis hanc reprehendit, conuerſionem videlicet nutrimenti in corpus animatum. Attende cauſſam reprehenſionis, quòd mala eius definitio, vult enim eſſe vnionem alimenti naturalis transmutati: huic tamen, ſi quidpiam ſapio, anteferenda prior. Vis cauſſam? quoniam in nutritione vniri, oportet non ſolum tranſmutatum alimentum, ſed conuerti etiam in corporis nutriendi naturam, eiq; aſsimilari, vt Galen. docet lib.1. de natur. facult. cap.10. neque nutritio tranſmutati eſt vnio, ſed tranſmutati in naturam corporis nutriti,ſeu potius vniti alimenti in nutriti naturam tranſmutatio, vt eodem loco habet Gal. igitur Viues rectius, & ſanè conuerſio non tam vnionem ſignificat tranſmutati, quàm aſsimilationem vniti.

Sed è ſcholis egrediamur philoſophorū, mo- G
do explicemus, quo modo per aſsimilationem ſit nutritio: vt enim animal nutriatur: alimētum quod initio eſt diſsimile, vt alimentum ſit, fiat neceſſe eſt ſimile animalis naturæ, vt 2. de anima lib. tradit Ariſt. quod verò diſsimile eſt, aſsimilari non poteſt, niſi partes illæ ab eo remoueantur, quæ efficiunt, vt diſsimile ſit. ſic enim cap.4. ἡ δὲ πεπεμμένη, τὸ ὅμοιον τῷ ὁμοίῳ: quare in iſta diſsimilium ſeparatione ineptas gigni, & prauas humiditates, oportet, inquit Gal.lib.1. de ſan.tuen. cap.3.& Ariſt.c.1.lib. de long. & breuit. vitæ, quæ vna eſt maturandæ ſenectutis cauſſa potiſsima: valdè igitur infeſti, atque infenſi vitæ ſunt ſuæ, qui quoſuis ſine delectu cibos appetunt, tametſi excrementitios, vt medici vocant, & ingerunt copioſè.

Ita medici bipartitam agnoſcunt humiditatem, affuſam, id eſt, quæ extrinſecus admiſſa in corpus membris applicatur:& qua innata reficitur, aut inficitur; hoc eſt, nutritiuam; & excrementiciam, illa nutriendo eſt corpori ſimilis, vt hæc eſt diſsimilis: atque ita antequam nutritiua ad vltimum finem perueniat, gradumque nutritionis,& poſtremum actum, pluribus diſtinguitur gradibus, vt vel propior eſt ſuo fini, vel remo- H
tior: inde diuerſa pro diuerſitate graduum eius nomina, chilus, ſanguis, ros, appoſitio, agglutinatio, aſsimilatio. Ita Gal.lib.1.de nat. Fac.cap.11. & Auic. Fen.1.doctr.4.cap.1.lib.4.can.

Quo modo excrementiciæ quinq; ſunt for-

mæ, feces, vrina, pituita, bilis flaua, & atra, id est, melancholia, ad quas sudores, & sordes reuocantur: & calor quidem naturalis sua natura primo, & per se in humidum agit infirum, siue primigenium; deinde per accidens, atq; ante tempus in affusum: dixi natura sua, quia natiuo tantum humido nutritur, & extrinseco in hoc conuersos; cuius rei hæc est caussa, quod si nutriri posset alio, vita quoq; perpetuaretur: non perpetuatur autem primigenij imminuti, siue, vt medici loquuntur, de perditi restauratione, quòd nunquã integra posisit fieri, & eo perfectionis gradu restitui, quo erat, id quod deperditum fuerat.

I Progressu hoc temporis agnoscimus, nam si paulatim è dolio vinum auferas, & aquæ infundas aliquid, curriculo temporis non iam vinum in dolio, sed aquam deprehendes, aut pænè aquam; ratio est, quod omne agens naturale agẽdo repatitur: corpori animalis respondet dolium, humido innato vinum, humido affuso ipsa aqua. Vide Arist. cap. 2. lib. 2. de ortu, & interitu, Gal. lib. de consuet. 3. lib. de sympt. causis cap. 2. & concil. diff. 112.

Dixi ante tempus, quoniam cum humidum affusum progreditur ad innati restitutionem, priusquam in ipsum transeat, & commutetur ab innato calore quasi depascitur, vt ait Gal. li. 2. de tuenda san. c. 2. & 3. consule Arist. lib de longitudine, & breuitate vitæ cap. 1. ferè extremo, & Auicennam fin 1. doctrina 4. c. de humorib. & Auerr. 5. lib. collig. ca. 3 & Concil. diff. 112. definimus esse non modò philosophi, sed etiam medici.

Decadis vox, & δικαὶς vnde educta: pontus, quid propriè, & via: de affectatoribus obscuritatis adnotata quædam.

CAPVT XXII.

A VNICAT est nomen perfectissimi Δεκὰς ἀπὸ τοῦ δέχεσθαι grauiter Grammatici deducunt, quasi sit δεχάς, quòd in seipsa omnem numerum concludat, consentit Protospatharius in physica ἡμερῶν Hesiodi enarratione, sic scribens, decada, dechada dicebant veteres quòd susciperet omnẽ in se numerum *A* quare antiquiore vsu per χ proferebatur, id est, δεχάς: rametsi Ionica dialecto fortasse dici tur δεκάς, vnde tota Græcia accepisse potuit, vt etiam verbum δέκεσθαι & δέχεσθαι: licet δεκὰς ab hoc verbo, δεκὰς à δέκα deriuari potius debeat, Etymologo licet dissentiente.

B Iam verò Decadis nomine significari obseruat mundum Protospath. qui omnes rerum formas rapiat, quid, non singularia omnia? caussa hæc Pythagoreis fuit, vt Decadem nominarent mundum, cœlum, vniuersum, fatum, æternitatem, potentiam, Deum, solem, & omnium perfectionem rerum, *B* & cetera id genus.

Ita veteres decussem solebant dicere non pro decem tantum assibus, sed etiam pro denario numero, vt videre est apud Vitruuium, ex quo notat Baiffius lib. de Vasculis; inde pro diuidere in eam notam, quæ decem apud latinos significat χ, & similis est ei, quæ Græcè dicitur χ decussare vsurparunt: probatur collaris Plat. & Cicer. verbis in Timæo, vbi de quicunce erudita, & iogeoiosa tradit.

Ex eo prouerbium Δεκὰς, in quo vox ista ducta videtur à verbo δέχεσθαι, cum significet δωροδοκίαν, id est, munerum acceptionem, & corruptelam, quod itẽ significat verbum δεκάζω. ex quo integer, & incorruptus nominatur ἀδέκαστος. Suidas in verbo hoc, & Δεκὰς est & carceris locus apud Plut. Dechas, in quẽ conjecti sontes noctu strangulabantur, vt 4. lib. tradit Val. Max. vide Cælium lib. ant. lect. 18. cap. 8. & Cent. 6. Chil. 2 n. 99.

Aliud tamen placuit Etymon Galeno in eruditissimis Hesiodianę Theogoniæ allegoriis, decas dicitur, quòd à duobus longe sit δὶς ἑκάς. *E* Voitas enim est fecunda, quæ complicat ea, quæ forent dispertieoda, ac diuidenda: valdè fanè metaphoricè, hoc est, subtiliter nimis, prior mihi arridet magis.

Non dissimilis est Etymologia ab Arist. tradita grauissimo philosopho cap. 4. lib. 5. Ethicorũ, cum enim iudicem ius vocet animatũ, μεσίδιον à quibusdam, medium ad verbum appellatum, quòd scilicet inter vtramq; partem medius est iustitiæ minister, adiungit δίκαιον, quasi δίχαιον id est bipartitum propterea nuncupatum, & δικαστὴν iudicem, tanquam διχαστὴν, duo videlicet diuidentem; vt Decimæ propterea omni sæculo in omni religiosa natione Dei numini fuerint dicatæ, credo, vt arbitro, & iudici omnium, & verò etiam fonti, atq; auctori Iustitiæ. Primus hoc vi detur Abrahamus fecisse, quantum ex cap. 14. Gen. constat: hinc vetus ille Europiæ cantor apud Clem. 1. lib. Strom. C

Vt Decimam q; Deo, primos fructus q; dicemus,
Sedibus ex sacrosanctis, celsaq; columna. C

Et notum est ex Plin. lib. 12. cap 14. collecti Turis, & per certam introducti portam Sabotæ decimas primum Deo, quem labiu vocant, mensura, non pondere sacerdotes accipere, nec ante mercari licere.

Neque abs re, symbolicè perfectissimum redemtionis nostræ mysterium, atque instrumentum Crux Iesu hoc numero significatur, quod attigit his verbis S. Iustinus Martyr Apolog. 2. ad Antoninum Pium, à Plat. ferè cognitum, cum ait, ipsum figura χ descripsit in vniuerso cum accepisset à Mose. D Figura enim Crucis apud veteres Aegyptios denarius item numerus indicabatur hoc modo, † quæ in Serapidis Idolo Alexandreæ reperta olim magno cumulauit gaudio Christianos, vt scribitur à Rufino libro hist Ecclesi. 11. cap. 29. & lib. 9. Tripartit. cap. 29. Cassiod. Quod item retulit Georgius Cedr. lib. hist. D

Symbol.

Symbol. per hoc autem vera iustitia, quæ sola vincit omnia iudicabatur. Nam & Latini, atque Itali, aliæq; gentes Crucis forma denarium numerum exprimunt, vt notissimum.

Quod verò vi Crucis insignes de hostibus victorias Christiani sæpe reportarint, nihil dico, vt de re frequentissima: admirabundus dico, quod legi lib. 4. Io. Laurentij Ananiæ de natura Dæmonum, in prælio, quod aliquando gestum inter Polonos, & Tartaros vexillo horum principis Bathi, in quo † erat depicta, terra icta, cum eorum profligata videretur acies, mox restitutam occupatis tanta caligine Polonis, in fugam præcipites vt darent se omnes; non eius signi hoc factum vi, sed crucis Christi, cuius illud est symbolum.

E

Numeri autem denarij, quæ Decas est, perfecta omnibus numeris, dignitatem, vsum, naturam, docta, & copiosa oratione expresserunt multi: nemo tamen, quod sciam, fusius Petro Bungo commentario suo de numeris, quem lege.

Strabo lib. 1. Geog. tradit pelagus Ponticum à priscis scriptorib. per excellentiam Pontum nominatū κατ᾽ ἐξοχὴν πόντον, quòd, quemadmodum nos de Oceano suspicamur, ita illi de Ponto, eos qui nauigant illac, extra locum esse, vt qui extra columnas longius sint progressi: est verò Pontus hic inter Euxinum, & Chersonesum, vel ipse potius Euxinus. Ergo vniuersè Pontus est mare, propriè Euxinus. Ita mare Ponti L. Andronicus Helena vocauit apud Macrobium libro 6. cap. 5. Tu qui permensus Ponti maria alta velinola. Lucret. lib. 5.

*Fundarit cœlum ac terram, Ponti*q; *profunda.*

Et Virg. 1. Georg.

Aut freta Ponti.

Incipiunt agitata tumescere.

F De eius forma, ac partibus legendus Plin. lib. 4. cap. 12 & 13. & lib. 2. cap. 7. dictus, quasi πότος, si credere dignum est, quia laboribus refertum mare, fortasse propter vastitatem, & copiam aquarum: nam & Neptunum ποντομέδοντα dixerunt, quasi maximum μέγιστον, vt Schol. Arist. Pluto interpretatur, cum regem significet Ponti, & maris dominum quomodo πόντου ἄνακτα Grammatici explicant, μέγεθος, ἢ πλῆθος, magnitudinem, & copiam.

Meo quidem iudicio, phraseos est origo à copia aquarum maris, vide Chil. 1. Cent. 3. à num. 26. ad 34. Eust. quasi dictum πνευτὸν, quia ἐμπνεῖται τοῖς ἀνέμοις, quia semper afflatur ventis commentario in 4. Iliad. librum, vtramque etymologiam etymologus tradit.

Alias duas addit non minus fortasse probabiles, maximè postremam παρὰ τὸ πίνω, quia absorbet periclitantes, vel παρὰ τὸ πίπτω, ὑπὸ δὲ πῶμα eandem ob caussam. quamquam Eust. videtur indicare illud etymon ponti esse, vt mare vniuersè significat, quodcunque scilicet mare, nam eum propriè accipitur pro Euxino: id nomen accepisse tradit in 1. lib. Vlix. cum nomine θάλασσα, vt dicatur πόντος θαλάσσης profundum significat maris, vt idem docet in 1. Iliad. & 21.

G Τρίβος Græca dictio, satis aptè voce latina vertitur semita, tritum scilicet iter, sed angustum. Cassiodor. in Psal. 24. vias, inquit, dicimus, quas commeantium generaliter licentia peruagatur, quæ dictæ sunt à vehendo: nam & Varro lib. 1. de re rust. cap. 2. veha, pro via dicere, inquit, solebant propter vecturas, proxime vehia oscorum lingua inquit Festus plaustrum significabatur: sequitur Cassiod. semitæ verò sunt, quæ angusto calle diriguntur.

Sed Græcis latior est notio τρίβος, eam interpretantur calcatam viam, id est, πεπατημένην ὁδόν: & quæ etiam potest esse latissima, vt quæ regia dicitur, & ciuilia, Italieè mæstra, & delli Carri. Vide commentarium Alc. de verb. signif. l. 157. & Nicandri Glossographus Alexiphar. τρίβος interpretatur trita loca ab iis, qui iter faciunt.

H Omnium optimè Philo in eo libro, quem inscripsit, quod deterius insidietur meliori, via est trita hominum, iumentorumque vestigiis, qua equi, currusq; deducuntur: quare, si hoc verum, latius patet τρίβος, quàm semita, & ample sumendam vocem verbum indicat τρίβειν, vnde eius origo, est verò terere, & subigere, quasi non angusta sit via τρίβος, sed via trita, siue angusta sit, siue lata, & patens: maximè autem patentem definitio innuit Philonis, cum ἁμαξήλατον vocat; qua verò currus, & plaustra trahuntur, certè neque angusta via est, neque semita. in eodem verò lib. Nicandri Schol. τρίβους explicat μακροὺς περιπάτους, longas deambulationes, quam verè, haud scio.

Gallus I. C. L. 157. de verb. sign. viam esse dixit, siue semitam, siue iter, quia vel angustior, & semita est: vel amplior, & iter est: nisi si iter pro ipso actu sumamus, vt cum legimus D. de accepril. l. 13. §. 1. Via totum est, eius partes due sunt, iter, & actus: cum l. 1. D. de ser. pred. rust. via definiatur ius eundi, & agendi, & ambulandi, quia & iter, & actum in se continet, vt ait Imp. tit. de seruit. initio: & eum de seruitute loquimur, Iurisperiti definiunt eam propriè, ius vehiculi ducendi per prædium alienum: cuius latitudo 12. tab. lege definiebatur in porrectum pedes 8, in aufractum 16. D. de ser. rust. l. 8. & Vlp. distinguit in publicam, priuatam, vicinam: prima, βασιλικὰ, siue prætoria, aut consularis: altera agraria: Vicinalis 3. quæ est in vicis, vel in vicos ducit, quæ ferè est publica. consule. D. ue quid in loc. publ. l. 2. § 13. & D. de itin. publ. l. postrema. I

Magnum orationis est vitium obscuritas, hoc est, ita aut loqui, aut scribere vt non intelligaris affectarunt tamen quidam, & eo quidam sine affectatione valde laborarunt: affectauit nobilis in primis, & doctus philosophus Heraclitus Ephesius, & verò, vt orationem obscurarent, præcipiebat auditoribus suis, & exemplo præibat ex quo

Σκοτεινὸς est nominatus: Itaq; cum Socrati Euripides quoddam ipsius legendum σύγγραμμα obtulisset, vt lib. 2. in Socr. narrat Laërt. rogaretque
K quid ipsi videretur? respondit, quæ quidem percepi, sunt præclara; puto autem & quæ non percepi, Delio tamen indigent natatore. F

Affectauit illustris inter Stoicos Chrysippus, magis, vt opinor, ob acumen inuenti. & subiectæ materiæ, quam phrasim, ex quo non iniuria Epictetus in Euchir. licet Stoicus, de eo qui intelligẽdi Chrysippi scientia iactat se, dixit, nisi Chrysippus obscurè scripsisset non haberet hic, quo gloriaretur, G quem propterea in βίων πρᾶσις lepidissimè ridet, & irridet Lucianus, vt Euripidem quoq; notet: verum, comica libertate, non historica veritate. Ranis. Aristophan. sic enim ei Dionysius, ἀμαθέστερόν πως εἰπὲ καὶ σαφέστερον. imperitius loquere, modo apertius; quod vt adagium, hoc etiam modo enunciatur, clarius mihi, & rudius eluquere. σαφέστερόν μοι καὶ ἀμαθέστερον φράσον.

Lycophronis etiam varium, & eruditum, sed obscurum circumfertur opus versu scriptum Alexandra, Iure vt in septem poëtarum numero, qui sub Philadelpho Aegypti Rege claruerunt, idcirco Pleiades appellati, obscurior ceteris om-
L nibus, eius nomen inuenerit, quę aut nunquam, aut vix conspicitur: cuius obscurissimos numeros expresit nescio an maiore obscuritate latinè vertens nouus scriptor. Carmentam vt putes loqui.

Attius Labeo cum Perseo viuens Homeri Iliadem latinam fecit carmine tam obscuro, vix vt ipsemet intelligeret, vt scribit Dial. 8. hist. poëtarum Giraldus.

Narrat ex Liuio Quinctil. lib. 8. instit. orat. c. 2. præceptorum fuisse aliquem, qui discipulis obscurare quę dicerent, iuberet, Gręco verbo vtens σκότισον, id est, obscura: vnde illa scilicet egregia laudatio, tanto melior, ne ego quidem intellexi.

Non caruit hoc vitio Tiberius Cęsar, qui, vt est apud Suetonium, cap. 70. Tiberij affectatione, & morositate nimia obscurabat stylũ, vt aliquanto ex tempore, quàm à cura præstantior haberetur. pæne obliuiscebar Carcini poëmatum, quæ ferè ænigmatica locum prouerbio dederunt à Menandro vsurpato in falso Hercule. Vide Chil. 3. cent. 2. num. 30. in quo ordine reponendus Tra-
M gicus Diogenes, cuius Tragœdiam cum legisset Melanthus, rogatus, quid sentiret se negauit vidisse, videlicet non intellexerat propter obscuritatem, Plut. de aud poët.

Non videtur ab hac nota summus abfuisse Philosophus Arist. multis libris, ipse sibi in epist. ad Alex. si modo eius est, testis: potius tamen ob argumenti difficultatem, & abditarum rerum naturam, de quibus scribit, quam ob genus orationis, ipsi enim tribuitur elegantia. In quo item C. Octauius Cæsar M. Antonium, eum, qui Triumuir fuit, reprehendit, cum diceret, illum ea scribere, quæ magis mirarentur homines, quàm intelligerent.

Inter hos reponamus licet Raimundum Lullum Balearicum, & L. Apuleium, Quintianum Stoam, & alios plerosque obsoletorum, atque antiquissimorum verborum vsurpatores, & fures, de quorum libris illud rectè possit iactari, hos præter Sibyllam leget nemo: & quod Fauorinus apud Agellium lib. 1. cap. 10. adolescentem monuit, priscè nimis loquentem. Curius, & Fabricius, & Coruncanius antiquissimi viri nostri, & his antiquiores Horatij illi Trigemini planè, ac dilucidè cum suis fabulati sunt: neque Auruncorum, aut Sicanorum, aut Pelasgorum, N
qui primi incoluisse Italiam dicuntur, sed ætatis suæ verbis locuti sunt: Tu autem, proinde quasi cum matre Euandri nunc loquare, sermone abhinc multis annis iam desito vteris, quod scire, atque intelligere neminem vis, quæ dicas, &c.

Eiusdem vitij meritò notauit Caietanũ Thomam, acutiorem ne dicam, an obscuriorem, acerrimo vir iudicio, & eloquentia magna Paulus IV. Pont. Max. cum enim nescio quod illius opus frequenti purpuratorum patrum consessu legeretur, quod puer Romæ audiui, noster hic frater, dixit, non vult intelligi: quare sapienter Iustin. §. sed quia stipulationes Institut. de fideicomm. hered. & §. fin. scripsit, & nobis in legibus magis simplicitas, quàm difficultas placet. §. Et hæc quidem. Instit. de legit. agnat. success. commendat simplicitatem 12. tab. mediam damnans iuris prudentiam propter subtilitatem: nam quę O
subtilia, ea ferè obscura. caput hoc duorum politissimorum poëtarum, Epigrammatis Martialis, & Sannazarij claudo. Ita prior. lib. 10. epig. 22.

Scribere te, quæ vix intelligat ipse Modestus,
Et vix Claranus, quid rogo, Sexte, iuuat?
Non lectore tuis opus est, sed Apolline, libris
Iudice te, maior Cinna Marone fuit,
Sic tua laudentur: sanè mea carmina, Sexte,
Grammaticis placeant, & sine Grammaticis

Posterior nec minus argutè, & facetè magis forsitan, ad Quinctium lib. 1. epigr. epigr. 26.

Clara tibi videor scripsisse epigrammata Quincte,
Sunt, fateor: medio scripsimus illa die,
Tu latebras obscurus amas, quia lumine nullo,
Atque intempesta scribere nocte soles.

Muscarum natura, vsus, proprietas quæ: symbolum ferè mali, & vitij.

CAPVT XXIII.



ORONIS libri Musca, leuissimum, ac spurcissimum volucre, eiusmodi tamen, vt inuenerit locum in disputationibus Philosophorum, in scriptionibus medicorum, in narrationibus historiographorum, & in vsu communi, & quàm in- A

geniosus, ac salsus auctor valde commendauit Lucianus eloquentiæ suæ in releuißima specimen edens cum aliis pluribus in simili argumẽto humili, & abiecto: quorum meminit Zezes hist. Chil. 11. num. 385. Arist. lib. de animalibus de ea passim. Ex vermiculis fimi digesti in partes, tradit gigni, lib. 5. de hist. anim. cap. 19. addit Magnus Albert. ex aliorum animalium putredine: *A* moueri incipere ille scribit venti, solisq; beneficio, qui lib. 1. de gen. anim. cap. 16. coire quidem tradit, sui tamen generis animal non generare: & cap. 18. gignere animalia, sed non similis naturæ, quia genus quoddam vermiculi. coëunt quidem, & gignunt, non tamen eiusdem generis, sed vermes tantum: neq; fiunt ex animalibus, sed ex
B putrefactis corporibus humidis. *B* vt Simpl. li. 3. de anim. lect. 2. tex. 45. nasciq; serenis, & austrinis diebus 5. lib. de hist. anim. cap. 9. oua parere docet experientia: qua doctus Albertus lib. 5. de anim. tract. 1. cap. 4. paruam nigram oua edere in albo, vel pariete vel panno scripsit, cum magna edat in nigro, subtilem verò obseruationem, & hominis ad res etiam nihili attentißimi.

Sed quid ego de promuscide, atque aculeo, de alis, & pedibus dicam? quorum fabricam, numerum, vsum hi duo maximi contemplantur inuestigatores naturæ. nã hic aculeum anteriore habere parte, effigie linguæ, cauum, ac fungosum ad recipiendum victum docet li. 1. de hist. anim. cap. 5. & lib. 4. cap. 4. & lib. 2. de part. anim. cap. postremo, *C* & li. 4. c. 5. & 9. dentes cuidam muscarum generi attribuit c. 5. li. 4. de part. an. *D* gustũ item, qui sapores excipiat omnes li. 8. de hist. an. cap. 11. & lib. 4. de hist. anim. cap. 9. quomodo volans sonum faciat, alarum non in aëre attritu, sed interni spiritus, Muscæ etiã, & apes, & reliqua iis similia, cum volant, sese attollunt & contrahunt: sonus enim attritus interioris spiritus est. domicilium sibi etiam parare lib. 1. de hist. anim. cap. 1. longißimo: eius morsum locis quibusdam, vt in Italia, & Sicilia exitialẽ lib. de admir. aud. n. 144 *E*

C Cui simile, quod ab aliis scribitur, mortuam, ac tritam pernicioso aranearum morsui esse remedio, quòd leniat dolorẽ, educatq; venenum, cum tamẽ viua gratißima sit esca araneis, quod non inscitè, vtiliter certè, atq; Christianè ad mores traxit Io. à S. Gemin. lib. 5. de exempl. & simil. ca. 28. contritio, inquit, muscarum, quæ immunda sunt animalcula, dolor est, ac pœnitentia turpium actionum, id est, peccatorum: morsus araneæ consensus est, vel perpetratio actionis prauæ, id est, peccati, quod cum in animo viuit hominis, quodam modo pascit Diabolum, & quodam modo vita aufertur Diabolo in nobis, cum peccatum vi pœnitentiæ conficitur: quamquam mortua, ac trita musca, vt loquar Theologicè, caro est afflictationibus domita, quæ aranearum morsibus, hoc est, Diaboli tentamentis resistit: vt hoc pœnè solo musca licet mortua, hieroglyphicum rei poßit esse honestæ & laudabilis: nam alioqui, vt statuit Eccles. 10. Salomo. muscæ morientes suauitatem perdunt vnguenti, *F* hoc est, *D* vnius stultitia multa bona euertuntur, vt ait sanctus Hier. &, vt noster Italus Sanaz. E per vn tristo mille buon' s' infamano. vide, vt eleganter, & grauiter hunc locũ interpretetur li. 2. ep. ep. 5. Card. B. Petrus Damiani. & S. Bern. hist. 44. in Cant.

Redeo ad Albertum, qui duorum esse generum muscam notat, vnam rostro acuto, quo traiicit pellem: alterã obtuso, quo sugit humorem: octo esse pedibus lib. de veg. 6. tract. 1. cap. 26. adiungit, integram si deglutiat quis muscam, puer maximè, nihil nocere: si partem, vomitum ciere: item parti veneno affectæ alligatã mederi, quod vim ad se trahat veneni exitialem.

Medici quoq; non leuem agnoscunt muscarum in morbis vsum, & ad necandas; & ad excitandas, cum mortuæ sunt; & ad arcendas remedia signant. Plin. lib. 30. c. 13. ad vitiligines arcendas muscas illini iubent cum radice Lapathorum. idem lib. 29. cap. 6. ferè initio ex Varr. remedium petit à muscis ad Alopetias tollendas, carum scilicet capitibus recentibus vel sanguine, vel cinere cum nucum vel charte cinere, vel lacte mulierum & braßica, qui & palpebras, post multa, inquit, gignere dicitur. & lib. 30. cap. 10. extremo, viginti vnam muscas ruffas, & quidem emortuas dari in potu iis, qui comitiali morbo laborant, infirmioribus pauciores. ridenda superstitio. quid enim si viginti duas, vel viginti quatuor darentur? nam & cap. 12. muscæ, inquit, impari numero infricatæ digito medico furunculis medentur. & lib. 28. cap. 2. extremo Mutianus ter consul eadem obseruatione viuentem muscam in linteolo albo arcere lippitudinem prædicabat. Quid anilius? *E*

Lib 24. ca. 8. foliorum teneri minoris sambuci decocto, si locus spargatur muscæ necantur. & lib. 25. ca. 5. extremo, muscæ quoq; necantur elleboro albo trito, & cum lacte sparso, quod ipsum habet li. 13. cap. 42. Aetius, qui aquam item mulsam adiungit, vt lib. 14. cap. 45. arceri muscas ab vlceribus oleo docet, in quo scylla fuerit decocta absque linamentis cum penna illito. lib. 30. ca. 15. ouis formicarum supercilia denigrari cum muscis tritis tradunt. Idem lib. 24. cap. 6. spondylij succo delectari tradit, quare cum exprimitur integendus.

Sed miraculum est, quòd cum mirè appetant mel, in monte Cretæ, qui carina dicitur nouem millium paß. ambitu, musca non reperitur. & natum ibi mel nusquam attingit, vt est apud Plinium lib. 21. cap. 14. An & miraculum illud, muscis humore exanimatis si cinere condantur, redire vitam? idem li. 11. cap. 36. extremo. hoc item *F* scribit Ael. lib. de animalibus 2. cap. 29. Berytius item lib. 13. Geop. cap. 12. trita caßia cum oleo, & illita à muscis non tangi scribit, & abigi suffumigatione calacanthæ, & Plin. & Aet. commemorata repetunt remedia.

Ibidem Anatolius ad muscas vnum cogendas in locum, vtédum hoc ingenio præcipit, vt scrobe facta in ipsam contusas rhododaphnas iacias: repetit ex elleboro quod diximus remediom, addens auripigmentum, & alumine, atq; origano tritis illita à muscia non insideri obseruat.

Et quoniam infestæ sunt multis animalibus, ea si adipe Leonino inungantur, muscæ non tangent, vt idem ait ibidem: non tangunt autem bouea, si lauri baccis oleo incóctis illinas. Idipsum repetit Africanus lib.17. cap.11. aut saliua ipsorum propria.

Galen.lib.de oculis, cataplasma ex muscarum capitibus facit, vt corporia absq; capite lib.1. de comp. medic. secundum locos, vbi & remedium à muscis torrefactis sumit. 2. de simpl. fac. oleo necari docens, omnino verè, quaodo insectis omnibus est exitiale.

G Faciunt & prognostica muscæ, vt & aliæ moltæ bestiolæ; nam cum frequentius, & acerbius pungunt, indicant tempestatem. Ita li.1. Geop. cap.3. Aratus. & Ael.lib.7. cap.8. muscæ cum apparent in aromatibus pluuiam fugiendam docent. Testes Auien. ex Atato

——cum paruæ designent spicula Muscæ,

Conuenit instantes prænoscere protinus imbres.

In musca quoq; artis prodigia fuerunt illustria, & exercuerunt multorum ingenia. Cum referãtur opifices fabricati currus, & naues, quæ ala muscæ tegerentur, quales narrat Plut.lib. aduersus Stoicos Callicratem, & Myrmeridem: & recẽs Mathematicus Io. Regiomont. ferream Muscam condidit, quæ ex eius manu auolans circumuolitabat conuiuas, in manumque reuersa domini quiescebat, exemplum idem iu Plin.li.7. cap.21.& lib.36.cap.5. extremo Myrmecides quidam ex ebore quadrigam cum agitatore fecit, quam musca alis cooperiebat, & nauim, quam apicula pinnis abscondebat. & li.34.cap.8. Theodorus, qui Labyrinthum, fecit Saml, ipse se ex ære fudit præter similitudinem mirabilem famæ magnæ subtilitatis celebratus. Dextra limam tenet: Læua tribus digitis quadrigulam tenuit translatam Præneste, tantæ paruitatis, vt totam eam, currumque & aurigam integeret alis simul facta musca.

H Vicerũt etiam muscæ magnos exercitus compellentes in fugam. Notat enim Io. Cuspiu. cum in Mesopotamiam expeditionem pararent Romani sub Traiano, impediisse muscas pocula, & dapibus insidentes: quæ item portendisse Traiani mortem putatæ. Credo illud esse, quod bonæ fidei auctor narrat Dio Xiphil. cum Traianus Agarenos vellet subigere, mulra Romanis accidisse contraria; præsertim verò cum Rom. miles pedem cum hoste vellet conferre, è cœlo tangebatur fulmine, & muscarum vis mensis incubabat omnia fœdo contactu corrumpens.

Extat par, & maius exemplum apud nos. Gerundæ enim cum illa ab exercitu Caroli Siciliæ, & Philippi Franc. Regum anno Domini 1286. capta fuisset Petro Arag Rege, & opulentissimum S. Narcisci templum conarentur irrumpere, vt spoliarẽt, prodigiosa muscarum vi, quæ ex ipsius tumulo erupit, in fugam conuersua, & dissipatua est. Vt longè antè sub Constantio ad Nisibin fugatus Persarum exercitus deprecante pro Christianis Iacobo Episcopo viro sanctissimo, vt est apud Cassiodorum in hist. Trip. lib.5. cap.45. ex Theodoreto. Et Niceph. lib.9. cap.18.

Recentior est incerti auctoris in Psal. ad illud Psalm.77. & ira Dei ascendit in Israël, historiola, qua peccata Anglorũ Dei vlciscentis instrumentum fuisse Muscam apertissimè demonstratum: cum enim in quadam Angliæ regione felicissimarum segetum instaret messis, repentè Muscarum quidam turbo eas omnes corrupit, & absumsit; earum quædam captæ in altera ala inscriptum gestabant hoc verbum, Ira: in altera hoc, Dei: illud nigro, hoc aureo colore expressum.

Muscam verò caninam instrumentum Dei ad vexandam Aegyptiorum gentem fuisse docet Exodi liber: quamquam non muscam caninam, id est, κυνόμυιαν, vt vulgo accipiunt omnes, sed omne muscarum genus, hoc est, κοινόμυιαν communem muscam, vel omne muscarum genus ferè accipiunt interpretes: in quibus vetus auctor S. Eucherius Lugd. Episcopus. I

Fuit & musca ludi genus, quod cuiusmodi fuerit, enarrat Pollux, quæ & eius tempore erat in vsu, dicebaturq; etiam musca ærea, hoc est, μυῖα χαλκῆ. eam describit verbis latinè redditis Eust. in 21. li. Il. muscam æream ab ipsa ludi genus denominarunt: quæ est eiusmodi: alligat quispiam oculos panno: & in medio multorum collectorum clamat, muscam æream venabor; collecti in orbem alij libris, aut manibus pulsantes, respõdent sed non capies: quem vero ex illis comprehẽderit, suo loco statuit: pene idem ludus, quem nos Mutinenses mosca bianca nominamus, vel cepurruolo, dicitur autem ærea musca, vt distinguatur ab alia, de qua mox, quæ & μυίνδα, de qua breuiua Hesych. non clarius, ab euentu nominata. Nam clausis oculis vnus interrogatus, respondet, quis ille sit, qui nisi diuinet, iterum cogitur oculos claudere.

Inditum quoq; parenti mellis api apud Græcos μυῖας, hoc est, muscæ nomen: quæ porrò sunt ceteris maiores classicæ dicuntur muscæ, hoc est, σφηκώδεις, fortasse origine sumta ab Homero, qui sæpe ordines militares comparat muscis, & Eust. obseruat in libro 1. Il. à rusticis ipsas apes muscas nominari, qui & cit. libro 21. muscas æreas item dici naturales, quæ simul cum scarabeis pascuntur, quia reddunt æris colorem. K

Habuerunt item locum in fabulis poëtarum muscæ. Narrat enim Antoninus Liberalis in trãsmutationibus. Polytechnum Colophonium fabrum post constuptatam Chelidonem vxoris suæ Aedonis sororem a Pandarei soceri seruis

Ff captum,

captum, vinculisq; conſtrictum, ac nudum delibutum melle in ſole muſcis expoſitum: vxorem autem miſertam viri flabello muſcas ambigentem illi aſſediſſe, ægrè id ſeruis ferentibus, à Ioue mutatum in Pelicanum, vxorem verò in Alcyonem. Ita Perclymenus Neſtoris frater impetraſſe dicitur à Neptuno, vt in omnia, quæ optaret,
L mutari poſſet: in muſcā conuerſum Hercules in oppugnatione Pyli Minerua prodente occidit, vt ex veteribus Natalis Comes prodit lib. 8. Mythol. cap. 8. Apollod. lib. 1. Bibl. & in 11. Vlix. Euſt.

Ex beſtiola tam vili tamque parua ductæ non paucæ loquendi rationes, quæ vim prouerbij adeptę. Apoſtolius habet & muſca ſplenem ſuum, quo ſignificatur, niſi fallor, etiam in rebus paruis, vt infantibus, catulis, equuleis, &c. ſuum eſſe vitium, vel certè ſuam iram: quod in liene concurſus eſt nigræ bilis.

Seneca in ludo de morte Claudij, præcidit ius imperij. Hic P. C. qui vobis non poſſe videtur muſcam excitare, tam facilè homines occidebat. Indicat hominem fuiſſe læuiſſimum & ſæuiſſimum, quemadmodum & illud, quod eſt apud Ariſtot. lib. 7. Polit. cap. 1. præterUolantes muſcas timentem, quod Italicè dicimus hauer paura d' vna moſca: ſignificamus enim leuiſſima quaque re terreri. Item illud quod vſurpat Ariſtoph. Veſpis, muſcas vlciſci de homine vili, & ad rem nullam apto, ſiue, qui leuiſſima curat.

M Gulæ quoque ſymbolum muſca, quòd ad quemuis aduolet cibum, præſertim ſi humidiuſculus ſit: quare apud Athen. lib. 6. ex Antiphane c. 5. Paraſitus quidam muſcam ſe vocat, quod non inuitatus ad cenam ierit. Apud quem cap. 6. & Hegeſander narrat, cum dixiſſet Alex. Magnus ſe morderi à muſcis, innuens paraſitos, eos à ſe mox amandaturus, Paraſitorum unus qui forte aderat Niceſias aliæ tibi, inquit, muſcę negotium faceſſent ſanguine tuo magis guſtato. Idem notauit Clem. Alex. lib. 2. Pæd. cap. 1. & clarum ex Antiphane Comico cuius hi verſus, qui hoc latinè indicant: Cum ianuam obſerat terræ ſit morus: cum ſaltat locuſta eſt: ad cenam non vocatus Muſca, &c.

Θύρας μοχλεύει, σκνίψ: ἐπιπηδᾷ, ἀκρίς:
Δειπνεῖν ἄκλητος, μυῖα.

Et Plaut. noſter Pœnulo ſcena, quæ incipit; Iam iſtuc ego reuortar. Ly. Hoſpitium te aiunt quęritare. Co. Quærito. Ly. Ita illi dixerunt, qui hinc à me abierunt modo, Te quæritare à Muſcis. Co. Minimè gentium. Ly. Quid ita? Co. Quia à Muſcis ſi mihi hoſpitium quærerem, adueniēs huc, irem in carcerem rectà via. ego id quæro hoſpitium, vbi ego curer mollius, quam Regi Antiocho curari ſolent: olim enim Paraſitos & eiuſmodi quiſquillias hominum, qui alienis conuiuiis non vocati ſuperuenirent facete Muſcas vocarunt: ita Plautus liberum à Muſcis conuiuium intelligit ab arbitris, & aduentoribus liberum: & id ſuprà dixerant aduocati.

Potare, amare volt, ne quis ſciat, néue arbiter ſit.

Addit ludens de carcere, quod in carcere periculum non erat, ne qui non vocatus veniſſet. Notauit hunc locum Iuſtus Lipſius ant. lect. lib. 1. c. 1.

Refertur & ad moroſitatem, & curioſitatem notandam, vitium ſcilicet eorum, qui ſe rebus immiſcent omnibus, ſciréq; omnia, & facere volunt, quod proprium item eſt importunorum, & impudentium, aut ſimilis vitij. Plaut. Mercat. act. 2. ſcen. 3.

Muſca eſt pater meus, nihil poteſt clam haberi illum:
Nec ſacrum nec profanum quidquam eſt, quin ad ſit ibi illico.

Bapt. Pius interpretatur ſolertem, indagatorem, faſtidioſum & moleſtum. & Truc. act. 2. ſcen. 1.

Nam nunc lenonum, & ſcortorum plus eſt ferè
Nam vſquam alibi ſit ſunt circum argentarias quam olim
Muſcarum eſt, quom caletur maxime.

Sanè Aegyptij muſcæ hieroglyphica impudentem ſignificabant, atq; importunum, quòd videlicet identidem expulſa, continēter abacta, ſubinde tamen aduolat, recurritque, ita Orus notat: nam & propterea Hom. Il. 17. lib. muſcarum importunitati inuictum, & pertinax robur pugnātium comparat. N

Nec reticendum, quod eſt in Chron. adnotatum S. Franciſci, eum fratrem Muſcam vocare ſolitum vagum, ocioſum, curioſum Monachum. Et eſt apud Cic. 2. lib. de orat. feſtiuus cuiuſdam iocus in oratorē moleſtum, abige muſcas puer. ſimilis alter de clar. orat. eaq; eſt cauſſa, cur apud Aeneam Gazæum Euxitheus ſubſannans Theophraſtum ridiculè fingit Hyperbolum extremæ hominem impudentiæ à muſca trahi. Eandem fortaſſe in decertando perſeuerantiam Spartanus ille voluit iudicare ſibi non deeſſe, cum ſculptam, aut pictam geſtaret muſcam in clypeo maiore corpore, quam ſit natura, quod alio tamen Pier. lib. 26. hierogl. traducit. Sic apud Cl. Paradinum ſcutum cum depicta, aut inſculpta muſca, & titulo: Cominus quo minus, ſignificabat, ſic hoſtem adorior, vt etiamſi puſillum ſit ſignum, vel ab hoſte recognoſci poſſit.

Inde μυιόσοβη, id eſt, muſcarium, quo abigitur muſca, & μυιοσόβης, id eſt, abactor muſcæ, pro vilis, & friuoli officij miniſtro, origine à Perſarum delicijs deducta, vt indicat Athen. lib. 11. cap. 11. ex Menandro, & lib. 6. cap. 6. docens paraſitum muſcam eſſe & natrans Therem, ſiue Phtherem quēdam adulatorem fuiſſe, qui flabello muſcas neſcio cui delicatulo abigebat, & id genus functiones circa illum exercebat; ita vt Dæmon quidam liberalis non ferens tantam mollitiem muſcam ei immiſerit: eumq; ad morſum tam altè exclamaſſe, vt unius muſcæ odio ex æde omnes eiecerit. O

Apud Perſas ergo flabello inter comedendum muſcę à famulo abigebantur. at nunc Itali Perſarum ſimillimi. & reprehenſus olim Domitianus

Imp. quòd inter initia principatus quotidie secretum sibi horarium sumere solebat, nec quid quam amplius, quàm muscas captare, ac stylo præacuto configere, vt cuidam interroganti, esset ne quis intus cum Cæsare, non absurde responsum sit à Vibio Crispo, ne musca quidem, vt scribit in eo Suet. cap. 3.

P In prou. tamen non tum primum abiit, sed allusum ad vetus Plauti Trucul. & Aligabalus auctore Lampridio sortes conuiuales in cochlearibus scriptas tales habuit, vt alius exhiberet decem camelos, alius decem muscas, &c. inde vsus flabelli non modò vilis, de quo Martialis lib. 14. epigr. 76. sub caudæ nomine ad vestium sortes excutiendas, sed etiam nobilis, id est, ex pauone, vt idem eodem lib. epigr. 72. habet Mart.

Lambere quæ turpes prohibet tua prandia muscas,
Alitis eximiæ cauda superba fuit.

Id flabellum manus gestans circumuolitantibus muscis, cum epigrapha, tolle voluptatum stimulos, est hominis temperantis, & moderati symbolum à se vitiosa omnia genera voluptatum abigentis. habes in Cl. paradino. vt & hoc ex Plut. tamen, speculum circumuolitantibus muscis, cum epigraphe integri versus,

Labuntur nitidis, scabrisq; tenacius hærent,

Indicatur casus mortalium in prosperis facilior, quàm in aduersis; neque enim terso in speculo possunt figere muscæ pedem.

Si verò cum musca adiūgas canem cynomyia fiet duplicis, hoc est, summæ argumentum impudentiæ, quare Philo lib. de vita Mosis audacissimam nominat θρασυτάτην, & quę vtriusq; habeat ingenium bestiæ, vim scilicet acriter mordendi, & pertinacius insistendi: sic & Ael lib. de animalibus 7. cap. 19. & iure scripsit Orig. Cynicorum sectam impudentię principem Cynomyia notari. Quid enim potest aut esse impudentius, aut dici; quàm publicè in foro hominem, vt eum muliere palam congrediens Diogenes affirmabat, plantare?

Q Huius mentio libro Exod. inter plagas Aegyptiorum Psal. 104. Dixit, & venit Cynomyia, &c. id est, musca canina, vt agnoscit S. Hieronymus in Psal. 104. quæ in cœno, ac stercore volutatur, luxuriam indicat, quæ plerumq; compressa pullulat. Epistola tamen 135. ad Sun. & Fret. non, vt latini, inquit, interpretati sunt, musca canina dicitur per υ Græcam literam, sed iuxta Hebraicam intelligentiam per œ diphthongum debet scribi, vt sit Cœnomyia, id est, omne genus muscarum. Sed Aquila παμμυίαν, id est, omnimodam muscam interpretatus est. Venter est in illo epigrammate arguto, quod legitur lib. Anthol. 1. tit. 12. itemq; e adulatores. eius sensus. ô venter impudens, & improbe, propter quem adulatores ad cœnas promti legem libertatis iure ψωμῷ venduut.

Eust. in 21. Il. etiam cynamyiam, & cinamyan appellari obseruat; quæ & croton dicitur; vel muscam, quæ quietum non habet aspectum, sed perpetuò mouetur oculorum, videlicet muscularum nunquam consistentibus, & ex musca hoc dicterium sumtum, de quo ibidem Eustath. nos à capræ barba sumimus, vt videlicet dicatur flabellum ad abigendas muscas promissior barba.

Aliud item muscæ est vitium, commune cum hirundine, indocilitas; de vtraq; Plut. li. 8. Symp. q. 7. de musca. Plin. lib. 29. c. 6. ferè initio nullum animal minus docile existimatur, minorisue intellectus: Et verò odiosam diuis ostendunt, quæ à Pausa. et Plin. scribuntur: nam ille in Arcad. hoc est lib. 8. narrat Alipheræos in nundinia vni ante omnes Myagro Deo rem diuinam facere, quem, vt Heroem, venerantur, quod se liberos à muscarum molestia futuros credunt. R

Nec omitto cum musca elephantem iungere quos iungit historia an fabula? Philarchus est auctor apud Athen. lib. 13. cap. 30. puerulum ab elephanto amarum, quem ei commendarat Indi cuiusdam vxor agens animam: elephantum diu quasi nutritium fuisse pueri, quē semper in conspectu habere vellet: & à nutrice lacte satiatum & fasciis inuolutum inter medios pedes reciperet, stramen ei congereret, abigeret dormienti muscas, manu, siue proboscide ploranti, vt sopiret, cunas agitaret. Nicæa vocabatur elephas feminā.

Est symbolum in heroicis Claudij Paradini, hoc titulo, lex exlex, tela araneæ muscis prehensis, ex Anacharsi Scytha: dicere hic solitus erat, leges esse Aranearum telis persimiles, quæ muscas irretiant, frangantur à maioribus bestiolis. S

Videntur & iudicio ac reuerentia sacrorum agi muscæ. Narrat Ael. lib. 5. de animalib. cap. 17. Pisæas muscas in olympicis festis desinere incolas, & peregrinos inter tot mactatas carnes & tātum cruorem fusum infestare, & discedere vltra Alpheum, quod & legis præcepto mulieres faciunt: solutis iam festis cum mulieribus redire, Antiphanes huc allusit ex Syracusano poëta cum de conuiuio agit populari apud Athenæum lib. 1. cap. 1. extremo.

Musca velut fœdæ solent olympica
Boues ferire non vocata, idq; vndique
Hibernis aliud, vernis hoc nascitur boris.

Repetit idem Pausa. li. 11. cap. 8. & in Protrept. suo Clem. Alex. admirabili fortasse quod hoc libro; narrat in Leucade fano Actij Apollinis, cum festum eius instat, saltant homines, & muscis bouem mactant, qui videlicet eorū morsibus conficitur: cum exsatiatæ fuut cruore, mox abeunt quasi suo perfunctæ officio Aelian. Pisæas magis laudat.

Quid de muscis dicemus, quibus pascuntur nescio qui in Macedoniæ flumine Astræo pisces? de quibus idem lib. 15. cap. 1. dissimiles sunt aliis muscis forma, audacia tamen simillimæ, Hippuros indigenæ vocāt: eas pisces ad summā aquam magna arte exilientes vorant: quas tamen si ca- T

ptas obiiciant piscatores, non vorant: ideoque piscatoribus esse odiosas, quòd ad piscatum non prosint: & coguntur ex plumis gallinaceis similes fingere ad pisces capiendos.

Rursus Pauf. in Eliacis commemorat Eleos Ioui muscarũ abactori, hoc est, ἀπομυίῳ litare ab hoc euētu, quoniam Herculi ad olympia facienti muscæ nimium fuissent molestæ, & placato Ioue muscas trās Alpheum ablegatas. quod etiam in Protrept. notat Clem. Alex. addens Romanos sacrificare Herculi muscarum depulsori, hoc est, ἀπομυίῳ. eius templum Romæ vt Iul. Sol. refert in Polyhist. neque canes neq; muscæ ingrediebantur: hanc esse caussam arbitratur, quod cùm Imperatorem sacrificulis daret, Muscarum Deum dicitur imprecatus, clauam verò in aditu reliquisse cuius olfactum refugerent canes.

Idipsum est quod legimus in Plin. lib. 29. c. 6. Olympiæ sacro certamine nubes muscarum immulato Tauro Deo, quem Myodem vocant, extra territorium id abire, qui lib. 10. cap 28. Cyrenaici, inquit, Achorem Deum muscarum inuocant multitudine adferente pestilentiam, quæ protinus intereunt, postquam litatum est illi Deo.

V Et in sacris literis Beelzebub sæpè nominatur, magister, siue dominus, aut maritus muscæ, Idolum in Palæstina Accaronitarum, ad quem videtur postremo hoc loco Plin. allusisse, vt ad Plin. verba allusisse Gregor. Theulogum orat. 2. in Iul. vult. Iacobus Bill. & Thomas Buz. lib. 2. de signis Ecclesiæ Dei. cap. 10. non amplius muscæ quærent Deum Accaron, aut si quid musca est magis ridiculum. Ego respexisse potius existimo ad locum sacrarum literarum, qui ita legitur 4. Reg. cap. 1. ex translatione L X X. interpretum ὁμζητήσατε ἐν τῷ βάαλ μυῖαν θεὸν Ακκαρὼν, id est, inquiretis vel inquirite Baal muscam Deum Accaron. eundem tamen esse vtrumque possumus diuinare ex vocum similitudine. Legendus S. Hieronymus in 10. cap. Euang. S. Matth. & Isidorus lib. 8. orig. cap. de diis Gentium.

S. Remigius est auctor ab Abimelec Gedeonis filio templum ipsi Baal exædificatum, sacerdotemq; ei designauisse Zebub quempiam, quod nomen Muscam significat, qui muscas abigeret ob cruorem victimarum affluentes.

X Sanè diabolus aptissimè musca nominatur: primùm audacius nihil, nihil impudentius, nihil spurcius musca, quibus vitiis Cacodęmon est insignis: quantæ enim audaciæ, quantæ impudentiæ est dicere, similis ero altissimo Isaiæ 14. & Dei nomen, & cultum sibi vsurpare? musca importunissimum animal, & parum tamen offendit: importunius Cacodæmone est nihil, qui & continenter nobis persequẽdis instat, ad nostra damna assiduus: & nihil eo nos magis offendit: nec tamen planè offendit, quod neminem impellit in vitium, nisi qui se impelli sinit. musca sanguine gaudet animalium, & Cacodæmon sitit nostrum: quare Ioan. 8. ille erat homicida ab initio. musca acrius mordet, sed pellem; Cacodæmon vel vsq; ad cor, id est, animum, vt de musca meretrice Comicus dixit apud Athen. lib. 6. musca ipsum momordit vsque ad cor, vt nobis manu semper tenendum sit flabellum ad abigẽdum hanc muscam, siue potius muscas: neque enim vno cum aduersario nobis confligendum, vel sola musca depellenda. Tam verò est spurcus, & longè magis musca, vt hine immundus nominetur spiritus passim in sacris literis.

Y Est & illud prouerbium ductum à musca, seu bestiola simili, in morsu pulicis Deum inuocat, simile Italico, non puo sopportar vna musca: illius origo ex Apologis ducta Aesopi, quòd ad morsum pulicis, hoc est nullo in periculo, Aloäicacon quidam inuocasset.

Et Muscæ forma sæpè Cacodæmonem infestasse homines, qui præsertim blasphemè diuinum appellassent nomen à multis commemoratum, vt ex Formicarij Ioan. Nider lib. 5. noster Mart. Delrius lib. disq. mag. 3. q. 7. p. 1. & in annalibus Austriæ legisse me recordor, qui ex Catholicis fiant Anabaptistę, in eorum os Cacodæmonem Muscæ specie intrare: itemque in Aquitan. annalibus matre & filio diutissimè noctu altercantibus, muscam insitatæ magnitudinis lumẽ extinxisse; & prę terrore eum cessasset altercatio, cursusque renouaretur, eandem Muscam longè molestiorem rediisse, quę diu, noctuq; domi, extra domum, in vrbe, in agro, omnino in via & vbique etiam atque etiam vtrumq; omnibus videntibus, & contremiscentibus diuexabat: neq; prius abactum importunum animal, quàm ipsis reconcilistis, & aqua lustrali perfusis. Iure vt Homer. Mineruam κυνομυῖαν appellarit, quia non aliud, quam Cacodæmon: cui simile genus quoddam hominum importunorum, in quod illud Hom. Iliad. 17. conuerti potest,

Atque illi Muscæ vim intra præcordia misit,
Quæ quamuis de pelle viri sit sæpe repulsa
Assultat morsura tamen:—

Vt illud Aristoph. Vespis Muscas depellere, τὰς μυίας ἀπαμύνειν: quamquam & de rei friuolæ, & leuis atque inutilis exercitatione vsurpetur.

Item illud apud Suidam, muscæ lacrimę omissum à collectore quod non intelligeret: neque enim se ipse explicat, sic tamen loquitur, muscæ lacrima. Ob Thebanorum facinus commissum in oraculum Dodonæum: vnde & illud dictum apud Bœotos vaticinare: nam & isti in sacrificulam iniectis manibus in lebetem coniecerunt, cum vnius ea legatis sæuiore flagrasset. Myia sacerdos hæc fortè vocabatur, & prouerbium de lacrimis, ac dolore, cuius nulla sit leuatio, videtur vsurpatum. G Lebetem verò non illum sumas, qui flagello verberabatur à puero, vt Arist. in Suida voce Δωδωναῖον χαλκ. refert, sed in quem coniiciebantur mactatæ carnes, vt coquerentur.

Illud

Z Illud autem Bœotis vaticinare, est detestantis, quasi dicas, hostibus. Vide Chil. 2. Cent. 2. Prou. 10. ex quo fortasse pusis coniicere, quid prius adagium significet, siue in nomine Myrtilæ, siue in Bombi: nam & Bombum maior volans efficit musca.

Est & aliud Prouerbium, elephantem ex musca facere, hoc est, ex paruis magna Chil. 1. Cen. 9. Prou. 70. quod planè Cacodæmonis est, qui ex musca leuis alicuius cogitationis, & motus ingens machinatur malum, atq; adeo Iliadem malorum. ecce tibi Euçoculum sibi nimium in pomi venustate placentis, qui quantum inuexerit malorum in orbem terrarum, experimur omnes.

Beatus quoque Hieronymus in cap. 7. Esai. ad illud sibilabit Dominus muscæ, quæ est in extremo fluminum Aegypti, Aegyptios interpretatur propter sordes Idololatriæ, & imbellem populum: qui & lepide, atq; vtiliter ep. 20. ad Marcellam de acceptia muneribus, muscarium interpretatur ab actorem luxuriæ hac oratione. Quod

Aa autem & matronis offertis muscaria parua paruis animalibus euentilandis, elegans significatio est, debere luxuriam citò restinguere, quia muscæ morituræ oleum suauitatis exterminant.

Porrò muscæ tanta morositas, siue importunitas hæreseos occasionem dedit humilibus ingeniis. Audi S. Augustinum tract. 1. in Ioan. nemo ergo vos, fratres, fallat, quando fortè tedium patimini à muscis: etenim aliqui derisi à diabolo decepti sunt, & à musca capti sunt. Solent enim aucupes ponere in muscipula muscas, vt esurientes aues decipiant. Sic & isti ad muscas à diabolo decepti sunt: nam nescio quis tædium patiebatur à muscis, inuenit illum Manichæus tædio affectum, & cum diceret se non posse pati muscas, & odisse vehementer illas, statim ille, quis fecit has? inquit. Et quia tædio affectus est, & quia oderat illas, non ausus est dicere, Deus illas fecit: erat autē Catholicus. Ille statim subiecit, si Deus illas non fecit, quis illas fecit? planè, ait ille, ego

Bb credo, quia diabolus fecit muscas. Et ille statim, si muscas diabolus fecit, sicut te video confiteri, quia prudenter intelligis. Apem quis fecit, quæ paulò amplior est musca? non ausus ille est dicere, quia Deus fecit apem, & muscam non fecit, &c.

Et lib. contra Fulg. Don. cap. 14. muscæ morituræ Donatistæ circumuolant per totius corporis membra, sicubi reperiant vulnerata, sana pungunt, ægra lambunt, & eorum vlceribus peccatorum vermes fundunt, quæ conscientiam mordeant, quę anima in fiant, quę putredinem nutriant, quæ nec ipsis mortuis cadaueribus parcunt: muscæ moriture cum oleum exterminant, oleo perimūtur, neq; enim viuitis, qui Spiritum sanctum efflatis, & se in laudem efferre Dei confitetur lib. conf. 10. c. 35. cum domi sedens stellio muscas captat, vel aranea retibus suis implicat.

Ita Petrus S. Remigij Abbas vir doctus beato scribens Archiep. Cantuar. Thomæ obtrectatores, atque æmulos ipsius vocat muscas. Equidem hoc vnum mihi, inquit, ad ministerium aliquod impendendum in obsequio vestro non indigne reseruatum reperio, si muscas abigere possem vestram sanctitatē oblatratione inuidiosa pungere volentes, vel saltem interpretatione peruersa denigrare sinceritatem fidei vestræ insistentes. Plane muscæ istæ morientes, quę in Aegypto abundanter Pharaonem Regem Aegypti tanquam virum muscarum circumdant, domino opitulante, non perdent suauitatem vnguenti: quibus Cacodæmonem S. Hieronymus comparat in cap. 10. Eccles. qui immunditiæ suæ odorem reliquit, & vestigium. Cc

Neque illud minoris æstimandum, quod sanctus vir Thomas Morus ad Cutbertum Tonstallum scripsit, de quodam ipsius dono, succinum, inquit, quod ad me misisti pretiosum muscarum sepulcrum multis nominibus mihi fuit gratissimum: nam & materia ea est, quæ colore, & luce nullam gemmam non prouocet, & forma multò præstantior, quæ cordis figura quasi symbolum quoddam amoris in me tui repræsentat: quem neque auolaturum vnquam, & semper incorruptum fore ex eo te intelligi velle interpretor, quod muscā animal neq; minus volatile quàm est Veneris filius, neq; magis durabile, sic tamen inclusam atque implicatam succini visco video, vt non posit effugere; sic aromaticis condituum succia, vt non posit interire. Forte Mart. imitatua lib. epigr. 4. epigr. 31. de Ape electro inclusa.

Et latet, & lucet Phaethonti de condita gutta
Vt videatur apis nectare clausa suo.
Dignum tantorum pretium dedit illa laborum,
Credibile est ipsam sic voluisse mori.

Et vetus quidam poëta in descriptione Septembris de lacerta.

Captiuam filo gaudens religasse lacertam,
Quæ suspensa manu mobile ludit opus.

Neque abs re nostra est, si quod longiore oratione commemorat Gulielmus S. Theodorici Abbas cap. 11. lib. 1. de vita S. Bernardi Abbas notaro breui hoc sermone. dedicatorus oratorium in agro Lauduunensi incredibili muscarum copia impediebatur: eas ille excommunicat, extemplo moriuntur omnes tanto numero, vt palis ex eo loco exportare fuerit necesse. Dd

Illud item est in ore omnium Italorum le mosche vanno alli boui magri, vtitur Franc. Petrarca lariue lib. 6. epist. 93. epist. & Mediolanensium aliud, non puo far piu male vna mosela sul timone, & monuit Bapt. Pius in Merc. Plauti.

Quid? eximius quidam poëta Eobanus collegā vicit suum Sinapium ope muscæ in certamine, vter distichon faceret plurium pedum. Nam cum ille fecisset Hexametrum, hic respondit hoc ingenioso disticho, affirmans parum referre essent ne pedes μυιεινοὶ, an ζωινοὶ. Sanè festinè.

Mille boues errant, vitulorum millia centum,
Musca super vitulum quamlibet vna sedet.

Nolo silentio inuoluere quod Ael. scribit lib. 9. de animalib. cap. 15. muscam cum venenati quidpiam contigerit acrius mordere, magisque lædere, vt & vespas. Item quod Etymologus tradit à musca musculos in corporibus nominatos. Quamquam ego potius dictos putarim à voce μῦς. id est, à mure, siue à verbo μύω, quod est colligo, & conpingo, quia conpingunt membra simul.

Dedit & nomen hominibus musca. Celebres fuerunt tres feminæ, quæ muscæ nomen tulerunt. Vna ex Thespiis insignis versibus ad Lyram canendis: altera spartana, & ipsa poëtica quæ hymnos psnxit in Dianam, & Apollinem: tertia magni Pythagoræ, & Theanus filia ex Samo philosophiæ præceptis instructa. Has commemorat in histor. Suid. famosæ oblitus meretricis, de qua Athen.

Vir item Christianus fuit, & quidem nobilissimus Musca nominatus Turrianus videlicet Napi Mediolanensium Principis filius, Paganini illius frater, quem Vercellenses trucidarunt, vt in Italicarum rerum annalibus potes legere, ex quibus magnam historiarum suarum partem collegit Iouius. Ne mireris. & Canes, & Mastini Christiani quidam Principes, penè dixerim nomine Christiano propterea indigni, sunt appellati.

Quamquam tamen leuis, & vilis bestiola est musca, maximo tamen ingenio, & doctrina vir S. Augustinus lib. contra Manich. de duabus animabus, cap. 4. non est veritus cum sole conferre muscam, & præferre, quippe animantem inanimato. Muscæ genus est odoratæ, cuius nulla apud veteres, si bene recordor, memoria. Colore est castaneo, siue cinericio longior domestica, rostro bifurcato, grandiore bucca, media parte corporis strictior vesparum instar, extrema tumidior longiore leni conuestita pilo, alæ ei longiores, & angustiores: cuniculos humi habet, in quos posteriore parte subit, anteriore in impellentes obuerso: sole incalescente gregatim frequens exit, insidit floribus, humore vt delibet, opinor, posterioris partis valde tenues pili Muschi odorem reddunt, mortuæ amittunt, nec tamē de his locum Ecclesiastici puto intelligi, Muscæ morientes perdunt, hoc est, corrumpunt & inficiunt, non amittunt suauitatem vnguenti, vt omnium est consensus interpretum.

Atq; hic si fortè turbati à me quærerent, num etiam Muscæ animam huic luci præstare censerem, responderem etiam: nec me terreret Musca, quod parua est, sed quod viua firmaret. Quæritur enim, quid illa membra tam exigua vegetet, quid huc atque illuc pro naturali appetitu tantillum corpusculum ducat, quid currentes pedes in numerum moueat, quid volantes pennulas moderetur, ac vibret? Quod qualecumque est bene considerantibus in tam paruo tam magnum eminet, vt cuiuis fulgori perstringenti oculos præferatur, &c.

Quàm item contemnenda sit hominum felicitas tum Muscæ, tum id genus bestiolæ docent nos. Ecce tibi Io. Pontani lib. de fort. domestica 2. cap. 9. pulcherrimo argumentum. Langorem, atque desidiam Muscarum Pulicumq; aculei tantoperè turbant, vt ad eorum infelicitatem Muscæ natæ videantur. Quid igitur de his sentias, quorum tam expetita bona Muscæ, Pulicesque contaminant?

At ne ex musca faciam elephantum, orationem de Muscæ absoluam postremis Luciani verbis muscam laudatione sua exornantis. Nam & mihi supersunt multa scribenda de musca: & verò libro quodam variorum exemplorum legi scripsisse nescio quem de laude Muscæ libellum, quòd cum in os eius dormientis sese coluber insinuaret casu mordente Musca excitatus fuisset.





HORARVM SVBSECIVARVM LAELII BISCIOLAE MVTINENSIS SOCIETATIS IESV

LIBER XVII.

Patria quanti facienda, & quatenus viro præsertim ſapienti ac bono, veterum teſtimoniis, atq; exemplis demonſtratum.

CAPVT I.

A  A O N I omuiuo patriã quiſque ſuã debet facere, ue ingratus ſit. Oſtendit clarorum virorum teſtimoniis, & omnium cõſenſu gentium ſerm. 137. Io. Stou. cui tamen illuſtriora fortaſſe poſſumus adiungere: ſed & illius, & noſtra Homerum agnoſcunt magiſtrum, atque auctorem, qui primo Vlix. lib. de ſuo Vlixe, quem ſapieutis viri eſſe formam volnit, ita cecinit:

> *Ἱέμενος τὸν καπνὸν ἀποθρώσκοντα νοῆσαι*
> *Ἧς γαίης—*

Videre cupieus fumum ſuæ terræ exilientem. citauit Ariſt. lib. Occon. 2. cap. 3. quem item ſic loquentem facit cum Circe ſempiternitatem pollicente nolentem vxoris affectnm, amorem, ac fidem prodere quod ibidem Ariſt. inſinuat, cuius hæc verba. Cum Circe uoluit babitare, ſociorum licet ſalutem promitteute, reſpondetque nihil ſibi patria videri poſſe dnlcius.

> *Ὡς οὐδὲν γλύκιον ἧς πατρίδος, οὐδὲ τοκήων γίγνεται.*
> *Vt nihil eſt patria, propriiſq; parentibus vllum.*

Scilicet ſolum:

> *Dulcius.—*

Hæc ego nuuquam potui iu Græco reperire. expreſsit Cic. lib. de Orat. 1. & 2. de leg. nos patria delectat, cuius tanta eſt vis tanta uatura, vt Itbacam illam in aſperrimis ſaxulis, tanquam uidulum affixam ſapientiſsimus vir immortalitati anteponeret; nimirum, vt idem ait Orat. in Catil. 4. patriæ ſolnm cum omuibus eſt carum, tum
B vero dulce, atque iucundum: & Luciauus extremo encomio patriæ his verbis repetiit, fumus patriæ ipſi luculeutior viſus eſt aliorum igne. A Vlixis expreſsit ardens deſiderium Chil. hiſt. 6. cap. 77. Tzetzes ex lib. Hom. Vlix. 1. 5. 7. 23. Vlixem Hom. in Vlix. dicit, cum polliceretur Calypſo immortalitatem ipſi, ſi cum ea vitam agere vellet, pernegaſſe & mortalem eſſe maluiſſe, modo ſuæ videret patriæ fumum. Onid. breuiter, ſed eleganter eaudem Vlixis cupiditatem ita extulit lib. 1. de Ponto Eleg. 4.

> *Non dubia eſt Ithaci prudentia, ſed tamen optat*
> *Fumum de patriis poſſe videre focis.*

Sic in Ep. Vlixis ad Peuelopam Sabinus. ex his Epigramma ſcripſit Palladas lib. 1. tit. 64. *εἰς πατρίδα*, vuum atque alterum. Græcus liber omnibus eſt præ manibus. & ferè cum de patriæ amore ac deſiderio ſcriptores verba faciunt, libenter hos Homeri verſus vſurpant. Ita Philoſtratus in Ariadna, amat quidem Theſeus, ſed Atheuarum fumum.

> *Ὁ Θησεὺς ἐρᾷ μὲν, ἀλλὰ τοῦ τῶν Ἀθηνῶν καπνοῦ.*

Et iu ſuis legibus antiquus legiſlator Charoudas nihil patria dicit eſſe couiunctius, vt eſt apud Stobęum ſerm. 42.

> *Οὐδὲν γὰρ ἐστιν οἰκειότερον πατρίδος.*

Patria videlicet, vt ſcripſit 1. de off. Cic. communis omnium, antiquiſsima, & ſauctiſsima parens, omnes omnium caritates vua cõplexa eſt. didicit ſcilicet à Plat. qui lib. 15. de leg. eam docet eſſe domiuam, ac Deam quaudam mortalium C
omnium, quam obſeruare magis debeant, & colere, quàm matrem, B nam & idem Cicer. lib. de leg. 2. & 1. or. in Catil. communem omuium noſtrum parentem eſſe vult, & de qua beuè meritos prҿmiis afficiendos Athenarum, & aliarum Grҿciæ vrbium exemplo, atque inſtituro in or. pro Mil. demouſtrat; & longa enumeratioue eorum facta plurimis effert laudibus in or. pro P. Sextio. & lib. 9. de leg. Plato Pythagoram ſecutus ſtatuit primum poſt Cælites locum bouoris babere patriam: ita flagitia aduerſus eam commiſſa eſſe proxima ſacrilegiis, pariterque multauda. Si eiuis quiſpiam, inquit, deprehenſus fuerit ſceleſti aliquid aduerſus Deos, ſiue patriam, aut parentes admiſiſſe, eum tanquam incurabilem è me-

dio iudex tollet. E rursus Cic. lib. de fin. bon. & mal. 1. ait, cariorem nobis esse patriam, quam nos metipsos.

Sed præclarissimus est in Critone locus Platonis ad verbum necessario hic exscribendus. Itane, inquit, sapiens es, vt ignores longe maiorem quàm parentibus habendum esse honorem patriæ, & sanctiorem esse debere eius reuerentiam
D tum apud Cælites, tum apud mortales, qui modo vllius intelligentiæ sint participes, eique parendum atq; obsequendum asperæ licet, ac morosæ, & quæcunque illa iusserit promtè, & quiete facienda, tametsi iubeat vt verberemur, vt vinculis constringamur, vt bello implicemur, plagis, ac morte ipsa afficiendi? nullo modo repugnandum, ordine sue deserendi, ita ius poscit.

Hinc illud Cic. lib. 3. de off. pro patria nemo bonus dubitat mortem oppetere, si sit ei profuturus. de leg. lib. 2. pro qua mori, & in qua nostra omnia ponere, & quasi consecrare debemus. Idem lib. 12. de leg. Plato patriæ obsequi, & inseruire præcipit absque vlla vel mercede, vel præmio; ex quo & illud Africani apud Cic. lib. 6. de Rep. sumtum omnibus qui patriam conseruarint, adiuuerint, auxerint, certum esse in cælo ac definitum locum, vbi beati æuo sempiterno fruantur: quod non ineptè lib. 3. epist. epist. 38. ad Marcum Franc. Petrarca repetiit. idem ibidem Africanus iustitiam, & pietatem magnam esse in parentibus, & propinquis tradit, pro qua, & in qua mori præclarum scribit 2. lib. epist. ad Att.
E epist. 8. & lib. epist. fam. 10. epist. 5. L. Planco scribens, est omnium, inquit, patriæ caritas, meo quidem iudicio, maxima. & lib. Tuscul. quæst. 1. tanta caritas patriæ est, vt eam non sensu nostro, sed salute ipsius metiamur, argumento hæc sunt recta ratione ipsis parentibus, liberis, & amicis patriam anteferendam.

Hinc illustria apud Rom. Græcos, Barbaros, omnes nationes eorum exempla, qui pro salute, honore, libertate patriæ animi, corporisque mala fortiter sustinuerunt, insignium scriptorum monimentis posteritati sunt consecrata.

Mihi semper visum est rarum, & singulare amoris, & pietatis aduersus patriam exemplum. L. Tuberonis prætoris vrbani apud Plin. lib. 10. cap. 18. in cuius capite in foro iura pro tribunali reddentis cum sedisset Picus Martius ita placide, vt manu appreaderetur, respondere vates exitium Imperio portendi, si dimitteretur: at si exanimaretur, Prætori: ille auem protinus concerpsit, nec multo post impleuit prodigium. vt aliis instructus sis exemplis lege vol. 8. lib. 5. Theatri vitæ hum. & 18. vol. lib. 2. quo loco, quanta vis amoris patriæ in ciuium sit animis, discere ex iis poteris, qui patriæ desiderium ægerrime tulerunt. tantus amor est patriæ, quem tu, qui Chri-
F sto dedisti nomen, totum ad ipsius transfer Ecclesiam.

Vir tamen sapiens, ac bonus non adeo patriæ adhærescet amori, vt illi instar Ostrei affixus velit esse, nec recordari possit ciuem se esse nõ vnius loci, sed totius planè orbis terrarum, vt Philosophi dicebant: vt Christiani hæc dicere. & multò magis sentire debent, cæli. vt iure Plut. ad Apoll. de exilio plurimos sapientes, & probos viros commendat, qui aut voluntarium exilium elegerunt, & longè à patria vixerunt, vt Theophrastum Eresium magistrum eius Aristotelem Stagiritem, Pythagoram Samium, Stratonem Lampsacenum, Troadensem Glyconem, qui Athenis, aut in Italia, & locis barbarorum vitam duxerunt: aut violentum exilium fortissimè tulerunt.

De Pythagora, Empedocle, Democrito, Platone argutè scripsit Plin. lib. 30. cap. 1. exiliis verius, quàm peregrinationibus nobilitatos fuisse: & quanquam in patria fere vixit Socrates, ciuem se tamen esse mundanum & profitebatur, & dicebat, vt à Cic. narratur lib. 5. Tusc. Quæst. nec primus tamen dixit hoc Socrates: dixerat diu ante Hercules, qui rogatus Argiuus ne esset an Thebanus, Respondit, angustius tamen quam Socrates non vnam habere me patriam iacto, omnis Græcorũ turris mihi patria est. apud Eurip. G
in Phaeth. scribere poterat idem Cic. & de Diogene Cynico, vt scripsit Laërt. lib. 6. qui idem respondit quod Socrates, vt de Philoctete Eurip. vbique mihi patria terra est, quæ me alit.

Similior fuit Socrati Democritus, qui dicere erat solitus sapienti viro terra omnis peruia; bonæ namq; animæ patria est totus mundus. & nescio quem sic inducit loquentem apud Musoniũ Eurip. omnis quidem aër ab aquila penetrabilis est; omnis verò terra viro generoso patria. E Teucro adscribit Cic. lib. 5. Tusc. quæst. itaq; ad omnem rationem Teucri vox accommodari potest, patria est vbicunq; est bene, vide quid ibidem de T. Albutio, & Metrodoro, aliisq; scribat. Græcè sic effertur mutile, πᾶσα γῆ πατρὶς, & est hemistichium oraculi Meleo Pelasgo redditi de victoria consulenti, vt est apud Zenodotũ, integrè vsurpatur à Mercurio in Pluto Aristoph. cupiente vel relicto cælo in Chremyli hominis opulenti esse familia, vir scilicet bonus, ac sapiens vbicunque vixerit gentium, felix est, & quasi in patria: πατρὶς γάρ ἐστι πᾶσ' ἵν' ἂν πράττῃ τις εὖ. patria enim est quæcunque, in qua cuiuis est bene. D

Huius hæc ratio, quam his verbis Plut. explicat, quod patriam natura dederit nobis nullam, vt nec domum, nec agrum, nec officinã hanc, vel illã; vt enim quisq; his vtitur, & in his habitat, ita H
illorũ fiunt, ac nominãtur. & plantæ quidẽ hæc, quã alia regio est vtilior, in qua alitur, crescitq; melius: nullus autẽ locus homini felicitatẽ eripit, vt neq; virtutẽ, neq; prudentiam F ac licet, Platone auctore, planta sit quædã homo, nõ tamen affixa terræ, aut quæ nequeat moueri, sed cælestis potius, & cælum versus erecta: cuius corpus è capite quasi è radice eum firmante rectum stat: ita plu-

rimos

rimos patriam reliquisse, patria etiam plurimos eiectos non ægrè tulisse.

Alia est Senecæ ratio ita scribentis patriā nobis professi sumus mundū, vt liceret latiorē virtuti campū dare. eius præclarum hoc est effatū, sed longiusculum epist. 102. magna, & generosa res est humanus animus, nullos sibi poni nisi cōmunes, & cum Deo terminos patitur: primū humilem non accipit patriam, Ephesum, aut Alexandriā, aut si quę est etiam num frequentius oculis, latiusue solū, illi patria est quodcunq; superné vniuersa circuitu suo cingit: hoc omne cōuexum, intra quod iacent maria cum terris, intra quod aër humanis diuina secernens etiā coniungit, intra quod dispositā tot numina in actus suos excubant, qui & cæium patriam esse nostrā declarat.

I Et quod S. Paulus ad Rom. 8. scripsit, omnis creatura ingemiscit & parturit vsq; adhuc, sic ille, cum venerit, inquit, dies ille, qui mistū hoc diuini, humaniq; secernat tempus hic, vbi inueni, relinquam: ipse me diei reddam nec nunc sine illis sum, sed graui, terrenoque detineor per has mortalis æui moras: illi meliori vitæ, longioriq; pręcluditur: quemadmodum nouem mensibus nos tenet maternus vterus, & præparat non sibi, sed illi loco, in quem videmur emitti, iam idonei spiritum trahere, & in aperto durare, sic per hoc spatium quod ab infantia patet in senectutem, in alium naturæ sumitur partum: alia origo nos expectat: alius rerum status: nondum cælum nisi ex interuallo pati possumus: proinde intrepidus horam illam decretoriam prospice: non est animo suprema, sed corpori: quidquid circa se iacet rerum tanquam hospitalis loci sarcinas specta: transeundum est, &c. concludit, dies iste, quem tanquā extremum reformidas, æterni natalis est.

Ita sapientes illi, quorū sunt litteratū monumentis, & dicta, & facta consignata, non valde K amissa patria turbabātur, vt Stilpo, de quo ita Sen. lib. quod in Sap. nō cadit iniuria. Megara Demetrius ceperat, cui cognomen Poliorcetes. fuit ab hoc Stilpo Philosophus interrogatus, num quid perdidisset? nihil respondit. omnia namq; mea mecū sunt. atqui & patrimoniū eius in prædā cesserat, & filias rapuerat hostis, & patriā: at ille victoriam illi excussit, & se vrbe capta, non inuictum, sed indemnem esse testatus est: habebat enim secum vera bona, in quæ nō est manus iniectio: at ea quæ dissipata, & direpta ferebantur, nō iudicabat sua, sed aduentitia, & nutū fortunæ sequētia. ideo non vt propria dilexerat; Omniū enim affluentium extrinsecus lubrica, & incerta possessio est.

Quam tamen rem Laërt. lib. 2. aliter narrat, referuatā scilicet eius domū, redditasq; facultates omnes. Demetrius Antigoni filius cum cepisset Megara, domū Stilponis iussit reseruari, omniaque eius bona iam direpta restitui: & cum indicē eorum, quæ amiserat, sibi tradi Rex moneret, ille respōdit: nihil suū se amisisse, reliq enim sibi esse doctrinā, eruditionē, atq; eloquentiā bona sua.

Præclare se defendens Apol. 1. L. Apul. multorum exemplis, qui patria caruerunt, aut humilē habuerunt, non enim vbi prognatus, inquit, sed L vt moratus quisq; sit, spectandū: nec qua regione, sed qua ratione vitā viuere inierit cōsiderandum est. Olitori, & Cauponi merito est concessum olus, & vinū ex nobilitate soli commendari, vinum Thasium, Olus Phliasiū, quippe illa terra alumna multū ad meliorē saporem iuuerit. & regio fecunda, & cælū pluuiū, & ventus clemens, & sol apricus, & solum succidū. Enimuerò animo hominis extrinsecus in hospitiū hominis immigranti, quid ex istis addi vel minui ad virtutem, vel malitiam potest? quando non in omnibus gentibus varia ingenia prouenere? & quæ sequuntur.

Eodem planè fuit animo Bias, cum patria capta, & direpta, omnia bona sua se ferre secum, discedens professus est. Eleganti carmine descripsit maximi vir ingenij, & doctrinæ, æqualisque pietatis Andreas Frusius noster lib. de copia rerum, & verb. quem puer didici.

In mentem venit ille Bias, quem iure recenset
Inter Athenæos gloria prima Sophos.
Cum patriam hostilis cepisset turba Prienem,
Fassq; asportatis esset abire bonis. M

Hoc enim erat principium carminum; & certe debet nos ab immoderato amore patriæ auocare, quòd sæpe illa optimos in ciues fuerit ingrata.

En tibi Sen. lib. 5. de benef. cap. 17. cum ingratos ciues reprehendisset, & capite antecedenti. æque immensum erit, inquit, si percurrere cepero, ipsa Resp. quàm ingrata in optimos, ac deuotissimos sibi fuerit: quanquam non minus sæpe peccauerit, quàm in ipsam peccatum est. Camillum in exilium misit, Scipionem dimisit, exulauit post Catilinam Cicero, diruti eius penates, bona derepta, factum quidquid victor Catilina fecisset. Rutilius innocentiæ pretium tulit in Asia latere. Catoni populus Rom. præturam negauit, consulatum pernegauit.

Iure vt Cic. scripserit Tusc. 5. est apud Heraclitum Physicum de principe Ephesiorum Hermodoro. vniuersos, inquit, Ephesios esse morte multandos, quod cum ciuitate expellerent Hermodorum, ita locuti sunt. Nemo de nobis vnus excellat: sed si quis extiterit, alio in loco, & apud alios sit: & quasi commune hoc sit vitium, addit, an hoc non ita sit in omni populo? nonne omnem exuperantiam virtutis oderunt? & Athenienses notaus eandem ob causam aperte, & Romanos suos tacite, quid? inquit. Aristides, N malo enim Græcorum, quàm nostra referre, nonne ob eam causam ea pulsus est patria, quod præter modum iustus esset? in eo tamen quod Heraclitum de Ephesis dixisse narrat, à Laërtio nonnihil dissentit. hæc vera sint licet, non est tamen contemnenda.

Hinc

Hinc illa Plut. in Parallelis num.10. narratio
de Agesilau patre filium Pausaniam fame necan-
te, quod patriam constituisset Persis I Ↄ. talen-
tis prodere, qui & à Matre prohibitus sepultura
fuit. auctorem facit historiæ Chysermum, qui
item lib. num seni gerenda sit Resp. eo maximè
argumento inseruiendum esse patriæ docet,
quòd plus habet iuris in nos quam parentes.
iam si tibi pater, inquit, esset Immortalis Titho-
nus, qui ob senectutis incommoda maiore in-
dies cura egeret, non opinor te ab officio reces-
surum, quo erga ipsum aliquando es defunctus,
aut recusaturum vllam eius curam, quæ & con-
solatione adferenda, & auxilio præstando suscri-
pitur: at Matria, sic enim Patriam à matre nomi-
o nant Cretenses, & longe est senior. & maius, quã
parentes, in te ius habet, immo & senio pressa. &
ærumnois, nec sibi sufficiens, bis eget omnibus.
quæ in patrem senem conferres. Hæc ad magi-
stratum rapit, & quasi veste tenens continet,
&c.

Redeo ad Ciceronem cuius alia pleraque de
patria egregie dicta cum ex suo, tum ex commu-
ni sensu leguntur, vt illud lib. epist. Fam. 11. epist.
27. Matio. aiunt enim patriam amicitiæ præpo-
nendam esse. lib. 4. epist. 8. ad Sulp. nunc vero
nec locus tibi vllus dulcior esse debet patria, nec
eam diligere minus debes, quòd deformior est,
sed misereri potius, nec eam multis claris viris
orbatam priuare etiam aspectu tuo. vbi etsi sa-
pientis est, inquit, carere patria, duri est non de-
siderare. lib. 10. epist. 9. ad Plancum. nihil aut se-
ro, aut exigue à patria ciui tributum videri po-
test. & cum queritur de bellis ciuilibus lib. 9. ad
Att. epist. 11. doleo non interesse huic bello, in
quo tanta vis sceleris futura est, vt cum parentes
non alere nefarium sit, nostri principes antiquis-
simam & sanctissimam parentem patriam fame
p necandam putent. vbi & illud argutum est. peri-
re melius est in patria, quam patriam seruando
euertere.

Sanctum illud Phil. 2. cum omnino nulla cau-
sa iusta cuiquam esse possit contra patriam ar-
ma capiendi, &c. Illud item sapiens Philip. 10.
eum spiritum, quem naturæ quis debeat, patriæ
esse reddendum.

Nec verò manum de tabula in colligendis
elogiis patriæ, aut de patria præceptis, quo ani-
mo aduersus eam esse mortales debeant, ex ho-
mine, quo nemo vnquam fuit post natos homi-
nes eius amantior. primo igitur lib. de Off. caros
esse parentes profitetur, caros, liberos, propin-
quos, familiares, sed omnes omnium caritates
patriam vnam complexam esse. quo detestabi-
liorem esse istorum immanitatem, qui lacerarũt
omni scelere patriam, & in ea funditus delenda
occupati & sunt, & fuerunt, & cum contentio
quædã, & comparatio fit, quibus plurimum tri-
buendum sit officij, principes debere esse patriã,
& parentes. & lib. 2. colligit, quemlibet etiã tra-
ctantem, contemplantemq; res cognitione di-
gnissimas teneri, si subito allatũ sit periculũ, di- Q
scrimenq; patriæ, cui subuenire, opitulariq; pos-
sit, illa omnia relinquere, atque abiicere etiam si
dinumerare se stellas, aut metiri mundi magni-
tudinem posse arbitretur. & lib. 3. si Tyrannidem
occupare, si patriam prodere conabitur pater. fi-
lium, si obsecratione nihil proficiet, ne id faciat,
accusare debere: minari etiam: ad extremum, si
ad perniciem patriæ res spectabit, patriæ salutem
anteponere saluti patris.

Ita 2. Phil. atrocius patriæ parentem dicit oc-
cidere, q̃ suum. in or. pro Mil. conficit nihil esse
prestabilius viro, quã periculis patriã liberare. &
beatos esse, quib. ea res honori fuerit à suis ciuib.
ex eoque ꝓbat magno in pretio habendam esse
patriã, quòd, qui eam conseruant, magni fiunt, vt
paulo superius indicaui. Quare de se ipso s. Phil.
testatur hæc; tanta est enim caritas patriæ, vt ve-
stris etiã legionibus, videlicet inimicis, sanctus
essem, quòd patriam à me seruatã meminissent.

Quod mirificè in orat. in L. Pisonem exagge-
rat. Ita præstantissimus ciues Brutum, & Cassiũ
iure salutem, libertatemq; patriæ legem sanctis-
simam, & morem optimum iudicasse: nec verò r
discrimen esse in amore, & grato animo aduer-
sus patriam, nobilem, aut ignobilem esse, vt neq;
in scelere, si quis consularem patrem, aut si quis
humilem ciuem necauerit, inquit, pro Mil. idcir-
co nec facile contra eam à quoquam arma capi
deducit, ꝙ ea plurimum habeat caritatis, ac vo-
luptatis, quibus nemo se facile nudatũ esse vult,
vt ait or. post red. ad Quir. meritoque pro L. Cor-
nelio Balbo queritur paucos post genus homi-
num natum repertos fuisse, qui pro sua patria
nullis propositis præmiis vitam suam hostium
telis obiecerint.

Omitto ꝙ s. lib. de leg. asserit omnibus muni-
cipibus duas esse patrias, vnam naturæ, alteram
ciuitatis, vnam loci, in qua natus quisq;: alteram
ciuitatis, qua exceptus est: & hanc illi caritate
præstare.

Enimuerò Franc. Petrarca egregia multa hoc
de argumento tractauit Dial. 15. de vera sapien-
tia. qui præclarè lib. 3. rer. memor. tract. 2. cap. 41.
Quid prodest, inquit, patriam fugisse, si se ipsum
non effugiat? & Sen. consol. ad Heluiam cap. 6.
non omnib. eandem causam fuisse patriã relin-
quendi. & docte, & prudenter exponit: & verò
festiua adfertur consolatio, vt eos demonstret s
toto errare cælo, qui carere patria intolerabile
arbitrantur. tu per te ipse lege: longus enim est,
fructuosus tamen.

Egregius atque amplus hic ad tractandum lo-
cus. & exemplis valde abundans; ea tu pete, a-
moris quidem patriæ vol. 4. lib. 1. Theatri vitæ
hum. à sacris Inquisitoribus emendati, vol. 6.
lib. 2. tit. conseruata patria contra hostes tit. in-
gratitudo, & restauratæ patriæ vol. 14. lib. 2. tit.
fides. & pietas erga patriam. proditorum patriæ

vol.16.lib.2.tit.perfidi erga patriam. patriæ vero neglectus virtutis ergò vol.1.lib.2.tit. peregrinationes. lege & noua quædam in noua Langij Polyanthea. proderit quoque legisse lib. Iou. Pontani 1. de fortit. bell.

Patriam & omnino locum homini non esse honori, sed hominem loco. Cicer. de off. locus illustratus.

CAPVT II.

A DIGNITAS non è loco petenda, aut quærenda, sed locus ipse ornandus dignitate, exemplis, ac testimoniis probo sacris, profanis. Cum ferè Athenas ventitare solerent Philosophi, vt ad domicilium sapientiæ, doctrinarumq; mercatum, quòd præter morem cęterorum Democritus nō venisset, reprehendereturque si modo verum, Athenis non fuisse, hac maximè ratione defendit Laërtius lib. 9. quod non ex loco aucupari gloriam vellet, sed adiungere; A nam, vt præclarè apud Thucyd. lib. 1. extremo Pericles dixit oratione suà ferè extrema, non possessiones viros, sed viri possessiones nanciscuntur.

Ita apud Stob. serm. 84. Cum Scytha vocaretur Anacharsis, respondit. gente, non more, τῷ γένει, ἀλλ' οὐ τῷ τρόπῳ; cui non obstitisse, quo minus in admirstione esset apud Græcos, esse Barbarum genere, & loco, tradit Galenus lib. quo hor- B tatur ad bonas artes. quem respondisse nescio cui genus obiicienti scimus, mihi patria est probro, tu verò patriæ. Inde Epicharmus. Scytha perditus, at non est Scytha Anacharsis.

Cum item probro daretur Antisthenі, quòd non esset Atheniensis, quippe ex matre Phrygia, respondisse Plut. refert lib. de exilio, & Deûm mater Phrygia est, & Laërt. lib. 6. initio Sen. item lib. quod in Sap. non cadit iniuria, narrat idem respondisse Iphicratem, cum mater ei Barbara Thressa obiiceretur, nam & Deûm mater Idæa est. Idem Antisthenes, cum iactarent se indigenas esse, Athenienses, nihilo, inquit, estis Cochleis, & Bruchis nobiliores: & cum ei diceretur, genitus non es vtroque parente libero, neque ex duobus Luctatoribus, inquit, sum luctator tamen.

Adde Themistoclis responsum Timodemo Belbinitano datum; cum iste diceret, non propter te, sed propter Athenas, honoribus te cumulatunt Lacedæmonij, ille respondit, neque mihi, si Belbinitanus forem, delati fuissent tot a honores: neque tibi, si Atheniensis esses: simile est quod ab eodem datum Seriphio cuidam Ci- C cer. scribit in Catone, opinor ex Plat. lib. 1. de Repub. neque tu, si Atheniensis esses; nobilis fores: neque ego, si Seriphius, ignobilis: recenset etiam Plut. lib. cit.

Similia exempla sunt illorum, qui loco infimo positi, non iniquo animo tulerunt; vt Aristippi, quem iratus Dionysius extremo loco iusserat accumbere, tum ille, nobilem, inquit, hunc locum fieri voluisti; narrat Laërt. lib. 2. vt Agesilai, qui puer à magistro chori in ludis Gymnicis in extremum coniectus locum, paruit quidem, tametsi Rex iam declaratus, sed dixit, ostendam non locum viris, sed viros loco dignitatem conciliare: quomodo & Damonidas, rectè, inquit cogitasti, magister, rationem, vt locus ignobilis fieret honoratior: Plut. in apophthegm. Lacon. & de hoc intelligendus in conuiuio Plut. cum quæreretur Alexidemus Milesius Thrasybuli Tyranni filius se infimo loco fuisse positum.

Quare Zeno apud Maximum cap. 63. sapienter docuit non quærendum, an ex illustribus fuerint ciuitatibus homines, sed an ipsis digni fuerint, B & in Arist. Laërt. lib. 5. dixisse Aristotelem narrat, nobilitatem, & magnitudinem patriæ iactanti propemodum idem, non hoc intuendum, sed vtrumquis magna sit patria dignus, D & Plut. in Demosth. absurdum putat, si quis poëtas vituperet, qui ex Iulide, & Aegina locis ignobilibus prodierunt: nam virtus, vt generosa planta, vbilibet figit radices, cum cæteræ artes locis in obscuris fermè langueant: quasi non Tusculum Catones; Arpinum Marios, & Cicerones tulerit; & Actius Philoctetā non laudarit hoc versu, qui legitur in Apul. lib. de Deo Socr. extremo, Inclite, parua prædite patria, nomine celebri, &c. Verissimum igitur Iuuen. illud Satyr. 10.

Summos posse viros, & magna exempla daturos
Veruecum in patria, crassoq; sub aëre nasci.

Quod nomen haberet Stagira, nisi ciuis ei contigisset Aristoteles? quod Soli, nisi ex ea Aratus, & Chrysippus prodiissent? & quid Alexandro Magno Pella obfuit, paruum opidum, eius rebus gestis nobilitatum?

Pulchrè hoc loco philosophatur in Aureliano Fl. Vopiscus ita scribens. D. Aurelianus ortus, E vt plures loquuntur, Sirmij familia obscuriore, vt nonnulli, Dacia Ripensi. Ego autem legisse me memini auctorem, qui eum Mœsia genitum prędicaret, & euenit quidem, vt de eorum virorum genitali solo nesciatur, qui humiliori loco, & ipsi plerique solum genitale confingunt, vt dent posteritati de locorum splendore fulgorem.

Nec tamen magnorum principum virtutibus summa sciendi est, vbi quisq; sit genitus, sed qualis in rep. fuerit. an Platonem magis commendat, quòd Atheniensis fuerit, quam quòd vnicum sapientiæ munus illuxerit? an eo minores inueniuntur Arist. Stagirita, Eleatesque Zeno, aut Anacharsis Scytha, quòd in minimis nati sunt viculis, cum illos ad cælum omnis Philosophiæ virtus extulerit?

Hoc iudicium Nerua Imp. secutus est Traianum adoptans, & sibi designans successorem, vt

Dio

Dio Nicæus prodidit. neque eo deterritus, sic enim Georg. Merula conuertit, quod Traianus genere Hispanus, aut ex Italia oriundus non esset, quodque ante eum peregrinus, & alienigena Rom. Imperium non tenuisset. Virtutem hominis non genus, aut patriam spectari oportere existimauit. Et Ausonius de Seuero Imp. iure cecinit:

F *Punica origo illi, sed qui virtute probaret*
Non obstare locum, cum valet ingenium.

De patriæ gloria Romam celebrans Amm. Marc. lib. 14. vt inconditè, sic verè, & sapienter; per omnes tamen quotquot sunt partes terrarum, vt domina suscipitur, & regina: & vbique patrum reuerenda cum auctoritate canities, populique Rom. nomen circumspectum, & verendum: sed læditur hic cœtuum magnificus splendor leuitate paucorum incondita, vbi nati sint non reputantium, sed tanquam indulta licentia ad errores lapsorum, ad lasciuiam: vt enim Simonides Lyricus docet, beatè perfecta ratione victuro ante alia patriam esse conuenit gloriosam; ex his quidam æternitati se commendari posse, &c.

Addamus ex nostris pauca: caput sit locus ille lib. 2. Maccab. cap. 5. non propter locum gentem, sed propter gentem locum, Deus elegit. ex quo R. Ioseph. in lib. lanx argentea, dixit, vir dat suo loco honorem, sed non vicissim locus viro: quare & in Canonibus Ecclesiasticis scribitur, non locus hominem sanctificat, sed homo lo-
G cum, tota fermè dist. 40. & 32. q. 5. non lupanaria infamant castitatem, sed castitas, loci aboletinfamiam. & S. Ambr. lib. 1. de Parad. cap. 4. colligit, vnumquemque non ex generis, aut loci nobilitate gratiam sibi comparare, sed ex virtute: exemplo probat Adami, & Euæ, quorum alter extra Paradisum à Deo est procreatus, altera in Paradiso formata, quæ tamen inferior; & citatur C. illud. d. 40.

Huc referuntur trita illa Iurisconsultorum dicta, persona rem nobilitat, non res personam: ita lex cum neque C. de incol. lib. 10. qui emit domum Decurionis, non propterea fungitur munere Decurionis, & l. iustissimè. D. de AEdil. edict. res hominibus accedunt, non rebus homines.

Ergò parum sapiens fuit Simonides, cum dixit, eum, qui beatè velit viuere, patriam habere illustrem oportet, quod etiam tribuitur Euripidi, & Senecioni. Non inficior tamen, non nihil ex loco dignitatis trahi, sed ferè casu. Indicat, immo & probat lib. 1. de Off. Cicer. Cn. Octauij exemplo. Cn. Octauius, qui primus ex illa familia Consul factus est, honori fuisse accepimus, quod præclaram ædificasset in Palatio, & plenâ dignitatis domum: quæ cum vulgo viseretur, suffragata domino nouo homini ad consulatū putabatur: hanc Scaurus demolitus, accessionem adiunxit ædibus: itaque ille in suam domum consulatum primus intulit; hic summi, & clarissimi viri filius in domum multiplicatam non repulsam solum retulit, sed ignominiam, & calamitatem: ornanda est enim dignitas domo, non ex domo dignitas tota quærenda: nec domo dominus, sed domino domus honestanda est: & vt in cæteris habenda ratio non sui solum, sed etiam aliorum; sic in domo clari hominis, in quam & hospites multi recipiendi, & admittendi hominum cuiusque generis multitudo, adhibenda est cura laxitatis: aliter ampla domus dedecori domino sæpè fit, si est in ea solitudo, & maximè, si aliquando alio domino solita est frequentari. odiosum est enim cum à prætereuntibus dicitur. ô domus antiqua, heu quam dispari dominaris domino: quod quidem his temporibus in multis licet dicere. In plurimis vtinam ne dicere cogamur nos Christiani.

Et in historiis Ecclesiasticis legimus, cum de rituum diuersitate in Ecclesia Gallicana, & Romana quereretur Aug. Episcop. in Britannia, respondisse S. Greg. Magnum inter cætera, non enim pro locis res, sed pro bonis rebus loca amanda sunt. d. 12. nouit, & narrat Ioan. Diac. lib. 2. cap. 37. vitæ eiusdem Magni Greg.

Gratiæ cuius rei Symbolum: nudæ ne.

CAPVT III.

CVM multi scripserint de Gratiis, quarū celebris, & frequens in poëratum versibus memoria, vt Natalis Comes lib. Mythol. 4. cap. 15. Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 1. Greg. Gir. Syntagm. 13. Lambinus in libros carm. Hor. non videntur tamen optimum legisse auctorem Senecam, qui præclarè totum hoc symbolum enodauit, vt mihi sit necesse, integrum eius locum ad verbum huc transferre. Ita ergò auctor grauissimus lib. 1. cap. 3. de ben. quorum quæ via, quæue proprietas sit, dicam, si prius illa, quæ ad rem non pertinent, transilire mihi permiseris: quare tres gratiæ, & quare sorores sint, & quare manibus implexis, quare ridentes, quare Iuuenes, & quare Virgines, soluta, ac pellucida veste. Alij quidem videri volunt vnam esse, quæ det beneficium: alteram, quæ accipiat: tertiam, quæ reddat. Alij tria beneficiorum genera, promerentium, reddentium, simul & accipientium, reddentiumque, sed vtrumlibet ex istis iudica verum. A

Quid ista nos iuuat scientia? Quid ille consertia manibus in se redeuntium chorus? ob hoc, quia ordo beneficij per manum transeuntia, nihilominus ad dantem reuertitur, & totius speciem perdit, si vsquam interruptus est: pulcherrimus, si cohæsit, & vices seruault. Ideo ridentes, quia promerentium vultus hilares B

sunt,

sunt,quales solent esse & qui dant, & qui accipiunt beneficia. Iuuenes,quia non debet beneficiorum memoria senescere. Virgines, quia incorrupta sunt,& sincera,& omnibus sancta: in quibus nihil esse alligati decet,nec adstricti. solutis itaque tunicis vtuntur: pellucidis autem, quia beneficia conspici volunt.

Sit aliquis vsque eo Græcis mancipatus, vt hæc dicat necessaria: nemo tamen erit, qui etiam illud ad rem iudicet pertinere, quæ nomina illis Hesiodus imposuerit. cur Aeglen maximam natu appellauerit, mediam Euphrusynen. tertiam Thalian. Horum nominum interpretationem,& prout cuique visum est, deflectit, & ad rationem aliquam conatur perducere: cùm Hesiodus pullis suis, quod voluit nomen imposuerit. Itaque Homerus vni mutauit, Pasitheam appellauit,& in matrimonium produxit, vt sciat illas Vestales non esse.

C Inueniam alium poëtam, apud quem præcingantur & spissis auro Phrygiania prodeant. Ergò & Mercurius vna stat: non quia beneficia orario commendat, sed quia pictori ita visum est. Hoc nimis ego Stoicum puto, hoc est, rigidum, cùm & Stoicum mox reprehendat Chrysippum iniuria.

Adiungit præter ista, quæ Hecato scribit, tres Chrysippus gratias ait Iouis,& Eurynomes filias esse: ætate autem minores, quàm Huras, sed meliuscula facie,& ideò Veneri datas comites. Matria quoque numen ad rem iudicat pertinere. Eurynomen enim dictam, quia latè patentis patrimonij sit, beneficia diuidere; tamquam matri post filias soleat nomen imponi, aut poëtæ vera nomina reddant.

Pergit bonus Stoicus irridere non modo poetas, sed & collegam suum Stoicum; qui tamé iure potest irrideri cùm ait hoc Senecæ sermone. Ad hanc honestissimam contentionem, beneficiis beneficia vincendi, sic nos adhortatur Chrysippus, vt dicat verendum esse, ne, quia Charites Iouis filiæ sunt, parum se gratè gerere, sacrilegium sit, & tam bellis puellis fiat iniuria.

D Iure, inquam, quoniam ipsa inesse putat numen.

Non nudas esse hic indicat Seneca, tantum pellucidè vestitas, Italicè diceremus di vesti sottili, & trasparenti, sicut earum carnes aspectibus parerent oculorum. Pausanias in Bœoticis notat olim sculpi,& pingi solitas indutas; quis auctor fuerit nudas effingendi, sibi esse ignotum. Vestitæ, nec ne fuerint Hor. lib. 1. carm. od. 4. non dicit, ita canens:

Iam Cytherea choros ducit Venus imminente Luna,
Iunctaq́, Nymphis Gratiæ decentes
Alterno terram quatiunt pede.

Oda 30. Vestibus solutis dicit esse & solutis Gratiæ Zonis. Cùm lib. 3. oda 9. & lib. 4. oda 7. nudas fingat. Gratiæ iunctis nudę sororibus inciderunt videlicet æuo posteriore in homines petulantes, aut in latrones, qui aut spoliarunt, aut etiam pudorem eripuerunt. Quid enim facerent de nudis? Inde Græcum epigramma ex tempore sic verti:

Diua fides abiit linquens mortalia, amici
Vita modesta simul iam charitesq́, simul. A

Vt probabile, si verum est, dicatas esse Veneri, quòd nihil ipsis facit ignaria: quo citca Pauf. lib. 3. hoc est, Lacon. narrat. cùm Venus pomum esset acceptura de manu Paridis, aduocari iussisse Hymenæum, Cupidinem, Amores, & Gratias, quæ fortè caussa, cur Veneris & Liberi effingantur à nonnullis filiæ. Cur autem? quia lepos,& gratiæ sit hieroglyphicum, de quo vide Pier. lib. 55. hierogl. vt etiam prouerbio rosas dicantur loqui apud Aristoph. Neb. qui eloquentia, & lepore dicendi pollent. B

Huc non ineptè referri potest, quod est pron. 5. apud Solom. Ceruus amicitiæ, & gratiarum pullus versetur, seu fabulentur tecum, B ex translatione 70. aliter enim versio vulgata, vbi ad literam Salomon intelligendus de honesto, ac sincero mariti aduersus vxorem amore, cùm scilicet Eucherius Christum interpretetur Charitatis magistrum Cerui nomine, & pulli gratiarum columbini spiritum sanctum πῶλος χαρίτων, & Charismatum distributorem.

Ergò nudæ Gratiæ, quia munifici,& liberales aperta habent omnia, nihil apud eos clausum, nihil obsignatum, se ipsi nimirum spoliant, vt amicos amiciant, siue quia inter amicos soluta omnia, atque aperta debent esse: passus est Alex. Magnus Epistolas ad se missas ab Hephæstione legi, qui in ipsius amicis ducebat familiam. sed eius ori signum admouit anuli, vt indicaret non esse cum aliis, quæ legerat, communicanda. Acron. Helen. in Hor. interpretatur nihil esse debere inter amicos tectum, fictum, fucatum, sed nuda omnia, atque simplicia, licet Fulg. Placiades allo traducat lib. 5. Mythol. & Phurnutus lib. Theotiæ Deorum. F

Sed & tertia est non contemnenda ratio eorum, qui adagium illud γυμναὶ χάριτες, hoc est, gratiæ nudæ, ad ingratos referunt; certè ingrati quodammodo dispoliant, nudantque gratias, cùm à liberali semper accipiant, rependant numquam: sic possunt de ingratis queri beneficia, cùm præsertim incurrunt in egestatem. si Deæ sunt, seu Diuæ, sanè videri nolent nudæ.

Quòd vna auersa, duæ connexæ se aspiciant, indicat geminatam gratiam, & cumulatiorem debere ad beneficum redire. Seruius in 1. Aen. licet ipsi nullum expectandum præmium, seu beneficij redditio: gratia enim gratiam parit, vt ait Sophocles in Oed. Colon. χάρις χάριν φέρει. Qui in Aiace Mastig. non dissimiliter extulit, χάρις χάριν γάρ ἐστιν ἡ τίκτουσ' ἀεί. gratia gratiam semper parit. longè melius,& liberalius Hesiod. 1. lib. operum & dierum, qui sordidè nimis fratrem Persam instituit, his præceptis: G

Æquum vt ametur amans, qui accedit, iungitur illi,
Da tibi qui dederint, qui non dederit tibi, ne da,
Danti aliquis dedit, at non danti non dedit vllus. C
Beneficium certè inuitatur beneficio, & officium officio prouocatur, at verè munificus, etiam si non reddas, dabit. Et nomina ipsa beneficij indicant naturam: tametsi non placeat Senecæ. Aglaia, quæ hilaritas, seu lætitia est, quia hilariter beneficium conferendum: nam & noster S. Paulus hilarem datorem, inquit, Diligit Deus. 1. ad Corinth. 7. & non ex tristitia aut necessitate præstandum imperat. Thalia viror est, quia beneficij, virere debet memoria. hoc est, perpetua esse, quia retinenda constanter amicitia. Euphrosyna, voluptas est, vel oblectatio, quod non minus capiendo, quàm dando beneficio par est delectari, & eadem est caussa. cur hilares, Virgines, Iuuenes sint. & in Acidalio fonte lauentur, quia pura esse beneficia debent, non necessaria: aut quia turpe nihil est petendum ab amicis.

Adde his illud eiusdem lib. 2. de ben. cap. 23. sunt quidam, qui volunt, nisi secretò, accipere testem beneficij, & conscium vitant: quos scias licet male cogitare. Quomodo danti in tantum producenda noritia est muneris sui, in quantum delectatura est eum, cui datur, ita accipienti adhibenda cautio est. Quod pudet debere, ne acceperis: Quidam furtiuè agunt gratias, & in angusto, & ad aurem. Non est ista verecundia, sed inficiandi genus. Ingratus est, qui, remotis arbitris agit gratias.

Mos verò nudas pingendi mulieres, præsertim virgines, viros etiam ab omnibus ferè nationibus habitus pro dedecore, & probro, modo sensum aliquem rationis, & honestatis perciperent. vt est apud Herodotum lib. 1. Ipsa certè natura horret morem hunc, & facto ipso reprehendit, nam cum virorum Cadauera supina fluitent, fœminarum prona fluitant, velut pudori, defunctarum parcat, inquit Plin. lib. 7. cap. 17. & Solinus cap. 5. extremo, tametsi ex materia ratio posset naturalis elici, quoniam anteriores mulierum partes sunt posterioribus grauiores propter vterum, & mammas, contra in viris. Ita numquam mihi probari mos noster, id est, Latinorum, potuit sacras etiam pueri Iesu imagines nudas pingendi, & in hoc Græcorum modestiam laudo.

Sed redeo ad mulieres quas conspici nudas maximorum, & plurimorum caussa malorum fuit, quòd Troiæ exeidiū probat ex eo natum, q̄ Venerem Paris nudam conspexisset; & malefactum Candaulis Lydorum Regis vxoris suæ nudæ pulcbritudinem amico demonstranti Gygi, à quo propterea occisus, & regno spoliatus, vt est apud Herodotum lib. 1. Dauidis exemplum notissimum. Bersabeam, nudam contemplantis 2. Reg. 11. nec mirum; libidinum illud, nec minus Rom. Imperij portentum Aligabalus, Heliogabalum vulgò nominant, publicè nudum nudis cum mulieribus vectari solitum, & in balneis semper cum mulieribus lauisse, nudum ad nudas meretrices, & exoletos concionatum, nudum cum maribus fabulam Paridis egisse, cum Veneris ipse personam subiret, vt cætera omittam, ne offendare legendo. Omnium hic certè bipedum fuit nequissimus. K

Nominis nequam quæ origo, & notio, qui Charonitæ, siue Orcini in legibus antiquis, lectio aliquot locis restituta.

CAPVT IV.

NEQVAM à nequeo, id est, non possum, dici puto, licet M. Varro lib. 4. de ling. lat. à ne & quidquam media syllaba extrita velit dictum: eadem tamen significationis radix, & origo, quia est, qui nihil queat, id est, possit, nullius videlicet homo pretij, Ita Caper vetus Grammaticus notat, non modum appellari nequam, sed inutilē, & à Cicer. exempla peti non pauca possunt, Græcè diceremus ἄχρηστος: ita illud Ecclesiastici cap. 14. qui sibi nequam, cui bonus erit, potest intelligi, cùm sermo habeatur de eo, qui bonis, quibus abundat, vti, seu frui nesciat: quamquam Græcè sint duæ voces, quæ malum significant, & bonum, sed & malus pro inutili, bonus pro vtili sumitur πονηρός, & ἀγαθός: sæpissimè nequam malum significat, hoc est, malitiosum, & qui agat fraude: ita Regulum quemdam hominem impudentissimum, & perfidiosissimum nequam Plinius nominauit lib. epist. 2. ep. postrema ad Caluisium. A

Occultior alia est notio, cùm sumitur pro petulanti, luxurioso, & extremè lasciuo, nimirum, quia hoc lasciuiæ, & petulantiæ vitio maximè nihili fiunt mortales, vt si quo alio vitio. Itaque verè notauit Agellius lib. 7. cap. 11. aliquot ex veteribus exempla, vt hoc probaret, quibus nos adiungimus, poëtarum maximè, 1. lib. Fast. Ouid.

Te quoque, inextincta, Silene, libidinis vrunt,
Nequitia est, quæ te non sinit esse senem.

Et lib. 2. amorum eleg. 1.

Ille ego nequitiæ Naso poëta meæ.

Et 2. lib. de Trist. ad Aug.

— Ludi quoq; semina præbent
Nequitiæ.

Propert. lib. 2. eleg. 4. B

Quæ manum obscœnas descripsit prima tabellas,
Et posuit casta turpia visa domo.
Ille puellarum ingenuos corrupit ocellos
Nequitiæq; suæ noluit esse rudes.

Picturis obscœnis impudentiam tribuens origi-

nem. Iurè Don.in Adelph.Terent. notauit libi-
dinosam inertiam vocari nequitiam, quòd ni-
hil quear, boni videlicet, & nulli rei apta sit. ita
videtur accepisse Plin. & hoc modo nequissimi
Cæsares duo præter alios Commodus, & Aliga-
balus apud Lamprid, ita M.Tullius M. Antoni-
um 2.Phil.hominem nequam appellauit: & A-
gell.lib.7.cap. 11. adolescentem quendam Luca-
num. & omninò verum illud M. Catonij oracu-
lum, inquit Iul. Col. lib. 11. cap.1. nihil agendo
homines malè agere discunt. à nihilo enim di-
cta nequitia. Valer.Max.lib.3. cap. 5. de filio Q.
Fabij prodigo, qui interdictus bonis paternis à
Q.Pompeio præt.vrb. fuerat, in formula inter-
dicti, quando inquit, tua bona paterna, auitaque
nequitia disperdis. En tibi significare luxum, &
Græcorum ἀσωτίας.

Manium portitor à poëtis Charon dicitur,
& stygiæ paludis nauicularius, & custos: & locus
C inferorum Orcus appellatur, opinor à iurein-
rando per stygiam paludem, siue à coërcendo,
id est, ἀπὸ τοῦ εἴργειν, siue aliam ob caussam; neque e-
nim hoc nunc disputo.

Inde ergò apud Rom. per ludibrium olim
Charonitæ, siue Orcini dicti, quædam nouorum
senatorum turba post I. C. Dictatoris necem in
Senatum allecta M. Antonij fraude, vt scribunt
Plut.in Antonio & Suet. in Augusto cap.35. qui
ita loquitur, senatorum affluentem numerum
deformi, & incondita turba (erant enim supra
mille, & quidam indignissimi, & post necem
Cæsaris per gratiam, & præmium allecti) quos
Orcinos vulgus vocabat, ad modum pristinum,
& splendorem redigit duabus lectionibus. Ille
ita, vt ex tempore conuerti, multos senatores
quasi ex Cæsaris decreto creauit, in quibus e-
D rant exules, & vincti: quare per iocum hos omnes
Romani appellabant Charonitas, alludentes ad
mortui Cæsaris commentarios: multa enim per-
peram M.Antonium, & per libidinem cõfecisse.
ac si in commentariis Cæsaris inuenirentur, ab
eoq; imperata fuissent; præter ceteros locupletis-
simus testis est M.Cicero in Philipp.& si quando
isti reprehendebantur, seu deferebantur, ob ea,
quæ facinorosè egissent, ex defuncti commenta-
riis defendebant, illius videlicet, qui iam mersus
Orco, & in Charontis potestate erat.

Non ignoro tamen in plerisque codicibus
Suet. legi abortiuos, cuius & ꝓbabilis esse potest
ratio; quòd supra numerum, & per gratiam pro-
mouerentur, quo modo & S.Paulus Apostolum
se abortiuum nominauit 1.ad Cor.15. quia extra
numerum erat 12. Apostolorum. Qui ergò simili
fraude, atq; artificio testamẽtis abutuntur Cha-
ronitæ, & Orcini in legibus, & ab Iurisprudenti-
bus sunt appellati. Vim huius vocabuli declara-
re conatus est Albericus Rosat. in Diction. Iuris
ciuil.& Can.nec tamen est assecutus.

E Eadem est ratio de Libertinis Orcinis, siue
Charonianis Vlp.tit.2.de statu lib.15.qui directò
liber esse iussus est, Orcinus fit libertus, & hic
nullius fit libertus: Paulus l.si necem. de bon. lib.
nisi Charontis, Plutonis, & Orci: & idcircò Cha-
ronianus à Theophilo est dictus, qui & libertus
familiæ, in l.si socius. D.de manum.test, vbi datur
species, in qua est aliquis Dei, atque etiam super-
stitis cuiusdam domini libertus: nam licet non
alium, quàm Orcum, siue Charontem agnoscat
patronum, ad familiam tamẽ defuncti pertinet.
l.3.§.planè D.de legit.tutor.l.1.§. sin autem fuerit
adimpl.C.de lati.libert.toll.& Marcianus l.V.D.
qui sine manum. ad lib. qui ob necem domini
detectam præmium libertatis consequitur, Or-
cinus fit libertus.

Sic à Iuliano Orcinus heres nominatur in l.
duo socij, D.de hered.inst.seruus, qui ex domi-
norum suorum ruina simul oppressorum testa-
mento heres, & liber esse iussus erat. rursus Vlp.l.
3.D. de legit. tutor. apud Labeonem in l. Domi-
nus 22.D, de pecul.lega.& l.4.§ 7.D.de fideicom.
libert.& Iustin.sub tit.de singul.reb.Impp.l.dire-
ctis 10.C. de testam. manum. directis verbis iure
data libertate, non solum impositione pilei, sed F
& adita hereditate, si nulla iuris impediat consti-
tutio liberti constituuntur Orcini.C. de iuris &
facti ignor.l.cùm testamentum. D. de fideicom.
lib.50.cum quasi §. sed & si quis.l,ergò. §. qui 11.
id. directam ex testamento libertatem accepit,
nec vmquam patronum habuit. eadem planè
forma apud Agell.lib.1.cap. 24. in Epigr. Næuij
habetur. Itaq; postquam est Orci traditus The-
sauro obliti sunt Romæ lingua Latina loquier.
Vbi alij legunt Orcio.

Sciendum verò Græcam esse vocem Cha-
ronitis, Latinam, Orcinus, nisi & Græcam pute-
mus, & Horcinus dicendum. Alciat.tamen lib.1.
prætermiss.vult Orthinus dici, quia ὀρθὸν directũ
significat, vt ὀρθόδοξοι dicuntur, qui rectæ sunt in
rebus diuinis opinionis, fidei potius, confutan-
dus ex allatis, & ipsis scholiis Græcis, quæ ipse ci-
tat, in quibus est ὀρκῖνος ἀπελεύθερος, non ὀρθῖνος,
ita Pollux portam Charoneam χαρώνιον θύραν
nominauit, per quam ad supplicium rapieban-
tur damnati, Orciniana Martiali lib.10.epigr.5.

Orciniana qui feruntur sponda.

Quia Libertinorum erat, & vilis, miseræq; plebis
sandapila. Suet.in Domit.c.17. cadauer eius po-
pulari sandapila peruespiliones exportatum,
quam intellexit Hor.lib.1.sat.8.

Huc prius angustis eiecta cadauera cellis
Conseruus vili portanda locabat in arca.



Veteris, & noui vini explicata, & illustrata comparatio: Mas læsus, siue occasionatus, cur femina dicta.

CAPVT V.



A BONOE melius esse vinum vetus nouo experienria mortalinm non modo, sed Christi etiam Liberatoris nostri doctrina tradit. Lucæ 5. oemo bibens vinum vetus statim vnlt nouum, dicit enim vetus melius est: eamdem ob caussam Eccles. 9. cap. vinum, dicirur, nouum, amicus nouus, vetcrascat, & eum suauitate bibes illud. omitto, quæ magno vir iudicio, & præstanti scientia Cornelius Ians. adducit hoc loco, addo ex profanis aliqua. Hom. lib. Vlix. 2. Vinum vetus potionem vocauit diuinam:

Intus autem dolia vini veteris dulcis ad potandum
Erant meraium diuinam potionẽ intra habentia. A

Et Pind. io Olymp. Od. 9. Epharmoltum landans Opuntium præferens nouum hymuum antiquis, com vino nouo præponatur vetus. B sic apud Athen. lib. 12. c. 17. Gnathæna, seu Phryne parum vini, cùm in paruo vase infunderet ei quidam, diceretq; esse vinum septem decim annotum; tot cum sit annorum, respondit, parunm est. ex quo Hor. 3. iib. carm. Od. 21. celebrauit vinum, consule Tulio factum, & Ouid. 2. lib. de atte amand.

Qui properant, noua musta bibant, mihi fundat auitũ
Consulibus priscis condita testa merum.

Et Plaut. in Casina in prologo sapientes sunt. qui veteri vino vtuntur, & vetustas ergò laudatur in amicitiis, licet Cicero in Bruto iure scripferit, nimia vetustas nec habet eam, quam quærimus, suauitatem scilicet orationis, nec est iam sanè tolerabilis; sumta à vino metaphora, quòd neq; valdè nouum, neq; valdè vetus delectat.

Sapienter Arist. lib. 8. eth. c. 4. legem esse docuit amicitiæ, vt tempore indigeat, & consuetudine ad firmitatem. &, vt prouerbio dicitur, priusquam ineas amicitiam, multum esse comedendum salis: C quo allusisse mihi videtur Cic. in Lælio, cùm ita loquitur, verom illud est, quod vulgò dicitur, multos modios salis simul edendos esse, vt amicitiæ monus expletum sit. dixerat C aliis verbis lib. 7. eth. Arist. quare prouerbiò fertur modius salis, neque sine tempore amicus ὁ μέδιμνος τῶν ἁλῶν, οὐδ᾽ ἄνευ χρόνου φίλος. itaq; Hom. scitè oominasse mihi videtur homines perfidos, & desertorea amicitiæ ὑπερφιάλους tamquam mensæ præuaricarores, qui communem φιάλην aspernarentur: nam etiam ex ea voce φιλίαν ducunt quidam: non enim amicus non probatus suscipiendus: vt autem probes, vtaris tempore oportet, quo etiam vtendum Sophocles præcepit in Oedipo. solum, inquit, tempus virum iudicar iustum, improbum autem vel vno die agnoscas: D & Senariolus circumfertur eiegans, οὐδεὶς δ᾽ ἀδοκίμων τῶν ἀνθρώπων χρόνος. quo morum probatorem esse optimum docetur tempus, idem hoc disticho monet ab Aristot. productus Theognis:

Non enim possis aliquando viri mentem, vel mulieris nosse
Nisi prius senseris, tamquam iumentum. E

Itaque ab Arist. dictum illud reprehenditur, ita amandum, vt oderis, sed potius ita odio prosequendum, vt sis amatorus. vt à Cicer. in Rhet. & in Lælio, qui nec Biantis esse credit, quod ad tollendam amicitiam valeat: meo tamen iudicio præceptum est viro sapiente dignissimum: nam cùm mores hominis mutentur, si bono viro sim amicus, cùm bonus esse desinit, illi esse amicus nõ debeo: tametsi Eudem. iib. 7. Arist. & in Rhet. ex Græco senario id confirmet. οὐκ ἔστ᾽ ἐραστὴς ὅστις οὐκ ἀεὶ φιλεῖ. nemo amator, qui nõ semper amat, quòd verum non est: quamuis enim bonorum amicitia, quæ sola verè dici amicitia debet, virtute nitatur, quæ immortalis est, tamen moritur in nobis. D

Sapientius in Aiace Mastig. Soph. τοὺς δ᾽ σώφρονας θεοὶ φιλοῦσι, καὶ στυγοῦσι τοὺς κακούς. sapientes autem dij amant. & oderunt malos, tum memineris, cui viro gratiã des. V. hic inimicus cur? sed generosus olim erat. A. quid tandem facies? inimicum sic venereris mortuum? V. Vincit enim virtus me inimicitia maior A. tales sanè viri lenes mortalibus. V. sanè valdè multi nunc amici, & rursus infesti. A. tales laudas verò tu possidere amicos? V. Durum laudare, noo amo animum ego. ante quoque dixerat:

— Homini quippe debito,
Memoriam adesse iucundi si quid accipiat: gratiam namq; gratia semper parit: E
Cuius verò defluit memoria beneficio affecti, numquam vir erit hic ingenuus.

Qui in contractis amicitiis non sunt constantes propter amicorum vitia, ij à Luciano dialogo τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων. de mercede conductis conferuntur iis, qui vestibus vtuntur oouis, deponunt vetustas, & detritas: siue calceis, qnos in angulũ sordidos, aut dissutos abiiciunt: ad quam rem Græcorum quoddam vsurpauit prouerbium vir doctissimus Hermolaus Barb. in epist. ad virum doctissimum Io. Picum. Mirand. τοὺς φίλους νέους, κτῶ, τῶν παλαιῶν μὴ ἐπιλανθάνου, hoc est, cum amicos tibi nouos concilias, veterum ne obliuiscare. Adiungã plura. cùm de partitione, generibusq; amicitiæ, quæ alio iibro obseruaui, explicabo.

Non tacendum, vt vini veteris pretium in pretio habeas, censeri apud Iurisprudentes. vinũ vetus, qui mutuò accepir. non satisfacere, si nouum reddat, ita Pomponius lib. 27. ad Sab. l. cùm quid. 3. D. de reb. cred. etsi cert. pet. cum, quid mutuum dderimus, & si non cauimus, vt æquè

bonum

bonum nobis reddatur, non licet debitori deteriorem rem, quæ ex eodem genere sit, reddere, veluti vinum nonum pro vetere. Vbi notant interpretes vinum vetus esse pretiosius nouo, quæ F caussa est, cur patres fam. frugi à Cal. Nouembr. qno tempore deferbuit vinum, mustumque amplius non est, debeant ex eo familiam alere, non ex veteri: qnod & pupillorum tutores facere tenenrur l. iubemus. de Erog. milit. lib. 12. putabanrur autem vetusta vina pretiosissima: & vino legato quæ contineantur, docetur, l. 9. D. de trit. vin. leg. Vide Plin. lib. 14.

Dicitur autem vinum vetus lapso anno: si enim mustum à Cal. Nouembr. quo tempore defæcatum esse incipit, nounm vinum dicitur, apparet non prius vetus appellari, quàm aliud nouum collectum sit. l. vetus de vino tritol. leg. ad consuetudinem tamen regionis attendendum, ead. l. ex vsu de trit. vino l. legatis. §. postremo: nã alicubi vina ætatem supra annum non ferunt.

A philologia transeo ad philosophiam. Quod non aliud in genere animantium femina sit, G quàm mas imperfectns, læsus, & mutilus, philosophorum penè omnium est axioma, non modo ab Arist. & Galen. vsurpatum, sed etiam explicatum: sic enim ille plurimis locis lib. 8. de hist. an. c. 2. facilem esse transitum à mari ad feminam, & contra in qnibusdam piscibus docuit, qnod parum inter se differant, mutata scilicet parte aliqua principe. 2. item lib. de gen. an. c. 3. cùm tradit ex læsis animalibus læsa interdum procreari, interdum nnn læsa; eodem modo ex femina gigni nunc feminam, nunc marem: femina enim mas est læsus, siue mutilus: id enim significat vox Græca πεπηρωμένον. & lib. 4. c. 1. docens frigore, & calore differre feminam, & marem, & potentia, atq; innocentia definiri; qnod enim potest concoquere principium obtinens formæ instar, mas est, quod recipit, & est materiæ instar, nec potest constituere, & secernere, femina est: & mares, inquit, quàm feminæ calidiores, si omnis concoctio calore fit. Eodem lib. cap. 3. monstra euenire vitio potius feminæ ostendit, quàm maris, & in feminis plura fieri, quàm in maribus cap. 6.

Aristorelis vestigiis insistens Io. Philoponus lib. 4. de gen. an. cap. 2. feminam scripsit, fieri ex concoctione, & sanguinei alimenti frigiditate: H Ita Alb. Magnus inæqualitatẽ materiæ procreationis feminæ agnoscit caussam in post. Arist. & apud Melissam 2. p. c. 33. Philo ex philosophis, imperfectnm ait marem esse feminam: cùm tamen partes omnes, qnæ viris insunt, etiam insint mulieribus: genitales quidem eminent viris, quæ in feminis reconduntur: & minoris in femina caloris; & reconditarum harum partium vsum breui, & docta oratione exposuit Donatus Anto. Altomaris ipso 1. cap. lib. de vtero gerentibus.

Satis autem manifestum est signum, feminas maribus imperfectiores esse, quòd feminæ legũtur aliquando in mares conuersę, numquam, aut rarissimè, mares in feminas: gradus enim est, atq; transitus ab imperfecto ad perfectum. Exempla verò feminarum in mares conuersarum lege in Plin. c. 8. lib. 7. & Agell. c. 4. lib. 9. T. Liuio lib. 4. secundi belli Pun. Luciano in Gallo, & de saltatione. Hipp. lib. 6. Epid. part. 8. aphor. 45. & in fabulis de Cœneo legitur in feminam conuerso, vt est apud Hyginum fab. 13. qui tamen rursus mas euasit Virg. 6. Aen. I

It comes & iuuenis quondam, nunc femina Cœneus,
Rursus & in veterem fato reuoluta figuram.

Et de Tiresia lib. 3. Metam. Ouid. & lib. 4. de Scythone:

Nec loquar, vt quondam naturæ iure nouato
Ambiguus fuerit, modò vir modò femina Scython.

Verius quod Auson. cecinit epigr. 69. de his, qui sexum mutarunt:

Nec satis antiquum, quod Campano in Beneuento
Vnus Epheborum virgo repente fuit.

Attigit & S. Aug. c. postremo lib. 3. de ciuit. Dei, Viues in eum. Gal. lib. de vsu part. corp. hum. 14. 14. cap. 5. extremo Aristotelis probat dictum asserentis feminam mare imperfectiorem esse, non plenè tamen ab eo explicatũ calumniatur: quare cap. seq. his rationibus confirmat ipse, primùm quidem, & potissimùm, quòd frigidior est femina, qnàm mas: constat verò maiorem esse vim, atq; efficacitatem in agendo caloris; quàm frigoris; deinde, quòd omnes, quæ insunt partes in K viris, in mulieribus insunt quoq; hoc tamen discrimine, quod occultæ sunt, & conditæ in mulieribus, q̃ extant, atq; eminẽt in viris sub inguine: qnod accidere in his caloris vult copia, in illis inopia: quare non discessit Galen. à prima sua ratione, & ab Aristotelis; tantum fusius, & verbosius explicauit, licet sapientissimè opificis naturæ contempletur fabricam in hac horum membrorum differentia. Idem libr. 2. de semine breuius explananit cap. 5. docens, omnia genitalia membra eadem esse in maribus & feminis, nisi quatenus differũt situ, quia marium extra membranam abdominis, feminæ intra sunt: ac magnitudine, quia marium sunt maiores testiculi, quàm feminarum.

Latini Aristotelei philosophi, & qui ex his sese ad studium applicuerunt Scholasticæ Theologiæ, feminam appellauerunt, marem occasionatum, ita Alb. Magnus: Alex. Alensis, S. Thomas, & qui non? cur autem? ceteris melius Alb. 2. lib. de phys. tract. 2. cap. 17. explananit, appellationis L caussa etiam declarata quam reliqui non videntur attigisse, cùm rem ipsam declarent. Occasio, inquit, minus, quàm caussa significat; estq; cum aliquid efficitur non consilio, sed euentu aliquo: quemadmodum in marib. dicitur dare aliquis occasionẽ damni, siue noxæ alteri, cùm vel quidpiam molitur, aut negligit, ex quo damnum sequitur: neque enim propriè caussa est, & hoc dicitur occasio: Ita planè in reb. à natura factis euenire solet, vt in monstris, exempli gratia, copia

materię.vel paucitas occasionem dedit animalis cum sex digitis, vel brachio, quàm par est, breuiore procreandi, cùm integrum, aut perfectum gignere proposuisset ipsum agens: sic ergò femina mas est occasio natus, quia cum maris esset consilium marem generare, feminę generandæ occasionem dedit caloris inopiā.

Sic isti decernunt, cùm Aristot. præter consilium, & propositum, intentionem vocant, proximi agentia esse feminam propter seminis vitium minus vigentis, & calidi: Quoniam in gignendo generantis est consilium similem sibi generare, similis autem vir est generanti, non femina: quasi verò femina non sit homo, & ad hominis non attineat speciem, quæ in mare, & femina constat.

Dicent isti, vt solent dicere, per accidens feminam ad speciem humanam pertinere, hoc est, M propagationis, & indiuiduorum procreandorū caussa, non ipsius speciei humanæ; nam si homo esset immortalis, femina esset nulla. Egregiè verò, ego non quid futurum esset, si alius naturæ foret ordo, disputo, sed affirmo in hoc ordine tam esse propriam, & consilij naturæ non modò vniuersæ, sed etiam huius peculiaris, feminæ procreationem, quàm maris, licet femina sit imperfectior, quia frigidior: an non esse in natura debent hi diuersi caloris, & frigoris gradus, vt est humoris, & siccitatis?

Adde, si Christianè velimus philosophari, vt debemus; dubium non est, quin procreandæ fuissent in statu innocentiæ feminæ, cùm nullum tamen futurum vitium fuisset nullus defectus in generante, siue in semine, mors nulli homini cōtingere: id quod indicio est naturæ consilio peculiaris etiam gigni feminam: id quod Alensis mihi videtur significare cum ita, cur femina dicatur, mas occasionatus, exponit p.2.q.89.art. 3. N m.4. Non quod sit præter naturę propositum, sed quod vitium sit, ac defectua in virtute naturæ, cùm producitur mulier, qui quidem non repugnat ordini ipsi os naturæ, sed conseruat potius: quemadmodum consentaneè ad ordinem naturæ in eodem procreantur corpore membra quædam validiora, quædam imbecilliora: eodem planè modo in eadem specie quædam gignuntur indiuidua huius, quædam alterius sexus: ita licet vitium, siue defectua sit præter consilium naturæ, non tamen feminæ procreatio.

Et sanè quod melius est, vt loquuntur, desiderat natura, non tamen simpliciter, sed ratione ordinis vniuersi. mas autem in se, & vniuersè melior est, hoc est, nobilior, & perfectior, non verò totius ratione naturæ, quæ non in vno conseruatur sexu maris, sed vtroque maris videlicet, ac feminæ. Idem esse iudicium S. Thomæ, coniicio ex iis, quæ ab eo scribuntur 1.p.q.92.art.1.ad 1. & q.99.art.2.ad 1. & Dur.2.d.20.quæst.3. quæ per te lege.

Offendor autem huius nominis occasionatus nō magis nouitate, quàm barbarie, & improprietate: quid enim hic habet occasio loci, quæ est opportunitas temporis, vel tempus, vel actionis opportunum, vt optimus verborum magister docuit Cicero? at cùm femina gignitur, non est actionis tempus opportunum; sic enim vir gigneretur; sed potius incommodum ad agendum, cum vitio efficientis caussæ, siue instrumenti ad agendum, id est, minoris caloris, gignatur femina: non igitur occasionatus mas, sed extra occasionem potius esset vocanda, cùm præsertim hoc modo explicet Alb. cap.5. tract.1. lib.2. phys. numquam fuisse naturæ particularis consilium feminam generare, sed fieri ex alicuius principij naturalis corruptione, licet non sit femina extra cursum naturalem vniuersalis naturæ.

Sanè loquendi modum Arist. vox ista non expressit, exprimunt hæ voces, mancus, imperfectus, mutilus, oblæsus, membro captus: nam & claudi, ac cæci eodem verbo exprimuntur vniuersè, quo vtitur in hoc argumento Arist. de hac re tota lege nostrum Bened. Pereriam in cap.4. P Gen. q. 2. & 3. cui tamen non omninò consentio in eo, quòd procreatam ex occasione feminam cum ceteris affirmat.

Quæ verò ad gignendam feminam caussæ, aut semper, aut aliquando conueniant, ex Arist. non malè collegit Dur. lib.2. sent. d.20. q.3. & loco citato Pererius. Mas quidem id solemus appellare, quod in alio gignit, ita 1. lib. de gener. an. cap.2. Arist. siue quod in alterum semen iacit generando idoneum, prolificum, vulgò dicunt: feminam, quod ab alio recipit, vel in seipso gignit & 1. de hist. an. c.3.

Simulationis vitium in quo videatur situm; quàm cauendum, sacra; & profana doctrina explicatur.

CAPVT VI.



QVORVNDAM mortalium, sanè vanissimorum, qui Curios simulant, & Bacchanalia viuunt, vt eos præstrinxit Iuuen. sat. 2. detestabile vitium Ecclesiæ Patres vsu, & more sacræ locutionis Hypocrisin, id est, simulationem appellant, A qui scilicet coram aliis videri gestiunt probi viri, cùm re vera sint improbi, traducta, vt opinor ab histrionibus ratione, imitantibus quod non sunt; nam personam exprimunt alienam, à qua tamen absunt longissimè. Iro pauperior Crœsum refert, siue Alexandrum.

Eiusmodi apud veteres Græcos erant, qui pallio, ac barba philosophum mentiebantur, cum moribus essent perditissimis, doctrina aut nulla, aut leuissima: tales in Euangelio apud Hebræos legimus Pharisæos, & Scribas prolixa oratione, eleemosynarum largitionibus palam factis, gestatione Diuinorum in fimbriis manda-

torum

torum sanctitatem affectantes cum animus eorum plenus dolo esset, atque auaritia, & reliquis id genus vitiis, vt Marci 12. Matth. 6. & 23. Lucæ 11. orbis liberator Christus ipsis obiecit.

Sapienter monuit Ecclesi. cap. 1. ne fueris hypocrita in conspectu hominum, & non scandaliaeris in labiis tuis. Quales vetustissimorum Christianorum protulit Ecclesia in Syria & Aegypto Sarabaitas, genus Monachorum solitudine, atque habitu sanctitatem præferentium, vitæ morib. negantium, hoc solo contentorum, si ab hominib. innocentes, & sancti haberētur, Remoboth. credo, Aegyptia lingua à B. Hieron. nominari, quæ vox, si Hebræa esset, rectè ab superbo incessu deriuari posset. B

Quale sit hoc vitium, disertè, ac breuiter 2. de serm. lib. Io. Pontanus exponit: quo vitio qui laborant, inquit, horum omnium est propositum, vt quod ipsi minimè sunt, id habeantur, atque appareant: vbi homo, tametsi grauis, & eruditus, nimis est in affingendis sacrorum hominum generi vitiis pronus, aut in publicandis, & commendandis posteritati; & est nihilominus Christiani non modo viri, sed etiam prudētis liberare, si possis, sin minus, tegere, vt sacri passim admonent scriptores; & scitè, ac piè suo vsurpare sermone erat solitus Magnus Constantinus, vt narrat præter cæteros Nicephorus Callistus cap. 16. libro 8. histor. Eccles. festiuè tamen, ac lepidè præclaræ cuiusdam simulationis duo commemorat exempla pulcherrima.

Ergò iure Cassianus coll. 1. quæ est Mōsis, ex cap. 11. prou. iuxta 70. Interpretationem, malignus nocet, cùm se immiscuerit iusto, id est, Diabolus tum maximè decipit, ac fallit, cùm se virtutis tegit colore, & suæ malignitati prætextum sanctitatis ostendit, &, vt S. Paulus loquitur, 2. Corinth. 11. in Angelum se transfigurat lucis. expressit illo carmine Vlix. 16. Hom. οἵ τ' εὖ μὲν λαλέουσι, κακῶς δ' ὄπιθεν φρονέουσι. qui benè quidem loquuntur, malè autem retrò cogitant. Quo etiam libr. Eusth. vocat κύνας λαθάργους obtrectatores, quibus non minus cauendos esse Hypocritas monet antiqui poëtæ & sapientis Solonis versibus Laërt. lib. 1. vt reddidit interpres:

Tu si sapis, fac singulos probè obserues:
Ne fortè quisquam tegat quod habet intus
Odium, & exterius vultu loquatur blando,
At lingua duplex ex atra sonet mente. A

Cuiusmodi Sannazarius in quadam Ecl. Italicè scripta expressit his versibus:

Tal ride del mio ben, che il riso simula,
Tal piange del mio mal, che poi mi lacera
Dietro le spalle con acuta simula.

Hos vocauit Calophantas Græca voce Plaut. qui tamen sunt καλοφάνται in Curcul. act. 4. scen. 1.
D duobus codicibus lego halopantam, sequitur Pius Bonon. fine halophantam, vel halopantam, & Turnebus. halophantam Festus, Nonius halophantam, calophantam. Alciat. lib. 11. parerg. c. 4. sed lege in comm. doctissimum Lamb. in quo illud bellissimè dictum à T. Lucretio lib. de natura 3.

Eliciuntur, & eripitur persona, manet res.

Et illi elegantes Græci Senarij:

Odi virum duplicem natura, beneuolum sermone, inimicum moribus. B

Quibus non dissimile Eurip. illud in Rheso. φιλῶ γὰρ λέγειν τ' ἀληθὲς ἀεί, κοὐ διπλοῦς πέφυκ' ἀνήρ. amo dicere verum semper, neq; duplex sum vir. & Vlix. 14. æquè se, atq; Orci portas odisse istum profitetur Vlixes, qui præ paupertate mortales fallaci oratione circumuenit. C & Iliad. 9. respondet Vlixi eius non ferens auceps, rectum, simulatumq; ingenium Achilles ipse generosus & apertus, & Theognis. D verbo verbum reddam. multi certè fucatum fallacem animum habentes occultār induentes animum diurnum, egregiè, est enim diuinus animus, mores diurni, qui in dies mutantur singulos Proteorum, & chamæleontis instar, sed quispiam inuenerit meretricem clam, quæ apparet grauissima femina. quod fuisse corrupti iam pop. Rom. ingenium scripsit in Catilin. Sallust. aliud clausum in pectore, aliud in lingua promtum habere. E

Hoc sanè pessimum simulationis est genus, vt aliud re præstes, & facto: aliud oratione & verbis promittas: qua de re Hermippus in Comœdia, Palladis progenies, linguam quidem, ac vultum habere mihi videris Agni, sed quæ intus latent, nihil à Dracone differunt, E felix, qui potest esse. qualem Antipatrum prædicabat Alexander, vt Plut. in apophth. refert, cuius vesti assutus limbus esset albus, totus alioqui intus purpuratus, id est, frugi, qualem suum esse Alcibiadem in Protagora volebat Socrates hominem amictu, cum luxu animo diffluerent. nisi simplicem exterius velis intelligi, interius occultū quippe astutū. porrò lib. 1. ep. ad Quinctum Horat. sapienter:

Tu rectè viuis, si curas esse quod audis.

Contra ij, de quibus idem ibidem:

Da mihi fallere, da iustum, sanctumq; videri,
Noctem peccatis, & fraudibus obiice nubem. F

Et Persius sat. 5.

Pelliculam veterem retinens, & fronte politus
Astutam vapido seruas sub pectore vulpem.

Expressit simiæ personatæ, atque in Theatro saltantis, ac si puella esset, ioco S. Greg. Nyssenus ad Harmonium, qua egregiè docet, quæ Christiani sit hominis professio. Greg. alter in Athanasium de improbo quodā & scelerato, qui cùm nullum haberet vultū pietatis. egregius rerum susq; deq; vertendarum erat artifex; vt de alio ad Nemesiū, quem facit similē signo Mercurij duarū facierū, cùm aliud iste ante demonstraret, aliud haberet ponè, & apertius, mulierib. fucatis, quæ exterius videntur Helenæ, cùm interius sint Hecubæ. Est verò apud Mart. lib. 1. epigr. 90. eximium simulationis exemplum in Gellia, in quam sæpè facetissimus ludit Poëta:

Amissum non flet, cùm sola est Gellia, patrem,
G *Si quis adest, iussa prosiliunt lacrymæ.*
Non luget, quisquis laudari, Gellia, quærit,
Ille dolet verè, qui sine teste dolet,

Consule 2.lib.epigr.Græcorum tit.15.in fallaces. & in iocos, conuiuales, est 47. talis erat, si modo erat, is Rusticus, quem apud Plin. libro 1. ep.5. ad Voconium, Regulus Stoicorum nominabat simiam, qui scilicet barba, & pallio ageret Stoicum, non moribus, & scientia.

Huc refer prouerbia multa, quæ à Vulpe trahuntur, ac simia astutis, & mimicis animantibus, simia fucata Aristot. in Ecclesia Zuses de anu deformi, quæ fucis affectabat videri iuuenis. πότερον πίθηκος ἀνάπλεως ψιμυθίου. vtrum simia plena fuco, quomodo etiam ἐπαινῶν, vsurpat πιθηκισμούς, hoc est, blanditias, ad fallendum. Simia caudata, siue barbata, illud apud Aristotelem Acharnensib. ὦ πίθηκε τὸν πώγων' ἔχων, ô simia barbam ha-
H bens. hoc apud Archilochum, τοιὴν δ' ὦ πίθηκε τὴν πυγὴν ἔχων, talem verò, ô simia natem habens. Simia in purpura, quod significat amiculo philosophum, vt S. loquitur Augustin. & qualem Marcellinus libro 14. Antigonum arguit habitu tenus philosophum. Simia semper erit simia, etiamsi aurea gestet insignia, apud Lucianum contra ineruditum, fabulam saltantis publicè simiæ narrantem, quam paulò ante ex Nysseno indicauimus: simia cum Leonis exuuio apud eumdem in Philopseude.

Euseb. Cæsar. aduersus Hieroclem de Asino tradit. veniet quidem nobis philosophus, asinus verò pelle occultatus leonina, vt illud, pellaci vulpe benignior quo vtitur Archilochi testimonio Plato libr.2. de Rep. aduersus illos, qui lucri, & commodi sui caussa simulant amicitiam, qui amici non sunt. Vulpes Bouem agit, quod est apud Suidam, licet aliò etiam traducatur. Vulpi esurienti obrepit somnus, vt est apud Diogenianum πεινώσῃ ἀλώπεκι ὕπνος ἐπέρχεται simile Aesopi Apologo.

Conuenit & insimulatores illud Arist. Auib. seruus cùm sis comam gestas, δοῦλος ὢν κόμην ἔχεις. vt pleraque alia, quæ legendis per te auctoribus disces. Præclarè S. Hier. ad Rusticum paucis verbis hypocritam descripsit. Intus Nero, foris Ca-
I to, totus ambiguus. vt ex contrariis, diuersisque naturis vnum monstrum, nouamq; bestiam diceres esse compactum iuxta illud poëticum:

Prima Leo, postrema Draco, media ipsa Chimæra.

Contra Cato, esse, quàm videri bonus, malebat, vt de eo scripsit in Catil. Sall. & breui ad gloriam via perueniri posse dicebat Socrates, qui id ageret, vt qualis videri vellet, talis esset, vt ait Valer. Max. lib.7. cap.2. bine penè sanctè ep.5. ad Lucilium Seneca, speciem hanc recti monet cauendam hoc sermone. Illud autem te admoneo, ne eorum more, qui non proficere, sed conspici cupiunt, facias aliqua, quæ in habitu tuo, aut genere vitæ notabilia sunt. Asperum cultum, & intonsum caput, & negligentiorem barbam, & indictum argento odium, & cubile humi positum, & quidquid aliud ambitionem peruersa via sequitur, deuita. Satis ipsum nomen philosophiæ, etiam si modestè tractetur, inuidiosum est. Quid si nos hominum consuetudini cœperimus excerpere? intus omnia dissimilia sint, frons nostra populo conueniat. Non splendeat toga, ne sordeat quidem.

Et fortasse iure inuidiosum nomen erat phi- K
losophiæ, cùm appetentissimi essent honoris, & gloriæ ipsius etiam contemnendæ prætextu: ita Plato Diogeni Cynico, qui se Platonis fastum dicebat calcare, mordaciter illusit, alio, dicens, fastu: qua ratione sordidum, & neglectum Lacedæmoniorum vestitum referebat ad superbiam Aristoteles Tertull. certè animal gloriæ nominauit, & quam gloriæ addicti fuerint expressit in Apol. cap.46.

Depellit hanc sæpè inuidiam Seneca; quam verè, viderit ipse: inuidiæ caussa erat, quòd aliter loquerentur. lege c.17.18.20.21 26.27. lib. de beata vita ad Gallionem fratrem. Qui & ep.98. philosophiam in opere discendam monet; Tu ad Christianam transfer sapientiam, regnum enim Dei, vt S. docuit Paulus 1. ad Cor.4. non est in sermone, sed in virtute.

Sanè idem Sen. re & vita, non verbis philosophandum, verbis magis ostendit, quàm factis, quod alio lib. fusius demonstraui; qui & disertos esse in conuicium suum philosophos idcircò scripsit, quos non aliter intueri deceat, quàm medicos, quorum tituli remedia habent, pyxides venena: quod iustius. & verius de hæreticis Vincent. Lirin. aureo libello aduersus eos affirmauit, calicem planè venenarium propinant, in L
quem mors aliqua, vt habet Tert. libr. de resurr. cat.16. ructauit: qualis, quem libidinosæ feminæ cum osculis porrigunt.

Simulator, dicitur prou.11. ore decipit amicum suum: quod maximè facit hæreticus, qui cum non nisi verbum Dei purum putum suis polliceatur, & plenis buccis prædicet, eo tamen mera tegit somnia, dogmata celat adulterina, sectas comminiscitur pestilentes, &, vt Euangelica vtar voce. Zizania serit, quæ triticum externa specie imperitis videntur: quales Apostolus χρηστολόγους nominat, si verbum verbo reddas, suauiloquos, vel boniloquos extremo cap. epist. ad Rom. planè tangens nouatores æui nostri, & suis depingens ad viuum coloribus. hac enim chrestologia permulti Germaniam vniuersam, Britanniam, Galliam, aliasque prouincias corrupetunt. Qui videlicet ad vos veniunt in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces, vt præmonuit veri doctor, & magister Iesus Christus Matth.7. lege S. Bernardum serm.66. in Cant.

Lepido aureoq; dicto Sen. caput hoc claudo. Aliquid præcipientium vitio peccatur. qui nos docent diſputare, nõ viuere: aliquid diſcentium, qui propoſitum adferunt ad præceptores ſuos, non animum excolendi, ſed ingenium. Itaque quæ philoſophia fuit facta philologia eſt.

Quo tempore ſecunda Cicer. Philippica in M. Antonium fuerit habita, dubitatum, & aliquot eius loca expenſa.

CAPVT VII.

QVm Romæ olim iuuenis Cicer. Philippicas explanarem, & in eo ſecundæ loco verſarer, quæro deinceps,
A num hodiernus dies quis ſit, ignores? nonne quartum in Circo diem ludorum Rom. fuiſſe? Te autem ipſum ad populum tuliſſe, vt quinctus præterea dies Cæſari tribueretur? Nec mihi de tempore, quo eam Cicero dixit, commentarij ſatisfacerent: induxi animum vel ex denſiſsimis tenebris eruere tempus hoc, ſed ita res cecidit, vt valdè quidem dubitarim, & dubitationis rationes aperuerim, non ſoluerim: ſuſpiciones igitur meas, & earum cauſſas proponam, vt politorum, ac doctorum virorum induſtriam, ac diligentiam in hoc nodo, qui mihi videtur eſſe Gordio intricatior, explicando commoueam, libenterque ducem ſequerer Alexandrum aliquem.

Nec dubium habui, quin Paulus Manut. cui ego ſcriptam dubitationem ab vrbe ꝓficiſcens reliqui, & Carolus Sig. ciuis meus, qui cum rem totam meo nomine contulit Io. Gabriel frater meus, eſſent enodaturi, tanti homines, quantos vix vnquam Muſæ educarunt ſeniores: expectaui fretus hac ſpe annos plurimos, eosq; prius iniqua mors oppreſsit, quàm diſſoluerent: quamquam Manutius, cum non poſſet, habitam orationem à Cic. affirmatè negauit. Præclaram verò fugam. itaque non video, qua ratione locus ante
B citatus cum his conueniat, quæ ſubiicio.

Primum enim ex 2. actione in C. Verrem pridie Cal. Septem. ludos Rom. celebrati ſolitos colligo. Verba ſunt Cicer. Nonæ ſunt hodie ſextiles, hora nona conuenire cœpiſtis. hunc diem iam ne numerant quidem: decem dies ſunt ante ludos votiuos, quos Cn. Pompeius facturus eſt: hi ludi dies 15. auferent: deinde continuò Romani conſequentur: ita prope 40. diebus interpoſitis, tum deniq; ſe ad ea, quæ à nobis dicta erunt, reſponſuros eſſe arbitrantur. Huic tamen loco non eſt difficile occurrere, cùm poſt id tempus, anni ratio per Cæſarem fuerit commutata.

Pergamus ad obſcuriora. ex calendario Rom. quod nuper emendatum P. Manutius edidit, ludos Rom. fieri ſolitos conſtat menſe Septembris, id eſt, pridie Non. Sept. & 17. Calen. Octob. & demonſtratur à Liuio lib. 5. Ad decimum Cal. Octobr. ludorum Rom. 2. die C. Licinio conſule ad quadrigas mittendas exſcendenti, tabellarius, qui ſe ex Macedonia venire diceret, reddidiſſe laureatas literas dicitur.

Vbi noto obiter, legendum eſcendenti, nam veteres eſcendere pro aſcendere, dicebant. quod animaduertit Turn. l. 20. aduerſ. c. 30. & in Iugurt. Salluſt Equos eſcendere pro aſcendere Frontonem legere ſcribit in ſuis ſchol. Cyprianus Phriſius: & adducitur triplex Varr. locus 4. lib. de lingua Latina.

Ex duobus item Cicer. locis eſt certum M. Antonium contra abſentem Cicer. dixiſſe ad 13. Cal. Oct. alter eſt in 5. Philipp. cuius hæc ſunt verba. at ille homo vehemens, & violentus, qui hanc C
conſuetudinem liberè dicendi excluderet (fecerat enim hoc idem maxima laude L. Piſo 30. diebus ante me) inimicitias mihi denuntiauit, adeſſe in ſenatu iuſsit ad 13. Cal. Oct. ipſe interea decem & ſeptem dies de me in Tiburtino Scipionis declamitauit: cùm is dies, quo me adeſſe iuſſerat, veniſſet, tum verò agmine quadrato in ædem concordiæ venit, atque in me abſentem orationem ore impuriſsimo euomuit: quo die ſi per amicos mihi cupienti in ſenatum venire licuiſſet, cædis initium feciſſet à me: ſic enim ſtatuerat.

Alter eſt 5. ep. lib. 2. ad Caſsium. Ita nec Piſoni, qui in eum inuectus eſt primus nullo aſſentiente, nec mihi, qui idem 30. poſt die feci, nec P. Seruilio, qui me eſt conſecutus tutò in ſenatum venire licet: cædẽ enim gladiator quærit, eiuſque initium ad 13. Cal. Oct. à me ſe facturum putauit, ad quem paratus venerat, cùm in villa Metelli compluresdies commẽtatus eſſet. Huic D
autem rationi Cicero non ſtatim reſpondit prohibitus ab amicis, ne in ſenatum veniret, vt ex loco priore, & Plut. in Cicer. perſpicitur, ſed poſt dies aliquot C. Octauij præſidio ſeptus, & confirmatus.

Quæ ſanè cum eo tempore non conſentiunt, quo orationem habuit, & quo ludi Rom. fieri erant ſoliti. Secundam enim orationem in Antonium Cicero dixit 5. ludorum Rom. die, vt ex eo loco 2. Philip. apparet: hoc eſt, ſi ludi Rom fiebant pridie cal. Sept. orationem habuit pridie Non. Sept. at hoc fieri qui poteſt? M. enim Antonius ante dixerat 13. cal. Oct. ſi verò exhibebantur hi ludi pridie Non. Septem. Cicero dixit pridie Idus Sept. quod eamdem ob cauſſam eſſe nequit: quod ſi celebrabantur 17. cal. Oct. Cicero dixit 13. cal. Oct. quod repugnat, cum eodem die Antonius dixiſſet, & Cicero poſt aliquot dies ſe reſpondiſſe affirmet. extricet nodum, qui poteſt.



Sexus in plantis quo modo intelligatur: Aristot. defensus: Plauti locus animaduersus: imbecillitatis feminarum corporis atq; animi, quæ caussa.

CAPVT VIII.



IBRO primo de gen.an. cap.postremo extremo Aristot. docens non aliam esse functionem, aliudque opus plantarum, quàm procreationem seminis, propterea indiscretum plantis tributum à natura sexum decernit. A quamquam ego præter semen in multis fructum esse video ex semina, qui fetui respondet animantis. lib. Item 4.cap. postremo de historia animal. non longè à principio, eamdem sexus diuersitatem negat in plantis, & in testa munitis, quarum ferant quædam fructum, quædam non: B quasi verò limaces, & cochleæ non coëant; cur enim videas interdum toto penè corpore simul iunctas?

Aduersauetur huic sententiæ reliqui ferè omnes diligentissimi tractatores naturæ, si credendum Plinio lib. 13. cap. 4. arboribus, immò potius omnibus, quæ terra gignit, herbisque etiam, vtrumque sexum esse diligentissimi naturæ tradunt inter quos discipulus eius Theophrastus, qui marem agnoscit, ac feminam abietem lib.3, hist. pl. c.16. vt Plin.lib.16.c.10. qui sextum genus abietis, quæ tæda propriè dicta, tantum mas esse scribit.

In Polygono sexum ponit Dioscor. libro 4. cap.4. & feminam sanguinariam nominat, cui aduersatur lib.6. P. Aegineta, licet Plin. à Dioscoride stet lib.27.c.12. idem lib.12.c.14. cum Dioscoride libro 1.cap.70. probat Tus masculum, cuius apud plurimos, & celeberrimos auctores est memoria. Hinc Ruell. lib. de nat. stirp. 1. cap. 139. quod ex eo rotunditate guttæ procedit, masculum vocatur, cùm ferè alias non vocetur mas, vbi non sit femina: religioni tributum ne sexus alter vsurpetur: masculum aliqui putant à specie testium dictum.

Admirabiliter eminet hæc sexus differentia C in palmis, vt est apud Theophrastum libro 2. hist. plant. cap. 8. & libro 3. de cau. pl. cap. 23. Plin. libro 13. cap. 4. & libro 16. cap. 40. Philostratum in Iconibus cap. de palud. & Pollucem libro secundo, capite 12. Geopon. libro decimo, capite quarto. vbi Leontius ex auctoritate Florentini mirificum feminæ ad mare desiderium ita explicat, vt affirmet, videri amorem, & quidem inflammatum, quòd ad illum se inclinat; quòd sine illo fructum non profert: medelamque amoris esse, vt frequenter agricola contingat marem, ita feminæ admoueat manum.

Inde illa Sancti Ambrosij libro 3. Hexam. cap.13. ex Sancto Basilio verba homil.5. est etiam, quod mireris, ipsis sexus in pomis. est discretio sexus in arboribus. & probant exemplo palmæ. Vniuersè Theophrast. libro de histor. plant. cap. postremo. & libro 3. capite 8. & 10. sterilem esse feminam, marem frugiferum scribit.

Plinius, qui lib.13.c.6. Terebinthum marem facit & feminam, lib. 16. cap. 40. sic loquitur. D In omnibus Siluestria, & mascula differentias cuiusque generis augent. Et infecunda inferiora fertilibus, nisi quo in genere mares ferunt, sicut cupressus, cornus. Harum indicem Tiraqn. confecit p.1.in 1.l.connub.gloss.1.

Ergò ne solus Aristoteles his auctoribus, & experientiæ aduersatur? minimè gentium. Marem, & feminam pro fecundo, & sterili sumserunt ferè omnes impropriè, negat Aristoteles sexum, loquens propriè. Itaque quibus plantis maior inest vis, efficacitasque, iis attributus maris sexus; quibus minor, aut nulla, iis feminæ.

Steriles plantæ tantum mares sunt: &, vt ait Scaliger in libro primo de plantis, in se femina concipit, mas numquam: & de palma quædam notat præclara, cuius maris fructus ψῆνες sint ex Polluce, feminæ βάλανοι: ab indigenis è mare flos, lanugo, ac puluis è femina excutiantur: mas celerius prodit è terra minor, quia maiore in femina succi copia, odoratior, quia siccior. quamquam in omnibus plantis mares odoratiores sunt femellis, vt con E stat in Cydoniis, ac persicis. & in cap. 5. libro 4. de caus. plant. Theophrast. notat Cupressi semen satum si sit πηρωθὲν id. læsum, masculam producere cupressum, cùm in genere animalium apud Arist. non mas, sed femina est πεπηρωμένον. sanè metaphoricè, non propriè sexus est in plantis.

Philosophiæ interpono Philologiam. Plautus in Pœnulo actu primo, scena prima ita loquitur, at ego hanc vicinam dico Adelphasium meam Lenonis huius meretricem masculam, alij codices habent, maiusculam: Ioan. Baptist. Pius vtramque vidit lectionem, & neutram præfert, acutior Pyladea præferens posteriorem sequitur Lambin. omninò reponenda posterior, indicat ipsemet Plautus, ita loquens extremo actu 2. addice tuam mihi meretricem minusculam.

Redeo ad philosophiam, feminas vtraque manu quasi dextra vti non posse, hoc est, ambidextras esse non posse natura sua ἀμφοῖ, seu περιδέξιον, &c. Hippocrates tradit sectione 7.

aphor.

sphor.cap.44. γωνὶ ἀμφιδέξιος ὁ γίγνεται, ea tamen F vox ab Erotiano multis modis explicatur, & recens à doctißimo Medico Austrasio in Oeconomia, & Plin.lib.7. cap.17. obseruatum est, inquit, vires quibusdam dextra parte, maiores, quibusdam æquas vtraque; aliquibus læua manu præcipuas: nec id vnquam in feminis. Sanè rationi consentaneè; frigidiores enim feminæ, vt Arist. docet 4.de generatione animal.lib.cap.6.& cap. 8.physiognom.etiam timidiora feminea. & 4. de hist.an.lib.c.11.neruis,& articulis minus firmam feminam.

Ante Arist. Hippocrat. loco citato, & Plato libro 5.de Rep.cùm docet iisdem exercitationibus assuefaciendas etiam mulieres, licet infirmiores πλὴν ὡς ἀσθενεστέραις, inquit, χρώμεθα. Sæpè Galenus de vsu part. & cap.5. libro de semine. Quæ item caussa est, cur timidiores sint, quod ita extulit Plato lib.7.de leg. ὡς πάντων δυνάμεων φύσει θηλειῶν ὄν.

Hinc Arist. libr.9.de hist.animal.cap.1. quod G ita Plin. expreßit libro 11.cap.49. mares in omni genere fortiores, præterquam in Pantheris, & Vrsis, præter Leopardam & Vrsam, vertit Alb. libro 8. de an. tract. 1. cap. 1. & quidem si propter neruorum firmitatem, & robur musculorum vtuntur vtraque manu tamquam dextra homines quidam, femina vti non poterit, quòd neruorum, & musculorum laborat infirmitate: argumento est parum etiam dextra valere: quare Amazones alteram exurebāt mammam, vt maior alterius firmitas, visq; foret; eadem placuit ratio Oribasio libro 6. Aphorism. 40. tametsi aliud Q. Curtio probatur libro 6. Et cùm mulieres videamus aliquot multis robustiores hominibus, non intelligo, cur non & ipsæ ambidextræ poßint nasci.

Obiiciunt his Platonis auctoritatem quidam, fieri docentis libro 7. de leg. feminas ambidextras. Docet sanè: at fieri, non nasci: fiunt enim arte atque exercitatione tales nonnullæ, cùm ante dixisset tamen, etiam feminas armorum scientia instituendas.

H Non modo autem frigidæ atque infirmæ corpore, verum etiam animo, & consilio: docet hoc Aristot.1.lib.Polit.cap.postremo, tres hominum gradus excludens à consilio seruos, pueros, feminas, C & S. Thom.eod.lib.lect.10.congruenter philosopho, cùm sit, inquit, femina libera consulendi habet potestatem, sed consilium eius est inualidum, & serm.33. Melissæ to.2.Philo, infirmiores aliquo modo sunt mulierum sententiæ, quod item Dio lib. περὶ ἀνδρείας. affirmat. Itaque à consilio dando, & rebus agendis excluduntur, & Romanorum, Græcorum, omnium ferè nationum legibus ipsis tutor, siue curator datur etiam valdè adultis, & post mariti obitum: quare l. si pater extrema C. de sponsal. Honor. & Theod. Impp. feminarum consilium aduersus propria commoda laborare dixerunt.

Quod notamus, docent Harpocratio in lex. Demosth. aduersus Neæram, & Cic. pro L. Flacco, non licere videlicet absque curatorum arbitrio quidquam mulierib. agere. Apertißimè Cic. pro A. Cæcinna, quod mulier sine tutore, auctore I promiserit, non deberi, & pro L. Muræna, mulieres omnes propter infirmitatem consilij Maiores in tutorum potestate esse voluerunt.

Hinc illud Plauti Aulul. act.3.scen.5. In pauciore auidis altercatio est: quarum animis auidis, atque insatietatibus neque lex, neque tutor capere est, qui poßit modum, more opinor, loquitur Græco, à quo translata ad Rom. lex, sanè Atheniensium institutis commercij modus feminis præscribebatur; neq; ipsis licebat plus sex hordei modiis mercari.

Olim quoque Cato Censorius apud Liuium 4.lib.belli Macedon. Maiores quidem nostri ne priuatam quidem rem agere feminas sine auctore voluerunt. Et lib.9. de Hispala Fecennia, K tutorem à Tribb.& Prætore petente, cùm testamentum faceret. Quam rem vt probet, infinita congerit infinitæ lectionis Iurisconsult. Andr. Tiraquel. in l.1.connub.1.parte. Iure itaque nostræ memoriæ poëta natione Græcus, Latinus carmine Marullus 2. libr. epigram. ad Neæram scripsit:

Moris erat sceptris teneras arcere puellas,

Addendum, adultas etiam:

Et mollem curis exonerare animum,
Nec vel consiliis, rebusq; admittere agendis,
Sed tantum sanis esse putare satas.

Pietatis erga parentes, & moderationis seruatæ exempla illustria, non seruatæ vnum eximium.

CAPVT IX.



RARVM omninò genus pietatis, & A obseruantiæ aduersus parentes eorum liberorum, qui se imperio spoliant, vt transferant in parentes, atque erubescant sibi in magistratu collocatis honorem ab ipsis deferri. In tota ferè historia orbis vniuersi, atque omnium gentium, paucißimos legimus filios, qui à se imperium, aut Regnum transtulerint ad suos parentes. Occurrit primus Leo Iunior, qui relictus heres Constantinopolitani Imperij ab auunculo, seu auo Leone seniore, cùm annum vnum tenuisset imperium, Zenonem patrem fecit Imperatorem suo loco, imposito eius capiti suis manibus Diademate, ita Zonaras tom. 3. annal. Egnatius libro secundo Roman. Principum. Sabell. libro tertio exempl. cap. 6. Christianorum hoc exemplum.

Turcarum hoc. Curinthi Baiazethæ 2. filij, qui post mortuum Meamethon, cùm abesset in Cappadocia pater, creatus Imperator patri adueutanti tradidit sponte Imperium, ipse tractatus magnificentissimè à patre. Ita P. Iouius in Baiazethe 2.

Ex eodem obseruantiæ erga patrem fonte factum emanauit Laurentij Celsi Venetorum Ducis 58. qui successerat Ioanni Delphino: nam cum inter ciues reliquos aduolutum ad pedes,
B vt sacramento obligaret se, tamquam principi, vidisset patrem suum, perfusus rubore, & lacrymis, testatus est traditurum se patri, si liberum ipsi foret, imperium: quamobrem instituit, vt pileo, quē Duces gestant, crux imponeretur, ne sibi aduolui, & honorem habere pater videretur, sed Cruci. Ita Egnatius lib. 9. cap. 5. & Sabell. rerum Ven. tom. 2. dec. 2. lib. 4. paulò aliter, quàm Hier. Rom. lib. de muod. reb. publ. Hispaoicè conscripto.

Non dissimilis Zenonis virtus moderationis, & charitatis erga patriam, contra quem Imperantem, & bello Chalcedone districtum, cùm Verina Socrus Imperatorem curasset fratrem suum inaugurari Basiliscum, maluit priuatus in Isauria viuere, quàm vt sua, honorisue sui caussa mutua ciuium fieret cædes. Egnatius lib. 5. cap. 6. & Fulgosus, vt est in Vol. lib. 2. Theatri vitæ hum. quamquam ego in Egnatio hoc non lego libr. 2. de Rom. principibus.

Vetus est, non dissimile factum Corinthij Timoleontis, qui cum deuicto Dionysio Tyranno, Syracusas graui liberasset iugo, mox Imperium deposuit, cum iure etiam rogantibus, Siculis posset dominari, vt in eius vita Ptoboa commemorat.

At Q. Fabij Max. alius fuit sensus, cum filio consuli occurrisset eques; de more enim consul
C filius iussit, vt descenderet pater, cùm tamen ipsi, vt patri, domi subderetur: quod eius factum collaudauit pater dicens, macte consilio, fili, sentis, quibus imperas, & quantæ maiestatis imperium teneas, narrat Plut. in Fab. & in apophth. Valer. Max. lib. 2. cap. 2. Agell. lib. 2. cap. 2. aliique & prędidis Cretæ & patris, quibus ad inuisendum Taurum philosophum profectis, cùm philosophus inuitasset patrem ad sedendū, sedeat hic potius, dixit, qui pop. Rom. magistratus est: super qua re sententia fuit eius philosophi, quam facto suo duo Fabij pater, & filius comprobarunt, vt in publicis locis, atque muneribus, & actionibus patrum iura cedant filiis in magistratu constitutis, extra rempublicam iū domestica re, atque vita præeant.

Enimuerò filios vix inueniri, qui diu vixeriot, parentum imperio contumaces, eorumque
D pietatis, & reuerentiæ contemtores, aut omninò paucos, sacræ indicant literæ, cùm vitæ diuturnitatem pollicentur libetis, qui parentes in honore habuerint, breuitatem iis minantur, qui aspernati fuerint: cuius rei illustria quędam producit vir & doctus, & Sanctus Bernardinus Senensis testimonia celebri illo opera de Euangelio æterno serm. 7. cap. 7. sed hoc vnum maxime illustre adolescentis omni flagitiorum genere cooperti, qui cùm parentum cunctemneret imperium, & aspernaretur monita, vt latro captus, & suspendio affectus, iu ipsa cruce mortuus, cum sine barba esset, mox toto inspectante populo, & barbam emisit, & faciem arauit rugis, & vsque adeò canuit, ac si extrema senectute esset. Ad rem prodigiosam cum Clero & reliquo populo loci Episcopus accurrit; erat is locus prope Valentiam in Hispania, atque vt erat bonus, & doctus indicto silentio, nostis, inquit, omnes, quæ vita fuerit adolescentis huius, quæ scelera; qua ætate in Crucem actus vidistis, nunc senem illum, ac decrepitū in patibulo intuemini: factū hoc æquissimo Dei præpotentis iudicio, videlicet vt vniuersi cognoscatis futuram ipsi longè E diuturniorem, vitam, nisi parentum suorum iussis, & monitis præfractè repugnasset: quam idcircò ei præcidit. Ita illud verissimum Psalm. 54 Viri sanguinum, & dolosi non dimidiabunt dies suos Et, honora patrem tuum, & matrem tuam, vt sis longæuus super terram, Ex. 20.

Quadruplicem Apostatæ Juliani fraudem ad Christi religionem euertendam malè ipsi processisse demonstratum.

CAPUT X.



Dmirabilis Iuliani Parabatæ, siue Apostatæ procacia fuit, & valde malitiosa prudentia, cum pari Imperij vi, atque potestate coniuncta, A vt Christianismum è mundo tolleret, eque mortalium animis euelleret, nihil vt pessimus Imperator omitteret, quo facinus hoc, atque flagitium ipsi feliciter procederet. Quatuor maximè artificiis est vsus.

Primum enim cùm in more esset Imperatorum imagines venerari in signis, & in vexillis militaribus, ac Palatinis (quod etiam licebat Christianis) vt vel nolentes colere viderentur Deos Gentilium, labaro amoto, Iouem è cœlo coronam, & purpuram deferentem, Martem, & Mercurium se mutuò respicientes iussit appingi, & aliorum Dæmonū signa, vt is honor, quem deferebant Christiani Imperatori, delatus videretur Dæmonibus, quod nos alio libro copiosius, cùm de signis ageremus militaribus ex antiquitate tractauimus.

Ipsi tamen dolus non processit, nec in errorem prudentes Christianos induxit: nam & cum Tus simul cum donatiuo ipsis offerebatur, do-

natiuo

donatiuo capto. Tus renuebant, ſolis Imperatoris imaginibus cultum exhibentes.

B Secundum, quod ſciret, quam eſſent Chriſtiani Ieiunij Quadragenarij, & ciborum eius propriorum obſeruantes, tempore Quadrageſimæ iubebat omnia eſculenta venalia infici & contaminari Idolothytis. hoc eſt, rebus, quæ oblatæ fuiſſent, ſacratæque Dæmonibus. recitat factum Metaphr. 17. die Febr. ex orat. Nectarij epiſt. conſtant. Et ex eo Lipom. tom. 5. Ita vel Idolothytis veſcendum, vel fame intereundum erat Byzantiis.

Proſpexit ſuis Deus per S. Theodorum Martyrem, qui, vt omnes cocto veſcerentur frumento, iuſsit: Ita locupletiores coctum frumentum plebi diſtribuebant: & integram hebdomadam hic cibus Byzantios aluit: neque hoc ei proceſſit, cognita enim plebis Chriſtianæ conſtantia permiſit cibos mundos venales proponi. Ex eo mos natus, vt Feſto S. Theodoti die coctum frumentum in pauperes erogarent. Idem Antiochiæ Iulianus cum præcepiſſet, aliam inſtiterunt C Chriſtiani viam ſecuti S. Pauli 1. ad Cor. 10. & ad Rom. 14 præceptum, comederunt enim venales cibos, tametſi Idolothytis contectos, nihil interrogantes propter conſcientiam, & quidem laudabiliter, ita Theod. cap. 15. lib. 3. Eccl. hiſt. ſed prodigium audi. Fontes, quos Idolothytis infecerat, omnes aruerunt, auctor S. Ioan. Chryſoſt. aduerſus Gentiles.

Tertium, cum pietatis Chriſtianæ ritus, & inſtituta, & mores charitatis ad ſuperſtitionem transferre Gentilium eſt conatus, & re ipſa imitari, quos vt viles, atq; infames oderat cane peius, & angue: Quod eius artificium pluſquam Diabolicum, & impotentem potentiam, prima in eum inuectiua copioſæ orationis flumine deſcribit Gregor. Theologus, & prolixo ſermone Hermeas Sozom. lib. 5. cap. 16. Eccl. hiſt. ex ipſiuſmet Iuliani litteris ad Arſacium Galatarum Gentilium Pontificem datis.

Summa eſt, vt Deorum templa aperirentur, D omnia apparatu Chriſtianæ religionis vſitato adornarentur: idem planè ſeruaretur ordo in illorum cultu, quem Chriſtiani tenerent, Sacerdotes, cæterique miniſtri ſacrorum induerentur ſumtuoſè noſtrorum inſtar Presbyterorum, & reliquorum clericorum: magna haberetur cura peregrinorum, ipſorum, vt mendicorum, egentium, infirmorum hoſpitales conſtituerentur domus, & mortuorum funera, & ſepulturæ celebrarentur ſplendidiſsimè: ſacrificuli, templorum, & ſacrorum curatores ſpectacula, ludos, tabernas ne adirent, neue turpem, vilemque artem exercerent, honeſtè, & laudabiliter viuerent: omninò ſacra, & ceremonias æmularentur Chriſtianorum. Ita iſte addictus Dæmonibus Deo infeſtus, atque inuiſus, quæ ſanè ὑπερπλεασμένα ἴσως. Deo E iniuriam ſuam vlciſcente, atque impium è medio quam primum tollente. Sic optimus, & ſapientiſsimus Deus noſter ſceleſtiſsimi, atque aſtutiſsimi nebulonis eluſit fraudes.

Quartum, quod Chriſtianos liberales litteras docere, ac diſcere vetuit, vt propterea S. Aug. lib. de Ciuit. Dei 18. cap. 52. connumeret inter eccleſiæ perſecutores. Tu hic conſiſte, vt cognoſcas & à docendo, & à diſcendo vetitos fuiſſe iſtius edicto Chriſtianos homines. en tibi Rufini eorum temporum ſcriptoris verba lib. hiſt. ſuæ 1. cap. 32. ſtudia auctorum Gentilium Chriſtianos adire prohibens ludos literarum illis ſolis, qui Deos, Deaſque venerarentur, patere decernit.

Apertius Socrates lib. 3. cap. 10. lege ſancinit, ne Chriſtiani literis humanioribus inſtituerentur, quòd cum linguam ad dicendum exercuerint, facile Dialecticorum Gentilium poſsint argutias refellere.

Ita lib. 3. cap. 8. Theod. vetuit ne Galilæi Poëticam, Rhetoricam, aut Philoſophiam diſcerent, noſtris, dicens, ipſorum pennis ne percellant nos, & noſtrorum præſidio ſcriptorum bellum nobis indicant.

Idem lib. 5. cap. 17. Sozom. ob inuidiam in Apollinarem, & alios celebres Chriſtianos, qui eo F ſæculo florebant, poëtica facultate, & cæteris profanis literis excellebant, vetuit, ne Chriſtianis liceret hæc ſtudia addiſcere, aut exercere.

Idem omnino ſcriptum reperiri in actis Martyris Artemij apud Metaphraſten die 29. Octob. diuerſam tamen cauſam reddentibus, nimirum, quoniam vim in dicendo Deorumque ſuperſtitione confutanda magnam expertus fuiſſet Eugenij Presbyteri; propterea Iulianum per ſolem iuraſſe, ſibi cariſsimum, ſe non laturum impiiſsimum Chriſtianorum genus Græcis diſciplinis informari: cum item lege ſanxiſſet, ne vllis magiſtratibus, aut muneribus publicis fungerentur Chriſtiani.

Non conſentit hiſtoricis ipſius edictum Iuliani, quod tantum doctores Chriſtianos comprehendit, vt ipſis videlicet munus docendi ſit interdictum. Extat epiſt. 42. Iuliani, quod quia eſt prolixum, eius tantum hæc verba producam. G Quare abſurdum eſt, qui horum (ſcilicet Homeri, Heſiodi, Demoſthenis, Thucydidis, &c.) libros interpretantur Deos vituperare, quos illi coluerunt: neque tamen quia id abſurdum puto, idcirco eos diſcipulorum cauſſa mutare ſententiam iubeo: ſed optionem do, vt non doceant, quæ eſſe non bona cenſent: ſin docere malunt, doceant re ipſa primum, & perſuadeant auditoribus neque Homerum, neque Heſiodum, neque eorum quemquam, quos interpretati ſunt, quoſque impietatis, amentiæ, & erroris erga Deos condemnarunt, talem eſſe.

Ecce tibi præceptores tantum non poſſe eſſe Chriſtianos, ne ſcilicet adoleſcentes docerent vana eſſe, quæ illi ſcriptores de Dijs traderent: neque enim prohibet adoleſcentes libros diſcere, ſiue audire magiſtros Gentilium: norat ſanè

impius hanc esse viam facillimam ad eos vel in Deorum cultu retinendos, vel ad eum perducendos.

Idem constat successoris Iouiani lege, qua doctores Christianos ad professionem docendi reuocat hoc sermone. Si quis erudiendis adole- H scentibus vita pariter, & facundia idoneus erit, vel nouum instituat auditorium, vel repetat intermissum l.6.de med.& profess.C.Theod. Quo modo & S. Hieron. accepit in Chron. qui proximus eorum temporum fuit, immo vixit, & S. Ambr.cap.30.ad Valentin.petunt etiam, inquit, vt illis priuilegia deferas, qui loquendi, & docendi nostris cõmunem vsum Iuliani lege proxima denegarunt, & Nazanzenus orat.1. in Iulianum, licet obscurius.

Hinc doctores nostri scholas reliquerunt. de Musonio Christiano Philosopho testatur Eunapius, & de Prohæresio Sophista S.Hier.in Chron. ita Christianum apparet fuisse, vt ex eo, quod Suid. narrat, à Iuliano habitum magno in honore Libanium in Prohæresij inuidiam, & de C. Mario Victorino oratore S. August. lib. 8. conf. capite 5.

Neque eum finem habuit hoc impij hominis edictum, quem sperabat: nam qui illo æuo docti erant Christiani, & profanis litteris excellebant I Nazianz. Basil. Apollin. D aliique multa prorsa oratione, & adstricta scripserunt, quibus intelligeret Iulianus absque Gentilium libris posse artes liberales addisci: miseruntque ad eum: respondit ille, cum rumperetur inuidia, legi, intellexi, condemnaui, rescripserunt illi; legisti, sed non intellexisti: si enim intellexisses, non condemnauisses, ἀνέγνως, ἀλλ' οὐκ ἔγνως: εἰ γὰρ ἂν ἔγνως, οὐκ ἂν κατέγνως. Niceph. lib.10.cap.25. hæ præcipuæ Vulpis istius artes.

Sed & Lupus fuit deligendis præsidibus Prouinciarum iis maximè, quos Christianis infestissimos esse intelligebat: elegit Romæ Apronianum, in Galliis Sallustium, quos scimus ex actis Martyrum, & Historiarum libris Ammiani Marcell. acerbissimas de Christianis exercuisse quæstiones: certè Apronianus non tam Christianitatis nomine, quam veneficij, & magicarum cantionum contorquebat sæuissimè, & mactabat.

Iam verò, vt vulpem rursus detegam, prima illa, & cæterarum princeps ipsius ars fuit, Christianitatis simulatio, cum se & Christianum profitebatur, & Christianos adibat conuentus, & sacris intererat mysteriis: immo & Monachi habitu prodibat, & Nicomedeæ lector in Ecclesia fuerat, & Catholicis aduersus Arcanos fauebat, K vt lib. aduersus Constantium B. Hilarius tradit, antequam videlicet ab exercitu Imperator acclamaretur, tantisper nimirum, dum nocere non poterat: simulatque enim potuit, Imperator scilicet, persona Christianitatis deposita cultum cæpit Dæmonibus exhibere, vt constat ex eius epistola 39. ad sui similem Maximum Philosophum, cum adhuc versaretur in Gallia. Deos, inquit, publicè, & palam colimus, & totus meus exercitus pietatem amat; nos apertè Boues immolamus, Diis gratias agimus multis hecatombis, & quæ sequuntur.

Canum fides quanti iure fiat, exemplum huius singulare, vt docilitatis, & sagacitatis.

CAPVT XI.



CANEM quæ cõmendent, Sen. epist. 76. hac oratione explicauit. In cane sagacitas prima est, si inuestigare A debet feras: cursus, si consequi: audacia, si mordere, & inuadere. De venatico rectè: vniuersè de cane non rectè: in quo maximè fides quæritur; custos enim, vnde illud Sen. Oratoris lib.10. Controu. 1. extrema. hanc Bassi sententiam non mehercules referrem, si canem ad ostium alligasses, & Plat. lib. 2. de Rep. generosi canis, & generosi adolescentis naturam examinat aptam custodiæ, in quam & sagacitas, & velocitas, & robur debet ingredi: qui mihi fidem malè videtur omisisse: & Dan. Barbarus vir doctus, & eloquens in 2. Rhet. Aristotelis lib. veterum notat prouerbium hoc, cane turpissimum carere, quòd domus, in qua non esset canis, haberetur contemtui.

Ergò Plin. lib.8.cap.40. iure, cum aggreditur historiam canum; fidelissimi ante omnia homini canes, atque equi: hoc enim canum est omnium, deinde adiungit; sed in venatu solertia, & sagacitas præcipua est.

Fides quidem canum aduersus dominos par ac similis prodigio: nec me continere possum, quin veteribus, & nouis eorum fidei exemplis vnum addam singulare: noua quidem reperies in Cardano lib. de variet. rerum 7. cap. 31. Scaligero de subtil. ad Card. exerc. 202. num. 6. Pierio lib. 5. Hieroglyph. Gesnero magno volum. de quadrupedibus, aliisque. vetera Plin. recenset B lib.8.cap.40. Cor. Tacitus lib. 3. Plut. in amator. narr. Hyginus lib.2. in Arctophylace, & Fab. 103. Pollux lib.5. cap.5. AElianus lib.10. cap.41. de an. & lib.7. cap. 40. & lib. 1. cap. 8. & 28. & omnium vetustissimus Hom. lib. 17. Vlix. quem etiam refert in Lacon. hoc est, l. 3. Pausanias. S. Ambros. libro sexto, Hexam. capite 8. Mich. Glycas l. 2. ann.

Ego ex Georgio Cedr. in compendio historiæ hoc adiicio, quod mihi supra miraculum est. Sub Constantino Pogonato, quidam solus cane socio obtruncatus in itinere à Latrone fuit: subducit se latro fuga cane domini cadauer seruante: superuenit viator, piè dat cadaueri sepulturam: canis quasi gratitudinis ergò homini

abeunti

abeunti adiungit se comitem: is erat artificio caupo: post dies aliquot in cauponam bibendi caussa diuertit latro: canis, qui cæteris omnibus blandissimus solebat esse, allatrare Latronem C vehementius cæpit, vestes lacerare, insilire in faciem, neque aut minis increpitus, aut ictus verberibus poterat abigi: tacti religione qui aderant, Latronem comprehendunt, in forum ad iudicem trahunt: factam à se domini canis fatetur cædem, & capite punitur. Egregia verò & fides erga dominum, & Latronis deprehensio: comprobatur aliis exemplis à Plinio Ael. & reliquis. ne tibi sit miraculo.

At obiicies leue fuisse cædis factæ indicium bestiæ. P. Acrodius lib. decret. 2. tit. 30. de prob. & præsumt. leue non esse respondet, quod decipi non poterat, aut corrumpi canis, cum præsertim nullum cane sagacius animal. & fortè memoria valentius. Itaque nihil mirandum, si prisci illi Heroes poëtarum carminibus nobiles ferè soliti erant comites habere canes: argumentum in Hom. Vlix. 2. iturus in concionem manu babebat æream hastam, non solus, vna cum eo duo sibi canes sequebantur, A & Virgil. libro 8. Aen.

Nec non & gemini custodes limine ab alto
Procedunt gressumq; canes comitantur herilem.

Et Pollux adnotauit lib. 4. & canum occasione factæ cædes, & bella commissa.

D Narrat Pauf. in Lacon. Herculem Sparta aliquando proficiscentem cum Oenno cõsobrino in ipso itinere ab Hippocoontis cane domus custode, cum innaderetur Oeonus, atque ille se lapidatione defenderet, canemque percussisset ab Hippocoontis liberis fustibus mactatum, Herculem etiam vulneratο; Tum ex vulnere recreatum, bellum Hippocoontis filiis intulisse eisque occisis vltum cædem Oeoni. fortem vero Herculem, qui tot monstrorum, ac bellatorum domitor ab interitu liberare non potuit consobrinum: verum scilicet fecit prouerbium, ne Hercules quidem contra duos. Et ob interceptum canem rixa inter Scotos, & Pictos orta sub Rege Crachinto post mutuas cædes integro prælio conflictatum docet Hector Boeth. lib. 6. Scot. histor.

Miraris, & supercilium obducis? Mirare olim ob felem à Rom. milite casu occisum Aegyptios seditionem mouisse, testes sunt Diod. lib. 1. cap. 24. & Strabo lib. 17. Mirare & vnius caussa piscis cuiusdam Telestagoræ donati cædes, stupra, libertatis amissionem contigisse apud Naxios, vt li- E bro 8. Athen. cap. 7. ex Arist. de Rep. Naxiorum prodit.

Illud minus admirabile, dignum tamen cognitione, quòd Archelaus Rex Maced. Thracum genti multam dixit talenti, quòd canem eius fortè de via errantem mactassent diis, & vorassent. Profectò magnam canes hominum merentur beneuolentiam ipsi hominibus beneuolentissimi, non eam tamen, quam Proemphanæ exhibuerunt, qui canem pro Rege habent, motu eius imperia augurantes, quod Plin. scribit lib. 6. cap. 30.

De docilitate canum ita idem lib. 8. citat. &c. Soli Dominum nouere, & ignotum quoque si repente veniat, intelligunt. non credo: & feles agnoscunt, quod experientia doctus affirmo, & equi. de Simiis nihil dico, & de Elephantis.

Soli, inquit Plin. nomina sua, soli vocem domesticam agnoscunt, itinera quamuis longa meminere. Neque hoc do Plinio eadem doctus experientia in fele, immo & in sturno: nec vlli præter hominem memoria maior. Libenter hoc assentior.

Simpl. in lib. 3. de anima Arist. canes, inquit, F Vrsi, Simiæ, equi licet proprie non sint rationis compotes, pænè tamen rationi accommodantur: cuius oratio, Elephanto, quem præteriit, iniuriosa.

Sagacitas quanta sit Plin. ita exponit. Scrutatur vestigia, atque persequitur, comitantem ad feram inquisitorem loco retrahens, quamuis aqnam transiliens se occultasset, quam significans demonstratio est, cauda primum, deinde rostro: quo maxime canes celebrantur Lacænæ; vnde illud Zenonis apud Plat. in Parmenide de Socrate, non omninò rem tenes, tametsi ceu canes Lacænæ benè insequeris, & vestigas dicta. Colum. de omnibus lib. 7. cap. 12. Illud iure protulit; quis hominum clarius, aut tanta vociferatione bestiam, vel furem prædicat, quam ille latratu? quis famulus amantior domini? Quis fidelior comes? Quis custos incorruptior? Quis excubitor inueniri potest vigilantior? Quis denique vltor, aut vindex constantior?

Præstare cæteris dicuntur à quibusdam Scotici canes trium generum præter vulgo notos, ac G domesticos ab Hect. Boethio in descriptione Scotiæ Venatici quidam cum velocissimi, tum audacissimi, atque promtissimi etiam in hostes latronesque præsertim, si dominum, ac ducem inuadi, lædiue vident, aut si in eos concitantur: quidam odoratu valentes plurimum, sic vt feras, aues, pisces insequantur, & inter saxa occultos præsentiant: quidam sunt tanta sagacitate, vt fures, furtaque ablata persequantur, & illos comprehendant. hæc deprehendant: si fallendi gratia fur traiiciat flumen, obstinatè cõsequuntur ad alteram ripam, & assequuntur: itaque ca in regione suspectus redditur furti, qui domi sue neget his canibus ingressum: nec meliores tamen sunt Hibernicis, atque Anglicis, vt audio: neque verò Laconicis, opinor, qui veteribus celebres: & quanquam idem alias apud gentes huiusmodi canes non reperiri credat Boethius, ego tamen Polyænum lib. 2. & 4. lego afferentem Spartanorum Agesipolim, Macedonum Philippum Reges vsos canibus ad nocturnos transfu-

gas explorandos, comprehendendosque hostes item latitantes deprehendendos.

Nam & canibus usum in præliis ad pugnam H Halyatten lib. 7. tradit Ael. & Colophonios, itemque Cabastlenses Plin. loco citat. cohortes habuisse canum, quæ primæ dimicarent in acie numquam detrectantes: Magnetes quoque vt idem lib. 14. Ael. Cimbros Plin. ibidem, & Olaus Magnus lib. 17. cap. 7. vt & Tinnos septemtrionales lib. 10. cap. 13. & Garamantum Regem canes 200. ab exilio reduxere, vt ait Plin. ibidem, & Olaus lib. 17. cap. 6. præliantes contra resistentes: & nostra memoria P. Leo à Cieza in hist. Indicis Hispanos commemorat canum præsidio adiutos in orbe nouo subigendo. Quid? non egregius ille dux Achæorum Sicyonius Aratus præsidio militum ad custodiam Acrocorinthi arcis canes adiunxit?

Alterum ex Cedreno exemplum. Habuit quidam æris faber canem fuluum, ac cæcum, qui aureos, argenteos, ferreos, anulos, quos humi condebat herus, heri iussu defodiebat, & suum I cuique reddebat: diuersorum Imperatorum permista nomismata discernebat: demonstrabat etiam in magna turba, quæ mulieres essent prægnantes, qui scortaretur, qui foret adulter, qui auarus, qui liberalis. sanè prodigium. Pythonico afflatum spiritu dicebat faber, ne videretur prodigium, nec absurdè: sic enim Cardanum intelligo scribentem, canes hominum nationes dignoscere Cacodæmonû auxilio; quod ridet, vt insipienter dictum nimis sapiens I. C. Scaliger exerc. cit. num. 5. quasi vero ipse tam sagaci sit odoratu, vt aliud Italum sibi olere, aliud Gallum, aut Hispanum experiatur.

Nota verò dominorum mores, ac naturā institutione canibus appingi, sic, vt ferox dominus canem requirat, & vero efficiat, ferocem, mansuetus, ac mitis, mitem, & mansuetum, ex quo natum vetus illud prouerbium, cuius Plato meminit 8. de rep. lib. tales catellæ, quales he-K ræ: cuius & est illud: catuli imitatores dominarum; cui adagio & illud affine est, quod vsurpat Cicer. lib. epist. ad Att. 5. epist. 11. qualis hera, tales & ancillæ. vide Tzetzem de cane Nicomedis in hist. Chil. 3. cap. 14. qui fidē præstitit domino vxore eius lacerata, quod eum rege colludentem, putaret hostem.



Alexandri Macedonis facta duo, benignè vnum, crudeliter alterũ: quoties in fame sæuitum ab hominibus in homines.

CAPVT XII.

IVLIVS Front. lib. Stratag. 4. cap. 6. & Val. Max. lib. 5. cap. 1. scribunt fa- A ctum egregiè Magni Alex. cum enim ad ignem sedens recognosceret exercitum prætereuntibus vno post alterum militibus animaduertit militem quendam pænè frigore exanimatum, aduocat, in sella regia sedere ad ignem iubet, recreatique calore, adiungens, si inter Persas natus esses, in regia sella consedisse capitale tibi foret; nato in Macedonia licet. Factum Alexandri bonitate dignißimum.

Illud verò quod Nicephorus Gregoras hist. Rom. Byzantios enim Ῥωμαίους appellant isti, lib. 10. ferè extremo narrat, indignißimum, & fortasse falsum. cum ferretur in Euphrate triremi; casu in medium flumen de capite diadema ei decidit, adnatat mox nauta quidam, & recipit, &, cum ad regem ferre aliter non posset, capiti suo imponit, receptos in triremem regi reddit: rex talentum pro feruato diademate homini donat, abscindi caput iubet, quòd regium diadema indignè gestarat. Hoc nimium Persicè.

Exempla colligo sæuæ famis, quæ mortalium genus in se ipsum dentes inhumanè conuertit. Primum extat in sacris literis 4. Reg. 6. in obsidione Samareæ, & in Iosippo lib. 9. cap. 4. Iud. ant. Quam eleganter describit S. August. serm. de temp. 211. longè acerbior Ierosolymitana fuit, B quando coactæ matres liberos suos deuorauerunt, quam describit post Iosippum lib. 6. cap. 11. & lib. 7. cap. 7. & 8. Hegesippus noster lib. 1. de excid. Ierosol. cap. 44. & S. Hieron. 1. lib. comm. in Thr. cap. 2. & hæ quidem in Palæstina.

Antiqua & illa in Cyri Persarum regis exercitu, cum ductus, opinor, in Scythiam, ad extremam rerum ad vitam necessariarum inopiam redactus fuit immensam quandam solitudinem pertransiens: tunc enim se mutuo cæperunt milites deuorare: manifestæ internecioni totius exercitus consuluerunt Arimaspi (populi sunt vno tantum oculo præditi, vt ait Herod. in Melp. hoc est, lib. 4. arima enim Scythicè vnum significat, spu oculum) deuecta magna tritici copia in solitudinem: quos propterea Cyrus beneficos, id est, εὐεργέτας nominauit, liberosque esse iussit.

Persica altera apud Herod. lib. 3. cum sortiti ex se ipsis decimum quenque comederunt, rege Cambyse, quo horrore perculsus rex intermissa expeditione in Aethiopas retrò est reuersus.

Dirißima item fuit illa cum peste fames, cuius

ius meminit Villaneus lib. 12. circa annum Domini 1337. ex qua non nisi feminæ in vrbe Alidia C Sulcaniæ superfuerunt, seque mutuo vorarunt.

In Seruia cōtra Amorathen 2. Turcarum principem Nouomontani, & Samandrini defenderunt eius prouinciæ regiam Sindetouiam, tanta constantia totum quadriennium, vt cum ad extremam rerum omnium inopiam peruenissent, super obscenos cibos etiam suas cogerentur manus rodere, vt scribit Cuspin.

Recentior fames in Moscouia anno videlicet 1569. Rusticorum, quos Ioan. Basiliades ad exædificationem miserat arcis orbe: ad quos cum Tyrannus annonas vetaret deuehi, nouem ex suo numero mactatos comederunt, auctor Alex. Guagninus in sua Moscouia.

Sæuior Polonica anni 1315. & vno anno interiecto, duobus consequentibus, quæ tam acerbè vniuersam fœdauit Sarmatiam, Poloniam vocamus nunc, certè partem, vt consumtis omnibus, quæ mandi poterant, cadaueribus non abstinerent mortuorum, & liberi in parentes, parentes sæuirent in liberos, vt vitā sustentarent. ita Mart. Crom. lib. 11.

Sequitur Germanica non ita ferox, quæ cum anno 849. vniuersam deformaret Germaniam, inuentus pater, qui filium dedncebat in Siluam eius necem cogitans, & cibum ex nece: sed, quæ D Dei fuit benignitas, Incurrit in Ceruæ à Lupis laniatæ cadauer, quo & se, & filiū pauit. Sigib. in Chron. anni 851. Chron. Hirsaug. & Nauel.

In Galliam pergo, in qua anno 1146. Caritas annonæ eo quosdam adegit, vt in Ligonensi agro carnes humanas coctas venderent; deprehensi tamen supplicio fuut affecti, quod tradit Rob. Abb. in Chron.

Et in Anglia sub Gulielmo Rege infestantibus eam Insulam Danis, & Normannis. Aemilius lib. 3. prodit renouatam memoriam carnis humanæ gustandæ, quæ item cum Scotia fuit communis: quæ prouincia duabus afflicta factionibus Eduardi Ballioli, & Dauidis Brusij ad extremam rerum omnium redacta penuriam viciuorum pueros furabatur, & rapiebat, vt se aleret.

Narrat & M. A. Sabell. Enn. 4. lib. 9. Stipendiarios Carthaginensium in Africa post 1. bellum Pun. cum seditionem mouissent ad extremum periculum ciuitates compulisse, nec nisi fame domitos ab Amilcare, cum & captiuo- E rum corpora & seruorum crudeliter absumsissent.

Ter Hispanos legimus se carnibus humanis in summa inopia obsessos pauisse, hoc est, Numantiæ à Rom. Sagunti à Pœnis, S. August. 3. de ciuit. Dei lib. cap. 20. Tertio Perpiniani à Gallis, cum, vt refert Murinæus lib. 18. rerum Hispan. Gallorum, quos occiderant, cadaueribus pasti sunt, post suorum; & inuentæ matres, quæ simulatque fetum vtero edidissent præ famia rabie vtero redderent. Item quæ suos liberos occiderent, vt vorarent, vel ab aliis occisos comederent.

Altera Hispanica, id est, Calaguritana, cum vrbe à Cu. Pompeio cincta obsidione vxores suas, ac natos ad vsum nefariæ dapis vetterunt. auctor. Val. Max. lib. 7. cap. 6. & infelices cadauerū reliquias salire non dubitarunt: ita Ioan. Bress. reddidit carmine:

Calaguritani nati, vxoresq. fuerunt
Esca; feras omnes quæ superat feritas.

In Sicilia Rom. Imperator Rutilius Tauromínium seruili bello recuperauit, cum arctissima obsidione defectores seruos ad vltimam famem compulisset, sic, vt liberorum primum corpora, tum vxorum vorarent; postremò se mutuo. F Diod. sic lib. 4.

In Italia, cæteris fortasse prouinciis asperius tractata, cum Romam graui obsidione premeret Alaricus Gothorum Rex, ludis Circensibus publicè acclamatum, pretium pone carni humanæ: nam & in paruos infantes mattes desæuierunt. Narrat hoc Zosimus extremo ferè lib. 6. hist. suæ, & indicat Sozom. lib. 9. Eccl. hist. ca. 8. grassante vehemēter fame, ita vt tritici loco vterentur castaneis: & quosdam humanis vesci carnibus suspicio fuit.

Has præcessit illa, quam cōmemorat ex Dione Nicæo Xiphilinus in Seuero, qui Byzantij, cum obsiderentur, se inter se comederunt. rursus, cum prohibitæ ex Africa annonæ: vt scribit lib. 10. de Occid. Imp. Car. Sigon. quam Vrbis calamitatem hac oratione S. Hieron. deplorat ad Princip. in epist. Marc. Hæret vox, & verba singultus intercipit: capitur Vrbs quæ totum cæ- G pit orbem: immo fame prius perit, quàm gladio: & vix pauci, qui caperentur, reperti sunt. Ad infandos cibos erupit esurientium rabies, & sua inuicem membra laniarunt, dum mater non parcit filio, & recipit vtero, quem nuper effudetat.

Tertiò sub Totila in se ipsos, Romæ, suaque membra ciues sæuos morsus conuerterunt, vt ait Sigon. lib. 19. de Imp. Occid. & sub eodem Placentini carnes humanas esui adhibuerunt, idem ibidem.

Quartò sub Iustiniano, vt scribit Procop. Gothis Belisarium in Vrbe obsidentibus, inuentæ duæ mulieres, quæ 17. hominum cadauera à se interfectorum, cum dormirent, absumserunt: & eadem fame in Piceno, & in Aemilia grassante egebantur hominum carne mortales vesci, & liberi cibus matrum fiebant: & Vitigis temporibus B. Datius Episc. Mediolan. qui sub eodem floruit, auctor est, in sua Diœcesi mortui filioli carnibus sostentatā matrem. Blond. lib. 4. dec. 1. & Sabell. Ennead. 8. lib. 3. Sigon. lib. 19. de Imp. Occid. & Hermannus Gigas.

Commemoratur & Arabica ex Aueuzoare apud Card. lib. 8. de rerum varietate cap. 45. in

mitella, siue mitrella dicitur, & in diuersis codicibus vtrumque legitur in Cicerone vt otat. pro Rab. Postumo, & de Arusp. resp. Virg. in opusculo suo:

Copa Syrisca caput Graia redimita mitella.

Ergo erat in Africana Ecclesia ornamenti capitis genus, quod sacrandis virginibus ab Episcopis imponi soleret, sic vulgo sponsę Christi dicebantur, & discernebantur à virginib. In matrimonio collocandis, vt eodem loco S. Optati apparet.

Erat verò ex lana, purpura pictũ potius, quàm rinctum. & in annal. Tom. 4. sub annum Christi 362. fortasse, inquit, Baron. in eo Christi nomen, F vel signum Crucis erat purpureo colore expressum, quo significabatur professas perpetuam virginitatem, & Christi despoosatione sacratas Deo: sicut Romæ, aliisque locis simplex sacrum velum nigri coloris gestabant, de quo S. Ambrosius aduersus Symmschum, non vittæ capiti decus, sed ignobile velamen vsui nobile castitatis.

Quod item significat profanus auctor L. Apuleius lib. 7. Asini aurei. Sumta veste muliebri florida, sinus floccidos aliam dante, mitellaque textili contecto capite, calceis femininis albis illis, & tenuibus indutus, &c. & Vlp. ad Sab. 23. D. de auro & arg. leg. reponens inter ea, quæ magis tegendi capitis, quàm ornandi caussa sunt comparata.

Declarat etiam ornamentum fuisse muliebre, locus Pauli I. C. D. eodem lib. a6. & S. Hieronymus epistol. ad Marcellam de S Blesilla, tunc crines aocillulæ disponebant, & mitellis crispaotibus vertex arctabatur innoxius, &c.

G Et in sacris literis, Iudith. 10. & imposuit mitram super caput suum, nam & Græcè mitra est & Baruc. 5. impone mitram capiti tuo hooris æterni, & Esaiæ 3. armillas, & mitras, & discriminalia Hebraicè Reaaloth à raal, quod est consopire, somnum cociliare: fanè dormituri calaorica, seu fascia, seu strophio circumligant caput: quare & Eccles. 45. legitur, coronam auream super mitram eius: sed Græcè est κιδάρεως: vt intelligas, mitram, cidarem, tiaram esse in sacris litteris synonyma; aliquando etiam diuersæ notionis esse, & eidem, ac diuersis respondere nominibus Hebraicis, vt misnepheth, migbaath, aliisque.

Vide Iansł. In Eccles. cit. cap. ab S. Hieronymo. Forte oon iniuria dissidentem. Enimuerò in E- H xod. & Leuit. sæpissimè pro ornamento sumitur, vel operimento capitis sacerdotum, cui respondent vocabula hæc cidaris, & tiara, Hebraica misnepheth, & migbaath: illud quidem à verbo tsanaph, quod est ambire, & opetire, quia caput ambiebat, & operiebat eo ferè modo, quo Orientalium, quem nominsmus, Turbante, quòd turbinatus sit, vt opinor, eratque lineum, siue byssinum perfectissimi candoris; cui ad frontem aurea lamina apponebatur, cum hoc elogio sanctum domino: quæ item lamina dici potest mitra, quòd esset fasciæ instar, quæ duobus vittis hinc inde ad posteriorem capitis partem colligabatur.

Et huic quidem operimento mitra respondet Episcoporum nostrorum, sed sine lamina translato nomine ad Cidarim significandam, id est, pileum vtrimque in summa parte diuisum, & in acutum desinens in ima rotundum, ambiens, tegensque caput vniuersum: Vnde pendent phyla, id est, fasciæ, seu vittę retrò, infulam latinè potes appellare: quæ erat notatore Seruio io lib. 10. I Aeneid. fascia diadematis in modum, à qua vittæ vtrimque dependent, & conuenit cum illo 3. Georg. lib. versu

Lanea dum niuea circumdatur infusa vitta.

Ergo Exodi 28. vbi oos legimus, super tiaram imminens fronti, L X X. Interpretes legunt καὶ ἔσαι ἐπὶ τῆς μίτρας, κατὰ πρόσωπον τῆς μίτρας ἔσαι. & 29. laminam super tiaram, ἐπὶ τῆς μίτρας, & impones mitras καὶ περιθήσεις αὐτοῖς κιδ. Vbi Hebr. mitesnepheth, hic migbaat. & 39. & mitras cum coronulis suis, καὶ τὰς κιδάρεις ἐκ βύσσου, καὶ τὴν μίτραν ἐκ βύσσου. & Leuit. 8. eidari quoque texit caput, καὶ ἐπέθηκε τὴν μίτραν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, est hic mitesnepheth: migbaat verò dicitur, quia vel terminat cingens caput à verbo gabal, quod est terminare: vel quia in altum assurgit, à gabah, quod est sublimem esse, quòd sit altior pileus: hinc eoim & collis gebaa dicitur.

Sane Plutarchus Cidarim Hebræi sacerdotis K nominauit mitram, cum quæst. 7. lib. Symp. 4. inter cetera argumenta, quibus colligit, sed imperitissimè, Bacchum olim ab Hebræis cultum, hoc magni facit, quòd mitratus esset illorum sacerdos ad Bacchi imitationē: μιτρηφόρος τῷ ἀρχιερεῖ ἐν ταῖς ἑορταῖς. porrò vide quæ de mitra libro quadragesimo primo Hieroglyph. Pierius obseruauit, in diademate, & titulo, vel tutulo: ex quo diadema fasciam, & mitram, non modo fasciam, sed & tutulum, seu pileolum disces fuisse: oos fascism in Regum capitibus circumquaq; distinximus rorulis quibusdam, merli dicimus, seu liliorum forma.

Mithram verò Isidis sacerdotem fuisse apud Babylonios Alexand. scribit libro dier. gen. 1. capite 18. ita sanè L. Apuleius vocat libro 11. Asini aur. illum suum sacerdotem præcipuum Mithram sacrorum ministrum, cum Herodotus lib. 1. hoc est in Clio, Venerem Metram à Persis nominari tradat, Strabo lib. 15. solem, vt & Plut. lib. de Isid. & Osir. Persas enim ex Magorum Philosophia duos constituere Deos, bonum vnum, L malum alterum (planè vt Manichæi docti scilicet ab homine Persa Mane) boni nomen erat Oromaza, Arimanius mali, quod ille similis esset lucis, hic tenebrarum, tertium medium Mithram, sie vocatum ab eis μεσίτην aptè ad solem indicandum, qui planetarum est medius: & certè multis nominibus sol dictus, vt Macrob. ostendit in Sa-

turn.& canit Statius lib.1.Theb.& Mart. Capella in philosophiæ nupt.

Hic autem Mithras, vel Mithres simulacrum erat rictu Leonis cum tiara vtraq; manu cornua premens bouis: sacra eius Mithriaca dicta, quibus non nisi per gradus quosdam pœnarum initiabantur Persæ;vt se veluti ἀπαθεῖς,atq; indolentes,inquit,Suidas ostentarent,& quidem mutorum in ipsis animalium sacrificia fieri Suid. prodit ita scribens, Mithram putant solem esse Persæ, & huic sacrificant multas victimas, non verò hominum,indicat Ael.Lampridius in Commodo, narrans eum sacra Mithriaca homicidio vero polluisse, cum illic aliquid ad speciem timoris vel dici,vel fingi soleat, aliter videtur Socrat. lib.5.hist.Ecc.cap.16.tradere hoc sermone, & repugnat quidem Mithreum. mox & letalia arcana Mithrei in pompa publicè traduxit,& li.3.capit.2.apertius,in quo olim Græci Mithræ sacrificantes, homines mactabant.

M

Ab hoc inuenit nomen gemma Mithrax variis coloribus, contra solem refulgens à Persis accepta, & rubri maris montibus, vt ait Plin.lib. 37.cap.10. Qui & hæc habet lib.37. cap.8. ex alabastro syenite trabes factos in Aegypto, qui dicuntur obelisci,solis numini sacratos,radiorum eius argumentum in effigie est,& ita significatur nomine Aegyptio. Primus omnium id instituit Mithres, qui in solis vrbe regnabat somnio iussus:similis est Mithraci gemmæ vt apparet: sic & Aegyptium videtur nomen.

N

Metra verò nomen fuit meretricis famosissimæ Etisichthonis filiæ, vt potuerit ad Venerem significandam transferri à Persis nomen:quid enim aliud Venus, quàm famosissimum,& celeberrimum scortum? de Metra Ouid.li.8.Met.ex qua natum prouerbium, Metra Erisichthonis mutabilior,vide Chil.3.cent.3.num.70.vide alia pleraque apud Gir.hist. Deor. Syntagm.7.

Plurima verò ex Tertul.&sacris aliis scriptoribus nostris cognoscimus de Mithra,quę idcirco produco libentius, vt vel mendacij arguam, vel dissimulationis auctores ethnicos, ita pudori suo parcentes, cum tamen tam fœdum, tamque impurum colerent numen tegendis ritaum sordibus, quibus in eius sacris vtebantur. Primum igitur lib. de cor. mil.extremu, sic loquitur,erubescite Romani commilitones eius, Iam non ab ipso iudicandi, sed ab aliquo Mithræ milite: qui cum initiatur in spelæo, in castris verè tenebrarum, coronam interposito gladio sibi oblatam quasi mimum martyrij, dehinc capiti suo accommodatam, monetur obuia manu capite depellere,& in humerum si fortè transferre,dicens Mithram esse coronam suam,atque exinde nunquam coronatur: Id quod insignum habet ad probationem sui, sicubi tentatus fuerit de sacramento: statimque creditur Mithræ miles, si deiecerit coronam, si eam in Deo suo esse dixerit. Agnoscamus ingenia diaboli, idcirco quædam

O

de diuinis affectantis, vt nos de suorum fide confundat, & iudicet. Ecce tibi ritum maleficæ, & sacrilegæ initiationis.

Cui similis S. Hieronymi locus ad Laetam de instit. filiæ, quæ est 7. nonne specum Mithræ, & omnia portentosa simulacra, quibus Corax, Niphus, Miles,Leo, Perses, Helios, Bromius pater initiantur,subuertit,fregit,exussit? De Graccho loquitur propinquo eius,mox de Serapide, quem factum dicit Christianum. P

De hoc autem spelæo, siue specu, ita B. Iustinus aduersus Tryph. porrò quando illi, qui Mithræ initiationes tradunt,è petra eum natum esse memorant,& spelæum nominant eum locum, vbi initiari ei credentes perhibent, &c. Primus autem Zoroastres in Persidis montibus dicasse fertur hoc spelæum prope fontes Nympharum, vt refert Porphyt.in comment.ex 13. libro Hom. Vlix. Tertull. verò loco vir doctus Pamel. huius formam expressit simulacri.

Rursus Tertullianus lib. de præscript. cap.40. alterum exprimit ritum Simiam baptismi nostri. Tinguit & ipse quosdam, vtique credentes, & fideles suos:expiationem delictorum de lauacro repromittit, & sic adhuc initiat Mithræ: signat illic in frontibus milites suos, celebrat, & panis oblationem, & imaginem resurrectionis inducit, & sub gladio redimit coronam, qui locus à priore explicatur, repetit c.5. lib. de bapt. nam & sacris quibusdam per lauacrum initiantur Isidis alicnius, aut Mithræ, &c.

Indicat S.Iustin. 2.Apol.ad Antoninum Pium, hoc lauacrum quodam modo ex verbis Isaiæ capit.33. sumtum, additque lauationem hanc cum audissent dæmones per Prophetam promulgatam,vt & ingressuri in delubra eorum,&accessuri ad illos, atq; libationibus & adipis nidoribus offerendis operaturi,se ipsos aquę aspersione lustrarent, effecerunt. Q

Iterum lib.1.adu. Marcio. cap.13.Tertull.sicut aridæ,& ardentis naturæ sacramenta,leones Mithræ philosophantur, ad rictum vultus Mithræ alludit,quod non vidit Pamel.diuinans attributos ad eius currum leones: nam duo adiectiua vsurpauit ad solem indicandum, qui Mithres erat Persis,cum paulò ante de Serapi dixisset,sic & Osirin, quod semper sepelitur, & in viuido quæritur, & cum gaudio inuenitur, reciprocarum frugum, & viuidorum elementorum, & recidiui anni fidem argumentantur. R

Pulcherrimus est vnus, atque alter S. Hieronymi locus, prior libro 1. comment. in Amos in cap.3. Mithram sub eodem numero aliarum litterarum ethnicis esse, quem Basilides hæreticus portentoso nomine vocet Abraxan, qui sit omnipotens Deus secundum Græcas litteras,& annui cursus numerum in solis circulo contentum.

Posterior li.1.adu.Iouin. quo tradit Mithram, & Erichthonium, iuxta Gentilium fabulas, vel

in la-

in lapide, vel in terra, de solo æstu libidinis esse generatos. qui & lib. 2. Eubulum citat Mithræ historiam multis voluminibus complexum.

Et S.Greg.Naz.orat.1.in Iul.Apostatam,ab eo prodit Christianorum martyria comparata illis cruciatibus, qui in sacris Mithræ celebrabantur: vbi vetus interpres Nic. vt orat. in S. lumina Mithram esse solem norat, & ipsi festos dies à Chaldæis præsertim exhiberi, ipsique consecrandos duodecim contumeliarum generibus affligi: cum Nonnus in 2.orat.In eundem collect.profanarum historiarum, n.5.& 45.80.affirmet genera contumeliarum fuisse. de his mysteriis lib.6. Orig.contra Celsum.

Quædam de ratione poëtices Aristotelica à Platone decerpta illustrata.

CAPVT IV.

COLLEGI aliquando ex Aristot. quæ ipse de suo magistro Platone transfert in suas scriptiones tacito magistri nomine,& nescio quo modo mihi ablata fuerunt: vnus modo legenda illius poëtica locus non valde longe à principio occurrit, qui totus ex Plat.sermonibus 3.de Repub.lib.est decerptus, sed illustratus.

A

Conatur Plato de bene instituta ciuitate poëtarum fabulas, & recitationes tollere, quòd ea imitatione putaret ciuium mores corrumpi: & Arist.per imitationem fieri poësin docet, & per enunciationem, siue narrationem, principes his comicos esse, Tragicos, & Dithyrambicos; omnino Platonicè; Plato enim manifestò, inquit, constat, quod poëticæ quidem, & fabulosæ orationes partim quidem totæ fiunt imitatione, vt tu affirmas, quemadmodum Tragœdia, & Comœdia, partim verò enunciatione ipsius poëtæ, quæ in Dithyrambis elucet maximè, siue vtroque; vt apparet in Epopœia, siue Heroo carmine.

Et paulò ante, nonne, inquit, conficiunt omnia poëtę vel simplici enunciatione, vel imitatione, vel vtroque? Iterum, dic mihi, nonne principium scis Iliadis, in quo dicit poëta Chrysen sacerdotem accedere supplicem Agamemnoni, filiam vt redderet, hunc verò illi succensere, &c. Item, & illud, opinor, scis vsque ad hos versus, precatus omnes Græcos in primis Atridas, &c. poëtam ipsum loqui, neque alio traducere animum nostrum, ac si alius loqueretur: tum verò loqui, ac si ipse esset Chryses, & se inspici velle non tanquam Homerum, sed vt sacerdotem illum senem, atque ita reliquam omnem conficere narrationem & de rebus Iliacis, & de Ithacensibus, & iis omnibus, quæ in Vlixea contigerunt. Ergo & cum singulas adfert orationes, & quæ inter eas intercesserunt, commemorat, nonne narratio est, siue enunciatio? sed & cum orationem, quasi sit aliua, profert, nonne afferendum conari eum quam simillimum eius efficere moribus, quem induci loquentem?

B

Vides, vt tres commemoret formas imitationis poëticæ, & quomodo fiant, explicet, & quomodo secundum modum simplicem nominet enunciationem? Cum ab eo differat Aristoteles sæpè in poët. Epopœiam vocans enunciatiuam poësin, & Tragicâ esse absque enunciatione, quam propriam voluit esse partia Epicæ: & quomodo totum hoc genus exemplis petitis ab Homero exponat Plat. C

Ita Arist. poëticem omnem, siue Epopœia sit, siue Tragica & Comica, siue Dithyrambica esse μίμησιν τὸ σύνολον ponit, quæ tamen μίμησις postea maxime ad Trag.& Comœd. traducetur, vt facit Plato: Epopœia, inquit Arist. hoc est poëma Heroum, imitatur solum nuda oratione, ac libera, vel adstricta numeris, vel inter se mistis, vel vnius tantum generis.

Rursus, sunt qui his omnibus promiscuè vtuntur, numero, Harmonia, metro, vt Dithyrambica, ac Mimica, siue Nomica, nam in quibusdam codicibus νόμον legitur, Tragica, & Comica; quæ hoc differunt, quòd aliæ quidem omnibus vtuntur, aliæ verò his, aut illis.

Deinceps paucia interiectis, & ad Platonem aptissimè. tertium est, inquit, quoque discrimen, quo quisque modo imitetur, & singula: nam & iisdem, & eadem imitabitur quispiam, sed ratione diuersa, nunc narrando, nam quod λέγειν appellat Plato, ἀπαγγελίαν, &c. vocat Arist. & quidem aut alienam gerendo personam, quod Hom. facit, vel suam, nihil immutando: quæ quomodo explicanda sint, tres aut quatuor maximi viri re docebunt non omnino consentientes F. Robor. P. Victorius, & Vinc. Madius, ac Lombardus, & alij præter Casteluetrium Italicè enarrantem.

Metaphoram ab Aristot. sumi latius, quàm & à ceteris dicendi magistris.

CAPVT V.

ARIST. in poët. sic scribens translatio est nominis alieni traductio vel à genere ad speciem, vel contra: vel à specie ad speciem, vel secundum id quod proportione respondet, A videtur ea ad metaphoram reuocare, quæ cetere ad Carachresin referunt, vt videre est c.6.lib.8.instit.orat. M.Fabij, qui cum totum hoc genus discernendum esse à translatione moneat; affinitatem indicat esse nonnullam inter has duas figuras, quas non separauit Arist.

Qui quidem Fabius abusionem esse tradit; neque videtur Plutarchus in eo ipso laborauisse: nã ostendens frequentem esse Catachresin Homero in eius vita, est, inquit, abusio, quę traducit vsum à proprio significato ad aliud, quod nomine pro-

proprio caret: nam σειρὴν χρυσείην catenam auream Homer. dicit, nam cum proprie σειρὰ de fune dicatur, & αἰγείην κυνέην dicit, cum galea dicatur κυνῆ, quod ex canis fieret pelle. B

Rursus Fabius abusio, inquit, est, quæ non habentibus nomen suum, accommodat quod in proximo est: pyxides, cuiuscunq; materiæ sunt: paricida matris quoque aut fratris interfector: monens liberiorem etiam huius esse vsum poëtis, qui abusiuè etiam in reb. in quibus sua sunt nomina, vicinis potius vti solent.

Deinde hęc eadem, quę sub metaphora collocat Arist. Plut. & Quinct. reponunt sub synecdoche: hæc variare sermonẽ ita solet, inquit, Quinctil. vt ex vno plures intelligamus, ex parte totum, ex specie genus, ex præcedentibus sequentia, vt si dicas pro gladio ferrum; pro equo quadrupedem, pro tabellis abietem; omnia enim liberiora poëtis, quã oratoribus, vt & Virg. dixit.

——Equum diuina Palladis arte Ædificant.

Plut. verò comprehensio est, (quamquam latine reddi vno verbo non potest) cum sub propria notione, aliud quidpiam quod sub eodem genere continetur, indicat, vel à toto partem, vel contra; vel ab vno multa, vel contra, vel à specie genus, vel contra: C lege in eo exempla ex Hom.

Porrò Cic. 3. lib. de orat. monet in metaphora vitandam dissimilitudinem, & cauendum, ne nimis longè ducãtur, vt si quis dicat Sirtim esse patrimonij, aut Charybdim bonorum: satius enim fuerit scopulum, & voraginem dicere: nam in translationibus faciendis magis est inseruiendũ C oculis, quàm auribus: facilius enim ad ea quę visa, quàm ad ea, quæ audita sunt, mentis oculi feruntur: propterea Arist. in hoc genere τὸ ἀνάλογον reposuit.

Itaq: à notis petenda est metaphora, sed quæ tamen βελτίω sint in eo genere non ἀπὸ τῶν χειρόνων, vt ait lib. 3. de Rhet. Arist. & lib. 3. de or. Cic. nolo, inquit, morte Africani dici castratam esse Remp. nolo stercus curiæ dici Glauciam; nam quamuis sit simile, tamen est in vtroq; deformis cogitatio similitudinis. δεῖ μεταφέρειν, idem inquit, ἀπὸ τῶν οἰκείων, καὶ φανερῶν, sic occasum vitæ δυσμαὶ βίου senectutem nominauit Empedocles apud eundem lib. de poët. & Pericles apud eundem libro Rhet. ver anni, Iuuentutem, ἔαρ Cic. lib. ep. 16. ad Att. ep. 6. villulas suas Italiæ ocellos. Catullus Sirmionem peninsularum ocellum.

De alumine, et amianto errata quorundam; grati animi exemplum erga magistros illustre.

CAPVT XVI.

A REm nouam sibi visus est adnotauisse cap. 1. lib. 15. Agel. ex Q. Claudio Quadrigario lib. 21. ann. in obsidione Piraci; & noua profectò est veteris licet scriptoris monimentis consignata: vt propterea mirer, neq; à Plin. diligentissimo alioqui prodigiosæ nouitatis obseruatore: ad notatam, neq; à recentioribus huius argumenti tractatoribus lignum videlicet alumine illitum neq; ardere, neque consumi.

Verba sunt Quadrigarij. tum Sylla conatus est, & tẽpore magno eduxit copias: vt Archelai turrim vnam, quam ille interposuit, ligneam incenderet: venit, accessit, ligna subdidit, submouit Græcos, ignem admouit: satis sunt diu conati, nunquam quiuerunt incendere. Ita Archelaus omnem materiam obliuerat alumine.

Plinius verò de bitumine hoc scripsit li. 35. c. 15. B hac oratione, in reliquo vsu æramentis illinitur, firmatq; ea contra ignes, diximus & tingi solitas ex eo statuas, & illini. Et li. 28. c. 7. ne igni quidem vincitur, quo cuncta, de bitumine nõ omni scribens, sed Iudaico, de materia nõ loquitur lignea: tametsi innuit, hanc, quòd olim statuæ fierent è ligno, siue testa. id Plinio docente cap. 7. lib. 24. vt iam nihil sit mirandum, quod sæpè nos mirari volunt historici, cum in incendiis non arsisse statuas tradunt; quippe illitas bitumine.

Mihi interdum venit in mentem suspicari alumẽ vocari à Quadrigario, quod Amiantum nominant alij, & putat non sine caussa Plinius li. 36. cap. 19. non valde differre ab alumine scissili, σχιστὴν Græci nuncupant, sed ex Dioscor. lib. 5. cap. 113. & cum his Ioan. Gorr. aliiq; recentiores: verissimè tamen omnium Matthæolus in locum Dioscor. idem esse putauit atq; alumen plumeum hunc enim esse legitimum Amiantum existimauit: & sanè distat longissimè à liquido, scissili, & alio quocumque alumine.

Sed de liquido intelligendus videtur Quadrigarius; album hocest, ferè, vt loquitur Albertus C Magnus lib. 5. de miner. tract. 2. c. 4. si optesi affertur, aquam desudat, ac stillat phlegmatis instar.

Quod vero nos dicimus, Alume di rocca. quasi dicas rupeum, vel è rupe effossum durissimũ, nec veteres agnouerunt, nec recens auctor i. ominat Georg. Agricola lib. 3. Fossilium de naturali agens omni, vt profitetur, atq; factitio: & merito aduersus Brasauolam Fuchsium, & Cornarium, non esse liquidum illud obseruauit Matthęolus lib. 5. in Diosc. c. 82. quemadmodum nec esse in Italia venas aluminis tradiderunt veteres. & lib. eod. cap. 4. antiquos pinxisse eas bitumine prodit. ego interpretor, vt contra vim starent ignis. nam Plinius ne verbum quidem; facturus, si agnouisset, nisi Liparam, & Strongylen insulas assignemus Italiæ, in his enim, vt aliis extra Italiam locis, notauit reperiri.

Pio II. Pont. Max. vt in eius actis, & in vita à D Ioan. Ant. Campano literis comprehensa legi, montes aluminis detecti in agro Tolphano propè Centumcellas, ex quibus ad Ecclesiam plus centum millibus aureorum nummum redditus profectum: In agro item Volaterrano, & alibi in

Tuſcia, atq; Campania, vt Agricola notanlt, & in hiſtoria ſua Brutus, quam originem ſeditionis pæne fuiſſe in ea vrbe tradit; cum hinc populus publicum eſſe agrum diceret; idcirco ſuum: non exiguum enim eo ſperabat vectigal, hinc priuati uon paterentur ſuorum laborum, atq; induſtriæ eripi lucrum ſibi: niſi arbitri Florentini adiudicaſſent priuatis: ex eo maior tumultus exortus: nam & illorum priuatorum ciuium, ſecundum quos pronunciarant Florentini, diſturbatas ędes incenderunt, & à dominis Florentinis defecerunt, à quibus omnia hoſtilia captis Volaterris ſunt paſsi anno 1472.

E Iam quod alumini Quadrigarius, bitumini Plinius aſsignauit, etiam tribuit hic Amianto; ſic enim li. 36. c. 29. Amiantus alumini ſimilis, nihil igni deperdit; qui hoc loco, vt de lapide, de eo loquitur, cum ſui immemor ca. 1. lib. 19. herbam faciat, linum enim viuum nominat, quod in deſertis aduſtisq; ſole Indiæ naſci affirmat: inde & ἄσβεστον à Græcis dici, vel asbeſtinum argumento naturæ, quòd ignibus non abſumatur, ardenteſque in foces, inquit, conuiuiorum ex eo vidimus mappas, ſordibus exuſtis ſplendeſcẽtes igni magis, quam poſſent aquis: regum inde ſunebres tunicæ corporis fauillam ab reliquo ſeparant cinere: aſſueſcitq; viuere ardendo, rarum inuentu, difficile textu propter breuitatem, ex quo Cæl. ca. 31. lib. 18. eadem: ruffus de cetero colos, ſplendeſcit igni.

F De quo & illud narrat admirabile ex Anaxilao. Anaxilaus auctor eſt, linteo eo circumdatam arborem, ſurdis ictibus, & qui non exaudiantur, cædi. Et cum Plin. errauit Io. Ruellius inter herbas reponens lib. 1. cap. 33. quid lib. 1. c. 22. de concordia, & diſcordia naturali rerum, vtrum herba ſit, an lapis foſsilis non exponit: ea tamẽ omnia, quæ lapidi Amianto tribuuntur, alumini conueniunt plumeo.

Quare & Braſauola narrat ab impoſtoribus ſimplices decipi mulierculas venditantibus pro ligno crucis laminulas Amianti, cum pręſertim lineolis quibuſdam diſtinguantur inſtar ligni venarum, & in igne duret innoxius.

Sol. lib. Polyhiſt. c. 17. Caryſtos aquas calentes habet, quas ἰλλωπίας vocant: & Caryſtias aues, quę per flammas impune volant: lauas etiam, quę inter ignes valent; & cum lapidẽ faciat Zoroaſtres lib. 15. Geop. ca. is qui librorum horum indicem appinxit herbam diuinatur: quo capite vide mira de conſenſu, ac diſſenſu naturalibus.

G Atque hoc ſanè eſt Amiantus, vel alumen, de quo ita Plutar. de Orac. def. ſcribit, oſtendens res natura conſtantes mutari: neq; diu eſt, quòd Caryſtia rupes deſiit ſimul cum marmore proferre ſtamina quędã mollia, & quaſi fila lapidea (exiſtimo enim quoſdam veſtium vidiſſe mantilia, retia, & inuolucra capitis ex ea materia confecta, quę neq; vruntur, & cũ vſu ſordes contraxerunt, in ignem coniecta nitorem, ſplendoremq; recipiunt) idem ſe vidiſſe teſtatur Viues in c. 6. lib. 21. de ciu. Dei, vbi S. Aug. lucernam Veneris ſub diuo ſemper ardentem commemorat. idem li. 10. de Caryſto loquens Strabo prodidit: neq; enim carbaſus eſt, vt quibuſdam viſum fuit.

Docet enim Plut. melius Philoſophis aliquibus Heſiodum terram ceciniſſe firmum rerum omnium ſolum, & ſua ſententia eſſe quidem interitus expertem, mutari ſic tamen, vt eius vires, quę vno loco deficiunt, alio migrent, vigeantq; & ſæpiſsimè expertos eiuſmodi viciſsitudinem mortales: videlicet nunc eſſe fluuios, aut lacus, aut mare, vbi olim continens & contra: Venas metallorum in loco aliquo conſumi in alio enaſci. H

Plinium autem, atq; alios induxit in errorem, quòd netur, pectitur, texitur, vt linum, fiuntque ex eo telæ, & veſtes, quamquam difficile propter breuitatem, contra quàm Rhodig. cap. 31. lib. 18. putat Plinio credens; nam in tantam longitudinem trahi nequit: fiunt quoq; ex eo ellychnia, ſiue thyrallides, id eſt, ſtoppino.

Plin. quoq; tacitè probat quod ſcripſit Quadrigarius, cum lib. 35. c. 15. poſt bituminis tractatum addat. Nec minor, aut ab eo diſsimilis eſt aluminis opera, quod intelligitur ſalſugo terræ.

Adde tu ſimilia miracula naturæ ex eodem, aliisq; nam cap. 11. lib. 37. Chalazias gemma grandinum, & colorem, & figuram habet adamantinæ duritiæ: narrant & in ignem additæ manere ſuum frigus, lib. 16. cap. 6. Buxo in igne quoque duritia, quæ ferro, nec flamma, nec carbone vtili. & libro 29. cap. 3. de ouis agens gallinaceis, vis verò tanta eſt, vt lignum perfuſum ouo non ardeat, ac ne veſtis quidem contactu aduratur. I

De dentium dura materie nõ mirum, de quibus ita idem lib. 7. cap. 16. dentes autem tantum inuicti ſunt ignibus, nec cremãtur cum reliquo corpore: iidem flammis indomiti tabe cauantur, pituitáue. Ita Hipp. lib. de affectionibus: qui libro de principiis aſſeruit etiam duriores eſſe ceteris oſsibus, quia non humidi, quia calidi.

Et Ariſtoteles ſect. 22. probl. vlt. ficus alioqui præmolles corrumpunt dentes, quia ſuo lentore adhærent gingiuis, & intra dentes penetrant, vbi computreſcunt, & ſua item duritie grana ficus afficiunt dentes: quamobrem à cibo dentes abluendi, vel dentiſricio à quiſquiliis purgandi: quod experientia probat in dulciariis.] K

Quo item argumento probatur præter cetera dentes non eſſe oſſa, quoniam non vruntur, vt oſſa, neque habent medullas, vt quibuſdam placuit, quod non probo.

Obiter hic nota ex Hipp. ſect. 5. Aphor. 18. frigidum inimicum eſſe oſsibus, dentibus, neruis. τὸ ψυχρὸν πολέμιον ὀστέοισιν, ὀδοῦσι, νεύροισι, quod Cornelius Celſus tradidit lib. 1. cap. 9. & Cælius Aurelius tertio libro acut. cap. 8. contra Serenus canit.

Sæpè etiam gelida gingiuas collue lympha,
Dentibus vt poſsis validum firmare tenorem.

Noo tamen contrà; quia frigidum immediatè iuuar gingiuas, non dentes, sed tantum ex consensu: nam cum bene, vel malè habent gingiuæ, bene vel malè habent dentes. & ego antiperistasin caussam puto, cum frigidi vi gingiuarum L calor recedit in partes earum intimas, quo dentes recreantur: neq; video, quo modo Pollux lib.9. Onomast. colligat hinc, in vsu fuisse veteribus medicis calidæ potum; nam Hipp. de extrinsecis sermo est remediis, non de intrinsecis.

Rursus idem Plinius eodem lib.7. cap.2. haud, inquit, procul vrbe Roma in Faliscorum agro familiæ sunt paucæ, quæ vocantur Hirpiæ, quæ sacrificio annuo, quod fit ad montem Soractem Apollini, super ambustam ligni struem ambulantes non aduruntur: & ob id perpetuo S.C. militiæ, omniumque aliorum munerum vacationem habent. Ego secretam arbitror vngendi plantas habuisse artem rebus iis, quæ ignis vel arcent vim, vel ferunt: de his Virg. lib.11. Aen.

Summe Deûm, & sancti custos Soractis Apollo.
Quem primum colimus, cui pineus ardor aceruo
Pascitur, & medium freti pietate per ignem
Cultores multa premimus vestigia pruna.

M Reuocat hoc in mentẽ aliud naturæ miraculum, si modo miraculum, fuisse nescio quam vim vnctionis veteribus cognitam, qua in igne faciendo ligna nullum fumum ederent: exponit hoc Plin. lib.15. cap.8. hoc sermone, postrema ligna macerata amurca nullius fumi tædio ardere; id Cato docuit, vt obseruauit Paulus Manut. comment. lib. epist. fam.7. Cic. ad epist.10. ita enim amurca illita, tum verò ad solem exposita, vt eo humore imbuerentur, facillimè comprehendebat ignis, incendebatque absque fumi molestia: de quibus hoc extat Martial. distichon lib.13. inscript. ligna acapna, id est, à fumo libera;

Si vicina tibi Nomento rura coluntur,
Ad villam moneo, rustice, ligna feras.

Idem Benedictus quidam Germanus faciebat patrum nostrorum memoria, per medias incedens flammas, ne capillo quidem læso: & sunt qui N liquatum plumbum in manu constanter absque noxa teneant, tractentque vt aquam: videlicet vnguenta sunt, ac medicamenta, quorum præsidio hæc miracula ignaris contingunt.

Varro certè de Hirpinis id prodidit: & Andreas Medicus apud Nicandri Schol. tinctam Salamandræ sanguine manum, aut vestem, ab igne non lædi scripsit: quæ miracula si forent vera, iam esset experta Roma, inquit Plinius lib.29. cap.4. at cur non credat hoc, qui credit maiora?

Qui & de Larice lib.16. cap.10. nec ardet, inquit, nec carbonem facit, nec alio modo ignis vi consumitur, quàm lapides: confirmat Pierius libro Hierogl.17. in Salamandra, exploratum scribens in fornacibus cum reliquis lignis laricis lignum admistum longo temporis interuallo nõ consumi, quod olim cognitum Cæsari in expugnatione cuiusdam Castelli, quod larignum dixerunt, circa Alpes, quia larice præmunitum.

Nam quod de lino carpasio narrat Paus. in Atticis, hoc est lib.1. ardere perpetuò ante Mineruæ O simulacrum in Acropoli de cœlo lapsum, (Lucernam Callimachi intelligit excellentis artificis) verissimum esse potest, & fortasse Amiantus erat lapis, siue alumen plumeum: certè Pierius inter venas aluminis tradit nasci, seque eo vsum ad lucernæ ellychnia, tamdiuque ardere, quamdiu oleo intinctum manserit: vel profectò aliud quodpiam erat medicamentum.

Nisi Carbasum suspiceris fuisse lini genus tenuissimi, vt nunc le Cambraie rensi, è d' olanda, de quo Plinius lib.19. cap.1. & Hispania citerior habet splendorem lini præcipuum, torrentis, in quo politur, natura, qui alluit Tarraconem: & P tenuitas mira, ibi primum Carbasis repertis, ex quibus habitæ olim in deliciis vestes, inde Virg. lib.11. Aeneid.

—sinusq; crepantes
Carbaseos fuluo in nodum collegerat auro,

Et Q. Curtius lib.8. Carbaso, inquit, Indi, atque Arabes velant corpora vsq; ad pedes, quod mihi videtur idem esse, quod de lino viuo protulimus ex Plinio: & apud Cicer.7. act. in Ver. Verres æstate summa tabernacula carbaseis intenta velis in litore collocare iubet.

Purpurissum carbasinum putauit Ioan. Ruell. lib.2. de natura stirpium cap.136. à vermiculo, qui curatus sericis præcipuè tingendis, purpuram facit incomparabilem ceteros colores splendore quodam, & hilaritate superans ex crementia Gallorum ita collocatis inuentis, dictum à præstanti Amphitheatralium velorum colore: at verò prius fuerunt lina carbasina, quàm ea Lentu- Q lus Spinther induceret in Theatra, primus enim induxit, auctore Plinius eodem loco: vel quia, sequitur Ruell.

Is vermiculus lingua Punica dicitur, Carmes, vel Alcarmes, siue ab vrbe, quę Sardibus est, Carmi & certe lanas inficere à Sardibus cæptum, vt ait Plin. lib.7. cap.56. sed posteris Ruel. putat esse granum aqui foliæ, quod quibusdam locis vermiculi similitudine conspicitur, vt ait Plinius libro 15. cap.24.

Melius omnino Matthæolus 1. libro Dioscor. cap.24. ex quo Cremesinum apparet esse pillulam, vel buccam exiguam pimpinellæ radicibus in Oriente ad nascentem contra Serap. Arabem, & Leonardum Fuchsium: qui rursus li.4. c.43. reprehendit Monachos, qui scripserunt in Mesue, malè intelligentes Serapionem suo Chermes at- R tribuentem, quæ cocco tinctorum Dioscorides assignat; cum aliud sit Chermes Mauritanorum, aliud Cremesinum nostrorum.

Ne autem putes, cum Valerius Max. lib.1. cap.1. ita loquitur de Aemilia Virg. cum Carbasum, quem optimum habebat, foculo imposuisset subito ignis emicuit, & Prop. li.4. eleg. postrema

Exhibuit viuos Carbasus alba focos.

Vim hanc inesse ei lino ignis vel tolerandi, vel attendendi: sed prodigium fuit innocentiæ Virginis signum expreſsit hoc verſiculo Io. Breſſ.

Impoſuit foculo velum, flamma vnde reuixit
Hinc pœnam euaſit pura animo Æmilia.

Nam & S. Auguſtinus lib. poſtremo de ciuit. Dei, cap. 11. credit Virginem Veſtalem aquam cribro portaſſe ad ſuos iudices nulla aquæ parte ſtillante, argumentum videlicet pudicitiæ eius Deo
8 præſtante. De his, & ſimilibus miraculis idem libro 10. capit. 16. quæ etiam arte dæmonum poſſe fieri oſtendit lib. 21. cap. 6. lege totum illud caput, & 4. & 5. præcedentia: magnum enim feceris iucundiſsimæ doctrinæ lucrum.

Et quis ignorat aqua vitis, quam vulgo nominamus, mappas inſperſas in igne flammam non ſentire? & experientia ſanctè mihi teſtantur plurimi, & cuiuſdam narratur in facto iocus, qui alterius equum totum aqua hac in agro perfudit, tum ignem iniecit, non vt noceret, ſed vt terreret, & ruſtici hominis inhumanitatem corrigeret equum otioſum mutuare ipſi nolentis.

Grati aduerſus magiſtros tanquam alteros parentes, animi exempla ſunt multa, & pronunciata ſapientum: nullum tamen illuſtrius, quam
Y Hippocratis medicinæ parentis iuſiurandum, in quo iurat ſanctiſsimè eo ſe loco habiturum, qui eum medicinam docuit, quo ſuos parentes; & rebus, quę ad vitam requiruntur, cum eo communiter vſurum, & quamcumque ille rem ſibi neceſſariam duxerit, ipſi curaturum; eiuſque liberos, & conſanguineos ęquè ac ſuos fratres habiturum: & medicinæ præcepta ipſis, eorumque filiis, ac diſcipulis abſque vlla mercede, vel cautione traditurum. Ita Græcè habet, vt eſt ad finem libri, ſi verbum ſub intelligas ὄμνυμι. B

Atq; vt Ariſtotelem ab ingrati animi nota liberemus, qua eum onerant plurimi; recogno-
k ſcat hic mecum, qui hęc lecturus eſt, quod P. Crinitus in ſuis Parthenicis ex quopiam antiquo ſcriptore commemorat, vt & Marſilius Ficinus in vita Plat. ei ſacratam ab Ariſt. in templo aram ſimul, ac ſtatuam hoc elogio, quod latine ſic eſſert. Aram Ariſtoteles hanc Platoni dicauit, viro, quem nefas eſt à malis laudari, hoc item epigrammate.

Qui ſolus, vita, doctrina, moribus, ore
Admonuit cunctos, & monimenta dedit,
V *Vt virtute queant felicem ducere vitam:*
Nulla ferent talem ſecla futura virum,

Criniti verò hi ſunt verſus

Hæc illa eſt ara floribus redimita ſuaue olentibus,
Quam gratus bene merenti ſtatuit diſcipulus ſeni:
Tituloq; hoc teſtatus animum ſuum, atque officium,
Platonem probandum probè à probis.

Tametſi de eo queſtus, quod contra ſeſe calcitraſſet Ἀριστοτέλης ἡμᾶς ἀπελάκτισεν, καθάπερ οἱ τὰ πωλάρια γεννηθέντα τὴν μητέρα. Ariſtoteles contra nos calcitrauit inſtar pullorum aduerſus matrem, vt ait lib. 5. Laërt. initio.

Chriſtianorum Imperatorum leges pleraſq; ad Concilia delatas Epiſcoporum, vt olim ad ſenatum, eaſq; ad normam canonum examinatas fuiſſe demonſtratum.

CAPVT XVII.



Mvtvo ſe honore amiſſa Repub. Senatus, & Imperatores in decretis, & conſultis afficiebant: ita ſæpè ille S. C. referebat ad illos, quod plerumq; in Suet. atq; Tacito, aliiſq; eius æui ſcriptoribus animaduertimus: & iſti ſæpe referebant ad ſenatum, quæ decernere ipſis erat in animo, præſertim cum de iure ciuili edicere volebant; quæ lex, tum, vel oratio principis dicebatur, vel ſenatuſconſultum. A

Obſeruatum item ſolis conſulibus ius relationis aliquandiu fuiſſe, cuius formulam ſolemnem habes c. 15. Calig. Suetonij. nec ſine relatione vllum S. C. perfici potuiſſe, & conceſſum tamē hoc ius Imp. aliquando, non conſulibus: exemplum habemus in Veſpaſiano, cui datum ius habendi ſenatus, relationē faciendi, & remittendi.

Ita Chriſtiani Cæſares, quòd de rebus Eccleſiaſticis ſtatuebant, id ad Concilium referebant Epiſcoporum, tuncq; conſtitutio quæ fiebat, modò lex Imperatoris, modò canon alicuius Concilij & erat, & appellabatur, neq; tamen vim habebat obligandi ex ipſorum Imper. auctoritate, ſed ex conſenſu Prælatorum Eccleſiaſticorum.

Exemplum eſt clarum in Iuſt. conſtit. vt Nouella 3. 6. 123. In quibus Iuris Eccleſiaſtici curam cum Iuriſdictione ciuili piè copulauit: eandē & Carolus Magnus, eiuſq; filius Lud. Pius retinnerunt, & iuri Eccleſiaſtico magis, quam ciuili condendo operam dederunt: de qua re in commentariis antiquitatum Chriſtianarum Fr. Balduini viri diligentis, & docti multa diſces. B

Iam verò eorum leges, & ſtatuta ad normam ſacrorum canonum ferè ſcripta, & examinata, ſiue examinanda, & ſcribēda fuerunt; quòd Apoſtoli auctores fuerint horum canonum primi, vt Chriſtianam πολιτείαν ordinarent, quia verum Dei cultum ſine certo ordine, & εὐταξίᾳ minime retineri poſſę intelligebant, vt S. Paulus 1. ad Corinth. 11. & alibi, indicat.

Quod de Imperatoribus l. 1. de Conſtit. Princ. Vlpianus ait, quas conſtitutiones appellamus, illa ſunt, quæ præcipiens Imperator legis habent vigorem, quid de iis erit dicendum, quæ ſanxerunt Apoſtoli, & qui ipſis ſucceſſerunt?

Ita Inſtin. ad Epiphanium Patriarcham Conſtant. nou. 6. quo modo oport. Epiſc. hoc futurū eſſe credimus (loquitur de optima Chriſtiana

C Reip. Constitutione) si sacrarum regularū obseruatio custodiatur, quam iusti, & laudandi, atque adorandi inspectores, & ministri verbi Dei tradiderunt Apostoli, & S. Patres obseruarunt, expressrūt, vtens verbis, quibus S. Lucas sui Euangelij vsus est initio: proprieq; loquitur de Canonib. Apostolorum: deinde L. priuilegia C. de sacrosanctis Eccl. Pontificum decreta vim legis iubet obtinere in l. 12. eod. tit. nou. 85. §. si vero Ecclesiasticum ver. secundum sacras. nouel. 123. in princip. vers. nam si legis. & nou. 131. in prin.

Quinetiam Barbarus Princeps Atalaricus Ciero scribens Ecclesiæ Roman. apud Cassiod. lib. 8. Var. epistol. 24. interim vos, quos iudicia nostra venerantur, Ecclesiasticis viuite institutis, &c. Mundani coërceantur humano iure: vos verò Sanctis moribus obedire.

D Nicolaus item I. scribens Episcopis Galliæ, quāti sint Ecclesiastica decreta ab omnibus pendenda, ostēdit, referturq; à Grat. tota d. 19. 1. & an.

Hęc pars est, quę constat ex Patrum sententiis, de qua hoc iudicium est Claud. Mamerti lib. 1. de statu animæ. Eatenus diuinarum tractatoribus scripturarum fidem haberi par est, quoadusq; illidem tenori veritatis adstipulantur: in his, si quæ reperiantur, quę ad ius, quod vocant positiuum, spectent, atq; vsu & consuetudine sunt firmata, in Christiana Ecclesia tanquam leges obseruentur, & earum transgressores puniantur; tamē ex altero ciuilis iuris principio legis habent vigorem scilicet moribus, consuetudine, inueterato vsu, communi consensu, Modest. lib. 1. reg. l. 40. D. de legib. & Vlp. l. 33. D. eod. & Iulia. l. 32. licet propriè lex commune sit præceptum Papin. D. eod. l. 1. siue generale iussum Attico Capitoni: nec dici illæ leges possunt, quorum auctorib. potestas defuit publica, quam penes principem, seu populum iura cōstituunt, l. 2. D. eod. de orig. iuris. nec sunt inter illorum responsa connumeranda, quorum sententiæ, aut opiniones interrogatione & responsione constant ὡς φησι ... , & vim
E legis habere voluit Iustin §. responsa prud. Instit. de iur. nat. quare hæ patrum sententiæ in locum successerunt auctoritatum iurisconsultorum veterum. Constat hoc ex Pontificum decretis apud Gratianum tota d. 19.

Ita nos latini Canonum habemus collectores, Burchardum, Iuonem, Cresconium, Martinum, antiquiorem omnibus Isidorum, vt Græci Photium, & Balsamona; canones certè vocat Synodus Trull. non tantum scripta, vt Balsamo.

Iure itaq; Tert. lib. de corona mil. c. 4. porro si lex ratione constat, lex erit omne, q; ratione constiterit à quocunq; productum, nec tam quęrendus est auctor, quam consuetudinis auctoritas.

Quod si quę sunt in Iuris Pontificij libris contra ius ciuile, illa profectò erunt, in quibus, vt Innocentius ait, S. Dei Ecclesia mundanis legibus nō constringitur. Et S. Hier. in Epitaphio Fabiolæ, & ep. 30. ad Ocean. Aliæ sunt leges Cæsarum, aliæ Christi: aliud Papinianus, aliud Paulus noster præcipit: quæ item adnotantur ab interpretibus. Abb. c. Ecclesia S. Mariæ de Constit. Innoc. c. 2. de reb. Eccl. non alien. in 6. & cap. vlt. de præscript. Barthol. l. postr. si contra ins, vel vtil. publ. & i. priuilegia C. de sacrosanctis Eccles. & Græci, Photius in Nomocan. tit. 1. cap. 2. & ibidem Balsamo & Gratianus tota d. 10. F

Hinc etiam Constantini fertur Sanctio, Episcopo licere sententias à prouinciarum præsidibus latas perperā retractare: id quod vt agerent, Episcopis creuit fiducia, quòd eos amplissimi magistratus hanc etiam ob causam magnopere venerari, ac timere solebant: ita legitur factum à S. Nicolao, vt in eius actis proditur, cum iam carnifex vibraturus ictum securim accepisset, eum sistere iubens, & innocentes liberans: quem prærogatiuæ honorem cum sibi etiam arrogarent inferiores clerici, & monachi, & sæpè vi etiam, publicè damnatos præsidum sententia ab apparitoribus libere auferrent, Arcadius, & Honorius Impp. ne in posterum id fieret, vetuerunt, remedium tantum appellationis damnatis concedentes. l. 16. de paren. Cod. Theod. G

Illud itē sciendum licuisse clero vrbis Romæ, cum sedes vacaret, facere constituta, sic enim vocabātur olim, quæ decretales hodie nominātur: apparet hoc in vita, atque actis Fabiani & Felicis III. sum. Pont. itemq; sede vacāte post Honorij I.

Socratis error de adulterij pœna: dierum ad agendum vtilium in legibus quæ ratio: iuramentum propter calumniam quid esset, & verbi iurare notio.

CAPVT XVIII.



ADVLTERAS historię scriptor, historiæ tamen ignarus, Socrates c. 18. li. 5. hoe affectas Romæ supplicio tradit, quo non tolleretur peccatū, sed foueretur, augereturq;. consueuisse enim in angusto eas lupanari concludere, & scortari turpiter cogere, atque interim tintinnabula pulsari: eaq; loca sistra nominata: (credo, quoniam sistris pulsantibus gnarū erat omnibus quid fieret) Theodosium autem ea loca sustulisse, eamq; pœnam atq; aliis legibus adulteria coërcuisse: cœnosum aliquem Græculus hic fundum historiarum permiscuit, vt mendacium hoc nobis imponeret, qui scimus Romæ Iuliam legem de adul. semper vindicem fuisse adulterarum: in quo quæ contigerit varietas non minus doctè, quā concisè eruditissimus antiquitatis inuestigator, & explicator Iustus L. com. ad li. 4. ann. Taciti obseruauit. A

Hic tu morem in aliquot Italiæ locis vsitatum nota; in quibus viduarum ad secundas nuptias conuolantium matrimonis tintinnabulorum

sonitu

funicu excipiuntur, vt derideantur. Sanè Tertull. lib. adu. Hermog. exhort. ad Cast. secundas nuptias adulteria nominauit nimis omnino rigidè, & planè falsò.

Dies porrò in legibus vtiles, quibus scilicet quis experiri, & agere potuit definiuntur sæpè, & describùtur, vt annus quoq; vtilis; qui eiusmodi dieb. 365. constat, vt l. 1. de diuers. e. præscript. l. 11, §. quidam ad l. Iul. de adult. l. 6. C. illo tit. nam & olim cretionis vtiles dies illi dicebantur, quibus quis sciret, possetq. experiri, &c. Vlp. in fragm. & Cic. 1. de orat. significant, erat tamē difficilis hæc supputatio, quia non solum, quando Prætor, Iudexúe sedeat; aut sui copiam faciat, variè quærebatur, sicut & cum quærebatur de diebus feriatis, fastis, nefastis, intercisis: sed erat etiam hic quædam facti quæstio, an aliquis potestatem aliloqui habuerit iuris sui persequendi, neque solum per Prætorem, sed etiam per suas occupationes, conditionemue suam id potuerit.

Hic siste; qui ignarus es iuris, vt intelligas, quid cretio sit: cernere hereditatē, est adire eam, hoc est, quod Italicè dicimus, metterſi in possesso, ô andare al possesso, Græcè dicunt ἐμβατεύειν: vsus
C est sæpe Cic. hoc loquendi modo li. ep. ad Att. 11. ep. 2. literas tuas, inquit, accepi pridie Non. Febr. eoque ipso die ex testamento creui hereditatem, item Galeonis hereditati creui: dico enim cretionem fuisse simplicem, quoniam ad me nulla missa est; simplicem appellat, quòd nulla fuerat iuris facta solemnitate, & liberam cretionem alibi nominat testibus præsentibus 65. in qua impedimentum nullum interuenerat: sic Festus, hereditatem adquirere, interpretatur: & Cic. in epist. fam. lib. 9. ep. 14. translatè elegantissimè dixit, à te autem peto, vt me hanc quasi falsam hereditatem alienæ gloriæ sinas cernere.

Hinc cretio solennitas erat, & quidam iuris ritus, ac ceremonia in adeunda hereditate, de qua l. cretionum C. de iure delib. in Cod. Theod. li. 6. eod. tit. dicitur ὁ νῦν τῆς οἰκίας ἐμβάτευσις, ἢ τῆς κλήρου ἐμβατεύσεως: est enim quasi pedis positio, vide Bud. in com. linguæ Græcę. Enimuerò heres adeundo hereditatem, dicitur quasi contrahere cum creditorib. hereditatis, & eo facto se obligare ipsis, adeo vt etiam teneatur supra vires hereditarias, nisi si aut separationis, aut Inuentarij beneficio defendatur: & plures heredes videntur singuli sese obligare, sed non nisi pro qua parte heredes sunt: quod vt capias Franciscus Balduinus copiosè hoc exponens ad 12. Tab. efficit.

D Isid. item lib. orig. 5. cap. 24. Cretio, inquit, est certus dierum numerus, in quo institutus heres aut recipit hereditatē, aut finito tempore cretionis excluditur, nec liberū est illi vltra capere: appellata quasi decretio, à cōstituendo, & decernendo: vt puta, ille heres esto mihi: additur, cernitoq; infrà tot dies, qui cernit verba cretionis dicit: qui pro herede gesserit, re tantum ipsa heredem se esse declarat, vt si auctionē faciat, si seruis cibaria mandat: adeundę verò hereditatis centesimus erat statutus dies, quibus esset cretio non adiecta. sic Vlp. c. inst. 22. definitur cretio, certum, spatium, quod dabatur heredi instituto ad deliberandum, vtrum expediret ei hereditatem adire, nec ne: aitq; cernere, est verba cretionis dicere, ad hunc modum, cum me Mænius heredem instituerit, eam hereditatem adeo, cernoque. Id & potest pupillus facere, si fari possit, id est, verba cretionis pronunciare Paullus l. 9. D. de adquir. hered.

Iam verò Iustin. legem tulit, vt restitutionis in E
integrum ex quacunq; tandem caussa illa detur, tempus, quod olim erat vnius anni vtilis, iam fit quadriennij continui, quocunque tandem loco hæc tractetur caussa, l. est postrema C. de temp. in integ. restit. Quamquam Constant. Magnus iam sustulerat annum illum vtilem, & pro illo substituerat plures annos continuos, variè tamen pro locorum, ac regionum varietate. Romæ enim Quinque, in Italia quatuor, tres præscripserat in Prouinciis l. 11. C. Theod. de in integr. restit.

Hanc verò locorum differentiam abolet Iustinianus, & vbique decernit continuum dari quadriennium restitutionibus in integrum, post minorem ætatem, vel absentiam caussa Reipublicæ ad similem aliam, ex qua restitutio datur: sicuti & annalem exceptionem, quæ olim Italicis demum contractibus obiiciebatur, aboleuit l. 1. C. de annal. except. vt etiam producta lege vltima de temp. exponit, cur inepta sit, & absurda locorum differentia, & d. l. vna ostendit, quàm intricata esset, & captiosa vtilium dierum æstimatio, & supputatio.

Dies porrò sessionum erant, & appellaban- F
tur, quibus Prætor sedebat pro tribunali l. 11. §. dies, quis ordo in bon. possess. quod quidem erat necesse in iis caussis, quæ cognitionem, decretumque requirebant, neque de plano, vt cum Iurisconsultis loquar, in re ipsorum propria, poterant experiri: Cuius generis erat restitutio in integrum: nec dicebantur tamen hi dies vtiles, nisi quis etiam tunc potuisset restitutionem postulare: verbi gratia, si quis toto tempore in vinculis fuisset, vel ab hostibus captus, vel absens caussa Reip. quod si caussa fuisset, quæ per libellum de plano institui poterat, etsi nō fuisset dies feriatus, tamen inter vtiles numerabatur, modo Prætor sui copiā fecisset; & qui persequi aliquid volebat, alio modo non impediretur l. 11. §. Sexaginta ad l. Iuliam de adult.

Notandum tamen non in omnibus caussis G
sublatum fuisse vsum temporis vtilis: quoniam multis adhuc locis in Pand. & Cod. rectè fit mentio & vtilis anni, & vtilium dierum.

Transeo ad aliud iuris argumentum: in quo tritus loquendi modus, iuramentum esse præstandum à litigatoribus propter calumniam, id est, dandum iuramentum de calumnia, quod videlicet, qui litē intendit, calumniosè nihil aget.

Deo eo lex est, & sanctio Iustin. l. vlt. C. de iureiur. propt. calumn. immò verò duas leges ediderat de ea re, quarum ipse meminit institut. de pœna temp. litig. & in nouellis postea sæpe egit. Nihil tamen induxit noui, cum & olim libera Repub. & sub Imperatoribus hæc iurandi consuetudo vigeret dicebaturque in litem iurare.

Manifestus est ex Cicer. & aliis mos hic: nam pro Q. Roscio Comœdo ita loquitur; quod in codicem iniuratus referre noluit, id iurare in litem non dubitat. Et pro A. Cluentio, multam petinit, quòd in legem non iurasset, scilicet se eam seruaturum: in litem iurare, potes exponere, se nihil aduersus litigatorum facturum leges; quod etiam Iustin. dicit iurare de calumnia, & ex animi sui sententia iurare (non enim bene legitur scientia) l. 2. C. de iureiur. propter cal. ex antiqua sanè formula, vt apparet ex Cic. in q. Acad.

H Sic enim & sub bono Principe malam plerumque esse fisci caussam dixit Plinius, opinor, in panegyr. Traiani. ostendit quidam Imperator, vt est apud Paulum I. C. l. 44. de iure fisci. æquum enim putauit Imperator noster, prius heredes cõuentri debere, deinde in reliquum possessorem omnem, atque ita pronunciauit, &c. Profectò sanctè.

Elegantes verò sunt ab hoc verbo dicẽdi modi: ita enim Cic. lib. 1. epist. ad Att. ep. 1. Aquilium non arbitramur, qui & negauit, & iurauit morbum, & illud suum regnum iudiciale opposuit; sic enim lege: iurare morbum dicitur, qui sanitatem negat, eiurat verò, vt Sex. Pompeius ait, qui id quod desideratur à te præstari non posse: & eiurare est repudiare, recusare, abiicere, nũcium remittere.

Quare eiurandi verbum, vnde vi, aut inscitia deiectum fuerat, apud Cic. & Varr. restitutum à

I doctis, & politis iurisconsultis fuit. Cic. Phil. 12. sic me iniquum eiurabant, id est, iuramento sibi esse suspectum dicebant ob iniquitatem, vel recusabant, &c. Act. 5. in Verr. Prǽter totam Prouinciam suam sibi iniquã eiurat, id est, recusat, quasi dicat eius declinare se testimonium, vt sibi infensæ; & festiuè Pœto scribens lib. 9. ep. 16. sed ad cenam cum illo inuitanti, eiurar copiam, hoc est, sibi non suppetere facultatem ad impendium illius cenæ, quo circa est quasi abiurare, & abdicare.

Ita Plin. iunior eiurare magistratum dixit li. 1. epist. epist. penul. ad Pomp. Falconem, & Sen. lib. de beata vita cap. 26. odisse, & lacessere virtutem, bonæ spei eiuratio est, id est, est se nunquam sperare probos futuros.

Eudem verbo vsi eleganter scriptores Eccles. Tert. t. qui libro de corona mil. commercium, & patrem, & matrem ejurare dixit. & cap. 24. lib. de spect. hoc erit pompa diaboli, aduersus quam in signaculo fidei eieramus: quod autẽ eieramus, neque facto. neq; dicto, neq; visu. neq; prospectu participare debemus: ceterum nonne eieramus, & rescindimus signaculum, rescindendo testationem eius? Et in exhort. ad Cast. nunc Virginitate, nunc viduitate periurant, id est, quia diabolo iurant, non Deo. & lib. de Idol. c. 20. extremo. K

Porrò quid erat deieratio per eos, quos eierasti, quàm præuaricatio fidei cum Idololatria? Quis enim per quos deierat, non honorat?. Tandem lib. de præscript. cap. 33. adhibeo super hæc, ipsarum doctrinarum recognitionem, quæ tunc sub Apostolis fuerunt, ab iisdem Apostolis & demonstratæ, & eieratæ.

Et eius imitator S. Hier. de Monog. ad Gerontiam, Hierophanta apud Athenas eiurat virum, & æterna debilitate fit castus, id est, se virum esse facto negat, quia se castrat: vbi eierat legit quoq; potest, non autem eiurat, vt quidam imperitè docti faciunt, vsum verbi, & elegantiam scriptoria non intelligentes.

Ex his & verbi deierare vis elucet & adiurare: sunt enim simpliciter accipienda etiam in Terentio, & Cicer. & in illum Donatus exponit deierare, per Deos iurare, sic Tertull. in Apol. c. 14. taceo de Philosophis, Socrate contentus, qui in contumeliam Deorum quercum, & hircum, & canem deierabat.

Adiurare tamen à Christianis aliter sumitur, vt à Tert. & passim reliquis Christianis patribus illo lib. Apol. c. 32. Dæmonas, id est, Genios adiurare consueuimus, &c. Non deierare, vt illis honorem diuinitatis adscramus. est igitur, quod dicimus à Græcis mutuati, exorcizare; nam & exorcizantes Isidorus vertit adiurantes: posteriores sconguirare non ineptè dixerunt. L

Obiurare verò est iureiurando obstringere, vt Pompeius explicat: sicut præiurare est præire verbis conceptis iurantibus formam iurandi, quod est eorum, qui deferunt iuramentum, qui & præiurationes facere dicuntur, id est, ante alios iurare: post quos in eadem verba iurantes sequuntur, & tantum dicunt idem in me, &c.

Quid templum; quando primum Romæ extructum: quæ in eo diuersitas auctorum; & de serapide ex nostris quædam.

CAPUT XIX.

NON omnes sacræ Deorum ædes, in quibus sacra faciebant veteres illi à veri Dei religione abhorrẽtes, templa dicebantur, immo & locis etiam non sacris templi nomen conueniebat. Ostendit hoc Varro apud Agellium lib. 14. cap. 7. loca illa dicta olim templa docens, quæ essent augurio constituta: sic locus notatus ab augure vel in cœlo, vel in terra templum erat, à tuendo, id est, conspiciendo nominatum, quòd ex omni parte, siue ex eo omnis pars aspici posset, vt notauit Donatus: propterea Curia, & Senatus, & non- A

nulla alia lora publicis negociis dicata, tametsi religioso cultui non inseroirent, templa dicta, immo & sancta.

Testimonia sunt veterum plurima Cic. in Vatin. in Rostris in illo, inquã, augurato templo, ac loco. Pro domo sua. Curia est templum publici consilij; & pro Milone. Curia est templum sanctitatis, amplitudinis, mentis, &c. T. Liuius lib. 1. Palatinum Romulus, Remus Auentinum ad inaugurandum templa capiunt; huius loci quatuor erant partes, ob occasu dextra, ab oriente sinistra, ad meridiem antica, postica ad septemtrionem; quamquam Arist. cœli dextrum facit solem orientem: Lege Isidorum libro etymolog. 15. capit 4.

B Liuius eod. lib. paulò aliter. Augur regiones ab otiente ad occasum determinauit dexteras ad meridiem partes, læuasq; ad septemtrionem esse dixit. Inde verbum contemplor ductum; postea vox templum ad significandas sacras ædes tradncta; præsertim eas, quæ ingenti magnificentia substructionum fierent, & augustiores essent, sed augurato, quo modo curia Hostilia à Varrone lib. de lin. lat. 6. Templum quidem dicitur, quod tamen sanctum non est, id est, non est ædes sacra, ita non propriè in hac notione templum: sicRomæ, Iouis Capitolioi, & Pantheon; Carhagine Cælestis; Alexandriæ, Sarapidis; Apamææ, Ionis; Ephesi, Dianæ; Athenis, Mineruæ in arce; Gazæ, Marnæ appellara propriè templa, quia vastæ erant, publicæque ædificationes, & structuræ, atque augustiores.

Arnobius iudex lib. 6. aduersus Gent. ita scribens. templum enim hęc quid sunt? si humanam infirmitatem roges, nescio quid immane, atque amplum, mox. sint ergo hæc licet aut ex mollbus marmoreis structa, laquearib' autem reoideant aureis, splendeanr hinc gemmæ, sidereos euomant variata interstitione fulgores, terra sunt hæc omnia.

C Lactantius Firmianus lib. 2. c. 11. Ionis temporibus primùm templa constitui, & noui Deorum cultus esse cæperunt.

In prima Ecclesia apud Christianos non erant templa, quòd per calũniam obiiciebatur à Gentilibus, vt apparet in Octauio Minutij Felicis. Nõ erant videlicet huiusmodi moles, quòd pauprr erat Ecclesia, vel non permittebarur à Principibus, & populis Christi nomini infestis, qui, quas parnas, atq; humiles ædes ad orationem, ad prædicationem, ad sacrificium religiosas, vbi altaria, aras oominabant ferè Gentiles, imaginesq; statuebãtur, disturbabant, aut obstrui imperabant: vocabantnrq; à nobis Ecclesiæ, Oratoria, Basilicę, Dominicum, Domus Dei, Domus orationis, Locus Sanctus, & id genus piis, & religiosis nominibus: quare & nostri Christiani scriptores antiquissimi Gentilium tantum nominabant templa, non autem Christianorum; opinor, non tantum propter inanium Deorum cultum, sed etiam propter augurij superstitioonem, qua designabantur ab eis templa.

Audi Tertul. cap. 11. lib. de Idolol. Christianus D turarius, si per templa transibit, cum paulò ante dixisset, lanistam ab Ecclesia arcendum. & in exhortat. ad Cast. cap. 12. Ne leges, ne iura, ne commercia dilabantur, ne templa derelinquantur, ne non sit, qui exclamet, Christiani ad bestias.

Idem loquendi modus retinetur à Minutio, Arnobio, eiusque discipulo Lactantio: rametsi post Constantini Magni tempora, cum ille cæpisset sacra Christianorum loca magnificentissimè exædificare, templa nuncuparint posteriores, vt S. Augustinus & reliqui.

Cum verò templa non haberent Christiani, calumniatoribus Ethnicis respondebant, Dei templum esse vniuersum hoc, quod cernitur, quæ latiores complectitur limites mens humana: planè vt de somn. Scip. affirmanit Cic. Deus is, cuius hoc templum est omne, quod conspicis & lib. de diuin. 2. ad cæli cærula templa, ex poëta vt in 1. lib. Tuscul. inferorum loca hoc exornauit vorabulo. item ex poëta. Acheruntia templa, alta, Orci pallida Lucret. lib. 1.

Etsi præterea, tamen esse Acheruntia templa E
Ennius æternis expressit versibus edens:

Et rursus:

Nec cœli lucida templa.

Paulò pòst, extremo fermè lib.

Néue ruant cœli tonitralia templa supernè.

Imò, & mundi templum cecinit illo versu:

At vigiles mundi magnum & versatile templum
Sol, & Luna, &c.

Et auctor est Varro cit. lib. cœlum ipsum, & totũ hoc, quod ruemur, vnde & nomẽ, templum esse.

Clemens Alex. lib. 5. Strom. meritò ergo Plato quoq; sciens mundum esse Dei templum, ciuibus ostendit vnum locum ciuitatis, vbi eis essent reponenda simulacra. Idẽ porrò Clem. 7. Strom. vt Christianus, templum quidẽ vnum magnum esse tradit Ecclesiam, alterum verò paruum, vt homo est, qui seruat semen Abrahæ, non corrumpiscet ergo aliquid aliud, qui habet Deum, qui requiescit. A Et 5. rursus lib. tribus fundamentis hoc templum constare tradit, scilicet fide, spe, & caritate. B

Zenonis hoc item decretum fuit Stoicorum F principis, templa deorũ non esse erigenda: quod enim magni non est pretij, id ne sacrum quidem esse: nõ esse magni pretij ex eo colligebat, quòd sunt opera fabrorũ, & sordidas artes tractãtium, vt lib. de Stoic. repugn. tradit Plut. sint ergo Stoici potius, quàm Christiani heretici huius æui, & cum Stoicis negẽt templorum in Ecclesia vsum, in hoc magis impij, quam ipsi Ethnici.

Enimuerò Idolorũ templa olim à Christianis vel deiiciebantur, vel in vsus profanos connectebantur, quasi indigna; quippe cacodæmonum loca immundissimorum spirituum, in quibus Deo cultus adhiberetur: & causam interdũ fuisse

martyrij diruisse, demonstrat Abdas in Perside Episcopus; propterea variia excruciatus suppliciis, vt narrat lib.5.hist.Eccl.c.38. Theodor. deiecta fuisse, præceptum indicat S.Gregor. Mellitoa scribentis lib.registri 9.ep.71. ne Idolorum templa disturbet: & apertius S.Hicron.lib.2. in epist. ad Gal.& epist.ad Lętam de Gracchi nobilissimi ciuia Rom. in demoliendia Idolorum delubris studio, atq; ardore.& lib.2.contra Iouin.celeberrimum Iouis capit.templum scribit excisum.

Iam verò plenæ sunt Ecclesiastitæ historię exemplis illorum, qui deiecerunt, & solo ęquatuur plurima Idolorum templa. S.Aug.lib.18. de ciu. Dei, cap.vlt. Carthagine Africæ Gaudentiua, & Iouiua comites Imperatoria Honorij 14. Cal. April. falsorum deorum templa euerterunt, & simulacra fregerunt. & Ser.3. de verb. Apost. alia dirui, alia in meliores vsus commutari egregiè, & aptè ad morea informandos affirmat, & sub Theodosio Dionysij templum ab eo donatum Theophilus Alexandrinus in Ecclesiam conuertit, vt ait cap.15. lib.7. Sozom. lege & Niceph. lib. hist.Eccles.12. cap.25.26.27.

De qua re leges itē extant Christianorū Impp. l.15.de pagan.& l.vlt.C.Theod. Cum posteriorib. temporibus non disturbarētur, sed purgata prępotentia Dei religioni applicarentur, vt loco cit. S.Greg.compertum est, & manifesto probat Pantheon illud Romanum, quod etiam nunc visitur, & frequentarur sub S.Mariæ rotundæ nomine.

H Porrò ante Numam Pomp.II. Regem Rom. non fuisse Romę templum indicat Tert.illia verbia Apol. ca.25. age iam rebus religio profecerit: nam etsi à Numa concepta est curiositas superstitiosa, nondum tamen aut simulacris, aut templis res diuina apud Rom.constabat: frugi religio, & pauperes ritus, & nulla capitolia certantia cœlo, sed temeraria de cespite altaria, & vasa adhuc Samia, & nidor ex illis, & Deus ipse nusquā: nondum enim tunc ingenia Græcorum, atque Tuscorum fingendia simulacris vrbem inundauerant: ergo non ante religiosi Romani, quàm magni, ideoq; non ob hoc magni, quia religiosi.

De statuia, & signis confirmat Plinlus lib.34. cap.4. Romæ simulacrum ex ære factum Cereri primùm reperio ex peculio Sp. Casij, quem regnum affectantē pater ipsiua intercmerat: transiit, & ab Diis ad hominum statuaa, atque imagines multia modis. Et Plut.in Numa, ex eius præcepto narrat annis 170. ab V. C. nullam in templis Rom. imaginem neque pictam, neq; fictam fuisse, quod eisdem pænè verbis Clem. Alexand. 1. libro Stromat. recitat, & occultè cum Mose, & Pythagora indicasse affirmat, id quod est optimum, non alia ratione, quam sola mente cuiquam fas esse attingere: confirmat libro Apul. cap.16. Tertull.

I Repugnat tamen Plin. lib.34. cap.7. scribena Ianum geminum à Numa Rege dicatum, qui pacia, belliq; argumento colitur, digitis ita conf figuratia, vt 355. dierum nota, per significationem anni temporia, & æui se Deum indicaret; rursua; antiquissimis temporibua lignea, aut fictilia Deorum simulacra in delubris dicata: cum tamen Varro doctissimua Rom. apud S.August. lib.de ciu. Dei 3.cap.6. vniuersè tradiderit, quod paulò ante ex Plut. Clem. Tert. scripsimus.

De templis repugnat etiam Liuiua scribens lib.1. Romulum occiso Ceninensium Duce, & vrbe eiua capta, spolia in capitolium tulisse Ioui Feretrio; simul cum dono, inquit, designauit templi Iouis fines, hæc templi est origo; quod primum omnium Romę sacratum est. mox cum à fuga tenuisset exercitum suum aduersus Sabinos pugnātem; hic ego tibi templum statori Ioui, quod monimentum sit posteris, tua præsenti ope seruatam esse vrbem. Iterū, declaratua Rex Numa de templo descendit. mox quibus diebus ad quæ templa sacra fierent, atque vnde in eos sumtus pecunia erogaretur, &c.

Plutarchus quoq; 47.q.Rom. Vulcani fanum extra vrbem erexisse Romulum tradit, extra pomerium scilicet, vt Martis, & Bellonæ extra portam capęnam, alij: & dubium facit S. Augustinua lib.de ciuit.Dei 8.cap.23. commemorans à Rege Tarquinio fabricatum capitolium, vbi tamen multi erant alij Dij. K

Rursua Plut. in vita Numæ, ab eo fidei, ac Termini excitata narrat templa, & Termini quidem superiore parte apertum; quia nefas ducebat pacia, & iustitiæ præsidem, atq; custodem sub tecto conspici: planè vt Aegyptij Mineruæ, quod scribit 5.lib.Strom. Clemcua Alex. ὕπαιθρα vocabant hæc templa Græci.

Rursua S. Augustinus lib.3. cap.12. de ciu. Dei, nec hia sacria tamen Roma dignita est esse contenta, quæ tam multa illic Pompilius constituerat: nam ipsiua summum templum nondum habebat Iouis, &c.

Conciliamus, si affirmemus saccIla fuisse, ac delubra ante Numam, quæ propriè non dicuntur templa, vt initio cap. docui, quod eæ non essent populi Romani infantia adhuc vires, atque opes, vt superbaa, atque ingentes possent excitare fabricas templorum, hinc multi sacellum Termini appellant, non templum.

Obserua quod scripsit Leo Hebræua, & refert Io.Rod.ca.5.meth.hist. in festa Mauritaneæ 700. esse templa Mahumetanorum, Moschcas vocāt, maximum mille passuum ambitu contineri. admirabilis planè substructio. Tales illæ fuerunt in Alexandrea, quas celebrat hac oratione Amm. Marcell.lib.22. ferè extremo. L

His accedūt altis suflata fastigiia templa, inter quæ eminet Serapium, quod licet minuatur exilitate verborum, atriis tamen, columnis amplissimis, & spirantibus signorū figmentis, & reliqua operum multitudine ita est exornatum, vt post capitolium, quo se venerabilis Roma in æternū attollit, nihil orbia terrarum ambitiosius cernat.

Serapium, siue Serapeum Serapidis templum, quod &, recordatur in Apol. cap. 18. Tertull. hodie apud Serapeum Ptolemæi bibliothecæ cum M ipsis Hebraicis litteris exhibentur, non nihil à Tertull. Marcellinus differt, quod Tertull. apud Serapeum bibliothecas esse tradit, in Serapeo Marcellinus, in quo, inquit, verò fuerunt bibliothecæ inæstimabiles, vt loculi monimentorum veterum continentes ferè 700. voluminum millia. Rursus lib. de spect. Tert. cap. 8. proinde si capitolium, si Serapeum sacrificator, & adorator intrauero, à Deo excidam, videtur accipere pro loco, quod vicinum esset templo Serapidis, vel in quo templum.

Quis autem Serapis veteribus fuerit, qui eum colebant, quod nostris, qui vel ex cacodæmonibus vnum agnoscunt, vel Idoli, inane vocabulum, breui sermone Suid. est complexus: alij, inquit, Iouem esse putant, alij Nilum propter modium, quem habet in capite, & cubitum, quæ mensura erat aquæ: alij Iosippum, alij Apin, quendam copiosum hominem, ac regem Mempheos, qui in summa rerum penuria Alexandrinos pauit, & mortuo ipsi grati animi ergo templum erexerunt, in quo Bos alebatur, symbolum agricolæ, coloribus quibusdam notatus, qui & Apis vocabatur; hominis verò arcam, in qua ca- N dauer seruabatur, in Alexandream detulerunt, ita nomen Serapis compositum ex σορὸς, & Ἄπις, factus est Serapis, tum Sarapis, cui immane, & splendidissimum erexit templum Alexander, vt videatur ad verbū ex Rufino transtulisse Græcè conuerso Suid.

Consentit S. Aug. lib. 18. de Ciuit. Dei cap. 5. his verbis, his temporibus rex Argiuorum Apis nauibus transuectus in Aegyptum, cum ibi mortuus fuisset, factus est Serapis omnium maximus AEgyptiorum Deus.

Nominis autem huius, cur non Apis etiam post mortem, sed Serapis appellatus fit, facillimam rationem Varro reddidit: quia enim arca in qua mortuus ponitur, quod omnes iam σαρκόφαγον vocant, σορὸς dicitur Græcè: & ibi eum venerari sepultum cœperunt, priusquàm templum eius esset extructum, velut Sorosapis, vel Serapis primò, deinde vna littera, vt fieri assolet, commutata, Sarapis dictus est.

Constitutum est etiam de illo, vt quisquis eum hominem dixisset fuisse, capitalem penderet O pœnam. Et quoniam ferè in omnibus templis, vbi colebantur Isis, & Serapis, erat etiam simulacrum, quod digito labris impresso admonere videretur, vt silentium fieret: hoc significare idem Varro existimat, vt homines eos fuisse taceretur.

Ille autem Bos, quem mirabili varietate, (antiqui libri melius, vanitate, habent) decepta AEgyptus in honorem eius delitiis affluentibus alebat, quoniam eum sine Sarcophago viuum venerabantur, Apis, non Serapis vocabatur: quo boue mortuo, quoniam quærebatur, & reperiebatur vitulus coloris eiusdem, hoc est, albis quibusdam maculis similiter insignitus, mirum quiddam, & diuinitus sibi procuratum esse credebant. Et eundem esse, atque Osiridem ibidem indicat, & in Apoll. Tertull. cap. 6. cum Diod. libro 1. & Varron. libro 3. de lingua Latina.

Confirmātur quæ Lipsius & Annibal Scotus tradiderunt extremo 4. lib. hist. Taciti prodentis nescio quæ miracula ipsius mandato à Vespasiano patrata, quæ ille vt omina accepit imperij: & Isin, quæ & Io, vaccam fuisse, Apin bouem, qui & Serapis, & Osiris, lege Viuem ex Diod. in citatum locum S. Aug. P

Adiunctus his Cynocephalus, canini scilicet capitis Deus, qui fuisse videtur Anubis, idcirco latrator à Virg. decantatus 8. lib. Aen. Osiridis filius: ea quippè forma colebatur, aut insignia eius bestiæ, de qua nos alio lib. gestabat, vel caninum caput.

Enim verò cit. lib. Varro magnos Deos Isidem, & Serapidem scribit esse cælum, ac terram: vniuersæ certe mundi huius machinæ, & principij omnium rerum fuisse hunc symbolum tradit Eustath. quare magnificentissima ei templa dicata Menphi, Thebis, Alexandriæ, Athenis, item in Ptolemæi gratiam, inquit Pauf. in Att. hoc est, lib. 1. & exponit longa oratione Tacitus. Quin & pro Chao acceptus, quod, cuius foret materiæ ipsius simulacrum, non posset diiudicari: sanè ex omni genere, & congerie metallorum compactum fuisse tradit Rufinus lib. 2. hist. eccl. cap. 23. tanta mole, vt dextra vnum, sinistra alterum parietem complecteretur: vt minime sit Q mirandum de se ipso hoc edidisse oraculum Nicocreonti Cyprio, quod recitatur à Crinito cap. postremo lib. 24. de hon. discipl. & Pierio lib. 32. Hierogl.

Sum Deus, vt discas, talis, qualem ipse docebo.
Cælestis mundus caput est, mare venter opacum,
Terra pedes, aures versantur in æthere summo,
Lux oculi, quam Solis habet splendentis imago.

Vt recto sensu Dei numen videatur intelligendum, cuius maiestatem sibi cacodæmon arrogat. Quæ item caussa fuit, cur ab AEgytiis celebri fuerit religione cultus, non aliter quàm à Græcis Plutus, & Pluto, vt ait Mich. Psellus ex Cæsar. fortasse Eusebio cap. vlt. lib. 4. de præpar Euang. quòd arbiter putaretur, distributorque diuitiarum: iure igitur Catullus fecit, cum auarissimam illam meretricem ad Serapin amandat opes petituram.

Eadem caussa, cur imponerent modium eius capiti, quia è cælo propter solem, pluuias, lucem, calorem, viresque alias fecunditas terræ: & Iuppiter est, vt Hom. canit, bonorum dator, R δωτὴρ ἐάων.

Iam verò significasse Iosippum illum celebrē Gen. 41. cap. Iulius etiam Firmicus prodidit, &

Ruf.lib.cit.aures da Iulio cap. 14. de errore profanæ relig.ad Constant.Magni filios,ob diuisionem, inquit, frumenti in summa caritate Aegypti: varietas est in ratione vocabuli: Ruf.enim originem sequitur Græcam, cum Varr.& S. August.& omnibus.Iulius verò Hebræam,quia ducit à Sata,quod Saræ pronepos fuerit Iosippus; quæ probabilis est deductio: nec desunt, qui velint Serapin Aegyptiacè mundi Saluatorem indicare, quo nomine Iosippum ornatum citatus Gen. locus affirmat: modius argumentum est,diuisionem significans frugum ab eo factam famis tempore: vaccæ item nomen, ac bonis, propter somnium Regis Pharaonis.Iosippo quidem certe dignissimum est oraculum attributum Serapidi.

S *Principio Deus est,tum verbum, hus spiritus vnus*
Congenita hæc tria sunt, cuncta hæc tendentia in vnum.

Confirmat illud quod alicubi legi & citat Euseb.lib.cit. Serapidem inuentorem fuisse eorum symbolorum,quæ vim habent pellendorum dæmoniorum, quod Salomoni adscripsit Iosippus in antiq. Iud. nos ex Psalmo 104. scimus veri Dei scientiam à Iosippo illo manasse ad AEgyptios.

Signi quoq; magnitudinis argumentum est, quod scribit Plin. cap.5. lib.37. ex Apionis testimonio. Apion cognominatus Historicus, paulò antè scriptum reliquit, esse etiam nunc in Labyrintho AEgypti colosseum Serapin è Smaragdo nouem cubitorum. Et verò altera eius imago vniuersitatem significabat rerum omnium: ea triceps fingebatur: Canis dextra capitis erat pars, sinistra Lupi, Leonis media, quia trium symbolum temporum, atque ætatum, præteritæ, præsentis, futuræ: aut certè ad prouidentiam, sapientiamque referebatur Dei, qui quæ sunt, quæ fuerant, quæ ventura trahantur, calleret optime.

Obseruandum quod narrat Ruf. loco cita-
T to, in templo istius Serapidis fenestram perexiguam ab ortu solis ita fuisse aptatam, ipsissima Rufini verba do, vt die, qua fuerat institutum simulacrum solis ad Serapinm salutandum inferri diligenter temporibus obseruatis, ingredientes simulacro, radius solis per eandem fenestram directus, os, & labra Serapis illustraret, ita vt inspectante populo osculo salutatus Serapis videretur à sole: cui non dissimile, quod Plin. recitat cap.7.lib.36. his verbis: non absimilis illi narratur in Thebis delubro Serapidis, vt putant, Memnonis statua dicatus, quem quotidiano solis ortu contactum radiis, crepere dicunt.

Additur à Ruf. signũ illud visum in aëre pendere, vi scilicet Magnetis suspensum. Rumorem item fuisse omnium Gentilium, si quis, vt diruerent, simulacrum illud vel digito contigisset, terram dehiscere, & in Chaos soluendam, cælumque repente casurum in præceps: eum tamen à Christianis disturbandum foret, vnus, ex militibus, inquit Ruf. fide, quàm armis magis muni- V
tus, correptam bipennem insurgens omni nisu maxillæ veteratoris illidit.

Planè idem accidit, cum teste Val. Max. lib. 1. cap. 4. Senatus Isidis, & Serapis fana diruenda censuisset, eaque nemo opificum attingere suderet, L. Aemilius Paulus Consul. posita prætexta securim arripuit, templique eius foribus inflixit, quod ita Ioan. Bress. hoc disticho expressit.

Impleat vt Paulus patrum decreta, securi
Proscindit postes Isidis, atq; viri.

Paulò verò ante, quam dirueretur à Christianis, mirum dictu, cum nemo in eo templo esset, auditæ voces canentium alleluia ab Olympio Philosopho, qui aduersus Christianus turbam concitarat, vt est in Trip.histor.lib.9.cap.28. & 27.ex Theod.& Sozom.& Niceph.lib.12. cap. 25. Serò autem hoc numen à Rom. in vrbe receptum, & cultum testatur Lucr.lib.8.

Nos in templa tuam Romana accepimus Isim,
Semideosq; canes, & sistra iubentia luctus.

Et Tertull.in Apol.cit.cap. Serapidem, & Isidem, & Harpocratem cum suo Cynocephalo capitolio prohibitos inferri, id est, curia Deorum pulsos Piso, & Gabinius Coss. non vtique Christiani X
euersis etiam aris eorum abdicauerunt, turpium, & ociosarum superstitionum vitia cohibentes, his vos restitutis summam maiestatem contulistis.

Hoc certè Gentilis etiam scriptor confitetur Strabo lib.postr. Geograph. ita scribens. in Alexandrea Serapidis templum & cultu, & religione excellens, vt etiam doctissimi viri credunt, vt pro se, & pro aliis insomnia ibi captent: sunt qui curas conscribunt, quidam verò virtutes eorum, quæ ibi respondentur: sed ante omnia ingens eorum turba, qui ad solemnia per fossam ex Alexandrea descendunt; nam die, ac nocte manipulis plena est virorum, ac mulierum impudenter canentium, & salutantium cum omni dissolutione. Et hæc iam nimis multa de re vana.

Triplex esse corporis genus; quadruplicem verborum vsum; quid sit noxam nocere: locus in Suet. emendatus, & enucleatus.

CAPVT XX.

PRAECLARVS est is locus, qui legitur A
l. rerum mistura de vsu cap. Pomponij I.C. tria corpora sunt, vnũ, quod continetur vno spiritu, & Græcè φυ-[illegible], dicitur, id est, naturale; aliud, quod ex plu-

ribus

tibus inter se cohærentibus, quod τεχνικὸν vocatur, id est, artificiale in Pand. legitur συνημμένον, id est, connexum, non ἡνωμένον, id est, coniunctum, & acceptus videtur ex Plut. lib. de præceptis cōiugalibus ita scribente, corpora Philosophi dicunt alia ex discretis constare, vt elassem, & exercitum: alia ex coniunctis, vt domum, & nauem: quædam coniuncta esse, atque congenita, vt singula animalia.

Hoc Demetrius Chalcondyles obseruauit lib. 2. præterm. apud Alciatum: Inuenta esse verba, vt dicentis sententiam exprimant, Iurisconsulti aiunt. l. Labeo de supell. leg. quare meritò addunt, eius voluntatem in primis spectandā esse: vsum autem multiplicem verborum ad 4. genera ingeniosè reuocauit Fabius Quinctil. lib. 8. Instit. or. cap. 2. ita scribens. verba 4. modis accipiuntur, ex proprietate, ex improprio, ex vsu, per interpretationem.

B Proprietas verborū assumitur trifariam: primus intellectus est, sua cuiusque rei appellatio: nam non quidquid non est ipsi proprium proprium protinus improprij vitio laborabit, vnde suo loco benè translata dici possunt propria; ita proprietas non ad nomen, sed ad vim referenda.

Secundo modo, proprium inter plura, quæ sunt eiusdem nominis, & vndè cætera deducta, sed hoc ad prius refertur, & ad metaphorā pertinet, Alciati iudicio lib. 2. de verb. sign. in principio.

Tertius, cum res communis pluribus in vno loco habet nomen eximium, vt eum tabernaculum Ducis, siue Regis, Augustale dicimus, & principum militiæ, principium; & quo nil inueniri potest significantius.

Quartus est, quem non attigit Fab. cum res generali aliquo nomine dicitur, quæ species generi suo proprie inest: & cum voce vtimur, quæ lata significatione multa continet: propria verò significatio ex tribus cognoscitur, auctoritate, definitione, etymo: quanquam Cicer. Phil. 3.

C M. Antonium reprehendit, vt impropriè locutum, cum dixit facere contumeliam quod tamen vsurpauit Plaut. Asin. sc. quid hoc sit negotij, & Cato. vt Cic. lib. 7. fam. Epist. 15. ad Gallum duo pro duos scripsit, præter duo nos loquitur isto modo nemo: & lib. 3. epist. 4. ad Appium; quanquam Manut. duos hic mauult leg. illud Græcorum exemplo defenditur, & Virg. testimonio canentis Aen. 11.

Si duo præterea tales Idæa tulisset
Terra viros—

Sic & Hor. lib. ser. 1. Sat. 7.

—Duo si discordia vexet inertes.

Etymon, & allusio ad hoc facit cum definitioni non aduersatur.

Caius l. plebis de verb. sign. noxæ, inquit, appellatione omne delictum continetur, ex quo discs, quid sit noxam nocere. Ergò est delictum facere, quod per noxæ deditionem expurgetur, item damnum significat, & vitium ex aliqua re contractum, vt benè obseruauit quidam in lex. iuris, inde capere, contrahere, concipere noxam dixit Columella seruos ex nimio labore: Ita T. Liuius lib. 3. alia omnis penes milites noxa erat, & Cic. de leg. lib. 3. noxiæ pœna par esto, quæ faciunt, vt hæc verba Modestini I. C. in l. filiū quem habentem, eadem est caussa eius serui, qui noxā nocuit; nec enim delinquendo quisquam pretiosior fit, percipiamus; & illa T. Liuij lib. 9. quādoquidem hice homines iniussu P. R. Quiritiumque fœdus ictum iri spoponderunt, atque ob eam rem noxam nocuerunt, quo P. R. scelere impio sit solutus, hosce homines vobis dedo. cum scilicet deduntur Coss. Sp. Postumius, & T. Veturius. D

Inde noxius seruus, qui noxam nocuit, damnum intulit; & obnoxius, & noxæ dedere, id est, nomine noxæ, nempe ob damnum illatum, vel scelus commissum: & noxales actiones, quæ nō ex contractu, sed ex noxa, & maleficio seruorum aduersum nos instituuntur, vt ait C. l. 1. D. de noxal. action. dicitur & noxia. Sigonius tamen ciuis meus in T. Liuio ex fide codicum vetustiorum legendum monet, noxa nocere. Hoc forte Lexica: non copiosè tamen illustratum. E

Omnino noxam dixerunt antiqui vniuersè id quod nocet: quare culpa, pœna, detrimentum, noxa est: sic noxam exsoluere est à pœna capitalis fraudis, aut culpæ liberare, sæpe T. Liuius ita loquitur: & Seruius I. C. qui contra legem Aquiliam alicui damnum dedit, noxa est.

Noxia de malefacto ipso tantum videtur sumi, vt loco cit. Cicer. de leg. vt in suo vitio, addit, quisque plectatur, vis capite, auaritia mulcta, honoris cupiditas ignominia: sic M. Manilius in Astron.

Quin etiam infelix virtus, & noxia felix.

Plaut. Bacchid. act. 4. sc. 9. sat sit, suspectus sum, cum careo noxia. Ita in Mostell. & Pseud. Terent. Phorm. act. 1. sc. 4. in re incipienda ad defendendam noxiam: sic enim Eun. & Hecyra. ex quo iniuriosus Valla reprehendens Iustinianum. Beroaldus Seruium magno errore affirmantes noxiam dici adiectiuè tantum.

Suet. cap. 8. Vespas. Item Thraciam, Ciliciam, & Comagenem ditionis Regiæ vsque ad id tempus in prouinciarum formam redegit; mendosus est, & pro Thraciam legendum puto Thracheam, id est, asperam, & cum voce Ciliciam iungendum, vt eam partem Ciliciæ nondum à Rom. domitam, quæ aspera dicitur, intelligat. quo modo & Sex. Aurel. Victor in Vesp. emendandus, Syria, seu Palæstina, nec nō Cilicia, Tracheia, & Comagene, quam hodie Augustophratensem nominamus, prouinciis accessere: omnino lege, Trachea. F

Emendationis ratio hæc, quod Thracia iam olim sub Claudio Cæsare prouinciis accesserat Rom. Ita in Chron. Eusebius, S. Hier. interprete,

Thra-

Thracia hucusque regnata in Rom. prouinciam redigitur, de Clandij loquens temporibus, licet de domitis etiam Thracibus libera Republica, & sub Imperatoribus sæpè legamus, qui tamen ad ingenium redibant, vt lib. 12. an. Taciti, & lib. 4. & Suet. in Tib. cap. 4. & Velleio lib. 2. narrante, quod his verbis complexus est Sen. epist. 83. de L. Pisone vrbis custode, huic & D. Augustus dedit secreta mandata. cum illum præponeret Thraciæ, quam perdomuit.

Plinius ex Arist. restitutus: Artemisiam Mausoli & sororem fuisse, & vxorem demonstratum.

CAPVT XXI.

A POLYPVM in tantum locusta pauet, vt si iuxta viderit, omnino moriatur, locustam conger: rursus Polypum Congri lacerant, ita Plin. lib. 9. cap. postr. non dubium, quin ad hæc Arist. respexerit cap. 2. lib. 8. de hist. ani. Locustæ vel maiores pisces vincunt, & locustas Polypi superant vsque adeò, vt si eisdem in retibus senserit locusta Polypum præ metu moriatur: congros locustæ vincunt, nam elabi propter crustæ asperitatem minimè possunt: Congri Polypos superant, eo vesci non possunt.

Sed præstat Græca audire, vt ex his Latinum scriptorem corrigamus. Tollitur ergò ex Plin. mendum si vt Arist. scribit, οἱ δὲ κάραβοι τοὺς γόγγρους. Sic enim Plin. legatur, locusta congrum: ita enim cum Arist. quem transfert, consentiet.

In familiari congressu aliquando Mausoli sororem Artemisiam nominaueram: aderant iu-
B uenes duo periti historiæ; putauerunt me non sententiæ, sed linguæ errore lapsum, qui legerant vxorem: ego verò me sororem Mausoli verè dixi appellauisse, cum vxor quoque esset, vt Iuno Iouis, Isis Osiridis.

Diod. Siculus lib. 15. Hydrieum Cariæ Dynastam Hecatomni filium Mausoli & Artemisiæ fratrem commemorat; ergò Mausoli soror Artemisia, vt Hydriei. Strabo lib. 14. Tres fuerunt Regis Carum Hecatomni filij, Mausolus, Hydrieus, & Pixodarus, & filiæ duæ, quarum senior Artemisia iuncta matrimonio fuit fratri seniori Mausolo; alter verò Hydrieus duxit alteram sororem Adam nomine, sic Luc. dial. νεκρικοῖς, cum Diog. & Mausolus loquuntur Artemisiam Mausoli vxorem, & sororem γυναῖκα, καὶ ἀδελφὴν vocat, & Val. Max. lib. 4. cap. 6. de amore coniug. matrimonium hoc scilicet diuinum. Sic enim primo libro Aen. iactat cælestis Iuno:

C *Ast ego, quæ Diuûm incedo regina, Iouisq;*
Et soror, & coniux---

Vt rideantur iure eam colentes Ethnici à Tert. in Apol. cap. 25. misera illa coniux Iouis, & soror aduersus fata non valuit; planè fato stat Iupiter ipse; & à Lact. Firm. lib. 1. cap. 17. idem de Iside, & Osiride Plut. lib. de ipsis, & Diod. lib. 1. ac post victos 800. Gigantes legem tulisse Aegyptios tradit, vt fas esset sororem à fratre duci. Error igitur est in Lact. lib. & cap. 1. filium Isidis Osirin faciente, vt & μνημονικὸν ἁμάρτημα versum Ouidij Lucano adscribentis cap. 16. antecedente, quod ante me vidit Gregor. Giral. Syntagm. 8. de Diis Gent. talis & Cimon fuit, & soror Elpinice. turpiter, necne, & an contra leges disserui alio libro.

Xanthus in Magicis, Magos docet iure, ac lege cum sororibus, filiabus, matribus congredi apud Clem. Alexan. lib. 3. Strom. & Ptolemæus Philadelphus sororem Arsinoen habuit vxorem: ex quo illud in eum Sotadis liberè dictum, non licere ei in id foramen clauum infigere, quæ ei causa fuit, cur in longissimi carceris pædore miser contabesceret, auctore Plutarch. lib. περὶ παίδων ἀγωγ. D

Redeo ad Artemisiam. Dictis consentit Harpocration voce Ὑδριεὺς Hydrieus; Isocrat. in Philipp. erat hic Dynasta in Caria filius Hecatommi, frater Mausoli, & Artemisiæ. apertius Suid. duas commemorans Artemisias, quarum minorem filiam Hecatommi fuisse, vxorem, & sororem Mausoli. Ita & Tzetzes in hist. chil. 13. num. 455. vtramque bellicosam faciens.

Artemisia quidem vna erat Halicarnassia Caris Mausoli eadem & vxor, & soror; cum Xerse verò militauit nauali pugna: sed inclinata re Persica, cum insequeretur magno impetu nauem è Phœnicia, submersit eam: quod cum vidissent ipsam insequentes Athenienses, sociam esse rati, destiterunt à persequendo: & Xerxes cum hostilem arbitraretur esse nauem, & quæ illam demerserat conspicatus esse Artemisiam è monte Aegialeo vociferatus est. Viri mei fuerunt mulieres in præsenti pugna, contra mulieres ex factis egregiis viri. Vnam quidem habes Mausoli Artemisiam, alteram vero Hecatomni, vtramq; E militarem, & generosam.

Pigrem autem nominat fratrem Artemisiæ Plut. lib. de malignitate Herod. ipseque Herod. Pigrem facit Pæonem lib. 5. & alium lib. 7. vnum ex ducibus, qui mari Xerxem secuti fuerant aduersus Græcos. non omnes igitur Artemisiæ fratres Strabo recensuit, aut mendum est in hoc nomine Pigres; aut ex tribus, alter duplici nomine fuit. Artemisiæ verò, vt mihi videtur, alterius idem Herod. meminit lib. 7.

Esse autem verissimum Carib. licuisse ex lege, & more eandem habere & sororem, & vxorem declarat Arrianus lib. 1. ἀναβ. Alexand. ita Latinè scribens; vniuersæ Cariæ præfecit Adam filiam Hecatomni vxorem Hydriei, qui cum eius frater esset simul & maritus fuit lege Carum, &c.

Homo Ligius quo ritu fiat, & vndè dicatur.

CAPVT XXII.

PER multos legi iuris ciuilis, & Ca- A nonici interpretes, illos præsertim, qui de Feudis agunt, vt ex quo ligius homo, seu Vasallus ligius nominaretur, intelligerem, & qua ratione fieret, nec adhuc mihi plane quisquam satisfecit præter Lud. Pontanum 2. Clem. lib. tit. 11. de Sent. & re iud. §. quod si punitio. glossa, inquit, dicitur autem ligius, quasi ligatus, vel ligius, quasi legalitatem seruans: nec dissimiliter Speculator tit. de Feudis. §. quoniam. super vers. 17. Feudum ligium vocari scribit, quia ligat, vel quia ligalitatem continet, quod non datur, neque requiritur, nisi ab eo, qui non recognoscit superiorem.

Quod ipsum eisdem prnè verbis non contemnendus interptes Iacobinus à S. Georgio repetit tractatu suo de Feudis. Itemque Iason de vsibus feud. in procemio, vers. 106. & addit, Feudum ligium esse, in quo iuratur fidelitas contra omnem hominem de mundo nullius alterius fidelitate excepta: neque enim refugienda sunt B artis verba, tametsi barbarissima: censet etiam speculatorem scribenté multos existimate Feudum ligium dici, quando Vasallus mitrit manus suas intra manus domini, & ibi Homagium, ac fidelitatem facit, & promittit, & ab eo osculum recipit; quod tamen ipsi non probatur. Sic & Bald. & Aluarus, ille l. vnica §. in primo C. de cada. toll. hic de Feud. 14. diuisione. §. rursus, & Ioan. Andr. cit. clem. rem isti, quam quærimus, superficie tenus videntur explicauisse.

Vnus egregie docet Iouianus Pont. omni doctrinæ genere excultus in iis libris, quibus descripsit bellum inter Ferd. Arag. & Ioan. Andegau. gestum: nam lib. 2. exponens, quomodo Vrsus Vrsinus Ferdinandum Regem agnouerit principem, Vrsus, inquit, Neapolim ad Regem profectus iurauit de more Neapolitanorum Regum in eius verba.

Ritus verò iurandi, verborumque huiusmodi formula est. Sedet Rex medius regia in sella editiore loco constituta, assident iuxta primi C ordinis optimates, ac proceres: stant inde purpuratorum frequentes ordines, loco quisque suo: Regis ad pedes genibus innitens à dextra procumbit parte epistolarum magister, qui nunc secretarius dicitur: Sinistra antistes Euangeliorum libros regio in sinu aptatos tenens; horum medius genibus & ipse ille innisus procumbit, qui in verba iurat, vtraque manu libris adapertis imposita. Ibi epistolarum magister verba præit, quæ iuraturus in verba sequitur. Igitur posteaquam Vrsus regios ad pedes prouolutus, palmam in codice vtramque expansam statuit, tum magister præire hæc verba cœpit, Vrsusque ea est secutus.

Vrsus ego Vrsinus Nolæ, & Atripaldi comes, Asculi, Lauri, ac Forini dominus, illorumque & agrorum, & finium, ciuium, atque popularium, tibi Ferdinando Regi, liberisque successoribusque in regno Neapolitano tuis polliceor, promitto, spondeo pro liberis, successoribusque in hisce item vrbibus, opidis, agris, finibusque D meis fidelem, meque illosque vtique futuros, tuisque illorumque Imperiis vbique meque illosque parituros, atque imperata facturos cum hisce vrbibus, opidis, agris, finibus, popularibusque perpetua cum constantia, & fide: si quid verò aduersus teue, illosue parari fraudis, doliue, insidiarumué audiero, sciero, compertumué, significatumué habuero, indicaturum illud è vestigio, ac facturum palam, tibique illisque officia debita obiturum, meque illosque. Omnia domi, forisque pace, belloq; aduersus quoscunque ac pro Imperio, quæ probi, & fidelis subiecti iure, lege, natura obeunda, ac præstanda sunt Regi, Deumque his Opt. Max. testem inuoco, perque sacrosancta hæc Euangelia sciens, volens, libensque verbis conceptis iuro.

Atque his dictis manus ipse è libris sustulit: tum Rex Vrsi manus vtrisque digitis pollicibus apprehensis, suosque intra pollices iis insertis E deuinxit illos suis, statuitque super Euangelia: hic rursum Vrsus magistro præeunte verba, Ego me, inquit, cum liberis, successoribusque meis Ferdinandi Regis mei, Domini mei, liberorum, ac successorum eius ligium hominem statuo, dedicoque eumque me hic sisto, hæc ter vbi dixit, regios osculatus est pollices, Rexque ore suo illius os excepit, moxque comiter appellatum dimisit.

Hic est vsitatus iurandi mos in verba Regum Neapolitanorum, eorumque qui ligios illorum se faciunt: dicti inde ligij, quod ligatis Reges pollicibus illos fidei, imperiisque suis sic vinciant, obnoxiosque statuant.

Hæc Pontanus eleganter, & apertè; qui tametsi de Regum tantum Neapolitanorum ligiis loquitur, eadem tamen vox eundem in cæteris ligiis constituendis morem obseruatum indicat, vt Iurisconsultorum verba sunt communia. Ergò ligius homo à colligandis pollicibus nuncupatus videtur, quod ita liget se Regi, aut Imperatori, vt eius digitis suos.



Hereos quis morbus; quæ exempla? Phthiriasis, qui affectus.

CAPVT XXIII.

A HEREOS morbum, siue affectum Medici ij, qui parum sunt Latini, practici tamen, ductū voluerunt à Germanica voce Heet, quæ herum, siue dominum significat: grauius poterant à Latina deriuare herus, siue heres. Sed vide rationem borum; quoniam, inquiunt, hoc morbo potissimum heri, ac domini, hoc est nobiles, & magnates vexantur: quasi verò non potuisset hæc esse ratio vera, si à voce Latina herus duxissent. Morbus autem est cum præ amore cuiuspiam in furorem quis vertitur: siue, vt in lilio medicinæ Bern. Gordonius part. 2. de Pass. definit, solicitudo melancholica propter mulieris amorem, qui & ipse ignorat Græcam esse vocem: malè tamen à medicis pronunciatam, hoc est, hereos. pro ἔρως. sine aspiratione. Nam & ridiculum eum solos magnates eo corripi affirmant. Quid? non etiam plebei, atque abiecti quique homines amant, & amore insaniunt? Testes mihi Bucolici Theocriti, & Virgilij, Caprarij, Bubulci, Pastores amore furentes Galateæ, Daphnidis, Alexis, Hylæ, quos depereunt.

Amatus Lusit. cent. 3. cur. 56. exemplo demonstrat adolescentis Hebræi, & in scholiis adolescentuli alterius. demonstrare possumus Amnonis exemplo sororem Thamar deperenntis, & comprimentis, 2. Reg. 13. Antiochi Seleuci filij
B ob Nouercæ desiderium tabescentis. & Gal. lib. de præcogn. cap. 6. idem penè commemorat de quadam muliere nescio cuius Pyladis amore incensa.

An istius furoris œstro percitus fuit Galeatius quidam Mantuanus vir alioqui impiger, qui Papiæ cum hibernaret, & vt est apud Iou. Pontanū lib. de fort. 1. cap. 29. forte in ponte puellā quam vnicè amabat, obuiam habuisset, eaque vt per blandam aliquam iocandi speciem amantem ad colloquium inuitaret, quin tu, inquit, bellissime amatōr, qui tantum tibi armatus in acie places, è ponte in amnem amoris gratia desilis? cōcitato repente equo sese demisit in fluuium: quo exanimato, vix Ticino natabundus emersit.

Huius vim affectus medicè, & philosophicè exaggerat Gordonius docens ad insaniam, & furorem corrupto iudicio, & vi æstimandi deprauata sic trahere, vt sæpenumero manus sibi consciscant, & fœdo mortis genere se perimant, qui amore non potiuntur. Hinc illud Ouidij.

A trabe sublimi, triste pependit onus.

Et alterius nescio cuius versificatoris:

C *Omnis amans cæcus, non est amor arbiter æquus,*
Nam deforme pecus iudicat esse decus.

Item:

Quisquis amat ranam, ranam putat esse Dianam.

Qui & cuiusdam Viatici hoc effatum recitat; sicut felicitas est vltimum dilectionis, ita hereos est vltimum affectionis. apud eum vide caussam, affectus, signa, prognostica, curationem, & similia. & apud Philonium lib. 1. cap. 11. qui imperitè cum inscriptio capitis sit de amore hereos, hereos Græce, inquit, idem est, quod dominus Latinè.

Legi qui scribunt hunc morbum ab Auicen. fen. 1. lib. 3. can. tract. 5. cap. 24. Ischion vocari. Græca hæc vox, quæ significat ctus, & coxendicem, ac neruum, qui eam femori committit, siue Ischis, quæ lumbum significat. Cur autem? quia femori consetuisse femur desiderium est amantium, siue potius amatorum: nam qui virtute amicitię amant, & caritate nō ita furunt vt Equus, & Mulus, &c. nisi verò ducatur vocabulum à verbo ἰσχνόω, siue ἰσχαίνω quod est attenuare, & arefacere: qui enim sic amore insaniunt macie consumuntur. Hinc illud Virg. 6. Aen.

Hic quos durus amor crudeli tabe peredit. D

Et Theocr. idyll. 1. Vbi tandem fuistis ô Nymphę cum Daphnis amore tabesceret? & paulò post. Quis te ita conficit, cuius verò amore adeo flagrans, siue incensus es? omnino affectus hic non hereos. sed Eros dicendus, vt ij, qui furunt præ amore ἐρωμανεῖς vocantur:

Πᾶ ποκ' ἄρ' ἦσθ' ὅκα Δάφνις ἐτάκετο; πᾶ ποκα νύμφαι,
Τίς τυ κατατρύχει, τίνος ὦ 'γαθὲ τόσσον ἔρασαι;

Et vetus auctor P. Aegin. mirificè huius morbi affectiones persequitur lib. 3. cap. 17. vt & Auic. lib. 3. fen. 1. tract. 4. cap. 22. sub nomine Alhasch non Ischion, hoc est, animantium. Medicina pręsentissima, ne furor fit, initium amoris dabit, hoc est, si venienti obsistas generosè amori.

Phthiriasiu, hoc est, pedicularem morbum à Græco φθείρ, qui pediculus est, esse familiarem capiti, mento, ciliis verè scriptores tradunt. Nam his potissimum locis, in quibus pili sunt, gignūtur: credo etiam alis, siue axillis, & pubi, quæ partes ad corruptionem proniores, & viciniores putori: corpus tamen comprehendit totum.

Scimus ex lectione historiarum, itemque experientia plerosque vermibus viuos consumtos. Arist. scribit lib. 5. hist. Anim. cap. 31. Pherecydem virum sapientem, & Alcmanem poëtam Lyricum, & Plin. lib. 7. cap. 51. & 11. cap. 33. & 1. libro F Diog. Laërt. & Poëta medicus Q. Serenus.

Sed quis non paueat Phericydis fata tragœdi?
Qui nimio sudore fluens animalia tetra
Eduxit turpi miserum quæ morte tulerunt.

Adiungit Plin. eodem lib. 7. Syllam faustum, infaustum. cap. 43. & lib. 11. cap. 33. & fœditatem appellat hunc morbum, erodente, inquit, se ipso corpore, & supplicia sibi gignenti, & cap. 51. serpentium nomine pediculos intelligit. Herodes duos impietatis suæ pœnas vicíscente Deo soluisse per vermes, siue serpentes toto erumpentes corpore, Iosippus lib. Ant. Iud. 17. cap. 8. & S. Lu-

cas

cas in Act. cap. 12. narrant: quanquam Iosippus pudendas tantum partes abundasse vermibus affirmat. Eadem lib. 2. Macc. cap. 9. de Antiocho refert, & nostra ætate potentissimus Rex Hisp. Philippus 2. eodem morbo interiit. alios in Off. Text. lege.

Quod autē prodit Arist. Amatus Lusit. cent. 3. schol. cur. 58. confirmat se Olisipone quendam sibi notum fuisse, cuius ex corpore duo Aethio-
F pes mancipia plenos pediculorum cophinos ad mare solitos deportare, is Tabora dicebatur: Anconæ item alium Venetum, quem ipse sanauit; vt iam experientia probetur, verum esse quod scripsit Plut. in Sylla eius carnes in pediculos planè fuisse conuersas vsque adeo, vt tunicæ omnes, thermæ, lauacra, sedes, dapes eius redundantia sordis implerentur: & cum singulis diebus in aquam immitteret sese, proficeret nihil. mox enim pediculorum infinita copia opprimebatur.

Materia porrò pediculorum humiditas est putrida, quam ad partem cutis expulit natura, & dispositio ad generationem eorum calor non naturalis. ita Aet. lib. 2. serm. 2. cap. 65. & Auicen. lib. 3. fen. 3. tract. 3. ca. 1. qui & cant. 3. parte cap. penult. ex humore nasci phlegmatico docet. quod idem est: & fusius lib. 4. fen. 7. tract. 3. cap. 26. pronum autem esse in iis pediculos gigni, qui varietate ciborum vescuntur, & minimum exercentur, & corporis mundiciem non seruant, neque balneis lauantur. vide & Rasin 2. cont. tractat. 9. cap. 65.

Obseruatione dignum vsu ficorum immodico copiam pediculorum gigni: hoc sanè docuit Auic. lib. illo 4. & auctor lib. de dissol. cont. cap. 6. qui inter spurios Galeni conjectus est: caussa G fortasse illa quod neque compactam, neque firmam generaut carnē, sed turgidulam, & subinanem, non solidam, vt panis, & suilla, vt scribit Gal. lib. 2. de alim. cap. 8. Probat exemplo eorum qui vineas & ficos custodiunt, & vuis, ficubusque viuunt, qui nisi panem adhibeant obesi fiunt, ac pingues, sed laxa, atque præhumida carne, quanquam Gal. hoc non affirmat de ficubus virentibus, sed de siccis, hoc est caricis, siue ischadibus quod non valde purum sanguinem gignant: & ficulno tamen lacte vermiculosæ aures sanantur. attigit hoc nihil non sciens Cælius lib. antiq. lect. 18. cap. 9. auctoribus non citatis, more suo. Hæc 17. libri Coronis, & vmbilicus.







HORARVM SVBSECIVARVM LAELII BISCIOLAE MVTINENSIS SOCIETATIS IESV

LIBER XVIII.

Alchimia nomine, & re quid valeat, quid prisci, & noui de ea auctores senserint explicatum.

CAPVT I.

A CVm de officiis. & motibus vitę Christianæ, vocant casus conscientiæ, Mediolani dissererem Anno huius sæculi 1571. putaui, & docui vocem hanc Alchimiam ex Græca corruptã esse, Chalchymia, nam χαλκὸς æs, & χέειν fundere, vel χυμὸς, id est, succus, seu liquor, quod nimirum varia fundantur metalla, & liquentur ad efficiendum aliud. v.g. aurum; nec mutaui sententiam: longè tamen alia ratione censeo explicandam.

Corruperunt vocem Arabes, præponentes articulum Al. corruperunt & Latini scriptores Barbari Chymia dicentes, vel Chimia, est enim Chemia, vel Chemea, enunciandum, Græca enim vox est χημεία, quam ita Suid. interpretatur, præparatio, siue apparatus argenti, atque auri, ἡ τοῦ ἀργύρου, καὶ χρυσοῦ κατασκευή. legi. qui voce Latina Alchimia primum velint vsum fuisse Iulium Maternum: B sunt & qui χρυσοχοϊκὴν nominent, Id est, artem fundendi auri, vt, qui eam exercet. χρυσοχόον, & χρυσοχοεῖον; quibus non assentior. nam hic Latine argentarius est, siue aurifex, vt illa ars horum: potius χρυσοποιὸς, vel χρυσουργὸς hic; illa χρυσουργία, siue χρυσοποιΐα nominanda, vt nominat, si rectè memini, Mich. Psellos, & ex eo in quodam suo dial. Giraldus: & errant qui per ει, & per υ χειμείαν, vel χυμίαν scribunt. vtitur & duobus aliis vocabulis Psellus. vt mox leges.

De nomine habes; rem nunc accipe. Præclarè ex libris Syrorum I. C. Scaliger exercit. 127. de subtil. contra Card. obseruauit, Magiæ, & transmutatoriæ artis; Chemica hæc est, vires, vias, & fines esse simillimos: opus, & finem Chemistarum esse corpus in corpus: opus, & finem Magiæ esse spiritum in corpore. Magi suas affectiones, violentias appellant; propterea quod vires suas supra eas, quæ naturæ ordine fieri videntur, exercent: Chemistæ suum opus nominant fortitudinem; hoc enim significat decantatum illud Elixir, in cuius fide omnem oppignerant C naturam. Tantum Scaliger.

Vtrum sit ars vlla eiusmodi, atque facultas, quæ verum efficiat aurum, quod profitentur Chemistæ, à doctis Philosophis, ac Theologis sępè disputatum fuit, & adhuc tamen sub iudice lis versatur.

Arabes, qui mihi huius videntur artis, si vlla est, esse principes, quod facilè ipsi consilium à dæmonibus capiant, qui ferè Chemistis sunt familiares, fieri negant, quod ego propterea eos sentire, & scribere demiror (cum Gabr. Fallopius ciuis meos lib. de metall. fictam Chemicam exortam cum secta Mahometana tradat. Inuentorem enim fuisse nescio quem Mahometis nepotem ex filia) veram transmutationem, tantum in accidentibus colore, pondere, & similibus fieri, ita apud Alb. Magnum lib. 3. de miner. cap. 9. Auicenna, & in Meteor. apud AEgid. 3. quodlibet quæst. 8. Auerr. in paraphrasi in 1. lib. de gen. an. & contra Algaz. in phys. disput. 1. cap. 55. ars, inquit, in qua dubium est, an reperiatur: & si reperitur, fieri non potest, vt sit ipsum met naturale, quod fit: nunquam enim ars vim assequitur naturæ.

D Suffragantur istis plerique Theologi, & Philosophi, S. Thom. in 2. d. 7. quæst. art. 1. ad 5. de auro speciatim negans; quia, inquit, non potest calor ignis formam auri illam attingere, quam solis calor efficit definito loco minerali: qui aliis tamen locis videtur aliter existimare: sed vtrum aduersetur sibi, ex his intelliges, quæ Siluester habet in summa hoc verb. & Tab. eod. ver. & Armilla. Idem putauit Aegid. & conciliator 209. diff. cum multis nouis, doctisque Medicis, & Philosophis.

Alb. autem Magnus lib. 2. de miner. cap. 2. tract. 1. hæc ars, inquit, maximè præ cæteris artibus naturam imitatur. & cap. 4. difficiliores existimat esse Chemistarum actiones, atque imperfectiores in lapillorum transmutatione, quàm in metallorum; cuius hæc est ratio, quòd vim formandi materiæ non possunt tribuere, & calor vrendi vi præstans, vstiuus, inquit ipse, incertissimè agit, cum vis è cælo petita sit certissima: ita artè hanc Chemiæ veram esse opinatur; & multis, iisque subtilibus argumentis probat apud
E Card. & Aut. Mirandulanum Ianus Lacinius, & apud Gruthium alij lib. 2. cap. 6. qui quidem Mirand. lib. 19. de euers. sing. certam Sect. 7. tam esse difficilem scribit, vt debeat ἀδύνατον existi-
L mari: quo modo & noster Bened. Pererius lib. de Magia 1. cap. 12. noster item Greg. à Valentia in disput. 6. generali de virtute religionis quæst. 13. puncto 2.

Quibus fauet S. Thom. 4. lib. Met. digress. de color, lect. 1. cognitionem istius artis esse quidem affirmamus difficilem, ac dispendiosam, non tamen impossibilem, cui maximè confert Quartus meteorologicus liber, & reponens inter subalternatas Philosophiæ naturali facultates opus habentes corporale, hoc est, mechanicas, ita in commentario ad lib. Boëth. de Trinit.

Mihi valdè est probabile aliquando fuisse hanc artem, & tradita eius præcepta, si vlla fides habenda Suidæ, & Psello lib. de Chrysopœia ad Constant. Ducam, & inuolucro fabulæ, quæ rem veram solet indicare: nunc fortasse aut incognitam, aut certè malè cognitam, peius exercitam,
F nec mirandum: cum sciamus veteribus, fuisse nota non pauca occulta nobis, vt contra: tertio certè lib. Arist. de anima text. 36. Auerr. Arabum doctissimus, inter eas artes, quæ & addisci, & inueniri possunt, cum tamen hactenus latuerint,
B Chemicam reponit.

Ergò Suid. voce χημεία auctor est, sanè ex quopiam veteri scriptore, Chemeæ libros à Diocletiano inuentos, & crematos, ne huius artis studio, atque ope pecunias AEgyptij conflarent, & facilius aduersus Imperium Rom. res nouarent, vt erant irritabiles, & factiosi, & ad tumultus, ac seditiones promtissimi.

Rursus verbo Δέρας, vellus aureum, quod tanto labore, tot maris itineribus quæsierunt Argonautæ, interpretatur libros, qui artem continerent Chemicam, auri scilicet conficiendi, id quod & Psellus adnotauit, & apud eum tradidit Charax, & Apollonij 2. lib. Argon ad hos versus:

—Τὸν ῥα χρύσειον ἔθηκεν Ἑρμείας.—

Quod aureum fecit Mercurius. Interpres colligit hanc pecuniæ comparandæ artem, & auri conficiendi opera argenti viui, quod à Chemistis Mercurius dici consueuit, cum fabula prædicet vellus illud contactu Mercurij Dei factum fuisse aureum. A Methodus videlicet erat, ac ratio, & via ordine tradita auri conficiendi, vel di- G
scribendi. B

In Orphei apud Apollin. versibus intuebere commemorari ab eo pulueres omnes, quorum vsus est necessarius ad coniungendum argentum auro, ita vt non in summis tantum partibus colorem auri concipiat, sed etiam in intimis. Eustath. quoque refert 7. libro Il. Phrixum pellem arietis, quo vectus fuit, iam immolati Ioui inaurasse adhibitis custodibus Draconibus. Plura apud hunc per te lege.

Porro vellus aureum prouerbio dictum ait Suidas, quod miror collectorem Batauum vel ignorasse, vel omisisse, de iis, qui ex rebus parui pretij, ac vilibus pretiosissima quæque eliciunt; siue de his, qui artem norunt parandæ pecuniæ, in eoque industriam suam ponunt: ita volunt isti pellem hanc auream, methodum fuisse Chrysopraxiæ, id est, auri conficiendi, aut etiam Chrysographiæ, id est, auri describendi, scilicet huius artis præceptorum, quæ in membrana notarentur, quam maximoperè appetiisse Argonautas duce Iasone, & plurimi fecisse, ideoque Colchos nauigasse.

Nec sum tamen nescius alios ita fabulam ex- H
plicare, quòd villosæ apud Colchos essent oues, ex quarum lana ditescerent pastores: alios, quòd ea regio auriferos haberet fluuios, ac torrentes, in quos pellibus iniectis aurum colligebant: certè Eustath. refert eius regionis populos, Thoanas appellat, Soanas Strabo lib. 11. colligere ex torrentibus aurum pellibus villosis, id est, μαλλωτοῖς δέρεσι; quod ipsum fortasse accepit ex libro 11. Geogr. Strab. qui addit Iberes forsitan eodem nomine vocatos, qui scilicet ad occidentem solem sunt, hoc est, Hispanos, quòd apud vtrosque aurum inueniatur in fluuiis: de quibus libro 3. commemorat, eos non è metallis tantum aurum eruere, sed etiam è fluminibus ac torrentibus multum pluere, ob quam caussam lauacra eos habere auri, χρυσοπλύσια nominat.

Varinus item Camers in Lex. pellis, quæ asseruabatur in Colchide re vera non erat aurea, hoc enim poëticè dicitur, sed liber pellibus descriptus complectens artem per Chemeam auri cō-
ficiendi: ad quam artem Lilius Giraldus, & Io- I
an. Picus mala quoque aurea Hesperidum referri voluerunt: quorum prior, cum Mich. Pselli de ea librum posteriori dono misit, & hoc epigrammate illustrauit.

Si velut Æsonides Nepheleia vellera quæris,
Non per Cyaneas illa petenda petras.
Si quæ Tantaleis latuerunt ædibus Atrei,
Non ea Tantalea fraude paranda tibi,
Hesperidum si mala cupis seruata Dracone,
Non opus Herculeo, Pice, labore tibi.
Si quidquid nigris auri defertur ab Indis,
Non est cum trucibus pugna futura feris.

Si quidquid Lydii, vel Iberi voluitur vndis,
Non tibi per gentes longa terenda via est.
Omnes ecce tibi ignotos quacunq; parandos
Thesauros paruo codice Psellus habet.

K Hæc forte non legerunt plurimæ lectionis, & acerrimi iudicij nonnulli æui nostri scriptores: at lege nostros Pererium, & Gregorium, & Andream Grutinium in libro, qui solus Philosophus, siue compendiosa nouæ medicinæ, & Chemiæ refutatio inscribitur, vt omittã Christoph. Landinum in Dant. comœd. qui duas Alchimiæ explicat formas, vnam veram, alteram falsam.

Et ferè esse falsam citati demonstrant auctores multis argumentis, & Gregorius in primis exempla celebris illius Chemistæ, impostoris potius Marci Bragadini Cyprij, qui nostro æno apud quosdam Principes magno in honore fuit, quem tamen vanitate ipsius detecta in mortis publicæ supplicium optimus Bauariæ Dux anno 1591. commutauit: & ingenti vulnere Apostolica sedes percusit Ioan. 22. Pont. Max. grauissimam in eam proferente sententiam, quæ legitur in constitutione, cuius est principium, spondent, inter extrauagantes reposita, de crimine falsi.

Cuius tamen quatuor, seu fructus, sinè vtili-
L tates, exponit Card. lib. 10. de Variet. rerum cap. 51. hac oratione. prima est, quis potest vnũ metallum facere simillimum alij, vt ferrum æri, & æs auro, & argento, idque clarius appatet in gemmis.

Secunda, cum id quod in aliquo potentia cõtinetur, per vim ignis excitat, extrahit, & ad perfectionem perducit.

Tertia, cum ea quæ superflua sunt, vi sua absumendo detegit, vt cum ex calce alumen excipitur, quod ignis vi non est genitum, sed exceptum: iis fit id, quod vocant multiplicationem, cum ex terra ipsa, quæ aliquid continet, quod continetur, excipit.

Quarta, vi ignis multas facere potest compositiones, atque separationes non minus vtiles, & lucrosas iis, quæ ab Alchimistis tam anxiè quæruntur, & ambitiosè promittuntur, transmutationibus; quod exploratum esse potest in multis generibus liquorum, succorum, aquarum, puluerum, & id genus rerum.

Quod si velimus esse Theologi, & quærere, sitne fas exercere artem hanc, & an expediat Reipublicæ; primo capiti melius nemo respondeat Caietano, his quatuor effatis, primum est, absolutè ars Chemica licita est, quod nihil habeat tectæ rationi aduersum.

M Secundum est, redditur illicita ex vtentium abusu, nam & vanis occupantur compositionibus, & patrimonia consumunt.

Tertium, non iniustè facit qui rem Chemice factam, vt talem vendit, nam ratio est par, & æqualis cum reliquis arte factis rebus.

Quartum, iniustè facit vendens pro vero, & naturali, quod ab hac arte est factum, quoniam qui fallit, iniustus est, Tu, vt hæc illustres, nostros Pererium & Gregorium consule, & alios plurimos Philosophos, Medicos, Theologos, Iurisconsultos, ne singulis recensendis te morer.

Persimile trium illustrium virorum factum, ac dictum argutè proponitur.

CAPVT II.

HYRCANVM Iosippi cuiusdam filium narrat Iosippus alter lib. ant. Iud. 12. cap. 4. adhuc adolescentem eximia A
uisse prudentia, & in responsis acumine; vnum eius responsum Ptolemæo Regi datum, cum ab eo cena exceptus fuisset, mirè collaudat. Postremus illi tanquam puero in discumbendo locus obtigerat, atque ante eius pedes cæteri conuiuæ ossa carnium, quas edebant, iactabant: qui assidebat facetus homo, & dicax Trypho, vt adolescens pudore suffunderetur, illeque occasionem nancisceretur patris eius calumniandi, ad Regem conuersus, vides, ô Rex, inquit, tantum ossium cumulum ad huius pedes adolescentis? Puta sic ab ipsius parente Syriam vniuersam nudatam, ac spoliatam: Regi tum subridenti, & tot ossium ante eum iacentium caussam à puero quærenti respondit argutissime puer, & mordacissimè: ego verò homo sum, ô Rex, qui sola carnibus vescor: at isti; cæteros indicans conuiuas, sunt canes, qui ossa etiam vorarunt. Ita fuit admirationi, qui calumniæ petebatur.

Similis est Ioan. Pontani 6. de serm. lib. narratio, cum de facetiis loquitur. Quæraldus ore fœ- B
do, & reliquo corpore parum composito, summa tamen comitate præditus, maximisque in negotiis exercitatus Senator fuit Petri Arag. Regis: is missus aliquando ad Regem Africæ, fuit ab illo in cenam adhibitus, quam nostrum in morem Rex apparari iussit editioribus in scamnis: Afri enim in solo super tapetis discumbunt, cenitauerunt complures simul: Rex, qui & ipse comis esset, & iocandi studiosus, iussit clam colligi ossa omnia, eaque ad pedes Quæraldi illo nesciente coniici: finita igitur cena, cum aulæ magistri iussu mensæ essent sublatæ, appare retque ossium cumulus; tum quispiam à Rege submissus, quid hic, inquit, ossium video? Lupus profectò hic cenitauit; non homo, Tum Quæraldus ad Regem conuersus, mihi, inquit, ô Rex, cum lupis in cena negotium fuit, quando luporum est & carnem, & ossa simul obrodere, quod comessatores isti tui fecere: ego verò, vt homo, vt omnino comis carnes absumsi, ossa in humum abieci in canum pastum, atque oblecta- C
mentum.

mentum. Pulchrè fœdus homo, quia prudens; respondit.

Tertia est Ioan. Villani, an alterius Italici scriptoris? historia quam legi, de Dante Aligerio excellenti Philosopho, ac poëta. Hic patria pulsus aduersa Nigrorum factione Veronam ad Canem Scaligerum se contulit: is fama percepta eum faceto esse hominem, atque amœno ingenio Dantem, experiri induxit in animum, ad cenam inuitat, ante discumbentis pedes præcipit suis, vt ossa carnium, quas cæteri conuiuæ ederent, iactarent: sublatis mensis, cum ingens aceruus ossium ante Dantis appareret pedes; Papè, Scaliger dixit, quantum carnium consumsit Dantes? Tum ille subridens, ne ossa quidem, si canis fuissem, superfuissent mihi, ait. Canis admiratus responsi argutiam, hominē complexabundus osculatur, & reapse, quæ de eo rumor spatserat, vera esse probauit. Ecce tibi factum, ac dictum trium nobilium virorū simillimum, Hebræi primi, Hispani medij, postremi Itali.

Junius Otho apud Senecam quis fuerit: duorum vel trium coniugum paria concordia inter se.

CAPVT III.

A SENECA pater, hoc est, M. declamator nobilis Iunium Othonem sæpè in suis declamationibus, siue caussis fictis commemorat, nunc quidem cum laude, nunc cum reprehensione, interdum absolutè, lib. 1. controu. Contr. 1. patruus abdicans. Othonis Iunij pater, timeo mutationem, & ille nihil priua ex bonis, quàm filium, perdidit. & contr. 8. ter fortis. Iunij Othonis patris. Optimus virtutis finis est, antequam deficias, desinere. & lib. 2. contr. 1. adoptandus post tres abdicatos, in colore, quæ postrema est pars controuersiæ. Otho Iunius nullam rem certam posuit, sed tantum circumuentam à vito mulierem egregiè tractauit: cuius actio, quam vtilis fuisset, statim apparuit, Nigro Brutidio dicente, &c.

B

Et paulo ante, Otho Iunius pater solebat difficiles controuersias bellè dicere, eas, in quibus inter silentium, & actionem medio temperamento opus erat. Edidit quidem quatuor libros colorum, quos bellè Gallio noster Antiphontis libros vocabat: tantum in illis somniorum est; & hoc vitium ab antiquis, qui artem dicendi tradebant, duxerat. Illi enim colores probant, qui non possunt coargui, non vt omnia asseuerent. In quibus verbis, quid illud significet, Antiphontis libros, non intelliget, qui nescierit Antiphontem libros de insomniis scripsisse, vt Suid. est auctor.

Ad Othonem redeo, inquit Seneca, à quo longius aberraui. Solebat hos colores adhibere, qui silentium, & significationem desiderant, benè itaque & hanc controuersiam hoc colore dixit, tamquam in emendationem abdicaturus, & quæ sequuntur, quæ ita concludit. Totam benè dixit controuersiam, sed hoc genere, vt putares, illo dicente dicendum fic esse, deinde mirarere, quid illi suspiciosa actione opus fuisset, cum apertè diceret. bene de hoc vitio illius Scaurus aiebat, illum acta in aurem tegere, lege tu, legere, ex emendatione Lipsij, quæ item placuit Mureto. C

Libro item 7. controuersia 3. extrema, ter abdicatus venenum terens. Otho Iunius ineptam sententiam videbatur dixisse, non multum interest mea, aut enim me, aut filium meum voluit occidere. & controu. 7. cauete proditorem. Otho Iunius pater, præsagiis quibusdam & insomniis hanc fortunam prænunciantibus agitate comperisse dixit: erat aut ex somniatoribus totus vbicunque illum deficeret color; somnium narrabat. & libro decimo, controuers. 5. Parrhasij Prometheus ad finem, Otho pater, cum pro Parrhasio diceret, in hoc colore derisus est: quia conciderant, inquit, per proditores Olynthij, volui pingere iratum proditori suo Iouem Georgius multo stultius, &c.

Tandem controuers. 3. lib. 1. incesta de Saxo. In parte, quæ dicitur color. Othonem Iunium patrem memini colorem insulsum inducere, quod minus ferendum est, quod libros colorum edidit. Fortasse, inquit, pœnè se præparauit: & ex quo peccare cœpit, cadere condidicit. Itaque in eo ipso reprehenditur à Sen. quod maximè est professus, & cuius tradidit præceptiones, hoc est, colorum orationis. lege adnot. Mureti in contr. 1. lib. 2. D

Fuit igitur hic Otho, quem lib. 3. ann. Tacitus ita describit, cum prætorem fuisse narrat, & caussam C. Silani Asiæ Proconsulis repetundarum postulati corripuisse cum Brutidio, Iunio Othoni litterarium ludum exercere ars vetus fuit, mox Seiani potentia Senator, obscura initia impudentibus ausis perpolluebat, ita sub Tiberio vixit, & hunc intelligo Iunium Prætorium, cuius meminit Sen. Filius in ludo de morte Claudij: atque hic pater fuit.

Filium puto fuisse eum quem Tribunum plebis narrat fuisse extremo pæuè 6. ann. lib. Tac. Lælius Balbus Acutiam P. Vitellij quondam vxorem maiestatis postulauerat, qua damnata, cum præmium accusatori decerneretur, Iunius Otho tribunus plebis intercessit: Vnde illis odia, mox Othoni exilium, credo sub Claudio, pater, nisi forte sub eodem Trib. trucidatus, cum cæteris Seiani assectis: cum illius familiares, atque etiam notos persequeretur, vt ait, in Tiber cap. 61. Suet. E

Exempla habemus omnino pauca ex omni memoria vitæ diuturnæ concordis,& pacatæ inter virum, & vxorem: ex his illustre Paterni, & eius vxoris, vt eorum indicat sepulchri inscriptio.

D. M.

F S. Siluius Paternus vxori cariss. exempli, cum qua vixit ann. 32. sine vlla animi læsura E. S. digna vxor, cuius nomen non oblitcrasset mors.

Alterum extat apud Plin. Iuniorem libro 8. epist.epist.5.ad Geminium. Graue, inquit, vulnus Macrinus noster accepit,amisit vxorem singularis exempli; etiamsi olim fuisset, vixit cum hac 39. ann, sine iurgio, sine offensa. quam illa reuerentiam marito suo præstitit, cum ipsa summam mereretur? quot, quantasque virtutes ex diuersis ætatibus sumtas collegit,& miscuit? habet quidem Macrinus grande solatium, quòd tantum bonum tamdiu tenuit, sed hoc magis exacerbatur,quod amisit,&c.

Tertium est Christianorum tanto illustrius, ac nobilius, quanto illustriores coniuges fuerunt qui vitam diu simul cum pace traduxerunt, rex,& regina, hoc est, Ferdinandus, & Isabella, qui regnum Hispaniæ ex æquo administrauerunt tanta inter se concordia, quanta nulli contigit regum. Nihil gerebatur, quod non ab vtroque deliberatum, constitutum, & subscriptum esset, Hispaniæ regni commune erat no-
G men: communi nomine legationes expediebantur: in commune exercitus comparabantur: bella communibus auspiciis gerebantur: & neuter altero maiorem sibi administrationis in eo regno auctoritatem vendicabat. ita Sabellicus libro septimo, Enn.10. & Fr. Guicciard. libro histor. sexto, rarum omnino pacis,& concordiæ, amorisque coniugalis exemplum.

Horum via incedunt Allobrogum, ac Pedemontij Principes, qui nunc prole numerosa felices viuunt Carolus, Emanuel, & Catherina Austria: consensio certè animorum maximum in coniugio bonum, vt libro coniug. præcept. Plutarch. sapienter docuit.



Mundi muliebris definitio, & distinctio, de eo Plauti, & Tertulliani ioci.

CAPVT IV.



MVNDVS muliebris, vt ait Varro lib. 4. de lingua Lat. dictus à munditie ornatus, quasi ab orenatus: sic enim A maximè sumitur, quod eam deceat, ita ob id paratur speculum. Definit eum hoc modo Vlpianus l. argum.§. mundus. D. de aur.& arg. l. mundus muliebris est, quo mulier mundior fit, mox distinguit inter mundum muliebrem,& ornatũ: mulier enim potest esse munda, non tamen ornata, vt quæ se lauat, nec se ornat: contra, est aliqua ex somno statim ornata, nõ tamen munda, item Paulus,& Scæuola l. pediculis. §. Titia d. eod. Iabolen. ead. l. Plautius l. si quis ita legauerit, l. vxori qui d. eod. l. heres meus. §. vxoris meæ D. de leg. 3. mundũ,& ornamenta vt diuersa ponunt. rursus idem Paulus lib. 3. sent. §. mundo muliebri. probat Catellianus Cotta memoriali, cuius initium, Vdones, siue, vt ipse scripsit, Vndones cilicij. testimonio Liuij.

Melius omnino Festus Pomp. mundus, inquit, etiã dicitur ornatus muliebris, sic iure confutat Iurisconsultos Phil. Beroald. in 4. lib. Asini aur.& adnot. in Colum. demonstrans mundi appellatione muliebris cõtineri, non ea solum, quibus mundior fit mulier, sed illa etiã, quibus ornatior B idipsum nomen significat mundus, quem κόσμον Græci nomine ornamenti appellauerunt, nos à perfecta, & absoluta elegantia, quam significat, mundus. Cõplectitur speculũ, gemmas, anulos, inaures, armillas, vestes, vnguẽta,& similia, quib. mulier ornatur. Clara sunt in scriptorib. exẽpla.

T. Liuius lib. 34. in oratione Catonis pro lege Oppia, munditię ornatus,& cultus feminarũ indicia sunt: his gaudẽt,& gloriantur: hinc mundũ muliebrẽ appellarunt nostri Maiores. & lib. 2. de bel. Maced. non aurũ modo iis, sed & postremo, vestem, mundumq; omnem muliebrem ademit: nam & Colum. lib. 12. cap. 3. postea mundum muliebrem. qui ad dies festos comparatur; & hunc neutro etiam genere profert Lucilius 16. Sat. apud Agell. lib. 4. cap. 1.

Legauit quidam vxori mundum omne, penumq;
Quid mundum? Quid non? Nam quis diiudicet istuc?

Paulo diuersius à I.C. Tertull. lib. de habitu mu- C liebri c. 4. habitus feminæ duplicẽ speciem circumfert, cultum,& ornatum. Cultum dicimus, quem mundum muliebrem vocant: ornatum, quem immundum muliebrem conuenit dici. Ille in auro,& argento,& gemmis, & vestib. deputatur: iste in cura capilli,& cutis,& earũ partiũ corporis, quæ oculos trahunt. Alteri ambitionis crimen intendimus, alteri prostitutionis: κόσμον γυναικεῖον nominat Plato 2. lib. de Rep.& Xenoph. lib. 8. Pæd. Cyri,& Gal. de suarum perturb. cogn.

& re-

& remedio, cum de margaritis, ac lapillis, quibus se mulieres exornant, esset locutus, adiunxissetque aureos vestium contextus, quorum confectioni longum tempus consumitur, vel quæ materiam desiderant à remotis petitam regionibus, hæc omnia κόσμον γυναικεῖον nominauit.

Verè autem mulierum ornatus mundus appellatur, circa quem, vt nos Itali diceremus, insumunt v' mondo di tempo: certè commune hoc vitium est mulierum, vt nunquam se planè, ac plene ornatas existiment, atq; omnem mundi mundum si sibi circumponerent, vix adquiescerent: hinc illa celebris Ter. Heautont. act.2. sc.2. Gnome, nostin' mores mulierum? Dum poliuntur, siue moliuntur, dum comuntur, annus est.

D

Sed hanc earum in se comendis vanitatem, moram, insatiabilitatem lepidè Plautus amplificauit in Pœnulo act.1. sc.2. mulieres comparans nauibus, quæ nunquam satis abundè possunt instrui, audi facetissimum poëtam.

Negotij sibi qui volet vim comparare, nauem, & mulierem,
Hæc duo sibi comparato; nam nulla magis res dua
Plus negotij habent: eas forte si exornare acceperis,
Neque vnquam ha dua res satis ornantur, neque eis vlla satis
Ornandi satietas est.

Quod idem Propertius lib.1. ad Cynthiam complexus est hoc distieho eleg.15.

E

Et potes externos manibus componere crines,
Et longa faciem quærere desidia.

Imo hinc, id est, ab hac in se ornando mora mulierem, quasi morierem nominatam, festiuè affirmat in Milite act.4. sc.7. Ita Pleusidem amatorem inducens loquentem.

Mulier profectò nata est ex ipsa mora.
Nam quæuis alia, quæ mora est, æquè mora, sius atque mora,

Vt Pius Bonon. legendum putat, naui item comparat absoluendæ,

Minor ea videtur, quam quæ propter mulierem est,

Aptissimè ad amãtis mulierem hominis, & moram expectandi ægre ferentis, quomodo & ipsa mulier ob hanc ipsam ornatus vanitatem, cum sæpè alio properet, properare tamen haud sinitur: quod in Didone ad illud Virg.4. Aen.

Reginam thalamo cunctantem ad limina primi
Pœnorum expectant——

F

Seruius adnotauit; properare enim debebat amistrix, quod amans quidquid agit, properat omnia, vt in Pœnulo act.3. sce.1. Agorastodes loquitur, sed φύσιν naturam vincit. Id ipsum Plautina Stephanium his verbis Sticho expressit act.5. scen 5.

Morem vobis geram mea delitiæ, nam ita me Venus amœna
Amet, vt ego hinc iamdudum exissem vobiscum foras,

Nisi me vobis exornarem: nam ita est ingenium muliebre, (tamen.
Bene cùm lauta, tersa, ornata, ficta est, infecta est

Natiua est mulierum ista conditio; vt pulchriores videantur, atque amentur magis, & hæc fortè oritur ex altera, insita videlicet ipsis desidia, atq; inertis, quod natura frigidiore sunt, quia terteę, igitur tardæ, atq; otio sæ: quæ caussa est cur Hipp. 2. lib. δαίμων scribat mulieres viris esse humidiores, & ad terricula timidiores, & ad visa laruarum admittenda faciliores in lib.7. παρθένων, &c. & Gal. lib.2. de temper. pinguiores, & Alex. siue Trall. siue Aphrod. problem.1.q.4. celerius canescere, tum ob frigus, tum ob ocium, quo earum corpus superflua facilius ebibit. G

Vanitatis autem ornatus muliebris acerrimus reprehensor est Tertullianus tum eit. lib. tum lib. de cultu fem. cap. maximè 7. & 10. & cap.6. Apol. & in pædag. Clemens Alexand. lib. præsertim 2. cap.8. & lib.3. cap.11. S. quoque Cyprianus lib. de discipl. & hab. Virg. toto, in quo sæpe magistrum suum imitatus est Tertull.

Seleucum legimus 12. versus ex Hes. Theogonia sustulisse ea tantum de caussa, quòd Minerua sapientiæ præses nimis diseribitur occupata in ornatu Pandoræ. Plut. quoque lib. qui inscribitur, præcepta coniugalia.

Ab hoc ornatu, & mundo adagium illud ortum puto, quod omissum fuit à collectore, cuius exempla sunt veterum scriptorum apud Carisium Sosip. lib.1. in mundo esse, hoc est, in promtu, & ad manum; siue, quia promtum, & paratum semper habent suum mundum feminæ, seu quia omnia contineantur mundi complexu. Vtitur Plaut. quia sciebam in mundo fore. Ennius, tibi vita, seu mors, in mundo est, Cæcilius quoque Aonæus Cornutus, &c. Adde nescio cuius, sed hominis, qui eleganti planè, ac polito esset ingenio, versiculos H

Mulier melle mellior,
Et quo nitentior, eo nocentior,
Quæ dum te souet, sibi fauet,
Et dum videt, rodit, ac radit
Quæ corpus carpit, & aurum haurit,
Idq; latenter, ac lactanter,
Non virgo, nec virago, sed vorago,
Quæ viros vorat, & amando mandit.

Omnino festiuè, ac verissimè. Extãt & prisci nescio cuius poëtæ bi duo versus:

Omnis mulier intra pectus celat virus pestilens
Dulce de labris loquuntur, corde viuunt noxio.

Lege Plutarchum in præceptis connub. vbi de honesto mulierum ornatu habet quædam insignia planè monita exemplis, similibusque præclarè expressa ad hoc argumentum faciunt, quæ obseruat Eustathius in libro Iliad. 19. cum de Briseide loquitur Homer. quam similem Inducit aureæ Veneri: auream scilicet dictam Venerem vel ab auro gestando, quod mulierum est proprium, ita enim Homerum præstrinxisse vi- I

tum nescio quem, qui autum gestaret mulieris instar: vel quod auto captentur amores mulierum, quod in Danaë demonstrant fabulæ, & in Atalanta, aliisque, uam & Veoerem auro gaudere ex historia constat, qua commemoratur à Solone exædificatum populari Veneri, siue hospitæ delubrum, ad quod meretricularum, quæ aurum adducunt, instituit officiuam icum & ipsa Venus epithetice Meretrix nominetur: quibus autem mulieribus, & apud quas gentes auro ornari liceret persequitur, lege alia io 3. Iliad. librum.

Apum Castitatis amor: vox in Geop. bene reddita contra Cornarium: Saturnini J. C. locus Demosthenis similis; Mart. epigr. ex Græco.

CAPVT V.

A  VRATORI apum, eum alueos debebit tractare, prouidendum maximè, vti pridie castus sit ab opere Veneria, vt ait Iunius colum. cap. 14. lib. 9. conuenit, ioquiunt quidam, eum Plutarcho cap. 36. libro de caus. natur. quod ego io natur. quæst. reperire non potui, scio plerisq; locis mutilas, fortasse qui citaut, habuerunt iotegras: tantum lego in præcept. connub. creditum est irritati, & pugnare apes, si quis eas à mulietis concubitu recens aggrediatur.

Immo diu post incidi in Stephani, & Xylandri libros, & typos in quibus reperi Græce non loqui Plutarchum; tantum est io latina conuersione hæc & quæstio, & responsio, cur apes citius pungunt, qui stuprum dudum fecerunt? an quòd animal est munditiæ, & elegantiæ perstudiosum? præterea ab olfactu valet plurimum? cum itaque impuri congressus propter impudicitiam, & immoderatam libidinem soleant esse immundiores, & citius ab apibus deprehendùntur, & odium vehementius aduersus illos concipiunt: citatq; versus Theocr. & Pind. quos mox ego subiiciam.

B Iudicat & Plinius lib. 11. cap. 16. inprimis præcipitur, vt lauti, purique eximant mella: furem, & mulierum menses oderunt: & quod mirere lib. 19. cap. 7. prodit, apes furtiuas pessimè prouenire. Animal videlicet omnium munditię studiosissimum, inquit, eum omnibus, Albertus Magnus lib. 8. de an. tractat. 4. cap. 4. plurimum item præstat odoratu. hine apud Theocrit. Ecl. 1. quæ Thyrsis inscribitur, vel oda, iocosè à pastore Venus mittitur ad Anchisen, vt apum Aculeis propter adulterium configendum.

—te confer ad Idam,
Confer ad Anchisen, vbi quercus, atque Cypirum.
Crescit, apum strepit atq; domus mellistua bombis.

Et Pind. in Pyth. paruula fauorum fabricatrix, quæ Rhæcum illius domans perfidiam aculeo pupugisti: in quem Scholast. notat, apes omnea propter castitatem sacras esse Cereri: sanè B. Eucherius apem virginitatis habere symbolum tradit, opinor, ex vulgata opinione, quam his versibus celebrat Virg. lib. 4. Geotg.

Illum adeo placuisse apibus mirabere morem,
Quod nec concubitu indulgent, nec corpora segnes
In Venerem soluunt, aut fetus nixibus edunt.

Et Arist. pluribus locis attingit, & Albertus Magnus probat lib. 17. de an. tractat. 2. cap. 2. eum tamen in ipsis sexus reperiatur, & S. Ambrosius repetit lib. 5. in Hexamet. cap. 21. & 1. lib. de Virgin. & maximum tamen examen constituunt filiorum. C

Plinius cap. 17. lib. 11. proposuit quæstionem, fetus, inquiens, quonam modo progenerarent, magna inter eruditos, & subtilis quæstio fuit: apum enim coitus visus est nunquam; plures existimauere, oportere confici floribus compositis aptè, atque vtiliter: aliqui coitu vnius, qui rex quoque appellatur, examine: hunc esse solum marem, præcipua magnitudine, ne fatiscat, &c. Quod confutat Arist. Ita intelligimus verba illa Flot. in Geop. lib. 15. c. 2. maximè inuadunt mulieres, quæ concubuerunt.

Earundem munditiæ signum, quòd Plinius lib. 11. cap. 8. ait, fructibus nullis nocetur: mortuis, ne floribus quidem, non modò corporibus insidunt, & Arist. 9. de hist. an. lib. cap. 40. simulatque interierit aliqua, foras exportant cadauer.

Alter est in Geop. locus cap. 4. lib. 15. ex Didymo. nunquam fugient apes, si bouis primogeniti stercoribus illeueris præsepiorum ostiola. planè vt Palladius lib. 1. cap. 39. creduntur apes non fugere, si stercus primogeniti vituli ad linamus oribus vasculorum; connectit tamen Cornarius vituli recens nati: licet enim vox, & casus Græcus vtrumque significet, & ignorem na cuius sit nominatiui, an πρωτότοκος, an πρωτοτόκου, satis tamen veteris auctoris Palladij verba, quomodo accipiendum esset, & conuertendum hoc vocabulum, debuerant monere Cornarium: itaque aut primogeniti vertendum, aut vaccæ, quæ primum enixa est. D

Addetu ex Pliuij libro 21. capite 20. Melissophyllo, siue Melittena si perunguntur aluearia, non fugient apes: nullo enim magis gaudent flore: copia istius examina facillimè continentur, &c.

Extat locus D. de pœnis, quo Claudius Saturninus præclarè explicat, qua via delicti natura cognoscatur. Qualitate, inquit, delicta cognoscuntur, cum factum vel atrocius, vel leuius, vt furta manifesta, à non manifestis discerni solent, rixæ à grassatutis, expilationes à furtis, à violentia petulantia: quem sanè hæc summi oratoris Demosth. verba grauissima illustrant, E

lustrant, & fortasse animum doctus I.C. ad ea intendit, cum scriberet: quæ latina fecit Alciatus lib. 2. dispunct. cap. 16.

Interdum Martial. suos epigrammatum lusus petit à Græcis; vnum modò occurrit epigr. 52. lib. 6. quo ludit in Harmocratem, siue Hermocratem medicum, opinor, ex euentu seuerissimum, atque asperrimum. quod sic habet.

Lotus nobiscum est, hilaris cenauit, & idem
Inuentus mane est mortuus, Andragoras.
Tam subitæ mortis, caussam, Faustine, requiris?
In somnis medicum viderat Harmocratem.

Eodem planè modo lib. 2. Anthol. epigr. Græcorum iocatus est Lucilius in Hermogenem medicum. Hermogenem medicum cum vidisset Diophantus in somnis, non amplius surrexit, licet medicinam attulisset. A

Sportularum significatio, atq; vsus quis; de Sycophanta notione falsò Alciatum scripsisse.

CAPVT VI.

A 

SPORTAM, & sportulam à sparto, ex quo conficiebatur, à vel portando, propter vsum, quem vulgo exhibet dictum voluerunt Grammatici: & quoniam pecunia, interdũ etiam cibus in vsum quotidianum consueuerat deferri, & pro cibis, & pro pecunia cœpit vsurpari sportula, quam malè Suidas duplici l. enunciat, si modo caret mendo Græcus codex: facile latina verba Græculi corrumpunt, vt nos Græca.

Dicitur & sportella, quo vtitur Suet. & Cic. in fam. epist. lib. 9. epistol. 20. dediscendæ tibi sunt sportellæ, & artolagani tui: quo tamen loco videtur genus esse mensæ secundæ, vt saccus, sacculus, sacellus Pediano: differt autem à cena ex sportula, quæ prouerbio fertur apud Græcos ἀπὸ σπυρίδος δεῖπνον: cuius meminit Athen. lib. 8. qui & sportæ libro 14. & Arrianus in Epict. cum quis cenam suam sportæ imponebat, ferebatq; domum eius, qui cum erat cenaturus: habet enim hoc non nihil symboli cum symbola.

B Ergo distributio pecuniaria, siue obsonium, quod pauperculis egentibus, & salutatoribus à diuitibus dabatur, atque patronis siue populo à principibus sportula, siue sportulæ dicebantur apud Romanos, transierunt ad Prouinciales Romanis parentes: hinc verba Plinij lib. 10. ep. Traiano scribentis epist. 119. & 121. & 123. qui virilem togam sumunt apud Bithynos, vel nuptias faciunt, vel ineunt magistratum, vel opus publicum dedicant, solent totam bulen, id est, senatum, atque etiam è plebe non exiguum numerum vocare, binosque denarios, vel singulos dare, &c. Nam & superiore quadam epist. 120. ad eundem, videtur honorarium appellare, quod inferunt, qui Decuriones fiunt, sportulæ sic indicum pro honorario, siue salario eorum sub rubr. de sport. Iud. C. & l. 31. §. executoribus C. de Episc. & Cler.

Et sunt Iurisperiti, qui sportulam propriè scribunt esse capsam pecuniæ condendæ paratam C caussa, sed consuetudinem tulisse, vt pro ipsa pecunia vsurparetur, alicuius item lætitiæ caussa per liberalitatem quod dabatur sportula nominata: & Claudius Cæsar, vt in eo tradit Suetonius cap. 21. extendit hoc nomen etiam ad muneris gladiatorij præmium, sic enim loquitur. Anniuersarium in castris prætorianis, sine venatione, apparatuque iussum, atque legitimum in septis, ibidem per extraordinarium & breue, dierumque paucorum, quodque appellare cœpit, sportulam: quia primum daturum se dixerat, velut ad subitam, condictamque cenulam inuitare se populum.

Merces quoque dari solita causidicis atque aduocatis, & omnino actoribus, ita Plinius lib. 2. epist. Maximo scribens epistol. 14. conuenitur in media Basilica, vbi tam palàm sportulæ, quàm in triclinio dantur: ex iudicio in iudicium pacta mercede transitur: carpit scilicet iudiciorum corruptelam, seu potius vilitatem, & sordes actorum ad caussas agendas vel exiguo lucro conuolantium.

Quæ porrò dabantur à principibus, Dio narrat frequenter tesserulas fuisse ligneas, quas ex D summo theatro in populum spargebant, quibus signa inerãt vestis, vel argenti, aut vasis aut pecorum, aut seruorum, siue esculentorum, quas qui accepissent, oportebat ad distributores adferre, à quibus quod inscriptum erat, ipsis dabatur, qui & Traianum dona per has tesserulas viris, ac mulieribus in theatro, & circo separatim dedisse tradit, quod ego non reperio in Xiphilino Dionis: qui mos in multis Italiæ nobilibus locis tenetur ad subleuandam pauperum inopiam.

Circa finem lib. 49. de ludis, & magnificentia Agrippæ. erant scilicet donatiua tesseris impressa cuiuscunque generis, ab Imperatoris officialibus ex alto demissa, seu in populum iactata, siue æreæ essent monetarum instar minorum, siue ligneæ sculptas habentes volucrum, ferarum, gemmarum, vestium formas, quas qui deinde ostendebant, veras consequebantur vestes, gemmas, &c. 1. lib. epigr. Mart. epigr. 20.

Adfuit immensam pecudum genus omne ferarum, E
Et supra vatem multa pependit auis.

Lib. 8. epigr. 78.

Omnis habet sua dona dies, nec linea diues
Cessat, & in populum multa rapina cadit.

Lineam diuitem appellauit, quod Italicè diceremus, Fili di perle. Stat. 1. Silu. In Saturn.

Inter quæ subito cadunt volatu
Immensæ volucrum per astra nubes.

Centum quadrantibus, ecce quattriui definit Mart. lib. 10. epig. 93.

Sportula nos vinxit quadrantibus arida centum.

Et

Et lib.6. epigr.82.

Quanti libertas constet mihi, tanta requiris?
Centum quadrantes abstulit illa mihi.

Et 3.lib.epigr.7.

Centum miselli valete quadrantes.

Et 12.

Dat Baiana mihi quadrantes sportula centum.

Idem Iuuen. Sat.1.

——densissima centum
Quadrantes lectica petit——

Paulò ante dixerat:

Sportula quid referat, quantum rationibus addat,

Et postea:

Sportula, deinde forum, iurisq; peritus Apollo.

F Qui cum lib.10.epigram.ad Diod.est 27.scribat, perlautè, & magnificè acceptos ab eo senatores, & egentes conniuio.

Natali Diodore tuo conuiua senatus
Accubat, & rarus non adhibetur eques,
Et tua tricenos largitur sportula nummos.

Luxum ostēdit hominis plebei s. citharœdi, qui maiorem daret, quàm viri nobiles, sportulam.

Sportularum mentio sæpè fit à Poëtis æui illius primi sub Rom.Impp. vt à Iuuen. & Martiali, & aliis scriptoribus, vt Plinio: & in corpore Iuris l.si mulier D. de don. inter vi. & vx. l. spurij D. de decurionibus. Vbi Papinianus minores scribit 25.annorum decuriones factos sportulas decurionum accipere, licet suffragium ferre non possint: meminit & in 7.lib.Asini & in Apol.2.L. Apul. videntur autem sportulæ respondisse Prytaneis Græcorum, licet hæc vox pateat latius, & plura significet. Consule Budæum in comment. Tim.Græcæ, & Aristoph.Scholiasten Nubibus.

Adde notionem aliàm sportulæ: cum enim lis esset contestanda, actor, & reus contribuebant pecuniam, deponebantque, qui in caussa succu-
G buisset, omnia dependebat, ea dicebatur sportula, & vel fisco addicebatur, vel eam iudices pro sua mercede retinebant: ita Suidas pro sportula dari solitam partem decimam eius, quod à debitore petebatur, ait, qui ver. σπόρτυλλα δῶρα, inquit, ἐπὶ πάντων διδόμενα παῤῥησίᾳ, hoc est, dona ab omnibus liberè data.

Hinc statutum à Iustiniano, vt si iudicio quispiam maiorem summam petiisset, omne damnum, quod ex ea caussa reus fecisset, resarciretur ei cum tripli additamento, authen. de iudice. §. si quis autem, redactam ad hoc, vt in centenos quosque aureos, octo exsoluerentur, cum alioqui denos præstari necesse esset.

Allusit pulchrè Tertul. ad hunc morem sportularum 3. libro adu. Marcio. cap.16. nomen Iesu Christo Marcionis demonstrans non conuenire. Nunc si nomen Christi, vt sportulam furunculus captauit, cur etiam Iesus voluit appellari, &c. Nam qui non erat cliens, nec ordinarius Salutator, & ingerebat se ad accipiendam sportulam, verè furunculus erat sportulæ.

In Ecclesiasticis quoq; libris sportulæ est memoria: vt apud Cyprianum ep.34. ceterum pres- H
byterij honorem designasse nos illis iam sciatis, vt & sportulis iisdem cum presbyteris honorentur, & diuisiones mensurnas æquatis quantitatibus partiantur, vnde & dicti sportulantes ab eodem ep.66. vt qui in Ecclesia Domini ordinatione clerica promouentur, in nullo ab administratione diuina auocentur, nec molestiis, & negociis secularibus alligentur, sed in honore sportulantium fratrum, tanquam decimas ex fructibus accipientes ab altari, & sacrificiis non recedant, &c.

A sportulis videlicet, id est, certo vitæ stipendio, quod singulis clericis per menses, aut dies singulos ab Episcopis distribuebatur, alludens ad sportulas Romanas, de quibus titulus est in cod. Iuris de sport. & sumtu in diuersis Iud. faciendo. Hæc autem sportula, siue distributio stipendij clericorum fieri solebat ex quarta illa bonorum Ecclesiæ parte, de qua & meminit epist.60. idem Cyprianus.

Sanè olim duplex erat clericorum ordo; qui- I
dam enim communem vitam agebant; alij separatim viuebant, vt est apud S. Augustinum duobus serm. de comm. vita cler. & S.Prosp.c.2.& 9. de vita contempl.& S.Greg. ad quæst. Aug. Angl. Episcopi. hic quidem Romę, & in Anglia, alter in Galliis, primus in Africa, quorum illi communi mensa ab Episcopo sustentabantur: his verò pro meritis singulorum certa numorum quantitas, aliis maior, aliis minor distribuebatur: inter quos certas etiam sportulas presbyteris datas amplius, quàm Diaconis satis cit. ep.34. S. indicat Cypr. & Theoph. in illud Apostoli 1. ad Tim. 5. qui bene præsunt presbyt. adnotans honorem, necessariorum suppeditationem accipiendum, vt ex iis, quæ inferuntur ab Apostolo liquet: & quidem honorem vocari 2. obseruat vel respectu viduarum, vel diaconorum, quod placet magis: immo & simpliciter, pro multo, & ampliore honore.

De posterioribus videtur etiam loqui S. Hier. epist. ad Nepot. & alias frequenter nimium clericorum Rom. luxum carpens.

Nota obiter vocem illam, mensurnas, idem e- K
nim significat quod menstruas: vsus est Nouatianus Rom. presbyter, vtinam fidei Rom. tenax, lib. de Trin. ipso ferè initio. Nam & in solidamento cœli Luciferos solis ortus excitauit, lunæ candentem globum ad solatium noctis mensurnis incrementis orbis impleuit, & S. Cypr. ep.28. interim à diuisione mensurna tantum se contineant, non quasi à ministerio Ecclesiastico priuati esse videantur, &c. Imo & Cicero, vt lib.2. Priscianus affirmat, mensis mensurnus facit, sic enim Cic. posuit pro menstruo li.1. Rhet. pars quædam æternitatis, cum alicuius anni, mensurni, diurni, nocturni, & Vespertini certa significatione.

In Iustin. verò Cod. tit. de sport. & in instit. Tribon. non puto bene explicari sportulas, pecu

nias, quæ nunciis dabantur; minus bene Accursium addidisse, quia in sportulis quibusdam obligationes ponebant.

L Συκοφάντειν, & συκοφαντίαν notat Alciatus 2. lib. dispunct. cap. 26. Festum scribere dictum ab eo, quod est ficos mandere apud Athenienses, & collector prouerbiorum Chil. 2. cent. 3. prou. 81. apud eosdem pœnam capitis constitutam iis, qui furto auferrent ficos, idemque libro 3. Athenæum tradere, qui addit eum locum, vbi primum fuit reperta ficus, sacram ficum nominatam, id est, συκῆν ἱερὰν.

Magno sane in pretio erant ficus, qui ergo huius criminis detulisset aliquem, is dicebatur sycophanta, quæ vox vsurpari deinde cœpit contra eos, qui litem quacunq; de causa, & ob quancunque rem, & tametsi leuissimam, intenderent, & alios facilè calumniarentur.

Appellati iidem φιλεγκλήμονες, συκωροί, συκοφάνται, συκολόγοι, συκάζοι, φιλόδικοι, συκάδες, συκόπαιδες: quales fuerunt plurimi etiam Romæ sub Tiberio, & consequentibus Imperatoribus vsque ad Domitianum, si demas Vespasianum patrem eius, & fratrem Titum, & alios omnino paucos, vt hæc verba Sen. lib. 3. de bon. cap. 26. de suo sæculo ad horum omnium sæculum iure traduci possint. sub Tiberio Cæsare fuit accusandi frequens, & pæne publica rabies, quæ omni ciuili bello grauius togatam ciuitatem confecit, excipiebatur ebriorum sermo, simplicitas iocantium. Nihil
M erat tutum. Omnis sæuiendi placebat occasio. Nec iam reorum expectabatur euentus, cum esset vnus. & Plin. in panegyr. vidimus delatorum iudicium quasi grassatorum, quasi latronum: non solitudinem illi nouerant, siue, non iter. sed templum, sed forum insederant, &c.

Vox item traducta ad homines nequam, ac nihili significandos. Comicis Græcis familiaris, & Latinis Plauto, atq; Terentio Aristoph. Pluto Schol. pœnam iis fuisse narrat, qui ficus ex Attica terra exportassent, quod item legis in Plutar. serm. de vitiositate, & in vita Solonis: ita ortum nomen hoc ἀπὸ τοῦ σῦκα φαίνειν, nam φαίνειν est apparere, & σῦκα ficus: quamquam idem met verbum accusare etiam significat, vt sycophanta possit intelligi, qui propter ficus accusat.

Isti hæc verba sunt apud Athenæum lib. 3. c. 3. quibus indicat lege cautum Athenis non licere cuiquam ex agro Atheniensi natas ibi caricas
N exportare, vt soli ipsius incolæ his fruerentur, cum multi reperirentur, qui eos accusabant, sycophantas primum dictos: cum alia sit nominis ratio in Aristoph. Schol. fame videlicet terram Atticam premente plerosq; sacras Diis ficus λάθρα κατέφαγον; & alia ex Philomnesto apud eundem Athen. ibidem.

Polymnestus in libro de 5. Mintheis Rhodiis ait, inde sycophantam nominatum, quòd eo tempore è mercatura ficuum, vini, & olei tributa colligerentur, & portoria; quique ea non soluissent, multarentur: hæc qui facerent, & exigerent, sycophantas, vt credibile est, appellauerunt: ad quod munus eligebant ciues probatissimos.

Ex Festo tamen Paulus Episcopus aliter commemorat, solitos iuuenes quosdam petulantiores in hortos irrumpentes ficus decerpere, eamque fuisse legis caussam, vt qui id fecissent, capite plecterentur; & eos, qui hanc pœnam persequebantur ob patuula detrimentra, sycophantas appellatos: quorum delationibus Constantij Cæsaris aures facile patuisse narrat lib. 14. Ammianus Marc. O

Petitur ex fabula, siue historia huiusmodi altera huius vocabuli ratio quæ a Max. Planude refertur in vita Aesopi. serui quidam Domini Aesopi delatos aliquando ficus ex agro deuorarant, & culpam in Aesopum conferebant: hic, vt se innocentem probaret, aquam tepidam hausit, & putam euomuit: idem vt alij serui facerent, Dominus præcepit; fecerunt: cum aqua absumtas ficus reiecerunt: ex hoc euentu sycophanta dictus, vt nunc dicitur is, qui falsum crimen alteri impingit. verum non hæc origo traditur à Planude ex hoc egregio facto Aesopi: sed calumniam ei factam narrat.

De sycophanta lege quędā in Alciato de verb. signif. l. 232. & vsurpat verbum Imp. l. 17. c. quibus ex cau. inf. irr. etenim cum non cognita caussa, dictum est ἀσυκοφάντητος.

Archontes qui; notatus Clem. Alex. de lege Spart. & Arist. de Ceruorum cornibus. Calij error duplex de Galen. ætate, & quæ remedia διαφορητικά.

CAPVT VII.

MINIME dubium, quin ἄρχων Gręcis sit absolutè, qui præcipit, imperat, dominatur, vt ἀρχόμενος, cui imperatur; subditus hic, licet non valdè latinè: ille princeps. Dignum notatione, quòd vbi Græcè in sacris literis ἄρχοντας legimus, & vulgò latinè principes redditur, hos enim significat vox, & magistratus. A

Tertullianus ferè vocem Græcam Archontes retinet, lib. aduersus Iud. cap. 9. producens Isaiæ cap. 1. locum nam & Archontas Sodomorum appellat Archontas vestros, quomodo libro adu. Hernog. capit. 19. significationem interpretatur vocabuli, & lib. de resurrect. carnis cap. 20. Isai. 3. Venturum in iudicium Deum cum presbyteris, & Archontibus populi, & Psal. 2. adstiterunt reges terræ, Herodes, & Archontes conuenerunt in vnum, cum 3. lib. adu. Marc. cap. 22. Principes legat: qui paulò ante sic effert locum 4. cap. act. B
Ap. renunciauerunt Presbyteris, & Archontibus, & sacerdotibus Iudæorum.

Legitur hoc nomeu in quodam Adriani Cæſ. teſcripto. D.de iud.l.pars litterarum, non intellectum ab Accurſio, Bartholo, & ſectatotibus, antiqnitatis, & verborum ignaris, qui vniuerſè de omnibus ſummis magiſtratibus interpretantur, meritò ab Alc.lib.4.diſpnnct. c.6.confutati. Perſpicuè enim de peculiari loquitur Athenenſium magiſtratu, cuius mentio fit à Cic. lib. de fato Arthonte Pytharato, vt Plutar. in decem orat.vita, iu Dinarcho: Ael.Spartianus in Adriano, Athenis, Archnn fuit. Treb. Pollio. In Gallienis duobus: cum tamen fibi milites dignum principem quærerent, Gallienus apud Athenas Arehnn erat, id eſt, ſummns magiſtratus, vanitate illa, qua & ciuis fieri deſiderabat, & ſacris
C omnibus intereſſe Demoſth. ſæpiſsimè, Plnt.or. 2. de fort. Alex. cum Theſmothetas, & Archontas ſorte lectos prodit, vt pleroſque alios omittam.

Ergo Archon prinata, & propria notione Athenienſium magiſtratus erat iudiciorum præſes, moderatorq; ſummus, inſtar prætoris Rom. eratq́ne ex collegio eorum, quos vocabant Prytanes, immò princeps collegij, Prytauis etiam dictus.

Vnuſne, an piures eſſent, dnbium videtur. Pauſ.in Att. Vnum facit & Plut.in Polit. ac Pollux in Onomaſt. lib.8. Suid. hoc verbo ἄρχοντες, nouem, Theſmothetas ſex, Archontem, Regem, Polemarchum: ſed illi intelligunt ſummum, quem & nomine Nomothetæ interpres Demoſthen.afficit.

Notat vero Snid. antè Solonem fas non fuiſſe ipſis ſimul exercere iudicia: ſed Rex quidem ſedebat apud Bucoleum Prytaneo vicinum Polemarchus in Lyceo: Arthon in loco, qni Eponymi dicitur: Theſmothetæ poſtremò ad Theſmotheſium: ita erāt iudiciotum domini, & poſt Solonis leges tantum poteraut iudicium ferre de litigatoribus ἀνυδίκων, inquit, ipſe.

D Ἀρχόντα magiſtratum conuertiſſe Plin. videtur lib.33.cap.7. Theophraſtns 90. annos ante Praxibulum Athenienſium magiſtratum, ſunt eodices, qni magiſtrum legnnt. Ad 2.Imperator vſurpauit pro qnouis magiſtratu D.de iud.l.48. Magiſtratus, qno anno magiſtratum gerunt, ſicque ptnpriam agete cauſſam ſiue agendo, ſiue defendendo.

Spartanorum attribuit legibns, quòd Ephororum præcepto, atqne imperio tribnere debebat. Alexandrinus Clem. lib.2. Strom. non valdè longè à fine. Latonnm legiſlator, ſic enim vertit Gentiauns, non ſolum pœnam impoſnit ei, qni vaorem non duxiſſet, ſed etiam ei, qui vnam tantùm; & ei, qui duaiſſet ſerius; & ei, qui ſolus viueret. Cnm ex hiſtoriarum monimentis compertum ſit apud eos legem vnins tantum vxoris ſuiſſe: ita enim Herod. lib.5. Id eſt, Terpſichore narrat Anaxandridem Regem, cum ſororis filiam haberet in matrimonio ſterilem, ne genns Eurytheideficeret, iuſſum, vt eam repndiaret, cum nou aſſentiretur, coactum, vt alteram duceret:
duxit Perinetadem Demarmeni filiam, ea qua E
ſuſtulit Cleomenem; poſt qnas nuptias prima vxor tres ei peperit liberos, Doricum, Leonidē, Cleombrotum, in regno tamen ſucceſsit Cleomenes uatu maximus; & hunc Anaaandridem hiſtoriæ celebranr, vt ſolnm ex Spartæ regibus, qui duas habuerit vxores, vt Herod.hic, & Pauſanias in Lacon.

Ariſtot.lib.9.de hiſt.an.cap.vlt.ceruos ſcribit, ſi cum per ætatem nondum gerunt cornua, caſtrentur, nou emittere cornua. Conſentit Plin. lib.8.cap.32.non decidunt caſtratis cornna, nec naſcuntur: qui auctores difficile poſſunt à me defendi; cum repugnent eaperientiæ, quæ eſt in ceteris beſtiis cornutis perſpicua. Boues exſecti cornibus ſunt maioribus, quàm tauri, iuquit Colnm.lib.6. cap.20.

Ipſe Ariſt.10. probl. cap.56. quærens, cur non calneſcant Ennuchi, reſpondet, qnòd mnlto ſint cerebro: cur antem? Quia Venere abſtinent; ita ſemen non defluit è cerebro: quæ cauſſa eſt, cur & Bones caſtrati maiorum ſint cornuum: de Eu-
nuchis, & Spadonibus idem affirmat Hipp.lib. F
de natura pueruli: vt de puerls Ariſt.3.de hiſt.an. cap.11.& Pliu.lib.11.cap.37. de fluuium eorum, id eſt, capillorum, in mnliere rarum, in ſpadonibns non viſum, nec in vllo ante Veneris vſum; & Ariſtot. lib.5. de gen. an. cap.3. declarans à Venereo coitu euenire caluitium iis, qui ſua natura proniores ad caluitium ſunt: quæ forte ratio, cur Romæ celebraretur Venus calua, ſcilicet, quia calniciem efficit.

Iulius capit. in Maximinis duobus prætereundum ne illud quidem eſt, quod tanta fide Aquileienſes contra Maximinum pro ſenatu fuerunt, vt funes de capillis mnlierum facerent, cum deeſſent nerui ad ſagittas emittendas: quod aliquando Romæ dicitur factum. Vnde iu honorem matronarum templnm Veneri calnæ Senatus dicauit, ita Capitolinns, diuerſam reddens canſſam, vt & Vegetius libro 4. de re milit. & Lactantius lib.1. diu. inſtit. meminit & S. Auguſtinus epiſt.44.

Iam verò vſu Veneris maaimam cerebro ad- G
ferri nnxam medici tradunt, & ex his Tiraquellus, qui nihil non legit p.15. Gl.1. in 15.l. connub. itaque non conſiſtit Ariſtotelis pronnnciatum, niſi ſi diuinare velimns, in eo ceruos à ceteris diſtrepare cornutis.

Falſum eſſe quod vulgo etiam à nonnullis viris creditum eſt, Cl. Galenum Niconis Aſtrologi, & Geometræ filinm præſtantiſsimū medicum annos vixiſſe 140. demonſtro; tametſi, qui hoc affirmauit, Rhodig. lib 30. cap.12. in prouerbinm Galeni valetudinem abiiſſe pro inoffenſa, & maximè proſpera teſtatur, quòd tanta fuerit abſtinentia, vt nnnquam ad ſatietatem ederit, aut biberit, nnnquam crudi quidquam guſtarit; ex

quo factum, vt suaueolenti esset anima, quod item scribitur de Alexandro Magno, & citra vllam affectionem, morbosam intellige, solo defecerit senio.

Aduersatur primum Suid. 70. tantum vixisse annos tradens in ἰξῶ 6. & ipsemet Galen. morbis se conflictatum scribens, primò choli doloribus lib. 2. de loc. aff. febre diaria lib. 5. de san. tuenda, & 2. libro de alim. corruptione dentium, & lib. de bonis, & malis succis, cap. 1. affirmat se in adolescentia, & iuuentute sæpius ægrotasse, quæ indicant, nec tam prosperà fuisse valetudine Galenum, neque tamdiu vixisse.

H Tametsi in iisdem libris de sanitate tuenda se prouecta iam ætate nonnunquam febri tentatum ex lassitudine testetur, alias nullo morbo multis iam annis laborasse, & quibusdam in membris percussum, quibus ictibus alij solent corripi phlegmone, aut bubone, nunquam se hæc passum; quòd arti suæ, atque industriæ in corpore curando adscribit, quamuis plurimum vigilarit tum ob assiduitatem studendi, tum ossicij caussa erga amicos, & ciues, circa tamen 28. annum diaphragmatis abscessu, siue dextri hypochondrij afflictus fuit. Ita ab horæorum omnium, hoc est, fructuum, qui ab æstate vsque in autumnum colliguntur, esu abstinebat, præterquam ficuum, & vuarum: quo morbo vt liberaretur, monitus in somnis fuit, vt venam secaret inter indicem, & pollicem sinistræ manus, lib. de curatione per phlebetomiam: quod item Cęlius narrat lib. 17. cap. 9.

I Præterea ingrauescente iam ætate se pœne somno priuatum fuisse testatur. vnius loci rantum ipsa Galeni verba proferam ad extremum librum.

Idem Cælius lib. ant. lect. 27. cap. 28. malè putauit διαφορητικὰ medicamenta esse, quæ aluum subducunt, & leuigant, cum debuisset interpretari, quæ discutiunt, siue dissipant per habitum, atque insensibilia, vt loquuntur medici, expirationem, vel euaporationem, quæ Græcè est διαφόρησις, euaporatio videlicet humorum, succorum, aut potius vaporum per corporis meatus, qui sub sensum non cadunt, eiectio, siue transpiratio, cum absque suppuratione soluuntur, & euanescunt; διαφορεῖν Græcè dicitur propriè, Celsus digerere conuertit, discutere alij, constat hoc ex lib. 6. de morb. secundum gen. Galen. & lib. 5. simpl. med. cap. 15. Aetio Tetrab. 2. serm. 2. c. 135. & sæpe Alex. Trall.

Idem lib. 28. cap. 35. vocem ἐμβροχὰς cum vsurpasset, lib. tamen 3. cap. 3. reiicit, cum idem sint, quod ἐμβρέγματα. id est, irrigationes, perfusiones, aspergines, ac linimenta, id est, quæcunque humida, & liquida, quæ fronti, temporibus, & aliis partibus corporis discutiendi, compescendi, reprimendi, fouendi caussa inspergantur, præsertim cum lana, lino, panno, & similibus tinctis applicantur.

Arabes, & Medici latiniores vtuntur vocabulo Græco, Barbariores ad inflexionem traducunt latinam embrocationes, &c. vsus est epist. 8. S. Ignatius ad S. Polycarpum, perfusiones traduxit in Dioscor. cap. de vng. rosacio lib. 1. Hermolaus Ruell. fomenta. K

Polychresta, id est, πολύχρηστα, medicamenta dicuntur, quæ vtilia sunt pluribus vitiis, & morbis corporum, panchresta, id est, πάγχρηστα, quæ omnibus indicante vocabulo ipso: de illis Galenus lib. 7. secundum loca, cap. 1. & libro 5. secundum gen. & Trall. lib. 4. cap. 4. de his idem Galenus libro 4. secundum loca capite 7. Aet. sermone 6. cap. 96. Aegin. lib. 3. cap. 22. lib. 7. cap. 16. ab omnimoda vtilitate, inquit Plinius, libro 23. capite 7.

Hinc apertus ille Cicer. locus 4. act. in Verr. cum omnes eius comites iste sibi suo illo panchresto medicamento amicos redemisset: planè scita metaphora; vt valde mirer hæc omisisse magni lexici collectorem, alioqui diligentem, at in magno quandoque opere fas est obrepere somnum.

Hippocratis de oui generatione opinio, morbi, & vitij discrimen ex J. C. medicis, & philosophis.

CAPVT VIII.



EX quo oui humore gignatur pullus luteóne, an albo disputari solet, Hipp. libro de nat. pueri tradidit generari ex luteo. *A* contra Aristoteles docuit 3. libro de gen. anim. 1. Ecce tibi simul cum assertione rationem. Quamobrem quæcunque sunt bicolora oua sunm capiunt generationis initium ab albo: animale enim principium in calido est: Alimentum ex pallido, siue luteo, aut flauo, & libro sexto de histor. animal. cap. 2. *B* A

Sequuntur Ioannes Philoponus, S. Thomas & Albertus Magnus: prior 1. lib. de gen. an. cap. 11. ouorum album facit animal, vitellus est nutrimentum: alter primo libro polit. lect. 6. oui rubrum redit in nutrimentum pulli, qui generatur ex albo oui. Tertius libro 6. de anim. tract. 1. capite secundo. Ouum, inquit, Gallinæ in principio non apparet, nisi citrinum, & eum inceperit inspissari substantia oui, & complecti, diuiditur substantia alba à citrina, & citrinum ponitur in medio in cibum, & album in circuitu, vt ex ipso fiat substantia membrorum radicalium.

Idem ab expertis audio, qui mihi narrant, eum ad certam ouum caloris temperationem redactum fuerit, in alteram partem albumen secedere, ex eoque membra fingi pulli, qui alimentum sensim trahit quasi per vmbilicum à vitello.

Alij sanctè mihi affirmant se vidisse exclusos recens ab ouo pullos nullo albumine relicto, integro, penè vitello: & alij totum penè vitellum intra pullum fuisse, quæ manifesta iudicia ex albo fieri pullum, non ex luteo.

B Quod item confirmat duplex illa ratio Alberti Magni loco cit. cum ouorum corruptionis vniuersè caussas inquirit, quibus fit, vt moriatur pullus, non excludatur: primum, inquit, cum albuginis humor corrumpitur, quia non obedit formatiuæ, vt scilicet ad formam animalis deducatur: deinde, si corrumpitur humor citrinus, ex quo supplementum, & cibus pulli trahi nequit.

Neque obstat quod scribitur sexto libro de historia animal. capite secundo, oua, quæ binis constant vitellis, geminos pullos excludere, ita vt alter sit maior, alter minor: hoc enim natura sapiens prouidit ad copiam alimenti. Hæc vera sententia.

Alcmæon tamen cum Hipp. sensit, cum vtroque nonnulli nostri sæculi docti viri, in hoc indocti. Doctus Plin. lib. 10. cap. 53. probans, ipsum animal, inquit, ex albo liquore oui corporatur, cibus eius in luteo est.

Quid inter morbum, & vitium intersit, aliter mihi videntur explicare iuris prudentes, atque philosophi, & medici, sed ita, vt consensus rei inter ipsos appareat.

C Galenus tract. de diff. morb. ita definit, vt intelligi posit omnem morbum esse vitium, non contra: genus enim videtur esse vitium, morbus forma, siue species: affectus, inquit, contra naturam, qui primo vitiat actionem animantis, morbus est; nec verò nomen meretur morbi non vitiata actione: quæ quidem tribus vitiatur modis, vel ob primarum qualitatum intemperiem, vel ob partium immoderationem, vel ob solutionem vnitatis: exempla sume, febrium, in primo modo: hydropis, inflationum, & similium affectionum, in secundo modo: vulnerum, & plagarum, in tertio.

I. C. autem, apud Cæcilium Sabinum libro de edicto ædil. curul. quem refert Agellius libro quarto noct. Attic. capite secundo, ita explicant Labeonis veteris, & celebris apud eos viri oratione. morbus est habitus cuiusq; corporis contra naturam, qui vsum eius facit deteriorem:

D qui quidem alias in toto corpore solet accidere, alias in parte corporis. Totius corporis morbus est phthisis, aut febris: partis, cæcitas, aut pedis debilitas; ecce tibi virium confusudi, & morbum: subiicit. balbus autem, & atypus vitiosi magis, quam morbosi sunt, & equus mordax, aut calcitro, vitiosus, non morbosus: sed cui morbosus est, is etiam vitiosus est: neque id tamen contra fit: potest qui vitiosus est, non morbosus esse, &c.

Pace Iurisconsultorum eodem gradu habendum puto cæcum, claudumque quo balbus habetur: itaque vt hic non morbosus est, sed vitiosus, ita illi.

Reprehendebat Phauorinus apud Agellium lib. 20. cap. 1. duodecim Tabul. legem, vt inhumaniter scriptam, quod si homo in ius vocatus; morbo, aut ætate æger ad ingrediendum inualidus est, arcera non sternitur, sed ipse aufertur, & iumento componitur, &c. Verba legis sunt, si in ius vocat, si morbus, æuitasue vitium escet: qui in ius vocabit, iumentum dato: si nolet, arceram ne sternito.

E Liberat à reprehensione Sex. Cæcilius I. C. interpretatione hac, quòd morbus in lege ista non febriculosus, neque nimium grauis, sed vitium aliquod imbecillitatis, atque inualentiæ demonstratur, non periculum vitæ ostenditur, ceteroqui morbum vehementiorem vim grauiter nocendi habentem, legum istarum scriptores alio in loco non per se morbum, sed morbum sonticum appellant: Ecce tibi nonnullam in ipsis legibus, & Iurisconsultis differentiam in huius vocis, morbus, notione.

Ita medici grauidam mulierem non habent pro sana, quia plerumque malè est affecta: indicat Hipp. libro de nat. pueri: quare Vitruuius libro 2. cap. 9. scribit mangones consueuisse grauidis mulieribus vendendis eas nunquam pro sanis dare.

I. C. aliter, apud quos D. de ed. ædil. Sabinus tradit conuenire inter omnes grauidam mulierem sanam esse, quod maximum ac præcipuum fœminarum sit munus concipere, & conceptum tueri.

F Quid Philosophi? dogma refert Stoicorum M. Cicero libro 4. Tusculan. quæst. ex perturbationibus primum morbos confici, quæ vocant illi νοσήματα, eaque quæ sunt eis morbis contraria, quæ habent ad res certas vitiosam offensionem, atque fastidium: deinde ægrotationes, quæ appellantur à Stoicis ἀῤῥωστήματα: hisque item opposita contrarias offensiones, hactenus de vitiis nihil, tametsi relati ad animos morbi, nil sunt aliud, quàm vitia: paulò post, quomodo autem in corpore morbus, ægrotatio, & vitium, sic in animo morbum appellant totius corporis corruptionem: ægrotationem, morbum cum imbecillitate: vitium cum, partes corporis inter se dissident; ex quo prauitas membrorum, distortio, deformitas: illa duo, morbum, & ægrotationem gigni affirmant ex totius valetudinis corporis conquassatione, & perturbatione: vitium autem integra valetudine ipsum ex se cerni: sed in animo tantummodo cogitatione posse morbum ab ægrotatione seiungi: vitiositatem autem esse habitum, aut affectum in tota vita inconstantem, & à se ipsa dissentientem: mox addit, vitia esse affectiones manentes: perturbationes autem mouentes.

Sanè

G Sanè Philosophus extitit Non. Marcellus, professione licet Grammaticus, in tradenda morbi, & vitij definitione, siue descriptione: morbus, inquit, totius est corporis cum accessu aut temporis, aut contagij, vt febris, insania: vitium perpetuum corporis impedimentum, vt cæcitas, claudicatio, vecordia.

Non dissimiliter alij loco in iure ab Agellio citato lib. & cap. prolato, ita nec cæcitas, neque Eunuchum esse, morbus; & certè non est: nisi fortè iuris interpretatione.

Probantur à Cicerone tradita sancti Thomæ verbis, quæ leguntur 1. 2. quæstione septuagesima prima, articulo secundo, vitium cuiusque rei in eo videtur positum, vt res non sit disposita pro naturę suę conditione, id est, aptè, & conuenienter ad eam: & sutiua art. 1. ad 3. ipsismet Cic. verbis productis.

Neque mirum communis enim est Platonis, atque Aristotelia doctrina, & ceterorum præstantium Philosophorum: Plato enim in excessu, ac defectu morbum corporis situm esse docuit in Philebo, & in Timæo supposita quatuor H Elementorum inter se repugnantia, maximè consistere ex bile, pituita, & spiritu: quod ipsum Aristoteles 1. sect. problem. initio tradit: quamquam libro de doctrina. Plat. Alcinous diuersas item assignet caussas morborum capite vigesimo secundo.

Vitium autem morbus est quidam, turpitudo, & debilitas habitus animi: cuius principia esse cupiditates, ac timores ex corpore accensos, animoque commissos, Plato definit libro 4. de Republica, qui libro de leg. 6. non valde longe à fine, docens ex triplici indigentia, atque cupiditate humana pendere omnia, decernit, si rectè hæc sumantur, virtutem; si malè, vitium oritur: cibus, potus, sobolis desiderium, tria hæc sunt quæ ad voluptatem cum nos rapiant, reuocanda sunt ad honestatem triplici hoc præsidio timoris, legis, veræ rationis.

Marsilius autem Ficinus in Plat. Protagoram Platonicè obseruat morbum animi, hoc est, vitium in prauis opinionibus, moribusque improbis esse positum: quas duas res in adolescentium mentes illabi ex congressione Sophistarum eos corrumpentium.

I Neque discrepat à magistro suo Aristoteles, qui vitium prodit esse secundo libro Physic. capite septimo, & in hunc locum Psellus, corruptionem, & remotionem perfectionis secundum naturam.

Seneca diuersè, qui epistola septuagesima quinta, Lucilium docens, quid intersit inter morbos animi, & affectus; morbos animi inueterata esse vitia, & dura constituit, vt auaritiam, ambitionem nimiam, postquam hæc animum implicuerunt, & perpetua esse mala cœperunt.

Addit, morbus est iudicium in prauo pertinax, tanquam valde experenda sint, quæ leuiter expetenda sunt.

Tertiam subiicit definitionem, quæ parum tamen à superiore differt, nimis imminere leuiter petendis, vel ex toto non petendis, aut in magno pretio habere in aliquo habenda, vel in nullo: eosdem morbos non inueteratos docet affectus vocari, seuerè nimia, vt Stoicus, quod & facit epist. 85. sic, vt tradat ab affectibus transiri ad morbos, & hoc verè.

Aliter Stoici, siue magister illorum Zeno apud Laërtium libro septimo, tu lege: & obserua transferri per quandam accommodationem corporia morbos, & vitia ad animam: inde illa Cicer. præclara oratio ex fontibus petita Stoicorum 4. libro Tuscul. quæst. Quemadmodum cum sanguis corruptus est, aut pituita redundat, aut bilis in corpore, morbi, ægrotationesque nascuntur: sic prauarum opinionum conturbatio, & ipsarum inter se repugnantia sanitate animum spoliat, morbisque perturbat: & quæ sequuntur à nobis paulò ante producta. K

Et Seneca ex morbis corporis epistola 74. exemplum capit ad recognoscenda animi vitia; quemadmodum in corporibus futuri languoris signa pręcurrunt, quędam enim segnitia neruis inest, & sine labore vllo lassitudo, & oscitatio, & horror membra percurrens: sic infirmus animus multò antequam opprimatur, malis quatitur: dic tu, antequã in peccatum quispiam incurrat, negligentia eum occupat actionum, & obliuio Dei.

Et libro tertio de ira capite decimo, quomodo initiis occurrendũ sit peccati ex hac ostendit comparatione. Optimum est ad primum mali sensum mederi sibi, &c. cum ante dixisset, nunquam sine querela ægra tanguntur. Addit, facile est autem, affectus suos cum primum oriuntur, deprehendere. morbum signa præcurrunt: quemadmodum tempestatis, & pluuiæ antè ipsas notæ veniunt: ita iræ, amoris, omniumque istarum procellarum animos vexantium sunt quædam praenuncia, &c. L

Et quoniam corporis morbus nisi bene coleretur, vitium efficitur animi, pulchrè epist. 78. quid graue sic in morbo, quo modo ferendum, exponit. Tria hæc in omni morbo grauia sunt metus mortis, dolor corporis, intermissio voluptatum. Pergit explicare qua ratione hæc fieri tolerabilia possint: addit, non tolerabilia esse metuentibus: quemadmodum, inquit, perniciosior est hostis fugientibus, sic omne fortuitum incommodum magis instat cedenti, & auerso: & mox. longitudinem, & acerbitatem consolatur morbi. Vtrum vis, longum esse morbum, an concitatum, & breuem? si longus est, habet intercapedinem, dat refectioni locum, multum temporia donat, necesse est, vt exurgat, & definat. Breuis morbus, ac præceps alterutrum faciet, M

aut extinguetur, aut extinguet. Quid autem interest, non sit, an non sit? in vtroque finis dolendi est. Tu lege reliqua, mihi satis indicasse locum.

Cui & ille similis eius excerptis. Aegroto. Venit tempus, quo experimentum mei caperem. Non in mari tantum, aut in prælio vir fortis apparet: Exhibetur etiam in lectulo virtus. Non potest istud toto sæculo fieri. Aut ego febrem relinquam, aut ipsa me. Semper vna esse non possumus. Cum morbo mihi res est: aut vincetur, aut vincet.

Similes, & maiores, magisq; Christianas habes rationes leuandi, aut ferēdi cum laude morbi à Francisco Petrarcha libro de remed. vtriusque fort. 2. A cap. siue Dialogo 112. vsque ad 117.

N Digna notatio ex S. Augustino lib. 3. de lib. arbit. cap. 14. Vituperationem à vitio dictam: omnino sapienter, & verè: neque enim iure, nisi ob vitium, siue peccatum vituperari potest quispiam. Nec falsa hæc mea, diuitem illam Græcorum nationem non habere nomen, quo in rebus corporatis vitium exprimat, vt latini; exempli gratia, cum domus, siue parietes vitium dicimus facere, & cum vitium, & morbus in equo, boue, homine, omnino animante distinguitur, & morbosa, seu vitiosa hæc appellantur: certè enim non exprimunt κακία, κακώσις.

Superest in huius fine capitis, vt in verbis Labeonis diuinemus eius vocis, atypus, correctionem: Quid enim atypus est in homine? balbus quid sit intelligitur, in suo quodam Dialogo, est vigesimus secundus. Giraldus Ferr. textū habuit, in quo legebatur athiphua, pro eo aphtham doctus vir Nicolaus Paniciatus reponit: ea vitium est oris, vt apparet ex medicia, Argin. lib. 3. cap. 54. Aet. lib. 1. in rubo, cuius folia mansa remedium earum esse docet, vt reliquorum oris vitiorum: & lib. 4. cap. 15. & 8. cap. 18. & 39. ex Galen. Celso lib. 6. Verum ea longè periculosissima vlcera sunt, quas aphthas Græci appellant, sed in pueris: hos enim sæpe consumunt: in viris, & mulieribus idem periculum non est, & ratius ipsos infestat Cælius Aurel. notat lib. 9. cap. 20. neque mirum, vitio enim lactis ferè proueniunt calido humore corrupti.

O Dicitur tamen & de aliarum partium corporis vlceribus. Sanè Hipp. 3. libro Epidem. inquit, στόματα πολλοῖσιν ἀφθώδεα. & Galen. lib. 9. medic. secundum locos, & Argin. loco cit. vbi de curatione agunt ἀφθώντων αἰδοίων, id est, testium exulceratorum: à qua voce verbum feliciter mortalis Aesculapius, Hippocratem, credo, intelligis deriuauit ἀφθάω, quod significat hoc vlcere affectum esse, vel simili, quòd nimio calore fiat.

Ipsa vero aphtha deducitur à verbo ἅπτω, quod est incendere, siue inflammare: de mulierum morbis lib. 1. ἢν παιδίον ἀφθῇ τὰ αἰδοῖα. de fistula pulmonis 2. lib. de morbis, ἢν ἀφθῶσιν ὑπὸ ... τοῦ πνεύμονος πυρετὸς ἴσχει βληχρός.

Cælius alter, hoc est, Calcagninus, vt idem testatur Gir. Item Rhodig. lib. 6. cap. 20. & Ioannes Baptista. Ego atius legunt aphtiphum, id est, eum, qui eiusmodi vlcere vexatur: sed vtraque emendatio refellenda, quia potius aphtha est morbus, quam vitium, exemplum autem non morbi, sed vitij ponit I. C.

Ipse Gir. corrigit alphicus, ab alpho, qui vitium est cutis, quam Celsus Vitiliginem interpretatur, sunt qui impetiginem, hoc est, albam maculam. vitiligo, inquit libro quinto, capit. 28. quoque quamuis per se nullum periculum adfert, tamen fœda est, & ex malo corporis habitu fit: eius tres species sunt; alphos vocatur, vbi color albus est ferè subasper, & non continuus, vt quædam quasi guttæ dispersæ esse videantur; interdum etiam latius, vt cum quibusdam intermissionibus serpit. P

Actuar. scribit τὰς ἀλφοὺς εἶναι ἐξ ἐπιπολῆς, id est, in superficie, eum λεύκη altius descendant: tametsi idem notet Actuar. ἀλφοὺς solere altius descendere sic, vt suo colore afficiat capillos. Dioscor. lib. 3. cap. 52. λευκὰς ἀλφοὺς nominat, ac si esset μέλας quoq;; hinc ergo ἀλφικὸς dicitur, quasi à vitiligine vitiligineus, aut vitiliginosus: quod tamen adiectiuum Græcum nunquam me legisse recordor ad eam significandum, qui alpho sit notatus, potius diceretur ἀλφώδης.

Hanc emendationem Ferrariensis alter probat Ioan. Munardus medicus eruditissimus, vt in altera lege D. tit. de ædil. edicto, vbi habetur, quæsitum est an balbus, & blesus, & antripus, isque qui tardius loquitur, & varus, & vatius sanus sit: & opinor eos esse sanos. Q

Ego atypus lego vtrobiq; in codice Aldi Man. putaui aliquando significari deformem, id est, sine forma, formam enim & figuram typus significat, & à est particula priuatiua: quid si atylus, dicebam, reponendum? Nam ea vox Hesychio est μικρὸς, ἀφυής, &c. id est, paruus, degener, quod ad monstri pertinet rationem, ac si I. C. quæreret, sanus ne sit, monstrosus: quærit enim alio casu de eo scilicet, cum de sterilitate agitur mulieris, & de iure filiorum: & quidem si de partu ipso agitur, nunquam monstrum numeratur inter liberos, neque ius habet filiorum l. 3. C. de posthumis hered. instit. si de matre, in ea cessat pæna legis Iuliæ, & Papiæ contra non parientes l. de verb. signif. 135. probabilior hæc lectio, & lectionis explicatio.

Nunc muto, & me mutasse doctus, & ingeniosus lector omnino laudabit. Atypus planè legendum, vox Græca est, & sumitur pro eo, qui non satis expedito, & prompto vtitur organo, siue plectro linguæ, non satis exprimens, & conformans verba, vel inter loquendum, malè aërem verberans, vel efformans τυπῶ vocē τύπτειν enim Græcè verberare est: conuenit cum quæstione Iuris- R

consulti

consulti,& oratione,in qua & vitium alterũ pręcessit linguæ. hoc me Deus non cogitantem docuit:quę verò de typis Galen.duobus libris scripsit, huc nihil spectant.

Dierum numerus,qui Calendis præponitur, quomodo sumendus, in eo Alciati confutatio.

CAPVT IX.

A PAVLVS I. C. lib.3. ad l.Iul.ante diem 10. cal. & post diem 10.Cal. vtroque sermone, dies 11. significaruit, quæ tamen apud veteres, eum purus linguæ latinæ vsus foret,non videtur eodem sensu accepta,nam qui promittit ante diem 10.Cal. videtur periade ac si dixisset,10.Cal. Sicut qui ante Cal.stipulatur perinde est,ac si Calendis stipularetur.l:qui ante de verb.signo, quod ratio suadet,cum 10. Cal. verborum compendio dicatur pro 10.die ante Cal.Alc.de verb.sign.l.132. Anniculus.§.ante diem, opinatur aliud esse 10. Cal.aliud 10.die Calendarum:cum enim ante Cal. dicimus, ipsæ Calendæ non comprehenduntur. Cic. ad Lent.lib.1.epist.fam. epist.4. Senatus haberi ante Cal. Febr. per legem Papiam, id quod scis,non potest,neque mense Februario toto,nisi perfectis,aut reiectis rogationibus.

In aliam verò sententiam me impellit, quod per hæc verba, dies, qui est 9. Cal. significari videtur, idq; probatur auctoritate Cic. qui Phil.2. ante diem 14.Cal. inquit,Ian.decretis iam vestris conseldistis, constituistisque, vt hæc ad nos Cal. B Ian. referrentur. & postrema phil. memoria tenent, me ante diem 14.Cal.Ian. principem reuocandæ libertatis fuisse, me ex Cal. Ian. ad hanc horam vigilasse: his autem verbis de eo die intelligebat,qui est 13.Calend.Ian.quod ostenditur phil. 5. in principio:cum enim eam orationem, vti censuerat senatus Cal. Ian. haberet, recordamini, inquit, qui dies nudiustertius decimus fuerit, & paulò pòst, hoc dies 12. profuerant, vt quem nemo præter Cotylam.& apertius lib.12. epist.fam.epist.22.ad Cornificium,nam eius diei mentionem faciens, ad 13. Cal. inquit, senatus frequens mihi est assensus: & iterum epist.25. ad 13. Cal.Ian. fundamenta Reip.ieci.

Quomodo ergo defendendus I.C.qui contraria his definit? significari enim dicit eum diem, qui est 11.Cal.adde, quod etiam ante Cal. & post idem esse existimat, quod falsum est, immo, vt apparet, manifestè dissident. Sed & M. Cælius Ciceroni lib.8.epist.8. dicebat, inquit, Pompeius se ante Calen. Mart. non posse sine iniuria de prouinciis Cæsaris statuere, post Calend. Mart. se non dubitaturum.

Itaque his difficultatibus adacti quidam inuertunt scripturam,& legunt,non post diem 10. sed 11.qui sensus est indubitatus,& reddit superuacaneum hoc responsum, & omnino repugnat codicum fidei.

C Alij crassiore Minerua ante diem 10. Cal. intelligunt 11. diem mensis elapsi, si retrò: & mensis instantis, si porrò computemus: qua ratione ante diem 10. Cal. Ian. erit 20. dies Decembris, quia ab ea ad Calen.11. intersunt dies: post diem 10.Cal.erit 11.Ianuarij, & hic enim dies intersunt 11. quæ si vera explicatio, lusit nos, & illusit,non docuit I. C.

Duobus igitur modis explicandum Alc.est arbitratus, in primis si de die præterito loquamur, vt quia me quidquam fecisse post diem 10. Cal.dicam,id intelligi 11.cal.factum esse: quod si ante diem 10. dicam, intelligi 10. Cal. sicut apud Cic.ante 14.diem Cal.intelligitur 13.Cal.& ratio ea est,quia in computatione præteriti 11. dies est post 10. sicut 14. ante 13. quod si de futuro verba faciam, vt quia post diem 10.Kal. spondeam tibi centum,10.Calend. intelligitur: si ante diem 10. spopondero,11. die obligabor.

Quare immeritò Paulus vtroque sermone 11. diem significari dixit:quod intellige diuersis casibus,& temporibus ante 10.diem,significat 11. si de futuro loquar:post 10.diem,significat 11.si de præterito agatur.

Altero modo sumi potest more Græcorum, apud quos vsitatum vt dierum computatio retrorsum à sequenti mense duceretur:.fiebatque vti mensis,quem tum φθίνοντα,id est, deficientem D vocabant, ἀπὸ τῆς εἰκάδος,hoc est, à 20. die incipere retrò numerari ad sequentem, quod in Nubibus Aristot.perspicuum est, & Homero sic loquente.

Τοῦ μὲν φθίνοντος μηνός, τοῦ δ' ἱσταμένοιο.

Dicitur & φθίνοντος, id est, desinentis: quem morem & latini seruauerunt, & post præcedentis mensis Idus, subsequentis Calendas numerare cœperunt, vt illi ὀγδόῃ ἐπὶ δεκάτῃ, id est, octaua die post decem: qua propter 14. Decembris dies 17. est. Cal. Ian. & ita deinceps procedimus ab augmento ad diminutionem vsque ad ipsum Calendarum diem computando, sic 16.15.14. vsque ad pridie Calend. id est, vltimum diem ante Calend.

Si ergo scriptum sit post diem 10. Cal. aliquid factum, 11.Cal. censetur factum,quoniam ab instante mense retrò computando 11. dies post 10. numeratur: quod si ante diem 10. dicatur, idem significari potest:respectu enim deficientis mensis 11. ante 10. est.

Sic diuersis rationibus sermo, qui repugnans videtur, idem significabit, cuius intelligentiæ E hinc sumit argumentum, quòd non videantur sibi testes aduersari, quorum aliqui ante bellum rem dicunt gestam, aliqui post bellum: cum enim res ipsa tractum habeat, intelligi potest post inceptum bellum, ante bellum confectum:ita videtur Barth.l.2.§.creditum,si certum pet.l.11. Cod. ne destit.dif. & sic ante id initium,

post, ad finem referri vult Alc. idque non ex sermonis proprietate, à qua, vt testes periutij sint Immunes, recedere permissum est: sed & qui ante Calend. promittit, solis Calendis conuenietur. l. qui ante: ante enim dies non venit, alioqui momenti illius ratio esset habenda, quod Calendarum initium antecessit, cum tamen in diebus momenta temporum non considerari tradat lex 21. eod. quapropter si tibi spondeam ante mensem Febr. centum, initio eius mensis conuenire potero.

F Obserua item, cum dico 3. Kalen. certum semper diem significo, cum ad 3. Calend. incertum vt qui est circiter tertium, vel ante, vel post, vt ego accipio.

Obserua rursus non esse scribendum, aut legendum ad 3. 4. 7. 10. & 12. Calend. sed A. D. id est, ante diem 3. Calend. sic periti docent ex codicum vetustissimorum fide, & Græcorum consuetudine vtentium latinorum mensium nominibus, qui & latinam supputationem sequuntur scribentes πρὸ δ. νωνῶν ἀπριλίω πρὸ η. εἰδῶν Ιουνίω, πρὸ ιδ. Καλενδῶν Σεπτεμβρίω, id est, ante 4. Non. April. ante 8. Id. Iun. ante 14. Cal. Septemb. tantum de hac re, quæ molestior potuit videri.

In potu cur miscere à Græcis dictum κεράσαι, quæ cauponis apud Latinos, καπήλου apud Græcos notio.

CAPVT X.



A BIBANT olim ex cornibus pocula Athenæus libro 11. capite 8. Thyrrhenis hoc inuentum attribuit libro 4. capite 24 idem, dicuntur primum [illegible] cornibus bibisse: argumentum, quod hodieque dici solet, cum misceur, vino aquam, κεράσαι: A nam & latini cornua vocant ipsa pocula, & libro 11. cap. 8. de Atheniensibus argentea facientes cornua, ex ipsis potabant credo, quia in similitudinem cornuum: rursus, more Thracum cornua vini prætendebant, id est, pocula. rursus de Philippo, his regem propinasse cornibus, quibus fauebat, B & poëtæ multi veteres inducunt ex cornibus bibentes. Item bibebant corneis poculia repetito 4. libro surgens bibit cum eo, & cum ipso cornu, id est, poculum dispersit, vt dixi, quoniam efformabantur pocula instar cornu.

Refert quoque ex Theopompo Pæonum reges ex cornibus Boum, qui apud illos sunt, grandium grandia pocula fingere, quæ capiant tertio & quarto choas, quorum labra auro, atque argento vestiunt, C qualia Sophocles vocat ἐπιχρύσα, nam & Plinius libro vndecimo, capite 37. Vrorum cornibus Barbaros septentrionales potare.

Hinc ergo κεράσαι, Græci dixerunt miscere, aut vinum infundere: Vide Franciscum Robertum libro adnot. 2. cap. 4. cornu verò & Græci, & Latini ad pleraque alia traduxerunt significanda, præsertim extrema siue summa rerum, & corporum, vt araé, nauis, &c. in quo illud obscurius κερεῦχος, quo & latini sunt vsi, vt Valerius Flaccus lib. 1. Argon.

Temperet vt tremulos Zethes, fraterque Cerucbos,

Et Luc. lib. 8. Pharf. sicut Græcia subauditur κάλος, rudens videlicet antennarum, qui earum cornua firmat, suis ansis ad puppim religatur: quidam tamen pro ipsis antennis sumunt per Synecdochen, à cornibus quæ habent, quo modo Virgil. 3. lib. Aen. Cornua dixit velatarum antennarum ἱστιοκεραίας Artemidorus 1. lib. Onirocr. B dixit aliis est κεραία, & κεροῦχον tradit Hesych. appellari, qui & κερουλκός. Suidas etiam ἐπίδλοια interpretatur.

Vina fulua Gal. meth. lib. 12. quod pæne oblitus fueram, apta esse ad humores, siue succos prauos expurgandos, atque ad temperationem redigendos ἐπικεραστικὸς, inquit: nam ἐπίκρασις lib. 9. meth. est Cacochymiæ curatio.

Non igitur huius vim vocabuli comprehensam animo doctus licet vir habuit Th. Linacer, cum de mistione est interpretatus: miror addere Galenum θρεπτικὸς, hoc est, nutriendo homini idonea; cum perspicuum sit vim maiorem inesse nutriendi vinis nigris, sine rubeis.

Caupo tametsi à Græco κάπηλος ducitur, non C tamen apud Latinos tam latè patet Cauponis notio, quàm apud Græcos καπήλου: primum auctor etymologia ac Suidas, malè negant hunc esse vini venditorem, id est, οἰνοπώλην: vnde enim ex his alter inquit, in Caupone est vinum? aliud est enim vini venditor, aliud caupo, siue Græcè κάπηλος: & malè negare eorum primum demonstrat inconstantia: quoniam paulò ante Suidas dixerat καπηλίδα nominatam ἀπὸ τοῦ κακοῦν τὸν οἶνον & πηλὸν à corrumpendo vino omnino esse vinum, vnde ἄμπελος dicta fuerit quasi ἅμπελος in qua sit vinum πηλός: & etymologus, cum dixisset, κάπηλον esse μεταβόλον, & οἰνοπώλην adiecit rationem hanc nominis ἀπὸ τοῦ χέειν τὸν οἶνον, hoc est, ab effundendo vino.

Deinde non inferior ipsis Pollux ostendit non solum eum esse, qui mutet merces, sed etiam qui vinum misceat: quare & Sarabonem (vide vt confirmet auctoritate Platonis, opinor, Comici) Plato nominauit κάπηλον, ipsum laudans à vini mercatura: deinde καπηλεῖον, ait esse proprium τῶν τὸν οἶνον πιπρασκόντων, hoc est, eorum, qui vinum vendunt.

Testis item Lucianus, vt antiquiores inuoluam silentio, in Hermotimo, interrogantem faciens, num aliquando vinum vendidisset, & respondentem sæpenumero vendidisse, & subiungit, igitur in orbem circumibas omnes in vrbe D

caupo-

Caupones? & paulo post, festiua similitudine, vt mordaci, Philosophi, inquit, disciplinas tradunt, vt Caupones vinum; quorum plerique decipiunt malè metientes.

Quod si à φαγεῖν, quod est comedere, & οἶνος, quod est vinum, fit φαγοῖνος, erit sane Campo, siue tabernarius, Italis hoste, che da damangiare, & dabere: Certè vini venditor Latinis Caupo est, inde Mart. lib. 1. epigr. 14.

Non potes, vt cuperes, vendere Caupo merum.

Nisi vero hos Græculos tueamur separantes ab οἰνοπώλῃ φαγοῖνον, quia hic alia etiam comprehendit, & latius, quam ille, patet.

Dices fortasse compilare nos lexica: confer hæc, atque illa, & calumniari te scies. Audi, quis apud Græcos olim fuerit ex Plat. κάπηλος, qui aliena opera prios vendita suscipiunt ipsi, vt rursus vendant, hi Caupones, vtar enim hoc vocabulo; quo differt à mercatore, id est, ἐμπόρῳ, qui proprie vendit: deinde cum is reponit, qui aliorum artificum opera huc, illucque comportant, mutantque mari, terraque de loco in locum, aut in eadem ciuitate de foro in forum, ita Plato Dial. qui inscribitur Politicus.

Sed lib. 2 de Rep. clarius explanans, Caupones, inquit, sunt, qui reipubl. operam præstant suam vendentes, ementesque in foro, cum mercatores per has, atque illas vagentur ciuitates, ac regiones: itaque vilius erat genus mercatorum: quare lib. 8. de leg. non patitur in exercenda mercatura cauponationem fieri pecuniæ colligendæ gratia: & monet à plerisque Cauponationem dici vinum, cibos, coctas carnes commutare, ac vendere, hi nostri sunt hosti.

Vniuersè tamen lib. 11. de leg. omnem ferè mercaturam καπηλείαν, id est, cauponariam nuncupat, cum enim de vendentium malitia, qui res adulterant, sermonem habuisset, ad cauponationem transit, qua omne genus mercaturæ complectitur. quæ non damni, sed vtilitatis causa inuenta sit: ita à caupone, id est, κάπηλῳ seiungit πανδοχεία, hoc est, quem nos dicimus, hoste, ô Tauernaro, mo a etiam à mercatore proprie dicto, id est, ἐμπόρῳ, cum & cauponationis caussa, (profecto intelligit mercaturam) addit esse, qui domos locis desertis ædificent, vti habeant, quo naufragi, errantes, frigoribus, caloribusque vexati diuertant, quod vehementer commendat, rem valde humanam, & benignitatis plenam.

Idem in Sophista, cum docuisset artis, quæ in adquirendo, siue possidendo consistit, duas esse formas, commutationem, per dona, emtiones, mercedes, &c. & mancipationem, quæ re, aut sermone fit: rursus commutatiuæ, siue commercij ἀλλακτικῆς. Item duas, hoc est, in largitione, in emtione & venditione: secundam bipertito diuidit; nam vel opera sua vendit, vel aliena: hoc rursus, vel inter suos ciues, & hæc cauponatio est, aut inter peregrinos, & ciues, estque mercatura: cuius vna pars ad corporis victum pertinet, altera ad animi disciplinam, quoniam mercede eruditionem tradit, quam esse docet ingeniosè, Sophisticam tamquam disciplinarum venditricem, hoc est, μαθηματοπωλικήν, quod idē in Protagora persequitur, Sophistas eximia quidem similitudine comparans enim mercatoribus, & cauponibus; grauius imminere periculum in cœmenda institutione animi, quam in cibariis monens. D

Omnino mercatores ij sunt, qui vendunt, emunt, conducunt, locant, contrahendisque negociis implicantur, inquit Cicero lib. 2. off. qui Latinè dici proprie caupones nec possunt, nec debent: neque enim tam ampla est eius nominis significatio, quam Græcis κάπηλος. tametsi non ignoro ex Ennij versiculo, qui est apud Cic. lib. 1. off. quosdam literatè peritos colligere etiam cauponis nomen tam latè patere, quam καπήλου. Ennij est versiculus:

Nec Cauponantes bellum, sed belligerantes,

Cuius sententiam præcedens versus, & subsequentes exprimunt.

Nec mi aurum posco, nec mi pretium dederitis.

Deinde subdit:

Ferro, non auro vitam cernamus vtrique,

Mox:

Dono ducite, doque volentibus, &c.

Nam & in Varronem Scaliger mercari pugnam Latinè ex Græco dictum obseruat Aeschyli adducens phrasin καπηλεύειν τὴν μάχην: verba autem sunt Pyrrhi Romanis captiuos pretio redemturis, respondentis, se gratis eos reddere, ne vincere non virtute, sed pecunia videretur, & quasi victoriæ mercator fieri: idem tamen ferè sensus constabit, si cauponandi verbum propria sua notione, atque vsitata sumatur.

Quo fraus & dolus, & similia vocabula differant, & Plauti locus de libella explicatus, & quid libella sit contra Volusium.

CAPVT XI.



ASTVTIA, calliditas, malitia, genera sunt, sub quibus fraus, dolus, fallacia, & eiusmodi alia continentur: Cicero 2. lib. off. omnia vnius malitiæ nomine videtur compleans. sæpè, inquit, versutos homines, & callidos admirantes, eorum malitiam, sapientiam iudicant: sanè malitia imitari vult prudentiam, vt idem ait lib. 3. & repetit his verbis paulo post. fuit igitur stulta calliditas, peruersè incitata prudentia: atque isti versuti, obscuri, astuti, fallaces, malitiosi, callidi, veteratores, vafri nominantur ab eodem libro eodem.

Interdum astutiæ partem videtur putare malitiam, vt lib. 3. ita loquens, quocirca astutiæ tollendæ sunt, eaque malitia, quæ vult quidem videri se esse prudentiam; cum tamen alias confundat, vt cum dicit, propriè astutos malitiosos vocamus, & idem esse & calliditatem, & malitiam decernit, vt allata demonstrant, & hæc quæ sequuntur. Plato, inquit, scientiam, quæ est remota à prudentia, calliditatem potius, quàm sapientiam appellandam, & lib. 3. de nat. Deorum vim exprimens vocabuli, callidos voco, inquit, quorum tamquam manus opere, sic animus vsu concalluit: nam callere in corporatis, vt pedibus, manibusq́, est ex longo labore callum contrahere, in animo, cum longa colligitur experientis habitus quidam rerum in quibus versatur, quo modo & versuti illi sunt, quorum mens celeriter versatur.

B Omnino astutia genus est, quam aduersam esse prudentiæ, Aristotelem imitatus B. Th. in 2. 2. q. 55. art. 3. 4. v. statuit, quòd ad finem aliquem siue bonum, siue malum rationes excogitet falsas, & simulatas: inde esse dolum, cum re ipsa vsurpat, & exequitur siue sermone, siue facto: Fraudem autem facto tantum, vt & cit. q. art. 3. ad 2. quo referuntur omnes aliæ siuè formæ, seu voces diuersæ.

Festus Pomp. astutiam, siue astum à Græco vocabulo ἄστυ voluit nominatam, id est, ab opido, siue vrbe, in qua, qui assiduè versantur, cauti fiunt, & acuti, & vt ad verbum alludas, versuti: sed obiter nota astu vocatam proprie Atheniensium Vrbem non à Græcis solum, vt ab Athen. Plut. Steph. Diod. sed etiam à Latinis Terentio, Cicer. AEmilio Probo, per excellentiam quandam vt Vrbs Roma dicitur: traductum item hoc nomen ad significandum Alexandream.

Accipe quid Iurisprudentes opinentur, fraus, inquiunt, differt à dolo, quòd hic fiat alterius C circumueniendi caussa, illa propriè dicatur, etiam nullo decipiendi consilio. l. fraudis tit. 1. sed is, qui deceptus est, à se ipso, vel ex euentu fraudatus est: ita quatenus alter circumuentus fuit, dolo fraus inest, l. iuris gent. §. sed si, de pact.

Quibusdam Grammaticis placuit dolum in faciendo consistere; fraudem in verbis, Græci argumento sermonis, quo φράζειν loqui dicitur: dolus vim quoque potest complecti docentibus id Iurisconsultis: vt fraus pro delicto sumitur, sic Vlp. est locutus de ædil. edicto capitalem fraudem committere, hoc est, tale aliquid delinquere, propter quod capite sit puniendus is, qui deliquit: & pro pœna, l. cum autem §. excipitur de ædil. ed. & videtur in hac vsus notione Virg. Aen. 11.

Iam nosces, ventosa ferat cui gloria fraudem.

Et pro periculo; sæpè in iure testatur sic accipi Seruius, vt cum dicitur ne ea res fraudi sit: quid in iure? passim T. Liuius ita loquitur, & boni omnes Latinitatis auctores, & poëtæ quoque Virg. 5. Aen.

Quis Deus in fraudem egit!— D

Et Horatius:

Inuit ardentem sine fraude Troiam.

Vbi læsionem Acro interpretatur; porrò I. C. hæc inter se distinguunt, fallaciam, calliditatem, machinationem, imposturam; sanè fraudis esse videntur formæ, siuè Synonyma: fallaciam loquendo committi decernunt; calliditatem tacendo, præsertim Accursius dicta l. Iuris gent. Alc. de verbor. significat. l. 131. fallaciam simulationi adnexam putat, calliditatem ad ingenium referri, machinationem ex præcogitata aliqua inuentione, manuque & arte confici, vndè & techna: imposturam, vnde impostores, id est, deceptores, à vitio tegendo, ducta metaphora, ab iis qui operiunt rem aliquam, vt eius vitium tegant, qui quidem etiam plani Latinè Græca tamen origine appellantur: nam πλάνος errorem significat, & vagum, vt & πλάνης: propterea impostores, & deceptores inuenerunt hoc nomen, quod qui imponunt aliis, hoc est, decipiunt, & fallunt, sæpè loca mutent necesse sit, ne E agniti plectantur.

Cicero Plin. Horat. vtuntur hoc vocabulo non raro: & Græcis est frequentissimum, & de eiusmodi hominibus Athen. scribit libro primo, & 14. & in 1. Vlix. Eustath. qui scilicet artem hanc profitentur spectantibus, aut quibus cum versantur, imponendi: Matreas, Cephisodorus, Pantaleo celebres nominantur, & in sermone περὶ τῶν βωμολόχων miscet etiam τῶν πλάνων quorum nomine suspicor etiam posse accipi scurras, qui tamen esse solent grati principibus.

Et indicat Plin. lib. 35. cap. 10. de Protogene. Non fuerat ei gratia in comitatu Alexandri cum Ptolomæo, quo regnante Alexandream vi tempestatis compulsus, subornato fraude æmulorum plano regio inuitatus, ad regis cenam venit: indignantique Ptolemæo, & vocatores suos ostendenti, vt diceret, à quo eorum inuitatus esset, arrepto carbone extincto è foculo imaginem in pariete delineauit, agnoscente vultum plani rege ex inchoato protinus.

Cum impostorem significat retulit libro 3. F adu. Marcionem cap. 6. extremo Tertullian. Iesum planum in signis, & æmulum in doctrinis habitum: certè, vt præstigiatorem traduxerunt multi, vt ostendit, qui refellit Euseb. Cæsar. libro tertio, de demonstr. Euang. capite 8. & S. Augustin. epist. 5. ad Marcell. nam & Magum æstimatum in Apol. cap. 21. Tertull. indicat.

Hinc verbum implanare à sacris scriptoribus deriuatum, quo vulgata nostra editio vtitur Eccl. 15. & 34. ille me implanauit priore loco di-

citur, cum Græcè sit ἔπλασεν, id est, finxit, vel formauit, S. August. cap. 22. lib. de gratia, & libero arbit. citat, ille me induxit, sensum reddentes; nam si Græcam lectionem sequamur, sententia est, impiè, & frustra improbum hominem se excusare, quòd peccarit, quòd eum Deus talem finxerit, hoc est, imbecillum, & G procliuem ad malum; hoc enim est referre peccata sua in auctorem Deum. quare sententia & vulgata, & S. Augustin. lectione exprimitur.

Fas ne erit suspicari Græcè eos legisse ἔπλανεν in aoristo 2. verbi πλανᾷν, quo non carent verba circumflexa 1. & 2. coniugationis non puta? at πλανᾶν est propriè errare, & in errorem impellere, ita posteriore loco qui implanatus est, abundabit nequitia, habetur hoc verbum passiuè πεπλανημένος.

Christiani item olim impostores dicti ab Vlp. in pand. l. 1. de var. & extraord. cogn. § medicos, non tamen si incantauerit, si imprecatus est, si (vt vulgari verbo impostorum vtar) exorcizauerit: & l. 3. de crim. stell. Si quis imposturam fecerit, quanquam hic de Christianis sermo non est, qui, vt S. scribit Hieron. ad Marcellam, vulgo, & in triuiis impostores nominabantur: & quidem sub tam sancto nomine latebant impostores multi, quales erant Gnostici, Marcosiani, & omninò omnes hæretici, à quibus ad verè Christianos deriuabatur inuidia, atque infamia: talis videtur fuisse Luciani Peregrinus. Apud Plaut. Casina act. 2. sce. 5. ita loquitur Olympio villicus, quid isthac tu me H hera libertate territas?

Quid? si tu nolis, filius etiam tuus,
Vobis inuitis atq; amborum in gratiis,
Vna libella liber possum ego fieri.

Iocosè videtur, inquit Alc. I. C. liberum dicere, cum sit libella, id est, as. nam idem esse hæc duo Varroni obseruat, quin etiam Ciceroni, act. 4. in Verr. pars Volcatio si sua sponte venisset, libellum dedisset, ac si diceret villicus, facilem sibi esse viam ad libertatem, vt Italicè diceremus, per vn quattrino mi posso far libero.

Mihi hæc probatur explicatio, magis quam Bonon. qui allusum opinatur ad mancipationis ritum, qui per æs, & libram celebrabatur, quem Boeth. Seuerinus explicat in Top. Cicer. & de quo Hor. lib. epist. 2. epist. 2.

Si proprium est, quod quis libra mercatur, & ære.

Et Ouid. de Trist.

Mq; suum libra norit & ære magis.

Hoc est, addictissimum seruum. Erat verò li- I bella, & libra nummulus argenteus, qui & as, quia pendebat æris libram, & cum veteres minimam pecuniam vellent significare, æs, aut libellam dicebant: inde Plin. l. 33. cap. 3. libralis. vnde etiam nunc libella dicitur, & dipondius appendebatur assis; quare æris grauis pœna dicta: & adhuc expensa in rationibus dicuntur, item impendia, & dependere, quin & militum stipendiorum, hoc est, stipis ponderandæ pensatores, libripendes dicuntur, qua consuetudine in his emtionibus, quæ mancipij sunt, etiam nunc libra interponitur.

Miror Volusium Metianum libellam nominare, quæ sestertij pars sit decima, nisi forte sestertium pro denario accepit errore manifesto: sestertius enim non denarius est, sed nummus.

Non ignoro tamen libellam grandiorem significare mensuram, quæ & maior libra dicitur, & respondet Græcorum Chœnici, & metro, quantum scilicet tritici quisque vno die comederet, sic enim interpretatur Athenæus: Schol. tamen Aristoph. pendere scripsit drachmas Atticas 150. id est, 27. vncias Græcas, & Pollux, & K Nicandri Schol. notant: sed nostra mensura sesquilibram Chœnicis dimidium, drachmas scilicet 75. continet, & libra seu libella dicitur: Ita Rhemnius Pal. de mensuris, &c.

Attica nam minor est, ter quinque hanc deníque drachmis,
Et ter vicenis tradunt explerier vnam.

Chœnicem sextarios continere duos, siue cotylas 4. vult Marcell. Empiricus, & P. Aegin. sed hic octauam esse partem fatetur modij Italici, vel Aegyptij: & Fannius tamen apud Priscianum ei 4. sextarios attribuit.

At cotylas, quas si placeat, dixisse licebit
Heminas, recipit geminas sextarius vnus,
Qui quater assumtus, fit Graio nomine Chœnix.

Et sunt, qui grandiorem faciant mensuram dicentes esse aridorum Atticam, quæ contineat cotylas tres, siue sextarium vnum, & dimidium, siue duas libras mensurales, & quadrantem: prudenter ergò faciunt, qui in tanta varietate conuertendis scriptoribus Græcis vocem retinent Chœnicis. L

Hinc tamen potest constitutio quædam explicari Theod. l. iudices. C. de Episcop. aud. quæ mandat iudicibus ne alimenta his, qui custodia carcerum attinentur, deesse sinant, victualemque substantiam libellis duabus, aut tribus diurnis arbitratu commentariensis decernant. De libella pondere accipiendum, non de ære: acutè verò à verbo libo deduxit Accursius, falsò tamen; perspicuum enim à libra esse. Iubet igitur hæc constitutio duas libellas, id est, Chœnicem victualis substantiæ iis, qui sunt in vinculis, præstari.

Ea modus erat cibi diurni etiam antiquis, vt Pythagoræ indicat symbolum, Chœnici non insidendum, apud Athen. libro decimo, & Plut. in Symp. quæst. libro 7. quæst. 4. hoc est, non adquiescendum præsentibus, sed etiam futura prouidenda, siue alius fuerit sensus huius sym-

boli

boli: ita Corinthij χοινικομέτραι appellati, quod plurimos baberent ſeruos quibus demenſum, hoc eſt, vnius diei cibos diſtribuebant Athen. ex Epitimæo l. 6. 46. myriadas Corinthi ſuiſſe ſeruorum commemorat: Vranopolis conditor Alexarchus apud Athen. libro tertio, propterea Chœnicem nuncupauit ἡμεροτροφίδα: di-
M citur & σιτομέτριον Lucæ 12. tritici menſura, latinè vertitur.

Quanquam non vnius diei demenſum tantum ſignificari hoc vocabulo exiſtimo ſed etiam certam annonæ menſuram, ſiue diurnam, ſiue menſurnam: vt ſerui olim quaternos frumenti modios quot menſibus accipiebant, obſeruatore in Phorm. Ter. Donato, cum chœnix ſit demenſum, & cibus diurnus.

Patet etiam ex Hom. Vlix. τ. & Herod. lib. 3. & 6. narrante regibus Laconicis non euntibus ad cenam binas farinæ chœnices mitti ſolitas, ſemodia farinæ, & vini ſingulas cotylas, id eſt, ſextarios, ita conuertit Valla: præſentibus dupla dari omnia. Idem lib. 7. intellexit, cum ſeptuaginta octo myriadas hominum in exercitu Regis Perſarum Xerxis prodit abſumere potuiſſe ſingulis diebus medimnorum myriadas 11. ſi quilibet chœnice fuiſſet contentus, cum medimnus Atticus pendat Chœnicas 48. ſanè putata hac ratione calculo Herodoti conueniat locus: nam ſi de medimno Græcorum communi, qui eſt ſex modiorum, & de chœnice Græcorum communi, quæ ſextarios quatuor continet, intellexerimus, ratio non conſtabit.

Agell. quidem lib. 20. cap. 1. tab. 12. verba hæc de addictis habet. Si volet, ſuo viuito, ni ſuo viuit, qui cum vinctum habebit, libras farris in dies dato.

Dicis cauſſa fieri quid ſit: duplicis Plinij locus duplex explicatus.

CAPVT XII.

A MISERA planè mortalium eſt conditio, qui cum pectore doctrinis omnibus inſtructo doceant admirabilia, inueniant noua, vetera corrigant; in paruis, & minutis quibuſdam ita cæcutiunt, vt infantibus videantur indoctiores. Vnus exemplo ſit Alciatus, qui cum pleraque ex Iure antiquo, ac nouo eruditionis corrigat adiumento, qua inter omnes æui ſui I.C. excelluit, reſtituatque feliciſsimè: vno tamen loco ita illi hæſit aqua, vt ipſum neſciſſe, quid ſcriberet, appareat, cum obuia eſſet emẽdandi, ſiue reſtituendi eius verbi ratio, quod mendoſum eſſe animaduertebat, & verò erat.

Locus eſt in Caio de verb. ſign. lib. 1. l. 13. commodati. Sæpè ad hoc commodantur pecuniæ, vt ditis gratia numerationis loco intercedant: quem cum legiſſem, mox occurrit mihi dicis cauſſa, qui vſitatus erat veteribus Latinis modus loquendi. Accurſius ditis pro diuitis dici voluit: errauit quidem in emendatione, non errauit in ſignificatione, tametſi erraſſe affirmet Alc. negans ditem in numero vnius ſignificare diuitem. Non legerat plurimæ lectionis homo Plautum, non Terentium, non Lucretium, non Senecam apud quos dis pro diues accipitur, & facile poterat à Lexicis doceri. Ergo Lucret. lib. 1.

Lingua meo ſuaues diti de pectore fundet. B

Ter. Adelphis act. 5. ſc. 1. dis quidem eſſes Demea. Sen. Hyppolyto, regni Lydia ditis ferax: quanquam verè in ea lege non legendum ditis oſtendit: & dantis gratia reponit, argutè explicans; ceſſaſſent argutiæ, ſi in mentem ei dicis vox veniſſet. Δίκη Græcis fabulatoribus Iouis eſt filia, Heſiod. in Theog.

Ἡ δέ τε παρθένος ἐστὶ Δίκη Διὸς ἐκγεγαυῖα.

Quia ſummus legiſlator eſt Deus: iudiciorum item præſes eſt, & ſignificatius; ex eo inuenit nomen, quòd lites dirimat, & contentiones: vis enim propterea Græcis eſt δίκαιον quaſi δίχαιον, quoniam dice, hoc eſt, iuſtitia partes ſecernat duas, vt loquitur Cælius lib. ant. lect. 23. cap. 16. ſiue quoniam δίχα ἐστὶν, quaſi δίχαιον, biſarlam diuiſum, ſiue diuidens: hinc numerus quinarius δίκη vocatus, quia denarium ex æquilibrio ſecat, vt idem ait lib. 22. cap. 10. & iudex quaſi litium diremtor, de qua re nos alio lib. fuſius: quare & Dei comitem auctor libri de mundo facit: enim- C
verò facit nihil Deus, nec verò poteſt facere, niſi iuſtè.

Accipitur & pro lite, cauſſa, & iudicio, vt ex illis teſtimoniis compertum eſt, quæ producit in Pand. Bud. ad l. poſt. de orig. iur. & in comment. ling. Græcæ: non commemorat ipſe Plautum, ac Terentium, qui dicam impingere, & ſcribere dixerunt, pro eo, quod I.C. dicere ſolent, dictare iudicium, ſiue actionem: Suet. in Vitell. tit. 7. formulam vocault: vulgo, litẽ intendere, mouere lite, λαγχάνειν δίκην, ſortiri iudicium, dicas ſortiri Cic. 4. act. in Verr. ſortitione cauſſas cognoſcere: δίκην δικάζειν, cum iudex item dirimit litem, & diiudicat.

Quanquam ciuis meus Car. Sigon. lib. 2. de ant. iure prou. cap. 5. dica ſcribi tum dicebatur, inquit, cum lis intendebatur, id eſt, iudicium poſtulabatur: ſortiri dicas, cum iudices ex lege dabantur; verum hic quid ſit dicis cauſſa, non explanat.

Marius Niz aut is potius, qui eius obſeruationes locupletauit, notat, dicis, caſum eſſe genit. & pro dicæ ſumi; ſic enim efferttur. vt Calliope, & Calliopa, Penelope, & Penelopa, & idem eſſe dicis cauſſa, pro litis cauſſa, ſiue ad ſpeciem, per ſimulationem, ſimulandi cauſſa.

Nouus I.C. in comment. verb. iuris originem vocis ex Vart. hanc putat, vt quemadmodum iudex à iudico dicitur, & index ab indico, compoſita à compoſitis, ita dex dicatur à dico ſic, vt dex ſit is, qui dicit, quare dicis cauſſa ſignifica-

ret.cum quid nulla alia causa sit,quàm vt factum esse dicatur. Cuius quidem Varr. summa est hac in re auctoritas.

Non valdè ab hac notione distat quod scribit de militiis ex casu excellens I.C. Lælius Taurellus, qui hac phrasi indicat,significari vmbram quandam,ac similitudinem rei,non rem ipsam: fuisse enim olim imaginarias quasdam dignitates,siue militias,vt Suet.in Claud.cap.25. nominat. quibus titulo tenus absentes fungerentur, quod ostensionales milites,qui dicuntur à Lamprid.in Alex.Mamææ indicant,id est, ostentationis caussa,& quod I.C.aiunt, inquit, Taur. dicis gratia.4.commo.de S.C.Sil.pen. siue, vt Cicer.in Verr.dicis caussa quam vocem & Varro, vt antiquam deducit, fortasse & quodam loco Plin. agnouit. E

Alexandrinis porrò veteribus militibus hodiernos,quos aurarios,vel auratos vocant,comparandos duxerim, inquit, quid enim habent aliud, quàm imaginem, & fucum, sunt tamen honorariæ cuiusdam dignitatis, quæ codicillis tantum citra omne cingulum constet.

Quam sententiam eodem penè sensu, diuersa licet oratione illi ἰσόψηφος I.C. Antonius Aug. lib. emend. 2. cap. 2. expressit hoc Caij loco, & Vlp.& Cic.6.in Verr.producto, quibus locis nihil aliud existimat dicis caussa significare, quàm quod ipsi I.C.perfunctoriè, aut defunctoriè appellant l.2.non solum ad S.C.Tertyll.l.vn. C. qui nam. & lusoriè, l.aut qui alter in pr. quod vi, aut clam. l.qui libertatis. §. & si quis de edict. Inquit idem Aug. lib. sing. ad Modest. de excus. vt defungi suo munere videretur, Bud.l. exemto. §. idem de action.emt.nam pecunia ob id,opinor, commodabatur, vt memorationis loco, quod hodie fit quoque in emtionibus, donationibus, & nonnunquam in iudiciis, negocio peragendo intercederet,quod in seruo,qui se auxilium Domino ferre simulauit,commentum appellatur. F

Vlp.in l.t.D.ad S. C. Sil.excusantur serui, qui auxilium tulerunt sine dolo malo: nam si finxerit quis auxilium ferre, vel dicis gratia tulit, nihil hoc commentum illi proderit & Cicer. illa 6. act.in Verr. vbi sic loquitur, attamen vt posset se dicere emisse, Artagatho imperat, vt aliquid illis, quorum argentum fuerat, nummorum dicis caussa daret: qui originem tamen vocis nescire se ingenuè profitetur.

P.Victorius lib.variar.lect.8.cap.24.addit horum duorum I.C.notationi ipsa Varronis,& Plinij verba à mendis expurgata, & Arnobij lib. 4. contra gentes, & Carisij Sosipatri 1. lib. institut. Gramm.indicantis esse casum patrium dicis. G

Cui explicationi Adr. Turnebus lib. 20. aduers.cap.16. consentit locum hunc ex Attici vita producens, & emendans. Bruto, & Casio desperatis rebus prouinciarias à Coss. necis, lege, dicis caussa datas, hoc est, quoniam per speciem, & nomen prouinciarum amandati,& à Rep.remoti fuerant: credo esse illum modum loquendi Italorum, per non parer. & lib. tamen 18. cap. 27. ex antiqua veteris libri nomenclatura dicis caussa, inquit, νόμου, & λόγου χάριν, vt nos Itali dicimus per non parer di far contra la legge, ò pregiudicare alla legge, ò fare contra il douere: lib. vero 11.cap.20.dicis caussa vsurpare Lucretium lib. 2. notat explicatque ἕνεκ' ἀφοσιώσασθαι,id est.leuiter,& defunctoriè,& vtrumque agere, simul originem docens,cum ab his ductum velit,quæ,vt religione defungamur, vtcumque facimus: cum simulata olim in ea pro veris haberentur, & qualiacunque ferè pro optimis dicarentur.

Ita P. Pithœus cap. 8. lib. 2. aduers. tanquam dicationis caussa existimauit dictum, & confirmat Tertull.in Apol.testimonio multa in sacris facta ab Ethnicis vtcumque & simulatè,quę pro veris accipiebantur, quod item Ser. Honoratus in illum Virg. Aen.2. versum obseruat: H

Sanguine placastis ventos, & virgine cæsa.

Vnde,inquit, cum de animalibus, quæ difficile inueniuntur,sacrificandum est,de pane, vel cera fiunt: hinc illud Aen.4.

Sparserat & latices simulatos fontis Auerni,

Sic & in templo Isidis sparsa de Nilo aqua esse dicebatur: inde etiam ceruaria ouis Sex. Pompeio, quæ pro cerua immolabatur: inde Tauros, verbenasque in commentario sacrorum ficta farinacea significasse: quare non à verbo dico dicis. sed à verbo dico dicas arbitratur vterque deduci, vt sit tamquam dicationis caussa: Certè Modestinus præstans I. C.quod Latinè dicis caussa vsurpatur, Græcè reddidit ὁσίας χάριν,vt notauit vtroque loco citato Antonius August. & P. Victorius,pietatis gratia ad verbum; prauitatis,mendosè in nonnullis libris,& item ἀφοσιώσεως χάριν & ante Modest. Dio lib. 33. in iudicio Rabirij perduellionis rei ὁσίας ἕνεκα,religionis ergo,id est,animi religione liberandi caussa, & vt Bud.interpretatur,aliquid facere, vt videaris carere reprehensione: qui verò ita quidpiam facit,non ex animo facit,sed quasi,ex fuco,& fraude,& perfunctoriè,cosi la,diceret Italus,languidè,& remissè videlicet, quod magis vox ἀφοσίωσις declarat,& verbum ἀφοσιώσασθαι: illa enim expiationem significat,hoc expiare. I

Erit ergò facere aliquid, ἕνεκ' ἀφοσιώσασθαι, vel ἀφοσιώσεως ἕνεκα, vt me religione exsoluam,nec me non facti conscientia pungat, ac vellicet per leuarim il scropolo: tametsi Pithœus propter Varronis auctoritatem à verbo dico dicis ortam hanc vocem existimare videtur, & concludit, dicis caussa dictum, vt ἀφοσιώσεως ἕνεκα, λόγου χάριν.

Hic mihi videtur idoneus, ac verus sensus, vnde ille pendet verisimus, vt videatur is fecisse, quod non fecerit, vt debebat: nec placet Turnebi deductio à verbo dico dicas, nec Pithœi à dico dicis, sed arbitror esse casus genitiui, siue indeclinabilis, aut pro dices Græca inflexione à

nomine

nomine dice, cum Latinè propriè dicendum esset dicæ caussa, à nominatiooe dica, id qood verum esse, qui Græcè transtulerunt, ἱκεσίαν innuunt, vt enim illi pietatis caussa, siue propter fas, & ius ipsum dixerunt, Latini, propter iustitiam, siue ius, & fas verbo alio vsi Græco extulerunt. hoc sensu, ne quid contra ius, fasque agere viderentur.

Accidit verò huic formulæ, quod cæteris ferè humanis rebus, vt multis locis rugoso senio deturparetur: vnus, atque alter proferatur locus, primum Cicer. lib. 1. epist. ad Att. epist. 15. vbi scribitur in vulgatis codicibus Metellus est Cos. egregius, & nos amat, sed imminuit auctoritatem suam, quòd habere dicit caussam promulgatam, illud idem de Clodio. Vetus & optimus liber habet, sed imminuit auctoritatem suam, quod habet dicis caussam promulgatam. Vnde coniicio reponendum, quod habet dicis caussa promulgatum, illud idem de Clodio, id est, fert L leuiter, defunctoriè, & tralatiuè, nec auctoritate tua hac in re vtitur, quamuis sit magni ponderis, & momenti.

Obscurus est Plin. locus hic lib. 7. cap. 50. in quo morborum exempla profert multa, & cum Xenophilum musicum centum & quinque annis commemorasset vixisse sine vllo corporis incommodo, subiecit, at Hercule reliquis omnibus per singulas membrorum partes, qualiter nullis aliis animalibus certis pestifer calor remeat horis, aut rigor, neque horis modo sed & diebus, noctibusque trinis quadrinisue, etiam toto anno. Atque etiam morbus est aliquis, per sapientiam mori, morbis enim quoque quasdam leges natura posuit.

Quid sit morbum esse aliquem per sapientiam mori, nisi quæ præcedunt verba, & quæ consequuntur, facem nobis præferant, magni erit laboris intelligere.

Furiosum scimus à mente capto hoc differre apud I.C. §. 1. instit. de curat. (de quo lege comm. M verb. iur. recentis Iurisconsulti Galli,) quòd ille rabie quadam agitur animi, hic magis in quiete est, nullaque externa apparent argumenta vel certe pacata, idemque est qui & demens.

Alc. ergò 2. lib. παρέργων cap. 16. eo morbo eum dicit meote captum opprimi, quæ φρένιτις dicitur, cui pars rationis capax labefacta est, quæ ex eo fit, quòd, vt ait Gal. hæreat in capite nimius, malusque humor; nec diuersum esse, licet communius, quod Vlp. tradit lib. 1. ad edictum l. 1. de ædil. ed. ex vitio corporali oriri eum morbum, & vitium corporale vsque ad animum peruenire, eumque vitiare, veluti contingeret φρενιτικῷ, quia id ex febribus accideret.

Confirmat Plinij testimonio, sic lib. 7. cap. 51. loquentis, sapientiæ verò ægritudine, &c. Aegritudinem sapientiæ affirmat omnes hos morbos à Plin. nominari, adiungit ea, quæ diximus, esse obscurissima verba in cap. 50. conqueritur, inquit, hominum tot morbis affectos esse non corporis tantum, sed & animi, morique sapientiam ad tempus, vt in his, qui certis interuallis ἐμμανεῖς, id est, mente excidunt, ea verba sic legens, etiam atque etiam morbus est aliquantisper sapientiam mori, non per sapientiam, vt vulgò legitur: & sic intellexisse Plinium Dalecampius videtur in notis ad verba illa per sapientiam mori, despicientem explicans φρενίτιδα Græcè, adiungensque, malè hoc Plinius, qui sensus alii is Plin. verbis lib. 23. cap. 1. potest comprobari, dicentis, & sapientiam vino obumbrari, eest sic in Prouerbium.

Ergo significat Plin. ita morbo amitti sapientiam, phrenesi scilicet, quam ægritudinem sapientiæ videtur appellauisse, cap. 51. vt vino; sanè poëtis familiare est phrenon vocabulo indicare sapientiam. nam & φρονεῖν sapere est.

Hanc tamen sententiam refellit doctissimus nostræ societatis vir Aunibal Codretus, hac præsertim ratione, qoòd neque sequentibus quadret, neque ipsa loquendi ratio satis commode id videatur admittere: quia enim sapientiam morbo amitti Latinè dicet, morbum esse per sapientiam mori? & huius sententiæ quæ caussa potest intelligi sequentibus verbis, morbis enim quoq; quasdam leges, &c. Cum exemplar quod dam etiam legat, mortis quoque enim, &c.

Quare hic videtur horum verborum esse sensus, atque etiam hoc ipsum, quod per sapientiam, atque industriam naturæ motiamur genus quoddam morbi est quam sapientiam certis illis, atque ordinatis febrium periodis natura demonstrat. Ita hic locus omnino accipiendus: Prior autem esset verior, si, aliquantisper, legeretur.

Ad alterius Plinij locum me conuerto. Coire hominum collegia aut Romæ, aut per vrbes, quę Rom. parebant Imperio, ægrè patiebatur Traianus Cæsar: quamobrem, cum aliquando Plin. iunior eum consuleret de instituendo Nicomediæ collegio fabrorum centum quinquaginta, rescripsit, sibi non placere lib. 10. epist. nisi fallor 35. meminerimus prouinciam istam, & præcipuè eas ciuitates ab eiusmodi factionibus esse vexatas: quodcunque nomen ex quacunque caussa dederimus iis, qui in idem contracti fuerint, & æriæ quamuis breues, fient.

Enim verò semper fuerunt suspectæ Romanis nouæ multitudinis Coitiones, nocturnæ præsertim; de quibus lex erat 12. Tab. & fortasse omnium pessimè apud illos audiebant, quæ ob religionem fierent, vt ex 2. lib. de leg. Cic. constat, & lib. 39. T. Liuij vbi de Bacchanalib. neque omnino fas erat vllas fieri, nisi ex auctoritate Senatus, aut principis: & Iulium Cæs. narrat lib. 14. ant. Iud. cap. 17. Iosippus edicto sustulisse in vrbe sodalitia, exceptis nominatim Iudæis, vt & Octauium Aug. Philo adu. Flaccum.

Hinc idem Traianus, cum in Bithynia solemnes quędam essent inuitationes, quibus magnus homi-

hominum conuocaretur numerus. interdum millenatio maior. Plinius eius prouinciæ Procos. dubitauit, an hoc permittendũ esset; quamobrem ita scripsit Traiano epist. lib. cit. 132. Qui virilem togam sumunt, vel nuptias faciunt, vel ineunt magistratum, vel opus publicum dedicant, solent totam bulen, atque etiam è plebe non exiguum numerum vocare. mox, ita vereor, ne ij qui mille homines, interdum etiam plures
Q vocant, modum excedere. & in speciem diamories incidere videantur: rescripsit Traianus. meritò vereris, ne in speciem diamories incidat inuitatio, quæ & in numero modum excedit.

Omnia clara, præter vocem illam diamories, quam in omnibus reperi libris, quam & retinet doctus vir Cataneus. is, qui Plinij epistolas cõmentariis illustrauit, & nescio quem perstringit virum doctum. Budæum suspicor, qui in Pand. adnotationes conscripsit, quod, malam, scribendum putarit, pro, diamories: ingeniosius, & verò propius mutauit F. Balduinus sæculi nostri I.C. elegantissimus, atque eruditissimus, in, diamones; & quidem fuisse diuinatur coitionem quandam multitudinis loco vno consistentis, quam Traianus propter metum seditionis non putabat esse tolerandam.

Ego diamories retineo, quæ fortasse erat vox illius prouinciæ propria, factiones, siue diuisiones, aut seditiones designans: certè διαμερίζειν est diuidere, & partiri, & S. Lucas in act. Apost. verbo μερίζεσθαι vtitur pro dissidere, & in varias factiones veluti diuisum esse, vt διαμερισμὸν c. 12. Euang. pro separatione, & quorus quisque est vel Græcis litteris tinctus leuiter, qui μέρος partem significare ignoret? immo, & μοῖρα apud Hesychium pro eodem sumitur.

Conuulsio quid in corpore hominis, quæ eius formæ, quod eius à tetano discrimen.

CAPVT XIII.

A ΣΠασμὸν, καὶ τὸ σπάσμα affectum esse, ac morbum vel totius corporis, vel partis, quo membra vel vniuersa fermè, vel quædam conuelluntur, & contrahuntur, siue attrahuntur, docent medici: inde enim Græci dixerunt, ἀπὸ τοῦ σπᾶν quod est vellere: Aretæus vocat ξυνολκὴν, Hipp. Gal. Act. reliqui Græci duobus prioribus nominibus: conuulsionem Latini ferè, distentionem Celsus, & Cæl. Aurelianus, qui & conductionem.

P. Aegin. lib. 4. cap. 31. fieri scribit fibris quibusdam distractis, aut contractis διατεινομένων τῶν ἰνῶν: non plenè, nam & musculi afficiuntur, & nerui: quare Gal. lib. 1. de Sympt. caus. nominat affectum musculorum πάθος τῶν μυῶν: cuius quidem proprium Symptoma est, deprauatus motus: motum verò adscribit musculis, vt actioné propriam lib. de motu musc. ita qui definitiones medicas conscripsit, fieri conuulsionem in neruis, & musculis non sponte docuit: & contrahi quidem nunc vniuersum corpus, nunc partem: quanquam sub horum ἰνῶν vocabulo nerui, & musculi cõprehenduntur 3. aphor. 28. & 3. progn. 34. & Auicen. 2. 3. c. 8. accidere tradũt ex imbecillitate partium neruosarum; nam musculi & nerui iniuriis morbosis facile exponuntur. B

Idem tamen Gal. 3. lib. de Sympt. cau. cap. 2. musculis præcipuè, ac solum videtur, attribuere, quia ventrem non conuelli docet, quòd musculis careat: & assignat tamen neruis simul, & musculis lib. 2. cap. 2. de conuulsione, & palpit.

Quæ item repugnantia in Io. Gorræo apparet, qui, cum spasma fuisset interpretatus, vnitatis solutionem in parte neruosa citra vulnerationẽ; tamen docet conuulsionẽ esse musculi ad suum principium inuoluntariam cõtractionem; quoniam musculus est primarium instrumentũ voluntariæ functionis, quæ hoc Symptomate læditur: accepit nimirum à Io. Fernelio lib. de part. morb. & Sympt. 5. cap. 3. qui neruorum etiam addit, & perpetuam esse tradit: ex quo pro musculorum differentiis differentes, ac varias instituit formas vniuersales, & particulares huius affectus, & vitij.

Aretæus cap. 6. lib. 1. de morb. acut. neruis tribuit, & tres eius formas recenset hac oratione Tonics, A tres sunt conuulsionis formæ; in rectũ vna, altera ad posteriora, tertia ad anteriora: in rectum quidem dicitur τόνος, tensio, siue tensum possis Latinè cõuertere. cum ita homo tenditur, vt distorqueri atque inflecti nequeat, rigorem fortissimè seruans, Plinius diceret; nõ secus atq; eorum corpora, quæ nimio frigore glaciantur: quod si retrò, siue in posteriores partes, siue in anteriores fiunt cõuulsiones cũ tensione, C nomen à loco sortiuntur, illæ enim Opisthotoni, hæ Emprosthotoni neruis affectis; siue tensis.

Verum duo spectantur in conuulsione, motus, & caussa: si motus inspiciatur, cum is tantũ fiat ex imperio voluntatis per musculos, ij tantum dici possunt hoc vitio infestari: si verò caussa, etiam nerui afficiuntur: his enim vel repletis nimiũ, vel exinanitis, aut exsiccatis, vitiũ ad musculos transmittitur: nam repletio, & exinanitio, vt docet Hipp. 6. aphor. sect. 39. & Gal. declarat 3. de loc. aff. cap. 6. chordarum exemplo, principes conuulsionis sunt caussæ, ad quas ceteræ omnes referuntur.

Verba porrò Aretæi facile possunt Fernelij oratione percipi, sic enim habet de conuulsione. hæc interdũ totum corpus, interdũ partes, infestat: quæ totius est corporis, id adeò arctè occupat, vt flecti haud possit: cumq; corpus in priora curuatur, emprosthotonos est: cum in posteriora, Opisthotonos; quando æquali robore in vtramq; partem intenditur, tetanos, id est, distentio; quæ nomina solent etiam solius ceruicis cõ-

uulſionibus accommodari; & tunc vitij origo
D eſt initio ſpinæ dorſi.

Iam verò partia conuulſio interdũ in oculo, in frontis cute, in linguæ radice, in maxilla, in labris, vnde riſus fit Sardonius: B interdũ in brachio, in manu, in crure animaduertitur, eo ſcilicet neruo, aut muſculo affecto, qui partis motioni eſt aſsignatus.

Nec diſsident quæ Io. Gotræus & Hier. Merc. lib. 2. cap. 4. de morb. puer. diuerſa licet oratione, tradunt, alias eſſe vniuerſales, alias particulares conuulſiones: particularium alias eſſe anteriores, quæ videlicet anteriorem corporis affligunt partem, alias poſteriores, quæ poſteriorem: nam vniuerſales, quæ vtramque, qui tetanos dicitur à Corn. Celſo, Marcello Empirico, ac Plinio rigor, quòd ſcilicet co rigeſcant, id eſt, rigida fiant, & perſeuerent corpora. quã, ſi effectum ſpectemus, non eſſe proprie ſpeciem conuulſionis, quæ dici
E poſsit contractio, obſeruat Mercur. eſſe tamen contractionem, ſi cauſa ſpectetur; quoniã vtrimque muſculi, & nerui ęqualiter contrahuntur, ita vt in medio quodam ſitu permaneant tenſa, & rigida corpora, quod & nos paulo antè notauimus, & aliis verbis perſequitur Cælius Aurel. lib. 3. morb acut. cap. 6. qui & partium affectum ὀπισθοτονίαν, & ἐμπροσθοτονίαν poſterganeum illum raptum nominat, id eſt, inuoluntariam refractionem ob nimiam ſtricturam, ſiue tumorem: hunc raptum pronum, inuoluntariam colli inclinationem in anteriores partes ob vehementem tumorem, ſiue ſtricturam.

Ego Aureliani definitioni adderem etiã aliarum partium, non modo colli. Quid? Non etiam anteriores partes conuelluntur omnes fermè?

Laborantes Opiſthotonicos, & Emproſthotonicos Græcè nuncupat Celſus lib. 4. cap. 3. & Scrib. Largus cap. 104. Opiſthotonon Plin. dolorem inflexibilem vertit cap. 12. lib. 28. intellige perpetuum, qui propriè eſt tetanos.

Ad particularem, & anteriorem conuulſionem refertur canina κυνικὸς σπασμὸς, cum efficitur vultus diſtortus, & cani ſimiliter depranatur.
F Aet lib. 6. cap. 30. definit interprete Montano, reſolutionem muſculorum mandibulæ, quando os, & nares, & omnino media faciei pars in obliquum declinant. Largus ita, cum in vtramlibet partem depranata eſt facies: de quo bello lib. 5. cap. 8. Fernelius, ſimilemque notat à paralyſi deformitatem indueі, ſed hoc diſcrimine, quòd paralyſi labrum in ſummã partem contorquetur, ſpaſmo in affectam: nam & conuulſionem ſimilem eſſe Epilepſię docuit 3. progn. li. 38. Hipp. & 3. de hiſt. an. lib. cap. 12. C Ariſt. in vtraq; enim ægritudine muſculi verſus originẽ ſuam contrahuntur: cum tamen Epilepſia facile ſoluatur cõuulſio nó item: in illa ſenſus amittitur propter illatã vehementem noxam cerebro: in hac non amittitur; quòd nulla, aut modica læſio fiat cerebri.

Tertiam differentiam, quã Mercur. ex Auic. 2. 3. cap. 8. cõmemorat, non admitto, nempe, quòd epilepſia, conuulſio totius fit corporis, ſpaſmus vel partis, vel partium corporis: oam ſi vera eſt hæc differentia, ſpaſmus nullus erit vniuerſalis, id eſt, vitium totius corporis: & quia ignorat medicorum, talem eſſe tetanon?

Hic ſiſte, & diſce in oris tortura, ſiue diſtortione, vel prauitate, cum à paralyſi fit, alterum duorum, vel vtrumq; ſimul euenire in eodem membro amiſsionem aut ſenſus, aut actionis, aut vtriuſque cum à conuulſione neutrum fiat.

Eoimuerò diuerſis peculiares conuulſiones nominibus afficiuntur, oculorum σφαλμὸς mãdibulæ, τετανὸς in ore, κυνικὸς σπασμὸς, in pene, πριαπισμὸς eſt, & pulſus σπασμώδης Gal. li. 2. de pulſ. cau. cum videlicet arteria tenſa, & vtrinque retracta eſt, inquit Fernel. lib. de pulſibus 3. cap. 1. is purus eſt, ac durus, quia rigidus, tenſiuus minus Latinè dicitur.

Eiuſdem lib. cap. 6. de partib. morb. & Sympt. 5. cap. 3. adiecit flatulentam cõuulſionem, id eſt, φυσώδη σπασμὸν, eam puto eſſe, quæ Italis granfo dicitur, ſiue grãchio cum manuũ pedumue digiti, interdũ crura extenduntur, vel in ſe contrahuntur dolore quidẽ vehemente, ſed qui ſoleat eſſe breuior, & ſola frictione miteſcat: oriturque ex craſſo, ac lento vapore in propaginibus neruorum: maximeque deditos crapulæ, atque inertiæ ſolet infeſtare.

Piaculum inter tot medicos non meminiſſe Principis, & magiſtri omnium Hippocr. hic ergò conuulſionẽ tum σπασμὸν nomine vocat. tum σπασμὸν & ἀνάσπασμον, & cauſas exponit varias lib. de morb. 1. & 2. lib. de ratione victus ſimul cum diſtentione: & ex his nonnullas nominat repentinas, quas diſſoluat febris. & alui fluxus, vbi & σπασμὸν nominat. locus eſt ſect. 2. præcogn. nu. 3. D vt & 5. lib. aphor. aph. 4. ptimis: quanquam ignoro, num citatis his libris, Hippocratem citarem, quos nempe ſciam in dubium vocari.

Quod ſi aues ſcire, quę repentinę ſint conuulſiones, Galenũ audi ſcribentem ad aph. 26. lib. 2. cum corripiunt valentem, ac ſanum, quod nimia in repletione fit: ſic oriuntur E à proprio principio, & ſine manifeſta cauſſa inuadunt, ereatæ ex ea repletione.

Scimus quoque σπασμὸν nomine etiam intelligi ab Hippoc. τετανίζειν, vt apparet lib. 5. apho. 70. ſanè ea totius eſt conuulſio corporis, vt Gal. ſcriptum comm. 6. in lib. 6. epid. reliquit, quod Aretæus fusè declarat.

Iam τέτανος & adiectiuum eſt, & ſubſtantiuũ ſed cum eſt ſubſtantiuũ ferè τέτανος dicitur, cum adiectiuum τετανὸς hoc ſignificat tenſum, arrectum, exporrectum, extenſum, diſtentum, rugis carens: nam quod Hipp. vocauit ſυντεταμένον ἦπαρ, Nicander Alexipharm. τετανὴν ῥινὸν, id eſt, cutim extenſam ſiue potius tenſam ac duram, minimeque rugoſam nominauit, & quod Dioſc. lib. 3 cap. 102. de Ichthyocolla ſcripſit, ...

K ϑεγ τὸν ..., Plin.32. lib.cap.7. reddidit Ichthyocolla erugat cutem, extenditque.

Aretæus rudi adhuc sæculo, atque arte medica, omnem tetanum fieri putauit conuulsis, & tentis musculis, ac neruis maxillarum; quamquam in totum etiam redundet corpus, Da eius verbis autem cap.6.lib.1.de morb.acut.Conuulsiones, quæ tetani dicuntur, vehementer affliguot, citissime interimunt, nec facile soluuntur, affectus sunt musculorum in maxillis, ac tendonibus, qui io totum tamen corpus manant.

Paulus verò pertinere ad omnes corporis musculos decreuit, Pelops, & Gal. lib. de musc. dissection. ad musculos ceruicis, quibus caput aonuit, tenuit, circum agitur, vt & Celsus lib.4. cap. 3. & Cæl. Aurel. lib.3. acut. morb. cap. 6. tetanicis,
L inquit, recto ductu distenta magis videntur colla, atque ita, vt inflexibilia fiant, præter alia multa, quæ prætermitto.

Quare & Hippiatrices auctor voluit τετανικὸν esse, quem tamen cum Opistotonico miscet. ὅταν ἔχῃ τράχηλον ἀποτεταμένον, cum rigido est collo: verum est totius corporis, etiam Galeni opinione, cum omnes corporis musculos infestare scribat, maximè autem spinam dorsi: quo circa & totam spinam, manusque & pedes contendi, vt in nullam partem flecti possint, sed rigida consistant, & veluti constricta gelu; licet quasi peculiaris tribuatur ceruici.

Quamobrem Aretæum tueri possumus hac ratione; quòd per tetanum maxillas conuelli apertè videamus: inde Scrib. Largus cap. 23. tetanum eorum esse vitiom apud Græcos prodit, quotum maxillares musculi vehementissimo dolore tenduntur adeò, vt aperire os nullo modo queaut. Sanè Gal. quasi amborũ medium, & æqualem vtriusque ex Opisthotonico, & Emprosthotonico compooit.

M Singultus quoque, id est, λυγμὸς, quædam est conuulsio, vel conuulsioni similis, vt ait Gal. lib. 3. de Sympt. caus. cap.2. & 6. aphor.39. quia fit hic motus instar spasmi; licet ventriculus musculis destituatur.

Tentigo etiam apud Aristoph. πέτος est, id est, virilium tensio, vt exposuit Suid. qui & ab eodem dictum indicat ῥοπαλισμὸν, qood claue instar rectum sit, ac rigidum. ἐστὶ ὡς ῥόπαλον γίνεται.

Cur verò non eueniant podagricis conuulsiones, cum tamen vtrumque malum inflammationem habeat partium neruosarum, caussa fortasse erit, quia neruosarum partium ligamenta tantum inflammantur podagricis, non autem nerui, ac tendones, qui scilicet tantum dolent ex consensu, quo cum ligamentis sociantur: si tamen verum est liberos esse à spasmo podagricos.

N Quid verò esse putemus conuulsionem maius? Certè neque corpus est ἐπιγεννῆμα. sed ἐμφυτῶς: neque enim musculis, aut neruis constat, vt distrahi, aut contrahi possit, & σπασμὸν tamen θαλάσσης & σεισμὸν dixit Appianus & Plut. hic in Cicer. ille lib.5.

Mihi esse videtur talis procella maris, cum nec vltra, nec retro variatis sæpè fluctibus datur nauigare, cum scilicet nauis huc, illucque impellitur: Achilles Bocchius in Plut. vertit, terræ motum, hiatumque pelagi extitisse.

Qui infestantur spasmo Græcis σπασμικοὶ dicuntur, Plinio passim, vt lib.21. cap. 20. lib. 23. cap. 4. Sed cum priore loco Spasticis dicat, tum euersis, cur adiungit conuulsis, cum idem sint? Idem sunt certè genere, non specie; primum fortasse Opisthotonicos, & Emprosthotonicos significat, alterum tetanicos; aut spasticorum nomine Epilepticos, & Apoplecticos quoque intellexit vide multa in Gal. lib. 4. de anatom. administrat. & lib. 11. de vsu part. præsagium esse mortis, cynicum maximè rigorem, aut conuulsionem Celsus lib. 4. notauit, & Rasis lib.3. ad Almans. cum de hoc morbo agit.

Catarrhi nomine plura significari, quàm vulgo creditur; quot modis effluat hominis sanguis, declaratum.

CAPVT XIV.

Κατάῤῥους Latinis fluxio, siue destillatio est: à multis pro quacunque fluxione licentius accipitur: Plin. lib. 1. de re medica cap. 2. est quidem Catarrhus homor defluxus ad nares, ad fauces, ad pulmones; Vnde Catarrhus dictus est à fluore: propriè tamen apud Gal. 3. de Sympt. cau. destillatio ea nominatur, cum ad os defluunt excrementa, humoresque superflui, vel ad palatum, vt lib. 2. progn. enarr. 49. idem ait, vt Aet. serm. 8. cap. 53. Catarrhus est, humor ad vuam, seu Columellam defluens: vna autem pars oris est. Aegin. cap.28. lib.3. Catarrhus est, vbi ad fauces, & palatum humor descendit; nam & fauces pars oris: quod si ad nares delabantur humor κόρυζα Græcis, grauedo est Romanis: si ad fauces descenderit, Galeno & Græcis βράγχος est, Celso, Plinioque raucitas: cum tamen Aegin. raucitatem esse scribat, cum defluit humor ad guttur, & asperam arteriam: nil mirum: quoniam facilis delapsus humoris in faucibus collecti ad guttur, & asperam. Hinc triti illi in Scholis medicorum versiculi;

Os, vuamq. petens humor stillatio nostris
Fertur Romanis, Græci dixere Catarrhum:
Quod si guttur habet, fauceisue, hæc horrida pestis,
Branchos erit Graiis medicis, raucedo Latinis.
Græca coryza premit nares, Romana grauedo.

Gal. lib. 6. de cau. Sympt. ex versione Linacri. quippe omnia Symptomata ex intemperie similarium, & instrumentorum morbis, praeterea
C materiæ ipsius tum qualitate, tum quantitate, prouenire deprehendes. Verbi gratia, catarrhi, & coryzę caussa est cerebrum, cum perfrigeratum quidem est, ceu similaris pars, in intemperiem versum, aut cum æstuat, ceu instrumentalis, impletum.

Ergò qualis in ventre passio ex mala concoctione fit, tale est in cerebro prædictorũ, vtrumque catarrhum scilicet nominantibus nobis, cum quod superuacaneum est, in os defluit: Coryzam cum in nares: Branchus autem, si rauceitas, catarrhis superuenit, faucibus scilicet humorem imbutis: quod si in gargarionem fluxio procumbit, aut quam Græci ex similitudine Staphilen, id est, acinum siue vuam vocant, in ea gignit, aut alias eam in tumorem attollit: at si in glandulas, quæ sibi ex aduerso in oris termino vtrimque iacent, Antiadas: Si autem in ea, quæ iis proxima sunt, paristhmia. deuertit capitis fluxio, & in ventriculum, & in asperam arteriam
D vtrumque magnopere lædens, prolixius de his egisse se tradit in libris medendi. credo methodum significare ex quibus quidem libris quædam nos produximus.

Ad puriorem transeo humorem, hoc est, sanguinem, quem à vasis quatuor modis docet Gal. lib. 5. methodi defluere. tres vero sunt potissimi, sanguinis è vena, vel arteria excitati, vel ex ruptura earum, vel erosione, vel cum ora earum aperiuntur.

Enimuerò sanguinis eruptionem dignoscimus ob ruptum vas, quod extrinseca præcesserit caussa, vt lapsus ex alto est, lucta longior, & sæuior: tunc enim dilatantur, distenduntur que vasa, & rumpuntur: ita grauior lapsus humi, vel ponderis grauioris elatio, aut gestatio, vel casus impetus, vel ingens vociferatio tussisque asperior.

Si ex humorum copia sit effusio, repente fit,
E & coaceruatim; cui remedium est facile, euacuatio, qua sanguis compescitur, vt cum est curandum vlcus: & caussam quidem extrinsecam procatarcticam vocant, in qua prætet retractiones, & deriuationes vasis rupti vtendum est conglutinatione adhibitis medicamentis, quæ adstringant, & refricent, sed citra mordacitatem, & glutinosum aliquid habeant: quare vtilissimus est bolus Armeniæ pallidus, cuius miracula celebrat Gal. & pastilli è succino parati, carabum nominant Arabes; siue corallio, & terra sigillata vide Gal. 7. lib. de composit. medic.

Reiectio ex caussa erosionis propter acres, & mordaces humores fit, qui delabuntur in thoracem, vel in ipso thorace gignuntur maximo vitę
G periculo, vt ait Gal. in dogm. quia hanc vlcus cõsequitur solidando difficillimum, & ferè febris Hectica, tabesque corrosa tamen vasa cibis, boni succi sunt curanda, & pharmacis, quæ carnem generant quodammodo nutrienda; medicamentis quoque constringentibus modo fiot calidis, & tenuiorum partium, modicè mistis, vt videlicet ex stomacho deferantur ad iecur, quæ inde per venam cauam ad cor, hinc ad pulmones distribuantur, vt ait Gal. libro 7. de comp. med.

Cum item vasis osculum reseratur, sanguis reiicitur, & quasi per resudationem transcolatur: quod ferè iis accidit, qui balneis vtuntur calidis in regione potissimum calida, & æstiuo F tempore, & cum cibis quis vescitur calidis: curatur obturatione potissimum adstringendo: quare bolus Armeniæ verus mirificè in hoc laudatur à Gal. qui merito lapis est appellandus: gleba enim terræ est grauis, coloris pallidi, saporis butyrosi, vibil arenæ referentis, odoris non ingrati quæ si aquæ infundatur, mox ac si calx esset, mollescit, & liquatur.

Hæc omnia breui hac oratione comprehensa cape: Profluit ex vena, vel arteria sanguis, aut reclusso earum ore, aut diuisa earum tunica. aut transcolatus, hoc est, sudoris instar transfusus tunica verò diuiditur, aut vulnerata, aut contusa, aut rupta, aut erosa.

Reclusio ἀναστόμωσις dicitur, & fit tum propter imbecillitatem vasis delicatioris: tum ob sanguinis ad ipsius os impetu ruentis copiam.

Tertiò propter aërem, siue mordacem, ac salsam qualitatem, quæ in eam incurrit διαπήδησιν, siue exilitio contingit, tum cum tunica rarefit, & sanguis attenuatur, & subtilior efficitur.

Potest & quarta adferri caussa, reclusio oris vasorum graciliorum. lege eorouidem illius B. lib. methodi med.

Dentes an ossa, cur non rodantur à Canibus confutatus in dentium numero Aristot. in vomitu canis Plin.

CAPVT XV.



VRIOSA quæstio, tametsi vulgaris, cur, cum videamus ossa omnia rodi à canibus, dentes nunquam videamus: dentes ipsis de industria obieci, non attingunt. Responde cum vulgo, proprium esse canum ossa rodere, dentes verò ossa non esse.

Hipp. certe 5. aphor. ab ossibus dentes separat, inimicum esse ossibus, & dentibus frigidum scribens, & eum eo Gal. lib. 6. de vsu part. & Arist. 3. lib. de hist. an. cap. 9. & Alb. Magnus lib. 16. de an. tract. 2. cap. 6. alibi tamen Gal. Sophistas appellat eos, qui separant.

Componenda lis optimo arbitro Arist. lib. de gen. an. 2. cap. 4. docente genere, ac materia idem esse

esse dentes, atque ossa, nomine, & specie differre. B quare gigni ex ossibus dentes, vt vngues, pilos, cornua ita colorem mutare cum cute, qui loco citato de hist. an. æmulari ossium naturam asseruit, ideoque Aethiopum dentes esse candidos ossium instar, vngues verò esse nigros, modo cutis, vt sibi minus videatur hic arbiter constare.

Primo quidem aspectu apparet in genere ossium dentes esse, cum multis differant: primum genere, sine origine potius, nam ossa omnia primo hominis ortu fiunt; mensibus post ortum multis dentes: ossa vsque ad certum ætatis spatium, hoc est, 22. annum, vel circiter augentur; dentes toto vitæ tempore: ossa è corpore semel extracta numquam renascuntur, & cum franguntur coagmentantur quidem, nō osse tamen, C sed quodam quasi gummi, quod ossi est persimile: at exemti dentes regerminant in maxillas: ossa cremantur igne, & consumuntur dentes numquam licet putris pituitæ conficiantur tabe, vt ait Plin. lib. 1. cap. 16.

Ossa tamen sentiunt, vt & dentes; cum enim anima sit tota in toto, & tota in qualibet parte, & animal substantia sit corporea, sensus particeps, animata, non possunt ossa carere anima.

Ossa in omnibus ferè animantibus, quibus quidem vescuntur canes, plena sunt medulla, & pinguitudinem habent nonnullam internam & externam; dentes verò nullam; quæ caussa est, cur & dentes corpora nominet durissima Celsus, quibus nil inest frigidi lib. 8. cap. 1. & non roD dantur à canibus, tametsi Arist. in hist. lib. 3. cap. 10. non omnia medullam habere declarat: & est de ossibus digitorum quæstio minimè leuis: amœnum potius, quam validum argumentum est, inquit Scaliger exercit. 281. num. 2. de subtil, ad Card. lapide Sarcophago totum corpus absumi intra 40. dies exceptis dentibus, vt Plin. est auctor lib. 26. cap. 17. qui Assius item dicitur ab Asso Troadis.

Non efficiunt tamen hæc omnia, vt credere debeamus dentes non esse ossa.

Plinium induxit in errorem errans Aristot. 2. lib. de hist. an. cap. 3. cum viris plures esse dentes, quàm fœminis tradidit, repetiit Plin. lib. 7. cap. 16. hoc sermone, triceni bini viris attribuuntur, excepta Turdulorum gente, quibus plures fuere, longiora promitti vitæ putant spatia. Feminis E minor numerus.

Vtriusque errorem sequutus est auctor libri, qui de ordine partium corporis sub nomine Galeni inscribitur, 30. tantum feminis dentes assignans: ratio, inquit Alb. M. hæc fortasse, quòd feminæ maribus frigidiores sunt: Ego in hos retundo: nam cum præparationi, & concoctioni ciborum dentes inseruiant; (hic enim dentium finis potissimus;) consequetur, vt frigidiori animanti, & idcirco minus valenti cibos concoquere plures necessarij fiunt dentes ad meliorem præparationem: melius igitur hic idem vniuersè scribens lib. 1. de an. tract. 2. ca. 6. quemlibet hominem suapte natura vel 32. vel 28. habere dentes. Omnino verè Hipp. & Gal. 2. lib. de F vsu part. cap. 6. parem dentium numerum viris, & mulieribus attribuunt, quos testes laudat experientia.

Errauit & Plin. lib. 11. cap. 37. longissimo, prodens solos canes inter omnes belluas vomere, quod ipsorum intestina extrema parte sunt angustiora sic, vt excrementa veluti restagnent in ventriculum. Eius hæc verba, in homine intestinus adnexus infimo Stomacho, similis caninus: his solis animalium inferiore parte angustior; itaque & sola vomunt; quia repleto propter angustias supprimitur cibus: quod accidere non potest iis, quorum spatiosa laxitas eum ad interiora transmittit.

Aduersatur experientia, & Aristot. testimonium, atque aliorum: pauca sanè vomunt, vomunt tamen aliqua, vt feles Arist. ad finem libri G de hist. an. ea ad vomitum esse propensiora docet, quæ lato, atque amplo sunt pectore in auibus, & quadrupedibus, atque hominum genere: & 5. lib. c. 5. obseruauit Hyænam vomere vel humanum potius vomitum imitari ad canes fallendos, quos venantur: nam ad vomitum accurrunt canes, vt Plin. lib. 8. cap. 30. animaduertit & Colum. lib. 7. cap. 10. sues notat vomere: experientia testatur Catos, & feles.

Vomitiones quoque hoc animal, id est, canis, monstrasse videtur: vt lib. 8. cap. 26. in venæ sectione tradit magistrum fuisse Hippopotamum, qui assidua satietate obesus exit in litus recentes arundinum cæsuras perspeculatus, at- H que vbi acutissimam videt stipitem imprimens corpus venam quandam in crure vulnerat, atque ita profluuio sanguinis morbidum alias corpus exonerat, & plagam limo rursus obducit: & capite sequenti, clysteris vsum nos ab Ibide prodit accepisse, nam rostri aduncitate per eam partem se perluit, qua reddi ciborum onera maxime salubre est.

Discrimen σαρκὸς, & κρέατος quodnam; & quæ notio: vlcerum, & cauteriorum in deseratis morbis vsus: ruta, & vesica remedium ad vrinæ incontinentiam.

CAPVT XVI.



CARO σὰρξ Græcis, trifariam sumitur, A magistro Gal. lib. methodi to. saltem indice, propriè quidem, & absolutè pars corporis nostri simplex, mollis, rubicunda, fibris referta musculorum, quas aduersus externas aëris iniurias, impetusque corporum reliquorum protegit, & ex sanguine

procreatur, amissaque redit: haec maxima est pars animalium, quae sanguine praedita sunt.

Improprie duobus modis, atque ita proprio caret nomine, hoc est, quae fibras cordis, ventriculi, stomachi, intestinorum, vesicae, uteri, & similium partium ambiens atque defendens aduersus natiuum calorem conficientem, & externas noxas, ipsis adhaerescit, & membranis in corporibus valentioribus, atque habitioribus.

B Tertia vero notione sumitur pro omnium B viscerum massa, corpulentiam iure posses appellare, quam substantiam ferè nominant: Erasistratus παρέγχυμα, quae caussa est functionis ipsorum: einsmodi σάρξ, id est, caro, dicitur cerebri, iecoris, pulmonis, cordis; lienis, renum: cui triplici carni vix reperias κρέας attributum nomen.

Item corpus ipsum σάρξ dicitur, vt in Lexico Cicer. eruditissimus docuit eius concinnator: nam significatio in sacris nostris libris tritissima, cum pro toto homine passim accipitur, locum non habet in bonis latinitatis auctoribus.

Σάρξ de medulla plantarum, & pulpa vsurpatur à Theophr. cap. 11. lib. 6. de cau. plant. & alibi C saepè vt & σαρκία, vt carnem Plin. consueuit, vt lib. 16. cap. 38. κρέας & carnem significat, sed potius animalis mortui, vt σάρξ propriè viuam, licet confundantur: inde Sarcophagus, & Plutarch. liber de carnium esu inscribitur, περὶ σαρκοφαγίας.

Cur autem potius κρέας mortuam significat, eum à κέαρ dicatur quod est cor? fortasse quia vita à corde, cuius aliquando particeps fuit κρέας. auctor Etymologici, quia, inquit, caro omnis animata κρέας ἔμψυχον.

Vsurpatur & pro corpore, vt Latinè dicimus carnem, & Italicè; ita locutus Aristoph. Ranis ἄδηλον ἐκ ἄγω, ἢ μὴ νεαυμάχησα περὶ τῶν κρεῶν (σωμάτων, inquit Schol. & Sophocles, ἄρξεις τῶ δὲ τῶ κρέως, D hoc est, in corpus hoc imperium tenebis: & quod Arist. dixit, ἄν δ' οἱ κλίναι κρεῶδες ἔχωσι τὸ σχῆμα τῶ μυκλῆρος, πονηρίας σημεῖον. Plin. ex Trogo lib. 11. capite 51. qui carnosos à naribus oculorum angulos habent, malitiae notam praebent: propriè tamen Plut. in quaest. Graec. quaest. 13. κληγεῶν κρέας extulit. Porrò Eustath. ingeniosè magis, vt puto, quam verè, à robore, quod esu carnium corporibus praestatur, Etymon ducit, παρὰ τὸ κρατύνειν διὰ τῆς ἐξ αὐτῶν τροφῆς, hoc est, à robore, quod earum praestat nutrimentum.

Omnes ferè libri Medicorum, Graecorum, Latinorum, Arabum ad excitata vlcera, & cauteria, in grauibus morbis, quibus externa siue interna mitiora non prosunt medicamenta, confugiunt, & quidem plura in capite, scapulis, brachiis, spina dorsi, pectore, cruribus. Hipp. lib. 2. de morbis, latius lib. de inter. affect. qui E liber totus vstionibus, & sectionibus scatet; ita libri Epidem. 6. aphor. lib. de articulis. Gal. comm. in Hipp. maxime lib. 6. Epidem. & 6. aphor. aph. 60. & citatis Libris Hipp. B. Aegin. lib. 6. sic Aet. Trall. cognomento medicus, Oribasius, Corn. Celsus lib. 3. cap. 23. & lib. 4. cap. 2. & 22. Liber inscriptus Trotula veteris medici, Marcellus Empir. Scrib. Largus, Plin. lib. de de re med. Cael. Aurelianus de Chron. morbis Theod. Priscianus ad Timotheum Victorium, & Eusebium. Auicenna 4. fen. lib. 1. & 1. fen. lib. 3. cap. de Apoplexia, Rasis, Alzarabius, & omnium optimè Albucasis maximè tractatu illo, qui Chirurgiae PETRI ab Argillata est adiunctus.

Sed obserua, quod non ita gnarum medicis, vlcerum nomine, hoc est, ἑλκῶν, non vlcera tantum, ad quae morbida materia suapte natura deriuatur, sed & vulnera, quae arte medicorum infliguntur, & quae adstrictiora vocant, plagas efficientia, fumi, cum praesertim Hipp. & prisci illi medici omnem continui solutionem, quae fractione, contusione, vulnere fiat, & id genus modis ἕλκος vocabulo, comprehenderint.

Ad reprimendam vrinae incontinentiam semen rutae in puluerem tritum commendat Dioscorides lib. 3. ca. 45. cum Hipp. lib. 2. de diaeta, id est, victu, vt quidam putant, damnare videatur, quòd potius vrinam prouocet. Ruta vrinam magis, quàm aluum mouet: vim item nonnullā habet cogendi, siue condensandi, vt à Gal. dicitur aph. 10. sect. 3. libro 6. de qua re ita Plin. lib. 20. cap. 13. Si vrinam mouet, vt Hippocrati videtur, mirum est, quosdam dare, velut inhibentem, potui contra incontinentiam vrinae: quod eo mirabilius, quia cum feruens eius sit natura, sudorem perunctis reprimit, & comesa generationes impedit, vt ibidem Plin. loquitur.

Et quidem pro Dioscor. est Arist. qui sect. 12. probl. 11. Quaerens cur odorata plantae, ac semina vrinam cieant, respondet, quia & calida sunt, & benè cocta, vt extenuare humores queant cum graueolentia, qua calida, pronocent quidem, non sunt tamen cocta, & magis corrumpunt: id quod iisdem ferè verbis repetit sect. 20. problem. 16. & scimus rutam esse calidissimam; cuius item odor etsi quibusdam videatur grauis, & acrior, non est tamen, vt ibi loquitur Arist. (σωματώδης, inde Alb. M. libro 6. de veget. & plant. tractat. secundo, capite 16. rutam calidam esse, siccam, incisiuam, resolutiuam docuit, planè Aristoteli conuenienter, qui calida extenuare humores tradidit, & Galeno libro 16. simplc. medicam.

Eius item nomen in hac ipsius proprietate nonnullam admirabilitatem facit, quod Tolao auctore à Peloponnensibus ῥύτη nominatur, vnde Latina vox ducta, à fluxu: à caeteris Graecis πήγανον ἀπὸ τῶ πήγνυσθαι, quòd calore, & siccitate genituram, siue genitale semen contrahat, &

coagu-

coagulet, vt lib. 1. de nat. stirp Ioan. Ruell. cap. 14. & 20. & lib. 3. cap. 38. & 39. Plutarchum laudans auctorem, exponit; quare inimicam esse grauidis.

Crescit admiratio, quòd vuluas quoque apetit, vt eodem loco Plin. tradit.

I Non tam absolutè hoc dicere Hippocratem, vt eum defendunt, quidam recentes medici adnotarunt, sed potius vrinam magis prouocare; quam alia; id quod frigidam continet defensionis rationem.

Adducunt, sed demus prouocare, non impedit tamen prouocatio, quin etiam possit inhibere: ratio est, quia vrinæ incontinentia crassis fit, & frigidis humoribus, semen autem rutæ vi sua calfaciente, & exsiccante subtiles eos, ac tenues efficit, ex quo non sequitur incontinentia, sed impeditur: & frigida hæc defensio. Hoc igitur malè senserit Hippocrates.

Quod verò scripsit Plin. lib. 28. cap. 6. lino, vel papyro principia genitalium perstringi femur medium ad cohibenda vrinæ profluuia, mihi K plus videtur habere superstitionis, quàm veritatis. Et quod Gal lib. 9. de medicam. local. & lib. de facile parabilibus docuit vesicam suillam, & vulpinam conferre plurimum ad vrinæ incontinentiam, redactas videlicet in puluerem, ac potatas, attentius considerandum, num id accidat occulta ipsorum proprietate animalium. An potius membri facultate item occulta?

Arabum doctissimus, & subtilissimus Philosophus Auerroës 5. libro colliget ad membri refert proprietatem: membra enim simillia ratione similitudinis similibus prosunt, verbi gratia quodlibet cerebrum animalis cerebro prodest humano, quodlibet cor cordi. Quod vereor, vt sit verum: certè felis cerebrum homini inimicum vulgò dicitur; efficere enim comesum insaniam, & furorem in homine: nisi si de extrinseca intelligat applicatione hic Arabs.

Quæ lenientia medicamenta, quando adhibenda, & cur aduersus recentiores: γονὴ, καρδία, ἀκροασὶς, quid Hippocrati.

CAPVT XVII.

A INDOLORIA nouo appellauit vocabulo Cæl. Aurelianus li. 2. Chron. cap. 4. quæ Græci medici pulchrè ἀνώδυνα vocauerunt, latinè dolorem sedantia, siue lenientia, aptè dixeris, & sunt ea, quæ temperato prædita calore proximè accedunt ad natiuum, primo saltem, vt loquuntur, ordine calefacientia, & ex tenuibus conflata partibus, minimeque adstringentia: hæc leuant, ac leniunt partium exasperatarum dulci quodam sensu dolorem: de his nos intelligimus; non de iis, quæ re vera talia non sunt, & nominantur tamen, quæ nimirum contrariæ sunt temperationis, & refrigerando, stuporemque immittendo sensum auferunt doloris, sic enim Galen. παρηγορικὰ vocat ἀνώδυνα.

Ergo noui quidam medici in ea quæstione in scholis vsitata, qua disputant, an in quouis dolore mitigando, ac leniendo vtendum sit prius pharmacis, aut fomentis ἀνωδύνοις quàm phlebotomia, hoc est, venæ sectione, & sanguinis emissione, cum vtrumque vsurpari tutò possit remedium, existimarunt ex eo genere esse remediorum, quod tentans vocant, quasi curans esse nequeat: eos veterum omnium medicorum refellit mos in eiusmodi malis, ac doloribus ad ἀνώδυνα confugientium, non vt probent, tententque vim mali, sed vt auferant; aut, quantum fieri potest, leuent. B

Hipp. quidē lib. 2. de rat. victus in morbis acutis, & ex eo Gal. comm. ib. in li 6. de morb. vulg. enarr. 5. frequentissimus, inquiunt, est apud medicos fomentorum membris dolētibus vsus: nam contenta laxat, repleta euacuat, refrigerata calefacit, &c. Adde ea vaporem, siue humorem inclusum discutit, inflatum dissoluit vsq; adeo, vt opus compleat, vt medicè loquar, hoc est, curationem perficiat sanitate inducenda, neq; sanguinis opus sit missione aliòue remedij genere.

Hinc Auicenna ab Hipp. & Gal. doctus 4. fen. lib. 1. cap. 3. referam enim tralatoris verba ipsa. C Cum ad locum remotū materiam reuellere vis, prius mitiga loci affecti dolorem: minor enim fiet vis tractionis, quia dolor ipse trahit, & cap. 1. eiusdem part. cum ad contrarium locum cupis reuellere, primum eius partis, à qua retrahitur, dolorem mitiga; deinde, vbi morbus dolori fuerit coniunctus, aut caussæ doloris, vel inferentis dolorem, vt est vulnus, vel casus, tunc à mitigantibus dolorem inchoandum: id, quod maxime in diuersionibus dolorum seruandum est, vt ex his appatet: quæ quidem fiunt humoris ad loca alia conuersione, & si attētè medicos legi, diuersio, seu auersio genus est ad remissionem, & deriuationem: indicat Gal. lib. 5. meth. med. cap. 3. & lib. 13. cap. 11. & lib. 14. cap. 16. D

Vnum tibi quasi digito Amatum Lusit. designo in commentar. ad 4 fen. Auicen. lib. 1. qui, & contra Vgonem demonstrat citata à nobis Auicennæ verba esse accipienda de ea reuulsione, quæ absq; vlla euacuationis ope solet fieri, qualis est cucurbitularum, frictionum, vinculorum, Sinapismorum, & remediorum, quæ dolorem inferunt: quandoquidem ea reuulsio, quæ fit euacuatione, non solum humorem trahit fluentem, sed illum etiam, qui confluxit, locumq; obsidet inferendo dolorem, atque eò magis, quò euacuatio fuerit copiosior.

Nam vt Galenus respondet enarr. 23. 1. lib. aphor. in maximis doloribus nullum præsentius est remedium, quàm vsque ad animi defectio- E

nem euacuare: quod item probauit Auic. vt constat ex iis, quæ proxima sunt loco à nobis citato; sic enim cap.3. at cum grauiter trahitur ad locum, ad quem trahere cupis, non properes importunè: fortassis enim huiusmodi vrgens infestatio mouebit materiam eamque attenuabit, & non trahetur: immo ad affectum locum facilius reuocabitur 3. lib. de art. t. 41. simulque vesica, partes genitales, & podicis, quod est inclinatum in hac parte habetur: vbi Gal. significare vult vterum, cæterasque genitales partes; vt Pollux lib.2. & Ruffus Eph.lib.1.de nomine part. corp. Consule Gal.lib.12.meth.

F Erotianus in Onomast. & Pollux libro 2. nouam, sed olim vsurpatam ab Hippoc. notionem vocis γονὴ tradunt, & Gal.3.lib. τέχνης comment. 41.lib.de vteri sect.cap.1.& comment.3.lib.de articulis, cum accipit pro vtero, & genitalibus tum maris, tum feminæ: ita sæpè Hipp.2.lib. Epidem. & libro de art. quod interpretes duo Calnus, & Cornarius ignorarunt: nam illa est notior acceptio, cum pro semine genitali recens à mare emisso in feminam, vel in suis vasis contento sumitur, siue quamdiu à concepto etiam fetu species adhuc seminis apparet, vel ab ortu facto, vel sectione: θορὸν nominat in Thalia Herodot. Aristotel. θορὸν genere mascul. semen appellat piscium.

G Discrimen verò inter γονὴ & θορὸν ponit Arist. lib.1. de gen.an. cap.8. quòd hoc ab vtrisque venit, vt in plantis, & animalibus, quæ sexum non habent distinctum: illa verò id, quod in coëuntibus à generante est.

Obseruandus Auerr. locus cap.8.lib.7.collig. quo hanc sanguinis è vena eductionem vsque ad animi deliquium execratur, & admittentem Galenum reprehendit tribus leuissimis argumentis. vt & Rasis alter medicus Arabs, quin verò & ipse Gal. fatetur se pro homicida habitum eius, cui sanguinem eduxerat vsq; ad animi defectionem, nisi animo defecisset: is erat iuuenis palæstrita.

H Enimuerò maximo est adiumento tanta hæc sanguinis emissio: primum enim vniuersum refrigeratur corpus, & in habitum mutatur contrarium: deinde purgatur aluus, bilisque euomitur: Tertiò vniuersum irrigatur sudore corpus, atque ægritudo leuatur.

Qua verò mensura educendus sanguis, quotus quisque est qui certam audeat regulam præscribere? Iudicium esto docti, & sapientis medici, qui & morbi conditionem apprimè calleat, & naturam, ac robur ægroti. Ipse Galen.cap.14.de phlebot. ad sex vsque libras se interdum iussisse, vt duceretur: ad minus libram vnam ferè semper. Vide cap.13. eiusdem lib.& Am.Lusit.cent.3. cur.31. febrecitissimà liberatum narrat Nauclerum quendam, cui libras sanguinis quattuor præceperat auferri, plures ablaturus, nisi lipothymiam incurrisset.

Auerr. & cæteros decepit ignoratio vocum, nam pro lipothymia intellexerunt syncopen, quæ longè sunt diuersa: quandoquidem illa defectio est animi perseuerante, atque integro pulsu: hæc autem est præceps virium lapsus deficiente vi mouendi, & sentiendi, vt est in Galen.lib.12. meth.med.& Auic.fen.11.lib.3.tract.2.cap.6.quare granior est syncope, quàm lipothymia: ergo iubet Gal. copiam sanguinis vsque ad hanc detrahi, non vsq; ad illam: quam legem, ac modum qui non seruarunt imperiti aut imprudẽtes medici ægrotos interdum occiderunt, interdum in graues morbos impulerunt. Vide cap.12. lib.de venæ sect. & lib.9.meth.

Os item ventriculi, siue stomachum sæpe Hippoc. in libro Epidem. vocat καρδίαν, hoc est, cor.1. libro in curatione 5. ægroti, Epicratis videlicet vxore, postridie à partu correpti eam febris, oris ventriculi dolor, & muliebrium partium fortasse populariter est locutus, vt iudicare videtur Gal. & fusè explicat secundo libro de plac. Hipp. & Plat. Cæl. Aur. lib.9. de morb. acut. capite 30. ob passionis magnitudinem morbum oris ventriculi cardialgiam vocari scribit, vt vocant sacrum morbum, sacrum mare, deificam lucem, credo ego ob magnum consensum harum inter se partium.

Galeni sunt verba vocem quandam Hippocratis nouam exponentis. Extrema, inquit, sui ipsius minus efformat, hoc est, propter motus difficultatem inarticulata. opinor ego ἀκρωτὰς dici, & scribi debere, significareque summas, id est, primas litteras, vel extremas exprimere, vt Homero ἀκρωτὰς, ἀμετρητὰς aliud significantia.

Linguæ, siue articulatæ vocis quæ vitia, quibus appellata nominibus, cur balbi melancholici explicatum.

CAPVT XVIII.

DE vitiosis linguæ affectibus qui bene loquentes infestant, & morbi sunt, vt scissuræ, vlcera inflammationes, asperitas, & scabrities in febribus hic non ago: de illis Aet. lib.2. cap.38. in sapphino lib.8.cap.37.& 38. Actuarius libro 2. de meth. med. cap. 10. Aegin. Myrepsus, & noster Celsus: de his Aet.lib.5. cap.119. de illis ago, quæ natura, aut casu eueniunt. Locutio ergo articulata in homine multis vitiari modis potest: vel enim penitus aufertur: aut ægrè fit, ac dèprauate.

Primus dicitur ἄφωνος: Hipp. vocauit auctore Galenus lib.3. in 3. epidem ἀναυδίαν: latini suo carent nomine; qui eo laborant muti dicuntur, & aliud Græcis est nomen à vocis priuatione du-

ctum

ctum ἀφωνία: finge latinum mutitas, & est plus quam ἀναρθρία. Hippocrates à verbo φωνῶ, quod est dico, siue loquar, ἀφωνίαν melius dixeris, tametsi stuporem potius significat, cum quis videlicet ad tempus vi priuatur sermonis: miror omissam vocem Hippocratiam à diligentissimo collectore nono Græcorum vocabulorum.

B Est vero ἀναρθρία cum salua voce amittitur sermo, vt Galenus exponit lib.4. de lo.aff. cap.6. ἀφωνία, cum vox penitus aufertur. cum ægrè fit locutio μογιλαλία est Aetio lib.8. cap.36. & est impedimentum loquendi, quod arte chirurgica corrigi docet: B eidem ἀγκύλωσις dicitur curuitas, siue incuruatio linguæ, & qui afficiuntur ἀγκυλόγλωσσοι, cum nempe inferiores membranæ, vt Ianus Corn. interpretatur, quibus lingua innititur, duriores, & mutilæ à natura sunt productæ. Cum deprauatè, communi nomine est dicta Hippocrati 6. lib. aphor. capite 31. τραυλότης, vel τραύλωσις, id est, balbuties, vbi τραυλοὺς nominat.

Et sect. 6. lib. 2. τῶν ἐπιδημιῶν de physiognomicis agens Balbutientes, & celeri qui sunt lingua, siue quibus est lingua volubilis, ij melancholici, & plurimum biliosi balbi sunt, cum velut impedita lingua litteram explicate non proferunt, vitium ἀδυναμίας τῶν χαμαιτων, vt ait Aristoteles sect. 11. probl. quæst. 38. habes hæc paulò post explicata latinè.

Non placet tamen explicatio eius loci Hipp. quæ legitur in notis medici Austrasij, qui quasi τραυλοὶ sit vel epitheton, vel synonymon sequens verbum ταχύγλωσσοι, vult primam vocem accipi præcipiti, & inexplicata linguæ volubilitate, quæ temerè magis, quàm impigrè acribus sensuum actionibus præit, quemadmodum libro 4. epid. dicuntur linguæ incontinentia, & celeritate præditi, quod vitij genus ebriosis accidit: C atque id magis aperit cum postea τραυλοὺς ταχυγλώσσους vocat.

D Mihi non videtur enim balbos volubili esse, ac celeri lingua dicere, sed balbos: item qui valent lingua volubili, vitia quippe contraria, esse tamen vtrosque melancholicos; & biliosos: caussam mox accipies.

Cuius tres videntur esse formę: prima est, cum non potest oratio expedite proferri, sed loquens cogitur primam, aut aliam syllabam ægrè, id est, cum labore repetere: dicitur ab Hippocrate & Aristotele ἰσχνοφωνία titubantiam linguę quidam, hæsitantiam alij, hæsitatem Gaza apud Aristotelem vocat battarismum à Battaro Cyren. Rege, vt ait Mercur. libro de morb. puer. 2. capite 6. qui semper priorem syllabam repetere cogebatur.

E Altera cum loquens syllabam aliquam omittit, non exprimens totum vocabulum ψελλότης Galen. & aliis: blæsitatem possis latinè appellare.

Tertia est item τραυλότης, alioqui commune nomen Galenus 6. aphor. cum loquens nequit proferre R, sed mutat in l. vt ego ad 12. fermè ætatis annum, qui fratrem meum natu maiorem Gabrielem, Gablielem dicebam, Ciceronem Cicelonem: quo vitio Demosthenem laborasse Cicero scribit primo lib. de orat. qui eius ipsius artis, cui studebat, primam litteram non poterat dicere: & Alcibiades non quidem natura, vt aiunt, sed ob delicias: irrisus ab Aristot. Plato hoc versu F

Ὁλᾶς, θεωλὸς τλὼ κεφαλὼ κόλακος ἔχει.

Cui subiicit alter:

Ὀρθῶς γε τοῦτ' ἀλκιβιάδης ἐτραύλισεν.

Vel c. mutat in t, vt offitium pro officium ad ἀγκύλωσιν refert Aet. euenireque in vocabulis, in quibus R, aut l, aut k frequenter occurrunt.

Suidas secundum formam eorum docet esse, qui asperius, crassiusque enunciant, vt tertiam illorum: qui λ pro ρ proferunt: ψελλὸν enim potius ψελλίζειν ita explicat: & cum magnum sit inter hæc duo ψελλότης, & τραυλότης discrimen, sæpe tamen confunduntur: vt liber esse debeat à Mercurialis reprehensione Leonicenus, contra commentarium Galen. 22. aphor. libro sexto, id ignorans, neque enim ignorauit, sed non magni fecit.

Huc pertinet Labdacismus, possemus item fingere Sigmatismum, cum fuerint, ac sint qui pro au, o, pro l, r, aut contra s, efferant, & pro s, G enuncient r, & qui ante r non possunt s proferre: & t pro r: ita Florentiui hotta pro hora, & aldire pro audire laldare pro laudare: Parisiensea pro, pere dicunt pese, pro mere mese, pro boire bese: contra dicunt meron pro meson: & Hispani Iraël pro Israël, omulbu rebus, pro omnibus rebus: infinita sunt huiusmodi vitiorum linguæ genera, quibus diuersæ notantur Gentes.

Non refero huc λαρυγγίζειν, quod eorum est, qui dilatato gutture loquuntur, aut vociferantur potius: neque enim linguæ hoc vitium: refero battarismum & battologiam, quæ Aristoteli idem ferè sunt; iure tamen Suidas distinguit: illud enim vix loqui esse tradit, à nescio quo Batto Thenæo, cui impeditior erat lingua. malè e- H nim Thebanum faciunt cum prouerbiorum collectore multi: nam & Herodotus, vt mox admonebo Therasum facit. Hanc verò esse dicit multiloquium nominatam ab inepto poëta Batto prolixiorum scriptore hymnorum sæpe eadem repetente, atque inculcante. E

Hinc Italica vox ducta, bettegare, cum vacillat inter loquendum, & impeditur lingua; ita, vt identidem syllabam, aut verbum idem vel repetat quis, vel ægrè proferat, aut litteram pro littera Herodotus in Melpom. id est, libro quarto à Batto Theræo Polymnesti, & Phronimes filio originem agnoscit huius vitij, quem

narrat ab oraculo balbutiei suæ remedium petentem audisse, proficisceretur in Libyam calidißimam videlicet Regionem, & aridißimam, intelligebat scilicet è nimio aut frigore, aut humore contingere balbutiem Suid.& Hesych. Pythiam respondisse βάτ' ἐπὶ φωνὴν ἦλθες, &c. Scribunt, hoc est, Batte, sed vocem venisti: malè à Battaro Mercur. deduxit.

I

Battos verò quatuor Herodorus agnoscit lib. 1. 2. & 4. cuius ex his opus fuerit Cyrene, mihi non constat: primi fuisse puto, qui & vitio huic nomen dedit: certè Batti opus Strabo lib. 17. penè extremo prodit.

Sunt tamen qui Afrorum lingua regem hoc vocabulo significari tradunt, vt monet Herod. quasi futuri in Africa Batti regis argumentum.

Ego quantum legendis auctoribus Græcis potui animo complecti, reperio mutos omnino vocari ἀλάλους, κωφούς, ἀφώνους, & vero interdum μογιλάλους: sanè Marci septimo mutus sic nominatur

K

aduersante vocis Erymo, quæ vix loquentem significat, cum Aet. videatur ita appellare eum, qui morbo impedite loquitur, licet per catachresin pro muto vsurpetur ex vicino sumpto vocabulo, qui enim vix loqui potest, mutus dici solet, & contra vniuersè ἀγκυλογλώσσους tum hos, tum qui à natura, & ex vtero sunt tales.

Maximum certè linguæ vitium est mutitas, vt ita loquar: nam alia vitia quædam sunt mutitates doctore sect. 11. probl. 57. Arist. Qui difficile, & deprauatè loquuntur, ij μογιλάλοι solent nuncupari.

Ego genus esse puto horum vitiorum ἰσχνοφωνίαν tametsi enim vocis gracilitas, siue exilitas propriè significetur ab ἰσχνὸς, & φωνή: verius tamen, & solidius ab ἴσχεσθαι φωνὴν deduci Arist. indicat in problem. quæ à nobis erunt paulò post citanda,

L

quod eruditißimus vidit Gul. Budæus: & ante Arist. Herodotus, qui Battum propterea ἰσχνόφωνον, & τραυλὸν nominauit.

Quamquam Aristoteles sectione 11. probl. 30. vbi quærit, cur pueri impeditiores sint lingua, quam viri, ἰσχνοφωνίαν nunc speciem facit, nunc genus, qui quidem tria obseruat esse linguæ vitia τραυλότητα, ψελλότητα, ἰσχνοφωνίαν, quæ vocabulis latinis efferri vix possunt: primum est genus, blæsitas, cum litera aliqua non quælibet, sed certa, non potest exprimi: secundum, cum littera, aut syllaba supprimitur, siue eliditur, balbuties est: tertium hæsitas, hæsitantia potius, cum syllaba syllabæ non potest expedite connecti.

Obserua hic blæsos Græcis non tam significare, qui vitiosa sunt lingua, quam qui valgi, variique sunt, & omnino partes infernæ præ imbecil-

M

tate ferre nequeunt supernas, inde enim torquentur & peruertuntur, itaq; blæsitas vitium est crurum, ac pedum, & aliarum corporis partium: apparet ex Hipp. lib. de articulis, & Gal. comment. εἰς τὸ περὶ ἄρθρων. & Arist. 14. sect. probl. 4. & Alex. in probl. vitium esse Aethiopibus, atque Aegyptiis familiare ob regionis feruorem in capillis etiam, atque ore tradit Arist. 14. sect. probl. 4.

Enimuerò nasci hæc linguę vitia ex nimia humiditate docet Gal. aphor. 32. secundæ part. addit frigus Aristot. imbecillitatemque quæ ex inopia oritur caloris natiui probl. 30. & 54. & 60. sect. 11. & probl. 30. sect. 3. & problem. 10. sect. 8. & probl. 36. & 53. & 54. sect. 11. ex nimia item siccitate Hipp. lib. nisi fallor de principiis καὶ γλῶσσα ὑπὸ ξηρότητος ἀσθενέστερον, cum & nimia siccitas, & nimia humiditas velut immobilem efficiat: illa enim dilatationem intercipit linguę, & nerui eam mouentes resoluuntur, aut nimium replentur, sic vt suo munere defungi non possint: 6. aph. Hipp. aut quia mens nimium celer, quam non potest lingua consequi: aut nimium segnis, ac tarda.

Emendari autem hæc vitia, immo, & vocem reddi iis, qui carebant, casu aliquo vel timoris, vel admirationis, aut iræ exempla demonstrant plurima, quinetiam sponte ipsa naturæ.

Crœsi filius mutus (Atym nominant recentiores, sed falluntur: Atys enim primogenitus Crœsi fuit Herodoto libro 1. mutus verò alter filius) ergo hic, cum parer gladio peteretur ab hoste, qui regem esse nesciebat, in has voces prorupit, ἄνθρωπε, μὴ κτεῖνε Κροῖσον, hoc est, ô homo ne interficias Crœsum: narrat & Agell. lib. 5. cap. 9. & Valer. lib. 5. cap. 4. addunt plura loquutum Iulius Sol. cap. 7. & Iust. lib. 1.

Aeglen quoque athletam Samium idem ibidem Agell. & Val. lib. 1. cap. 8. mutum indignantem sibi victoriæ præmia eripi locutum: & Nausimenis vxorem Valerius ibidem contra ex eloquente mutam effectam, cum filium, & filiam congredi videret: illud hoc distichon Brissanus expresſit.

Qui fuerat mutus, vocalis redditur Ægles,
Auferri indignans præmia parta sibi,

Hoc alio item:

Natorum incestum mater fit muta videndo
Illi autem proprijs se perimunt manibus.

Et Pausanias in Phocicis siue li. 10. mutum quendam Battum: cum in vasta solitudine incurrisset in leonem, exclamasse præ timore: & nostro æuo Mauricius quidam Hilatetus, qui litteram R nequibat enunciare, cum aliquando canis allatrantis, & se persequentis morsum timeret, sibi excidisse R R R, quam litteram semper egregiè protulit in posterum consitetur.

Qui verò infans vnius vix diei in regia Maurorum, vt apud Cæl. lib. 29. ant. lect. cap. 14. narrat Abaragel, ab eo cognitus loqui cœpit, & manu indicare, illoque & rege, aliisque multis præsentibus exclamauit infeliciter natus sum ad prædicendum regni excidium, gentisq; cladem, moxque interiit, ad Dei solius admirabile opus refertur.

Quo modo autem locutionem timor inuet, aut impediat, non malè explicat eruditißimus

Mercur.

Mercur.lib.2. de mor. puer.cap.8.ex duplicis timoris distinctione: vnus enim est timor, qui
Q Græcis ὄκνος dicitur hic auget balbutiem,& linguæ hæsitantiam,& fouet potius mutitaté,quòd refrigeret supernas capitis, pectorisque partes demisso ad infernas calore: quo plerumque vrina cietur,aliæq; fæces, immò & semen ipsum, vt ab Arist. discimus octaua sectione probl.4. & nonnullis sequentibus huius timoris iodicium pallor vultus.

Alter est, qui potius trepidatio nominandus, Græcè ἀγωνία, qui aliquo modo est pudor, aut pudori coniunctus, longe violentior affectus, vehementiorque timore, sic appellat Arist.sect. 11. problem.32. & 53. quo ferè corripiuntur rem magnam, & grauem prouinciam aggressuri: quo quidem supernæ corporis partes, facies, & pectus, incalescunt plurimum: argumentum vultus rubor: ita vehementi hoc, & conserto calore humiditas, & frigiditas linguæ palatiq; aufertur, & imbecillitas, quam efficiebant: ex quo linguæ consequitur libertas, & hinc eloquendi
R facultas. Omnino perturbationes animi multum habent virium in linguæ vitiis aut fouendis,aut depellendis:ita nos iracundia balbos facit;amor,atque audacia eloquentes.Pulchrè autem vitia hæc linguę Lucianus in Ioue Tragœdo ridens expressit.

Quod verò βατταρίζειν vsurpant hic propriè, aliter mihi videtur vsurpasse Cicero lib.ad Att.6. hoc est, pro dolo malo agere, & quod Latini dixerunt, vulpinari.

Explicantur vitia hæc linguę à Cic.& aliis bonis latinitatis auctoribus verbo hærere, & hæsitare,primo lib.de orat.quidam lingua hæsitans: 2.phil.hæsitantia linguæ.2.de diuin.quorum linguæ sic inhærent, vt loqui non posśint, hæ scalpello resectę liberantur:& nominibus balbus,& blæsus.

S Plectrum linguæ titubans fuisse Claudio Cæsari Tranquill. scripsit lib. de eius vita cap.30. vt caput, tum semper, tum in quantulocunq; actu vel maximè tremulum.

Est verò dignum quæstione effatum Hipp.2. epid.sect.5. & 6. atque Auicen.l.3. tract.4. cap.18. cur balbi omnes sint melancholici, & morbis melancholicis obnoxij. Quid enim? cerebro sanè humidisśimo sunt: humor verò siccus est melancholia.

Quarę Gal.7.sect.aphor.40.Hippocratem interpretans affirmantem, si quis repentè fiat lingua incontinenti,esse melancholicum, ingenuè se fatetur nescire, quo modo incontinentia linguæ index melancholiæ sit: & hoc forsitan accidere, quòd, vt ab humore melancholico paroxysmus oritur quartanarius, ita incontinentis sit caussa.

T Sed Card. linguæ incontinentiam apud Hippocratem procacitatem, & maledicentiam interpretatur, diuinatq; eos, qui procaci sunt lingua, & spurcis assuefiunt sermonibus, esse melancholicos.

Non inficior γλωσσαλγίας petulantiam, & maledicentiam Græcis bonis auctoribus esse, & γλωσσοκρατεῖν linguam continere, seu linguæ imperare:sed absit, vt eo loco Hipp. cum de pueris loquitur, hoc intellexerit: nam & iisdem pænè verbis Arist. linguam incontinentem fieri scripsit in pueris propter humorem, ac debilitatem sect.3. probl.30.

Auicenna loco citato caussam ex cordis sumit calore: quoniam balbi omnes, quia humidisśimo sunt cerebro,cor item habent calidisśimum: quo fit vt ex humore, quem continenter afficit calor, melancholici nascantur humores: ex his ægritudines melancholicæ.

Quæ mihi ratio, siue caussa parum videtur V
consistere: neque enim certum, illos, qui humido sunt cerebro, corde etiam esse calidisśimo: verisimilius contrarium; quòd ingens cerebri humor magnum posśit cordis retundere, & imminuere calorem: at hoc demus Auicennæ: non erit opus tamen melancholicus vt gignatur humor, quid ni fieri bilis flaua posśit? compertum enim est biliosos omnes corde esse calidisśimo.

Arist. loco allato,quærens,cur,qui lingua hæsitant, sint melancholici, omnes melancholicos respondet celeres habere phantasiæ motus, & propterea balbos esse: cur autem celeres habeant hos motus, caussam esse tradit, quòd cum infirma sint linguæ instrumenta, nec posśint mentis cogitata suæ planè, ac penitus consequi, semper motum anteuertunt linguæ, quæ propterea fit impeditior, atque hæret. Omnino verisimilius.

Mercur. adiungit balbos, cum optent pro a- X
nimi consilio, & voluntate loqui non posśint sibi ipsis succensere, atque irasci: & cum loqui coram aliis formident, mœrore affici: ex his duobus affectibus augeri in ipsis humorem melancholicum: hinc verò consequi, vt melancholicis ægritudinibus infestentur.

Spontè quoque naturæ curantur interdum vitia hæc linguæ.Ioannes Cuspinian. nobilis æui nostri scriptor historiarum scribit, Maximilianum Imperatorem Friderici III. filium ad nonum ætatis annum nihil vnquam, vt prorsus elinguem,& mutum locutum: deinceps euasisse eloquentisśimum: lege Mercur. de ἰσχνοφώνων lib. var. lect.b.c.4.



Inden-

In dentium prognostico Aristot. defensus contra Mercur. idem non superstitiosus contra Plinium in numero quid nouum: vocis προσώπου etymon: qui Hippocrati Dioscuri.

CAPVT XIX.

A ENTES habere plures, & densiores longæui argumētum, vt ait 2. Epid. sect. 6. Hipp. A sentit idem Aristot. sect. 10. probl. 47. huius rei caussam quærens rursus cur, qui homines raros habent dentes, breuis æui sunt, hoc est, num, quia signū est denso esse osse, sic vt cerebrum infirmum non expirans, cum natura suapte sit humidum, celeriter putrescat, quemadmodum, & cetera omnia, quæ non mouentur, nec euaporant: quæ item caussa, cur homo, qui capite est capillis abundante, & mas, quàm femina diutius viuat propter futuras quod in aliis licet intueri, B & sect. 24. probl. 1. idem disputans, & Plin. lib. 7. cap. 16. repetit de equis. Arist. lib. 2. de hist. an. cap. 3. quicunque plures habent dentes, ij longiori sunt vita ferè, qui pauciores, aut omnino nullos, ferè breuiore sunt vita, vt præteriisse videatur Mercu-
B rialis in locum Hipp. citatum, qui alioqui vigil, atque attentus est in legendis, ac dignoscendis auctorum inter se repugnantiis: ac præter ea, quæ his locis differit Arist. affirmare tutò potes hanc esse caussam, quia indicium caliditatis, soliditatisque substantiæ.

Adde, quòd, qui densioribus, & pluribus prædiri sunt dentibus, melius mandunt, mansionem sequitur melior coctio, hinc vita sanior, & diuturnior.

Vt superstitiosum notat Aristotelem his verbis Plin. lib. 11. cap. 52. sententiam eius carpens, quę legitur 1. de hist. anim. lib. cap. 1. & aliquot sequentibus à Trogo item expressam: qui si superstitiosus, superstitiosi omnes erunt Physiognomici: & superstitionis plena eorum scientia, non verisimilitudinis: & multa tamen sunt credibilia, quæ & experientia firmantur.

C Verba sunt Plinij. Miror quidem Aristotelem non modo credidisse præscita vitæ esse aliqua in corporibus ipsis, verùm etiam prodidisse. Quæ quamquam vana existimo, nec sine cunctatione proferenda, ue in se quisq; & auguria anxie quærat: attingam tamen quæ tantus vir in doctrina non spreuit. Igitur breuis vitæ signa ponit raros dentes, prælongos digitos, &c.

Tu superstitionem auersare Plin. scribentis ita li. 28. cap. 4. pueri, qui primus ceciderit dens, vt terram non attingat, inclusus in armillam, & assidnè in brachio habitus, muliebrium locorum dolores prohibet. post paucа è ligno fulgure icto, reiectis post terga manibus demordeti aliquid, & ad dentem, qui doleat, admouere remedio esse prodnnt: sunt qui pręcipiant dentem suffici dente hominis sui sexus, & eum qui canīnus vocetur, insepulto exemtum. Refert hæc, & probat, eum non resellat.

Hoc in dentibus visitatum, quod canini nunquam renascuntur, Plin. lib. 11. cap. 37. & qui sapientiæ dicuntur Græci σωφρονιστῆρες quarto post 30. annum oriuntur. D

Hoc uonum, renatos senibus dentes: Zanclen Samothracenum ciuem memorat Plin. cap. illo 37. longissimo lib. 11. cui renati sunt post 104. annos, quem viderit Mutianus; & Albertus Magnus apud Card. lib. 8. de var. rerum cap. 43. vidisse se hominem, cui octogenario nascebantur dentes.

In tertium annorum septenarium augeri hominem, & vsque ad quartum, & quintum sentit Hipp. lib. de principiis, & in quarto dentes prodire duos multis, qui sapientię appellantur, moderarores alij nominant: fuerunt, qui vsq; ad 28. annum crediderunt augeri, rametsi certum, neque id raro, prætergressos 22. annum desinere crescere.

Ruffus Ephesius lib. 1. de part. hom. in ore, inquit, inter alia sunt dentes, quidam crateres sppellari 4. canini, qui deinceps sequuntur, vtrimque vnus: qui sapientiæ nominantur intimi, & extremi, cum spere homines incipiant, vnus vtrimque oriuntur. C

Arist. 2. lib. de hist. anim. cap. 4. genuinos, siue maxillares circa 20. nasci annum viris, & mulieribus tradit: sed mulieribus quibusdam etiam anno 80. & iis viris, quibus in iuuentute nati nō fuissent, nescio an cum dolore, vt in mulieribus docet accidere.

Quamquam Nicandri Ther. Schol. κραντῆρες vult nominari dentes, qui postremi sunt nati, quòd perficiant, compleantque ætatem, quos Cleanthus appellarit σωφρονιστῆρες, quoniam cum illis aduenit sapientia σωφροσύνη.

Sane Arist. loco allato postremos nasci κραντῆρες scribit, anno videlicet 20. immo quibusdam in senectute quos genuinos Plinius nominat ὀψιγόνες Pollux separans ἀπὸ τῶν σωφρονιστήρων.

Nouum item, quod alias obseruaui, non distingui dentes, sed vnum esse os continuum. Herod. in Calliope, hoc est lib. 9. in aceruo cadauerum post pugnam platæensem inuentam narrat maxillam, dentibus quidem distinctis, sed ex vno omnibus osse.

Plinius lib. 7. cap. 16. Prusię regis Bithyniorum filium continuum os habuisse vice dentium superiore parte oris, & Solinus cap. 9. & Val. Max. lib. 1. cap. 8. Festo Pomp. μονόδων, &c. dictus Euryphæus Cyrenensis, quod rota superior maxilla vnus esset solidus dens ipsi, vt Pyrrha, vtramque licet lineolæ distinguerent dentium instar, auctor Plut. in eo: & bonus Rhetor Germanus, quem

minus

minus bonum ut pateamus, fecit hæreseos Lutherianæ professio li.2. physices tit. de monstris, puellam nobilem in aula Ducis Luneburg. loco dentium habuisse duo continua ossa prodit.

Dixi alio libro fuisse in belluis monstra tripliei, & quadruplici ordine dentium armata, nunc addo in hominibus etiam: proditū à Ione Chio hoc de Hercule: triplex enim fuit illi dentium series, ex aliquo veteri scriptore Panhistor Cæl. adnotauit cap.3.lib.4.ant.lect. Duplex maxillarum Timarcho Nicoclis filio Paphio, vt Plinius tradit loco citato.

Sed audire præstat Tzetzem in hist. chil. cap. 115. ita scribentem de hac dentium linea, siue ordine, vt Lacisius vertit. Zipœti quidem filius ille Nicomedes, qui condidit Nicomedeam, patet

H Prusiæ, Prusiæ habentis os vnum omnium dentium, quemadmodum Aeschylus, litteris etiam habuisse Phorcidas refert. Herodotus autem Leonem Sardensium regem: Iulius verò Pyrrhum quoq; Epirotam habuisse lineis dentium os insculptum: quemadmodum & Herculem Chius Io tradit habuisse dentium tres ordines, posituram infractam, velut etiam Scyllam Homerus ait in Vlixea: multi etiam Crocodilum, quidam vero, & cæte. Trimarchum autē patrem Cyprij Nicoclei, Aristoteles scripsit duos habuisse ordines dentium: sic μονόδους dictus Prusias.

Non tacenda admirabilis hominis patientia, hic Eurydamas fuit pugil Cyrenensis, cui excussi ab aduersario in pugillatu dentes omnes cum fuissent, eos absorbuit nullo doloris sensu deprehenso, ne ab aduersario læsus cognosceretur, auctor Ael.lib.10.var.hist.

I Arist.lib.3. de part.an.cap.1.extremo, faciem, id est, πρόσωπον, esse dicit quod est hominis inter caput, & collum, sumto à re ipsa, sine actione vocabulo, quia solus animantium rectus, & solus anteuersus, id est, ante se, & in anteriores partes, & aspicit, & vocem emittit, D quasi πρόσω δὲ ὦπα lib.1.de hist.an.cap.8. paulo aliter faciem esse dicens, πρόσωπον, quæ caluæ subiecta est, cuius pars Frons, quæ sub sincipite posita est inter ipsum, & oculos: E ergo quasi μετὰ τὸν ὦπα philosophicè subtiliter.

Crassior fortasse, ac verior notatio dictum πρόσωπον vt μέτωπον, contraria deductione, vt enim illud dicitur pars, quę supra oculos, ita hoc, pars, quæ infra oculos, hoc est, τὸ πρὸς τοῖς ὠψὶ μέρος, vicina pars oculis, &c.

Etymologus existimat positum πρὸς pro ὑπὸ vt sit ὑπώπιον pars faciei, quæ supra oculos est: at nihil est necesse, cum etiam πρὸς, sine μετὰ significet super, vel supra.

K Agellius libro 13. cap.29. Quidam faciem esse hominis putant, os tantum, & oculos, & genas, quod Græci πρόσωπον dicunt: adiungi esse formam omnem, & modum, & facturam quandam corporis totius à faciendo dictam, vt ab aspectu speciem, & à fingendo figuram: probat auctoritate Pacuuij, Plauti, & Quadrigarij.

De Dioscuris nos alio libro, id est, Castore, & Polluce: sed insolens est, & obscura eius vocis altera notio apud Hippocratem 2.lib. Epid. sumit enim pro iis, quæ vocantur parotides, morbi genus ad auriculas. Cur autem? Exponit Gal.4.lib. pro rhet. comment. 68. & Cassius in probl. medicis, quia, vt Dioscurorum astrum nauigantibus, cum apparet, serenum, sudumque indicat tempus, ita hæ sanitatem prædicunt, promittuntque, notauit & hoc Eustath. in Iliad. qui adiungit tertiam item significationem, cum sumitur pro duobus circulis tropicis in sphæra.

Aristoteli quid Iynx, duo eius loca pugnantia conciliantur: in definitione partis similaris contra Argent. defensus.

CAPVT XX.

De Iynge ita Arist.2.lib. de histor. an. cap.12. Cum differre à ceteris auibus digitorum numero in pedibus ostendit, paucis quibusdam vtrimque bini pedes, vt auiculæ, quam Iyngem vocant: hæc paulò maior, quam fringilla est colore vario: habet sibi propriam digitorum, quam modo dixi, dispositionem, & linguam serpentibus similem: quippe quam in longitudinem mensura quatuor digitorum porrigat, rursumque contrahat intra rostrum: collum etiam circumagit in auersum, reliquo quiescente corpore, modo serpentum: vnde tranquilla vulgo appellata est, quamquam turbo ab antiquis: Vngues ei grandes, & similes, vt monedulis exeunt, voce autem stridet, sic Theod. Gaza, addens aliquid de suo. A

Ne putes Glottidem esse prælongæ linguæ, hanc enim Plinius inter peregrinas aues grandiores libro 10. cap.23. reponit: & vero in indice Camertis in Plin. errore est Lynx pro Iynx, qui hunc locum Arist.lib.11.cap.47. transfert.

Quod similem dicit fringillę, seu friguillę aut potius paulo maiorem, specie variam, id est, colore, significat non esse metacillam; vt &, quod linguam habeat 4. digitorum; & quod, vertat collum, esse eam, quæ Torcicollo dicitur, Torpiculam nescio cur Felix Accoramb. reddat, Torquillam potius reddidisset: non quidem à torque, quo insignitur eius collum, vt nonnulla volunt, in quibus est Pierius lib. Hierogl.25. iu Iynge, qui eandem scribit esse ac Cinclum, σεισοπυγίδα, & σεισοπυγὶς, &c. sed à torquendo collonam & ob hanc caussam Verticillam nominarunt aliqui. B

Quæ ratio facit, vt neque sit Codatremola, aue Squassa coda, codacina, boarina, vt videtur Sni-

Nn das,

das, in errorem Pierium sua auctoritate inducens, existimare, quæ, & κίναιδος dicta a Gal. 4. lib. de med. local. neque Cinclus, siue κίγκλος, à motu, vt puto, nominata quasi pulchrè, atque eleganter se mouens: mouere autem caudam Hesychius docet: non caudam, sed pennas in cauda Galen. in vocibus.

C Dicta vero Iynx ab ἰύζειν, hoc est, sibilo, vel acutè clamo, vt vult Etymol. ὀξεία φωνῇ, vt ait Sophoclis Schol. quare & de mulieribus propriè dici adnotauit Schol. Theocriti, Pharmaceut. siue idyll. 2. vniuersè magis Schol. Hom. Vlixis esse emittere vocem nihil significantem φωνὴν ἄσημον, nisi velis tu ab ἰὼν nuncupatam, quòd semper eat, nunquam consistens.

Incantationibus aptam, & amatoriis illecebris tradūt Pindari Schol. Nem. Od. 4. & Theoc. Pharmaceutria Zachar. Calliergus: immo & prouerbia.

A sono, & cantu nomen ei dat Eustath. vt sit quasi ἰύγξ ab ἰύζειν; sic enim iste plerisque locis in Homer. Vlix. 15. 19. & Iliad. 17. & 18. vox quædam non significans, vt & ψιθυρισμός. porrò fringilla etiam σπίνος est, quia frigore viget, & cantat: à voce, quam edit, quia, σπίζειν est ex versu Arati in

D Διοσημείοις, καὶ σπίνος ἠῷα σπίζων Anieno interprete.

Si matutino fringilla resultat ab ore.

Nam & Schol. Arati ὑπὸ ὄρθρον φθεγγόμενος, hoc est, sub matutinum tempus cantillans. Cicero de Diuin. lib. 1.

Et matutinis Acredula vocibus instat.

Obserua prouerbium, Cinclo pauperior apud Ael. lib. 12. de anim. cap. 28. à qua aue Cinganos, vel Cingaros dictos putat prouerbiorum collector, & Pierius loco cit. de quo nomine nos alibi.

Aristoteles 2. de part. an. cap. 4. sanguinem humidiorem scribit non densari, quia frigidus. de longitud. & breuit. vitæ aduersari videtur sibi tradens humidum aqueum, quia frigidum, facilè compingi, quod idem est, ac gelari, & densari, nisi ὑγρὸν legamus. Non aduersatur tamen; quod frigidum illud, cui densari conuenit, non est aqueum, sed terreum, propter terreum verò in sanguine densatio fit, ita Hippoc. lib. de carnibus, immo non de carnibus sed de principiis. Immò & ipsemet Arist. eodem loco.

E Præstantissimus Allobrogum principis medicus Ioan. Argenterius 2. in commenr. in lib. artis med. Gal. iniuria mihi videtur, vt suum tueatur Galenum, Aristot. definitionem partis similaris reprehendere vsus argumento ducto à parte instrumentali ad partem similarem in vena: si enim sumitur vt pars simpliciter similaris, quælibet pars venæ est vena; sin autem vt instrumentalis, non quælibet pars venę est vena, quia non instrumentum, vt tota vena, id est, pars organica, quod quidem nomen commune est vtriq; parti similari, & dissimilari: nam venæ, & arteriæ similes sunt, & simul organicæ, hoc est, deferentes, hæ quidem spiritus, & calorem; illę vero alimentum per vniuersum animantis corpus, vt est apud Arist. 2. de part. an. cap. 1. & 1. de hist. cap. 1. & Galen. 11. lib. meth. cap. 1.

Et ex dissimilaribus partibus nulla vnquam similaris componitur, ex similaribus tamen dissimilaris constat, vt manus, & pes constituitur ex venis, arteriis, neruis, ossibus; vtraq; tamen pars solidæ nomen inuenit, sicque distinguitur à sanguine pituita, &c. Arist. lib. 3. de hist. an. cap. 2. & 2. de part. anim. cap. 2. vbi in speciem sibi videtur contrarius.

Porro pars solida est, in qua siccum humido præstat, prædominatur, vt aiunt; hinc & sicca dicitur ab Arist. 1. de hist. an. cap. 2. & 2. de part. an. cap. 2. vt quæ sui termino contineatur, vt idem 2. lib. de gen. & corr. cap. 2. id est, contiguitatem facit, si alij apponatur, non continuitatem; nam molles, & humidæ partes, cuiusmodi sunt roscid' humor, pituita, bilis, sanguis, illę sunt, in quibus sicco humidum prædominatur, nec nisi vno termino, atque eodem definiuntur, simul mistæ; & impropriè dicūtur partes, propriè nutrimentum sunt, vel excrementum solidatum, & siccarum, ita Arist. 1. de hist. an. cap. 1. & 2. de part. cap. 2. cum tamen inter partes similares ab Aristot. numerentur hoc postremo loco, & ab Hipp. 6. lib. Epid. sect. 7. diuidente corpus in continentia, contenta, & impetum facientia, cui diuisioni Aristotelica respondet 2. lib. de part. an. cap. 1.

Conclude similarem partem in animalibus eam esse, quæ in genere partium simplex, & vndequaque sui est similis, nec in alias inter se dissimiles partes diuidi potest 1. de histor. an. cap. 1. Gal. 1. de Elem. cap. 9. & 8. de plac. Hipp. & Plat. cap. 4. licet melius Arist.

In modo partus infantis, & in fœtus efformationis tempore discrimen inter Hipp. & Aristot. vnde vis pharmacis corpora purgandi.

CAPVT XXI.

INFANTES omnes, inquit Hipp. libro de octimestri partu, siue Polybus, vt Strom. lib. 6. Clem. Alex. citat, nascuntur capite in superiora verso: eduntur verò plurimi in caput, & vitam securius transigunt, quàm qui in pedes. Diuersa est Arist. opinio cap. 10. lib. 7. de hist. an. etiam in ceteris animalibus, secundum naturam enim, vt ait ex translatione Gazæ, versa in caput nascuntur: sed pueri manus quoq; ad costas porrectas, extensasque habent.

Consentit M. Varro apud Agellium lib. 16. capit. 16. & Plin. lib. 7. cap. 8. quorum in nascendo non caput, sed pedes primi extiterāt, vt ait prior,

qui

qui partus difficillimus, ęgerrimusque habetur. Agrippæ appellati vocabulo ab ægritudine, & pedibus.

B Confixos esse autem pueros in vtero Varro dicit capite infimo nixos sursum pedibus elatis, non vt hominis natura est, sed vt arboris, nam pedes, cruraque arboris appellat ramos: caput stirpem, atq; caudicem. Quando igitur, inquit, contra naturam forte cõuersi in pedes, brachiis plerumque diducta retineri solent, ægriusque tunc mulieres enitũtur, &c. Quæ nos verba post Codretum in comment. eius lib. Plin. expendimus, vbi & de situ fetus in vtero disputauimus.

Posterior ita, in pedes procedere nascentem, contra naturam est: quo argumento eos appellauere Agrippas, vt ægré partos, &c. Sentit igitur ab ægro partu, non ab ægritudine, & pedibus Agrippas dictos. Claudit extremum caput hac oratione, ritu naturæ capite hominem gigni mos est, pedibus efferri.

C Discrepant, & in spatio, quo figuratur in aluo materna fetus. Hippoc. lib. de nat. pueri semiuarum tribuit formationi dies 40. maris 30. paulo plus, minusue temporis assignans. Arist. 40. die videtur marem figurari dicere; nam hoc die si exeat, non excedit, inquit, magnitudinem formicæ, licet membris omnibus distinctis: feminam autem 80. die, quæ si prodeat intra tertium mensem non esse distinctam, sed intra quartum: tametsi Arist. quoq; paulo plus, aut minus producit, aut contrahit spatium hoc: lege 7. lib. de hist. an. cap. 3.

Contraria contrariis curari pronunciatum est celebre medicorum his verbis, ab Hippoc. primum acceptum τὰ ἐναντία τῶν ἐναντίων ἰήματα, lib. decret. lib. de Flat. quod vsurpat sæpe Gal. vt lib. 6. de plac. Hipp. & Plat. cap. 6. lib. 1. de tuen. valet. cap. 7. & lib. 5. cap. 10. lib. 6. Epid. comment. 2. lib. 9. aphor. comment. 5. aphor. 6. lib. de constit. artis cap. 12. lib. 2. aphor. cap. 34. de venæ sect. lib. de Erasistr. cap. 6. lib. 11. meth. cap. 9. & qui non vsurpant medici, Philosophi, Theologi?

D Cui tamen aduersari videtur quod lib. de nat. hũ. auctor Hipp. tradidit hoc sermone, cum docet, quæ vis medicamentis insit ad corpora purganda: cum immissum fuerit medicamentum in corpus, primum quidem ad se trahit quæ ipsi maximè secundum naturam sunt familiaria: deinceps reliqua etiam trahit, purgatq;. elegãs est, qua vtitur, similitudo: Stirpes, inquit, & semen tes in terram iactatæ quod maxime ipsorum naturæ conueniit ex ea, ad se trahunt. A

Quæ caussa esse potest, quamquam fortasse non probetur Alexandro Aphrod. siue Trall. in procemio suorum problematum, quamobrem Scamonea bilem ducat; colocynthis, agaricum, elleborus candida, Euphurbium, granum Cnidium pituitam elleborus atra, & epithymum bilem atram: & hinc medici quærunt, quomodo actuentur, (neque enim abhorrebo à recepto in scholis verbo) medicinæ ab hominis, siue animantis corpore, hoc est, sic afficiantur, & transmutentur in corpore à natiuo calore, vt prædita fiant vi corporis purgatrice.

Qui ad sacram anchoram virium occultarum solent recurrere, ij mihi videntur profiteri se nescite, quid dicant. Cur enim hæc medicina calorem gignat, illa refrigeret, hæc arefaciat, humectet illa, quibusdam siue actualibus, seu virtualibus assignant qualitatibus, quæ quid sint, vt explicare ignorant, ita planè ignorant, & inutiliter inducunt. F

Qui ergo probabilius loquuntur, vi caloris natiui medicamentorum diuisionem fieri docent in minimas, ac tenuissimas partes, quod mihi videtur significare, comminui sic pharmaca, vt minutissimæ illæ partes in humores agant, eosque afficiant, contra quos natura sua valent, aut consumendo, aut depellendo, crassioribus vna cum fæce deiectis humoribus.

Quo citca Galen. lib. 1. simpl. med. cap. 11. & 13. scripsit, rariora medicamenta citius actuari, quã spissiora, siue densiora: in quo Auerr. Galenum mordet, vt ei mos est, loco, qui mox citabitur.

Et cum frigida quædam sint medicamenta, quædã calida, (nam hæ duæ qualitates maximè sunt efficaces) præterquam quod à calido naturali animantis hanc tenuissimarum partium recipiunt diuisionem, calido in suo etiam natiuo calore fouentur, & conseruantur, immò verò augetur is calor, confortatur barbarè dicunt; frigida verò pręter diuisionem tenuium partium, nil præterea à calore natiuo recipiunt animalis, vt aiunt, quod mihi non fit probabile: si enim frigida hæc afficiuntur, alterantur solent dicere, à calore, quomodo non calefient? G

Et hoc est quod Gal. docuit lib. 3. de temper. medicamenta frigida; vt est succus papaueris, intro sumpta à nostro corpore nihil demutantur.

Acutè verò 5. lib. collig. c. 3. Auerr. Sic dicitur, inquit, medicina frigida, nõ quia refrigerat, sed quia in locis digestionis conuertitur ad diminutum calorem, magis quàm calor sit corporis: ita vt Chylus, qui ex ea generatur sit diminutus à calore corporis, & non dicitur veraciter, vt refrigeret, quia calor non habet vim generandi frigiditatem: ita, vt barbarè conuersus est, citatur à me; sed est hęc sententia, frigida refrigerare, non quòd à nostro calore refrigeretur, sed quod non mutentur ad calorem.

Addit Gal. loco citato, si in vtrique utrumque genere, si quidem vincuntur, calfaciunt: refrigerant, si non vincuntur.

Obseruet hic rei medicæ studiosus, medicamenta omnia, siue frigida, siue calida, id est, potestate, vt actu, id est, re ipsa talia sint, tribui ipsis è calore natiuo corporis, in quo sunt, dispertita in parua, ac subtilia corpora, vt atomos: docet hoc Galen. 3. lib. de temper. & 2. lib. simpl. cap. 23. & 24. H

& 24. & 3. lib. cap. 1. 17. & 19. declarat exemplo calami ab igne arefacti: quod & de frigidis intellige; exemplum enim lignorum, quod adducit, hoc indicat, quę tametsi natura sunt frigida, subtiliora tamen, & aridiora facilè in se ignis transfert, ægrius, ac difficilius humidiora, & crassiora: sed calidorum augetur calor, frigidorum minimè: neque enim vllam adquirunt, quam vocant, complexionem, siue adiumentum, vt calida.

I Hæc tamen duabus maximè rationibus Gentilis Fulg. in iis quæstionibus, quas nominauit extrauagantes, quoad calida medicamenta reprehendit, Galenum mordens, verù dente planè theonino, contrà quam putarat.

Primum in rebus, inquit, naturalibus non est minoris essentiæ forma calidi, siue principium calefaciendi, quàm forma frigoris, siue principium refrigerandi: sed res, quæ habent intrinsecum refrigerandi principium, siue formam frigoris, cuius ope nos possunt refrigerare, non recipiunt à nobis formam vllam frigoris, ergo neque medicamenta calida recipient, id est, non egebunt nostri corporis calore.

Deinde, nullus vnquam dubitauit, num caliditas forma sit positiua, & efficax in agendo, & dubitarunt tamen aliqui de frigitate, immò affirmarunt nullam reperiri in mistis frigiditatem; nam quæ ita nominatur, non frigiditas est, sed caliditas remissa, vt G. Burlæus inter hos magni nominis.

K Ceterum medicamenta, vt Gentili respondeatur, non agere alterando, nisi aliquid prius ipsa fuerint perpessa, vt Galen. fusè lib. 3. de temper. explicat, & vulgo medici consentiunt, & magistra confirmat experientia: magnum item inter has formas caloris, & frigoris discrimen, in medicamentis, inquam; calida enim suis qualitatibus calori non aduersantur animantis, quin potius hoc calore ille augetur sic, vt præter diuisionem partium recipiant aliud, hoc est, quòd vocant adiumentum: frigida verò maximè sunt calori nostro contraria atque idcirco nihil à nostro calore recipiunt adiumenti præter diuisionem, quin potius impediuntur, cum calor frigori opponatur.

L Iam verò quem ordinem in depellendis è corpore superfluis humoribus, & vitiosis purgantia teneant medicamenta, docuit, sed malè, Auerr. lib. collig. 7. cap. 9. vt ante illum Asclepiades, qui voluerunt subtiliorem ceteris bilem in omni exinanitione, seu euacuatione primo depelli, contra quàm Galenus putauit lib. de purg. med. facultatibus, & libris de facult. simpl. med. ex Hipp. libro de nat. hom. decernit enim statum hunc ordinem, vt primo loco humor is depellatur, cui depellendo vis indita medicamento à natura: nam si ægroto propines medicinam, quę natura pituitam attrahit, prima purgabitur, tum flaua, mox atra bilis, demum sanguis: si flauam, primùm flaua, tùm pituita, tertiò atra, quartò sanguis: si atram, prima depelletur atra, deinde flaua, tum pituita, postremò sanguis.

Præcellens Catholici Regis medicus Franciscus Valesius obscuriore stylo docuit cap. 12. lib. 1. med. & phil. controu.

Hinc intelligemus, cum medicamentum receptum intra corpus non diu post à stomacho reiicitur, nihil agere, aut purgare, aut parum, vel ægrè admodum: ratio est, quòd, vt per se totum valebat humorem ducere, & è corpore depellere, ita si eno matur, cum iam subtiliores partes intra corpus sint relictæ, infirmiores ab ipsis trahuntur humoribus. Sed ita vt quodammodo vis ipsa naturæ irritetur, & facultas expultrix: quare humores etiam extruduntur.

Huius pronunciati fundamentum initio capit. produximus à Galeno probatum libro de elem. & de facult. nat. & 3. lib. simpl. med. cap. 24. illustrarum à præstantissimo Philosopho, & Medico Hieron. Tracast. libro de antip. & symp. in medicamento tamen vis maior inest, quàm in humore, vim specificam solet vocare Gal. cælestem aliquando, vt cum loquitur de lapide sanguinem sistente lib. 9. de facult. simpl. med.

Porrò sit sæpè, vt non depellatur humor, sed commoueatur solum, primùm ob debiliorem actionem, deinde propter humoris, quam dicunt, contumaciam diu, multumque repugnantem: tertiò ob ægroti imbecillitatem: quartò propter crassiores flatus, qui medicamentum efferunt, & ad poros corporis depellunt: quintò propter vim expultricis infirmam: sextò propter meatuum obstructionem, atque obstipationem, vt à Mesue Theor. 3. lib. 1. traditur, quem Syluius conuertit.

Nimis iam extra lineam: non Philologi diu fuimus, sed medici. Verùm excludenda fuerant eo planè ordine, quo siue commentando, siue legendo in aduersariis descripseramus.



HORA-



HORARVM SVBSECIVARVM LAELII BISCIOLAE MVTINENSIS SOCIETATIS IESV

LIBER XIX.

Labari vox quam antiqua, quid significet, quæ eius forma, atq; vsus.

CAPVT I.

A SIGNORVM, vexillorumq; militarium prisco Rom. vsu, oppressa sub Imperatoribus Repub. quatuor fuisse genera doctè secundo Fastorum libro collegit Onufrius Panu. manipulorum & equitum, vexilla dicebantur; Cohortium, signa; legionum, Aquilæ; totius verò exercitus, siue Imperatoris, labarum tametsi priora tria nomina sæpe confusa.

Rem ipsam libenter ei do; nomen ægrè; quod nescio, an apud aliquem terum Romanarum veterem scriptorem vnquam repererit: in obscurissimo nomine si reperisset, certè laudandi fuerant, ac producendi hi testes: ne in Christianis quidem auctoribus Constantino Magno antiquioribus potui reperire.

Doctis plerisq; & prudentibus viris non facilè assentior, qui vocabulum hoc Constantino antiquius faciunt ex duobus veterum Christianorum auctorum testimoniis incertis, altero Tert. in apol. cap. 16. altero Fel. Minutij in Octauio, in quorum vtroque vocem hanc restituunt amissam, vt credunt.

B Prior ita vulgo legitur. Omnes illi imaginum suggestus insignes, monilia crucium sunt: Sipara illa vexillorum, & cantabrorum Stolæ crucium sunt.

Posterior, nam & signa ipsa, & cantabra, & vexilla castrorum, quid aliud, quam inauratæ cruces sunt, & ornatæ? pro cantabrorum reponunt labarorum, & pro cantabra labara.

C Prudentium potius debuerant citare, quem infra laudabimus, præter vnum Scalig. castigationibus in Festum, qui eandes labarorum legendum coniectatur ex mẽdosa lectione, in qua habetur, candelabrorum, & fortasse contabra non malè reponeretur vtrobique certè.

Scaligeri emendatio locum non habet in Minutio: vt valdè mihi hæc mea arriserit suspicio, eum Pamelij aduocationes in Tertulliani legens deprehendi non admodum certam ab eo existimari.

Quod si quis obiiciat l. 1. lib. 12. Cod. Iustin. de præpositis labarorum, & qui præpositi labari, vel labarorum nostro iudicio promouentur, & in Cod. Theod. tit. 25, lib. 6. qui ex deuotissimis Domesticorum Scholis præpositi labarorum nostro iudicio, &c. Vbi laborum mendosè putarunt quidam legi ipsi mendosi, & Alciatus fortasse non lynceus: intelligat ea verba esse Iustiniani, siue illorum, qui ipsius iussu Romanas leges in illud corpus redegerunt; siue Imperatorũ Christianorum: agnoscit tamen vocem hanc labari in Tert. Lilius Giraldus suo 25. Dial. qui primus hunc Prudentij Christiani veteris poëtæ locum lib. 1. contra Symm. videtur aperuisse. D

Christus purpureum gemmanti textus in auro
Signabat labarum, clypeorum insignia Christus
Scripserat, ardebat summis crux addita cristis.

Poterat verius, & certius testimonio probari Sozomeni lib. 1. hist. Eccles. cap. 4. scribentis corruptè tamen à Rom. nominatum laborum; neque enim vt de nouo loquitur nomine, & Rufini cap. 9. lib. 9. hist. Eccles. quam tamen vocem is, quem conuertit, non habet Eusebius.

Erat ergo labarum signum bellicum purpureum præferri solitum ante Imperatorem, quod asseruabatũt in tabernaculo ipsius, quia ei soli ius, & arbitrium erat proponendi, quod esset insigne, cum ad arma concurri oporteret, vt ait C. Cæsar libro 2. de bel. Gall. præcedebatque alia signa, & sub Imperatoribus, vt apparet ex lib. 27. Amm. Marc. signis illico fixis ex more, cum vndique ad arma conclamaretur, Imperio principis, & ductorum stetit regibilis miles: vexillum operiens extollendum, quod erat opportunè subeundæ indicium pugnæ. E

Et longè ante Cornelius Tacitus lib. 1. annal. nocte concubia, vexillum in domo Germanici

 situm

situm flagitare occipiunt; concursuque ad ianuam facto, moliuntur fores: extractum cubili Cæsarem, tradere vexillum intento mortis metu subigunt, &c. Nam cum eo ius cædis, & armorum antecessisse reliqua signa Prudent. quoque lib.2. contra Symm. ostendit de Stiliconis expeditione quadam loquens

F *—Prima hasta Dracones*

Præcurrit, qui Christi apicem sublimior effert.

Purpureum fuisse hoc vexillum vel libera republica diserte Plutar. in Fabio Max. & in M. Bruto explanat: sub Imperatoribus Herodianus quod Plutar. χιτῶνα, id est, tunicam nominat id, quod conto, siue hastæ appensum erat, ita Lipsius commentar. ad lib.1. annal. Tacit. sumit, vt verè tunica fuerit, hoc est vestis, Nam & S. Isidorus tunicam vocat.

Ego simpliciter accipio pro velo, siue panno, sed elaboratissimo, & pretiosissimo, quod esse verum, & antiqui indicant numismatum typi, & præsens bello, & pace mos Christianus, &

G Ecclesiasticus. Enimuerò hoc signum transtulit in expressam crucis Christi formam Magnus Constantinus, in eo non imaginem suam, vt olim ad id vsque tempus consuerant Imperatores, vt alio nos libro docuimus, sed crucis, eum vel somnio admonitus, vel aperta voce ex aëre dimicans audiuit ἐν τούτῳ νίκα, hoc est, in hoc vince. Inde orti hi versus Prud. libro 1. contra Symm.

Agnoscas, Regina, libens mea signa necesse est,
In quibus effigies crucis, aut gemmata refulget,
Aut longis solido ex auro præfertur in hastis.

Et cum tanto olim in honore haberetur, vt quasi numen à militibus adoraretur; planè superstitiosè; post Constantinum desiit propter crucem superstitiosus esse cultus, cum in eo non Imperator, sed Christus adoraretur.

H Formam requiris Christiani labari? Aures da Cæsar Eusebio libro primo de Vita Constantini Magni, capite vigesimo quinto. *A* Qui se vidisse suis oculis, vt ab eo fuerat efformatum, sibi item ab eodem ostensum testatur. Hastile erat oblongum, vt vertit Ioannes Portesius, & erectum auro vndique obductum, cornu habens transuersum ad formam crucis: suprà in fastigio ipsius operis corona affixa, lapidibus pretiosis, & auro politè circumtexta: in ea salutaris Christi appellationis nota inscripta, duobus tantum expressa elementis, id est, duabus primis litteris nominis Christi (erat enim littera p in ipso medio litteræ x curiosè, & subtiliter inserta, quæ totum Christi nomen perspicuè significabant) quas quidem litteras deinceps semper Imperator in galea gestare consueuit.

I Ad cornu illius particulæ, quæ ex transuerso traiecta erat per hastile, velamen quoddam pertenuè appensum adhærebat, regali videlicet, & magnifica textura mirabili varietate lapidum pretiosorum artificiosè coniunctorum lucisque suæ claritate pulchrè resplendescentium depicta, & multo auro intexta, quæ, dici non potest, quantam spectatoribus ob suam pulchritudinem excitaret admirationem: illud velamen ad cornu affixum longitudinis, latitudinisque crucis mensuram penitus exæquauit.

Hastilis pars inferior versus basim longius ducta erat sub ipsum crucis insigne ad texturæ discurrentis fimbrias, auream pij Imperatoris pariter ac liberorum suorum effigiem ad pectus vsque conciunè descriptam continebat.

Qui peritus es historiæ Christianæ, rogabis, cur ad latus dextrum Labari crux addatur? in numismate Arcadij Imperatoris cum & ipsum Labarum crucis forma sit? Pro me tibi respondeat beatus Prosper par.3 prædict. capite trigesimo quarto, scribens ab Arcadio bellum aduersus Persas pro Armeniis Christianis gerenti, cum milites conserturi essent manum cum hostibus, visas aërias in eorum vestibus cruces, id omen victoriæ acceptum, nec frustra: ita confecto bello auream victor Arcadius monetam cudi cum eo signo præcepit, quæ, in vsu, inquit, totius orbis, & maximè Asiæ hodieq; persistit. K

Iulianus deinde Apostata restituit priscam labaro formam Christi nomine, & cruce ademta, Iouis reponens imaginem, atque aliorum Dæmonum, & suam, Cassiodorus libro sexto Tripartit. histor. capite trigesimo. Sed ea Sozomeno libro quinto, capite decimo sexto, ita scribens, vt ad paganismum milites insuescerent, studuit ad priscum schema reformare signum illud sublimius Roman. quòd Constantinus in crucis formam mutauerat. L

Porrò simul Christi nomen, & crucis in labaro expressum etariisdem elementis, in lineam enim rectam sic deducunt quidam ☧, alij forma Græcæ χ media litera Græca maiuscula rho, quæ p. latinum refert maiusculum hac forma ☧, vt apparet ea numis, & ea Misopogone Iuliani Apostatæ, cui si adiungatur σ, quæ prima M est littera nominis Græci σωτὴρ crucem significantis, nomen extat Christus: & nunc idem retinetur mos adiecta omnibus huius nominis obliquis casibus littera postrema sic XPΣ, XPI, Nam quæ littera videtur p, non est p, sed r Græcum.

Refertur & alia labari forma à Baron. tom.3. annal. sub annum Christi 312. & tom.4. sub annum 364. & 378. quod puram habet in velo crucem à Valente Imperatore restitutam, cum labefactatum inuenisset ab Iuliano Apostata labarum.

Nec

Nec verò in eo tantum, sed & in armis, scutis, galeis Christi, & crucis nomen intextum, & impressum fuisse loco citato Prudentius ostendit, & sic galeati effigiem Constantini ex antiquariis demonstrat Baronius.

Hinc verò etiam conijcies Claudianum poë-
N tam Christianum minimè fuisse, qui cum mirificum exercitus Romani sub Stilicone apparatum contra Alaricum describit, meminit quidem signorum militarium, vt Draconum, nulla facta labari mentione: sic enim lib. 2. aduersus Ruffinum.

---Lateq; videres
Surgere purpureis vndantes anguibus hastas,
Serpentumq; vago cælum sæuire volatu.

Cum tamen solitum esset tunc præcedere labarum, vt ex Prud. indicauimus. Rab. Maurus in Carmine de Cruce syllabam priorem mutauit ita canens.

Hinc signant Cherubin hac labara sancta triumphum
Brachia tensa notant. ---

Præter auctores citatos meminerunt labari Ruf. lib. 9. cap. 9. hist. Eccl. Euseb. Cassiod. lib. 1. cap. 5.
O hist. trip. Sozom. lib. 1. hist. Eccl. cap. 4. Niceph. lib. 7. hist. Eccl. cap. 37. & lib. 13. cap. 35. & omnium antiquissimi S. Greg. Naz. or. 1. in Iul. & S. Ambr. li. 5. epist. 29. ad Theod. Imp. cuius hæc verba. Habebis Imperator comitem præuaricatorem, & huic vexilla committes victricia, huic labarum, hoc est, Christi sacrarum nomine, qui Synagogam instauret, quæ Christum nesciat? Iube labarum Synagogę inferri, videamus si non resistunt. 2. Syn. Nicæna ex Sozom.

Neque omittendum fuisse vexillarios labaro gestando præpositos à Constantino per vices, quinquaginta viros fortes, vt auctor est Euseb. lib. 2. de vita Const. cap. 8. Qui ferè tuti huius præsidio signi in prælio à vulneribus, & cæde seruabantur, cum qui abiecissent, mox interficerentur.

Hactenus de re: nunc de nomine. Lilius Gir. Greg. Cappadocem, Nazianzenum, opinor, in-
P telligit, scribit, innuere labarum dictum, quod videlicet signum esset magnæ pietatis: verum hic Nazianzenum clausis, vel conniuentibus oculis dormitans legit: disertè enim or. 1. in Iul. Apost. signum, quod labarum vocant Romani, labores dicit soluere, nec fortassè etymologiam voluit explicare: si tamen ab εὐλαβείας nominatum scribit, significare puto apprehendendi cõmoditatem, siue facilitatem à verbo λαμβάνειν, cuius Aoristus est λαβεῖν, vnde verbale λαβὴ quod facile apprehenderetur, & gestaretur: indicat ipse Lilius, sed alio refert explicationem, quia captum à Constantino.

Minus placet quæ in lex. Eustathij legitur notatio ex nomine Latino labor, & Græco ὄνορ, quod est vtilitas, quasi ex victoriæ signo vtilitas indicetur laborum.

Quid si totam dictionem Latinam putemus à labore dictam? quia labori finem imponat, vt Q
victoriæ signum, quod dici potest Nazianzenum respexisse loco allato sic. vt iungatur prima syllaba Latina Lab. cum voce Græca ὅρος, quæ significat finem ac terminum: nec adquiesco.

Fortè è Græcis vocibus tota fit. scilicet λαβὴ, & ἄρης, quasi capulus quidam Martius, siue manubrium: nisi si Victori Giselino in versus Prudent. citatos, & P. Pithœo assentiamur dictum à labando, quod signa quasi labantia, vela nimirum quadrata hastis appenderentur: quod fortasse verius: in Baron. vide alias nominis rationes acutas fortasse, num probabiles, tu iudica.

Huc autem nihil pertinet, nisi similitudine litterarum, vrbs Cariæ apud Alexan. lib. 2. de reb. Car. Labara, inde nomen gentile Labarcus apud Stephan.

In Sestertiorum numeratione quis olim vsus, & quæ ratio litterarum cambij: mutuum, & fenus pro eodem sumtum, prouincialibus magistratibus vetita.

CAPVT II.

NVMVS veteri more duos asses, & semissem tertij assis valebat vnde & A
Sestertius æris est dictus: denarius autem decem asses, hoc est, quattuor sestertios: ita mille numi, siue sestertij duas libras, & semis argenti constituebant, id est, argenti sestertium, quod neutro genere proferebant, vt ab æreo discernerent: quare in sestertio argenteo 250. denarij erant: & numus eius erat æstimationis, cuius solidus Romanus: denarius quatuor valebat numos: ita sestertium argenti 25. aureos coronatos efficit: denarij 300. faciunt aureos coronatos 30.

M. Varro 1. lib. de ling. Lat. denarij dicebantur, quòd denos æris valebant; quinarij, quod B
quinos: sestertius, quòd semistertius: tametsi nonnulla fuerit varietas variis sæculis, & apud varios scriptores. Vide Bud. 1. 2. & 5. lib. de asse. & Lipsium in notis ad lib. 1. Tac. ann.

Igitur veteres ita solebant vulgo dicere 15. & 15000. supple sestertia, siue aurea essent, siue ærea, & idem 15. sestertia sunt, & 15000. numor Paulus I.C. lib. 1. quæst. l. 40.

Quos autem numos victus caussa quisque solebat in promtu habere, veterales dicebantur, vt apparet L. Diuus de bo. dam. quos accipit Vlp. pro numis valoris modici, & parua pecunia, quæ in dies victus caussa expenditur. à ventrali, seu ventrali, in quo reposita habebatur, id est, sacciperio, quod opifices insitum habent in se- C
micinctij plagula ante ventrem; simile erat nostro, quod vocamus gremiale, aut scarsella o fae-

eocia, quam vocem in Callistrato Alciatus restituit cap. 40. lib. 1. parerg. qui lib. 1. præterm. Codicem notat esse corruptum. Vlp. D. de bo. damn. l. 6. zonam distinguit à ventrali: nec si zonam elrea se habuerit protinus aliquis sibi vindicare debebit; sed vestem, qua is fuerit indutus, aut numulos in ventralem, quos victus sui caussa in promtu habuerit. sunt qui ventralem legunt.

Sciendum ergò veteres feneratores consueuisse pecunias suas apud argentarios habere depositas, & in eorum mensa, banco Italus appellat, fenus exercere: ita eum quis pecunia indigetet, cum feneratore conueniebat, cautionemque, id est, Syngrapham faciebat. qua fatebatur se tantum illi ex mutuo debere: tum ille apud mensam, vt commodum erat argentario, vel debitori, iubebat ei numerari. huiusmodique syngraphę cum argentarij rationibus in quibus debitoris illius adscriptum erat nomen, vt constat l. postrema C. de pact. conuen. & l. postrema C. de non num. pec. vocabantur nomina, hoc est, cautiones, feneraticiæ vt patet l. solutum §. 1. de pigno. act.

D

Quæ sanè videntur nostris respondere, quas dicimus, lettere di cambio, vel non admodum erant dissimiles: hinc & fide nominum traiici pro eo Cicero dicit aduersus Sall. quod est pecunias per litteras cambij transmittere.

Porrò contra hanc simplicem cautionem obstabat exceptio nõ numeratæ pecuniæ, vt est in-stit. de lit. oblig. & ideò fides requirebatur argentarij, aut alia probatio; cuius loco quibusdam locis hodie proxenetæ subscriptione vtuntur l. 11. de proxen. quod si fenerator pecuniam non dedisset, sed argentarij ipsius sponsionem, & hanc delegationem admisisset debitor, tum quoque, vt Caius lib. institut. §. si quis nobis, instit. de oblig. sentire videtur, exceptioni locus non erat, & hodie receptum est, vt gloss. notat anth. de fideiussoribus in fin. l. frustra.

E

Sanè olim Romæ argentariorum scriptura, quæ præscriptio dicebatur, non modo ad probationem, fidemque rei gestæ pertinuisse videtur, sed & ad obligationem adstringendum, atque confirmandum, vt cuiusdam etiam stipulationis loco esse videretur.

Si itaque argentarius in suum Codicem referret, Titium Sempronio debere centum ex aliqua caussa, aut inter eos ita conuenisse (quod caput scripturæ dicebatur nomen, quia creditoris, debitorisque nomen perscriptum habe-ret) poterat ex scriptura peti non minus, quàm si stipulatio interuenisset. Nam quod apud argentarios agebatur, vel iis, vt perscriberent, mandabatur, nolnerunt Romani esse inane.

F

Si debitor negaret ita conuenisse, conuincebatur tabulis argentarij: si contendebat stipulationem non interuenisse, nihilominus scriptura tamquam stipulatione obligabatur.

Ita illi diuisioni obligationis, quæ legitur in Pandectis obligationem contrahi, aut consensu, aut verbis, aut re, quartum addidit membrum Iustin. scripturæ.

Quo item pertinet hoc Pomponij I. C. cap. 1. de annuis legat. aut ex stipulata aliquid peti, aut nomine facto; & 4. lib. ad Atticum M. Cicero epist. postrema pænè extrema ante Pompon. meminit eius pactionis, quæ non verbis fit, sed nominibus, & perscriptionibus.

Obseruandum hanc nominum faciendorum rationem videri desiisse in more esse Iustiniani sæculo, quod pauciores argentarij, rarioresque vsuræ essent propter Christianæ religionis integritatem: vel potius, quòd ipsi numularij mutuas sub leuioribus vsuris pecunias accipiebant, quas deinde grauioribus proprio nomine locabant.

Hinc enim ἀργυροπρᾶται, id est, argenti distractores nominantur Nouella 136. cuius hic titulus, περὶ ἀργυροπρατικῶν συναλλαγμάτων; cuius hoc principium, qui ex sodalitio sunt argentariorum huius fortunatæ ciuitatis.

Illud quoque notandum, & si propriè mutuum sit, quod reuocetur ad iustam vltro citroque æqualitatem, tamen aliquando fieri posse, vt plus, mioasué reddatur: sed eatenus non est proprie mutuum, vt apparet cap. 17. de pact. & illud Cicer. ex Hesiodo, 1. lib. off. Hesiodum iussisse, vt si quid vtendum acceperis, maiora mensura, si modo possis, reddas, non est ex ratione mutui, sed potius grati animi, atque liberalis.

Ita mutuum à fenore distinguunt Latini, iure, vt Ter. si mutuo non potero, sumam fenore.

Iurisconsulti tamen pecuniam mutuam simpliciter appellant sæpè, quæ & fenebris est: ratio appellationis erat, quod raro mutuum merum esset, atque gratuitum, & sine vsura aliqua: inde fit, vt quia vsura est ipsius vsus, tamquam pretium, aut merces: qui pecuniam dat fenori, dicitur eam locare: & qui accipit, conducere: atque ita apud Hor. numi conducti appellantur lib. 1. ser. Sat. 2.

Omnia conductis coëmens obsonia numis.

Et apud Iuuenal. conducta pecunia Sat. 11.

Hi plerumq; gradus conducta pecunia Romæ.

Mos ille Romanus planè laudabilis, immò lex, cuius mentio l. 33 principalibus in Modest. lib. 1. Pand. ne qui prouinciam regunt, quiue circa eos sunt negocientur, mutuam pecuniam dent, fenusué exerceant: quin vero nec mutuum quidem gratuito dent, Gl. l. eos. C. 12. de numer. ratio optima, quòd facili negotio fraudem legi possent facere, si fenora exercerent simulanres dare se gratuito, cuius vsuram iam ante Siliqua-

rum

rum nomine retinuissent. l. eos. vet. interdicta
Cod. de vsur.

Deinde quidquid ex concussionibus à sub-
iectis raperent, mutata caussa sibi ex mutuo de-
beri fingerent, & manu militari, quæ ad ma-
num esse magistratibus solet, ceu iustum mu-
K tuum, exigerent; cuius rei ducitur argumen-
tum ex §. certè, authent. vt iud. sine quo suf-
frag.

Siue etiam, quia prædam omnem nominum
fide traiicere hoc pacto facile possent in patri-
am ex l. sacrileg. §. his autem ad l. Iul. pecu.
Si in prouincia gratis pecuniam mutuarent,
& Romæ sibi restitui paciscerentur: cuius cri-
minis M. Cicero Sallustium accusat.

Siue, quia mutuum gratuitum non nisi in-
timis amicis fieri solet, & lex tamen artius ali-
quod vinculum inter præsides, & prouinciales
contrahi non patitur l. obseruandum de offic.
præsid. pateret enim ambitioni via, & finito ma-
gistratu criminum inquisitio, si quam fieri opus
L esset, talium amicorum studiis impediretur l. 1.
C. vt omnes Iud. tam ciuiles. additur & pœna l.
aufertur §. quod à præside. de iure fisci l. non
licet deinde obærati ad res nouas sollicitari pos-
sent l. 1. ad L. Iul. maiest. Omnino vniuersalis hu-
ius legis, principalibus, caussa aperta est ex ora-
tione 6. Cic. contra Verrem.

Tandem fraus legi Cinciæ fieri posset, & ficta
emtione Xeniorum qualitatem excedere, &c. l.
solent extrema de off. procos.

Eadem lex teneri vult eos, qui circa præsi-
des sunt, quales legati, Comites, Consiliarij,
vt apparet l. 1. C. de contract. iud. l. 5. ad l. Iul. rep.
item præco, medicus, lictor, & omne officium
ab eo adductum, vt sunt Cornicularius, com-
mentariensis, adiutor, actuarius, exceptores,
M apparitores, ceterique, qui comitati fuerint
præsidem, quos lex cohortis nomine intelli-
git l. 1. ad l. Iul. de repet. & qui domestici præ-
sidis appellantur dicta l. 1. C. de contract. iud.
huius rei non leuia impressa legimus vestigia in
Epist. illa Cicer. ad Q. F. prudentissimè, ac do-
ctissimè scripta.

Intelligendum autem non teneri hac lege
δημοσιακὴν exercendi, qui officiales fuerint perpe-
tui, cuiusmodi solent esse iudicum executores,
& ministri, qui præcepta, citationesque, defe-
runt ad reos, seruientes vocamus, & ita nomi-
nanit L. Apuleius lib. 1. Asini aurei ταξεώτης Iu-
stin. appellat, siue ταξεῶτας §. deinde authent. de
defenso. Ciuit. τάξις enim τῶν ἐπαρχῶν, sunt præ-
sidum apparitores, ceterique, vt diximus, quos
etiam Cicero solet cohortem appellare Cos. vel
N prætoris: cum enim sint perpetui, viderentur
quodammodo pœnæ addicti, nisi contrahere
possent, paresque forent iis, quibus commer-
cium interdictum est: quod intellige etiam de
magistratibus, & consiliariis perpetuis, & iis,
quos princeps non facile solet ab officio sub-
mouere: itaque ij, qui intra annum, vel bienni-
um, trienniumuè decedunt magistratu, tenen-
tur hac lege.

Dubitatio est I. C. si caussa remunerationis
præsidi quidpiam donatum fuerit, num valeat
contractus: Valere censuit ex Papiniani respon-
so Bartholus L. Aquilius de donat. aduersatur
ex Paulo libro secundo, sent. Alexan. l. 34. putans
contractum nullum esse: quòd lex vniuersè lo-
quatur quam citauimus C. de contract. iud. obi-
ter in responso Papiniani, qui nominatur Nico-
stratus prætor, falsus est: vel enim rhetor, vel
præceptor legendum: hoc modo, Aquilius Re- O
gulus iuuenis ad Nicostratum præceptorem,
vel rhetorem, ita scripsit, quoniam eloquentia
tua meliorem fecisti, dono, & promitto, &c.
Ita enim habent pandectæ, Hetruscæ disertis
verbis.

Fuit enim hic Nicostratus gente Macedo
inter posteriores decem Rhetores connumera-
tus sæculo Aristidis, & Dionis Chrysostomi,
sub M. Antonino, vt ait, Suidas, A intellige Pi-
um, & Philosophum, non Caracallam, vt pu-
tauit Alciatus, tametsi sub Carcalla Papinia-
nus floruerit: vix enim potuit sub hoc vi-
uus esse Nicostratus. præter alia scripsisse eti-
am encomium Marci tradit, vt hinc non Ca-
racallam cum Alc. intelligere possis, sed Mar-
cum Aurelium Philosophum Commodi pa- P
trem.

Postremò nota ex oratione Plauti Curculio-
ne act. 4. sc. 3. & seq. si in venditionis, emtionis-
que contractu conuentum fuisset, vt debitor ei
solueret, qui litteras obsignatas creditoris si-
gno attulisset, & aliquis hoc sciens anulum su-
stulisset, & obsignauisset, liberaretur debitor, si
aduersus eum, cui soluit, actionem cessurum se
offerret: sibi enim creditor debet adscribere, &
suæ negligentiæ, quòd anulum non custodie-
rit: ita Paulus Roman. & Alexand. l. si
procuratori falso ad finem de
cond. ob cau.



Circi quot Romæ, vbi, à quo, quem in finem exædificati, quæ ornamenta. Plin. & Sen. loca enucleata.

CAPVT III.

a CELEBRIS in omnibus pæne Latinis scriptoribus Cic. T. Liuio, Suet. Cornelio Tac. Pliniis. Circorum memoria. Erat verò Circus, locus oblongi spatij ouorum modo septus muris, extructis hinc inde gradibus; tres autem fuisse plerique omnes tradunt: quatuor ego reperio, primum maximum à Prisco Tarq. rege extructum; de quo ita Liuius lib. 1. tum primum Circo, qui nunc maximus dicitur, designatus est locus, loca diuisa patribus, equitibusque vbi spectacula sibi quisque facerent, fori appellati: cum ab initio furcis spectaretur, duodecim pedes altis è terra: Sabell. Enneade 2. lib. 4. subselliis cæmenticiis circa aream ædificatis, cum antea sub ligneis tabernaculis arida tectis aruudiue spectare moria

b esset.

Eius formam Halicarnasseo lib. 3. descripsit melius nemo, & pictura expressit Pyrrhus Ligorius, quam nobis, præter alios, exhibuit in lib. Tertull. de spect. Iac. Pamelius. Erectum narrat inter colles Auentinum, & Palatinum stadiorum 3. longitudine, dimidium plus adiungit Sabell. 4. iugerum latitudine: quod soli spatium lateribus porticus paululum repandæ claudebant. CL. millium spectatorum capaces. Halicarnass. lib. 3. scribit. 385. millium alij, duodecim babebant portas, à singulis enim lateribus sex erant, præter ostium, quod patebat ad medium stadium, & quidem in X I. reg. Vrbis: inde enim Ausonio caussa scribendi.

Ostia quot pro parte aperit stridentia Circus,
Excepto medium quod patet ad stadium.

c Eum exustum, collapsumque auctore Dione, ampliorem, atque elegantiorem ex lapidibus Naumachiæ Domitiani refecit Traianus, vt populum Romanum capere posset, vnde illa in Paneg. verba Plinij Iun. in Traiani laudem, hinc immensum latus Circi templorum pulchritudinem prouocat.

Alter Flaminius, qui & Apollinaris 9. Vrbis reg. & ipse vigente Republica exædificatus.

Tertius ad templum Floræ 6. reg. Vrbis, sic enim P. Victor: in ea. Templum Floræ, & Circus.

Quartus, quem in Vaticano à fundamentis erexit Caius, perfecit Nero, vt indicatur à Plin. lib. 37. cap. 11. bis verbis. Tertius Obeliscus Romæ in Vaticano C. ac N. principum Circo, & Tac. lib. 14. ann. clausumque in Valle Vaticana spatium in quo equos regeret, haud promiscuo spectaculo: mox vltro vocari populus Romanus, laudibus extollere, &c.

Fuerunt & septa in campo Martio, quæ tamen Circi nomine haud scio, an vnquam sumantur: apud quæ Caligula Amphitheatrum inchoauit auctore Suet. in eo cap. 21.

De maximo, notandus ille moralis Locus Annæi Sen. lib. 2. de Ira cap. 7. cum videris forum multitudine refertum, & septa concursu omnis frequentiæ plena, & illum Circum, in quo maximam sui partem populus ostendit, hoc scito, istic tantumdem esse vitiorum, quantum hominum, & lib. de Tranquill. cap. 9. non in cursu tantum, Circique certamine, sed in his spatiis vitæ interius flectendum est.

Egregia metaphora: vt agitatores exercitati in ludis Circensibus introrsum, quantum poterant, flectebant, vt breuiorem cursum conficerent, ea modo cautione adhibita, vt ne ad metam offenderent, atque atterarent, sic in vita docet contrahenda esse vela, modumque seruandum, vt sequens indicat oratio; studiorum quoque liberalissima impensa est, tamdiu rationem habebo, quamdiu modum.

Præses Circo numen. Saluianus tradit Neptunum, tradit & antiquior eo Lact. lib. 6. cap. 20. opinor, quia equestris Deus ἵππιος Græcis, Cassiod. tamen epist. 51. lib. 3. var. solem indicat, siue Apollinem; disertis verbis affirmat Isid. lib. orig. 18. cap. 25. Concilia Ludorum præses Neptunus, loci sol; mundi enim, seu cæli Symbolum Circus, vt ibidem Cassiod. & Isid. exponit, miror autem falli priorem, malè credentem immensam hanc fabricam ab Augusto extructam.

Ornamenta, & partes hæ præter eas, de quibus diximus, oua, meta, obelisci, carceres. Oua bonori Castoris, & Pollucis, vt ait Isid. cap. 26. quia pugiles, opinor, & ex ouo geniti, vt est in fabulis: & fortè casu ad ornamentum in fastigio oua posita.

Meta, vt ait Idem, cap. 27. terminum, ac finem mundi designat, ab eo quod aliquis emensus est finis. siue ad testimonium orientis, occidentisque solis. Tu dic, fuisse termini, finisque signum, à metiendo; constituebatur enim in fine Circi, vel alterius spatij, in quo fiebant equorum cursus: aut quia posita in dimenso spatio, vel quod eam bigæ, trigæ, quadrigæ circumcurrentes metiantur: septies enim lustranda fuerat ad victoriam: ex quo illi Propert. lib. 2. eleg. 25. versus:

Haud prius infecto deposcit præmia cursu,
Septima, quam metam triuerit ante rota.

Quod & Cassiod. epist. cit. confirmat, & antè Suet. in Domit. cap. 4. Virg. lib. Aen. 5.

Hic viridem Æneas frondenti ex ilice metam
Constituit.—

Hinc ille Sen. locus epist. 108. quæ videntur esse verba Ciceronis; hanc, quam nos in Circo metam vocamus, calcem antiqui dicebant: caussa

est,

est, cur mutet in cretam Pithœus, & probat Muretus, melius metam retinente Pinciano, cuius in Circo frequens apud Suet. & alios mentio.

Quo pertinere vult illud Plin. lib. 35. cap. 17. Creta Circum præducere ad victoriæ notam, & venalium pedes trans mare advectorum denotare maiores instituerunt; vbi quidam ineptè Circum pro ἀμφὶ sumunt.

Cassiod. lib. 3. Varr. epist. 51. in Circi descriptione, albæ cuiusdam lineæ meminit hac oratione.
H tione. Alba linea non longè ab ostiis in vtrumque podium, quasi regula directa, producitur, vt quadrigis progredientibus, inde certamen oriretur: ne dum semper properè conantur elidere, spectandi voluptatem viderentur populis abrogare: quod A. Persius dixit Sat. 5. non longè à fine Cretata ambitio, quæ mihi tamen ad candidatos magistratus propriè videtur referenda.

Gallos quoque facies olim incretasse Petronius Arb. indicat dum scribit. Quin tu, & circumcide nos, vt Iudæi videamur; & pertunde aures, vt imitemur Arabes: & increta facies, vt suos Gallia Cives putet: nisi si natiuum potius Gallorum significet candorem, &, vt Virgil. ait Aen. 8.

—Tum lactea colla.

Nam & Gallici vultus inueniuntur apud Tertull. lib. de monogam. ad vxorem num. 28.

I Meta verò sudans, cuius Sen. meminit, epist. 56. locus erat in 10. reg. Vrbis, vbi & templum pacis, vbi iuuenes experiebantur velocitatem suã, vt ait Eutrop. lib. hist. ad nostram Hor. alludit 1. od. lib. 1. ad illam etiam epist. ad Pisones, quæ poëtica inscribitur.

Qui cupit optatam cursu contingere metam
Multa tulit, fecitq; puer, &c.

Medio spatio ab vtraque meta Obeliscus erat, cuius fastigio, vt ait, Isid. cap. 28. superpositum erat quiddam auratum in modum flammæ. Vnde emittebantur equi dato signo, carceres dicebantur. quod hic coërcerentur equi, ne exirent ante signum, vt in carcere inclusi homines coërcentur, vt ait Isid. cap. 29. in principio erant Circi tantum, vt metæ in principio, & fine. Hinc ille Virg. versus 1. Georg.

Vt cum carceribus sese effudere quadrigæ, &c.

Sic cum ad summum peruenissent circumacti metam recurrebant ad priorem, & hic finis cursus.

K Circo verò maximo vt Suet. ait in Claud. cap. 21. marmoreis carceribus, auratisque metis, quæ vtraque tophina, ac lignea antea fuerant exculto, propria Senatoribus constituit loca promiscuè spectare solitis. Spectacula in eo quædam.

Obseura igitur 4. fuisse genera spectaculorum; gladiatoriæ pugnæ, venationis, Circensium. Scenæ: tria oculorum maximè, postremum etiam aurium: tria priora Romanorum propria vix aliis vsitata nationibus: nam postrema, id est, agones musici, & Ludi gymnici recentius in Vrbem traducta.

Suet. in Ner. cap. 12. instituit, inquit, & quinquennale certamen primus omniũ Romæ more L
Græco triplex, musicum, gymnicum, equestre, quod appellauit Neronia vt & Domitianus, auctore eodem cap. 4. nec primus tamen agones musicos, & ludos gymnicos in vrbem induxit olim exerceri solitos.

Notissima hæc genera ex antiquissimis Ecclesiæ scriptoribus Tertull. Cypr. Arnob. Lact. Firm. Epiph. Aug. Chrys. & recentioribus Cassiodor. Isid. Mauro Rab.

Ludi Circenses in Circo, artes scenicæ in theatro; agones in stadio; munera, quæ venationes, & gladiatorios ludos amplectuntur, in amphitheatro fiebant; quæ variis afficit nominibus præ cæteris Tertull. vt cap. 3. 20. 21. 22. 23. 25. 28. 29. postremo, vt diligenter Pamelius collegit in adnot. Et præclarè de iisdem cap. 38. apol. quo modo S. Cypr. cap. 3. eiusdem arg. id est, de spect. 4. 5. & 6. Hæc quamdiu in vsu fuerint etiam Christianis eruditè Pam. idem docet ibidem.

Quanquam verò in Circo ferè auriga; currus, M
eques, pedesue, eorumque certamen esset, gladiatorium etiam munus in eo datum adnotauit Dio lib. 4. sub Imperatoribus videlicet, & venationem Suet. in Calig. cap. 18. & Plin. lib. 8. cap. 7. Libera item Republica pugnauere in Circo; viginti, aut, vt quidam tradunt, 17. Getulis ex aduerso iaculantib. de pugnis loquitur Elephantorum.

Enimuerò aurigarum duplex erat vestitus, duplex vnde factio orta, altera Veneta, id est, cærulea, quæ mari, ac cælo sacra: altera Prasina, id est, virens, dicata telluri. Cassiod. ita epist. cit. & Isid. cap. 31. Signum emissionis, & ludorum, ac certaminum principij, erat mappa, Suet. Ner. cap. 22. vniuersorum se oculis in Circo maximo præbuit, aliquo liberto mittente mappam; vnde magistratus solent.

Hinc initium moris putauit Cassiod. epist. N
sæpè cit. hoc sermone. Mappa verò, quæ signum dare videtur Circensibus tali casu fluxit in morem: cum Nero prandium protenderet, & celeritatem, vt assolet, auidus spectandi populus flagitaret, ille mappam, qua tergendis manibus vtebatur, iussit abiici per fenestram, vt libertatẽ daret certaminis postulandi. Hinc ductum est, vt ostensa mappa certa videatur esse promissio Circensium futurorum.

Non approbo, neque vestigium vllum in loco Suet. video, immo contrarium indicat, solitum à magistratibus dari hoc signum; & longè ante Neronem videor mihi alicubi legisse. Tangit hunc morem Iuuen. Sat. 11.

Interea Megalesiacæ spectacula mappæ
Idæum solemne colunt, similisq; triumpho O
Prædo, (vel præda) *caballorum Prætor sedet,—*

Et Martialis lib. 12. epigr. 28.

Cretatam, (vel ceratam pro alba sumit Calder. hic)

Prator cum vellet mittere mappam,
Pratori mappam surripit Hermogenes.

Ad eum alludit Tertull. lib. de spect. cap. 16. & aduersus Valentin. cap. 36. obiter nota, quod scribit Quinctil. lib. 1. cap. 9. mappam vsitatum nomen Circo, Pœni sibi vendicant, licet Isid. lib. 19. Orig. cap. 35. quasi manupam putet nominatam.

Falluut, & falluntur Pomponius Lætus, Andr. Alciatus, & Domitius Cald. aliique existimantes præmium victoris aurigæ fuisse mappam, & scilicet vt nunc il palio alli barbari.

Sedebatur in Circo ad spectandū: argumentum sumit ex eo Lipsius in setm. Saturn. Quod habet Plin. in Paneg. Traiani, de ciuilitate ipsius agens, post allata verba. Digna populo victore gentium sedes, nec minus ipsa visenda, quàm quæ ex illa spectabantur: visenda autem cum cætera specie, tum quod æquatus plebis, ac principis locus: si quidem per omne spatium, vna facies, omnia continua, & paria; nec magis proprius spectandi, Cęsaris suggestus, quàm propria quæ spectet, &c. Quasi non essent certissima, & clarissima ex antiquioribus Cicer. Liuio, Halicarn. lege Roscia de 14 ordinibus. Hor. in Epodo de Mena Pompeij liberto argumenta.

Sed hoc scripsit oblitus fortasse valentissima vir memoria eorum, quæ in 14. & 15. lib. Tac. doctissimè obseruarat, vt discrimen item non sedendi in theatro.

Nec eundem probo locum illum Tertull. lib. de resur. carnis cap. 2. igitur quantum ad hæreticos, demonstrauimus, quo cuneo occurrendum, vel decurrendum sit à nobis, &c. Ita explanantem, vt alludat ad discrimina cuneorum, vel eorum, qui in his sedebant ad spectacula in amphitheatro: à forma nomen, quia ipsa scalarum directio talis, vt ab imo ordiens magis diffunderetur in altum, redderetque cunei formam: melius explicabis de cuneis militaribus, vt postea vidi explicatum à doctissimo viro Pamelio.

Et certè non videntur ad sedilium in theatro formam vllo modo aptari posse aliæ Tertullian. phrases, quibus vtitur primo aduers. Valentin. cap. 3. cuneo extrudere, cuneum primum congressionis armare.

Nec verò Suet. probo scribentem in Ner. cap. 11. Circensibus loca equiti secreta à cæteris illum tribuisse, cum iam longè antè secreta forent: & cum gratuita sæpè essent, essentque primo occupantis. & in Claud. cap. 21. propria Senatoribus constituisse eum loca promiscuè spectare solitis: fuisse vero gratuita loca diserté Suet. In Calig. cap. 26. affirmat inquietatus fremitu gratuita in Circo loca de media nocte occupantium, &c.

At ne hoc ignorasse opiner Suetonium, dico, olim in scena fuisse loca cuique ordini seposita lege Roscia, & Iul. theatrali: at non in Circo, & ludis curulibus. Primus enim Augustus certas cuique sedes decreuit, auctor Dio lib. 55. aliquando tamen erat aliquid pendendum, vt seruaretur locus ad spectandum: satis perspicuum argumentum ex prologo quodam Plautino, si modo Plautinus est, pœnuli.

Serui ne obsideant, liberis vt sit locus,
Vel æs pro capite dent, si id facere non queunt,—
Domum abeant.—

Θέατρα dicebantur Græcis; Callimacho Hymno in Dianam, vbi Schol. interpretatur, ἄξια τοῦ θεάσασθαι, hoc est, dona, quæ præstantur, vt videas: quo item nomine dona, quæ dantur à Sponso Sponsæ, cum primum eam vidit, appellantur, vt Pollux docet lib. 2. ij verò, quibus aliquid pro sedibus dabatur, locarij dicti, quæ vox à Martiali vsurpatur lib. 5. epigram. 25. de Hermete: vt locarium, pretium est Varroni, quod datur in stabulo, & taberna pro consistendi potestate, ita lib. 4. de ling. Lat.

Designatores etiam nominatos, Græcis βραβευτὰς, placuit Lipsio, mihi non placet, tametsi viles fuisse videntur, vt apparet ex verbis Vlpiani l. 4. de his, qui not. infam. constat enim fuisse eos, qui parabant ad ludos necessaria: quorum creuit dignitas sub Imperatoribus, vt βραβευταὶ distributores erant præmiorum.

Nec verò credo Tribunos fuisse voluptatum, de quibus lib. 6. Cassiod. form. 19. & lib. 7. form. 10. quid? tu eos appelles Tribunos, qui tibi vnum, aut alterum mercede seruent locum ad spectandum? quibus paucos asses, aut numulos annumeres, vt sedem habeas in Circo?

Et legi, qui solitos myrto coronatos spectare in Circo obseruarint: at hoc vnius peculiaris mos fuit, aut prærogatiua Papirij, de quo ita Plin. lib. 15. cap. 29. extremo, L. Piso tradit Papirium Masonem, qui primus in monte Albano triumphauit de Corsis, myrto coronatum ludos Circen. spectare solitum.

Quo verò vtendum vestitu in Aug. cap. 40. Suet. indicat sic narrans. negotia ædilibus dedit, ne quem posthac paterentur in foro, circoué, nisi positis lacernis togatum consistere.

Circuli notio elegans, ex ea loci illustres auctorum explanati, vt verbi circulare: & de circulatoribus.

CAPVT IV.

DERVAGATI Circum redigimur in circulum, id est, circum paruum, notæ significationis vocabulum, in quo & liberè spatiabimur. Planities est rotunda, vt circuitus: quemadmodum soliditas rotunda, globus est, vt pila vndique rotunda. Elegantior ab hac traducta notio pro cœtu

homi-

huminum collecto in orbem, vt nunc etiam in Scholarum, & Academiarum disputationibus, ad quas conueniunt vna plurimi, Circuli nominantur Latinorum imitatione.

Cic. ad Attic. lib. 2. epist. 18. sermo in circulis duntaxat, & in conuiuiis est liberior, quàm fuit, & alibi sæpè T. Liuius lib. 45. in omnibus circulis, atque etiam, si Diis placet, in conuiuiis sunt qui exercitus in Macedoniam ducant. Cornelius Tac. lib. 3. ann. non ignoro in conuiuiis, & circulis incusare ista: & ex his tribus clarissimis scriptoribus vide, vt ferè duo hæc iunguntur, conuiuium. & circulus; vtrobique enim concursus frequens. Sen. lib. quod bonis viris, &c. Senatus pec totum diem sæpè consulitur: cum illo tempore vilissimus quisque aut in campo otium suum oblectet, aut in popina lateat, aut tempus in aliquo Circulo terat. Quod verò Hor. in epist. ad Pisones, ita scripsit:

B *Publica materies priuati iuris erit, si*
Nec circa vilem, patulamq; moraberis orbem,

Hoc est, si sententias persequeris non de medio petitas, nec sumtas è triuio, non vulgares, & omnibus patentes, & quasi in orbe, & circulo forensi agitatas: & fortasse allusio est ad vocem Græcam ἐγκύκλιος λόγος, qui & ἐξωτερικὸς, & ἐγκύκλια φιλοσοφήματα, & ἐγκυκλοπαιδεία & homines dicuntur ἐγκύκλιοι, non nihil habet similitudinis cum hac notione.

Hinc & verbum circulo, quo politissimi vtuntur scriptores. Cicer. in Bruto, videt oscitantem Iudicem, colloquentem cum altero, nonnunquam & circulantem, mittentem ad horas, quæ-
C sitorem, vt dimittat, rogantem, &c. Circulare videtur modò huc, modo illuc mouere quasi in circulum agentem caput: expressa Xenoph. libro 6. pædiæ Cyri locutio, pulchrique non omnino videbantur multi, & in circulum agebantur, & plena erant omnia interrogantium, ac disceptantium, A dicitur & circulari, cum in orbem collecti multi inter se fabulantur.

C. Cæsaris locus hic citatus. totis verò castris milites circulari, & dolere hostem è manibus mitti. Sallustius in Iugurth. Romani veteres nouique ob ea scientes belli, orbes facere, &c. Qui tamen locus aliter videtur sumendus: & hoc modo circulantem dixit Cicer. vt placuit quibusdam, ad orbem. & circulum inter se colloquentium caput vertentem. Et Sen. Epist. 40. Sic itaque habe, vt iustam vim dicendi rapidam, atque abundantem, aptiorem esse circulanti iudices, quam agenti rem magnam, ac seriam, do-
D centique. Aeque stillare illam nolo, quàm currere: nec extendat aures, nec obruat: vbi tamen circulare videtur esse, circulatoris more verba præcipitio fundere, vt iudicem obruas.

Quanquam vereor, vt ex hoc loco Cic. in Br. possit colligi verbum esse posse actiuæ vocis: uam etiam deponentia tetinuerunt participium actiuæ vocis, vt amplectens, fruens, consequens, quod me Hieronymus Brunellus noster vir doctus, & trium linguarum peritissimus monuit.

Inde circulator, qui ludicra in circulis, & conuentibus loquitur, tractatque: is, & circumforaneus dicitur. quia per forum vagatur, scurra, sed notione angustiore. fortè à discurrendo. Ita Sen. epist. 29. philosophasticos probro appellat. E
Hos, inquit, mihi circulatores, qui Philosophiam honestius neglexissent, quàm vendunt, in faciem ingeret.

Quæ vox egregium mihi eiusdem locum renocat in mentem, qui extat lib. 6. de benef. cap. 11. cum de beneficio fortuito loquitur. Cleanthes exemplo eiusmodi vtitur. Ad quærendum, inquit, & accersendum ex Academia Platonem, duos pueros misi: Alter totam porticum perscrutatus est, alia quoque loca, in quibus illum inueniri posse sperabat, percurrit, & domum non minus lassus, quam irritus rediit. Alter apud proximum circulatorem resedit, & dum vagus, atque erro vernaculis congregatur, & ludit, transeuntem Platonem, quem non quæsierat, inuenit. Illum, inquit, laudabimus puerum, qui, quantum in se erat, quod iussus est fecit: hunc feliciter inertem castigabimus, &c.

Et Plin. lib. 4. epist. ad lepidum Regulum tra- F
ctat vt circulatorem potius, quam oratorē, quia malus, & imperitus; cui imbecillum latus, os confusum, hæsitans lingua, tardissima inuentio, memoria nulla, nihil denique præter ingenium insanum: & tamen eo imprudentia, ipsoque illo furore peruenit. vt à plurimis orator habeatur. Mox adiungit. nam etiam ipse tu hunc luctuosum Reguli librum, vt circulator in foro legeris, scilicet, vt ait Demosth. ἐπάρας τὴν φωνὴν, καὶ γεγωνὼς, καὶ λαρυγγίζων. Est enim tam ineptus, vt risum magis possit exprimere, quàm gemitum: credas non de puero scriptum, sed à puero.

Horum circulatorum vocabulo, & præstigiatores contineri nihil vetat, qui sic imponunt etiam sapientibus, vt miracula crederentur, quæ faciunt, nisi ab hoc Ludionum genere fieri con- G
spicerentur: sed nonnulla vti magia istos siue naturale, siue arte Cacodæmonum, sæpè deprehensum.

Sanè vix quæ admirabiliter isti obiiciunt nostris oculis, ingenij acumen comprehendit: & sunt tamen, qui exercitatione fieri velint ipsorum diutucua sic, vt celeri motu, atque agitatione aciem præstringant oculorum: quod ij faciunt, qui, cum panem comederint, expuunt farinam, qui vinum bibunt & per frontem, aut per iugulum reddunt.

Antiquis celebris Diopetes, siue Diopithes apud Ath. lib. 1. cap. 14. ex Phanodemo, qui se è Stomacho lac. & vinum haurire dicebat, & vero spectatoribus ita videbatur, cum exprimeret ex vesicis quibus erat succinctus: & patrum nostrorum memoria famosus Barptolemæus quidam, qui ab hac re Bagatellæ accepit nomen, qui &

magno spectantium honore gladios deuorabat, H ingentem acuum, Zonularum, numorum vim euomebat. In quem mortuum argutè lusit hoc Epitaphio doctus, ac politus vir Cælius Calcagninus.

Quis lateat tumulo, non ausim dicere, ne quid
Fortasse mentiar per imprudentiam.
Hunc certè tumulum vel adit, vel visus adire est,
Præstigiator omnium vaferrimus.
Ille, cui dederat cunctas Cyllenius artes
Et versipelles atq; desultorias.
Qui nostris oculis adeo miracula finxit,
Vt se negarent cernere, quod cernerent.
Qui potis Arcesilæ solus documenta probare
Acerrimus magister ignorantiæ.
Quare num quid obit, num quid simularit obire,
Non est adhuc cuiquam expeditum dicere:
I *Et licet ad manes etiam descenderit, ipsis*
Ibit, redibit, vt lubebit, insciis.
Et quoties Minos relegit suffragia, versis
Mutabit atra in candida acetabulis.

Suis post deuictum Persarum regem Darcum nuptiis, & conuiuiis, ac suorum multos adhibuit huiusmodi Ludiones, & præstigiatores Alex. Magnus: cæteris præstitisse omnibus Aelianus narrat Indos lib. var. hist. 8. cap. 7. B veteres multos commemorat Athen. lib. 1. cap. 13. 14. etiam recentiores concinnator Theatri vitæ hum. lib. 2. vol. 15.

Noui ego Bononiæ facetum hominem, & probum, qui naturalis magiæ vtens scientia de repentè conuiuas omnes in truncos conuertebat, hoc est, arte sua efficiebat, vt tales viderentur; & aut Asininis, aut Booiis apparerent esse capitibus extensa per triclinium vite.

K Hoc modo Gentilium, quos vocamus, miracula patrabantur, sine plurimum vi, atque afto Cacodæmonum: & fuisse profectò suspecta, & opinione quorundam vulgata, quasi non vera, satis Val. Max. indicat lib. 1. cap. 8. tit. de Diis Troianis mirum, hoc sermone. Nec me præterit de motu, & voce Deorum immortalium humanis oculis, an ribusque præcepto, quam ancipiti opinionum æstimatione versetur: sed quia non noua dicuntur, sed tradita reperiuntur, fidem auctores vendiecnt, & nostrum sit inclitis litterarum monumentis consecrata, perinde ac vana, refugisse.

T. quoque Liuius non vno loco ait, versis in religionem periculosis Reipublicæ temporibus animis multa visa, creditaque prodigia, quæ nō erant. Vide Lilij Gir. Syntagma de dæmonib.

Genus hoc hominū his ferè nominibus Græci solent appellare, ἀγύρτας, à circumeundo, siue turba hominum cogenda: πλάνος, à vagando, L vel decipiendo, vt ἀπατεών; βωμολόχοι quod aris insidietur, vel aras lingat, quoniam post sacra, ad quæ frequentia, dicteriis, fabellis, præstigiis oblectabat populum, & crapula se implebat. γελωτοποιός, &c. quòd risum moueret θαυματοποιός à ridicula, & expedita gesticulatione manuum. θαυματουργοί, quia admiranda videbantur, quæ ab eo fiebant. γόης, à luctu, quem fingebat.

Scenicos Romæ & infames, & honoratos fuisse: in Græcia honoratos ferè.

CAPVT V.

QVI olim in scenam prodibant eos Romæ famosos habitos lex indicat. 2. §. ait Prætor. de his qui not. infam. nec qui ob mercedem solum, sed etiam qui ambitiosa id facerent ostentatione. Audi verba compendij iuris ciuilis, quod Græcè scriptum in Bibl. Pontif. Romæ seruatur. Qui lucri caussa eunt in Circum, siue Agonem, sunt infames: item, qui ostentationis gratia prodeunt in scenam: Ἐν πάντες οἱ διὰ κέρδη εἰς ἀγῶνα καταβάντες ἀτιμοῦνται, οἱ διὰ φιλοτιμίαν ἐπὶ σκηνῆς φαινόμενοι, hoc pleraque alia iura declarant, quæ scenicos reponunt inter genus hominum vilium, ac sordidorum. l. humilem C. de incest. nupt. & l. 1. C. de nat. lib. & l. si qua C. de spect. & l. Titius. D. de act. emt.

Cicero quoque in lib. de Rep. apud S. August. lib. 2. de ciuit. Dei cap. 13. in persona Scipionis ita loquitur. Cum artem ludicram, scenamque totā in probro ducerent, genus id hominum nō modo honore ciuium reliquorum carere, sed etiam tribu moueri notatione censoria voluerunt; quod institutum mirificè commendat S. Aug.

Ita Nasica Censor Scenicos Ludiones tribo mouit: & lib. 10. epist. fam. epist. 32. Cic. indignè fert Pollio, quod Balbus Quæstor Herenuium Gallum histrionem summo ludorum die anulo aureo donatit, & io 14. sessum deduxerit & T. Liuius lib. 7. atq; Val. Max. lib. 2. cap. 1. nec stipendia ipsis facere licuisse demonstrant, nisi potestas rogaret: videtur enim tunc cogere.

Lib. tamen 7. Liuius narrat actom, ne tribu mouerentur Atellanarum actores, hoe est, ne desinerent ciues esse Romani: caussa verò, sanè idonea, quoniam eiusmodi fabulæ erant seueriores, & iocis Italica prisca disciplina, & grauitate dignis refertæ, quod ipsum Valerius affirmat.

D. quoque Laberius Eques Romanus ægerrimè tulit & dolenter qotritur apud Macr. lib. Saturnal. 2. cap. 7. sibi à C. Cæsare imperatum, vt in Scena mimos caneret: quamois aliter in Sen. patre lego lib. contr. 7. controu. 3. ex Cassij Seoeri dictis. Diuus Iulius Ludis suis Mimum produxit, id est, Laberium, deinde equestri illum ordini redditum iussit lre sessum in equestria & 500. H-S. donatum, addit Suet. in Iul. cap. 39. omnes ita se coarctauerunt, vt venientem non reciperent, multosque tunc in Senatum legerat Cæsar, & vt repleret exhaustum bello ciuili ordinē, &c. quanquam non aliter; nam redditum eqoestri ordini scribit: ergò iam equitem.

Olim etiam seruos fuisse Tragœdos constat l. Imperator D. de fidei comment.libert. quare in Suet. cap. 43. reprehensus Octauius Aug. quod
D vsus fuerit equitibus Romanis ad operas sceni-cas antequam id S.C. interdictum fuisset, & 45. quod coërcitionem in histriones, magistratibus in omni tempore, & loco lege vetere permissam ademit, præterquam ludos, & scenam: erat enim olim ius virgarum in eos omni loco, & tempore: quod videtur mitigasse Augustus, vt tantum per tempus ludorum, & in ipso loco, vbi peccarant, id est, in scena, punirentur: & histrionum tamen compescuisse licentiam exemplis aliquot ibidé ostendit: eum cap. 43. narrauisset studiosum eum fuisse ludorum, quos pluribus scenis pluribus locis fecerit per omnium linguarum histriones & Iuuen. Sat. 8. in Romanos inuehitur nobiles, qui consumtis per luxum patrimoniis, atque opibus ad artes sceniсas descenderent, histrioniamque facerent.

Ex ea verò Augusti mitigatione, & populi Romani studio aduersus has artes, tanta erat orta licentia histrionum in vrbe (licet pœna contra eos relicta esset carcer, & exilium) vt & vestibula
E eorum, quasi principum, frequentarentur, & nó modo equites, verum etiam Senatores illorum adhærerent lateri per vrbem euntium, & affectarentur.

Hinc illa Plin. lib. 29. cap. 1. indignabundè scribentis de Thessalo medico, nullius histrionum, equarumq; trigarij comitatior egressus in publico erat & Sen. lib. 7. extremo quæst. nat. quanta cura laboratur, ne cuius pantomimi nomen intercidat? Stat per successores Pyladis, & Bathylli domus: harú artium multi discipuli sunt, multiq; doctores: priuatim vrbe tota sonat pulpitũ: in hoc viri, in hoc feminæ tripudiant: mares inter se, vxoresq; contendunt, vter det latus illis. &c. & Mart. illo vers. hoc significat lib. 6. epig. 70.
Eutychus ille tuum, Castrice, dulce latus.

Aeuo Tiberij vigebat adeò hæc licentia, vt scri-
F pserit 1. extremo lib. Tac. hæc. Theatri licentia proximo priore anno cœpta, grauius tum erupit, occisis non modò è plebe, sed militibus, & centurione, vulnerato Tribuno prætoriæ cohortis, dum probra in magistratus, dissensioné vulgi prohibent: quare agendum putarunt de lege Augusti pro ipsis lata abroganda: actum de ea seditione apud patres, inquit, dicebanturq; sententiæ, vt prætoribus ius virgarum in histriones esset: intercesit Haterius Agrippa Trib. pleb. increpitusque est Asinij Galli oratione, silente Tiberio, qui ea simulacra libertatis Senatui præbebat: valuit tamen intercesio, quia D. Augustus immunes verberũ histriones quondam responderat; neque fas Tiberio infringere dicta eius: repressam tamen nimiam eorum licentiam his legibus docet.

De modo lucaris, & aduersus lasciuiam fautorum, multa decernuntur: ex queis maximè insignia: ne domos pantomimorum Senator introiret: ne egredientis in publicum equites Romani cingerent: aut alibi, quam in theatro spectarentur: & spectantium immodestiam exilio multandi potestas prætoribus fieret. G

Hæc cum nó profecissent, idem Tib. post paucos annos eodem auctore lib. 4. de immodestia histrionum retulit: multa ab iis in publicum seditiosè, fœda per domos tentari: Oscum quondam Ludicrum leuisimæ apud vulgum oblectationis, eo flagitiorum, & virium venisse, vt auctoritate patrum coërcendus sit. Pulsi tum histriones Italia. Nou diu hæc tenuerunt, vt idem de Caligula scribit, fautores histrionum velut in prælia conuertit impunitate, & præmiis.

Quæ verò sub Caio, Nerone, Domitiano eo- H tum foret superba insolentia, testes. vt scias, laudo tibi Sen. Tac. Suet. de Caio quidem ita recitat Sen. lib. 1. de ira extremo, qui irascebatur cælo, quòd obstreperet Pantomimis, quos imitabatur studiosius, quàm spectabat.

Suet. cap. 18. in eo, scenicos ludos & assiduè, & varij generis multifariam fecit, quosdam etiam & noctuos accensis tota vrbe luminibus edidit; & Circenses plurimos à mane vsque ad vesperam: cuius studium etga histriones etiam cap. 54. 55. exponit.

De Nerone cum scripsisset cap. 16. vetiti quadrigariorum cursus, lusus lege, quibus inueterata licentia passim vagantibus fallere, ac furari per ioeum ius erat, pantomimorum factiones cum ipsis simul relegatæ.

Et Tac. lib. 13. ab eo submotos Italia: ille tamen cap. 21. postea adiunxit. Non dubitauit etiam in priuatis spectaculis operam inter Scenicos dare, quodam prętorum H-S. decies offeren- I te. Tragœdias quoque cantauit personatus Heroum, Deorumque, &c.

Quid quod bonus alioqui Imp. Vespasianus Ludis, per quos Scena Marcelliani theatri restituta dedicabatur, vetera quoque acroamata reuocauit? Apollinari tragœdo 400. Pterino, Diodotoque Citharædis 200. nonnullis 100. quibus minimum 40. H-S. super plurimas coronas aureas dedit? Ita Suet. in eo cap. 19.

Et quanquam Domitianum commemoret cap. 7. histrionibus scenam interdixisse, intra domum iure concesso exercendi artem, cap. tamen 4. quàm fuerit spectaculis deditus, enarrat.

Et cum nouus Imp. Nerua, vt est in Panegyr. Plinij, pantomimos sustulisset, successor Traianus restituit: quam rem ita laudat Plin. ibidem hac oratione. Obtinuit aliquis, vt spectaculum pantomimorum populus Romanus tolli pate- K retur, sed non obtinuit, vt vellet: rogatus es tu, quod cogebat alius, cœpitque esse beneficium, quod necesitas fuerat: neque enim à te minore contentu. vt tolleres pantomimos, quàm à parte tuo, vt restitueret, exactum est. Vtrumque nam

& restitui oportebat, quos sustulerat malua princepr, & tolli restitutos. In his enim quæ à malis benè fiunt, hic tenendus est modus, vt appareat auctorem displicuisse, non factum. Idem ergò populus ille aliquando Scenici Imperatoria, (Neronem designat) spectator, & applausor, nunc in pantomimis quoq; aduersatur, & damnat effeminatas artes, & indecora sæculo studia. Ex quo manifestum est principum disciplinam capere etiam vulgus, cum rem si ab vno fiat, seuerissimam fecerint omnes.

L Et post pauca, quanta esset in hoc corruptela demonstrat his verbis. Et quis iam locus miseræ adulationis manebat? cum laudes Imperatorum ludis etiam, & comessationibus celebrarentur, saltarenturque atque in omne ludibrium effeminatis vocibus, modis, gestibus frangerentur? Sed illud indignum, quòd eodem tempore in senatu, & in scena ab histrione, & à Consule laudabantur. Tu procul à tui cultu ludicras artes remouisti: seria ergò te carmina, honorque æternus annalium, non hæc breuis, & pudenda prædicatio colit: quin etiam tanto maiore consensu in venerationem tui theatra ipsa consurgent, quanto magis de te Scenæ silebunt.

Quid L. Verum commemorem, qui, vt Capitol. in eo scribit, quasi reges aliquos ad triumphum adduceret, sic histriones eduxit è Syria;
M quorum præcipuus fuit Maximus, quem Paridis nomine nuncupauit? Et mox habuit Agrippam histrionem, cui cognomentum erat Memphi, quem & ipsum è Syria velut trophæum Parthicum adduxerat, quem Apolaustum nominauit: adduxerat secum & fidicinas, & tibicines, & histriones, scurrasque mimorios, & præstigiatores, & omnia mancipiorum genera, quorum Syria, & Alexandrea pascitur voluptate, prorsus vt videretur bellum non Parthicum, sed histrionicum confecisse; sub Commodo verò, & Aligabalo, & similibus monstris quid non poterat hæc Scenicorum colluuies?

Porrò ius virgarum in eos magistratibus red ditum videtur l. Iul. de vi publica, non quidem apertè, & nominatim, sed prudentum interpretatione, vt ait lib. 5. sent. tit. 26. Paulus I. C.

N De iisdem Imperatorum temporibus accipiendus epist. 47. Sen. ita scribens, ostendam nobilissimos iuuenes mancipia pantomimorum, & epist. 29. extrema; cæterum si te videro celebrem secundis vocibus vulgi, si intrante te clamor, plausus, & pantomimica ornamenta obstrepuerint, si tota ciuitate te feminæ, puerique laudauerint: quid ni ego tui miserear, cum sciam, quæ via ad istum fauorem ferat?

Nobiles quoque matronas impensè histrionibus fauisse, & verò fouisse, vel vnus Plin. locus apertè demonstrat lib. 7. epist. ad Geminium, de Numidia Quadratilla, in eo tamen laudans, quòd Quadratum nepotem suum ita educauit, vt cum ipsa esset studiosissima huius generis hominum, ille tamen auersaretur. Vixit, inquit, in contubernio aniæ delicatæ, seuerissimè, & tamen obsequentissime: habebat illa pantomimos, fouebatque effusius, quàm principi feminæ conueniret. Hos Quadratus non in theatro, non domi spectabat, nec illa exigebat. Audij ipsam, cum mihi commendaret nepotis sui studia, solere se vt feminam in illo ocio sexus laxare animum lusu calculorum; solere spectare pantomimos suos: sed cum factura esset alterutrū: semper se nepoti suo præcepisse, abiret, studeretque, quod mihi non amore eius magis facere, quàm reuerentia videbatur: miraberis, & ego miratus sum, &c.

Quam item curam circa iuuenes habuisse in ludis Octauium Aug. in eo cap. 31. Suet. affirmat hoc sermone. Item sæcularibus ludis iuuenes vtriusque sexus prohibuit vllum nocturnum spectaculum frequentare, nisi cum aliquo maiore natu propinquorum.

Sed quid ego de Imperatorum corruptiore sæculo dico, cum florente Republica queratur multa apud Macr. lib. 3. Sat. cap. 14. immo apud Cic. de Republica vt monui, Scipio, quod maximi fierent histriones, & mimi, eorumque artes frequentia, & concursu approbarentur? Et 3. de or. lib. Cic. Roscium, & Aesopum claros histriones celebret, quos item in pronunciatione obseruabat accuratè, vt in eius vita Plut. testatur, de quibus Hor. aliquando scribens Augusto epist. 2. lib. 2. O

Quæ grauis Æsopus, quæ doctus Roscius egit:

De quorum luxu, ac diuitiis vix credendis reliquit idem Cic. in or. pro Q. Roscio suis librorum monimentis consignatum testimonium certissimum, & post illum Senior Plin. lib. 9. cap. 35. & lib. 10. cap. 51. vt Macrobium taceam: isti arte sua opes immensas collegerunt: & priora quidem tanta fuit gratia, & gloria, vt mercedem diurnam de publico mille denarios sine gregalibus solus Q arciperet: posterior verò cum luxuriosissimè vixisset, & infinitam pecuniarum vim consumsisset, moriens ducenties sestertiū filio reliquit.

Rationem subducamus, mille denarij quatuor millia numum sunt, hoc est, centum aurei coronati nostri: ergo mercea annua Roscij erat, computatione Romana, sestertium quater decies, & sexaginta millia; nostra, aureorum triginta sex millium, & quingentorum.

Longè maior est summa in Plin. lib. 7. cap. 39. quam diligentius in comment. nostro subduximus: & Cic. in or. pro eo, mercedem publicam Roscium dicit respuisse, quam infinitas pecunias, & immanem pecuniam appellat, scilicet sestertium sexagies, vel sexcenta sestertia, id est, quindecim aureorum millia nostrorum.

Quod rectè G. Bud. lib. 2. de asse non longè à fine, de eo tempore intelligit, cum diues esset cœpit; cum etiam ad extremum anulo aureo du- R

natus fuit à Dictatore Sulla, id est, eques factus: uam eius seruus Panurgus operas suas non minoris locabat, quam sestertium 353. & principum familiaritates adeptus, vt est apud Val. Max. libro 8. cap. 7.

Aesopum verò deducit idem Bud. multo maiora, & magis opima fecisse stipendia, quando post infinitum eius luxum, patina 600. sestertiis æstimata fuit, & moriens filio ducenties sestertium, vt diximus, reliquit. Cum tamen olim merces ordinaria Scenicorum quinque essent denarij, vt iudicat epist. 80. Sen. his verbis, ille, qui in Scena elatus incedit, & hæc resupinus dicit. En impero Argis, regna mihi liquit Pelops.

Qua Ponto ab Helles, atq. ab Ionio mari
Vrgetur Isthmos—

S Seruus est, quinque modios accepit, & quinque denarios. Ille, qui superbus, atque impotens, & fiducia virium tumidus ait:

Quod nisi quieris Menelaë, hac dextra occides:

Diurnum accipit, in cenaculo dormit: vel certè septem, vt est hoc Luc. Icaromenippo loco, similes, inquit, Tragicis illis, quibus si abstuleris laruas, & inductam illam auratam vestem, ridiculus tantum superest homulus septem drachmarum mercenarius: *A* mutata tamen sæpè res cum vulgus, editoresque & qui plus nimio histrioniam amabant, adderent Scenicorum Illustrium mercedibus, & lucro plurima: quæ caussa Tiberio fuit, cur modum lucaris poneret, quod ex Tac. paulo antè produximus: erat enim lucar, merces histrionum, vel à Fisco, vel ab editoribus.

Producuntur hæ Glossæ, lucar, μισθὸς ἀπὸ ἄλσους, T & τὸ διδόμενον τὸ ἀνάλωμα εἰς τὰς θέας. lucar autem à lucis nominatum, qui multi erant circa vrbem, quorum reditus ad ludos decreti, vt auctor est Plut. quæst. Rom. cap. 88. & Festus: temperauit easdem mercedes, ac donationes M. Antoninus Imp. vt est apud Capitol. iubens vt quinos aureos Scenici acciperent, sic tamen, vt nullus editor decē aureos egrederetur: quæ fortasse menstrua erat merces, vt diurna illa, quam commemorant Sen. & Luc.

Non mirum autem ingens quoque lucrum factum in Græcia ex histrionica, quando maximo in precio habebatur, neque infames erant, qui exercebant. T. Liuius lib. 24. quia nihil tale apud Græcos pudori est. Aem. Probus in præfatione. In scenam prodire, & populo esse spectaculo, nemini in iisdem actibus fuit turpitudini V (de Græcis loquitur) quæ omnia apud nos, id est, Romanos, partim in famia, partim humilia, atque ab honestate remota. Et in Epaminonda; scimus nostris moribus Musicen abesse à principis persona: quod apud Græcos & tatum, & laude dignum ducitur.

Tametsi laudati etiam principes, vt Titus, Adrianus, Alexa. Mameæ musici fuerint, vt auctores sunt Suet. Lamprid. Aur. Victor, ne illaudatos narrem, Calig. Ner. Aligabal. Gallien. & similes, quos nulla maiestatis reuerentia non pudebat etiam in scenam prodire. Testis quoque S. Aug. lib. de Ciuit. Dei 2. cap. 9. & seq. honori fuisse Græcis artes has.

Quanquam mihi dubium facit quod in or. περὶ παραπρεσβείας Demosth. obiicit Aeschini, quòd in scenam prodierit, vt tertiarum actor partium: *B* sed in hoc probrum esse puto, quod infimarum partium histrionem egerit. nam quod Taurus Philosophus, vt est apud Agell. libro 20. cap. 3. abducere conabatur à sodalitatibus, & conuictu scenicorum ex Aristot. quodam loco probl. 15. est sect. 30, quæst. 9. non tam probat fuisse infamem illorum artem, atque humilem, quam periculosam moribus, & officinam luxus, & cæterorum vitiorum.

Ergò Amœbæus Citharœdus, vt scribit Athen. lib. 14. cap. 9. ex testimonio Aristeæ, cum haberet domum theatro vicinam, nolebat exire ad canendum, nisi mercedem quot diebus haberet talentum Atticum, quod nobis est sexcenti aurei. *C*

Notauit hanc histrionum Romæ opulentiam Sen. in Consol. ad Heluiam cap. 12. his verbis. Beatioresne istos putas, quorum pantomimæ decies sestertio nubunt, quàm Scipionem, cuius Liberi à Senatu tutore suo in dotem æs graue acceperunt?

Nec videtur constare pax inter Liuium, & Valerium de Ludorum Romæ origine, vt percipies, si leges 7. lib. prioris & 12. posterioris cap. 1. & prior Scenicos ab curulibus ædilibus primum factos tradit Q. Fab. Max. iterum & Sempr. Graccho Coss. lib. 24. non valde longè à fine.

Factio quid, & factores: factionum in Circo, Theatro, Amphitheatro etiam sub Christianis Impp. quæ forma.

CAPVT VI.

E Scena egressi ingredimur Circum, ac Theatrum Grammatici prius futuri. Non dubium quin factio verbale sit à faciendo, vt actio ab agendo: ita factionem testamenti I. C. sumunt pro iure, & potestate condendi, & capiendi testamenti. A Cum ergò facere interdum sit verbū Circi proprium, & significet id, quod muneris erat aurigæ, præstare, & exequi, inde factio ab hoc videtur appellata, quasi munus aurigæ exequendi, vel gladiatorum, ac similium in Circo, ac Theatro: sic facere equus dicitur, cum aurigæ paret; non facere, cum resistit.

Cicer. in Bruto, aut si auditor omninò tam-

quam equus, non facit, id est, non corripit in curriculo spatium, nec audit aurigam, vt iuuet ad victoriam; sed ignauus, & segnis consistit, aut calcitro, durusque nec frena sentit, nec stimulos; omninò inuitationi, hortationi, cæterisque artibus propriis aurigarum non obsequitur.

B Nam & in ludo pilæ notauit illustris in hoc vario genere scriptionis auctor Adr. Turneb. lib. aduers. 7. cap. 4. dictos fuisse datores, qui pilam dabant, factores, qui remittebant, feriendo scilicet.

Egregius est Plauti locus Curcul. act. 2 scen. 3. Tum isti, qui ludunt datatim, serui scurrarum in vis. & datores, & factores omnes subdam sub solum. &c. nam se affecturum supplicio, nisi fallor, minatur, qui furto rem diripiunt suam, vel accipiendo ipsi, vel à fure acceptam capiendo, lepida, atque eleganti ludentium pila translatione, qui dant, recipiunt, & remittunt pilam: quem nec Georg. Merula intellexit cortumpens mutando in sartores; neque alter, qui in fautores: neque Pius Bonon. factores pro oleariis ex Catone interpretatus, quæ huic loco non conuenit ootio.

Ab vna faciendo pulchrè deriuat libro 3. de ling. Lat. Varro: aut certè, quia facere potentis est, ac validi, factio nominata, id est, consensus, & coitio multorum ad aliquid faciendum vt &

C factiosus, qui valet ad aliquid faciendum, vel potest aliquid.

Festus Pomp. hæc vocabula initio fuisse honesta tradit, & adhuc dici factiones histrionum, & quadrigariorum: modo autem nomine factionis seditionem, & arma vocari: & Memmius apud Sallust. Iugurt. de optimatibus, metum à scelere suo ad ignauiam vestram transtulere, quos omnes eadem cupere, eadem odisse, eadem metuere in vnum coëgit: sed hæc inter bonos amicitia, inter malos factio est; planè vt apud Cicer. de Rep. Scipio iniustorum optimatum consensum definit esse factionem, id est, ad malè faciendum communionem, & potestatem, S. Augustin. libro secundo, de Ciuit. Dei capite 21.

Plautus verò eleganter, & verè Bacchid. act. 3. scen. 6. de fictis amicis Pistoclerum ita loquentem inducit. Multi more isto, atque exemplo

D viuunt. quos cum censeas tibi amicos, reperiuntur falsi testimoniis, alias falsimoniis, lingua factiosi, inertes opera, sublesta fide, &c. hoc est, lingua prompti ad promittendum magna se, ac multa amicorum facturos caussa, qui cum tempos, resque postulat, inertes sunt, & fidem amicis, diligentiamque promissam non præstant.

Ita apud Sosipatrum lib. 2. de instit. Gramm. Cato in bonam partem vsus est, vtinam irem, vt iode factiones tibi pares, id est, amicitias, studiaque multorum.

Et posterius, vt solet, antiquas, & obsoletas verborum notiones reuocare, Tert. in Apol. capite 39. Christianæ religionis professionem, Christianam vocat factionem. Edam nunc ego ipse negocium Christianæ factionis, vt qui malum reputauerim, bona ostendam, & ad finem cap. & cap. 40. impropriè se locutum perspicuè demonstrat, cum cap. 38. distinxisset licitas, atque illicitas factiones, ait, proindè nec paulo leuius inter licitas factiones sectam istam deputari oportebat, à qua nihil tale committitur, quale de illicitis factionibus timeri solet.

In malam partem vsitata, ac trita significatione Tranq. accepit in Octauio August. capite 35. & plurimæ factiones, titulo collegij noui, ad nullius non facinoris societatem coibant: & auctor ad Herenn. libro primo, in iouidiam trahimus, si vim, potentiam, factionem, diuitias, &c.

Ita diuersas Christianorum, & repugnantes inter se de fide sententias, quas nominamus hæreses, iure optimo, & verè factiones appellauit, & grauiter confutauit G. Bud. lib. 2. de transito Hellenismi ad Christianismum.

Non dissimiliter Plaut. Aulul. sct. 1. sceo. 3. respondentem facit hoc pacto Megadorum Eunomiæ suadenti, vxorem, vt duceret opulentam. Ego virtute Deûm, maiorum nostrorum, diues sum satis: Istas magnas factiones, animos, dotes dapsiles, &c. oihil moror: vbi tamen Bapt. Pius doctè doctus à Non. Marcello ex aliis Plauti locis, & Cæcilij adnotauit significare opulentiam: & verò opulenti, ac potentis est signum, posse factiones hominum alere.

Propria tamen significatione Cicer. pro Milone locutus est, sæpè inter se Milo, & Clodius cum suis factionibus Romæ depognauerunt, & alibi: Sic factiosus homo dictus, qui in vrbe turbulentus est, & seditiosus, factionibus, id est, hominum societatibus putens, pollensque, quo modo Plin. lib. 1. epist. Voconio scribens dixit epist. 5. Nec me præterit esse Regolum δυσκαθαίρετον, hoc est, quem ægrè deiicias, addit rationem: est enim locuples, factiosus, curatur à multis, timetur à pluribus; quod plerumque fortius amore est: potest tamen fieri, vt hæc concussa labantur: nam gratia malorum tam infida est, quàm ipsi.

Ergò factiones sunt cateruæ, & cœtus hominum ad quidlibet paratorum, bande, & squadriglie di brani Italicè dicerentus, & magis vniuersè. psrti, vt olim Florentiæ, Alborum, & Nigrorum; Mediolani Turrianorum, & Vicecomitum; Romæ Vrsinorum, & Columniorum; in tota Italia Guelforum, & Gibellinorum. Vide Alex. gen. dier. lib. 7. cap. 2. de Vrbium factionibus.

Propriè

Propriè autem factiones appellatæ in Circo, aliisque locis Indorum, & spectaculorum, & factionarij nuncupati, nō factiosi, qui ex his erant factionibus, hoc est, aurigarum, gladiatorum, venatorum, omnino Arenariorum societates diuerso habitu, vestituq; & colore vtentium: quas meritò 9. cap. libro de spectaculis Tertull. reprehendit, vt prius docuerat Castori, & Polluci, itemque Neptuno sacras.

Talibus auctoribus quadrigæ productæ (tu bigas, trigas, & celetem potes addere) meritò & aurigis coloribus idololatream vestierunt, & ab initio (ecce tibi originem, & numerum) duo soli fuerunt, albus, & russeus: albus hiemi, ob niues candidas: russeus æstati, ob solis ruborem voti erant. Sed postea tam voluptate, quàm superstitione prouecta, russeum alij Marti, alij album Zephyris consectauerunt: prasinum verò, terræ matri, vel verno: Venetum cœlo, & mari vel autumno.

Fusius hæc habet Casiod. lib. 3. Var. epist. 51. & Isidor. lib. 18. orig. cap. 31. De his multa vide apud Phil. Beroaldum in Suet. & Iac. Pamelium in cit. lib. Tert. eleganter expresit versibus. C. Sollius Sid. Apoll. in Endecasylab.

——micant colores,
Albus, & venetus, virens, rubensq;
Vestra insignia continet, ministri
Ora, & lora manu, iubasq; totas
Cogunt flexilibus latere nodis,
Hortanturq; obiter iuuantq; blandis
Vultus vultibus & voluptuosum
Dictant quadrupedantibus furorem,
Impellunt, trepidant, trahunt, repugnant,
Ardescunt, saliunt, timent, timentur.

Enimuerò in scriptis æui posterioris amissa iam Rep. harū frequens memoria etiam post nomen ab Augustis Christo datum; & mirum, quantum earum studia concitarint odium mortalium inter se, quantas in populo seditiones, ac tumultus commouerint, atq; aluerint, quantas cædes ediderint, quantum effuderint humani sanguinis.

Porrò fieri solitas sponsiones, Itali scommesse dicunt, Val. Mart. indicat illis versibus quoa ego in Mart. non reperio.

Sed cum sponsio, fabulaq; lassa
De scarpo fuerint, & incitato.

Et Tert. lib. de spect. cap. 16. populum vocans de sponsionibus concitatum: deponebant enim pignora, aut pecunias de victoria, id est, vtra superior futura esset factio: ita animorum detegebatur propensio in hanc, illamúe partem; quæ amens quædam erat libido, ac rabies hanc vinci, illam vincere exoptantium, vt egregiè ibidem exponit Tert. aspice populum ad id spectaculum iam cum furore venientem, iam tumultuosum, iam cæcum, iam desponsionibus concitatum. Tardus est illi prætor; semper oculi in vrna eius cum sortibus volutantur: de hinc ad signum anxij pendent, vnius dementiæ vna vox est.

Quid Christianum profero scriptorem? audi Romanum Plin. ita lib. 9. epist. Caluisio scribentem epist. 6. & solum esse colorum fauorem, qui rapiat ad indecora Romanos, asserentem, Circenses erant, quo genere spectaculi ne leuisimè quidem teneor. Nihil nouum, nihil varium, nihil quod non semel spectasse sufficiat. Quo magis miror tot millia virorū, tam pueriliter identidem cupere currentes equos, insistentes curribus homines videre. Si tamen, aut velocitate equorum, aut hominum arte traherentur, esset ratio nonnulla: nunc fauent panno, pannum amant, & si in ipso cursu, medioque certamine hic color illuc, ille huc transferatur, studium, fauorque transibit, & repentè agitatores illos, equos illos, quos procul noscitant, quorum clamitant nomina, relinquent. Tanta gratia, tanta auctoritas in vna vilisima tunica: mitto apud vulgus, quod vilius tunica est, sed apud quosdam graues homines, quos ego cum recordor in re inani, frigida, asidua tam insatiabiliter desidere, capio aliquam voluptatem, quòd hac voluptate non capiar. Hunc locum vt illustres, commentarium lege viri docti Io. Marij Catanei.

Eadem Marcellini animum occupanit admiratio de iisdem Indis ita scribentia lib. 14. Minimæ sortes, & pauperrimæ in tabernis aliquæ pernoctantes atriis nonnullis, velabris vmbraculorum theatralium latent, quę Campanam imitatus lasciuiam Catulus in ædilitate sua suspendit omnium primus: aut pugnaciter aulæis artantur pilam fragosis vocibus introrsum reducto spiritu concrepantes: aut, quod est studiorum omnium maximum, ab ortu ad vesperam sole fatiscunt, vel pluuiis, præmia aurigarum, equorumq; præcipua vel dedita scrutantes. Et est admodum mirum videre plebem innumeram mentibus ardore quodam infuso, cum dimicationum curulium euentu pendentem: hæc &c.

Hinc noster scripsit Casiod. lib. 3. cap. 51. hoc tantum dicimus omnimodis stupendum, quòd illic, suprà cetera spectacula, feruor animorum in consulta grauitate rapiatur. Transit Prasinus, pars populi mœret; præcedit Venetus, & potior turba ciuitatis affligitur: nihil proficientes feruenter insultant: nihil patientes grauiter vulnerantur: & ad inanes contentiones sic descenditur, tanquam de statu periclitantis patriæ laboretur; quod idem persequitur libro primo, capite 27. 31. 32

Vnde ad Pantomimos transisse hos colores apparet, & ex Suetonio capite 16. Neronia. In ipsis Imperatoribus non plebe solum, eminebat hic furor; vt de Nerone Sueton. cap. 22. narrat. Equorum studio vel præcipuè ab ineunte ætate flagrauit, plurimusque ille sermo, quamquam vetaretur, de Circensibus erat: & quondam tractum Prasinum agitatorem inter condiscipulos querens obiurgāte magistro de Hectore se loqui ementitus est, &c.

De Tito Imp. laudatiſsimo cap.8. quin & ſtu-
dium armaturæ Thracium præ ſe ſerens ſæpe
cum populo, & voce, & geſtu, vt ſautor cauilla-
tus eſt.

P De L.Vero Capitol. fuit ſtudioſus etiam Cir-
cenſium haud àliter quàm gladiatorij muneris.
Et poſt pauca, Circéſium tantum curam habuit,
vt frequenter prouincialibus litteras cauſſa Cir-
cenſium & miſerit, & acceperit: denique etiam
præſens, & cum Marco ſedens, multas à Venetia-
uis eſt pſſus iniurias, quòd turpiſsimè contra
eos faceret. Nam & volucri equo Praſinum au-
reum ſimulacrum fecerat, quod ſecum portabat:
cui quidem paſſas vuas, & nucleos in vicem
hordei in præſepe pouebat, quem ſagis ſuco tin-
ctis coopertum in Tiberiana ad ſe adduci iube-
bat: cui mortuo ſepulchrum in Vaticano fecit:
in huius equi gratiam primum cœperunt equi
aurei vel brauia poſtulari.

De Conſtantio Imperatore Chriſtiano, ſed
hæretico, & tanto patre indigno, citato lib. & lo-
co Amm. Marc. erat autẽ diritatis eius hoc quo-
que indicium nec obſcurum, nec latens, quòd
Q ludicris cruentis delectabatur, & in Circo ſex,
vel ſeptem aliquoties vetitis certaminibus pu-
gilum viciſsim ſe concidentium, perſuſorumq;
ſanguine, ſpecie, vt lucratus ingentia, lætabatur:
eoq́ue proceſsit hic Rom. Impp. ſauor, & ſutor
ita vni parti colorum ſtudentium, eamq; proue-
hentium, vt non modo ægrè ſerrent, ſi de con-
traria quidquam prędicaretur illuſtre, & magni-
ficum, verum etiam morte punirent, qui id fe-
ciſſent, licet non iniuſtè.

Dio narrat, & Suet. cap.35. C. Caligulam è ſpe-
ctaculis detraxiſſe Eſium Proculum, & in are-
nam deductum, Thraci, & mox Hoplomacho
comparauiſſe: biſq́ue victorem conſtringi ſine
mora iuſsiſſe, & pannis obſitum vicatim circum-
duci, ac mulieribus oſtendi, deinde iugulari; e-
rat enim praſinę factionis additiſsimus Caius, vt
lib.59. Dio tradit.

R Idem de A. Vitellio cap.14. quoſdam & de ple-
be ob id ipſum, quòd Venetæ factioni clarè ma-
lè dixerant, interemit contemtu ſui, & noua ſpe
id auſos opinatus.

Et de Domitiano ca.10. patremfamilias, quòd
Thracem Mirmilloni parem, munerario impa-
rem dixerat, detractum è ſpectaculis in arenam
canibus obiecit, cum hoc titulo, impiè locutus
parmularius.

Hunc amentiſsimum morem duraſſe Romæ
etiam temporibus Chriſtianis indicant citatæ
Caſsiod. epiſtolæ, & ceteri rerum Romanarum
in Occidente & Oriente ſcriptores, vt Paulus, ſi-
ue Ioannes Diaconus in hiſtor. Miſcella lib.17.
ſub Mauritio Imperatore, & Phoca ſucceſſore, &
Pomp. Lætus in Iuſtiniano: ſæpe enim magnę per
has factiones editę ſtrages mortalium, ſæpe qua-
ſi ciuilibus inter ſe bellis gerendis prouincias
deuaſtarunt.

Quamobrem iure M. Antonius Philoſophus S
lib. de vita ſua primo ipſo ferè initio ita ſe inſti-
tutum fuiſſe ab educatoribus tradit, vt ab hac li-
ber amentia non magis vni parti faueret, quàm
alteri vel in Circo, vel in theatro, vel in amphi-
theatro. A Hæc ipſius verba.

Ante eum Traianus à Plinio laudatur in pa-
negyrico, quod libera ſub eo ſpectantium fo-
rent ſtudia, ſecurus ſauor, quòd nemini impie-
tas, vt ſolebat, obiecta, quòd odiſſet gladiato-
rem: quòd nemo ſpectator ſpectaculum factus
miſeras voluptates vnco, & ignibus expiauit.
Demens ille, veriq́ue honoris ignarus, qui cri-
mina maieſtatis in arena colligebat, ac ſe deſpi-
ci, & contemni, niſi etiam gladiatores eius ve-
neraremur, ſibi maledici, in illis ſuam diuini-
tatem, ſuum numen violari interpretabatur:
cum idem quod Deos, idem gladiatores,
quod ſe putabat, &c. Domitianum perſtrin-
git.

Ex hoc nata hæc Sen. orat. lib.1. de Clem. cap.
poſtremo voluptates ipſæ timentur: non conui-
uia ſecura ineunt, in quibus lingua ſolicitè e-
tiam ebriis cuſtodienda eſt: non ſpectacula, ex
quibus materia criminis, ac periculi quæritur,
&c. lege & Arrianum lib.3. epict. cap.4. & Mart.
lib. epigr.14. epigr.131.

Si Veneto, Praſinoue faues, qui coccina ſumis,
Ne fias iſta transfuga ſorte vide.

Et lib.10. epigr.49. & lib.11. epigr.34.

Sæpius ad palmam Praſinus poſt fata Neronis
Peruenit, & victor præmia multa refert.

Hic nota fautores harum factionum nomina- T
tos Venetianos, & Praſinianos à Capitol. & An-
ton. citatis locis, cum Veneti, & Praſini ipſæ eſ-
ſent factiones aurigarum, vt gladiatorum Thrà-
ces, & Mirmillones, quorum fautores ſecuto-
res dicti, & Parmularij: itaque illis verbis Capit.
in L. Vero proximè ſequentibus locum ſupe-
rius allatum, in tanto autem equus ille hono-
re fuit, vt ei à populo Parſimanorum ſæpè mo-
dius aureorum poſtularetur, puto legendum,
Praſinianorum: planè enim ad factionem allu-
dit equi praſini, id poſtea reperi adnotatum à
Valeriano libro 43. hieroglyphic. titul. Circen-
ſes.

Enimuerò antiquis quatuor factionibus duas
ambitioſè addidit ſuperbus Imperator Domi-
tianus, auctor Suet. cap.7. duas Circenſibus, in-
quit, gregum factiones aurati, purpureiq; pan-
ni ad quatuor priſtinas addidit: ſed harum exi-
gua in ſcriptoribus, aut nulla memoria.

Illud verò Imperij monſtrum Aligabalus hos X
colores etiam tranſtulit in menſas, æſtinaq; con-
uiuia, ſcribit in eo Lamprid. coloribus exhibuit,
vt hodie praſinum vitreum, alia die venetum,
deinceps exhiberet, ſemper varie per dies om-
nes æſtiuos, & paulò pòſt, piſces ſemper quaſi in
marina aqua cum colore ſuo coctos conditura
veneta comedit.

Hinc apparet colorem venetum esse marinum, vt & ex eo loco Vegetij libro 4. de re mil. Nautas veste veneta induendos præcipientis, & vela nauium explotatoriatum colore veneto tingenda.

Postremâ sit huius capitis notatio, harum factionum ministros fuisse,qui factionarij dicti;in his medici, procuratores, tinctores, agitatores, aliique vt constat ex antiquis inscriptionibus operum publicorum, & sepulcrorum; collegit
F aliquot Adr.Turneb.lib.aduers.11. cap.11.vna est, primo,& solo factionario.M.Vipsanius Rufinus medicus fact. Venetæ oll. vq. DD.altera, procuratori dromi factionis Venetæ. Tertia M.Vipsanio. Fulloni tinctori fact.Venet. Quarta, Diocli agitatori primo fact.russat. Domini item, magistrique factionum:inscriptio,Magistro,& socio, domino, & agitatori factionis prasinæ. Et,Polyphemo domino, & agitatori factionis Russatæ: vt enim in Græcia,quemadmodum ait Arrianoproditum 3. lib. epist. Athletis, sic Romæ singulis his ludis erant medici, Chirurgos etiam intellige,tum propter ictus,& vulnera;tum propter rationem victus pugnatorum.

E S. Cyprianus epist. ad Don. eleganter describit victum gladiatorum: Vnde & gladiatoria à Ciceorone Philipp.2. totius corporis firmitas nominata. præsertim verò gladiatores, vt valentes essent, dabantur velut in saginam, vt de Vitellio loquens Tac. libro annal. saginam gladiatoriam dixit: & hoc mihi mirum; quòd hordeaceo pane, qui malus est alendo, & flatus gignit, malumq; colorem; victitasse affirmet Plin.lib.8. cap.7.

Erant quoque moratores, id est, qui quadrigarios, & bigarios, morabantur, ne ante tempus, aut non suo ordine currerent, & intermissionis sua essent internalla; notatur inscriptio hæc. Q. Rapidio Q.F. Lem. Molioni moratori ludi Circensis.

Immensorum sumtuum, & ingentium impensarum, quæ his ludis fieri solebant, argumentum cape vel ex vnius Fl. Vopisci hoc sermone in Aureliano. Vidimus proximè consulatum Furij Placidi tanto ambitu in Circo editum, vt non præmia darì aurigis, sed patrimonia viderentur: cum darentur tunicæ subsericæ lineæ paragandæ, darentur etiam equi ingemiscentibus frugi hominibus. factum est enim, vt iam diuitiarum sit, non hominum consulatus: quia vtique si virtutibus defertur,editorem spoliare non debent. Perierunt casta illa tempora, & magis ambitione populari peritura sunt.



Populi,plebisq; nomen vsu Rom. quo differant: loci scriptorum explicati.

CAPVT VII.

POPVLI appellatione non modo ignobiles, sed etiam nobiles continentur: plebis tamium ignobiles, sine patriciis, & senatoribus ceteri videlicet ciues: Instit. de iure natur genr.§.plebs 2. d.can.lex est,vt notat Archid. & cap. fundamenta de elect. lib.6. Ita populus amplectitur Senatores, & patricios omnes, vt ait Innoc.cap.sedes de rescript. & Lucas à Penna l. Senatorum Cod. de dign.lib.12.Plin.lib.22.cap.3. propterea sic locutus,in maiestate populi terrarum principis,& Virg.lib.Aen.1. A

Hunc populum latè regem, belloq; superbum
Venturum excidio Libyæ

Et vt Hom. ποιμένα λαῶν sic rectorem populorum, id est, nobilium, & ignobilium Ouid.lib.7. Metam.

Dicta refert rector populorum talia centum.

Quam differentiam T.Liuius apertè lib.2. significat. Cos. Appius negare ius esse Tribunis in quemquam nisi in plebeium: non etiam populi, sed plebis eum magistratum esse.

Ita plebs differt à populo, vt species à genere, vt apparet instit. eodem: nam appellatione populi ciues vniuersi comprehenduntur connumeratis etiam patriciis, & senatoribus in populo, inquit Capito. Atteius I. C. apud Agellium lib.10. cap.20. omnis pars ciuitatis, omnesqne eius ordines continentur; plebs verò ea dicitur, in qua gentes ciuium patriciæ non insunt: quod discrimen examinat in definitione legis Agell, nec valdè probat, & probandum tamen. B

Lamprid. in Commodo; de illius fœdissima vita,trecentisque aliis puberibus exoletis, quos æquè ex plebe, ac nobilitate, vultusq; forma disceptatrice collegerat. Liuius lib.6.concessumq; ab nobilitate plebi de plebeio Cos.& à plebe nobilitati de prætorio viro. Tac.lib.10.annal. mox è plebe infima. C. Marius, & nobilium sæuissimus L. Sulla victam armis libertatem in dominationem verterunt: rursus,proceres, plebemq; iuxta deuinxerat. Et lib.12. aduersus dominationem Gotarzis nobilitati, plebique iuxta intolerandam, & de mor. Germ. nec vlli auspicio maior fides apud plebem, sed apud proceres; vsurpans proceres pro nobilibus. C

Nam & Cic.2.Tusc.in Hircania,inquit, plebs publicos alit canes, optimates domesticos. vt libro 4. ann. Tac. plebis, & optimatum certamina libero egressu memorabo;& Suet.in Iul.cap.1.de Sulla Cæsari parcente, eum, quem incolumem cuperent, quandoq; optimatum partibus exitio futurum; nam Cæsari multos Marios inesse: Scimus autem à plebeiis stetisse Marium, vt à nobilibus Sullam ex Sallustio, Liuio, Floro, App. Plut.

ceterisque Rom. hist. scriptoribus etiam poëtæ. Luc.lib.2.Pharſ.

Nobilitas cum plebe perit.

D Ouidius epiſt. Paridis ad Hel.

Forma, vigorq́ animi, quamuis de plebe videbar,
Indicium tectæ nobilitatis erat,

Mart.lib.5.epigr.28.

Ingenium, ſtudiumq́ tibi, moresq́, genusq́,
Sunt equitis, fateor, cetera plebis habes,

Et melior auctor Liuius libro 25. ad finem, res ad plebem in optimates accendendam, & 24. apud infimæ plebis homines crimina ſerebant in optimates.

Adde, ſi placet, Aemilium Probum in Phocione, erant eo tempore Athenis duæ factiones, quarum vna populi cauſſam agebat, altera optimatum: populares Polyperconti, &c. fauebant,
E optimates cum Piſandro ſentiebant: qui tamen populi nomine plebem intelligit.


Priſcianus libro quinto etiam optimates definit, qui defendunt ſenatores: populares, qui defendunt populum; quod ſæpè veriſsimum, etiamſi ex plebeiis illi, hi ex nobilitate eſſent, vt fortaſſe pro Seſtio Cicer. vſurpauit, cum genera duo in Republica populares, & optimates receſſet; quo modo in or. de Aruſp. reſp. dixit P. Clodium eſſe factum repente popularem, id eſt, plebeium; tum, quia plebi fauebat, tum quia plebeio ſe dederat adoptandum.

Sic primores, & plebem opponit T. Liuius libro 1. ciuitatem dare plebi, primores in patres legere, & libro 2. plebi ad eam diem ſumma ope inſeruitum erat, iniuriæ à primoribus fieri cœpere, lib.3. auferri à primoribus ad plebem ſummum Imperium credebant. & Tac. lib. 18. annal.
F gratum primoribus ciuitatis etiam plebs approbauit.

Vt ergo populus, & plebs re, & nomine ſæpè confunduntur ſic & popularis, ac plebeius. Plautus præſtat diuitem eſſe, ac popularem, quàm nobilem, & mendicum, & Cicero actu ſeptimo in Verr. homines populares, aut nobiles.

Quàm autem latè pateat vox hæc popularis, explicarunt Beroaldus in 7. lib. Apul. & Cataneus in epiſt. 2. lib. 1. epiſt. Plin. & Petrus Nann. lib. 2. Miſcell.

Popularia vero in Suet. cap. 25. Claudii, & cap. 4. Domitiani, dictus in amphitheatro locus tertius, in quo plebs ſedebat; cum primus eſſet Orcheſtra, ſenatus ſecundus, equitum, propterea dictus equeſtria ſæpè à Sueton. & à Sen. lib. 7. de beneficiis cap. 12: ſic ergo popularia conſeſſus erat plebis; ſicque Vlp. & Calliſtr. I. C. ſumunt, licet enim voce, populus, vtantur, quæ communis eſt tribus ordinibus, hic tamen pro vna parte infima accipitur.



Forma, & ornatus corporis quanti referat ad bonam exiſtimationem auctorum teſtimoniis, & Philopœmenis exemplo demonſtratum.

CAPVT VIII.

CORPORIS ſpecies, & cultus plurimum apud ignarum vulgus, & rude habet virium, vt vel magnificè de quopiam, vel humiliter & ſentiat, & pro ratione ſenſus aut honoret, aut contemnat. A
Sapientiſsimus poëta Virgil. 4. Aen. immo & 1. nobilitatem, ac diuinitatem ex ore coniicit, atque inceſſu. De Venere lib. 1.

——pedes veſtis defluxit ad imos,
Et vera inceſſu patuit Dea——

Et de Aenea,

Quis nouus hic noſtris ſucceſsit ſedibus hoſpes?
Quem ſeſe ore ferens? quam forti pectore, & armis?
Credo equidem, nec vana fides genus eſſe Deorum.

Cur? quia ex ipſo vultu, atque habitu nobilitas elucet: iure enim Eurip. Ione dixit, *γενναιότης σοι, καὶ τρόπων τεκμήριον τὸ σχῆμ' ἔχεις τόδ'*. ingenuitatis ac morum indicium, habitum hunc geſtas. Et Ouid. lib. 2 Faſt.

Si genus arguitur, vultu, niſi fallit imago,
Neſcio quem è vobis ſuſpicer eſſe Deum.

Vt 4. lib.

Nec facies impar nobilitate fuit;

Vt rurſus Euripid. faciem imperio eſſe dignam pronunciauit, & lib. 4. Vlix. Menelaus Telemachum agnoſcit Vlixis, Piſiſtratū Neſtoris filium ex ipſo aſpectu: & apud Heliod. Phœnicen libro Aethiop. hiſt. 5. ex facie, geſtuque Cybele recognouit Charicleam, ac Theagenem nobili ortos genere: quamquam ſæpè fraus, & error in hoc. B

Verùm primo loco non tam reſpexit Virg. ad hoc, quam aliud magis occultum ſignum, quòd videlicet Dij aliter, quàm homines incedunt (ita nationem Ethnicorum inſtituerat ſuperſtitio) & ex eo ſolo agnoſci poſſe exiſtimauit Dei naturam: ſic etiam Homer. Iliad. 13. pedum Neptuni agnita veſtigia cecinit, hoc eſt, inceſſum eius, A & ex Hom. imitatione lib. 3. Aethiop. hiſt. Heliodorus.

Certè etiam in homine ingreſſus, atque inceſſus coniecturam non leuem efficit ipſius morum, teſte vel ipſo Deo, ita per Eccleſiaſticum loquente c. 19. amictus corporis, & riſus dentium, & ingreſſus hominis enunciant de illo.

Ex vultu profectò, atque habitu ſcribit Greg. Theologus ſe deprehendiſſe latentem Iuliani improbitatem, & exclamaſſe, ô quale malum Reſpublica alit Romanorum.

Et Macr. lib. 2. Saturn. cap. 3. Ciceronem refert C
Piſoni genero mollius incedenti, ambula tanquam femina; & filiæ concitatius, ambula tanquam vir dixiſſe.

Facetè verò, & prudenter Alexis poëta comicus, vt senex, cum lentè incederet, interrogatus, quid faceret, respondit, pedetentim morior [illegible]

Inspici autem corporis formam, & ornatum, & sæpe numero pro eius ratione iudicium ferri de ipso homine, vetus illa demonstrat, lepida sanè Plutarchi narratio de Philopœmene, in quo duce veterum Græcorum gloria defecit, ac nomen. Hic ergo Megaris aliquando ad cenam à nescio quo inuitatus, & maturè nimis domum cum intrasset, eius, qui inuitarat, vxor cum domesticis in apparatu cenæ occupata ex vestis tenuitate, & illiberali forma, (erat enim fœdo vultu) suspicata famulum esse ab hero suo præmissum, imperauit, vt tantisper, dum veniret dux inuitatus, ligna scinderet ad focum: sedulo Phi- D lopœmen opus faciebat, cum superueniens hospes, qui inuitarat, rei tum nouitate, tum indignitate commotus, proh Iupiter, inquit, quid agis ô Philopœmen? cui ille subridens doricè respondit, pœnas deformitatis meæ soluo.

Quam historiolam his versibus eleganter descripsit Tzetzes Chil. histor. 6. cap. 84. cuius libri, quia parum noti, eam hic ego exscribam: cuius hęc sententia. Philopœmen Crausidis filius Gręciæ rex deformi erat specie: à quopiam inuitatus eius domum adiit ante tempus prandij, cum abesset is, qui illum inuitarat: cum conspicata vxor hospitis propter vultus deformitatem seruum existimauit, iussitque ligna vt cæderet: ille, qua erat modestia, paruit imperanti: & cum totus esset in opere, superueniens qui inuitarat, E quid hoc? exclamauit; Philopœmen, quid aliud, inquit, quam pœnas dare deformitatis meæ? B

Vt vides nulla hic mentio vestitus: regem item vocat Græciæ, cum non rex esset, sed prætor, siue dux Achæorum, siue, vt Paus. in Arcad. Arcadum: Tegeates, siue Megalopolitanus: Neque deformi fuisse vultu Plut. tradit argumento ex illius statua, quæ Delphis est, sumto: itaque priuata, viliq; vti solitum veste, à muliere non agnitum pro duce, in eoque errorem fuisse volunt quidam, cum præsertim solus esset: neque illam iussisse, sed blandè comiterque vt se iuuaret, ad ducem lautè accipiendum rogauisse: & sunt qui narrent non inuitatum, sed mulieri nunciatum adfore illum sponte sua: at certè Philopœmenis responsum demonstrat culpam in oris fuisse fœditate: narrat fuse M. A. Sabellicus Enn. 5. lib. 6.

F Hic ille est Philopœmen, siue Philopœmenes, in quem Romanus dux T. Quinctius Flam. aliquando est cauillatus, vt eximium quidem Imperatorem, sed mendicum, dicens, pulchras eum habere manus, ac tibias, sed sine ventre, quòd nimirum peditatu abundaret, equitatuq; optimo, egeret verò pecunia.

Vestis sæpè virum facit, vt est in prouerbio: nam vesti honor interdum habetur, qui non haberetur ei, qui veste amicitur, si agnosceretur. Illustremus exemplum allatum varia historia. Quia ille fuit vir sapiens, qui in veste sordida non admittebatur in conspectum regia nescio cuius, qui paulò post eleganter indutus facillimè admissus fuit?

Aegrè tulit præstantissimus I.C. Io. à Lignano G honorem haberi vesti, non virtuti, aut dignitati: nam in nuptiis, ad quas cum multis fuerat inuitatus, quia humiliore erat vestitu, in postrema loca coniectus vocato famulo, vestem, inquit, ad me preciosam domo adfer: allatam ille de conuiuio surgens reposuit suo in loco, discessitque hoc sermone vsus, vestem honorastis, vestem habetote. Vidus Pancirola I. C. eruditissimus, commemorat lib. de Iurisconsultis, quem mihi ostendit Patauij.

Vt verò mundities in vestitu moderata commendatur, sic nimia elegantia reprehenditur, reprehenduntur & sordes: certè pro cuiusque dignitate ac statu curanda prior: & omnes indices animi sunt vel probi, aut vitiosi.

Aduersus iuuenem purpuratum, & se insolentius ostentantem lusit Demonax aliquando cum diceret, ouis hoc ante te gestabat, & ouis tamen erat, indicans illum in vestitu ouillo ouem esse, ac pecudem; id est, stolidum libro 8. apophthegmat.

Et Diogenes Cynicus, vt est apud Laërtium H libro 6. alteri iuueni nimis culto nescio quid interroganti affirmauit, se non ante responsurum, quam exploraret, vir ne esset, an mulier; & adolescentem intuens nimirum se componentem, inquit, si ad viros, frustra: sin ad mulieres, nequiter. Idem cum videret Megarensium oues tectas pellibus, liberos autem nudos, præstat, inquit, Megarensis esse arietem, quàm filium.

Scimus Demetrium Poliorcetem parũ à suis dilectum, quod ambitiosius auro, & purpura indueretur, capite diademato, & calceis auratis incederet, Plut. in eo, quod & de Carolo Caluo Imp. apud Gallos, & Germanos præter ceteros prodit Aemilius Veron.

Contra idem Plut. est auctor gratiosum homi- I nibus fuisse Cleomenem Spartanorum regem, quòd ferè salutantes se plebeio vestitu alloqueretur.

Rhodios æquè, ac Lacedæmonios Diogenes perstrinxit; illos, quòd elegantius comerentur, & se componerent, dicens, hic fastus est: hos, quod amictum negligerent, inquiens, alius & hic fastus, vt est apud Aelianum lib. 9. var. hist.

Idem aliquando Platonis, qui munditiæ studiosus erat, calcans stratum dixit, Platonis fastum calco: sed retudit argutè Plato, at alio fastu: non distinguebat videlicet homo Cynicus inter elegantiam, & luxum, vt ipse sordidus: quemadmodum neque eius magister Antisthenes, immò Diogenes Socratem reprehendens, quòd domum haberet, lecticam, & crepidas sapientius

Anti-

Antisthenem Socrates laceram, ac tritam vestem suam ambitiosius ostentantem, non desines, inquiens te nobis comere?

Reprehenderunt isti vestitus caussa vel stuporem, vel molliciem, vel arrogantiam, & ambitionem. Et verò Ecclesię Patres Cypr. Tert. Chrysost. Hieron. ceterique continentiæ, ac pudicitiæ argumenta captant ex corporis vestitu, & cultu, & postremus epist. ad Nepot. 2. scribens prudens consilium dedit pullas æquè, vt candidas vestes deuita.

In furca notatione, & patibuli notione dissensus ab Isidor. Herodoti locus male versus à Valla: modus loquendi elegans Italorum, & dissensus à Lipsio.

CAPVT IX.



A SIDORVS 5. lib. orig. cap. 27. patibulum, inquit, vulgo furca dicitur, quasi ferens caput: quæ si vera notio est, falsa est eius altera furcillæ lib. 20. cap. 14. quia dicta, quòd ea frumenta cillentur, id est, mouentur: vnde & oscilla dicta ab eo, quòd cilleantur, id est, mouentur ora; nam cillere est mouere: planum enim furcillam esse diminutiuum furcæ, melius ergo à fure, quia pœna furis, vox ducetur, vt furcula.

Quamquam puto à ferendo furcam nominatam, quasi fercam instrumētum, scilicet bidens, vel tridens ferendis proprium straminibus.

Festus furcillas esse, quibus suspēdebant reos, notat, & est quasi pars crucis, non quidem vt nunc, cum suspenduntur laqueo circa collum iniecto, & infra deiiciuntur, quod dicimus, impiccare: neque enim hoc apud veteres erat supplicium, aut vix: nam tametsi laqueo frangerent
B gulam, sed extra suspendium: quod si erat, liberum erat, vt in Achitophele, & Iuda proditore, & aliis in omni gente, atque historia: furca verò ferebatur, & in eo figebatur, aut ligabatur reus: id, quod breuiter, & solidè ostendit Iustus Lipsius lib. de Cruce 3. cap. 4. 5. 6. 7.

Neq; eidem assentior Isidoro ita distinguenti patibulum à furca. Patibuli minor pœna, quàm crucis: nam patibulum appensos statim exanimat, crux autē suffixos diu cruciat: ita idem Lipsius doctè, vt solet, & adstrictè patibulum, quasi partem esse crucis demonstrat, idemque ac furcam esse, aut parum efficit ex veterum testimoniis diuersum cap. 3. lib. cit. cui locum Plauti adde in Mostell. act. 1. scen. 1.

C *O carnificinum cribrum, quod credo fore:*
Ita te forabunt patibulatum per vias
Stimulis——

Non tamen Marcellus, patibulum, inquit, est crux.

Obserua autem, cum sępè in veterum legibus, quas Tribunianus, Dorotheus, Theophilus, aliique Iustiniani iussu collegerunt, furca legatur, eam ferè pro cruce suppositam, cum essent Christiani, vetito iam Christianis legibus crucis supplicio viuificæ crucis honoris ergo.

Locus est Herodoti lib. 5. de Artisbio quodam Persarum duce scribentis, cui erat equus, qui inter præliandū efferebatur in pedes; ita pedibus, atq; ore aduersarium conficiebat, vbi Valla male omnino conuertit verbum Græcum ἀπεργάζεσθαι ita reddens, pedibus simul, atque ore eum, in quem agitur, perficere. Quid hic significat perficere? conficere si dixisset, & latinè fuisset locu- D
tus, & vim Græci verbi planè expresśisset; nam & illud Græcum, & hoc latinum, est interficere. Sciunt qui Latinè, & Græcè norunt.

Perder di vista Itali dicimus melius omnino; quam Latini, & Græci verbo vtentes abscondere, sicut Virg. lib. 3. Aen.

Protinus aërias Phaeacum abscondimus arces;

Ac nescio an vllus bonus auctor latinitatis prorsa oratione ita sit locutus: vt in Græcis poëtam non habeo auctorem; habeo tamen Platonem in Protag. sic loquentem φεύγειν εἰς τὸ πέλαγος τῶν λόγων ἀποκρύψαντα γῆν, hoc est, fugere intra mare argumentorum abscon sa terra, perduta di vista eleganter Italus dixisset: imitati sunt posteriores inferioris notæ scriptores Lucianus, Libanius, E
Synesius quorum testimonia pete ex lexicis: quā contrario verbo nos Itali Græcam & latinam phrasim comprobamus, cum dicimus discoprire, quasi ante occultatum esset, & S. Lucas Act. Apost. cap. 21. ἀναφαίνεσθαι, ἀναφανέντες δὲ τὴν κύπρον cum apparuissemus autem Cypro, habet vulgata editio, nos diceremus hauendo scoperto l'Isola di Cipri.

Nec placet mihi Lipsius lib. 1. faturn. cap. postremo longè aliter exponens, & legens verba quędam Atteij Capit. ab Agell. relata, quàm vulgo, & leguntur, & intelliguntur. Verba sunt lib. 5. cap. 24. noct. Att. quæ continent hoc S.C. factum C. Fannio, & M. Valerio Messalla. Coss. in quo iubentur principes ciuitatis, qui ludis Megalensibus antiquo ritu mutitarent, id est, mutua inter se conuiuia agitarent, iurare apud Coss. &c. & F
lib. 18. cap. 2. quam ob caussam Patricij Megalensibus mutitare soliti sint, plebs Cerealibus.

Ergo Lipsius vocabulum conuiuia mutat in dominia, quia dominus antiquis dicebatur prębitor, & dominia præbitiones hilariores: id sanè verum: sed & verum conuiuia tunc facta: cur ergo verior eius correctio, quàm librorum omnium lectio, quam item Virgilius firmat illo versu Georg. 1.

Mutuaque inter se læti conuiuia curant.

Et ego sanè mutitatum à priscis illis dictum censeo, quasi mutuo inuitatum.

In sputo quæ superstitio, qui mos, & quid in his significet.

CAPVT X.

A SPVTATILICVM, vt cum Sisenna dicam, erit caput hoc, nec tamen despuendum. Sanitatis esse exercitationem cibis non satiari, & labore vti, pronunciauit sapienter, atq; vtiliter Senex Cous Hippoc. cuius & hoc effatum 3. lib. de diæta, mucus, & sputa, indices sunt repletionis.

Nil igitur mirum si probrum erat Persis expuere, nares emungere, pedere, quia crapulæ argumenta, quod his verbis narrat 4. lib. de exped. Cyri Xenopho: sapientius, quam Stoici sibi licet sapientissimi, qui crepitus ventris æquè liberos esse oportere vulgo dicere solebant, atq; ructus, vt à Cicer. proditum lib. epist. fam. 9. epist. 22. ad Papirium Pætum: sane Cynice: at isti, quorum secta politiam omnem, elegantiamque vitæ aspernabatur, congruentius.

Quare Crates apud Laërtium lib. 6. Metroclem Theophrasti discipulum, qui idcirco domi se continebat, quòd in disputationibus identidem cogeretur suppedere, suum fecit, hoc est, ex Peripatetico Cynicum, partim oratione, partim libero, simulatoque crepitu.

B Vt simulator virtutis, ac dissimulator egregius transfuga Iulianus Cæsar vsurpabat hoc, non est sapientis, aut philosophi spuere, res enim aduersa temperantiæ, quam sectatur; Marcell. certè lib. 21. hunc celebrat, vt paucis contentum, ac vilibus, & nullius cibi, vt ipse loquitur, indigentem mundioris: à qua laude nô alienus fuit, qui eum præcessit in Imperio, Constantinus, quem nunquã extersisse nares in publico, nunquam spuisse, nec transtulisse in partem alterutram vultum, nec pomorum quidquam, quoad vixit, gustauisse idem eodem lib. testatur.

Ego hanc felicitatem puto naturæ, non animi virtutem: vt quod Plin. de Antonia Drusi vxore, Germanici matre (maior ne hæc fuerit, an minor Antonia, vtraq; enim celebris, te Lipsius doceat C non valdè longè ab extremo 14. lib. annal. Tacit. in notis, si modo docet, & non implicat, qui aliter in tabula familię Aug. Cæsaris videtur loqui) prodidit lib. 7. cap. 19. nunquam in vita expuisse, vt Pomp. consularem poëtam nunquam ructasse.

Hæc illa est Antonia, quæ, vt idem est auctor lib. 9. cap. 55. cum Hortensio insigni oratore insigniter stulto stulta fuit: vt enim ille piscinæ suæ apud Baulos murænam adeò dilexit, vt exanimatam flesse credatur, res non ferenda in viro: sic ista murænæ, quam diligebat, inaures addidit, dandum hoc muliebri vanitati: at quàm hoc parum virile, quod adiungit? cuius propter famam nonnulli Baulos videre concupiuerunt homines planè vanissimi.

Idem superstitionis materiam veteribus fuisse ostendit sputa lib. 28. cap. 4. Despuimus comi- D tiales morbos, hoc est, contagia regerimus: simili modo & fascinationes repercutimus, dextræq; clauditatis occursum: veniam quoq; à Diis spei alicuius audacioris petimus, in sinum spuendo etiam: eadem ratione terna despuere deprecatione in omni medicina mos est, atque effectus adiuuare. incipientes furunculos ter præsignare ieiuna saliua: si quem pœniteat ictus eminus, cominusue illati, & statim expuat mediã in manũ, qua percussit, leuatur illico percussus à pœna.

Et hoc magis ridiculum, quòd credit hoc Plin. qui Dei prouidentiam non credit: addit enim hoc sæpe delumbata quadrupede approbatur, statim à tali remedio correcto animalis ingressu: quidam verò aggrauant ictus, ante conatum simili modo saliua in manu ingesta.

Non esset fortasse anile quod subiicit, sed medicum, nisi adderet superstitionis argumenta, sic scribens, credamus ergo, & lichenas, leprasque E ieiuno illitu assiduo arceri, item lippitudines, matutina quotidie velut inunctione, carcinomata, malo terræ subacto: ceruicis dolorem saliua ieiuni dextra manu ad dextrum poplitem relata, læua ad sinistrum: si quod animal aurem intrauerit, & inspuatur, exire, hoc naturale, & à me experientia in me probatum.

Nec finis superstitionum. inter amuleta est, editæ quemque vrinæ expuere: similiter in calceamentum dextri pedis, antequam induatur: item, cum quis transeat locum, in quo aliquod periculum adierit. Salpe, torporem sedari quocumque membro instupente, si quis in sinum expuat, aut si superior palpebra saliua tangatur: extranei interuentu, aut si dormiens spectetur infans, à nutrice terna adspui, quamquam religione mutatur & fascinus.

Non habeo tamen pro re superstitiosa, quod ante dixerat, hominum verò in primis ieiunam salinam contra serpentes præsidio esse docui- F mus, indicans locum in libro 7. cap. 2. omnibus hominibus contra serpentes inesse venenum, & ictos saliua, vt feruentis aquæ contactum, fugere: quod si in fauces penetrauerit, etiam mori, idq; maximè humani ieiuni oris, & ex Varr. quorundam saliuas contra ictus serpentium mederi: id, quod & T. Lucr. lib. 4. cecinit.

Est itaque vt serpens hominis contacta saliua, Sine,
Sæpe etenim serpens hominis contacta saliua
Disperit, ac sese mandendo conficit ipsa.

Confirmant in Genes. nostri SS. Basilius, & Ambrosius, causam quæris? Hæc fortasse, maximum inter hominem, & serpentem dissidium, temperationisq; repugnantia: serpens enim frigida, & sicca est, homo autem calidus, & humidus.

Martio quoq; Smyrnæus, qui de simplicibus effectibus scripsit, rumpi scolopendras marinas sputo tradit, item rubetas, aliasque ranas: Ophilius, serpentes, si quis in hiatum earum expuat, quæ leges in Plin. loco cit. lib. 28.

G Medicum item illud hoc libro cap.7.mulieris quoq; saliuam ieiuuę porentē diiudicant oculis cruentatis: & si contra epiphoras, feruentes angull oculorum subinde madefacientur: efficacius, si cibo, viuoque se pridie ea abstinuerit.

Superstitiosum est, quod eiusdem lib. cap.2. recitat, saliua post aurem digito relata solicitudinem animi propitiare; vtid, quod de Essenis memoriæ consignauit lib.2.cap.7. bel.Iud. Iosippus, religionem ipsis esse in medium, vel in dextram sui partem expuere; quod ego pro argumento fumo eorum sententiam refellendi, qui hos apud Philonem pro Christianis accipiunt:
H neque mihi desunt alia, vt alias indicabo.

Tametsi & Christianis mansit omnium pæne gentium moa despuendi quæ detestamur, aut cum execratione auersamur: atq; hinc quam inuisus Christus liberator noster Iudæorum genti fuerit, quam detestabilis, sputorum cumuli in eum coniecti sunt argumento.

Neautem suspicere medicas sputi vires esse vel fabulosas, vel superstitiosas, autes da bono medico Aetio, qui primùm vires docet saliuæ lib.2. c.107. distingui pro variis animalium natura, & illorum maximè esse medicum, qui acri fame, sitique conficiuntur: deinde consueuisse nutrices madefacto saliua digito auriculari infantium tollere impetigines: tertiò vidisse se absq; vlla incantatione sola ieiuni hominis saliua interimi scorpionem: postremò totius substantiæ ratione venenosia reptilibus saliuam aduersari. Et Gal.
I ipse confitetur hæc lib.3. de temper.

Rursus Aet.lib.9. c.2. cum sputi copia stomachus vexatur, leuari Conyza arida, aut pulegio, aut chia mastiche pota in aqua, aut lactis potu: & morbum comitialem despui solitum etiam lib. 10.cap.23.extremo Plin.Cur? quia acerbissimus, & summè horribilia, & idcirco auersari nos demonstramus: est enim consputere execrationis, & contemtus signum.

Hinc Plautus, oam hic isti, qui spotarur, interdum morbus venit, id est, comitialis, quòd eum nominantes solemus despuere, & quòd auersamur.

Ita per contemptum aliquando consputus à Dionysio Aristippus, cum non iniquè ferret, iniquè ferret alter, qui tum fortè aderat, Aristippus dixit, piscatores, vt gobium capiant, mari se pa tiuntur aspergi, ego, vt balænam accipiam, non
K patiar aspergi sputo?

Idem, cum ei simus Phryx Dionysij quæstor ostenderet instructas magnificè ędes.& pauimēta preciosa, In illum sputa coniecit; indignanti sic respondit, non haboi locum oportuniorem.

Receptus & mos in sacris literis: Deut.25.cum iuri suo, quod in patris mortui absque liberis vxorem habebat, superstes frater eedit, pręcipitur veilius faciem ipsa conspuar; opinorIn argumentum contemtus eius, qui ipse contemueret posteritatem fratris. Enimuero caussam ritus ipsius recondiram, mysterium Theologi vocaut, ingeniosè aperit Origen. Adamantius Hom. in Marth.22. Vide Sanctem Pagn. lib.4.Isagogæ ad myst.sensus, &c. cap.19.

Et mysterium S. August. agnoscit in saliua ex ore Dauidis in eius barbam fluente apud Achis Gethæum 1.Regum cap.21. & explanat subtiliter Conc.1.& exposit.post Conc.2.Psalm.33. & ex eo, S.Isid.cap.16. in 1.lib.Reg. L

Et Christus liberator noster vsus est saliua, & sputo Ioan.9. in cæco illuminando, & Marc.1. in soluenda muti lingua, & referandis auribus surdi: & illius quidem mysterium ita breuiter non malus auctor Galfridus exponit. Saliua Domini admista pulueri sapientia est Dei inuexa carni: hoc non modo mundissimum, sed mundantissimum lutum, & tamen verè lutum, sed potius longè, quàm cœlum: ad vtrumq; refert quæ præclarè magnus commentator Gregorius in cap.7.Iob.lib.8.Mor.cap.21.

Nos Theologi, etsi Ѕиαλογίζειν hic nolumus: vt accommodes tamen vel Christianis moribus, vel Christianæ fidei capitibus lege, quæ obseruarunt recens auctor Siluæ Alleg. Verbo saliua, & vetus P. Bercorius verbo lingua reduct. moralis M
lib.2. cap.19. de qua te & Sanctes loco producto, & lib.1.cap.3. & egregiè Valerianus lib.14. Hieroglyph. rit. libidinis antidotum.

Vt enim saliua ieiuni hominis angues, & serpentes necat, ita continentiæ vim significat, atq; abstinentiæ, qua antiqui serpentia fornicationis spiritus, vt Ecclesiasticè loquar, interimitor.

Et verò serpentes etiam, atque angues puellarum amore capiuntur, qood historiola probar grauis in primis, & fidi scriptoris Plutarchi, vt Valer. recitat.

Quod verò Grammatici saliuam notstione vocabuli dictam volunt, quia ferè salis est sapore; vel à saliendo, quòd in ore saliat, & crescat, nisi ego fallor, falluntur ipsi: Sani enim & valentis hominis saliua non salsa immo salsa iudicium ægri stomachi, & non temperatæ temperationis corporis. qui vim ipsius nouit, potestatemque in ore à saliendo, id est, condiendo, & saporem impertiendo nominatam verius dicet: cuius enim rei ab ore percipitur sapor, cuius cibi sensum habebit gustans lingua saliuę ope destituta? Itaque eadem corrupta nullus gustus, vel deprauatus: argumentum os eorum, qoi Causone vexantur, incensum, atque adeò aridissimum. N

Neque displicet, quod ex Constantino Bercorius adducit, duas esse in lingua venas saliuales, quòd ex iis saliua, qua humidiora fiunt lingua, & totum os, & ariditas ciborum temperatur; quæ quidem humor est insipidus inter gustum, & obiectum, hoe est, materiam gustus, est medius. quod nullius rei percipiatur sapore nisi cum per saliuam offertur gustatui: transfert eleganter ad mores, ac si esset gratiæ diuinæ symbolum, quæ à nobus orta principiis, declina à O

malo, & fac bonum, ipsum hominis animum pietatis dulcedine, quam Ecclesiastici vocamus deuotionem, tanquam humectat, atq; irrigat ad gustum rerum spiritualium percipiendum.

Non reticebo P. Aegin. obseruare ex Gal. 3. esse genera aspidum, vnum terrenum, alterum Chelidonium, opinor, quia humo se tollit hirundinis modo: tertium sputatrix, omnium perniciosissimū: quod porrecta ceruice, dimetiens longitudinis ex interuallo distantiam inspuat virus corpori: ita enim lib. 3. cap. 19.

F Clando capur hebraica voce, quæ est, toch, sic enim sputum dicitur in sacris Bibliis, quamquam illud sputum, siue saliua copiosior propria sit, & infautium, baua Italicè, alio nomine appellatur loco cit. 1. Reg. vt racach spuere est: hinc fortasse vox illa contemnentis, atq; irascentis Matth. 7. racha, Italicè fiò, vel ciò, sic enim & voce, & vultu iudicamus despuendum: quid si à verbo, racach ducatur, quod est exinanire; & euacuare, fine, vt magis latinè dicam, deiicere? quia semper excernitur, & emittitur per os: tametsi melius à iarach, quod propriè significat spuere: ex quo olus omne, omnisque herba satiua, quæ in vsum assumitur eiborum, iarech nominatur, quia, vt suspicor, aut creat, aut ciet sputum.

Machinarum mobilium formas pegmatis, vel automati nomine contineri: vt & in Tragœdiis vsitatas.

CAPVT XI.

A MACHINAE à ligno vsitatæ in Theatris, & Amphitheatris Græco vocabulo pegmata nominātur latinis tritiore fortasse, quàm Græcis, à verbo πήγνυμι, quod est figo, & compingo: videtur Cic. lib. 2. de or. in loco aduersus Decium Nuculam allusisse ad hoc machinæ genus, an confixum vis facere? Inquit.

In circo earum item fuisse vsum disertè Plin. indicat lib. 33. c. 3. Item L. Muræna, & Caius princeps in Circo pegma duxit, in quo fuere argenti pondo 124. Apul. lib. 4. Asini aur. proximè ad vocem Ciceronis gladiatores, inquit, isti famosæ manus, venatores illi probatæ pernicitatis, alibi noxij perdita securitate suis epulis bestiarum saginas instituentes, confixilis machinæ, sublicæ turres, tabularum nexibus instar circumforaneæ domus, floridæ picturæ, decora futuræ venationis receptacula: describit enim, vt apparet apparatum muneris gladiatorij.

B Non igitur aliud erat pegma, quàm grandia quædam, & ingeniosa contabulatio, quę spontè, & occultè statim crescebat, statim subsidebat ad ornatum, & splendorem auro, argentoq; sæpè tecta, & quæ in ipsa erant res, homines; conspiciebantur, talia fuerunt, Neronis cenationes laqueatæ tabulis eburneis versatilibus, vt flores ex fistulis, & vnguenta desuper spargerentur: præcipua cenationum rotunda, quę perpetuò diebus, ac noctibus, vice mundi circumageretur.

Et 34. cum matrem clam interficere conaretur; lacunaria, quæ noctu super dormientem laxata machina deciderent, parauit: hoc consilio per conscios parum celato, solutilem nauem, cuius vel naufragio, vel cameræ ruina periret, commentus est.

Sen. ep. 88. artium genera describens, ludicræ sunt, inquit, quæ ad voluptatem oculorum atq; aurium tendunt: his annumeres licet, machinatores, qui pegmata per se surgentia excogitant, & tabulata tacitè in sublime crescentia, & alias ex inopinato voluptates, aut dehiscentibus, quæ cohærebant, aut his, quæ distabant, sua sponte coeuntibus, aut his, quę eminebant, paulatim in se residentibus. C

Attingit & epist. 90. machinationes tectorum supra tecta surgentium, & vrbes prementium nominans, de quibus fusè, & doctè in 9. li. Vitr. Phil.

Eiusmodi fuit artificium in ludo Naumachiæ Claudij Cæs. cuius ope Triton argenteus buccina canens è medio lacu emergebat, vt est apud Suet. in eo cap. 21. qui & c. 34. magis vniuersè ita loquitur, vt sanguinarium fuisse natura Claudium ostendat, de fabrorum quoq;, ac ministrorū, atq; id genus numero, si aut automaton, vel pegma, vel quid tale aliquid parū cessisset, scilicet committebat, mutuis vt se vulneribus conciderent.

Eiusmodi, quam describit Strabo li. 6. narrans Selurum quendam latronē Siculum, qui se Aetnæ filium prædicabat, & pæne integro exercitu latronum finitima loca deuastabat, captum, & Romę supplicio affectum: spectatorem se fuisse affirmat: sublimis enim in fabrica quadam excelsa, quasi in Aetna inclusus præceps cum tota machina in foro datur in solutiles bestiarum caueas ad id paratas. D

Eiusmodi machinæ etiam in triumphis circumferebantur, vt apparet in descriptione Iosippi lib. 7. de bello Ind. cap. 24. in quibus & captiui hostes, & vrbium populationes visebantur, &c.

Eiusmodi quæ describuntur à Cassiod. lib. 5. var. epist. 42. in gladiatorum, siue arenariorum, seu venatorum ludo: per te lege.

Neq; admodum dissimilis, quę à Polluce li. 4. & Eustathio vocatur ἐκκύκλημα, lignea, scilicet machina in theatro, qua circumagenda spectatorib. ostēdebatur quicquid secreti agebatur in scena.

Qualia theatra Curionis eius, qui bello ciuili in Cæsarianis partibus obiit, funebri patris munere, quæ indignabundus admiratur Plin. theatra duo iuxta fecit amplissima è ligno, cardinum singulorum versatili suspensa libramēto, in quibus vtrisq; antemeridiano ludorum spectaculo edito inter sese auersis, ne inuicem obstreperent scenæ, & repentè circumactis, vt contra starent E

postremo iam die descendētibus tabulis, & cornibus inter se coëuntibus faciebat ampbitheatrum, & gladiatorum spectacula edebat, ipsum magis auctoratum populū Rom. circumferens.

Enimuerò auctor lib. de mundo attributi Aristoteli, ingeniosè Dei procurationem, quæ hanc vniuersitatem moderatur, explicat comparatione ab his machinis ducta, non secus, inquit ex interpretatione Budęi, atque illi machinatores F solent, qui instrumento vno demittendo multos, & varios effectus edunt: aut, vt illi præstigiatores faciunt, quos neuros pastas ob id appellāt, quòd imagunculas animatas esse fidiculis ductitandis ementiuntur: qui cum funiculū ipsi, aut neruum adduxerunt, cieri ceruicem, & manum quasi animantis simulacri, humerumq; itidem, & oculum faciunt, interdum etiam omnia membra, idque quadam cum venustate atq; æqualitate motus. Hoc igitur modo natura diuina, &c. A

Quod ipsum mutuatus eiusdem inscriptionis lib. ad Faust. filium L. Apuleius ita latinè expressit. at non eiusmodi compendio machinatores fabricarum astutia vnius conuersionis multa, & varia pariter administrant etiā illi, qui in ligneolis hominum figuris gestus mouent, quando fi- G lum membri, quod agitare solent, traxerint, torquebitur ceruix, nutabit caput, oculi vibrabunt, manus ad ministerium præstò erunt, nec inuenustè totus videbitur viuere: haud secus etiam cœlestis potestas, cum initium scientia, & salutifera opera mouerit, ab vno ad secundum, & deinceps ad tertium, & vsq; ad supremum attactu continuo vim suæ maiestatis insinuat, aliud alio commonetur, motusq́ue vnus alteri mouendi se originem tradit.

Huc omnia pertinent opera, quæ sponte sua mouentur, & nulla aperta caussa, & machinæ omnes versatiles, quarum non apparet motus caussa: qualia sunt quæ Græci nominãt αὐτόματα, & νευρόσπαστα. & Paulus I.C. L. cetera de lega. automataria, quæ & aquæ beneficio artificiosè ductæ fieri demonstrat in Pneumat. Hero, quę ipsa non H tam ad pegmata, quã pegmata ad automata sunt referenda, quæ dicuntur νευρόσπαστα in statuis maximè sunt insignia, quorum vel singula, vel vniuersa membra certis neruis, & fidiculis in hanc, vel illam partem modo, ac ratione venustè, conuenienterq; mouentur sic, vt viua videantur, ac si interna motus caussa essent prædita, vt quæ passim circumferri solent à circulatoribus actiones inter se diuersas referentia amplexuum, osculorum, ictuum, pugnarum, ac similium: quorum est memoria in Euterpe, id est lib. 2. Herod. & in lib. de Dea Syria Luciani.

Tales mihi videntur fuisse Tripodes Vulcani apud Hom. Il. Qui rotis acti spontè in Deorum cœtum prodibant ipsis, vt opus habebant, inserituri, & perfecto ministerio recedebant; quorum meminit lib. 1. Polit. Arist. cap. 3.

Similia opera fuerũt Dædali artificis omnium celeberrimi, ante quem cum fingerētur animalium formę cæcę, & immobiles primus ipse oculos induxit, & neruis quibusdam accommodatis effecit, vt huc, illucq; mouerētur, ex quo illud Plat. in Menone dictum, signa Dædali vinciri, ne F aufugiant: & in Hippia maiore, quasi viua prędicat, vt in Eutyphrone, & Arist. lib. Pol. c. 3. cum de instrumentis loquitur opificum, & seruis dominorum, & lib. 1. de anima c. 3. refellens Democritum ita motum animæ explicãtem, vt ipsa prius mota moueat corpus, non secus atq; Philippus Comicus ligneam Venerem scripsit à Dędalo fabricatam, quæ infuso argento viuo moueretur.

Quæ verò nominantur à Vitruuio Merulæ, ea sigilla erãt, quæ coacto spiritu aquarum pressionibus arte hydraulica voces edebant, vt & engibata, quæ motum, incessumque ementiebantur; adi Vitruuium li. 10. c. 12. inuēta fuerunt Ctesibij.

Automaton fuit globus ille vitreus Archime- K dis, in quo circulorum, & signorum cœlestium conspiciebantur motus, nobilissimus tũ eximia repertoris ingeniosi arte, tum arguto boni laudatoris Claudiani Epigrãmate: ingens præterea nauis, quę & expeditissimè, & securissimè æquora verrebat, vt pnëticè loquar, de qua Ath. li. 5. c. 7. Proclus li. 2. c. 3. & Pappus in Mechan: & Cochleæ Aegyptiæ, quibus profunda terræ aquis exhaurirentur, siccarenturq́ue fodinæ metallorum: & columba lignea per seipsa volans.

Homo à Siculis πολυμήχανος nominat' à Rom. Briareus, & Centimanus; eo nihilo inferior patrũ nostrorum memoria Io. Regiomontanus ferrea musca condenda, quæ ex eius manu egressa circũuolitabat conuiuas, & quasi defessa in domini redibat manum: Aquila item, quæ aduentanti Carolo V. Imp. obuiam sublimè volãs processit, & ad portas vsq; Norimbergæ lōgo interuallo est comitata, auctor P. Ramus a. lib. procem. Math.

Automata item sunt horologia solaria Anaxi- L mandri inuenta, vt Laërt. tradit li. 1. vel eius discipuli Anaximenis, vt Plin. lib. 2. c. 76. placuit: sed quibus nunc vtimur, ea Boëth. Seuerinus excogitauit, quæ videlicet libratis aguntur ponderibus, quorum artificia, cum diu in obscuro iacuissent, & pænè ignorarentur, Io. Gal. Vicecomite Insubrum domino, visum in Italia horologium index non modo horarum, sed etiam siderum, anni temporum, solis, ac lunæ viarum, erat id in Ticinēsi Castello cuius opifex à me nescitur: scitur reparator abiectus cetera homulus, sed ingeniosus artifex Iannellus Cremonensis, qui delatum Bononiam ad Carolum V. hoc horologium malè compactū, & nimia vetustate fatiscens, refici quidem affirmauit posse, sed inutile futurum attritis, exesisq; rubigine ferris: itaq; nouum veteris instar con fecit, quod in Hispaniam terram M deferri voluit Imp. habito apud se honestissimè magistro, auctor Bern. Saccus lib. 7. hist. Ticin.

Alter Bern. Scardæonus lib. 2. hist. Patau. Classe 9. narrat eum, qui Aggregatoris à medicamen-

torum

torum collectione innenit nomen, Iacobū Dondum, admirabilem confecisse horologij machinā vsum excellentis fabri Antonij Patauini opera, qua horæ diei, noctisq; annuus solis cursus in signis Zodiaci, & menstrui aspectus lunæ, vt in cœlo demonstrabantur, quin etiam mensium, & festorū dies: à quo tam nobili inuento, abrogaro primo cognomine, tam ad eum quam ad omnes posteros cognomen transiit horologiorum: visebatur hæc machina in turri Vbertini Principis Carariensis.

Recētius illud Bern. Caranagij ingeniosissimi Ticinensium Fabri, qui Clarissimo I. C. Andreæ Alciato horologiū confecit, quo, qua hora vellet de somno excitaretur, & lumen ei accenderetur: nam vt signum horæ dabatur, simul ignis è silice inserto excussus incidebat in subiectum sulphur, ellychniumque inflammabat, auctor idem Saceus.

N His non cedunt horologia nostrorū temporum lignea ingeniosissima similiora pegmatum msteriæ eodem horarum, ac signorum vsu mortalium genus iuuantia. Huiusmodi leges plurima in libris Mathem. Mechan. Architecturæ, & id genus commentariis.

Huc pertinet quæ à Græcis γέρανος, Machina, scilicet Gruum modo, qua Architecti saxa ingentia humo tollunt in altum: nam Grues in terram capiendi lapidis caussa descendunt, & pede retinent, vt per altum volantes demisso lapide ex decidentis moueantur strepitu, num suprà mare volent, an suprà terram, vt Suid. notat & Schol.

O Arist. auibus, siue, vt probabilius credit Plinius lib. 10. cap. 23. vt laxatus somno, & decidens, indiligentiam coarguat: siue nomine ducto à similitudine Gruis, de qua machina lege Vitruuium.

Paulus ex Labeone lib. πιθανῶν 2. lib. penult. de act. emt. si periculosam rem ante venditionem facere solitus est, culpa sua id factum esse videbatur, puta eum fuisse seruum, qui per ὑπονόμων γερίνων descendere, aut in cloacam demitti solitus esset.

Iul. Pollux. lib. 4. cap. 19. decursionem Gruis ita dictam exponit, cum ex sublimi theatri parte per machinam quis delapsus rapit aliquem, & sursum secum asportat, vt cum Aurora Memnonem, Iupiter Ganymedem, luna Endymionem; quod citra periculum fieri vix poterat.

P Mea quidem sententia hęc ad Deum machina referri potest: quæ quidem in Tragœdiis innenta olim fuit ad Deum aliquem cælitus in scenam inducendum, inde enim nomen, θεὸς ἀπὸ μηχανῆς. Soluebaturq; per hunc totius fabulæ actus, neq; aliter putabant solui posse propter summam difficultatem, quæ ex turbis, rixis, & contentionibus sæpè inter homines solent existere: exemplum in Iphigenea, & Helena Euripid. In quibus per machinam hæc numina, Minerua, Castor, & Pollux inducuntur: quem morem non valdè probat Hor. ep. ad Pisones, nisi cum aliquid inciderit, quod labore, atque industria hominum confici non possit, & ope, ac potestate indigeat cælitum.

Nec Deus intersit nisi dignus vindice nodus, &c.

Prǽsertim in comœdia: quare Iupiter à Plauto inductus nomen commutauit Amphitruonis comœdiæ in Tragicomœdiam: & acerbius reprehendit in poët. Aristot. & è medio tolli vult; rum quia pręter verisimile sit (neque enim inter mortales versantur Dij, nec versari par est) tum quòd ingenioso, & prudenti poëtæ danda est opera, vt fabulæ solutionem ex ipsa petat fabula, quod seruauit cum laude Sophocles, non ex iis, quæ extra fabulam sunt, quia parum congruens, & consentaneum arti. Q

Itaque pulchrè Cicero lib. 1. de nat. Deorum præstringit ex hoc more Tragicorum philosophos his verbis, vt Tragici poëtæ, cum explicare argumenti exitum non potestis, ad Deum confugitis, Plat. in Cratylo locum imitatus: est & insignis locus Polybij, cum de Annibalis Alpium transitu loquitur, vt pletaque alia veterum scriptorum illustria testimonia missa faciam, quæ ex adagiorum volum. potes decerpere Chil. 1. Cent. 1. num. 68. Aristot. verò oratio est ad finem libri hunc morem redarguentis: exempla non profero, quæ satis illustria, & multa producit eruditissimus hoc Aristot. loco interpres Robortellius: vbi Arist. non patitur excellentes poëtas hoc more vti in scenam Deum per machinam inducendi, nisi ad res præteritas explicandas, aut ad futuras, quæq; mox fieri deberent, modo egeant prædictione, ac præceptione, cum alio modo neqneant à nobis cognosci. R

Portò Carcinus Tragicus poëta, quòd nimius esset in hoc Dei ex machina vsu, inducebat enim creberrimè Deos vel in scenam prodeuntes, vel è scena abscedentes: siue quod res prodigiosas ceteris frequentius in scena ostentaret, nomen inuenit πολυμηχάνου, vt exponit Suidas in voce Καρκῖνος, qui propterea & μηχανοδίφας nominatus, quasi indagator, & inquisitor machinarum. S

Indicauit Cælius lib. ant. lect. 14. cap. 8. τὸ δωδεκαμήχανον ἄστρον ab Euripide in Hypsipyle dici, non exposuit, cur: Ego suspicor 12. Zodiaci signa intelligi, tanquam 12. machinas, & quasi instrumenta solis, quibus vniuersum cœlum percurrit, & quæ in terris sunt, producit, alit, vegetat, conseruat, perficit: sic enim sol est δωδεκαμήχανος ἀστὴρ vel δωδεκαμήχανον ἄστρον, & ij honestè δωδεκαμήχανοι dicuntur, qui scientia sunt multiplici, & moribus versuti.

Pegmares gladiatores qui fuerint, doceat Iustus Lipsius lib. 2. Saturn. Festus verò paulo aliter pegmata accepit, quàm ceteri: scripsit enim fuisse armamenta ex ære, aut marmore, quæ vt T

plurimum in atriis, quandoq; in porticibus, aulisque figebantur maiorum, aliorumq; fortium virorum gesta certius, quàm pictura, ostendentia; vide Lipsium cap. postremo libro de amphitheatro, & secundo libro Saturn. capite quadragesimo quinto.

Quoddam iuris corpus à duobus Julianis conditum ostenditur: & quale illud fuerit.

CAPVT XII.

A CICERO significat iam suo tempore ius Romanum vel ex 12. tabulis, vel ex edicto prætoris dici, & peti consueuisse, in Bruto, lib. de leg. & alibi: edictum verò nominabatur ipsum prętoriorum edictorum volumen; & primus quidem Ser. Sulpicius, quem mirificè laudat Cicero de cl. orat. Q. Mutij discipulus magistro præstantior videtur fuisse, qui duos libros, & breuissimos ad edictum scripsit: primus tamen, qui diligenter edictum Prætoris composuit, A. Ofilius eius auditor fuit.

Secutus Saluius Iul. I. C. Mediolanen. maiori diligentia edicta omnia prætorum, quæ quidem perpetuæ iurisdictionis forent, collegit, edictumque perpetuum volumen ipsius nominatum. Eutrop. lib. 8. in Saluio Iul. hoc affirmat, & quidem sub D. Adriano: cuius & Agell. meminit B duobus locis, si bene ego memini: quod quidem ita Adriani, & Senatus Imperio comprobatum fuit, vt ex eo ius voluerint in posterum dici. Hæcque causa est, cur, cum Iustin. prætorij edicti perpetui Iulianum prædicet ordinatorem l. penult. C. de condict. indeb. tamen compositionem adscripserit Adriano in sua ep. latina ad Senatum, & omnes populos.

Et sanè apparet hoc volumen tanquam fontem vniuersæ post oppressam libertatem Reipublicæ extitisse iurisprudentiæ, & quasi archetypum Pandectarum: quam sæpè enim libri commemorantur ad edictum Vrbanum? ad ed. præt? ad ed. perpet? quam multos ad hoc edictum no- C bilissimi I. C. Caius, & Domitianus, Vlpianus, ac Paulus commentarios scripserunt? ita verò composuerat Iulianus, vt aliquid interdum mutaret ex antiquis conuenienter, atq; aptè ad suorum temporum faciem, & mores; quod peritè demonstrat Fr. Balduinus in elegantibus suis ad Pand. notis.

Caussa verò condendi edicti perpetui, hæc videtur fuisse, sed altius repetenda. Obseruandum igitur ius Ciuile illud propriè dici, quod est Romanum vniuersè, vt primo de Orat. libro Cicero & secundo de leg. indicat. peculiariter verò, iuris Romani partem, hoc est, vel legem 12. Tabul. vel ius illud, quod sine scripto primùm natum est ex interpretatione prudentum & fori disceptatione.

Prima illa pars iuris scripti dicitur lex, tametsi legis vocabulum propriè de 12. Tabulis su- D mebatur: secunda pars, appellantur plebiscita, quæ & legis habere interdum solebant nomen: tertia pars, erant Senatusconsulta, quæ quam haberent vim ex Varr. notat Agellius libro decimo quarto, capite septimo, & docet Cicer. tertio de legibus, quarta pars Cæsarum placita, quæ plerumque erant Senatusconsulta, quibus antiquiora fuerunt prætorum edicta, quæ & vt S. C. sensim propter suam æquitatem inualuerunt, & vim obtinuerunt legis: certè iuris Romani quo vtimur, præcipuam continent partem.

En tibi Liuium libro quinto ita scribentem prætori datam fuisse omnem publici, priuatique iuris potestatem, quæ tamen propriè in iurisdictione erat sita: & cum prætores ius va- E riè dicerent, iussi aliquando fuerunt sua edicta habere perpetua, quibus cum non viderentur successores tenere, placuit Adriano edictum tale perpetuum edere, vt licet prætores mutarentur, iurisdictio tamen eadem maneret: olim enim ad summum annua erant prætorum edicta, iisque finem adferebant, vt loquitur Cic. Calendæ Ianuariæ.

Hæc ergo fuit Iuliano caussa horum edictorum in vnum volumen colligendorum, & ab Adrian. Imper. confirmandorum: ita ad legis, perpetuique iuris peruenerunt auctoritatem: hunc nimium liberè, ac licenter imitati postea sunt, qui iussu Iustiniani iuris antiqui ex tam multis Iurisprudentium commentariis, ac disputationibus corpus vnum concinnarunt, cum præsertim ita mandasset, librum ordinari digestorum, siue pandectarum, vt ordinem perpetui edicti sequerentur.

Quod & fecit Hermogenianus cum epitomôn libros componeret adiectis tamen aliis titulis, qui edicto perpetuo non erant: cuius qui- F dem tres præcipuæ partes videntur fuisse: prima dicta τὰ πρῶτα. Secunda de iudiciis, tertia de rebus: quod si rerum, de quibus agitur, species multitudinem, & commentarios in id conscriptos, iure breuissimum, hoc est, βραχύτατά τινα Iustiniano intelliges appellatum.

Nam Vlpinianus libros octoginta tres, ad edictum scripsit, Paulus 80. vt nihil mirum videri debeat, si Iostin. queratur edictum perpe- G tuum multis interpretum commentariis olim fuisse conturbatum, ideoque vetat suas pandectas commentariorum accessionibus onerari. Atque vtinam cum semel cœperunt, ac semper Interpretes commentariis aduersus hoc Imper. iussum pandectas onerare, latinè scissent, atque græcè, eis profectò successisset felicius ad famam, posteris ad intelligentiam.

Notandum verò folitos Prætores Vrb. cum inibant magiſtratum in concione populi viua voce edicere, quid eſſent toto ſuo magiſtratu obſeruaturi in iure dicendo, quod Cic. indicat lib. 2. de fin. bon. & mal. deinde illa ſua edicta in Albo, vel alia tabula conſcripta edebant, & publicè proponebant, dicebanturque tum perpetua, id eſt, iuriſdictionis perpetuæ, vt eſt ab Vlp. explicatum in Pand. lib. 2. tit. 1. de iuriſd. ex quibus lege etiam Cornelia tenebantur toto ſuo magiſtratu ius dicere: nam alia erant temporaria, & vnius alicuius tantum cauſſæ, quæ, prout

H res incidebat, proponebatur, vt ibidem Vlp. tradit, quale iudicium peremtorium, vel citatorium tantum; qualia etiam Prætores, & Quæſtores, quorum alioqui nulla propria erat iuriſdictio, conſueuerant proponere: cuiuſmodi C. Alfij de maieſtate quærentis edictum in epiſt. Cic. ad Q. F. quo quidem adeſſe in iudicio A. Gabinius maieſtatis reus iubebatur.

Sed propria tantũ illa prætoris Vrbani erant, quæ Romæ proponebat, aut præſides in prouinciis; quorum Album, id eſt, tabula quædam dealbata formulas continebat actionum, ex quo vſurpatur producere aduerſarium in Album eodem lib. tit. 13. de non edendo cap. 1. inde

I Cic. pro Q. Roſcio Com. propoſitas publicè à Præt. formulas, &c.

Porrò vt edicta ederent iuſta Prætores, & ne cum alterius iniuria ius nouum, atque inſolens dicerent, alia lege opus fuit, quæ extat tit. 2. quod quiſque iuris in alterum ſtatuerit, vt ipſe eodem iure vtatur: id quod habere ſummam æquitatem affirmat Vlp. cum Cic. ad Q. F. de Cn. Octauio ſcribens, morem indicet acerbiorem fuiſſe: quaſi æuo ipſius nondum hoc edictum exiſſet, vt ipſi ius, quod aliis dixiſſent, ſibi quoque dici paterentur: nam veriſimile eſt non ſuppreſſurum, cum C. Verris iura, iudicia, decreta noua tam multa commemorat, & accuſat.

Sic igitur Cicer. quæ in magiſtratibus iniurioſè decreuerant Sullani homines, eodem ipſis priuatis erat iure parendum: hæc illius ſeueritas acerba videretur, niſi multis condimentis humanitatis mitigaretur.

Quid autem edicto perpetuo contineretur, ſummatim collegit, & explicauit Catecheſi iuris

K Ciuilis Fr. Balduinus. Quod & tranſlaticium nominatum hanc ob cauſſam, quod propter exemplum, & vim æquitatis, & prætoriæ dignitatis honorem, alij prætores ſequerentur, quod rectè alius prætor ſcilicet Vrbanus, antea edixiſſet, & in prouinciis quiſque ſoleret in iure dicundo repetere quod in vrbe edixerat, quaſi ex vrbano edicto in prouinciale tranſlatum: ſic Aſcon. Pedianus notat à Cicer. 3. in Verrem nuncupatum. quod ſinguli prætores à deceſſoribus ſuis mutuatum in ſuum transferebant.

Qui ergo hoc edictum confecit, id eſt, edictorum collectionem, Saluius Iulianus fuit, cuius meminit in Adriano Spart. ſcribens Adrianum, L

cum iudicaret, in conſilia adhibuiſſe non amicos ſolum, aut comites ſuos, ſed Iuriſconſultos, & præcipuè Iulium Celſum, Saluium Iulianum, Neratium Priſcum: & Iulius Capit. in Ant. Pio, multa de iure ſanxit, vſuſque eſt Iuriſperitis, Vinidio, Vero, Saluio, Valente, &c. rurſus Ael. Spartianus, Didio Iuliano, qui Pertinacis in Imperio ſucceſſor fuit, proauus fuit Saluius Iul. bis Coſ. præfectus vrbi, & I.C. quod magis eum nobilem fecit, auunculus Saluius Iul. auus paternus Inſubris Mediolanen.

Non ergò nepos, vt Eutrop. ait, ſed pronepos Iuriſconſulti Imperator fuit. vt Spart. teſtatur: & Sex. Aur. Victor errat vtrumque miſcens; de Imperatore enim Iuliano hoc, vir nobilis, inquit, iure peritiſsimus, factioſus, præceps, regni auidus. vt Euſeb. in Chron. Iuliani I. C. ſcelere occiſum Pertinacem narrans.

Nec Iuriſconſultum hunc agnouiſſe videtur M

Io. Marius Catan. alioqui hiſtoriæ peritus: nam in lib. 1. epiſt. Plinij epiſt. ad Arrium Clem. qua Euphratem philoſophum non meritis laudibus cumulat, ad illa verba, ſocer Pompeius Iulianus. addit, extant in Digeſtis frequentiſsimè reſponſa Iuliani I. C. celeberrimi; hunc eſſe innuens, qui tamen non Pompeius, ſed Saluius erat, cuius decreta iuſsit aboleri Seuerus Imp. vt ait Spart. ſed non obtinuit. Cur autem? odio Iuliani pronepotis Imperatoris, cui in Imperio ſucceſſerat, & cui per Senatum Imperium abrogarat, quem & occiderat per gregarium militem, &c. Nam & omnes eius amicos proſcriptioni, ac necidedit.

In I.C. Iuliani laudem extare hoc epigramma N

affirmat lib. 2. diſpunctionum cap. 27. Alciatus extat lib. 4. epigr. tit. 1.

Τοῦτον Ἰουλιανὸν νομικῆς φάος ἄστεν ἰδοῦσα
Ῥώμη, καὶ Βηρύτη, πάντα θεοὺς δύνασθαι.

Ita Latinè verſum ab eodem:

Iulianum Beroe leges mirata docentem,
Romaq; Diis poſſunt omnia, dixit, agi.

Alter Iulianus patricius & exconſule Iuſtiniani conſtitutionum, & νεαρῶν, quas Nouellas appellant, Græco ſermone editarum, volumen confecit authentici nomine exornatum, & cum luxuriarent, & prolixiores eſſent, in compendium Latinè ſcriptum redegit, & nunc titulo circumfertur Nouellæ, legitimus Iuſtiniani partus; licet vt Spurium, Iuriſconſulti non admittant.

Authentici nomine interpretatus eſt Accurſius tranſlationem ſecutus barbaram celebris alioqui I. C. Bulgari, quæ ex Græco fonte ad litteram κατὰ πόδας vocat Iuſtin. l. 11. C. de vet. iur. enucl. verbum verbo reddere dices Latinè ad pedem litteræ vulgo deriuata eſt: neque ita pridem hæ νεαραὶ Græcè editæ fuerunt, ſed aliquot

locis mutilæ, & Latinè conuersæ à Greg. Haloandro.

Quæ generalia, quæ propria diluuia terrarum aqua, & ignis ex profanis, & sacris libris explicatum.

CAPVT XIII.

A DILVVIVM, & politè magis eluuionem, eluuiem, ac diluuiem poëtæ dicunt, toti orbi commune, hoc est, inundationem omnium terrarum ex immodicis imbribus, aut maris etiam, fluuiorum, lacuum, cæterarumque terrenarum aquarum incrementis, & alluuionibus multiplex fuisse Aegyptiorum tenuit opinio, quam grauis in primis Philosophus, sed nimium credulus, Plato amplexus est multis locis: nam in Timæo Aegyptium sacerdotem facit hoc modo loquentem, vt explicet, cur, quæ maximè diuturno fuerunt tempore, & pænè æterno, ignorentur, quoniam sæpè genus hominum & frequentibus eluuionibus, & exustionibus creberrimis periit.

Quod ipsum 3. de leg. lib. & in polit. & in Critia sub Atlantidis insulæ typo, quæ vniuersæ est symbolum terræ, affirmat, & Platonicè disserens apud Cic. lib. 6. de rep. in ea parte, qua Scipio suum commemorat somnium, futuras affirmat eluuiones, exustionesque terrarum, quas accidere tempore certo necesse est.

B Et cum suis Stoicis Anneus Sen. non aquarum tantum generale futurum diluuium, sed etiam fuisse, vt constat ex iis, quæ disputat libro 3. quæst. nat. capite 27. caussam quærens, cur magna pars terrarum vndis obruenda sit, cum fatalis diluuij venerit dies. Qui & 28. cap. eos refellit, qui immodicis imbribus vexari terras posse existimarunt, non obrui: magno, inquit, impetu magna feriendæ sunt. Idem asserit de conflagratione, addens cap. 29. Berosum affirmare cursu ista siderum fieri. Sed nugæ hæc, & fabulæ.

Vnum tantum ex sacrarum litterarum monumentis agnoscimus vniuersale diluuium sub Noë, siue Noah, vt Hebræi loquuntur, Nochum, vel Noachum multi dicunt, anno orbis conditi C 1656. plus minus, cuius etiam apud profanæ historiæ vetustissimos scriptores, aut clara, aut obscura memoria; tametsi contra S. August. opinatur cap. 8. libro 18. de Ciuit. Dei, quem duo Valentini Viues, & Pererius noster magna rerum, & verborum cognitione valentes excusant, quòd ea memoria non Græcæ, neque Latinæ sit historiæ, sed barbaricæ, quasi verò Eupolemus, NICOLAVS Damascenus, Abydenus, Mnaseas, & Alexander Polyhistor Græca non scripserint, & Græcè, & ferè Græci fuerint.

Ergò Iosippus libro primo, ant. Iud. capit. 4. Berosi Chaldæi, Hieronymi Aegyptij, Mnaseæ, & Nicol. Damasceni profert testimonia, apud quos disertis verbis arca, & diluuium memorantur: & Eusebius Cæsar. libro 9. de præpar. Euang. initio cap. 4. producit Abydenum historicum, & S. Cyrillus libro primo contra Iulianum Alexand. Polyhistorem eadem affirmantes.

Obscurior memoria est apud Plat. in Atlant. D vbi docet diuinam illam Atlanticam sobolem dici legibus parentem, & pietatis cultricem in multa sæcula durasse: sed cum diuinus ille satus à Dei cœpisset similitudine degenerare, omniaque turpitudo occupasset vitiorum, Deum Deorum Iouem meritis eum pœnis, vt corrigeretur, affecisse notat Euseb. lib. 12. de præpar. Euang. cap. 10. & apud eundem Plat. 3. de leg. in ferme initio C. apud Suid. ex nescio quo Græco narrantem, priscum quendam ante Deucalionem fuisse Nannacum Regem, qui futuræ eluuionis præscius omnibus in templum accitis vota Deo lacrimans fecerit: ab eo ortum adagium, cum res antiquissimas volumus indicare ἀπὸ Ναννάκου, quo vocabulo Noachum suspicor intelligi corruptè à Græcis ita nominatum.

Hinc fortasse Berosum illum suum Ioan. Annius finxit dicentem, Noë siderum obseruatione deprehendisse imminere diluuium, & sibi naui consuluisse, à quo non abhorruisse miror homines Christianos, in quibus discipulus quidam Alberti Magni censetur, & Cardinal. Aliacensis quæstionibus in Gen. & fortasse reponendus Gul. Parisiensis in 1. p. operis de vniuerso: censent enim potuisse Astronomica ratione præsciri, ac præuideri diluuium: & apud Plut. lib. de solertia animal. qui ex fabulis, vt ait, narrat, Columbam ex arca emissam Deucalioni certum detulisse tempestatis indicium regressam; serenitatis, cum rursus auolasset.

Ita Deucalionis commune fuisse diluuium, atque idem Noë diluuium scripsit S. Iustinus mart. & Philosophus apol. 1. pro Christianis ad Senatum Romanum, secuti eum August. Eugubinus libro septimo, de perenni Phil. cap. 5. & Natalis Comes libro 8. Mythol. capite 17. ex Plutarcho vterque, licet S. August. & alij separent verius, vt & post Orosium libro primo, cap. 9. Genebrardus lib. 1. Chronol. ante hos Eusebius in Chron. & lib. 10. de præpat. Euang. cap. 3.

Obscura item apud Plin. lib. 5. cap. 13. cum ita scribit, Ioppe Phœnicum, antiquior terrarum inundatione, vt ferunt; quod repetit Mela libro 1.

bro 1.cap. 21. & Solinus cap. 37. non enim videtur, vt aiunt quidam, posse ad peculiaria di- G luuia referri, quæ Græciæ terminis circumscripta fuerunt: quamquam nihil repugnat de celebri illa apud Græcos Deucal. inundatione accepisse, quam, vt Ouid. descripsit primo libro Metam. toti orbi existimabant commu- nem.

Neque hic sumo refellendum Annij Xenophontem in æquiuocis, duplex agnoscentem diluuium Ogygium; alterum totius terræ sub prisco Ogyge, qui fuit Noë: alterum priuatum Atticæ sub Ogyge Attico, qui & Boeoticus: satis enim per se auctoris huius vanitas manifesta. cum nulla omnino historia duos faciat Ogyges, sed vnum tantum Atticum.

Extat Adronis cuiusdam Teij apud Steph. de vrb. testimonium arcam memorantis, id est, λάρνακα ex diluuio relictam, quæ, quod ad Parnassum montem appulisset, propterea nomen olim habuisse Larnassi, vt & Schol. Home- H rici 1.lib. Iliad. & Luciani ipso fermé initio Timonis, qui nominat κιβωτὸν, & indicat se pro communi totius terræ Deucal. habuisse diluuium: quod potuit cum Noëtico miscere, quod iam in sacris Bibliis, vt aliquando Christianus, legisset.

Venio ad priuata diluuia, quæ Annij Xenophon quatuor commemorat, primum Niliacum menstruum sub Hercule & Prometheo AEgyptiis: secundum sub Ogyge Atticæ Rege in Achaia bimestre: tertium sub Deucalione in Thessalia, trimestre: quartum Pharonicum sub Proteo AEgyptio in raptu Helenæ, quod, quamdiu durauit, non exponit.

I Nos ita. Primum diluuium vni orbis parti solum peculiare, cuius extet memoria, Ogygium fuit, ita Eusebius in Chron. & S. Augustinus loco citat. ante hos Clem. Alexand. libro primo Strom. & Porphyr. libro quarto eorum, quos aduersus Christianos euomuit, quem secutus est Africanus: adfertur item Diodori testimonium, quod nullum ego in eo reperio.

De quo diluuio ita Euseb. libro 10. de præp. Euangel. capite tertio, loquitur, vt accidisse tradat Inachi tempore, qui rex Argiuorum primus fuit annis 150. post Mosen, cum mox sub Phoroneo scribat Inachi successore.

Rursus maximum fuisse hoc diluuium in Attica, quod temporibus Mosis fuisse probat ex iis, quæ scripsit Porphyrius, eamque terram vsque adeo afflictam, ac vastatam, vt 199. annis pænè incolis deserta manserit vsque ad Ce- K cropem: nam si qui fuisse reges dicuntur, ex Philochori sententia, regum tantum nuda fuerunt nomina.

Quare in eundem annum incurrerunt exitus Indæorum ab AEgypto, & Ogygis diluuium, quod esse falsum peruicit Pererius in Gen. scribens, & in Daniel. libro 11. quæstio. 20.

In Chron. Euseb. reponit inter annos mundi 3430. & 3440. annis. 480. post diluuium sub Noë, cum Genebr. lib. 1. Chronol. annis 230. ante Deucalioneum statuat: difficilis annorum hæc ratio, & tam pænè varia, quàm scriptores inter se varij.

Secundum in Thessalia fuit rege Deucalione, annis plus minus 800. à diluuio Noë, quo visum Græcis genus omne mortalium interiisse, quod sanè Ogygio recentius omnium sententia, siue fuerit Ogygium Inacho Rege, siue Phoroneo.

Sic enim Clem. lib. cit. res Argolicæ, quæ ini- L tium ducunt, vt vult Halicarn. in temporibus ab Inacho, antiquiores Atticis quatuor generationibus: hæ vero à Cecrope, incipiunt, vt placuit Tatiano: Atticæ Arcadicis nouem generationibus, hæ verò à Pelasgo exordiuntur: hæ rursus quindecim generationibus præcedunt Phthioticas, quarum ducitur principium à Deucalione; Phthiotia verò pars erat Thessaliæ, cui toti Deucalio imperitabat, Strabo lib. 9. affirmans, sepulcrum eius Athenis ostendi, vt in Cyno Pyrrhæ eius vxoris, à quibus & duæ Insulæ nomen acceperunt Pyrrha, & Deucalion.

Euseb. ita libro decimo, cit. quæ apud Græcos mirabilia narrantur omnia, Cecrope fuerunt recentiora, in quibus Deucalioneum reponit diluuium, ita Mose posteriora; nam Cecrops, vt idem ait in præfatione Chron. æqualis M fuit Mosis.

A Cecrope vsque ad excidium Troianum 400. circiter intercesserunt anni, 329. ait citat. præf. in his reponitur Deucalionis diluuium, & Phaëthontis incendium, hoc est, inter annum conditi orbis 3670. & 3680. & in hoc magna diuersitas.

Tertium AEgyptium, siue Pharonicum Diod. libro secundo, quo horribilis AEgypto illata vastitas, sic vt Pharos Insula diu absorpta fuerit, quæ quondam, vt scribit Plin. libro quinto, capite 31. diei nauigatione distabat ab AEgypto, vt & libro secundo, cap. 85. & libro 13. cap. 11. Quare hæc eluuio plus centum milli- N bus passuum terrarum occupauit, vt iam nimis arroganter illud vsurparint AEgyptij, vt est apud Diodor. libro primo, de ant. gestis Fab. à diluuio Deucalionis liberam fuisse AEgyptum beneficio Nili; ac si hoc diluuium terras alias occupasset præter Thessaliam: & tunc liberare eam potuerit, non tum, cum Pharon inuasit, & oppressit: incurrisse videtur hoc in annum mundi plus 3000.

Addi

Addi potest quartum, cuius recordatur lib. 6. Diodorus narrans, traditum à Samothracibus maximam quandam ante Deucal. extitisse aquarum eluuionem ab ostio Cyaneo, atque Hellesponto erumpentem. argumentū ex hoc, quod piscatores traherent inter piscandum lapidea columnarum capita in terram.

Horum, & cæterorum priuatorum Arist. meminit extremo ferè 1. lib. Meteor. & lib. de mundo, docens horribiliter afflictam Græciam elu-
O uione illa Deucalionea. & lib. 2. non longè à fine maximè vexatam inundationibus Achaiam, ex quibus Insulas ortas, quæ ante non eminebant.

Minora porrò diluuia commemorare non est necesse, cum eo lib. quo multa de Delo obseruauimus, multa retulerimus, quæ vel terræmotibus, vel aquarum ex alueis recessu, vel flatuum, ac ventorum procellis vehementioribus, vel astrorum concursione, & id genus caussis accidisse narrant præter Plat. Arist. Sen. Apul. S. Aug. & Euseb. Cæsar. Herodotus, Strabo, Plin. Eutropius, atque Orosius, aliique, inter quæ illud maximè illustre quod ex Nicol. Dam. lib. 104. hist.
P Athen. lib. 8. cap. 1. refert cum pugnante Mithridate ex terræ motu circa Apameam Phrygiæ extiterunt, quæ prius non erant, stagna, fluuij, fontes, & quæ eminebant aquæ, dehiscente tellure se se abdiderunt, & virens, salsaque humo exiliit aqua locis à mari remotissimis, quæ secum pisces, atque ostrea magna copia traxit.

Sed alia fuerunt magis communia, & quæ se latius propagarunt, vt vel integras vrbes, & regiones tegerent, & sorberent: propter quæ Tert. lib. de pallio cap. 2. ita scripsit, mutauit & totus orbis, aliquando aquis omnibus obsitus: adhuc maris conchæ, & buccinæ peregrinantur in mōtibus cupientes Platoni probare etiam ardua fluitasse: sed & enatando rursus infima mutauit, rursus orbis alius, idem mutat, & nunc localiter habitus, cum situs læditur, cum inter Insulas nulla iam Delos, arenæ Samos, & (si ille non men-
Q dax) Aeon in Atlantico, Libyam, aut Asiam adæquans quæritur nunc: Italiæ quondam latus Adria, Thyrrhenoque quassantibus medio tenus interceptum reliquias Siciliam facit, cum tota illa plaga discidij, contentiosos æquorum coitus angustiis retorquens, nomen vitij mari induit, non expuentis naufragia, sed deuorantis.

Et in Apol. cap. 40. harum mutationum nullam in Christianismo residere culpam aduersus Gentilium calumniam docens, oro vos, inquit, ante Tiberium, id est, ante Christi aduentum, quantæ clades orbem, & vrbem ceciderunt? legimus Hierapolim, & Delon, & Rhodon, &
R Coon Insulas multis cum millibus hominum pessum abiisse: memorat & Plato maiorem Asię, & Africæ terram Atlantico mari ereptam: sed & mare Corinthium terræ motus ebibit: & vis vndarum Lucaniam Italiæ abscissam in Siciliæ nomen relegauit, &c.

Attigit hoc & Arnobius lib. 1. adu. Gent. vt verò hæc illustres, Pamelium adi in hæc Tertull. loca. Ita Euseb. in Chron. anno 3. Olymp. 139. detota Caria, & Rhodo meminit quassatis: & Olymp. 145. anno 4. iuxta Theram, apparuit, inquit, insula, quæ vocatur Hiera; in quo dissidet ab Arist. qui cap. 8. lib. 2. Meteor. ante suam ætatem hoc scribit contigisse, cum posterius illo prodat Euseb. diu videlicet post Alex. Magnum, vt nihil dicam de concussione terrarum, deque incendio, quæ Berytum afflixit, ac Berœam vsque peruenit, vt Epigr. quoddam habet lib. 1. auth. tit. σέλας, S Barbucalli, immo plura.

Rursus Olymp. 10b. inter Theram, & Therasiam exorta est insula habens stadia 30. sub Nerone, vt & Oros. lib. 7. cap. 7. in Asia tres vrbes conciderunt, Laodicea, Hierapolis, Colossæ. sub Vespas. tres Ciuitates in Cypro Insula. At recido in aliud argumentum, quod paulo ante à me tractatum alio libro, monui.

Sunt item exustiones terrarum, quasi eluuiones, siue diluuia ignium: fuisse hactenus toti orbi communia nugator ille apud Plat. indicat Sacerdos Aegyptius: futuram conflagrationis vocabulo nostri Theologi ostendunt ex libris sacris, & nos in sacris obseruationibus exposuimus.

Sed & fabula est, vniuersum terrarum orbem conflagrasse malè solis currum aurigante Phæthonte eius filio, vt rem veram narrat Plato, qui T
& maximè expertas noxam hanc Italiam, atque Aethiopiam, illamque arsisse tribus locis adiūgit, & Arist. lib. de mundo, quam pertinuisse dicit ad regiones in orientem solem conuersas.

Ligurum hunc regem faciunt multi, multi verò Molossorum traducentes ad historiam: Croropi ætate, qui Agenoris fuit filius, vt Paus. tradit, Agenor autem Cadmi, qui ex Phœnicia transiit in Græciam, contigisse Clem. prodit lib. 1. Strom.

Ipsi ferè Deucalionis diluuio æquale fuit hoc incendium: vtrumque certè reponit Eusebius inter annum orbis 3670. & 3680. legi, qui eum fuisse velint tertium Cham filium, nomine Phut, qui Aethiopiam occuparit: Genebr. tamen collocat circa bis millesimum 700. annum mundi.

Mars. Ficinus cap. 5. comp. in Tim. Plat. signi- V
ficate putat, quòd Phæthon ictus sit fulmine, vastum Cometem natura solarem tandem dissolutum, æstus concitasse, qui vix possent tolerari.

Indubitata altera ex diuinis libris, non incerta ex fabulis poëtarum exustio fuit, qua Pentapolis in Palæstina, siue Iudæa conflagrauit igne diuinitus immisso è cælo, vt est Gen. 19. & epist. Iudæ Apostoli, quæ multis sæculis Phæthontiacam præcessit: nam contigit circa annum mundi 2046.

di 2046.

di 2046. post diluuium sub Noë 392. anno 51. à diuisis linguis, vt habet Chronicon Hebræorum: eius vi mare salsum, seu mortuum extitit, siue lacus Asphaltites Pausaniæ, Straboni, Plinio, quibus non?

In quo labitur Strabo cum Etatosthene libro
X 16. Geogr. hic enim Pentapolim eruptionibus conquassatam prodidit: ille vrbes 13. incendio consumtas, cum verè incendium fuerit, sed immissum cælitus; & quatuor tantum vrbes absumserit, quinta Segor propter iustum Lot seruata.

Lacus verò ille nihil præter bitumen gignit, vnde & nomen. Nullum corpus animalium recipit. Tauri, Camelique fluitant; inde fama, nihil in eo mergi. Longitudine excedit C. M. passuum, latitudine maxima 25. implet, minima sex. Ita Plin lib 5. cap. 16.

Tertium incendium longè antè Arist. tempora, quo extitit Hiera insula, & multo cinere, atque igne circumfusa sunt loca finitima, quod pluribus verbis cap. 8. lib. 2. Meteor. describit Arist. & numerari possunt alia plurima ex notis-
Y simis Aetnæ montis in Sicilia ignibus, & Vesæui in Campania, adde Lipareas, & vicinarum insularum: Aetnæ verò, Carminibus decantarunt tres poëtæ illustres P. Virg. P. Ouid. & Corn. Seuerus, vt Græcos omittam.

Vide Sen. epist. 79. qui lib. 2. nat. quæst. cap. 30. paucissimis expressit verbis. Aetna aliquando multo igne abundauit: ingentem vim arenæ virentis effudit: inuolutus est dies puluere, populosque subita nox tenuit: illo tempore aiunt plurima fuisse tonitrua, & fulmina, quæ concursu aridorum corporum facta sunt, non nubium, quas verisimile est in tanto feruore aëris, nullas fuisse.

Interdum verò, vt Plin. obseruat lib. 2. cap. 103. extremo, quinquagena. & centena millia passuū arenæ flammarum ex eo globus eructat, & cap. 106 & lib. 3. cap. 8.

Tale incendium S. Aug. commemorat lib. 3. de ciuit. Dei cap 31. & lib 4. cap. 2. quod Iul. obse-
Z quens contigisse M. Aemilio. L. Aurelio Coss. narrat hac oratione. Aetna mons terræmotu ignes super verticem latè diffudit, & ad insulam Liparas mare efferbuit; & quibusdam adustis nauibus vapore plerosque nauales exanimauit: piscium vim magnam exanimem dispersit quos Liparenses auidius epulis appetentes contaminatione ventris consumti sunt, ita vt noua pestilentia vastarentur insulæ: Orosius adiungit, multos mortales incendio absumtos, coactosq; esse desertis suis quàm longissimè effugere. Vide de alia Oros. lib 5. cap. 12.

Sed illa antiquissima conflagratio Aetnæ, & omnium celeberrima, ex qua salui, & incolumes cum matre duo filij euaserunt, vt est apud Arist. lib. de mundo, & fusius in admir. audit. cap. 126 Sed de Siciliæ freto, nilque de filiis cum matre, de Aetna quidem est cap 36. & 38. & 80. nihil tamen ad hoc, quam Sen. lib. 3. de ben. cap 37. bre- Aa
uiter complexus hoc sermone. Vicere Siculi iuuenes cum Aetna maiore vi peragitata, in vrbes, in agros, in magnam insulæ partem effudisset incendium, vexerunt parentes suos: discedisse creditum est ignes, vt vtrinque flamma recedente limitem adapertum, per quem transcurrerent iuuenes dignissimi, qui magna tuto auderent: quo prodigio præpotens Deus, quàm sibi cara esset, in Idololatris etiam, pietas, demonstrauit.

Illustrissimi verò Aetnæ ignes Christi libertatis temporibus sunt redditi, cum prodigioso illo fortissimæ, & Innocentissimæ Virginis Agathæ velo eorum franguntur, depelluntur, extin- Bb
guuntur impetus.

Quid incendia Vesæui, seu Vesuuij commemorem omnium gentium linguis, ac litteris nobilitata? De cuius regione finitima hæc Tac. lib. 4. annalium, Tiberij describens secessum, Capreas se in insulam abdidit, &c. Mox cæli tempeties hieme mitis, obiectu montis, quo sæua ventorum arcentur, &c. mox antequā Vesuuius mons ardescens faciem loci verteret.

Memorabilis illa eius conflagratio, quæ sub Tito euenit, cuius meminit cap. 8. Suet. paucis verbis, pluribus Euseb. in Chron. mons Vesuuius ruptus in vertice tantum ex se iecit incendij, vt regiones vicinas, & vrbes cum hominibus exureret: describit autem Dio prolixè, & ornatè, vt eius comparatione pleraque alia, quæ acciderant, horribilia haberi pro paruis testetur: ego Cc
summatim complectar.

Visi primum interdiu, & noctu Gigantum instar terribiles viri humi, atque in aëre per vrbes, & vicinam regionem vagantes: orta deinde siccitas vehemens, & maximi terræ motus facti sic, vt dissilirent montes, plana aquis obruerentur, sonaret infernè humus, & supernè mugitibus, & tonitruis, mare fremeret, & cælum: secutus fragor ceu montium labentium exilientibus saxis, & lapidibus superuenit immensus ignis, & ex igne fumus primum aërem infuscans, solemque obducens vniuersum, in quo horrendæ Gigantum videbantur imagines, & spectra; & tanquam tubarum exaudiebatur sonitus: deinde infinita cineris copia, mare, terram, aërem compleuit, qua homines, pecora, pisces, aues consumtæ: duæ præterea ciuitates totæ incensæ Herculanum, & Pompeij, & Limo oppressæ: penetrauit Dd
acinis in Africam vsque Syriam, atque Aegyptum, vt nihil mirum sit malè acceptam Romā. Dionem per te lege.

Incidit non dissimilis in tempus Neruæ Imp. qua senior Plinius præfocatus est inuestigandi curiositate. vt Iunior Tacito scribit lib 6. epist. qui & conflagrationem hanc describit.

Quod de spectris, hoc est, visis instar Gigantum hominum figuris narrat, alteram cōfirmat

histo-

historiam exustionis Aetnæ, quæ patrum nostrorum memoria accidit, hoc est, anno 1536. vt est lib. 8. narr. Gilb. Cognati.

Summa est, Siculum quendam mercatorem Catana Messanam proficiscentem incidisse fortè, vt ei videbantur, in decem fabros cæmentarios suis onustos ferramentis, quos cum rogaret, quo iter haberent, responderunt se in Aetnam pergere: nec ita multo post alios decem occurrisse fabros, idem rogatos, respondisse, quod superiores, se videlicet à mancipe suo missos cuiusdam fabricæ caussa: rogatos, quem mancipem dicerent, respondisse, eum mox adfuturum: progredienti adfuisse virum ingentis staturæ coma, & barba prolixa, & nigerrima: ab eo rogatum, suasne operas vidisset: respondisse mercatorem, vidisse se nescio quos fabros, sed si ipse esset Architectus, quod genus fabricæ cogitaret tam incommodo præsertim tempore, cum adhuc mons totus rigeret niuibus? auere se intelligere: architectum dixisse, virium sibi, atque artis esse plus satis ad longè maiora conficienda: habiturum suis oculis fidem breui, qui modo non haberet verbis dixisse: mox auolauisse: miserum hominem, quod exiguum supererat itineris emensum, & ex concepto timore, cum etiam visum narrasset, sacra exhomologesi expiatum mortem obiisse: nocte insequenti montem Aetnam concussum orientem solem versus immensam vim ignium eructauisse, Cleri tamen, & populi Catanensis ad S. Agathæ concurrentis precibus, & indicta ad Deiparæ Annunciatæ ædes supplicatione, & eius Virginis ope (de velo mirum, cur nihil scribat) restinctam. Fuit is dies 23. Mart.

Altera Vesæui conflagratio celebris incurrit in annum 16. Constãt. M. vt narrat P. Diaconus lib. 6. cap. 4. hist. Langob. qua minutissimis cineribus vniuersa Europa cooperta fuit: cui similis altera sub Leone Imperatore, de qua libro 14. de Imp. occid. Sigonius, item altera, quam idem lib. 16. descripsit: nec dissimilem commemorat Io. Curopalates, nisi fallor, qua totus ille Campaniæ tractus ad extremam vsque Calabriam desormatus, tam latè propagatam, vt ex Clarissimo die tetram noctem faceret vsque ad Cõstantinopolim, atque Africam: quæ præfractæ ceruicis homo Io. Bodinus fabulas putat, tot, ac tantorum scriptorum testimoniis explorata.

Similia de AEtna de Aenaria, de Vesuuio Virgilium defendens, & enucleans Io. Pontanus in Antonio suo narrat.

His verò tanquam prælusionibus, & quasi ludicris prodigiis Clementissimus parens noster Deus nos monet, vt horribilia illa extremi diei, ac Tartarorum incendia sæpè voluamus memoria, & à peccatis reuocemur.

Porrò diluuij priuati, & communis caussas disce ab Alb. Magno lib. 1. de prop. Elem. tract. 2. cap. 9. & à Tostato in Gen. nostris: Platonem item consule in Tim. & Ficinum, ac Proclum ibidem, & Sen. loc. citat. vbi ego stylum teneo, ne, quæ doctè, subtiliter, elegãter, ac dilucidè maxima rerum cognitione præcellens Philosophus, ac Theologus Ben. Pererius noster in sacram Gen. tom. 2. disseruit, implicem, & inuoluam.

Aliquot errores Onufrij Pan. in historia: Th. Bozij alter de Boëtho.

CAPVT XIV.



Acrae, & profanæ historiæ peritissimus vir fuit Onufrius Panuinius Veron. quem Romæ adolescens cognoui, & multa præclarè ad vtrãque illustrandam conscripsit: sed, vt homo, interdum fallitur, & peccat confidentia, aut imbecillitate potius memoriæ, quam ignoratione historiæ. Tres eius lapsus hic indicabo.

Primus est, quòd primum è Christianis regibus vnctum scripsit Pipinum Francorum regẽ, cum tamen sit exploratum longè ante Pipinum, vt Greg. Turon. Ademarus, aliique posteriores tradiderunt, Clodoueum, cum nomen Christo dedisset, vnctum fuisse, ab eoque tempore, & facto Papir. Massonus affirmat inductum morem, vt posteri Francorum Reges ab Archiepisc. Remensi inungantur, & inaugurentur, &, vt loqui solent, regnum de manu eius accipiant, iure hoc eis concesso ab Rom. Pont. Hormisda, cuius auctoritate professus fuerat Clodoueus regnum se accipere: ita Masson. lib. 3. ann. in Henrico I.

Alter est, quòd prodidit incœpisse Græcos Imperatores à Iustiniano Patriarchæ Constantinopolitani manu coronam accipere: primus enim accepit Iustinianus, vt vult Onufr. qui sanè imperium anno Christi 527. iniuit: at è Zonara tom. 2. est compertum diu ante hoc tempus institutum hoc retentum, cum Euphemium Patriarcham testetur noluisse coronam imponere Anastasij capiti scripto licet pollicenti nullam se rem nouam moliturum, aut sacrorum contra, aut circa fidem Catholicam: scimus autem imperium tenuisse Anastasium anno Christi 496.

Sunt qui producant historiam miscellam affirmantem istius moris originem profectam à Pulcheria Sanctissima, & prudentissima viragine, cum, vt ait Zon. cinxit Martianum Imperatorio diademate vocato etiam Patriarcha Anatolio.

Tertius est ipsi cum nonnullis aliis communia, quòd asseruit vrbem Romam, exarchatum Rauennæ, & cæteras Italiæ ditiones Pontifici Romano dono à Pipino, & Carolo Magno datas: & certũ nihilominus Põtificiæ ditionis hæc omnia diu ante fuisse; cum verò partẽ Langobardi per vim eripuissent, sibiq; attribuissent, Pipinus, & Carolus eos armis coëgerunt, vt restituerent.

Quæ res aperta in Eginarto ſcriba Caroli ſui Domini vitam deſcribente: & in tabulis donationis Ludouici Pij, quibus diſertè profitentur duo illi reges, ſe per donationis paginam ea reſtituere Pontifici Max. Ita P. Diaconus lib. 6. cap. D 13. Aimoinus lib. 4. cap. 54. & Ademarus: id quod eo teſtimonio confirmatur Ioannis in hiſt. miſcella ſcribentis, vniuerſam Occidentis ditionem, quæ Græcis parebat Imperatoribus Gregorium II. Pont. Max. remouiſſe ab obedientia Leonis Imperatoris hæretici.

Non rectè igitur Thomas Bozius lib. 5. de ſignis Eccleſ. Dei, cap. 4. Stephanus II. anno 755. per Pipinum Regem Pentapolim, exarchatumque Rauennatem Conſtantinopolitano Imperatori ereptum ab Aiſtulpho Romanæ Eccleſiæ adiecit: qui alio libro verè quod nos contra Onufr. ſcribimus, probat.

Cuius alter lapſus indicandus; quem enim in ſuis comment. Phyſicorum Ariſt. egregius Philoſophus Simplicius nominat *βοηθὸν θαυμάσιον*, hoc eſt, Boethum admirabilem, Bozius lib. 6. de ſignis Eccleſ. Dei, cap. 7. affirmat magno errore temporum eſſe Boethium Seuerinum noſtrum, qui ſub Italiæ rege Theodorico, Oſtrogotho floruit, oratorem, Philoſophum, Theologum, Se- E natorem præſtantiſsimum, Martyrem pæne dixi: certum enim à Simplicio Græco Græcum intelligi Boethum Philoſophum, nec Chriſtianum, cuius ſæpe numero mentio in libris Gal. & Plutarchi de quo alio nos libro: tametſi noſtro Boethio iunior fuerit Simplicius, nam cum Damaſcio Philoſopho Stoico natione Syro vixit ſub Iuſtiniano ſeniore: Boethius verò noſter ſub Anaſtaſio, & Iuſtino.

Ouidij locus contra quoſdam explicatus: quid cimelium: quæ obſcuritas in Platone.

CAPVT XV.



A LLVD Ouidij lib. 6.

—plauſtroque morantes
Suſtulit; in plauſtro ſcirpea matta fuit.

Lęta multi libri habent, quidam ita accipiunt, vt expreſſerit Græcam vocem *κάνναθρον* qua ſignificatur currus ex cannis, ſiue ſtorea contextus: nam & *ἀπὸ τῆς κάννης* manifeſtè deducit Heſychius: at oſtendendum fuerat Ouidij plauſtrum ex canna fuiſſe: hoc ille tantum dicit ſcirpeam mattam in plauſtro fuiſſe: porrò canna calamum ſignificans Hebræi fontis vox eſt: Hebræi enim dicunt caneh קנה.

A verbo *κεῖσθαι*, *κειμήλιον* dicitur, ad quam deriuationem Homerus alluſit Iliad. ζ. ſic loquens, *πολλὰ δ' ἐν ἀφνειοῦ πατρὸς κειμήλια κεῖται*. & paulò pòſt, *ὅ δή μοι πολλὰ κεῖται*. & Vlix. 2. complectitur omnem domus ſupellectilē, ſiue mobilium, ſiue immobilium bonorum, vt notat Euſtath. & vocat *τὰ κείμενα*, quæ ſcilicet, *ἀκίνητα* nominantur; *σώζεσθαι* verò, quæ *αὐτοκίνητα*, ſiue mobilia, ſiue *τὰ διὰ ποδῶν προβαίνοντα* libro 4. Il. 6. 9. & 22. qui priore loco *κειμήλιον* quod ſit explanans, idem verò eſt ſi diceret repoſitum, ſiue repoſita poſſeſsio.

Quamquam *κειμήλιον* propriè eſt, quod in noſtra eſt ſupellectili precioſius, & eiuſmodi, quod magna cura ſoleat reponi, vt precioſa veſtis, vaſa aurea, & argentea, Lapilli, in quibus & ſtatuas, *ἀγάλματα* reponit Euſtath. in libro quarto Iliad. & quidquid theſauri nomine comprehenditur, quæ vox & ipſa eandem ob cauſſam *ἀπὸ τοῦ τεθεῖσθαι* deriuatur: qualia dari hoſpitibus conſueuerunt; qui mos erat veterum, quaſi pignora, & monumenta hoſpitij, & hoſpitalis amicitiæ, vt ſæpe conſtat in Homero Vlix. primo & ſecundo, & Iliad. 14. &c.

Obiter nota, quod apud Italos dicimus pro ſano, & valente, ſiue ægro, & infirmo mal' diſpoſto, ben' diſpoſto, eadem forma Græcos dicere *καλῶς διακείμενος*, & *κακῶς*: vt ab Ariſt. opponuntur *εὖ διακείμενα σώματα τοῖς ὑγιεινοῖς*. ben' diſpoſti, ô ſani û gl' amalaticci:

Obſeruat in Plat. libris Diog. Laërt. lib. 3. obſcuritatem quandam latere, ſic, vt minus docti periculosè errare poſsint ob varium eorundem verborum vſum: exemplo demonſtrat vocis *σοφία*, quæ cum propriè ab eo exiſtimetur earum rerum, quæ intelligentia comprehenduntur, & verè ſunt, cognitio, atque ſcientia; apud ipſum tamen omnis peritia communiter dicitur *σοφία*, vt eum ſapientem vocat artificem: item vocis *φαῦλος*: nam apud illum pro ſimplici ponitur, vt & apud Euripidem in Lycimnio ita de Hercule loquentem.

Neglectum, inornatum, atque vt plurimum probum
Re metientem, non verbis ſapientiam
Sermone nunquam palliato, at ſimplici.

Quandoque & pro pulchro, & honeſto; interdum pro paruo; eodem modo variis nominibus vtitur in eadem ſignificatione. Verum huius vocis *φαῦλος*, & aliarum quarundam notiones Platoni ita peculiares non ſunt, vt cum reliquis bonis auctoribus ſint ipſi communes: in voce *ἁπλοῦς* ſocium ipſi attribuit Laërtius Euripidem, poterat & Thucydidem, quem notat eius Scholiaſtes vſurpaſſe *φαῦλον* pro *ἁπλοῦν*, & *μονοειδῆς*, & Xenophontem, qui primo Cyripædiæ libro copulat vtrumque verbum, poterat & Hippocratem, qui de fracturas *ἐργασίην φαυλοτέρην* dixit, id eſt, *ἁπλοτέρην*, & *φαύλην δίαιταν* eodem modo, vt Galenus adnotauit, & Suidas ex quopiam veteri, *φαύλως εἰρῆσθαι*, *ἁπλῶς*. *ἀπερίεργως* reddit: & fortaſſe in ſecunda etiam notione habuit ſocios, cum Euſtath. notet ſumi *ἐπὶ τοῦ ἀγαθοῦ*.

Poſtremò Iliad. libro obſeruans Δ olim quaſdam voces medias recētius acceptas non in bona ſignificatione, vt *μιαρός*, *ἄγιος*, *φαῦλος*, *πανοῦργος*: locus eſt inſignis; eum idcirco integrum hic de-

ſcribam. Demonſtratum pleraſque voces olim media notione ſumtas, poſterius non in bonam partem acceptas vt μιαρὸς, id eſt, ſordidus, immundus. Sic & ἄγος apud antiquos non ſolum purus, ſed etiam ſceleſtus, propter multiplicem ἄγος ſignificationem, ſic & φαῦλος non malitioſus modo, ſiue malè moratus, vt apud Demoſth. ſed etiam bonus. nec ſolum de magnitudine, ſed & de exiguitate.

Heſych. exponit ἁδρὸν, καλὸν: cuius ego notionis exempla deſidero: nam in tertia acceptione ſocios procul dubio habet Demoſthenem, qui F φαῦλα, & μικρὰ σκέπτοντα dixit; & Thucydidem, qui φαῦλον τέχνημα vſurpauit, & φαῦλα ςρατιᾷ: illo loco pro μιαρὸν ſumit Schol. iſto exponit μικρὸν: neque certè abſunt ab hac ſignificatione illi ſcriptores, qui vtuntur pro re vili, nullius pretij, parni momenti, friuola, deſpicabili, inepta, ridicula: quos vide apud Bud. in comm. linguæ Græcę, aliosque Græcæ linguæ nominum compilatores.

Exemplis & comparationibus reprehenſi, qui aliena vel minus vtilia curant, iis, quæ vtilia ſunt, & propria, abiectis.

CAPVT XVI.

A ARISTO Chius apud Stob. Serm. 4. dicere erat ſolitus eos, qui omnem ſuam operam collocarent in Encyclopedia, philoſophiam verò aſpernarentur, ſimiles eſſe procis Penelopes, qui cum nuptias eius non aſſequerentur, fruebantur ancillis: quæ mihi ſimilitudo videtur Chriſtianis illis hominibus quadrare, qui Philoſophiam Platonis, aut Ariſtotelis toto animo complectentes, ſiue toti in Ciceronem, aut Virgilium incumbentes, veram Theologiæ ſcientiam negligunt, & penè auerſantur cæterarum dominæ ac reginæ facultatum.

Qui mihi amoribus correpti Menippeis videntur: qui, cuiuſmodi fuerint, exponit in vita Apollonij Philoſtratus: cum enim Menippus quidam Lycius putaret ſe amari à neſcio qua muliere Phœniſſa, quæ illi vitam ferum beatam pollicebatur, & ille quaſi gratus ab eius nõ poſſet diuelli complexibus re cognita Apollonius iuuenem ad meliorem frugem reuocare conatus, eum monuit Serpentem in ſinu alere, viciſ- B ſimque à Serpente foueri: docuitque laruam illam eſſe, & præſtigiatricem: Itaque nuptiarum die paratis epulis, inſtructo, & ornato thalamo, cum adfuiſſet Apollonius, hæc ornamenta, inquit, atque hæ dapes, tuæ ne ſunt Menippe? Menippus reſpondit eſſe mulieris; vix enim meum eſt, inquit, hoc palliolum: falleris, inquit Apollonius; neque enim hæc vllæ res ſunt, & materia, ſed rerum, & materiæ opinio: & hæc veſtra ſponſa, Empuſa, & Lamia ex earum numero, quæ rebus gaudent venereis, & carnibus delectantur eorum, quos aute amoribus laſciuis corrumpunt: mox apparatus omnis euanuit, & mulier ſe laruam eſſe confeſſa eſt, ac Menippus in viam, vnde abierat, reuocatus.

Sic ergò decipiuntur illi, qui ita rapiuntur externarum diſciplinarum ſtudio, vt ex iis hono- C rem, & decus ſe magnum conſequi arbitrentur, cum inane tantum gloriolæ cuiuſdam vaniſsimę nomen inueniant; qui ſi animum ad Theologiam applicarent, aut ad morum informationem laborem ſuum conuerterent, veræ apud Deum gloriæ decus mererentur, & ſempiternum carperent diligentiæ ſuæ fructum.

Vt verò idem Ariſto dicebat, multos eſſe Laërtæ ſimiles: vt enim hic, quemadmodum Hom. cecinit, omnem ſuam ponebat operam in agro colendo, ſe neglecto, ita iſti diligentiſsimè conſeruandis facultatibus domeſticis, atque augendis ſtudent animorum ſuorum contemtores, quos inſtar ſilueſtrentis fundi habent perturbationibus deformatos.

Ego ad illos transfero, qui in Eccleſiæ muneribus verſantur, aut religioſas domos gubernant, quos cum videas Eccleſiæ fundos, & poſ- D ſeſsiones diligentiſsimè curare, conſeruandis, augendiſque reddiribus anunis intentos maximè, ne minimam quidem curarum, ſuarum & ſolicitudinis partem ad animorum ſuorum, aut eorum, qui ipſis parent, ſalutem deriuant.

Adde his Diogenis ſapienter dicta, vt eſt apud Laërt. lib. 6. admirari, ſe dicentis, quòd cum Vlixis mala inquirerent Grammatici, ſua tamen ignorarent: & muſicos reprehendentis, quod lyræ fides aptè ad ſonum accõmodarent, mores animi haberent incompoſitos: & mathematicos carpentis, quòd ſolem, ac ſidera contemplarentur, & quæ antè pedes eſſent, negligerent, vt oratores, quòd ſanctè, & iuſtè dicere ſtuderent, non facere.

Quo illud eiuſdem pertinet in adoleſcentem E parum cordatum, ſed Pſalterium aptantem; non te pudet, cum ſonos ligno aptes, non componere animum ad vitam? qui & dicere ſolitus erat, multos quidem egregiè depugnare, luctari, currere, ſed pauciſsimos benè, atque honeſtè viuere: ita videmus maiorem Chriſtianorum hominum partem externa, atque aliena ſectari, & quã in his exercendis ſumunt perſonam eximiè referre, cum ea, quæ Chriſtianorum ſunt propria, vel ignorent, vel aſpernentur.



Græca vocis notione explicata duo S. Hieron. loca enucleantur; alterius vis declarata, modi loquendi Italis cum Græcis communes.

CAPVT XVII.

A VIDENDVM quid apud S. Hiero. duobus locis περικοπὴ significet: neque enim tam facile est capere. Sic ergò loquitur 1. lib. adu. Iouin. exposita est περικοπὴ Apostoli de huiuscemodi quæstionibus disputandis, singulis oppositionibus responsum. Deinde in Epist. ad Pammachium, quem apologeticum si tamen legeris, aut ipse pro nobis cætera satisfacies, aut situ quoque narem contraxeris, illam Apostoli περικοπὴν (hoc est amputationem) adiungunt quidam, vt explicent: sed optimè Vict. Marianus epist. hac. quæ est 52. interpretatur, cum vndique explosis erroribus res ipsa definitur; in qua de virginitate, & nuptiis disputat, aliter differere compelleris.

Ergo περικοπὴ multa significat, vt circumcisuram, sic Plin. loquitur lib. 16. cap. 40. cum videlicet res aliqua circum circa demutilatur, & in orbem sciuditur, vel secatur; facultatesque & bona alicuius, ornatus, atque apparatus superuacaneus adimitur, & imminuitur.

B Item descriptionem, & quasi delineationem quandam statuarum, vel imaginum, diceret fortasse Iunius Col. circumsignationem, cum lib. de arbor. cap. 26. circumsignare dixerit, quod περικόπτειν Græci non ita nota cuiuis phrasi dicunt.

Quin etiam furta, & latrocinia; nam & περικόπτειν est nudare, & spoliare: eam ob caussam, vt suspicor, quoniam, qui spoliat, & furatur, quodam modo circumcidit quæ corpori hominis adiacent, & quæ eum, vt ita dicam, circumstant.

Sic S. Nazan. orat. de amore pauperum, hoc est, περὶ φιλοπτωχίας, mendicos nominat περικεκομμένους, & vt nos Itali metaphoricè solemus dicere gli ha tagliate le vnglie, ò le ali, Græci vtuntur

C hoc verbo: quemadmodum sæpè T. Liuius res accidere, & accisas, & Virg. lib. 7. Aen. accisas dapes vsurpant, pro rebus spoliare, & priuare cibis.

Quæ tamen acceptiones ad S. Hieron. sententiam nihil facere omnino possunt: potest altera notio, cum sumitur pro ῥῆσιν, vt Bud. in comm. obseruat; siue pro periodo, hoc est, sententia certo orationis ambitu comprehensa; aut etiam pro determinatione, ac definitione, & circumscriptione rei: Iunius Col. translatè limitationem dixit lib. 3. cap. 12. & nos vsurpamus Itali: aptissimè ad Græcam vocem.

Cicero decisionem, vt volunt quidam, nominauit: mihi non videtur; potius decidere vsus est pro transfigere, & pacisci, & decisionem pro transactione, & pactione accepit.

In ea tamen acceptione frequenter I. C. ac D Theologi vtuntur, id est, certa conclusione facti, caussæ, vel controuersiæ alicuius, resolutionem vulgo dicimus, quo modo μέχρι τοῦ ὑπεξίτηλος εἶναι, vt ait Suid.

Circumcæsuram Lucr. appellat lib. 3.

Quatenus omnis vbi è toto iam corpore cessit,
Extuma membrorum circumcæsura tamen se
Incolumem præstat—

Et lib. 4.

Extuma membrorum circumcæsura coërcet.

Vbi quidam circumtextura legunt. Sed credò significare extremitatem, & superficiem & quasi corticem rerum, quam Græci ἐπιφάνειαν dicunt: in homine lineamenta, externumque omnem ornatum, Italicè nisi fallor, diceremus tutte le parti di fuora l'apparenza. Citari solet hic Polybii locus de instituto Romanorum in suorum funeribus efferendis, ταύτας δὲ τὰς εἰκόνας, ὅταν τῶν οἰκείων μεταλλάξῃ τις ἐπιφανὴς, ἄγουσιν εἰς τὴν ἐκφορὰν περιτιθέντες, ὡς ὁμοιοτάτοις εἶναι δοκοῦσι κατά τε τὸ μέγεθος, καὶ τὴν ἄλλην περικοπήν.

His igitur locis S. Hieron. indicat, quid de re, quâ de agebatur, S. Paulus concludat, ac definiat, vt Iouiniani perfidia constet apertius. aut alicuius alterius, qui detrahendi studio scripta illa vituperaret S. Hieronymi.

Θέρειν mederi, & sanare apud Nicandrū Ther. Græcus Schol. interpretatur: illo enim versu de Aesculapio, quem nominat παιήονα.

Ἀμφιτρυωνιάδαο θέρων Ἡρακλῆος ἕρκος.

ἰώμενος, melius explicasset θεραπεύων, id est, curans, vt ab Ouid. dictum lib. 3. de pont. epist. siuè Eleg. 7.

Curando fieri quædam maiora videmus
Vulnera—

Vbi curare non est sanare, sed medicinam adhibere, vt sanea: & fortasse Nicander pro eo, quod E Latini fouere dicunt, accepit, quod quidem inclusam habet calefaciendi notionem. Sic Aen. 12. Virg.

Fouit ea vulnus lympha longæuus Iapis.
Ignorans—

Vbi panaceam adhiberi notat inter ea, quibus fomenta conficiuntur, vt panaces apud Nicandrum, & sola manu imposita vulnus fouetur apud Ouid. Metam. 12.

Impositaque manu vulnus fouet, oraq; ad ora
Admouet—

Et de Pont. lib. 1. el. 4. ad Ruf.

Fomentiq; minus vulnera nostra tuis:
Tu tamen exilij morbos è pectore nostro F
Fomentis speras cedere posse tuis.

Et quia vulnus ab iis fouetur, qui illud curare volunt, hinc factum vt verbo θέρειν sit vsus. Morir

di paura, morir di riso, esser morto dal tale, saria meglio morire, & similes Italici modi loquendi hyperbolici Græcis item proprij. Phil. 1. Demosth. οἱ δὲ σύμμαχοι τεθνᾶσι τῷ δέει. Xenoph. alicubi ἀπολωλέναι τῷ φόβῳ. nam & minus honestus loquendi modus Italorum, quem initio Maccaron poëseos Merlinus vsurpauit etiam Lucianus expressit hac oratione, ὑπέβαλλέ τι ὑπὸ τοῦ δέους, & Hom. καὶ τορθαλίος ἐν γέλῳ ἔκθανον, Plato in epist. τεθνεὼς ὑπὸ Διονυσίου, & quod Plin. ab apibus trucidari, interfici vertit lib. 11. cap. 15. Arist. de fucis dixit ἀλισκόμενος θνήσκει: quod item Latinè vsurpauit nescio quo iure Lucanus ita canens libro secundo. G

—Quis nollet ab isto Ense mori?—

Licet Cicero in Acad. lib. 1. sit vsus sit verbo interire, vt Græci θνήσκειν: nihil enim valentius est, à quo ipsa intereat vt Oeconomic. ex Xenoph. arescere, & interfici herbas dixit, & Demosth. Phil. 3. τεθνᾶναι γὰρ μυριάκις κρεῖττον, ἢ κολακείᾳ ποιῆσαι φιλίππῳ: Latinè Terentius omnes risu emori dixit Eun. act. 3. sc. 1.

Κοινοῦν ad verbum est communicare; est item polluere, contaminare, inquinare, vt passim in sacris litteris, Matth. 15. Mar. 7. & aliis locis, & ad Rom. 14 κοινὸν pro immundo accepit Apostolus, & Act. Apost. 10. adiecta disiunctiua particula declaratur ἢ ἀκάθαρτον, qui mos est, & phrasis Hebræorum, qua commune sumitur pro profano, & distinguitur à sacro, & sancto, quod non promiscuè, & quasi in communi vsurpant omnes: illud verò passim, at libere tractat quilibet. H

Sic vocantur panes communes, siue laici oppositi panibus, qui propositionis dicebantur, nimirum sanctis, Deoque sacris 1. Reg. 21. communes manus, immundæ, non lotæ Mar. 7. quia res vsu promiscuo, & communi censebantur pre aliis impuræ, quarum scilicet erat vsus promiscuus: & quidem ex præscripto legis Mosis quędam per se erant communia, & immunda, siuè profana, vt cibi lege vetiti, quanquam natura sua commune, siuè immundum sit nihil, vt S. P. docet 14. ad Rom. Quædam verò ex accidenti, quia casu polluta.

Itaque etiam κοινοῦν pro actu, & scelere scortationis, quo nihil magis impurum, vsurparunt Græci, vt & κοινωνεῖν pro eodem: exemplum in Luciano in dialogis marinis, & Deorum: hinc & κοινεῖον locus, in quo omnibus communes sunt mulieres, id est, fornices, prostibulum, & Lupanar.

Qui apud Persas, & Getas stultè immortales: similis Herodoti, & Ammiani historia craniorum, & cadauerum.

CAPVT XVIII.

IN exercitu Persarum ἀθάνατοι, hoc est, immortales millia decem militum selectorum dicebantur eam ob caussam, quod si quis eorũ aut morbo decederet, aut cæde numerum hunc imminueret, mox sufficeretur alius; nunquam enim aut plures, aut pauciores esse poterant decem millibus præcipuo in omni Persica militia honore sublimes, eximio cultu decori; singulari animi, & corporis fortitudine præcellentes, ita Herod. lib. 7. id est, in Polymnia quorum item meminit Paus. in Boeot. Athen. lib. 12. cap. 3. A

Cohors, siuè legio iure optimò de nomine à scriptoribus derisa Christianis, cum acie victi à Romanis duce Procopio, & Ardaburio ad vnum omnes cæsi fuerunt, & qui immortales appellabantur, mortales apparuerunt omnes promissæ temeritatem victoriæ, & persecutionis aduersus Christianos sub duobus Regibus Isdegerde, & Bararane sæuissimæ crudelitatem morte soluentes, ita Socrat. Schol. lib. 7. ca. 20. & ex eo Cassiod. lib. 11. tripart. hist. cap. 15.

Fuit & aliud genus hominum apud Getas, vt auctor est Herod. lib. 4. id est, in Melpom. Thracum iustissimos, atq; fortissimos nominat, quos primos Darius, antequã Istrum attingeret, subegit, hi ergò cum moriuntur, mori se nõ putant, sed ad Zamolxin Dæmonem suum demigrare, qui cum beatè, feliciterque viuant: neque verò expectant mortis tempus, sed ipsi se morte spontè obita ad eum transferunt: quo ritu, lege Herod. qui & exponit, quibus dolis, atque artibus eam gentem fascinarit Zamolxis, vt pro numine coleretur: vocat hos ἀθανατίζοντας Herod. Arrianus ἀπαθανατίζοντας, de quibus & in Scythia Lucianus. B

Idem Herod. lib. 3. hoc est, in Thal. de Cambysæ exercitu progrediente loquens, rem se miram vidisse testatur, & verò etiam à narrantibus incolis confirmatã, ossa videlicet duorum exercituũ, alterius Persici, alterius Aegyptij eo loci dispersa: & Persarum quidẽ caluas, seu capita, adeò fragilia, vt vel solo calculo, seu lapillo perforasses: Aegyptiorum verò ita solida, ac firma, vt vix ictu lapidis, & saxi ea potuisses elidere: caussam videri hanc tantæ diuersitatis, certè non improbabiliter, quòd à puero Aegyptij radunt caput, nec operiunt, ita ad solem duratur os capitis, siue cranium: quæ fortasse ratio est, cur vix caluescant: Persæ verò vel puerili capite sunt operto pileis, ac tiaris. C

Non dissimilis apud Marcellinum lib.19.hist. de cadaueribus Romanorum & Persarum apud Amidam Mesopotamiæ, quæ vt scribit, per Discenem tribunum, & notarium numerata sunt hac discretione facilius, quod nostrorum cadauera mox cæsorum fatiscunt, & defluunt, adeò
D vt nullius mortui facies post quatriduum agnoscatur: interfectorum verò Persarum inarescunt in modum stipitum corpora, vt nec relinquentibus membris, nec sanie perfusa madescant; quod vita parcior facit, & vbi nascuntur, exustæ caloribus terræ: congruens naturæ est caussa, & rationi victus.

Trium vocum duarum Græcarũ, vnius Latinæ vis enucleata obseruatis scriptorum testimoniis.

CAPVT XIX.

A VOx ῥᾴθυμος videtur dicta ab eo, quod facilibus rebus mentem accommodet, hoc est, περὶ τὰ ῥᾴδια θυμὸν ἔχει: ita primò, & præcipuè eum significat, cuius animus in iis occupatur, quæ ex facili veniunt, & in promtu sunt. nec opus est intento ad ea labore, & studio: inde ῥᾳδιουργεῖν est remisse quidpiam agere. à suo bellagio Italicè diceremus: vtrumque Ouid. ita caneus expressit eleg. 6. lib. 1. de Ponto.

Quod venit ex facili satis est componere nobis,
Et nimis intenti caussa laboris abest.

Quare ῥᾴθυμος pro pigro, ac deside sumitur, & labores fugitante: quomodo Plut. 1. lib. Symp. opponit amanti laborem, id est, φιλοπόνῳ, vt ἀμελῆ τῷ ἐπιμελεῖ: item pro ocioso: ideoque lib. de diff. adul. & am. coniungit: ῥᾴθυμος, & σχολαστὴς vt Thucyd. ῥᾳθυμίαν ἀπόνον μελέτῃ: & Isocr. ῥᾴθυμον βίον vitæ laboriosæ ac duræ. Hic ego Tibulli versus omnium ore celebrati recordor lib. 1. el. 1.

Me mea paupertas vitæ traducat inerti.

B Quo indicat sociam, & amicam esse paupertatis inertiam, atque ocium: sic Eustath. in 4. libro Vlix. ῥᾳθυμία ἡ ῥᾴζουσα τὸν θυμὸν, quæ animum lenat.

Et multi quidem in eo versu explanando se torquentes ad hypallagen sibi putant confugiendum, vt hæc sit sententia: me iners vita mea ad paupertatem traducat: sed nihil est necesse, quoniam ex Tibulli proposito, & qui antecesserunt, versibus, sensus elicitur hic, nam dixerat coniunctas esse multis laboribus diuitias, itaque illis præferre se paupertatem, per quam ocio liceat frui, quo non possit diues.

Eodem sensu Theophylactus epist. 18. appellauit πενίαν ῥᾳθυμίας, tamquam ocij caussam, & quietis: quod si verum est, dissentiet vterque ab Isocrate, qui ἄπορον βίον, & ῥᾴθυμον copulauit, C cesto, dixerit hoc Isocrat. at genus est ῥᾳθυμίας diuersum, quod oritur ex paupertate, & quod ex opulentia; siuè ex copia, & inopia.

Cui enim suppetit victus, &. vt Hesiodi vtar versiculo, cui βίος ἔνδον ἐπηετανὸς κατάκειται ei licet ῥᾳθύμῳ esse, Id est, ab omni opere vacuo, quo pauper sibi cogitur victum parare: at qui inopia laborat, quamuis in victu tenui sibi quærendo occupetur, ῥᾳθυμεῖν tamen & ipse dicitur, vt pote cui labor hic lenis præ laboribus, præ curis, atque angoribus sit, quibus ij conflictantur, qui diuites sunt, & copiosi, & congerendis opibus intenti.

Nostrorum Italorum quispiam nõ malè scripsit, la pouertà, essercitatrice delle virtù sensitiue, detestatrice de nostri ingegni; done la ricchezza & quelli & questi addormenta & in tenebre riduce la chiarezza dell' intelletto, & Ioan. D
Boccac. la pouertà cacciatrice d' allegrezza, & riposo, adducitrice d' amare solicitudini; Quãquam longè maior apud locupletes harum prouentus.

Et quoniam in hac voce ῥᾴθυμος nonnulla includitur significatio facilitatis, si etymon spectemus, fortasse apud Virg. Aen. 1. victum facilem gentem, & diuitias faciles, quales agricolarum, deliciæ faciles, vulgataque munera apud Ouid. 3. Met. quibus operosas in odarum libro tertio, Od. 1. opponit Flaccus: huc possumus transferre hæc omnia: nam & in communi mortalium opinione est, pauperem, aut mendicam vitam esse ociosam, atque inertem; solemusque mendicos à nobis quodam modo abigendo ita E
alloqui, và lauora.

Verbi quoque θέλγειν, vt mulcere, varia apud scriptores notio est: ac Eustath. quidem θέλγειν ex etymo esse voluit, quasi ἀπάγειν τινα, ὃ θέλει: siuè ἄγειν εἰς ὃ θέλει ὁ θέλγων, quasi sit adigere rem aliquam, vel aliquem ad quidpiam faciendum, quod eius repugnat naturæ: ita Virg. lib. Aen. 1. dixit:

Et mulcere dedit fluctus, & tollere ventos.

Et in Arato Cic.

Vt res nulla feras possit mulcere procellas:

Ita Mulciberum volunt Grammatici ferrarium Vulcanum appellatum, quòd Ignis opera ferrum mulceret, id est, molliret, licet Donatus à mutilando sentiat dictum, minus probabiliter, quia claudus, ἀμφιγυήεις Homero: deinde apud eundem Hom. vno loco dicit non poni θέλγειν, in voluptatis significatione sed apud recentiores; & alio tamen loco notat esse Homero ἐκτροπήν τινα, καὶ μετάθεσιν τῶν κατὰ φύσιν ἢ διὰ φόβον, ἢ διὰ λύπην, hoc est, traductionem rei naturalis vel metu factam, vel dolore, aut voluptate, aliaue immoderata perturbatione: priorem eius notam refellit nomen Homero frequens θελκτήριον. F

ἀπατᾶν etiam significare tradunt auctor Etymol. Suid. Hesych. quod magni lexici colle-

ctor, opinor, malè reprehendit: quoniam Homerus ei verbo solet adiungere δόλῳ, alias vacaret, & frustra adderetur.

Ego sic statuo. Homerus tribuit hoc verbum Circæ, Sirenibusque. & Latini mulcere, vt videantur Græcum illud exprimere voluisse: carmine, sono, cantu addere Latini solent, ac si esset quasi voluptatis quibusdam illecebris incantare: de Medea incantatrice Ouidius Heroid. epist. 6.

G *Quæq; feros angues, te quoq; mulcet ope.*

Sic de Orpheo Virg. 4. Georg.

Mulcentem Tigres, & agentem carmine quercus.

Et Hor. epist. ad Pisones.

—Lenire Tigres, rabidosq; Leones.

Et mox de Amphione.

Dictus & Amphion Thebanæ conditor arcis
Saxa mouere sono testudinis, & prece blanda
Ducere quo vellet.—

Quibus locis nunc, pro simpliciter lenire, & placare; nunc, pro incantare sumitur, vt verum sit etymon ab Eustath. verbo θέλγειν attributum: & quod Hom. Vlix. 6. dixit θέλγειν μειλιχίοις ἐπέεσσιν, Virg. 1. Aen. extulit sic, mulcere dictis: & alicubi Hom. etiam pro fraudulenta quadam voluptate delinire accepit; ita ἀπατᾶν defendi potest. H Somno item Iliad. tribuit, & virgæ Mercurij Vlix. libro quinto, somnum concilianti: nam & Eurip. rectè dixit, φίλον ὕπνου θέλγητρον, planè, quod Latinè Ouid. in epist. Leandri ad Hero. mulcere.

Hic ego si vidi mulcentem pectora somnum
Noctibus—

Et 8. lib. Metam.

Lenis adhuc somnus placidis Erysichthona pennis
Mulcebat.—

Periphrasticè 4. Aen. Virg.

—Somno positæ sub nocte silenti
Lenibant curas.—

Poëtarum vocabulum est, vix prorsa oratione scribentium: quamquam vsi sunt iuniores minus clasici: & Cicer. tamen compositum vsurpauit in conc. Metelli, vt citat Priscianus, permulsa, atque recreata: & libro quarto, histor. Sallust. & M. Varro in Satyra.



Etiam diuinitus somnia dari contra Aristot. indicatur, & locus Hippocratis enucleatur.

CAPVT XX.

SOMNO permulsi excipimur ab insomniis: Magna semper fuit eorum apud omnes gentes auctoritas, Romanas, Græcas, Hebræas, Barbaras: & fuerunt apud omnes, qui indicandi per somnia artem magna superstitione exercerent, prærerquam apud Hebr. quibus vt nationi sibi gratiosæ, eximio prouidentiæ suæ munere hoc liberaliter concesserat Deus, vt, cum necesse esset, viros haberent sanctos, qui somnia interpretarentur: qualem præcipuè sacra eorum memorant volumina Danielem, Iosippum ante. A

Et verò Artemidori commentarius artis huius circumfertur magister mille refertus nugis, B & præstigiis: & Plut. est. auctor lib. de defectu oracul. quædam in hunc finem oracula fuisse, quæ de insomniis responsa darent, eaque explanarent.

Quid quod Arist. extremo de diuinat. lib. iudicem esse peritissimum somniorũ docuit eum, qui posit rerum similitudines intueri, atque agnoscere? A & idem tamen fallitur ibid. cap. 1. negans vlla à Deo somnia mortalibus dari, quòd quibuslibet dentur, non optimis, & prudentissimis, B & cap. 2. quia somniant quædam animalia. & quod naturę est somniare, eorum maximè, qui multa loquuntur, & bile atra abundant: quem secutus est Cicero vanitatem somniis omnibus assignans lib. 2. de diuin. qui tamen alias somniis credit.

Quæ & fuit Epicuri sententia, vt est apud Tertull. lib. de anima, cap. 46. vana, inquit, in totum C somnia Epicurus iudicauit liberans à negotiis diuinitatem, & dissoluens ordinem rerum, &c.

Illorum è diametro aduersa opinio, quibus placuit omnia somnia esse diuina, hoc est, à Deo immitti, quos in Timæum Plat. scribens Chalcidius refellit vel hac sola experientia, quòd multa somniamus irreligiosa, & impia.

Plato melius, nec benè tamen, qui vera somnia, & quæ futura portendunt, à Dæmonibus fieri docuit in Symp. quia, inquit, Deus non miscetur homini, C vt eum docuerant Empedocles, & Pythagoras: quam rationem, siuè fundamentum doctè, & subtiliter S. August. euertit libro 8. de ciuit. Dei cap. 20. & 21. & lib. 9. cap. 7. 8. 9. &c.

Nec putes tamen idem Aristotelem sensisse, & Platonem: differunt enim. nam hic à Dæmonibus fieri vera somnia, ille à natura omnia voluit, D quæ tamen est Dæmonia D

Optimè

Optimè Hipp. libro de insomn. cum à veris, & constantibus inania semouisset, & falsa illorum duas formas instituit, alteram diuinam, alteram naturalem; ptiorem effici à Deo, posteriorem à natura.

Quod verò alio libro Hippocrates scilicet de septimestri partu, peculiarem esse quandam in corpore prudentiam, quæ in somniis sese exerit, affirmat, de somniis natutalibus, potest accipi: non diuinis quæ putat ex caussis ferè in dormientis corpore latentibus proficisci: E nec verò prudentiam sumas virtutem illam moralem, de qua multa in Ethicis Aristoteles, sed nescio quam subtiliorem, & viuaciorem sensuum functionem, & vim, quæ in belluia quoque ipsis à plerisque agnoscitur, cum alias aliis docent esse prudentiores: appelles licet promtitudinem, ac dexteritatem actionum.

Optimè verò Ioannes Fraucifcus Picus libro de prænotionibus sexto capite septimo tres definit vniuersè caussas somuiorum, & exponit: naturalem vnam, Dæmoniorum alteram, tertiam diuinam.

Tu hoc de somniis argumentum nuper à nostro Pererio in Danielis librum primum diligenter, & eruditè pertractatum lege, præsertim vt cognoscas, qua ratione immittantur somnia à Deo, & cur. mihi satis est monuisse Aristotelem F malè somniis diuinitatem abrogasse, bene asignauisse Hippocratem, & fortasse Posidonium, Stoicum apud Ciceronem de diuin. ante omnes profanos Homerum καὶ γάρ τ' ὄναρ ἐκ Διός ἐστι. ante omnes Mosen Genes. 20. & sæpe alias, vel apud eum Iob. cap. 7.

Consule Hippocr. & Aristot. eiusdem inscriptionis lib. & hunc libro de diuin. Plat. 5. lib. de legibus Artemid. de somniorum iudiciis Macrobium 3. li. de somn. Scip. Tertullianum lib. de an. cap. 45. & sequentibus Lactantium lib. de opif. Dei, capite decimo octauo. Gregorium Nyssenum de creat. in hom. cap. 16. vt receutiores omittam.

Animantis calore metalla confici: Curtij obliuio: Amati notatio correcta: pica affectus quæ origo nominis: molam sine viro habere mulieres, quæ & podagrica: Philonium quid.

CAPVT XXI.

A VULGI est opinio ferrum à Struthio camelo confici, à qua non longè abest Plinius lib. 10. cap. 1. scribens de [...]o, concoquendi fine delectu deuoratæ mira natura: abest Magnus Albertus libro de nutrim. & nutrib. tract. 1. cap. 1. si lapides glutiat excernere dicens incoctos, nec ex ipsis vllum ad se attrahere nutrimentum.

Ego non absum aliarum experientia doctus auium, quæ lapillis, scrupulis, terra vescuntur: nec dubito, quin homo etiam aliquid vorans ferri, orichalchi, alteriusue metalli, possit quadantenus concoquere, natiuo calore subtiliores eorum partes ad se trahente, & consumente.

Ferrariæ heluonem quendam, qui ab omnibus idcirco Struzzo vocabatur, quòd coria, testas, fracta vitra vorabat, & conficiebat, se cognouisse affirmat Amatus Lusitanus Centuria secuuda cur. 69. scholio, & in ipsa curatione narrat puerum quendam octennem degluriisse nummum æneum, & graciliorem quidem effectum, sed post annum egessisse: cum excrementis, exiguum tamen: cur autem, nisi quia calor natiuus consumserat? B

Aeui nostri non ignobilis medicus Matthæus Curtius in Mundeni anatomiam profectò alucinatur, cum duas cranij laminas se nunquam apud Galenum legisse confitetur, & nullam earum fieri ab eo mentionem asseuerat: qui tamen libro & capite sexto Methodi, non modo meminit duarum, sed fortasse etiam trium, & secundam διπλόην vocari scribit, opinor ex Hippocrate de capitis fracturis. certè Linacer agnouit, & indicat Galenus eo loco vocans διπλόην & cæt. cur enim diple dicitur, nisi quia est simplex lamina, anteceditque duplicem: nisi verò vnam tantum esse dicamus, quæ quia trasiuscula est, nominatur diploe, ac si esset duplicata. C

Idem Amatus cannas putridas vaporem expirare pestilentem, ac mortiferum obseruauit Centuria tertia cur. 84. cuiusdam experientia rustici, qui cum eas commouisset mox totus intumuit, & tanquam veneno infectus, curatus fuit.

Audio Bulbum earum nescio qua vi praua, ac pœne letali esse præditum: itaque suspicor non tam afflatum id venenum ex ipsarum cannarum putredine, & corruptione, quàm bulborum, siue ex cæno, in quo crescuut ipsæ caunæ.

Et scio tameu vim etiam inesse anthelæ, siue lanugini cannarum auribus noxiam; si enim incurrat fortè iu aures, ita adhærescit, vt nequeat auelli, & auditum obtundat, vt ait Ioannes Ruellius lib. 1. de nat. Stirp. cap. 54. immo auferat, vt vult Dioscorides lib. 1. cap. 97. & Galenus lib. 7. Simpl. med. quanquam neq; hoc est cannarum ptoptium: è quàm multis enim rebus aliis putridis, & fœtentibus exit odor pestilens, qui possit afflatis interitum adserre? D

Κίττα. id est, pica, morbus est mulierum proprius, quæ vterum gerunt, quo fastidium gignitur ciborum edendo accommodatorum, & appetitui ineptorum, immo rerum earum, quæ

cibus non sunt, vt carbonum, lapillorum, terræ, & similium.

E Nominis caussa diuersa à diuersis traditur; Aristoteles libro septimo de histor. animal. capite quarto, ὁ φλὸν τοῖς κισσᾶν, nomen ei scilicet ab aue, quæ pica dicitur, assignat; cur autem, non explicat: explicat Alexandrinus libro secundo Problem. quæst.73. vel quia glebam semper comedit, vel quia diuersorum est coloribus: *A* & Aegin. libro 1. cap.1. quia hæc auis & ipsa laborat hoc fastidio, seu quia vorax est, & modo in hanc, modo in illam deuolat arborem, vt ex qua cibum carpsit, eam auersetur; & repetat, quam auersabatur. *B*

Eadem notat ex Galen. Aet. libro decimo sexto capite decimo, & aliam nominis rationem adiungit, hoc est, ab hederæ similitudine, quæ Græcè est κιττὸς: nam sicut hedera diuersis plantis sese implicat, ita affectæ pica mulieres diuersos appetunt cibos, dulces, acres, immaturos, acerbos, & non cibos, vt dixi.

F Caussam mali docet Aristoteles aliam non esse, quàm humores crudos, atq; acidos, qui ventriculo sunt molesti, & sequuntur citati veteres medici.

Est & quarta, immo quinta ratio nominis expressa magia ab Schol. Aristoph. indicata tamen à me tertio loco.

Virginibus immo & viris accidere Galenus libro quarto de Sympt. caussis tradit, & inter: nam quæ caussa grauidas in hunc impellit affectum, eadem, & virgines potest, & viros, hoc est, humores vitiosi, siue humidi, siue calidi, qui ad os defluunt ventriculi, & appetentiam deprauant stomachi, vt idem eodem libro cap.7. do-

G cet: neque cibis hoc tantum fit, verum etiam nimia potatione, ex qua creantur humorea salsi, biliosique & feruor natiuæ humiditatis: ex bia enim appetentia vitiatur, vt & dipsade vocato, aqua marina, vino veteri, febri ardente, &c.

Cui quidem fastidio præsentissimum remedium ex Galeni sententia ἱερὰ πικρὰ, quoniam aptissima depellendis hia vitiis, quæ tunicis ventriculi adhærescunt.

Dicitur & malacia, quòd mollitudo quædam, & defectio fit, ac lapsus, vt loquuntur, ventriculi: vtitur hoc vocabulo Plinius libro vicesimo tertio capite sexto, & alibi. In viris dicitur ἀψυχία.

Molam solis mulieribus grauidis accidere, aut maximè scripsit Aristoteles libro quarto, de gen. anim. cap.7. etiam absque viri semine C. vt ait Albertus Magnus libro de an.10. tract.2. cap. 2.& Grammatici; qui definiunt carnem informem, & anima carentem in mulieris aluo citra

H viri semen ortam, quæ & contingit iis, quæ versari cum maribus consueuerunt, sed frequenter iis, quæ à maribus se continent alias cum ipsis viuere solitæ, vt sunt viduæ: materia est semen, & sanguis: vtrumque enim miscetur vna, & in carnem duratur ex eo, quòd vitiosi sunt menses, aut ineptius, vt debile & frigidiusculum, viri semen ad fetum efformandum.

In quo mirari Galenum par est asserentem libro decimo quarto de vsu part. & septimo libro Methodi cap.6. atque alibi, neminem vidisse vnquam absque viro molam, vel eiusmodi quidpiam concepisse.

Hebræorum opinio est, in quo eos ego fabulosos, & superstitiosos existimo, absque viro, *I* non absque viti semine relicto in balneia concepisse lauantem Ieremiæ filiam, quem tamen Virginem agnoscunt veteres patrea; sic genitum Benziran, sapientissimum virum, cuius apud Hebræos plurima seruantur præcepta: inde nomen ipsi, quasi filius doloris, quòd mater sine vllo voluptatia conceperit sensu, & pepererit cum dolore, cum malè Rabini exponant, filius genitoris sui: nam Zit cum tsadic dolorem significat, quæ littera est in hoc vocabulo: sanè Auerroes, Auicenna, & Algazel idem affirmant de alia, nescio qua, muliere; eadem videtur Plutarch. tradere lib. qui inscribitur præcepta connubilia.

Mulierem podagra non tentari, aut laborare, *K* nisi menses deficiant, Hippocr. affirmat 6. libro Aphot. 29. mendacem deprehendit Seneca epistola nonagesima quinta nec mirandum, vt ait, maximum medicorum in mendacio prehendi, cum tot feminæ podagricæ, caluæque sint. Beneficium sexus sui vitiis perdiderunt, & quia feminam exuerunt, damnatæ sunt morbis virilibus.

Galenus postea docuit id verum fuisse temporibus Hippocratis, non suis: quòd illius æuo temperatius, moderatiusque viuebant feminæ, suo intemperantet, & luxuriosè: neque enim ex sola partium imbecillitate, nisi exuberent humorea, quisquam fit podagricus. Nunc vinolentia, crapula, intemperantia vitæ vim quodammodo superatunt naturæ. Probat Aponensis diff.9. & in comment. probl. lib.10. cap.37. & cor.51. cent.4.

Amatus refert mulierem Anconitanam se cognouisse, & iuuenem, & senem podagra vehementer tentatam, etiam si menstruus ei sanguis *L* statis temporibus non deficeret, parentesq; nunquam laborasse, auum tantum, & quidem sæuissimè afflictum.

Philo medicus fuit Tarsensis, cuius celebris apud Galenum antidotus ἀνώδυνος & primas inter ἀνώδυνα tenens, & describitur lib.9. de comp. med. localium capite quarto meminit Aet. libro13. cap.107. vt & Mesue in suo antidotario, quod vocat Persicum, fortasse, quia in Perside inuentum vel vsitatum: alind Romanum, quod & maius dicitur, ex Auicenna lib.5. Nicol. Myrepsus, quia Romæ in frequenti erat vsu.

Philonium hæc antidotus nominata, non à Philone Rom. vt Barbari nugantur interpretes

rudes

rudes historiæ, sed à primo inuentore Philone medico, de cuius nomine cetera item multæ antidoti Philonia dictæ, tametsi non omnes ab eo repertæ: eam vtilem fuisse intra sex tantum menses prodit medicorum schola, post annum inutilem: præ ceteris Galenus libro 12. Meth. cap. 1. & post decennium erat Philonium aliquod salutare, vt omne, quod vocant, opiatum, ad quod referri puto antidotum, quæ reges nominatur aut carens opio, aut modicum habens: mirificè tamen ardentium febrium restinguit æstus. Vide Ioannem Fern. lib. 7. Meth. med. prioris loco cit. Ita mentionem facit Galenus, vt etiam versus recitet, quibus Philo hoc suum inuentum non pessime inuoluit.

Quam varium apud Romanos ius patronorum in clientes, & libertos, locis aliquot veterum auctorum lux allata.

CAPVT XXII.

A MORES antiquitatis, & consuetudines in legendo Horatio sunt ei diligenter obseruandæ, qui hunc poëtam probè velit intelligere, & explicare: illi vtrumque eximiè præstiterunt, qui nostra ætate vel iustis commentariis explanarunt, vel breuibus notis, aut scholijs homines antiquitatis peritissimi. Dux ergo nobis sit Horat. locus epist. 1. lib. 2. sic scribentis.

Romæ dulce diu fuit, & sollemne reclusa
Mane domo vigilare, clienti promere iura.
Cautos nominibus certis expendere nummos,
Maiores audire, minori dicere, per quæ
Crescere res posset, minui damnosa libido.

B Hæc priora carmina morem indicant priscorum, quem in suis commentariis Dionys. Lambinus egregiè declarat ex 1. & 3. Cic. de or. lib. or. pro Muræna, & 1. de legibus cum videlicet I. C. responderent consulentibus in eoq; plurimum studij collocarent, & multam diei partem consumerent: in quorum item foribus scribi solitum apparet, licet consulere, quod eo tempore, quo Murænam defendebat Cicero, ab ipsis omissum tradit in ea oratione: nemini vnquam infimo maiores nostri patronum deesse voluerunt: qui etiam sensus agnoscitur à Badio Asc. cum scripsit, promere clienti more pragmaticorum iura, le ragioni, nos Itali diceremus: quibus non dissimilia, quę de extraordinaria Consulum potestate cecinit Ouid. sed mœstissimè, 4. lib. de Ponto eleg. 10.

C *Aut reget ille suos dicendo iura Quirites,*
Conspicuum signis cum premet altus ebur.

Et eleg. 11.

Hac modo te populo reddentem iura videbit,
Et se secretus finget adesse tuu.

Proculus, clientes, inquit, nostros intelligimus liberos esse, etiamsi neq; auctoritate, neque dignitate, neque viribus nobis pares sint l. 7. D. de capt. & postl. l. 3. D. vsu, & habit. l. 3. C. de nouat. l. 89. D. de furt. l. 5. §. 1. D. de his, qui deiec. vel effug.

D In illis tamen Hor. versibus diuersum quendam mihi videre videor, ac proprium Romanorum morem, nec dissimilem tamen superiori, sed magis vniuersum: superior enim, quem Ascensius, & Lamb. interpretantur, consilia tantum, & responsa litium caussa intuetur Iurisprudentum: quo illud Alberici respicit in Dict. Iuris, patronum sumi pro aduocato in Auth. de ap. in princ. C. de Iud. l. aduoc.

At proprius quidam erat mos Rom. vt patroni res clientum agerent, etiam extra iudicia, & vicissim multis officiorum generibus clientes eis inseruirent: nam & clientela, vt ait Albertus idem, vocatur defensio C. vt nemo ad suum patronum suscip. rust. vel vic. l. 1. lib. 11. quod institutum nescio an foret in Græcia.

E Hoc certè, aut simile à Gallis olim retentum, quod Cæsar scribit lib. 7. de bell. gall. in more enim erat ipsorum, vt circum se plurimos cliẽtes haberent, vt quisque genere erat, opibusq; præstantior, quibus nefas erat, vel in extrema fortuna deserere patronos: eosdem Soldurios lib. 3. nominat, si Hotomano credendum: ego nõ credo, sed diuersos à clientibus esse arbitror.

Deuotos latino vocabulo nuncupauit idem Cæsar, quorum, inquit, hæc est condicio, vt omnibus in vita commodis vna cum his fruantur, quorum se amicitiæ dediderint: si quid iis per vim accidat, aut eundem casum vna ferant, aut sibi mortem consciscant: neque adhuc hominum memoria repertus est quisquam, qui, eo interfecto, cuius se amicitiæ deuouisset, mori recusaret.

Seruius item in libro 4. Georg. scribit ex Crispo Sallust. de Celtiberis. Celtiberi se regibus deuouent, vt post eos vitam refugiant. videntur & Germanorum comites, quos Tacitus libro de mor. Germ. appellat, eiusmodi fuisse.

F Ergo lex à Romulo lata sic decreuerat (cuius auctorem grauissimum habeo rerum Rom. scriptorem Græcum Dionys. Halicarnasseum lib. 1. vt Seruium taceam in 6. Aeneid.) nam cum primus hic Roman. auctor, & princeps à patribus plebeios distinxisset, ne qua inter eos dissensionis materia relinqueretur, singulis ex plebe permisit, quemcunq; ex patribus vellent patronum adsciscere: his inter eos iuribus constitutis: primum quidem, vt patroni, quę clientes iura, & legitima ignorarent, eos docerent: id quod hoc loco significare voluit Hor. eorum absentium æquè & præsentium non secus, quàm parentes, liberorum curam haberent: caussas & priuatas, & publicas eorum susciperent: denique tum priuatim, tum publicè eorum commodis, & rationibus consulerent.

Ar

G At verò si opus esset, vicissim clientes ad collocandas in matrimonio patronorum filias dotẽ conferrent, ipsos, aut ipsorum liberos ab hostibus captos redimerent; multas, si quæ deberentur, eorum nomine persoluerent: &, si qui sumtus publicè faciendi essent, partem contribuerent; lege vtrisque imposita, vt neque inter se accusare, neque aut testimonio, aut suffragio lædere, inimicitiasue exercere iis liceret.

Quæ sane omnis cum iis conueniunt, quæ lu noct. Att. lib. 5. cap. 13. refert Agell. apud Rom. primum iuxta parentes locum tenere pupillos, fideique tutelæque creditos, secundum eos, proximum locum habere clientes, qui sese indemtidem in fidem, patrociniumque dederunt: tertio loco esse hospites, postea cognatos, affinesque
H & confirmat auctoritate M. Catonis in ot. apud Censores in Lentulum: quamquam Massurij Sabini iuris ciuilis libro itemque C. Cæsaris in ot. pro Bithynis testimonio præponit clienti hospitem.

Ac certè verissimum est clientes non ad lites tantum, patronorum habuisse rationem, cum ex libris Dig. & Cod. Iustin. eos dici clientes appareat, qui se alicui ciui potentiori adiunxissent, vt eius patrocinio defenderentur in caussis, in capite, in fortunis, vicissimq; ipsi patronos suos omni obseruantia, & obsequio colerent: quod & Plutarchi Romulus indicat, & lex non dubito 7. de capt. & postlim. & l. de oper. lib. patrono libertus iurat se præstare operas.

Itaq; patronus quasi pater dictus est, & cliens
I quasi colens, vt ait Seruius in illud Virg.

Et fraus innexa clienti.

Hesych. πάτρωνας exponit τοὺς κηδεμόνας, scilicet qui curam suscipiunt, & βοηθοὺς, qui auxilium ferunt: insinuat quoque Cic. 1. lib. de off. patroni, inquit, erant more maiorum, qui ciuitates, aut matronas deditas bello in fidem recepissent, & in Verr. Marcellus Siculorum, Allobrogum, Fabius patroni appellantur.

Hos item susceptos nominarunt posteriore sæculo, vt apparet ex Seru. Honorato in 6. libro Aen. & his verbis Saluiani Massiliensis Episcopi lib. 5. de gubern. Dei quærunt auxilia, & patroci-
K nia maiorum, nihil susceptis tribuunt, sed sibi, & alterius in quæst. mixtim Theologi (neq; enim sunt B. Augustini) nunquid si malæ vitæ sit aduocatus, contra susceptum eius pronunciabitur? hoc est, officium aduocati, vt secundum iuris ordinem suscepti sui caussam peroret, numquid poterit vita eius, si turpis est, obesse caussæ suscepti?

Immo & antiquiotis Grammatici Palæmonis, glossis, assecla, cliens, siue susceptus iure, nam dicimur suscipere aliquem, id est, in fidem, & clientelam accipere l. 13. D. de verb. oblig. qua ratione susceptus dicitur l. 1. C. de princip. agent. in rebus. neue sub vnius persona suscepti fraude quadam aliena negocia inserenda esse pertentent.

Ac meritò sanè in hac susceptione fraudem metuit princeps, quòd sæpè clientes, qui se, suaq; omnia bona tuenda, ac defendenda potentioribus addicebant, id faciebant fraudandorum publicorum tributorum caussa: quo etiam prætextu rusticorum bona, & vicanorum sibi poten- L
tiores vendicabant, vel relinquebant susceptis, sub certa patrocinij mercede, vt constat tit. C. vt nemo ad suum patrocinium suscipiat vicos, vel rusticanos eorum, & tit. de pac. vic. C. Theod. & Iustin. Nou. 17. & Tiberij de diuinis domibus: quibus locis hoc ipsum reprehenditur, & damnatur.

Extat quoque lex Fauia, siue Fabia de numero sectatorum, seu clientium, aut comitum, qui patronum sequerentur, cuius Cicer. meminit in or. pro Mur. & luce clarius lib. cit. Saluianus demonstrat, vt vim exactionis euadant, tradunt se ad tuendum protegendumq; maioribus, dediticios se diuitum faciunt, & quasi in ius eorum, ditionemque transcendunt: nec tam graue hoc esset, si potentes patrocinia ista non venderent, sed hac lege tueri pauperes videntur, vt spolient: M
omnes enim ij, qui defendi videntur, defensoribus suis omnem ferè substãtiam suam addicunt, nihil susceptis tribuunt, sed sibi. Nouum genus venditionis, & emtionis, venditor nihil dat, & totum accipit: emtor nihil accipit, & totum penitus amittit.

Non tacendum eos, qui ius anulorum haberent, anulóue aureo donati essent, nullum patrono officium, obsequium, operamúe debuisse excepta reuerentia, quod est ab Vlp. traditum l. 10. §. 2. D. de in ius vocat.

Plut. item in Fabio Max. notat patronos etiam nominatos eos, qui seruitute aliquem exemissent: nomenque ortum primum à Patrone quo- N
dam, qui primus alterius suscepit patrocinium in Romulo prodit, à quem vocat προστάτην, vt patrocinium προστασίαν, sic definiens κηδεμονίαν τῶν ὑποδεεστέρων, καὶ βοήθειαν eum verò Patronem vnum fuisse ex sociis Euandri, qui κηδεμονικὸς fuerat τῶν ὑποδεεστέρων, καὶ βοηθικὸς clarissimè Euripid. Scholiast.

Nec verum esse puto, quod Pollux adnotauit ἀρχηγὸν, vel ἀρχηγέτας γένους; id est, auctores generis πάτρωνας nominari.

Bona quoq; libertorum hærẽdes non habentium patrono, patronisuè dabantur ex lege, l. 23. bon. libert. si libertus intestato decesserit, patronum, aut filium, nepotemuè eius ad successionem vocari indubitatum est, ait Iulianus.

Vlp. l. 3. de suis hæred. liberto intestato mor- O
tuo, primùm suis deferri hereditatem verum est, si hi non fuerint, tunc patrono.

Papia lege semissis bonorum relictus videtur fisco, alter semissis patrono, vt ex Suet. in 2. lib. Tac. Lipsius colligit: sic enim cap. 32. in Ner. ante

omnia

omnia instituit, vt è libertorũ bonis pro semisse dodrans cogeretur ei, qui sine probabili caussa eo nomine esseut, quo fuissent illæ familiæ, quasi ipse contingeret.

Sed videtur legendum in Suet. quod non viderunt interpretes, pro semisse dextans, vt habent scripti libri, si qui siue prob. &c. Sensus enim. Nero animum ad rapinam conuertit, atque inter alia excogitauit, vt è bonis libertorum sine prole decedentium, fisco non semissis, vt ante, sed dextans cogeretur, eorum scilicet, qui nomen aliquod ferrent ex Imperatoria familia, vt sc. Domitij, Claudiiq; nuncuparentur, ac si, prætextus hic erat, pars essent aliqua Imperatoriæ domus: id, quod non tantum pertinebat ad libertos Cæsarianos: nam augusta fuisset ea rapina, &c.

Dices, nihil de hoc iure habent Iurisconsulti. Verissimum; nec mirandum: quia leges Papias constantissimus principum Sept. Seuerus sustulit, vt ait alter Sept. Tertull. in Apolog. cap. 4. omnes vero I. C. ferè post Seueri æuum.

In Tac. lib. 2. annal. exemplum est huius moris, cum scribit magnificam in publicum largitionem auxit Cæsar haud minus grata liberalitate, quod bona Aemiliæ Musæ locupletis intestatæ perita in fiscum, Aemilius Lepido, cuius è domo videbatur, &c. Vbi post Musæ, videtur interponendum l. id est, libertæ, fortasse, quia nec suus illi erat hæres, nec patronus, ideoque Tac. ait Lepido concessit, cuius è domo, &c.

Aut certè Tiberij sæculo ius aliquod fisci proprium fuit in bona omnium libertorum, qui sine prole obiissent: indicare videtur Suet. in Vespas. cap. 23. de Cœrulo, siue Cerylo, aut Cotylo, varia enim lectio, liberto, qui diues admodum ob subterfugiendum quandoque ius fisci, ingenuum se, & Lachetem, mutato nomine cœperat efferre.

Hoc apertissimum: variis, ac ienibus ex causis hæreditates olim caducas fuisse, vt si quis principis cliens, si ab eo ciuitate donatus, &c.

Hinc Dio. libro 60. eum multi accusarentur, qui Claudij nomine non vterentur, aut testamento nihil legarent (quasi vtrumque iis qui ciuitate ab eo donati essent, facto opus) edixit, ne cui hurum caussa fieret molestia: & si in militia ab eo dignitate auctus; in Calig. cap. 38. Suet. ex Dione lib. 59. argumentum, qui testamenta primipilarium, qui ab initio principatus Tiberij, neque illum, neque se hæredem reliquissent, vt ingrata rescidit. Tantum de iure patronorum, & nimis fortè multum.



Finis poëticæ qui: & similis histrionica quo modo explicatum.

CAPVT XXIII.



VT prodesse volunt, aut delectare poëta. Vt Hor. in epist. ad Pisones ait, poëticæ nomine vulgo inscribitur, vim A omnem explanans poëseos: quod Hor. carmen egregiè defenditur erudita Strab. aduersus Eratosthenem lib. 1. disputatione, qui alteram tantum partem, voluptatis nimirum, poëtis relinquebat, quem Strabo iure notat inscitiæ, poëtas docens vitæ magistros esse, & morum castigatores: quare & ab antiquis σωφρονιστὰς nominatos: & Hor. modo hanc, modo illam partem exprimere debere tradit, & tanquam se corrigens, vtramque simul.

Aut simul & iucunda, & idonea dicere vitæ,

Et post:

Sic animis natum, inuentumq; poëma iuuandis.

Sane Philosophia quædam erat occulta poësis; quæ suis fabulis quodam modo lactabat homines eo vsque quoad solidioris essent doctrinę cibi capaciores, id est, apti ad ea percipienda, quæ philosophiæ præceptis, vt oraculis continentur: B itaque Deorum laudes potissimum celebrabant poëtæ: vnde hymni, hymnodiaque orta, quæ religionẽ fouebat. Quare grauis in primis auctor Maximus Tyrius integra oratione cum philosophia comparat poësim.

Enimuerò vtrumque præstat poëtis, hoc est prodesse, & delectare, imitatione potissimum omnium actionum humanarum, motionumq; & rerum omnium tum anima carentium, tum præditarum, sic, vt oratio imitans finis sit ipsius, quemadmodum oratoris persuadens, siue ad persuadendum appositè facta: iure vt docti quidam, quod tanquam peculiare Comediæ attribuit Cicero, ad totam poëticen referant, imitationem esse vitę, speculum consuetudinis, imaginem veritatis.

Imitari autem actiones dixi, & motiones, scilicet externas, quas nempe videt, & idcirco potest diiudicare; quæ tamen sunt notæ internarum; neque enim internos potest habitus exprimere imitando, quòd in animis delitescunt, neque oculis cerni possunt, vt & pictura facit coloribus; ærariæ ære; marmoraria saxo: quod enim his colores, & quę coloribus respondent, id poëtis est oratio. C

Itaq; histrionica facultas, quæ tota est in imitando, ministra est poëticæ, licet histrionis imitatio quodam modo sit animata, & viua, poëtę mortua, & subseruit histrio poëtæ in recitando, vt etiam Rhapsodi: vis enim tota poëtę in describendis oratione moribus hominum est sita, sed tanta, vt quæ naturæ sua horrorem, terrorem que incutiunt animis, traducta ad nescio quam similitudinem oratione poëtæ, dum repræsentantur,

miran-

mirandum in modum capiant, & oblectent animos, quod Tragici casus ostendunt.

Eodem planè euentu, quo toruum os Leonis, rictum Apri, ferientem cornu Taurum, serpentem, Chelydrou spectamus cum formidine, & horrore, quæ tamen expressa vel coloribus, vel saxo, vel ære, summa cum animi voluptate intuemur.

Histrionica verò exprimit voce, ore, vultu, gestu, aptè ad fidem, & persuasionem audientium, & spectantium: cum poëtica legendo delectet auditorem, histrionica agendo, sic, vt eorum animi intro admittant rei, quam isti oculis obiiciunt, imaginem vt quod de saltatore quodam
E peritissimo Demetrius apud Lucan. περὶ ὀρχήσεως admirabundus protulit, dici posit de histrione præstanti: saltator enim saltando singulas animi exprimebat affectiones, corpo is item motiones ita ad viuum, vt loqui videretur.

Cum igitur Demetrius saltationem quoddam vocatet πάρεργον. Egregius quidam saltator Neroni carissimus, qui hoc eum audierat dicentem, rogauit, vt se spectaret absque tibiis, & cantu saltantem: annuit Demetrius: spectauit, & exclamauit, audio quæ facis, non modo video, & mihi videris ipsis loqui manibus.

F Quod & ad histriones traduci potest artificiosè imitantes, qui si hoc faciunt, poëmatis augent pulchritudinem: si malè, ac frigidè, siue nimiè, eorum culpa redundat in poëtas, qui eorum vitio minus videntur periti: & in hoc Mynifcus Callipidem reprehendit, vt est apud Arist. in poët. A vel contra, vt est apud Athen. lib. 10.

Hinc enim factum, vt præstantissimi Tragici, & Comici à mediocribus victi fuerint, bisq; applausum; illi exsibilati, & explosi vitio histrionū.

Ex quo illud Luc. in Nigrino ductum, de quodam philosophi nescio cuius narraturo sermonem, vereri se, ne malis histrionibus par sit, qui poëtarum dramata malè recitant: eadem pæne de Rhapsodis ratio. B

Quod autem Plato incusat poëticen, & à sua Republica poëtas explodit, corruptam poësim, vitiososq; poëtas interpretamur, & qui delectare solum, non etiam prodesse, immo obesse potius virtuti, ac bonis moribus conabantur.

G Vim porrò facultatis poëticæ Homeri versibus constare, ac post ipsum Tyrtæi in epist. ad Pisones tradit Horat. deterrentium à timiditate, & pauore, ad fortitudinem, atque alacritatem incitantium. Paucos Tyrtæi versiculos Robortellus adducit in paraphrasi in citatam epist. hoc autem fit verbis, & oratione aptissima rebus, de quibus agitur: cui si accedat gestus dignitas, & peritia, quæ verba aptè sequatur, quid non efficiet poëta?

Quemadmodum & Hermogenes lib. de ratione grauitatis περὶ μεθόδου δεινότητος, exemplo docet Homeri, & Demosth. Tragicè loqui esse de rebus flebilibus, & commiserabilibus verbis quoque similibus loqui τὸ τραγικῶς λέγειν ὅμηρος μὲ ἐδί δαξε, Δημοσθένης δ' ἐμιμήσατο. Tragicè loqui Homerus quidem docuit. Demosthenes verò est imitatus, & exempla ex vtroque profert.

Græcarum vocum ex latinis explicata proprietas, & phraseon cum Italicis, aut latinis similitudo.

CAPVT XXIV.



MARCVS Cic. act. 6. in Verr. hæc tria coniungit, indignius, indecentius, inhonestius: quæ vnica vox Græca omnia significat ἀεικῶς, significat & A fœdum, vt 1. Iliad. & 2. ἀεικέα λοιγὸν ἀεικέας πληγὰς fœdam pestem, fœda verbera; quamquam explicare etiam possimus indignam pestem, & crudelem, indignas plagas, & crudeles, & inhonestas, vt inhonestum vulnus 6. lib. Aen. Virgil. dixit in Deiphobo, & indignam mortem: sic & fœdum facinus, quod latini dicerent.

Homerus vocat ἀεικὲς ἔργον, adulterium, vt Il. τ. ἐοικότα ἔργα opponit τῶν ἀεικῶν, vt mihi dictum videatur hoc nomē ab εἰκὸς participio, quasi ἀνεοικὸς, non consentaneum, indecens, aucta tamē significatione: & Sophoclis interpres Electra astipulatur αἰκίαν, ὕβριν, deducens καὶ τὸ μὴ ἐοικέναι tametsi melius ex ἀεικὴς ἀείκεια deducetur, vnde αἰκία, sicut ex ἀείρω & φαείνω, quod ait Eustath. fit αἴρω & φαίνω. Significare item σκληρὸν durum, & asperum Etymologus tradit, nimis argutè deducens ἀπὸ τοῦ εἴκειν, id est, à non cedendo. B

Redeo ad primam notionem; Iliad. vlt. dicitur Apollo omnem ἀεικίην ab Hectoris cadauere prohibuisse, id est, omnem indignitatem, hoc est, ne ab hostibus eius mortui corpus fœdè concideretur; eandem postea nominat αἰκίαν: nam & 1. lib. Herod. ἀεικείῃσι τύπτειν δι' πρεσαρτῶν, rectè Valla latinè vertit, indignis verberibus concidere: sane ἀεικέα ἔργα sæpe Hom. dicit, indignitates, siue res indignas, quas latinè dicimus.

Αἰκία ὕβρις ἔμπληγος, id est, iniuria, quę cædendo fit, vt ait Suidas, & cum multis modis quispiam cædatur, eos omnes αἰκία complectitur: hinc apud Plat. de leg. αἰκία γονέων, Virg. Aen. 6. pulsatus parens dixit, sic, vt αἰκία non sit quæuis pulsatio, vt quæ ab irato fit, sed quæ fit per iniuriam, & contumeliam: potestque ὕβρις esse sine αἰκία; hæc C non sine ὕβρει: quare Arist. 2. lib. Rhet. ὑβριστὸν ἀδίκημα facit αἰκίαν, & Gregorius Nazianzenus μεγουμένης αἰκίᾳ τῆς ὕβρεως, & Demosthenes in Energum, & Mnesibulum αἰκίαν, χεῖρας esse dicit ἀδίκων vim, siue iniuriam, quæ manu adfertur.

Cetera, quæ ad huius vim vocis enucleandam videntur aut commoda, aut necessaria, suppeditabunt Græcorum vocabulorum commentarij.

Obseruanda item particulæ ἢ vsus, quæ pro alioqui sæpe accipitur, vt apud latinos aut. Bu-

dæus in comment. exempla recitat Demosthen.
D Xenoph.& aliorum, Ego Ouid.1.lib.amorum eleg.6. & 10. Metamorph. nam priore loco ita canit

—excute poste seram,
Aut ego iam ferroq́, igniq́, potentior ipso,
Quam face sustineo, tecta superba petam.

Posteriore.

Hanc simul & legem Rhodopeius accipit Orpheus,
Ne flectat retrò sua lumina, donec Auernus
Exierit valles, aut irrita dona futura,

Quis enim dubitare potest, sum I pro alioqui? vt etiam Italis est mos, risoluiti in questo, o iò; id est, adtrimente iò piglierò nouo partito.

Possumus etiam interpretari per sin minus: nam & sequente ἢ particula sumitur pro alioqui non, vt hoc loco Plat. in Phædro πᾶσα μὲν ἀνθρώπου ψυχὴ φύσει τεθέαται τὰ ὄντα· ἢ οὐκ ἂν ἦλθεν εἰς τόδε τὸ ζῷον:
E omnis quidem animus natura contẽplatur quæ sunt, alioqui non venisset in hoc animal, malè tamen quidam, cum latinè loqui volunt, particulæ vel non modo in diuisione, sed etiam in dubitatione dant locum, vt bene suæ ἢ vtrumque Græci tribuunt, cum tamen Valla rectè præmonuerit latinè volentibus loqui non licere. Quid Vallam dico? Quinctil. ipse vt caueremus, prædixit.

Ergo ἢ in diuisione apud Græcos, & vel apud Latinos bene vsurpatur: & apud Græcos bene etiam in interrogatione, & dubitatione; malè apud Latinos 1.de legib.lib. Plato βελτίους δὲ γίγνονται,
F βελτίους; ἢ χείρους γίγνονται; χείρους, id est, meliores, an deteriores fiunt? deteriores: vbi si latinè pro an dicas, vel, omnino pecces.

Sic illo eiusdem lib. loco τὸν ἐμαυτοῦ λόγον, εἰ δὲ ἀληθῆ, ἢ μή, πειράσομαι μαθεῖν, & illo τοῦτο δὲ αὐτὸ τὴν δικαιοσύνην ᾤετο, & ἄρα καὶ ἐν αὐτῇ τῇ τέχνῃ ἐν τῇ πολιτείᾳ, & circa finem libri ὡς ἄρα πᾶσα ψυχὴ τὰ αὐτῆς ἔργα quibus locis animaduertes erratum à Marsilio, & ex his per te cetera ipsius, & aliorum interpretum potes errata cognoscere.

Verbi item εἰμί, id est, sum apud Græcos in nonnullis phrasibus magna cum Italica lingua similitudo, quę non cum latina. Græcè dixit Plato εἶναι τῶν πόλεων Italicè dicimus, esser di tal città, ò terra. Demosth. Παιανιεὺς ὤν. Isæus Νικόστρατος Θρασυμάχου, Italicè, il tale, che fù del tale, ò quondam del tale Francisco fù di Pietro. Xenoph. τοῦ γένους G
εἰμί. Italicè son della casata, ò parentela. & vt Gręci pro mente alienatum esse dicunt ἔξω ἑαυτοῦ εἶναι, Itali eodem modo esser fuor di se: & quod Italicè dicitur, non comporto, non mi basta l'animo Gręcè per verbum ἀνέχομαι effertur, latinè per sustineo: exemplum in Quinctil.lib.2. cap.2. nec enim huius rei indicium differre sustineo.

In Suet. Aug. cap.31. postquam verò pontificatum maximum, quem nunquam viuo lepido auferre sustinuerat, mortuo demum suscepit, & cap. 66. nam quamuis minimè appeteret hæreditates, vt qui nunquam ex ignoti testamento capere quidquam sustinuerit.

In Calig. cap.30. hanc, vt crudelissimam cædem, & defleuit edicto, & eos, qui spectare sustinuissent, execratus est planè, vt Græcè eum infinitiuo ἀνέχομαι ὁρῶν, ἀκούων. tametsi elegantius participio adiungunt.

Demosth. phil.3. ταῦτα ὁρῶντες οἱ Ἕλληνες, ἀνέχονται H
in Midiam ἠνείχετο ὁρῶν. Soph. ἀνέξομαι κλύων. Xenoph.6. lib. Hellan. οὐκ ἠνείχοντο ἀκούοντες. Hom. Vlix.4. πῶς ἔτι ἀνσχοίμην ἄμενος. Sic & Ouid. Metam. lib.6.

—Sed non attollere contrà
Sustinet hæc oculos—

Et 4.lib. Fast.

Nec iam suspendere fletum
Sustinet—

In verba desinit hic liber, qui tamen res multas complectitur: hæ fructus sunt, illæ folia; sed & hæc protegunt fructus, docente Plin. lib.16. cap.26. post experientiam non igitur contemnenda.



HORARVM SVBSECIVARVM LAELII BISCIOLAE MVTINENSIS SOCIETATIS IESV

LIBER XX.

Vermium corporis humani quæ genera, quibus nominibus appellentur, quibus in membris gignantur; locis aliquot Hipp. & Arist. explicatis.

CAPVT I.

A VT in Megalocosmo ex putredine gignuntur quædam ferè ceteris minora, ita in Microcosmo minima: ἕλμινθες, Galen. nunc vniuersè accipit, vt commune lumbricis omnibus, & vermibus nomen, 1. lib. de loc. affect. cap. 5. & P. Aegin. lib. 4. cap. 57. tria eorum faciens genera, vt Arist. 5. lib. de gen. an. cap. 19.

Nunc duas modo agnoscit formas, vt cap. 8. libro de diff. morb. communem faciens eam vocem teretibus, ac rotundis, latis, seu planis, cum alias στρογγύλων, καὶ πλατειῶν meminerit 14. lib. Meth. cap. vlt. post Hippocr. & Arist. Aphor. 26. lib. 3. & Aegineta.

Nunc etiam vni tantùm formæ hoc attribuit nomen, id est, teretibus eodem lib. Meth. cap. 17. & 18. ἕλμινθες, καὶ ἀσκαρίδες, καὶ κειρίαι, & paulò post 3. Quomodo Aetius lib. 9. cap. 39. teretes dumtaxat nominat ἕλμινθας ea Herodoto, & cap. seq. agens de duobus aliis generibus.

Tres in summa lumbricorum, siue ἑλμίνθων sunt species: ἕλμιν absolutè, siue ἕλμις στρογγύλη, vermis rotundus: altera πλατεῖα, seu κειρία, vermis latus, qui & Auicennæ longus dicitur, vt & prior:
B tertia ἀσκαρὶς tenuis, siue gracilis, paruus, & minutus Auicennæ: vt planè statuendum sit lumbricorum alios esse longos, & magnos, alios paruos: longorum alios rotundos, alios latos, solos paruos esse ascaridas.

Dicuntur & ab Hipp. lib. 1. Epid. & 4. ἕλμιγγες, vertit lumbricos Cornelius Celsus lib. 4. Ventris animalia Plin. appellat lib. 20. cap. 14. interaneorum eodem libro cap. 6. Vermes innatos lib. 32. cap. 10. fortasse de bis etiam intelligit cap. 13. vbi de Eruca, bestiolas omnes innascentes corpori arcet, nam & de pediculis nil vetat sumi Tineas aliquando, immo Tænias, sic enim legendum, lib. 23. cap. 6. & lib. 24. cap. 8. hoc enim Dioscor. vertit lib. 1. cap. 128. de Malicorio, ἕλμινθας πλατείας ἐκτινάσσει, Tineas pellit; & vermes communiter: quomodo lumbricos, & vermes non in intestinis natos, sed sub terra locis maximè cænosis, ac lutulentis, latini vocant Plin. Colum. & alij.

Vel non nouit ascaridas Celsus, vel non nominat lib. 4. cap. 17. quia nimis exigui, & minuti, & in parte maximè ignobili, atq; infima oriuntur, nec vllo afficiunt damno.

Tres porrò has formas ex triplici materia creari Aegin. docet, quoniam in excrementis intra C
viuum animal contentis gignuntur per putredinem ex corruptis maximè cibis calori natiuo copioso coniunctam, A vt Galenus ait aphor. 26. li. 3. vt eorum materia sit cruda, pituitosa, & crassa: neq; enim ex bilioso succo gigni possunt; nam & amarore, & acrore suo, vt ait Aegin. ortos necat: neque ex atra bile, quia aduersatur vitæ, quia frigida, & sicca: neque ex sanguine, vt Altomaris doctè, & breuiter ostendit cap. 81. de med. hum. corp. malis.

Non omnes has formas esse volunt animalia: indicat opinione quorundam hoc Hipp. lib. de morbis, latum lumbricum, hoc est, πλατεῖαν ἕλμινθα, quandam esse docens substantiam, quę adnascitur intestinis præ se ferens animalis formã, quasi non sit animal: B ex eoq; Aet. & Aegin. fal- D
luntur existimantes corticem esse, seu membranam intestinorum interiorum in formam conuersam animalis, verba sunt Hipp. ὁ κόιον περὶ ἔντερον ξύσμα λευκόν. circa intestinum ramentum album, cùm tamen albæ tantum faciat abrasioni similem.

Verum cum gustet, quia nutritur; & tangat, moueaturque sanè animal dicendus: nisi forte velis referri ad genus illud, quod affixum petris,

& ζωΐφυτον Arist. ouocupat, plautanimal Barbari: quando etiam Magnus Albertus lib.21. de an. videtur affirmare, his duobus tantum sensibus esse præditum.

E Quo autem corporis loco progignuntur? in intestinis, omoes dicunt, Gal. præcipuè l. lib. de lo. aff. cap.5. rotondi quidem, iu intestinis gracilioribus: ascarides verò, id est, exiles, & minuti, in crassioribus extrema scilicet crassioris iutestini parte.

Sed hos in iumentis potius creari, quàm in homioibus tradit Hipp. lib.4. de morbis, & Celsus lib.4. cap.7. eoius reddit caussam 3. libro de morb. puer. cap.7. Hier. Mercor. ita Galeo. in ex. definit ascaridas, hoc est, lumbricos, exiles, & paruos in recto genitos intestino.

Tipulas conuertit Theod. Gaza, quam bene, ignoro: rationem vocabuli hauc puto, quòd saliant, vtsq ue consistant: quare & pruritum eient vehementem, ac dolorem, quod certè & malum, & damnum est, vt oon fit verum, quod paulò ante notauimus in reddenda caussa, cur Celsus eorum noo meminerit.

Idem vero est ἀσκαίρω, quod σκαίρω, oe existimes priore verbo ioeludi priuationem.

F Enimuerò aliis etiam partibus gigni scripsit Hippocrates, in vtero, lib.2. de morb. mu. & lib. Epidem.4. maximè in historia filij Dinis, qua narrat lumbricum ex intestinis prodiisse per fistulam vmbilici, corroso fortasse iotestino, & cum Intestinorum vulnera non coalescant, diceodum necessariò, mortuum.

In ventriculo Galen. & P. Aponus diff.3. quod non vult credere Altomaris, & eredentes reprehenditnec posse in eo gigni Arist. etiam testimonio 4. Meteor. lib. cap.3. confirmat, in concoctione scribentis animalia non generari, quòd in ea vel ἕψησις est, eü eibi perfectè concoquuntur, aut μώλυνσις, id est, cruditas ei contraria, ex quarum neutra nequeunt gigni, nisi prius excrementa,

G quæ hepsesin subterfugiunt, segregata fuerint, & corrupta, & tunc quidem excipiuntur ab intestinis, vbi putrescunt, & idonea fiunt materia lumbricorum; ita ad stomachum, seu ventriculum ascendere, non generari demoustrat.

Qua ratioue Galenum possumus interpretari, quod intestinis tantum procreari existimauerit, ex quibus præ alimenti inopia ad alias interdum partes progrediantur, & ad ventriculum maximè, vnde per vomitum depellantur è corpore; cum Hipp. affirmet 4. lib. de morbis, pręfame in iecur ascendere, & iocredibiles in ep eruciatus excitare, & Trallianus lib. de lumbr. præ inedia intestina perforasse, & per vmbilicum exisse.

H Et hęc est caussa, cur Hipp. scripserit lib.2. & 6. Epid. gigni vesperi potissimum lumbricos, cum scilicet inedia corpus afficitur, quòd eius æno semel tantum in die fere ad noctè comedebatur: quamqoam Amatus Lusitanos centuria prima, cur.6. experientia reprehendi Aristotelem asseueret.

Certe in stomacho generari, & Ioannes Bapt. Montanus patrum nostrorum memoria nobilis medicus, & antiquus Theodorus Priscianus adnotarunt.

In capite capræ Alexand. lib.1. cap.15. scripserit protreari, in oraculo Apollinis, quod redditum Democriti; in capite ceruorum, Aristot. lib.2. de hist. an. cap.15. etiam hominis, Rasis lib.1. cap.9. Auicen.13. cap. de soda, vnde capitis existat dolor.

In canna pulmonis, Auenzoar lib.1. tract.2. Alzarab. cap. de tussi, ex inguinibus, & naribus reiectos P. Aegin. lib.4. cap. cit. se vidisse testatur. I

Ex virilibus hospitem quendam suum Ephebum nomine Athenis toguouisse, qui reiecerit, Plut. asserit 8. lib. symp. q.9. licet non lumbricum nominet, sed bestiolam quandam asperam, multis aedibus celeriter ambulauiem; reieciſſe verò simul cum semine: Gentilis quoq; Fulg. reiectos com vrina scriptum reliquit.

Aegrè moneor ad credendum eos posse ad caput vsque pertingere: quod si deprehensi aliquando fuerunt, alius eruot genetis, qui in eo gignantur.

Quod verò non voos certus sit locus generationis eorum, apparet ex Arist.5. lib. de hist. an. cap.5. docente, excrementis generari, quæ intra animalia sunt, excrementa verò ooo vno loco sunt.

Iam verò partum lib.4. de morb. circa finem Hipp. lumbricis tribuit rotundis, vt & Polyb. aufert latis, quos rarissimè fieri in homine Gal. obseruat 5. aphor. 26. ideoq; de iis mirum in Hipp. silentium, cum tamen Arist. lib.3. & 5. de hist. an peculiare affirmet esse omnibus vermibus, vt ex ipsis alij non gignantur. K

Verba sunt Hipp. affirmantis in infante, dum in vtero est, genitos; quoniam post egressum stercus in aluo nou tamdiu retinet, vt tautum animal oasci ex putredine queat, quod potissimum de latis tradit, & disertè de rotundis: iude cum primo stercore infantes vtrosque & latos, & rotundos egerere, contra eos, qui aliter dicunt simile illud eucurbitæ semini affirmantes lati esse lumbrici fetum. Gal.1. de locis aff. cap.5. & lib.9. cap.4. & Aegin. lib.4. cap. septimo, vel cucumeris. L

Videtur hoc Arist. affirmare lib.5. de hist. an. cap.19. vbi tria scribit ἑλμίνθων genera, vt ad finem lib. Methodi Galen. propter quem Arabes medici cucurbitinos concedunt lumbricos, qoos & malè Amatus centur.1. cur.6. putauit esse ascaridas.

Quamquam, si Aristot. attendatur oratio, in speciem, oon re vera hoc asserit; aut verum est parere, sed illud non est animal; aut Mercurialis admittatur explicatio io cit. locum Hippoc. verbum parere amplè sumentis pro materiam præ-

parare ad recipiendam alterius rei formam, ex
M qua fiat lumbricus; vide Amatum cent.6.cur.74.
Io. tamen Manardus præcellens medicus li.4.
ep.1. mulierem narrat sibi confessam, se eiecisse
lumbricum latum, in quo alij inerant vermes; &
Am.cent.5.cur.46. Albæ puella vermem egessisse
prægrandem rotundum, cuius cum pater calcas-
set pede caput, multos prodisse vermes: & con-
firmat in Schol. locum Hip. aliter, quàm Mercu-
rialis interpretatus: nec videntur esse aliud qui-
busdam, quàm segmēta latorum lumbricorum:
hinc Altomaris in Meth. med. hum. corp. maio-
rum, excrementa, inquit, seminibus cucurbitæ
similia latorum vermium indicia sunt.

N Puero itē crescente crescere etiam lumbricum
scribit idem Hipp. in intestino ex ingestis in ven-
triculum vsque adeo, vt æquale fiat ipsi intesti-
no: deorsum etiam descendere varias ob caussas,
ventre incalescente ob laborem, vel iter, & è po-
dice prominere sic, vt resecari possit, ac detrahi,
vel retrocedat, & crescere ad tres cubitos & pau-
lo amplius; oriri autem ex stercore, & solum fieri
in infantibus dum vtero geruntur, non est Hip-
pocraticum, & Galeno contrarium, atque expe-
rientiæ: nisi tunc dicamus incipere generatio-
nem, & egressis ex vtero durare.

S. Thomas in digress. de colorib. 4 lib. Meteor.
lect.4. tantum, inquit, vermes in inferiori gene-
rari ventre, quia fiunt ex superfluitate, quæ non
generatur, nisi in inferiore.

Porrò valdè esse longos, & latos appatet ex no-
minibus cum eorum quidam nominentur vit-
tæ, & fasciæ, hoc est, ταινίαι & κειρίαι: adnotatum 12.
interdum pedes excedere, & ὀκταπήχεις, dodran-
O tales, ex aliquo vetere scriptore Cælius refert lib.
ant.lect.19.c.4. nam & Plin. est auctor li.11.c.33. ex
lumbricis latis visos longitudinis tricenorū pe-
dum, & plurium: & Am.cen.6.cur.74. sanā mulie-
rem Illyricā eiecisse vermē palmi latitudinis, sed
quatuor cubitorū longitudinis, colore maximè
albo: colubrino simile spolio, verrucoso capite
albo, ex quo latitudo illa procedebat corporis.

Addo his, quod post annos aliquos accepi, quā
hæc scripsissem, anno 1569. beneficio sanctissimæ
Virg. Deiparę ad Montem regalem in Transalpi-
nis nescio quem, cum sæuissimè cruciaretur, ne-
queeum consistere vno loco dolores pateretur,
integrè conualuisse verme instar humani digiti
longo, & crasso eiecto.

P Rursus Am.cent.eiusdē cur.3. narrat Epidauri,
Ragusia nunc dicitur, vndennem puerum intra
decē dies vermes egessisse viuos 300. crassiores,
& iustæ magnitudinis liquido & putrido immi-
stos stercori. & cur.40. cent.2. se vidisse puerū, qui
conflictatus vermibus pęne ad interitum tende-
bat, sed conualuisse egesta per alnum vesicula pi-
læ instar rotunda, myriadibus plena minutissi-
morum vermium: & in Schol. ab aliis similem a-
liam visam plenam vermium mutuo implicato-
rum, vt pro vno à plerisque haberentur.

Et cent.5.cur.36. quod mirabilius est, medicum
quendam sanctè affirmasse sibi, mulierem Bo-
nonię se vidisse, quę scolopēdiam vomitu eiecit;
sed refellit, aiens vermem illum casu aliquo in Q
locum vomitus irrepsisse, vel noctu in os dormi-
entis feminæ ingressum, vt euenisse alteri prodit
Hip.5.li.Epid. quamuis intra corpus genitum nō
repugnet, si, q paulo ante ex Plut. retulimus, est
verum: nam & eodē loco ex Agatharchide refert,
in quorundā corporibus exiguos angues natos.

Maximè autem vermium doloribus ij vexan-
tur, qui pituita abundant: propterea ceteris na-
tionibus magis Itali, quòd herbis vescuntur plu-
rimùm, etiam hieme; Hispani minus, quia bilio-
si, & adusti: ita consuitò faciunt medici Italici,
cum catapotiis aliquid ferè semper misceant ad-
uersus vermes.

Varius item, ac diuersus eorū color: hinc illud
Actuarij lib.1. Meth.med.c.21. intestina aluumq;
obambulant lumbrici, & tæniæ, id est, ἀσκαρίδες ἢ R
ἑλμινθες, & per os nonnunquam ascendentes reii-
ciuntur, alij maiores, alij minores, subalbi, sub-
rufi, antequam in animal perfectè sint confor-
mati, & à se mutuo seiuncti, vt globuli egerūtur:
deteriores, qui leuiter rubent, sic & Aetius: rur-
sus Actuarius globuli, id est, ascarides latæ tæniæ
cedu[illegible] prauitate inuenti etiā nigri, cinericij, &c.

Quod verò indicium in morbis vermes præ-
stent, ita paucis exponēdum. Medici omnes Me-
thodici ad duo genera morbos reuocāt omnes;
dicam eorum verbis, ad stricturam, ad laxitatem,
qua quidem partitione medicos, qui sibi inter-
dum videntur aduersari, conciliant: exemplum
sit, quod tractamus, argumentum.

Hipp.2.lib.prognost. & lib. de internis affect.
optimum esse dicit si lumbrici exeant circa tem-
pus iudicij, κρίσιν vocant, vt & Apollonius: quod si S
exeant initio morborum, malum. Herod. apud
Aet.lib.5. si exeant in inclinationibus, & declina-
tionibus febrium, nihil mali: quod si in statu, &
incremēto malum, quia signum turbari corpus:
licet Cælius Aurel. 2. lib. de acutis pass. rarò ini-
tiis morborum scripserit appare lumbricos, qui
4 lib. long. pass. cap. de lumbr. si appareant, in-
quit, in augmento febrium, malum esse: in decli-
natione laxamentum adferre.

Apud eundem Antiphanes, & Auicenna, si
lumbrici exeant soli, & per aluum, quàm si per
vomitum, aut misti stercoribus multò melius.
Idem ex Hipp. in prognost. mortale scribit esse, si
exeant mortui, vt Chrysippus secutus Asclepia- T
dem, Apoll. Memphit. contra omnia interanea a-
nimalis vt exeant mortua, esse optabilius. Dio-
cles, siue infra exeant, siue supra, nullum esse ma-
lū, melius, si mortui exeant; sic Herod apud Aet.

Chrysippus tamen conciliat, quòd Hippoc. &
qui eum sequuntur, de febribus stricturę habent
sermonem, reliqui de febribus laxitatis: his me-
lius Auicenna; vide Amatum centur. 1. cur. 6.
Schol. & Mercur. lib. 3. de morb. puer. cap. 9.

Atque

Atque vt finiam, Hipp. lib. 2. & 6. sect. 1. autumnum tradit ferinum esse τὸ θηριῶδες φθινόπωρον. cur autem? quia tunc propter esum fructuum creberrimum, abundant lumbrici in corporibus, vel quia prauorum, & ferinorum, hoc est, sæuorum, feracissimus est morborum.

Quæ genera apud Med. repletionis corporum, quæ vacuationis, quibus vocabulis explicentur.

CAPVT II.

A  VONIAM esse cœpimus medici, simus nauiter hoc item capite, licet institutæ scriptionis fines minime transiliamus. priuatio percipitur habitu, vt schola docet Philosophorum: vt ergo detrahendorum è corporibus acrium, & concretorum humorum constet ratio, quomodo plenā sint, ante intuendum.

Principiò decipi mihi videtur Bern. Tomitan⁹ sæculi nostri politus, & eruditus Medicus, & Philosophus, cum lib. 2. de morbo Gallico cap. 2. repletionem, vt genus est, Græcè nominari tradit πλεονεξίαν, quā nostri modo plenitudinem, modo abundantiam vocant, & seiungit ab alia voce πλησμονὴ, vt à significante speciem, quia hæc satietas est cibariorum.

B Sanè πλησμονὴ, repletio est ex crapula, & hoc verè affirmat, in eo tamē fallitur, quòd genus constituit πλεονεξίαν contra morem loquendi philosophorum, & medicorum: quando πλεονεξία non vsurpatur ad significandam corporis repletionem, sed refertur ad animum, & pro habendi cupiditate sumitur à bonis omnibus scriptoribus, tametsi nomina deducantur à verbo ἔχειν medica, quæ corporis indicant proprietatem, vt ἕξις εὐεξία, id est, bonus corporis habitudo, & ei aduersa καχεξία. & similia.

Duplex igitur à medicis repletio agnoscitur: vna, quam vocant Hipp. Aretæus, Gal. Aet. Aegin. ceteriq; Græci πληθώρην, siue etiam πλῆθος: altera, quæ πλησμονὴ vocatur; hæc posterior videtur etiā nominata πλήρωσις Hipp. lib. de prisca medicina cum docet & ex repletione, & exinanitione multa, & grauia mala nasci.

C Prior est redundantia omnium corporis humorum, ac succorum æqualis, siue etiam non sinceri, & ab aliis humoribus secreti, sed cum iis naturæ modo confusi sanguinis: hanc duum esse generum volunt, vel enim ad vasa nominatur, id est, vt Galen. loquitur πρὸς ἀγγεῖα: vel ad vires, πρὸς δύναμιν.

Illa simpliciter, & absolutè plenitudo est, siue repletio cum venæ tantum sanguine redundāt, vt non modò tumidiores efficiantur, verum etiam intentiores, vt chordæ, seu nerui arcus tenti sic, vt pæne rumpantur: ideoque Gal. esse dicit ad latitudinem eorum vasorum, qui succos continent, rursus consistere, atq; intelligi in infusis per vasa humoribus: quæ item nominatur ab eo secundum infusionem, id est, κατὰ τὴν ἔγχυμα.

D Altera est quidem repletio, sed non absoluta, nā ad vires refertur naturę corporis, quia tametsi non distenduntur vasa, plus tamen habent succi, & humoris, quàm naturæ viribus possit confici: Inde repletus, siue redundans, id est, πληθωρικὸς dicitur propriè, qui sanguine, humoribusq; est copiosis plusquā par est, & huiusmodi temperatio corporis nominatur: πληθωρικὴ διάθεσις. bene igitur Alex. lib. 2. probl. 10. scripsit plethoren esse cum quattuor humores proportione ipsorum quantitatis augentur; quod breuius extulit Gal. cum æqualiter inter se mutuò augentur humores: quæ tamen soli etiam sanguini, cum nimius est, attribuitur ab eodem Alex. & reliquis.

E Altera species repletionis πλησμονὴ est; Ciceroni fortasse, affluens satietas; saturitas, seu repletio ex crapula dicatur, aut ingurgitatio ex escis, & potionibus, quibus acres, & concreti humores trahūntur in corpus; vt Gal. loquitur aphor. 17. lib. 2. copiosius alimentum, quàm vt natura ferat corporis, & queat conficere.

Integer est aphor. li. 2. 22. morbos ex repletione curat euacuatio: eos, qui ex euacuatione nati sunt, curat repletio, A & in ceteris contraria medentur.

Ac nescio an Gal. vnquam hanc vocem sumat pro priore genere, id est, humorum redundātia, nisi cum adiecto, vt 2. li. ad Glauc. χυμῶν πλησμονή: Plato tamen in Symp. pro vtraq; vsus est hoc nomine definiens ita medicinam ἐπιστήμη τῶν τοῦ σώματος ἐρωτικῶν πρὸς πλησμονὴν καὶ κένωσιν.

F Leonicenum multi reprehendunt hoc modo latinè conuertentem, hunc Hipp. aphorismum quicunq; morbi ex repletione fiunt, curat euacuatio: mihi liber est à reprehensione, quòd repletionem pro satietate, seu crapula vsurpauit: quæ verò tanta in eo culpa?

Porrò hæ duæ species etiam apud Gal. quali, & quanto describuntur: prior enim vtrumq; caput amplectitur, quia & humores nimij sunt, & infecti, siue impuri: posterior videtur sola consistere quantitate.

Potest & prior bifariam diuidi, vel enim vnius est, vel omnium humorum copia: tametsi prior fortasse est κακοχυμία, cum scilicet vnus dumtaxat vitiatus est humor, vt ait Tomitanus; cui nō credo; etenim lego corpora cacochyma in medicis tum Græcis, tum Latinis esse, quæ non vno tantum humore sunt corrupto, sed etiam pluribus, & multo magis.

G Quæ autem repleant summoperè, Celsus breuiter adnotauit: sunt hæc ferè; immodica quies, exercitatio perexigua, frequens vnctio, balneum à cibo, adstricta aluus, hiems tepida, somnus profundior, mollis thorus, tranquillitas animi, dulces cibi, & pingues, dulces potus, cibus fre-

quens, & plenior, ſic tamen, vt commodè concoquatur.

Audi nunc contrariam actionem euacuationis, exinanitionem, ſiue detractionem latinius fortaſſe dicemus: genus Græcis medicis videtur eſſe ἀφαίρεσις, cum de liquidis vſurpetur, ac ſolidis: ſpecies verò κένωσις, quia liquidorum tantum, vt comment. 3. in 6. lib. Epid. ex Gal. apparet; eſt enim humorum, vel ſuccorum tantum propriè euacuatio, non omnium, quæ in corpore continentur: ſpirituum enim propriè non H dicitur κένωσις, ſed διαφόρησις, ſiue λύσις, vel quo alio velis nomine appellare, quo ſignificetur reſolutio, ſiue diſsipatio eorum, tranſpirationem vulgo nominant: neq; ſi quid intra ſolidum includitur, quod eximendum ſit, vt ὑποσαρκώματα, porrus inutilis, oſsium fragmenta: horum enim eſt ἀφαίρεσις, id eſt, ablatio, ſiue detractio.

Hic nota cum Gal. in aphor. 17. ſect. 2. ab Hippoc. κένωσιν ſimpliciter nuncupari, cum æqualis humorum ſit omnium exinanitio: καθαίρειν verò, cum ij detrahuntur, qui vitioſa ſunt qualitate; purgationem iure poſsis appellare.

Scio vacuationis nomen à poſterioribus, qui magiſtrum ſequũtur Galenum, magis vniuersè accipi, vt nimirum ſignificet eam actionem, qua depellitur quouis modo è corpore, quod abun-

I dat, ſiue naturæ ſponte, ſiue medici arte: ita ſpiritus, flatus, excrementa, fetum ipſum includit: ſiquidem & partus, & ipſa lactis in mammis generatio formę quędam ſunt vacuationis apud Gal. lib. de ſect. venæ adu. Eraſiſtratum.

A ſubiecto quoq;, id eſt, corpore, quod inanitur, ſic enim Plin. loquitur, altera partitio ſumitur: nam vna Galeno dicitur κοινὴ, id eſt, communis lib. artis med. & fit à toto corpore, cuiuſmodi ſunt magnæ, & copioſæ vomitiones, alui deiectiones, ſudores, & ſanguinis effuſiones altera ἴδια, id eſt, propria, humoris videlicet peculiari

K aliqua in parte contenti, vt qui vocantur apophlegmatiſmi, errhina, mediocriſè naribus αἱμορραγία, id eſt, ſanguinis effluxus, moderatus vomitus, balani, & clyſteres inteſtinum exhaurientes, menſes naturaliter prodeuntes, moderata per hæmorrhoidas profuſio, hirudines, ſcarificationes.

Rurſus euacuationum aliæ cadunt ſub ſenſum, vt venæ ſectio, vomitus, ſudatio, fricatio, clyſteres, per catapotia purgatio, aliæ, quæ ſub ſenſum non veniunt, cuiuſmodi eſt, quæ pæne fit aſsiduè per ἄδηλον διαφόρησιν, hoc eſt, occultam, inſenſibilemque tranſpirationem, item per balnea; & ad has fricatio reuocanda; omnino quæ fiunt ope medicamentorum διαφορητικῶν, quæ cuti adhibentur. adde his, quæ etiam medicè extremo fermè Timæo ſuo de corporum medicinis Plato conſcripſit.



Vſu crebriore Veneris imbecillitatem prouenire.

CAPVT III.



ETIAM ne medici? etiam, ſed ex Grãmatico, Philoſopho, Theologo miſi. Compertum eſt Veneris vſu maximam oriri corporum imbecillitatem; præter experientiam teſtis eſt Ariſt. lib. 1. de gen. an. cap. 18. magis Auicenna lib. de anim. 3. cap. poſtremo, ſcribens, multò magis vno concubitu hominem debilitari, quàm ſi quadragies tantum emitteret ſanguinis. A

Cauſſam quæris? accipe ex natura ſeminis, vt diuerſi diuerſa tradiderũt philoſophi apud Plut. lib. 5. de plac. phil. cap. 3. & 4. eſt enim ſemen ſpuma vtiliſsimi ſanguinis, & ſuperfluitas, ſiue retrimentum alimenti, vt Pythagoras ſenſit: pars cerebri, vt Alcmæo; quiddam à dorſi medulla deriuatum, vt Plato; particula à corpore, animaque auulſa, vt Epicurus; ſed malè: à totius corporis partibus quid deductũ, vt Democritus, & Sphęrus apud Laërtium lib. 7. extremo ferè Zenone; vltimi alimenti ſanguinei excrementum, vt Ariſtot. lib. & cap. cit. B

Fit enim ex ſanguine optimè decocto, confecto, ac digeſto quarta, & nouiſsima, vt medici loquuntur, digeſtione, ſic Auic. 20. 3. tract. 1. cap. 3. de cauſsis ſperm. Albertus Magnus lib. de an. 15. tract. 2. cap. 5. & 6. conciliator diff. 34. ſanguis à venis, quę ipſum continent, optimè confectus, vt Soranus Eph. cap. 16. Iſagoges, & Gal. 7. lib. de ſemine; eademque fuit Eraſiſtrati & Herophili ſententia ab Oct. Oratiano, ſiue Theod. Priſciano lib. 4. rerum med. recitata.

Quod ſi magna pars vitæ hominis & valentiæ corporis in ſanguine eſt, quo plus detraxeris ſanguinis, plus etiam detraxeris de vita, imminueris virium: & ſi medulla ad vitam, vireſq; plurimũ confert, illa diminuta deminutio conſequetur vitæ, ac virium, ſi pars cerebri, cum huius ſanitas, ſanitatem fere conſtituat hominis: propterea enim morboſiſsimum, vt vocat Hipp. lib. 4. de morb. & ad Demetrium Regem, eſſe morborum radicem omnium; alibi hoc eſt libro de principiis, metropolim frigidi, & viſcidi, ſiue glutinoſi, vt calidum pinguis, ac tenuis. C

Et rurſus 4. lib. de morb. cor, inquit, fons eſt ſanguinis: phlegmatis caput; aquæ ſplen. bilis vicinus iecori locus: qui item libro 2. de morb. cum male affectum eſt cerebrum, ipſius dolorem tradit ex capite ad ſpinam tranſire, inde ad cor progredi. D

Quo loco verbo vtitur σφακελίζειν impropriè; notatore enim Gal. lib. 7. aphor. 50. ſæpè accipit Hipp. hoc verbũ, pro διαφθείρεσθαι, id eſt, corrumpi: quod ſanè hoc loco veriſsimum: neque enim cerebrum viuo animali ita lædi poteſt, vt ſphaceliſmum, hoc eſt, integram, & conſummatam,

vt modici loquuntur, mortificationem incurrat: quod longè prius accedat mors animali, quam externum hoc malum, siderationem politiores appellant, quæ, an cerebro, conueniat, ignoro.

In Coacis prænotionibus Hipp. σφακελισμὸν interdum dolorem dentis acerbum videtur significare, siue eius corruptionem, siderationem conuertit Auttius proprieque videtur esse ossis corruptio, dicitur & σφάκελος: cum libro 5. de
E morb. vulg. Metrodori puero ex dolore dentium accidisse referat σφακελισμὸν τῆς γνάθου, id est, maxillæ corruptionem, vel siderationem: & lib. tamen 2. eiusdem inscript. de Gangrena inueterata loquens, verbo σφακελίζειν vtitur pro corruptionis principio, & inflammatione carnosæ partis: vt de ea sæpe σφάκελον intelligi Gal. notauit comm. in aph. 50. lib. 7.

Periculosa sanè partis inflammatio nominatur Gangræna, consumata sideratio à Paulo Aeg. lib. 4. cap. 19. σφάκελος nominatur, & probè ad sententiam Gal. in comm. 4. libro de articulis, γάγγραιναι μεγάλαι dicentis σφακελισμὸν: Gangrænam magnã proximè accedere ad sphacelum: sic videtur aph. 50. lib. 7. acceptus: propriè verò Aph. 79. pro ossis corruptione, vt libro
F περὶ ἀγμῶν, vbi pro corruptione totius ossis substãtię vsurpauit σφάκελον, σφακελίσαι dicens τὸ ὀστέον τὸ τῆς κνήμης.

Immò verò latè sumitur pro quacunque partis corruptione, siue putrefactione. Gal. in exegét. vniuersam substantiæ cuiuscunque partis corruptionem antiqui nominant Sphacelum, & comm. 2. lib. de fract. Vide alias notiones apud Gal. lib. 2. de loc. aff. contra Archig.

Enimuerò quæ notamus, tanto magis vera sunt, si verum est ex omni corporis parte secerni semen, à quo non abhorret Aristot. sect. 4. probl. 22. licet cap. 17. & 18. lib. 1. de gen. an. confutet, & Hipp. siuè Polybus lib. περὶ γονῆς. Censorinus lib. de die Natali: itaque Philosophicè Iuuen. Sat. 1. scripsit de Salacibus, & libidinosis.

Partes quisq; suas ad mensuram inguinis heres
Accipiat, sane mercedem sanguinis—

G Ex eodem sumitur explicandi ratio, cur morbi quidã sint hereditarij, quos videlicet in liberos parentes generatione transfundunt, quales feruntur phthisis, Epilepsia, splenis affectus, podagra, capitis dolor, & similes: semen enim, quod generationis est materia, ab vniuerso corpore secernitur, sanum à sanis partibus, à morbidis morbosum, ita Hipp. lib. de morbo sacro: adde, præsertim ob Epilepsiam, quòd bona pars seminis à cerebro deriuatur, vt idem docuit.

Quare qui nimia vtuntur Venere, vt est apud Arist. lib. 5. de gen. anim. cap. 3. cito caluescunt, & oculis laborant: & Locrensis Timæus lib. de anima mundi scripsit medullam spinæ cerebro sub-
H iectam, vt per eam tamquam per pronum alueũ materia deduceretur, quæ semini, & generationi sufficeret; quomodo & Plato in Tim. morbũ illum exitialem esse affirmat, qui fit in medulla.

Sic conuulsio, quæ à dorso incipit, maximè letalis est in pueris præcipuè, vt ait lib. 7. cap. 12. de hist. an. Arist. quod originem ducat à spinali medulla, quæ est in pueris ad modũ infirma, & magnum habet ad vitam nostram momentum.

Et sanè Democritus, & Epicurus nullum Veneris vsum salutarem esse professi sunt: salutarem tamen Christus liberator noster efficit, cum ex ipsius etiam naturæ præscripto intra sanctos matrimonij limites conclusir sanctè, & castè exerceri: quos qui transgrediatur, non corpus offendat modò, & in perniciem inducat, sed ipsum etiam animum: vt verum sit maximè in Christianis, qui, vt castos decet, operam dant liberis, quod I
scripserunt Gal. de bono cõcubitus lib. 3. salubr. & 6. de lo. aff. & in arte parua, & Aegin. lib. 1. cap. 35. & 37. & Aet. lib. 3. cap. 8. Tetrab. 1. & Celsus li. 1. cap. 1.

Quæ igitur Venerem inhibent in corpus ingesta, eadem & sanguinem videntur debere imminuere, saltem refrigerare, & Plin. tamen libro 20. cap. 7. inhiberi Venerem lactuca prodit, quæ sanguinem auget.

An & Grammaticè hoc probamus, cum ita solemus liberos, filios, filiasuè & posteros sanguinem appellare nostrum? Ita Cicer. in or. pro Roscio Amer. paternum, maternumq; sanguinem dixit, Virg. lib. Aen. 6.

Proiice tela manu sanguis meus—

Persius Sat. 1.

Vos, ô patricius sanguis— K

Hor. epist. ad Pisones:

Vos, ô Pompilius sanguis—

Non aliam ob caussam, nisi, quòd sunt è patris, ac maiorum semine: nam & consanguinei propterea nominantur Latinis, & Græcis; quo modo & in nostris sacris litteris phrasi Hebraica caro, & sanguis, pro liberis, & affinibus, posterisq; vsurpatur.

Cur maribus citius pubescant feminæ, an & celerius canescant.

CAPVT IV.

NESCISSE videtur Macrob. libro in somn. Scip. 1. c. 6. explicare, cur feminæ pubescant citius, quam mares, & nuptiis aptæ fiunt, pariantq; referens A
ad morẽ nescio quẽ Romanum, quod illæ maturius biennio legib. liberantur propter votorũ festinationẽ, cum adducẽda foret ex vi, & proprietate naturæ caussa: nam ex ea vis pendet generandi.

Sapienter igitur natura, vt in omnib. ita in hoc fecit, quod infirmior est mulier, & breuioris vitæ, vt & frigidior: insitma autẽ facilius, celeriusq; perficiũtur, nimirũ vt poma debiliora citius maturescunt, quàm robusta: quæ ratio Arist. placuit discipulo Theophr. lib. de cau. pl. 4. c 9. & 11. præceptoris

doctrinam fecuto, & explicanti: hic enim lib. 7. de hiſt. an. cap. 3. fœminas tradit citius gignere, vt & citius fenefcere, quàm foleant mares, & 4. de gen. an. cap. 6. repetit hoc fæpè Iunius Colum. lib. de arbor. cap. 3.

Nec inficiandum tamen id effe veriſsimum, quod idem fcripfit Ariſt. cap. 13. lib. de hiſt. an. 9. nouellorum in omnibus animalium generibus
B primam feminis emiſsionem aut infecundam effe, aut infirmiora generare.

De vi autem, & poteſtate feminis ad fetũ apta doctè Alb. Magnus lib. de an. 5. tract. 2. cap. 1. mulierem docens, quę ante 21. annum concipit non maturatum concipere, quod vix maturum ante hoc tempus fit femen.

Quamobrem cauendam præcocem Venerem apud Stob. monuit Ariſtoxenus Pythagoricus ferm. 99. quæ, quòd æuo noſtro eſt ferè eiuſmodi, liberos edit aut infirmiores, aut breuis vitæ.

Quo pertinet Zeuxidis eximij picturis facta reſponſio Agatharcho pictori: cum enim hic gloriaretur, vt eſt apud Plut. in Pericle, & lib. de multorum amicitia, & Val. Max. lib. 3. cap. 7. fe citiſsime pingere, argueretque tarditatis illum,
C fcitè reſpondit, tu tempori, ego pingo æternitati; citò nata, citò pereunt: diu elaborata, ferunt ætatẽ. Beta cito nafcitur Buxus paulatim, quanquam Plut. non æternitati, fed μακρῷ χρόνῳ dixit.

Probatur hæc ratio & magni nominis Iuriſconfultis Bartholo cap. de his qui ven. æt. pet. l. 2. fcribenti, mulier cum fit breuioris vitæ, ideo citius perficitur, vt contingit in omnibus animalibus. Hoſtienſi, Io. Andreæ C. literas. de deſponſ. impub. Panormitano, Card. Alexandrino C. vbi non eſt eo. tit. Baldo l. qua ætate. D. de teſtam. aliiſque.

Inquires curioſius, & iure, cauſſam. Autem igitur des Magno Alb. aienti, ſperma in homine, vt gignendo fit idoneum, denſius effe debet ac
D validius, & quaſi grandinoſum, feu glandulofum, non aqueum, ac tenue: aqueum verò, ac tenue ferè eſt vſque ad tertium annorum feptenarium, id eſt, 21. ætatis annum: deinceps efficitur ſpiſsius, & calidius ſuperflua in eo humiditate exſiccata: quare validius, adde tu, etiam ſolidius, multum continens ſpirituum, ex quo vis formatrix efficacior.

Cum ſolum hominem canefcere, & caluefcere, inter omnia animalia, aut ferè, fcripſit Ariſt. lib. de gen. an. 5. cap. 3. & fect. 10. probl. 56. & ex eo Plin. lib. 11. cap. 37. ne intelligas marem, & etiam feminam, virum fcilicet, ac mulierem. Cur autem? Quoniam cæteris ferè animantibus quorumnis pilus defluit, & mutatur: vel ſi non defluit, æui ſunt breuis, vt fenefcere dici non pof-
E ſint: at homo non habet pilum, qui defluat, ac mutetur, & longæuus eſt ſic, vt poſsit diuturnitate temporis effici canus.

Cauſſam voles interiorẽ. Hanc reddunt quidam ab Ariſt. eiuſdem lib. 5. de gen. an. cap. 5. reprehenſi, ariditatem: cauſſæ reprehenſionis hæ ſunt. primũ, quòd pili, qui pileo teguntur, alioue genere integumenti, celerius fiunt cani: deindè, quod nihil, vt mox natum eſt, feu nafcitur, aridum; & pilus tamen nafcitur etiam canus: Tertiò, quia pilus extremis ferè albefcit partibus, cum reliquis niger fit: repetit lib. 3. de hiſt. an. cap. 11.

Vbi nota, citari ab Athen. lib. 15. Dipnoſoph. Ariſtotelem in quæſt. natur. aliter docentem, & quam reprehendit ibi cauſſam, hic aſsignantem, hoc eſt, ſiccitatem, & ariditatem: & quod Ariſt. F
ibi tribuit πίλοις Athenæum dare Polio; fed planè mendum eſt τὰ πίλια pro τὰ πίλια.

Ergò cauſſa interior his locis, & fect. 10. probl. 36. caniciei redditur, cùm docetur caniciem effe putredinem quandam, quoniam inopia fit, & exiguitate caloris, decurrente, ac dilabente quot diebus verſus fenectutem ætate: illa verò frigida eſt, & ſicca: ita illis celerius oriuntur cani, qui paruo ſunt calore, maiore humore, qui concoqui non poſsit, ita putrefcit humor circumſiſtentis aëris calore: putredo enim omnis calore fit, non quidem ſuo, ac natiuo, fed alieno.

Dices, cur hac putredine pilus albefcit, vt & terræ ſitus, & caries? reſpondeo Magiſtro Ariſt. quoniam multum continet aëris: hinc in multis G
morbis euenit canicies propter natiui caloris inopiam, quare depulſo morbo reſtituitur priſtinus pilo calor, quia & calor natiuus liberior eſt, & validior: ita quaſi iuuenes, vt ait, effecti ex fenibus. bellè autem concludit, morbum aduentitiam effe fenectutem, hanc, morbum naturalem. Didicit, opinor, hæc ab Hipp. qui eodem ferè modo canorum pilorum explicat cauſſam lib. de nat. pue. cuius verba ad extremum repeties librum.

Quomodo & poëtæ caniciem appellant γῆρας εὐρῶτα, πάχνην, hoc eſt, ſitum, ſiuè putredinem, ac pruinam. Hinc & Alex. lib. 1. probl. 5. fieri canos tradit imitatione ſuæ cauſſæ, id eſt, pituitæ, ex qua oriuntur, quæ ſanè alba eſt: nec alter à ſe ipſo eſt Ariſt. caniciem definiens lib. 5. de gen. an. cap. H
1. humoris in cerebro conſtituti debilitatem, & cruditatem: quæ item cauſſa, cur pueri non canefcant, licet humidi, nam & vehementer ſunt calidi, vt ait Alex. eo lib. probl. 4.

Quæ tibi omnia dilucidiora fient, ſi hæc pauca repetas ex Alb. Magno lib. de anim. 3. tract. 2. cap. 2. debilem calorem, & pinguis humiditatis conſumtionem cauſſam definiente caniciei: citius verò accidere, cum pili tegi folent, quòd fumi, id eſt, vapores repercutiunt, ac reflectuntur ad loca tecta, & in phlegma tranſeunt, ita canefcunt: cum item multus eſt, & frequens anhelitus, quo fieri, vt, qui ſimul vno loco dormiunt, ocyus canefcant; ſuo enim calore anhelitus magis aperit corporum meatus, & pingue, vt vocat, ſubtile educit. I

Ex his nobis compertum, quod initio quærebamus.

bamus, citios mulieres canescere, quod, vt exponit Alex. probl. 5. citato, sunt humidiores, & minus valeant calore, aut potius, quia frigidiores.

Hinc item petenda ratio, cor à temporibus incipiat canicies, hoc est, prima canescant tempora capitis, postrema verò eana fiant pudenda, vt est apud Arist. lib. 3. de hist. an. cap. 11. & lib. 5. de gen. an. cap. 4. & Alexan. lib. 1. probl. 1. quia in temporibus nec tam exiguus est humor, vt confici possit, nec tam copiosus, vt nequeat putrescere, nam medio est loco, ac temperatione inter

K occiput, & sinciput: eadem ferè habet idem Aristot. cap. 6. lib. de coloribus, quia in temporibus nullus est spirituum cursus, vt ait M. Albertus lib. 3. de anim. tract. 3. cap. 2.

Cur item canescant equi, quoniam præ ossis, quo cerebrum continetur, tenuitate, humor affluit, & pro ratione ætatis deficit calor.

Et cur citius rufi canescant, quia debiliores; nam & rufitas, vt ita loquar, imbecillitas quædam est: non ignarus fuit Homerus istius Philosophiæ hoc afficiens epitheto senes, πολιοκρόταφος, vt ocque Arist. lib. 5. de gen. an. cap. 5. 1. nec Theocritus ita canens Idyll. 15. id. vi. Syræ, siue Adonidis festum.

—ἀπὸ κροτάφων πελάσαι πάντες

Γεραλέοι—

L Quod etymon indicat vocis: dicitur enim κρόταφος quoniam κεκρυμμένοι τὸν τάφον, hoc est, prædicat sepulcrum, potius κροτεῖν: tametsi ferè Grammatici deriuant, ἀπὸ τοῦ κροτεῖν ἀεὶ τὴν ἀρτηρίαν, quòd in temporibus maximè pulsus eminet venarum.

Cur autem Grues præ senio pennas habent nigriores, vt aiunt, respondet Arist. lib. 5. de gen. an. cap. 5. quoniam earum natura est, vt subalbidæ sint, cum autem senescunt, humor crescit pennarum adeò, vt putredini nequeat patere; B quæ mihi infirma videtur esse ratio, neque cum iis, quæ dicta sunt, consistere.

Humor, inquis crescit: crescit & frigus, ac siccitas, hæc enim duo senectutis sunt propria, neque externus deest calor, qui putredo fiat, cor igitur non fit? nisi si diuersa est in Grue senectutis ratio, quam in hominibus.

M Eadem ne valebit ratio in gente ex his, quæ appellatur Pandoræ, in conuallibus sita, vt scribit Plin. lib. 7. cap. 2. quæ annos ducenos viuit, in iuuenta candido capillo, qui in senectute nigrescat? & in ea, quæ à pueritia statim cana est? vt ibidem idem narrat ex Isigono. Sed nos de his cum Annibale Codreto in hæc Plinij scripsimus loca.



Arnobij, & S. Hieronymi loci quidam correcti, restituti, explicati.

CAPVT V.



DOCTVS Rhetor Arnobius fuit inter veteres Christianos, qui posteritati septem libros aduersus gentes reliquit: nam Octauius non eius est, sed alterius Christiani causidici Minutij Felicis. A Ille igitur lib. 4. Deorum vanitatem subsannans, in eo vel maximè gentium credulitatem notat, quod eas voluptates, quibus corporum aures, oculiq; molceantur, quæ ventri, & abdomini, &c. seruiunt, Diis suis attribuerent, iisque duci, & abduci putarent; hæc ipsius est oratio. Scribuntur Dij vestri in Tricliniis cælestibus, atque in Chalcidicis aureis cenitare, potare, & ad vltimum fidibus, & vocum modulatione mulceri. Respexit scilicet ad Hom. hoc sæpè fingentem, fontem videlicet narrationum fabulosarum.

Putaui aliquando pro Chalcidicis legendum Chalciœcis: Chalciœcus verò domus est ærea, B quam auream vocat, id est, auratam superinducto æri auro, vt in statuis fit; ac si alluderet ad illud Hom. χαλκοβατὲς δῶ, nec improbabiles me coniecturæ mouebant.

Primum enim hæc vox Græca longè aliud significat, & alterius est naturæ, quàm quod hoc loco dicit Arnob. apud hunc enim est nomen substantiuum, & generis neutri, locum significans ad habitandum: Græcis verò est adiectiuum, & significat ex Chalcide vrbe, vt apud Virg. 6. Aen.

—*Chalcidica tandem superastitit arce.*

Vel in Chalcide facta, vt pocula Chalcidica, & Chalcidicæ ficus apud Plin. lib. 15. cap. 18. aut etiam substantiuum, sed generis feminini: sic enim C Eustath. Vlix. 3. & Athen. lib. 7. ex Epicharmo, pro pisce sumunt, qui dicitur Chalcis, de quo Plin. libro 8. cap. 51. & libro 32. cap. postremo, quem ter in anno parere scribit. Est & serpens eiusdem nominis eidem, libri eiusdem capite tertio.

Deinde apud nullum vel Græcum, vel Latinum auctorem vocem hanc legeram, quæ huic quidem loco posset accommodari.

Postremo χαλκίοικος, siue Chalciœcus est apud Græcos loci nomen, nam & apud Spartanos delubrum erat Mineruæ, cuius lib. 3. hoc est, in Lacon. Pausanias meminit, & Chrysermus 2. libro Persicæ histor. apud Stob. serm. 27. quod & πολιοῦχος dicebatur, in quo celebris ille Rex Pausanias fame periit: de eodem Atheniens. libro decimotertio, Plutarch. in Lycurgo, & D Lacon. apophtheg. Aelianus libro 9. cap. 41.

Var.

Var. hist. T. Liuius lib. 35. Aemil. Probus, siue potius Corn. Nepos, in Pauſ. ante omnes Thucyd. lib. 1. expunit pro Minerua. Suid. ita χαλκίοικος ἡ Ἀθηνᾶ ἐν Σπάρτῃ; vel ab æreo, ærato potius, ipſius templo, ſiuè, quòd exules Chalcidenſes templum id erexerunt. & apud Heſiodum commemorantur æreæ domus, cum de tertiæ ætatis canit hominibus in lib. qui inſcribitur, ἔργα, καὶ ἡμέραι.

Τοῖς δ' ἦν χάλκεα μὲν τεύχεα, χάλκεοι δέ τε οἶκοι.

Itaque volebam doctum hunc Rhetorem huc alluſiſſe, dum ludit in loca cenarum, & conuiuij Deorum. & pro Chalcidicis reponendum arbitrabar Chalcioecis. cum præſertim 3. lib. codicis Pariſienſ. vſus fuiſſet hac voce irridens fictam E inanium Deorum, Dæmonum potius verorum, diuinitatem: ô pura, ô ſancta, atque ab omni turpitudinis labe diſparata, atque abiuncta diuinitas! auet animus, atque ardet in Chalcioecis illis magnis, atque in palatiis cæli Deos, Deaſque conſpicere intectis corporibus, atque nudis, &c. Tametſi Rom. typis apud Priſcian. Fauſti Sabæi opera, vtrobique legitur Chalcidicis.

Nunc verò huc inclino, nihil vt immutandum putem, ſed retineam Chalcidicis: primùm, quòd ex χαλκὸς formarit χαλκιδικὸς, id eſt, æratus, ſiue æreus, & idem erit ferè quod Chalcioecus.

Deindè quod Athenæum, & Chalcidicon F templa Dio lib. 51. nominet ab Auguſto conſecrata; & reponat in nona Vrbis reg. P. Victor Mineruæ Chalcidicæ templum, quæ nunc dicitur S. Mariæ ſupra Mineruam, quod notat Lilius Gir. Syntagm. hiſt. Deorum. 11. nam & Delphicum templum erat æreum.

Tandem, quòd apud Feſtum legerim, id quod infinitæ lectionis homo Cælius Rhod. etiam notauit cap. octauo, libro 9. ant. lect. Chalcidicum genus eſſe ædificij ab vrbe Chalcidia nominati: ad quod potuit reſpexiſſe Arnobius.

Obſeruat & Cælius certa quædam Plut. loca, & Liuij, quæ Alexa. ab Alexa. non animaduertit gen. dierum libro 3. cap. 20. cui hoc debet Turnebus à me diu poſt lectus lib. aduerſ. 18. capite 34. addens Vitruuij teſtimonium ea libro quinto.

G Neque in hac tamen ſententia penitus adquieſco. Quid ergo? exiſtimo Arnobium Chalcidicorum nomine pocula intellexiſſe hoc ſenſu, in Tricliniis cenitare Deos, Chalcidicis aureis potare, ſic aureis proprie ſumetur; nam & Athen. obſeruat lib. 6. diuites ſolitos ex æreis poculis bibere, quorum thecæ dicebantur Chalcothecæ.

Ex quo vſu natum arbitror, vt pocula, licet non ærea, Chalcia, ſeu Chalcidia nuncuparentur: certè Pollux lib. 10. cap. 26. ἐλλύχνιον, & λύχνον vocat χαλκιδικὸν, & χαλκίδα, vt in Arnob. legi debeat Chalcidiis. vel, non magna licentia, ſcripſerit Chalcidicis, ſiuè, quod à Chalcide vrbe hæc pocula fuerint appellata, vt exiſtimat Euſtath. in 2. Iliad. lib. dubitans ab vtra Chalcide H Euboeæne, an Syriæ acceperint nomen apud Comicum: quare non hic locus herbæ Chalcidicæ, cuius meminit Ariſtot. ſiuè alius in admir. audit. χρυσομορφίτην vocans αὐτὸς τὸ μέλι ποιεῖν.

Difficillus eſt S. Hieron. verba hæc emendare lib. 1. aduerſus Iouin. in quibus mendum aduertit doctiſsimus Giraldus Syntagm. 13. de Diis gent. nec auſus eſt corrigere. Chalcioecus quoque Filia illa Leo Virgo perpetua peſtilentiam patriæ ſcribitur ſpontanea morte ſoluiſſe.

Lei, ſiuè Leontis filias tres fuiſſe narrant. Ael. lib. 12. & Suid. Paſitheam, vel Paxitheam, Theopen, & Eubulen, quas ad auerruncandam ſiue peſtem, ſiue famem, (nam in Suid. verbum ἐλιμώζε eſt,) pater mactarit, referunt Thucyd. Pauſ. in I Att. Strabo lib. 9. & Cic. 3. lib. de nat. Deorum, locus Leocorion à filiabus Leo dictus in medio Ceramico; ἡρῷον vocat Suid. Demoſth. in Epit. fama eſt ex Leontide tribu fabuloſas proceſsiſſe Leocoras, quæ ſe vouerant victimas pro regione.

Primum igitur vnam tantum Leo filiam nominat contra omnes: deinde vocat proprio nomine Chalciœcum. Cęl. lib. 13. ant. lect. cap. 7. corrigit Græcorum decus, cum paulo ante de Camilla dixiſſet ex Virg. Aen. 11.

O decus Italiæ Virgo—

Pro eo, quod legebat Chalcodecus, niſi in templo Mineruæ, quod Chalciœcus dicebatur, facta K eſſet hoſtia, vnde loci nomen ad perſonam manarit: nec aliud interim habeo, quod dicam; nam nec Marianus Vict. neque antè Eraſmus in animum induxerunt, emendare. Itaque diuinandum.

Leo verò caſus eſt patrij Attica inflexione, ὁ Λεὼς, τοῦ Λεώ: quem quidem vnum ea iis fuiſſe Pauſ. tradit lib. 1. ſiuè in Atticis, à quibus tribuum Athenis nomina profecta.

Aurea quæ aqua Perſarum: Maiuma quis ludus, vnde ei nomen.

CAPVT VI.

A AVRAM nominat, ſiue auri aquam neſcio quibus è fontibus in India manantem in Apollonij vita lib. 3. Philoſtratus, de qua nihil aliud præterea notat, tantum Iarcham inducit reſpondentem nullos ſe agnouiſſe fontes, qui aureis eſſent aquis. omninò hæc non eſt aqua Perſarum.

Audi verba Philoſtrati, ἐρομένου δὲ αὐτοῦ περὶ τοῦ χρυσοῦ ὕδατος, ὅ φασιν ἐκ πηγῆς βλύζειν, quærente illo de aurea aqua, quam aiunt è fonte ſcaturire, aurea dicta. vel quòd magno in honore foret apud

Perſas,

Persas, vel ob claritatem, & colorem pænè aurcum.

Cuius fluminis, non planè certum. Choaspis indicat Plinius lib. 37. cap. 10. Choaspites à flumine dicta est viridis fulgoris aurei gemma, qui libro 31. cap. 3. etiam notare videtur Eulæi fuisse. Parthorum Reges ex Cboaspe, & Eulæo tantum bibunt, & ex quamuis in longinqua comitantur illos: & horum placere putum, non quia sint amnes apparet. quorum nec è Tigri, nec Euphrate, nec è multis aliis bibunt.

B Hoc soli Eulæo tribuit libro 6. cap. 27. Susianen ab Elymaide disterminat amnis Eulæus ortus in Medis, medioque spatio cuniculo conditus, ac rursus exortus per Mesobatenen lapsus, circuit arcem Susarum, ac Dianæ templum augustissimum, cum illis gentibus & ipse in magna ceremonia sit: siquidem reges non ex alio bibunt, & ob id in longinqua portant.

Consentit Strabo libro 15. pænè extremo de moribus agens Persarum modestissimia & regum delitiis: nam hos narrat triticum sibi iubere ex Asso Aeolica deferri, vinum ex Syria Chalybonium, aquam ex Eulæo, quòd omnium esset leuissima, vertente Tifernate, vt Atticum acetabulum minus drachma appenderet.

C Choaspen Herod. in Clio, id est, libro 1. appellat describens susceptum à Cyro bellum aduersus Semiramidis filium Labynithum; quo refert portatam in exercitu ex flumine Cboaspi, quod Susa præterfluit, vt & Strabo libro 1. affirmat, aquam, quo vno ex omnibus fluminibus rex potat: deferebatur autem decocta, & in argentea vasa diffusa carrucia quatuor rotarum, quas trahebant Mulæ, quocumque ille proficiscitur. Vtrumq; lib. 1. Athen. tradit quod Posidonius ibi narrat in Damasco tantum Syriæ gigni, vbi, seuerint Persæ vites: deinde de aqua ex Herod.

D Amplius lib. 12. ex Agathocle Athen. prodit soli regi, eiusque filio natu maximo licuisse ex ea potare, cæteris capitale: & lib. de exilio Plut. Persarum, inquit, reges ridemus, si modò verum quod narratur, qui solam Choaspis aquam bibunt, ac si reliquus terrarum orbis careret aqua.

Et Aelianus lib. 12. var. histor. cap. 40. hoc his verbis confirmat luxum describens Xerxis cum exercitu iter facientis: narrat enim præter cætera superbiæ signa etiam Choaspis aquam delatam longissimè, & in maxima totius exercitus siti proclamatum. præconis voce, si quis aquam
E ex Cboaspe haberet, regi bibendam proferret; inuentum modicum quid, & quidem putre, quod rex biberit; & à quo acceperat, eum verò seruatorem suum agnouerit.

Vides ergò distingui flumina: distinguuntur & reges, cum Persas quidam, quidam Parthos nominent, vt legisti; accedit Ausonius in vrbium catalogo Medos affirmans, nec mirum: communitas hoc regum facit, siue confinium, versus sunt Ausonij.

Hunc cuperes Rex Mede suis coniungere castris,
Flumina consumto cum defecere meatu
Huius fontis aquas peregrinas ferre per vrbes
Vnum per cunctas solitus portare Choaspen.

Malè quidam ex Eulæo Persarum reges, ex Choaspe Arabum bibere solitos affirmarunt. Lego tamen in eodem Herod. in Melp. hoc est, lib. 4. commendatam, & magno in pretio habitam
F Teari aquam in Thracia: cum statiua, inquit, haberet Dareus ad fontes Teari amnis duodequadraginta, qui ex eadem rupe scaturiunt, partim frigidos, partim calidos, eius aquam omnium optimam ab accolis commemorat existimatam cum ad alios morbos, tum ad scabiem equorũ, atque hominum curandam; ibi erexit cippum his litteris inscriptum. Teari amnis capita optimam aquam, atque pulcherrimam omnium continent amnium. ad ea peruenit exercitum aduersus Scythas ducens vir optimus atque pulcherrimus omnium mortalium Dareus Hystaspis filius Persarum, & totius continentis rex: neque tamen appellata huius aqua aurea.

Eustath. meminit, & ipse quoque ludit in hac
G aurea aqua Persarum vocem declarans ἀργυροδί-νην argenteum scilicet fluentum initio lib. 21. Iliad.

Miratur qui Iuris lexicon sanè eruditum collegit Pardulphus Prateius nullam Maiumæ ludi in fastis Ouidij fieri mentionem, Romæ tamen celebris, atque sollemnis: ego mirandum non existimo, tum quod non omnes ludos Romanos exequatur Ouid. tum quod si exequeretur, hunc tamen describere minimè potuit, qui post ipsius ætatem cœptus est exhiberi.

Ludum quidem fuisse Romanum constat ex l. 1. C. de Maiuma, quem à mense Maio nomina-
H tum omnes fermè arbitrantur, quòd eo mense per iocum Ostiam vrbem maritimam oppugnarent, seque in mare proptèrea iactarent. ita Suidas. Festus agebatur mense Maio Romæ dies ad maritimam vrbem Ostiam, quando primarij vrbis ciues relaxandi animi caussa se in aquas marinas iactant: vnde & nominatum eius festi tempus Maiumas. A

Consentit Alciatus in tres post. lib. Cod. reprehendens imperitiæ posteriores Iurisconsultos, qui festum existimant fuisse, quod etiam nunc passim agitant per Italiam, cum ludibundi per vrbem Calendis Maij gestant arborem.

Iure videtur mihi dissentire Cæsar Bat. in suo Martyr. ad 7. Cal. Iun. tum quòd veterum scriptorum nemo, nec calendarium festorum gentilium Rom. eius festi meminerit, tum quòd
I orientalis imperij, aut gentis, non occidentalis esset celebritas, vt ex legibus apparet

in ori-

in orienre ab Arcadio latis: rametsi, vt ingenuè fatear, argumentum hoc non magni est ponderis: cum plerasque sciamus leges ab illis Imperatoribus conditas, quas, & imperium receperit occidentis.

Deindè vsitatum Romanis hoc festum Romæ Tacitus lib. 11. annal. innuir loquens de manifesta Messalinæ infamia quosuis adulteros admittentis, & palam nuptias cum designato Cos. celebrantis. nec vltra, vt air, expectato, quam dum sacrificij gratia Claudius Ostia proficisce-
K rerur cuncta nuptiarum solemnia celebrar: sacrificium hoc factum, in æde Castorum.

Ex lib. 19. Amm. Marc. coniectatur Lipsius ventorum, marisque caussa à Claudio Cæs. institutum: tam hoc clarum, quàm lux meridiana ex Aethico in Cosmograph. ita scribente. Tiberis insulam facit inter portam vrbis. & Ostiam, ciuitatem; vbi populus Romanus cum vrbis præfecto. vel Cos. Castorum celebrandorum caussa egreditur sullemnitate iucunda: ita verisimile à Mense, quo celebrabatur, nomen accepisse.

Nec tamen damno eundem Bar. nomen ei ab ciuitate Maiuma repetentem: erat ea portus, seu nauale Gazæorum, vt est lib. Hist. Eccl. 2. Sozom.
L cap. 4. & Trip. lib. 6. cap. 4. & prioris lib. 5. cap. 3. qui quidem, vt est auctor Niceph. lib. 8. histor. Eccl. cap. 33. & libro 10. cap. 4. propter eximium Christianæ fidei ardorem ciuitas à Magno Constan. effecta, & Episcopo ornata. Constantiæ nomen tulit: in ea impudicitiæ præses Venus impudicissimè colebatur, vt apparet ex Marci Gazæorum Diaconi historia. quam in diem Febr. 20. Simeo Metaphr. refert.

Cuius item festi in Antiochico suo hoc sermone Iul. Apostata meminit. Vestrum quilibet priuatim in cenas, & sollemnes ferias Maiumæ consumit pecunias pro se, vrbisq; salute sacram rem nemo facit. B

Non displicet Enimundi Bonefidij suspicio
M à Maim Syriaca voce Maiumæ nomen deducentis, aquam verò significat: Nam & Maiman Ciuitas ab aqua dicta, quia portus erat: atque hinc quæ de Ostia notauimus, probantur.

Eos ludos, vt impios, atque impudicos pessimus Imp. sustulit Anastasius, in hoc tamen bonus, ne actum agam in his ludis explicandis, non transcribo notas Baronij.



Caducum quid sit Latinis: qua caducorum bonorum antiquis ratio: I. C. plerique & alij scriptores enucleati.

CAPVT VII.

Cadvcvm videtur dici quod debile est, & casui proximum, & ruinam A
minans; ita caducus paries, siuè murus: hinc illud Adriani Imp. apud Spartianum. Ceionium Commodum minus sanum adoptantis dictum. in caducum parietem nos inclinauimus: ita non quod cecidit, sed quod casurum est, & eius est naturæ, vt cadere posit, ac debeat, caducum iure dicitur: quo modo omnia orta sub Luna caduca nominantur.

Ita Cic. fragile, & caducum 1. de leg. & 2. de fin. bon. copular, & sæpè alias: vt vietum, & caducum in arboribus, & frugibus lib. de Senect. quo modo Plin. lib. 17. cap. 24. in Drupis, scilicet oliuis, quæ maturescentes tunc sunt præcipuè caducæ: qui caducas litteras nominauit, quæ facile effugiunt legentem, seu vix legi possunt lib. B
13. cap. 12.

At priore significatione Cic. de Senect. vitem natura caducam dixit, quia nisi fulta sit, ad terram fertur. Caducam aquam Varro, & Front. quæ de lacu abundat, vel de canalibus defluit. & Virg. 6. Aen.

—Belloq; Caducos Dardanidas,

Cecinit scilicet quoniam in bello ceciderunt: similia pleraque in his duabus notionibus exempla reperies. certè Varroni lib. 2. de re rust. cap. 2. de ouibus caduca spica saturari eas est, quæ iam cecidit: non item Palladio in Febr. de pomis, si caduca sunt poma, id est, facilè cadunt.

Sic L. Apul. lib. sui Asini aur. 9. nam & hæc ipse
aiebat, iners asellus, & nihilominus morbo de- C
testabili caducus, hoc est, morbo obnoxius quo sæpè in casum impellebatur: vt epilepsiam Italicè caducum malum vocamus Apol. r. Apul. caducum puerum nominat epilepticum: vt prudens mihi videatur esse doctissimi Alciati notatio de verb. sign. l. 30. ex Caio li. 7. perstringentis Iurisconsultum, quòd glandem caducum, quæ ex arbore decidit. exponat: hæc enim sermonis proprietate non indicatur: caducus videlicet non qui cecidit, inquit, sed qui facilè casurus est, & ruinam minatur.

Sic lib. de trist. 3. Ouid. El. 1. caducam frondem lauri non esse dixit, quia cadere, vt cæterarum arborum non potest.

Vtq; viret semper laurus, nec fronde caduca D
Carpitur, æternum sic habet illa decus.

Et lib. Herod. epist. Parid. ad Hel. est 15. caducam spem, quæ fallere posset, nominauit.

Spem modo ne nostram fieri patiare caducam
Deprecor, ó tanto digna labore peti:

Initio lib. 17. Plin. caducos fructus à pendenti-
bus distinguit. Sic & Columella reprehenden-
dus, apud quem caduca oliua dicitur lib. 12. cap.
49. quæ ex arbore decidit: minus arguendus
Pomp. Festus, qui lib. 3. caduca nominauit auspi-
cia, cum aliquid in templo excidit, auguri v. g.
virga è manu.

E Paulo aliter vox ista sumitur in iure. & legi-
bus à Iurisprudentibus: & olim quidem vniuer-
sè bona omnia dicebant caduca veteres, quæ il-
lis excidunt, quibus iure ciuili debebantur, ad
alios nempe deuoluta; cuius significationem
angustè nimis accepit Græcum quoddam, ac
Latinum lexicon caducum definiens, τὸ χωρῦν εἰς
φίσκον. quare Iuuen. Sat. 9. de vxore. quæ marito
liberos ex adulterio pariebat, Satyricè iocatus
est his vt versibus:

Iura parentis habes, propter me scriberis heres,
Legatum omne capis, nec non & dulce caducum.

Dulce nominans siuè, propter venerei operis de-
lectationem, siuè quia bonum insperatum, &
F præter spem adquisitum. quo modo à Paulo I.C.
dos caduca dicitur l. si quis 38. D. de ritu nupt.
Cum videlicet ei lex dotem adimit, qui contra
eius interdictum vxorem in prouincia sua ducit,
eamque Fisco attribuit, siuè Aerario: & glans ca-
duca in 12. tab. quæ deficiente eo, qui legat, ex ar-
bore decidit. D. de verb. sign. silua. & aqua cadu-
ca: ac certè peculiaris hæc est notio in ore ac li-
bris Iurisperitorum tritissima.

Communis illa explicatio, bona caduca esse,
quæ ex aliqua caussa in fiscum cadunt: iuxta
quam dici iure potest caducum à cadendo ap-
pellatum, vt significat euenire, siue obuenire, vt
cum dicimus, res bene recidit, & Suet. in Tib.
cap. 14. & cōtra prædicta cadentibus rebus quo-
niam hæc bona cadunt, id est, aueniunt, & con-
tingunt his, vel illis.

G Ex ea notione l. Crassus Orator iocatur in Iu-
risperitos lib. 3. de or. apud Cic. ita loquens. No-
stra est, inquam, omnis ista prudentiæ, doctrinæ-
que possessio, in quam homines, quasi caducam,
atque vacuam abundantes otio, nobis occupa-
tis inuolauerunt.

Peculiariter caducum legatum dicebatur, quod
relictum erat sub conditione, quæ si defecisset
vel viuo, vel mortuo testatore cadebat, & redi-
bat vel ad testatorem viuum, vel ad substitutum,
aut coniunctum eo mortuo D. de iis, quæ intest.
del. l. cum fisco. 9. D. ad S.C. Silan. l. 30. C. Theod.
de pet. & vlt. Dat. hinc titulum. C. Iustin. de toll.
cad. intelligimus, vbi dicitur caduci caussa, cum
quid conditione relictum erat, quæ deficeret, vel
is, cui relictum erat, viuo testatore moreretur.

Optimè totam, atq; integram caduci notio-
H nem expressit Vlpianus in fragm. & ex parte 17.
Inst. repetitur; quod quis sibi testamento reli-
ctum, ita vt iure ciuili capere possit, aliqua ex
caussa non reperit, caducum appellatur, veluti
ceciderit ab eo; vt si legatarius ante apertas ta-
bulas decesserit post mortem testatoris: vel si
cælibi, aut Latino Iuniano legatum fuerit, nec
intra centum dies, vel cælebs legi paruerit, vel
Latinus ius Quiritum consecutus sit: vel si ex
parte heres scriptus antè apertas tabulas deces-
serit, vel peregrinus factus sit.

Post Vlp. Iustinianus l. vna C. de cad. toll. vete-
res, quæ testamento relicta ab initio non consi-
stebant, veluti quæ legabantur ei, qui iam tum in
rebus humanis non erat, opinabantur pro non I
scriptis haberi: quæ post testamentum factum
viuo adhuc testatore deficerent, veluti quia le-
gatarius, aut heres, vt diximus, interea morere-
tur, ea in caussa esse caduci: caduca verò propriè
appellata, quæ iam mortuo testatore primum
deficiebant: veluti si post eius mortem ante adi-
tam hereditatem legatarius, vel heres morere-
tur.

Porrò caducorum ius ex lege Papia Poppæa
olim natum, vt ex Iustin. apparet, describente
hoc ius antiquum: apertissimus est lib. 3. ann.
Corn. Taciti locus aientis Augustum post Iulias
rogationes in citandis cœlibum pœnis, & augen-
do Aerario sanxisse legem Papiam Poppæam: de-
inde quidpiam addenti, quod hanc legem ma-
gis exponeret, acriora ex eo vincla, inditi custo-
des, & lege Papia Poppæa præmiis inducti, nisi à K
priuilegiis parentū cessaretur, velut parens om-
nium populus vacantia teneret. vna littera resti-
tuit, t, nam pro visi lege vt si, significat, si neque
præmiorum, neque pœnarum metu ad procre-
andam sobolem traherentur, populum tanquā
omnium parentem bona tenuisse vacantia.

Ita duo fuerunt huius legis capita, vel, vt ciui-
tas Liberis, seu populo; vel, vt fiscus pecunia re-
pleretur: bella enim ciuilia, & illam, & hunc ex-
hauserant: vtrique malo ea lege mederi statuit
Augustus: & quod ad posterius legis caput atti-
net, si filios non gignebant, decima parte multa-
bantur hereditatis, siuè legati, quæ dicebatur ca-
duca.

Ei derogauit M. Constantinus l. 1. C. de cad. L
toll. quod spectat ad prius caput derogarunt
Impp. Arcadius, & Honor. l. fin. C. de infir. pœn.
cœlibibus quoniam pœnas continebat castita-
tis generi Christianorum propriæ, & Christi lege
tantoperè commendatæ.

Allusit huc Auson. in Iurisconsultum, qui vxo-
rem duxerat, sed adulteram, dicens, ei placuisse
legem Papiam, quoniam cælibes persequebatur:
displicuisse Iuliam, quòd mariti per eam Leno-
cinij crimine plecterentur, qui vxores adulteras
in matrimonio retinebant.

Auctor est Paulus Iurisconsultus l. vlt. de bon.
damn. Adrianum Cæs. aliquando rescripsisse am-
pliandum imperium hominum adiectione po-
tius quam pecuniarum copia: id quod sensit
etiam Augustus; sed vbi illud obtineri non

M possset, saltem alterum procurandum indicauit.

Et sanè lex Iulia de vicesima nouam augendi Aerarij rationem prodiderat: sed quoniam ea portio ægrè extorquebatur, & multis remittebatur, nec sufficiebat publicis sumtibus, aliam tulit minus odiosam, magis tamen copiosam, quę non solum integras subinde hęreditates, integraque legata iure caduci ærario deferebat, sed ingeniose, & subtiliter, vt huius generis plurima essent caduca, efficeret.

Hinc ille Cicer. locus Phil. 10. auaritiam, & rapinas M. Antonij insectantis. & si, inquit, ne illa quidem Antonij celeritas contemnenda est, quem nisi in via caducę hereditates retardassent, &c. eas, quæ tunc adeuntur, cum nemo est, qui
N iure eas adeat, explanauit Georg. Trap. & Bapt. Latomus, addens eas in ærarium solitas referri: nominis rationem adiungit Matturantius, quoniam à certo herede cadebant, qui etiam, quot modis extrema testatoris voluntas fraudaretur, cum testabatur, nec pro scriptis haberentur, quæ scribi testator iusserat, ostendit ex disciplina Iuris ciuilis.

Melius expone, hereditates, quæ à potentioribus inuadebantur per fas, nefasque quod fecisse Antonium Cic. reprehendit: quamquam Prateius impropriè hic Cic. loquutum, sed facete docet, eas intelligens hereditates, quæ cum M. Antonio relictæ fuissent, nondum tamen ab eo aditæ, atque adquisitæ erant.

Contenta hoc nomine possunt videri bona vacantia, quæ ἀκληρονόμητα Græci scriptores ap-
O pellant, quibus post mortem successor nullus existit, quęque in ęrarium, seu fiscum iure legum caducarum rediguntur, de quibus lex t. C. de bon. vacan. vacare autem non dicitur simpliciter, nisi illud, quod à nemine detinetur, vel de iure, vel re ipsa. quod de facto barbarè dicitur, eod. Cod. l. vlt. lib. 10.

Itaque Ecclesiastica bona, seu beneficiorum vacare numquam dici possunt, quoniam Christus eorum, dicitur esse Dominus: nam & Ecclesiæ patrimonium, Christi esse dicitur. Cap. Non ex eo de elect. lib. 6. tametsi loquendo, & scribendo dicimus vacare: & generali quadam notione bona vacantia, quæ in fiscum recidunt, caduca nominantur l. 3. de iis, quæ in testium de Lar. lege
P 9. ad S.C. Silan. l. 20. de petit. hered. cum & lex Iulia bona vacantia ad fiscum pertinere significet, & legibus caducariis bona ad fiscum deferri legamus in Pandectis l. 96. §. 1. de legatis lib. 1. l. 4. de fidei comm. liber.

Et paulò ante Iust. tempora Theodericus Rex Italiæ apud Cassiod. lib. var. 5. cap. 24. & lib. 6. c. 8. caduca, inquit, bona fisco nostro competere legum cauta decreuerunt.

Sane bona vacantia sunt, cum quis mortuus est sine heredibus, vel testamentariis, vel legitimis: & passim in Cod. Iustin. & Theod. vacantia pro caducis, & contra legimus: quo modo accipiendus Symmachus Imp. Valentiniano scribens iuniori, cum ageret caussam Vestaliũ, quia nouo more fiscus capiebat, quod iis legatum erat. Quod nomen accipiet ablatio facultatum quas nulla lex, nullus casus fecit caducas? & lex vlt. de iure immun. in Pand. cum librarios olim Q
fuisse caducorum prodit; & quod cælibes, vel orbi per legem Iul. & Pap. capere ex testamento non poterant, caducum fiat, & per eandem legem fisco delatum.

Quò pertinet Vlpiani illud l. t. §. interdum de suis, & legit. interdum etiam filium suum hæredem excludi, fisco prælato, vt puta, si perduellionis dãnatus fuerit pater: cui filio ne licebat quidem auo suo hæredem esse i. quisquis Cod. ad legem. Iul. maiest.

Alia item genera caducorum, & vacantium per eandem legem Papiam apparet fuisse ex Iustin. quam vt idem ait, materiam, & exordium sumsisse caducorum ab aditionibus hæredita- R
tum; & ideò Senatusconsulta, quæ circa legem Papiam introducta fuerunt, censuisse nõ à morte testatoris, sed ab tabularum apertione cedere diem legatorum, vt quod interea deficeret, caducum fieret: quin verò longè antiquior Vlp. tit. t. scripsit per legem Pap. Popp. fieri caducam partem non adeuntis hæredis, & tit. 24. partem non capientis legatarij.

Horum verò nomen bonorum natum, auctumque ex bellis Romanis ciuilibus tradit Iustinianus, non, vt vult Accursius ab Alc. reprehensus lib. dispunct. 3. cap. 6. quod attributa bona in bellis ciuilibus fisco tradebantur, quoniam homines interficiebantur: disertis enim verbis Dio legẽ Papiam propter impendia bellorum scribit latam.

Et not. ex Iust. l. 1. C. de cad. toll. tribus modis S
ea, quæ testamento relicta sunt, deficere: si quid pro non scripto habeatur, id videlicet quod ab initio defecit, vt cum mortuo legatum, hæreditasue defertur: si in caussa caduci fit, hoc est, quod post testamentum ante testatoris mortem deficit: veluti, si legatarius testatore viuo moriatur: aut si quid caducum fit: estque illud, quod mortuo testatore ante tabulas apertas deficit, veluti si tum legatarius moriatur.

Porrò Iuliæ legis, Augusti credo, caducaria duo fuerunt capita: primum, vt si nemo sit, ad quem bonorum possessio pertinere posit; secundum, sit quidem, sed ius suum amiserit, bona publicentur. Vlp. cap. inst. 28. & l. 4. §. eod. D. de T
fideic. liber. quæ eadem lex caducaria Iulia significatur à Iuliano l. 96. §. 1. de leg. & fid. lib. t.

Cum verò testatoribus grauis, & molesta esset caducorũ obseruatio, introduxerunt substitutionem, ne fierent caduca, ita obstruxerunt viam legi Papiæ, vt ait Iustinianus. & pęnè totam hanc legem ipse sustulit. Sed hæc legum periti, peritius, & fusius.

Quod autem Bart.in l.si duobus in princ. de legibus 1. quærit.& exponit, an de iure Digesto rum caduca quærantur fisco, etiam de vacantibus arbitror intelligi. His lucem dabit aliquam Fr.Bald. iuris ciuilis catechesis.

Non tacendum procuratores olim missos in Prouincias ad tributa, ac reditus colligendos, & V cætera.quæ ad fiscum pertinerent: quorum propterea munus erat vacantia, & caduca ærario, seu fisco Principis, ac populi assignare: quorum sæpè mentio in antiquis legibus, & rescriptis Imperatorum. hinc illud Vlp. de off. procos.sanè si fiscalis pecuniaria caussa sit, quæ ad procuratorem principis respicit, melius fuerit si se abstineat,&c.

Græcis scriptoribus nominati ἐπίτροποι, inter quos & rationales quod foret discrimen,vt & de horum procuratorum muneribus, & administratione,eruditè,& subtiliter, vt ferè omnia.Iustus Lipsius in suis ad Tacitum notis explanauit, tu eum lege,& perlege,qui & legis Pap.Popp.capita enucleat diligenter.

Quo modo ad polytheian transfugerit à Christo Julianus Cæsar.

CAPVT VIII.

A ERRONES sumus, nec tamen erramus. vagamur tantum. Breuem Iuliani transfugæ à Christo ad Idola historiam hoc capite disce: apostatam vulgo nominant,seu παραβάτην, semper animo ethnicum,re numquam Christianum:quem tamenChristianitatis prætextu Clericum,&Monachum Cacodæmon in spem quodam modo & per se,& per eius similes Idololatras aluit imperij,primo quidem per Maximum Philosophum, magis tamen magum, quàm Philosophum,non illum Byzantiũ, sed Ephesium, qui magiæ apud Valentinianum reus morte pœnas luit, qui & B eius animo Christianæ religionis odium inseruit: hoc apertè significat,illud obscurè insinuat Sozom.lib.5.cap.2.hist.Eccl. & Socr. lib. 3. cap.1. & Cassiod. libro 6. Trip. hist. cap. 1. & Eunapius Sard. de vita Philosophorum Maximo adiungens magum alterum Chrysanthium,quem pro Philosopho habet.

Vtrumque Ecclesiasticum audi scriptorem, illum primo. Hic ei occurrit Maximus Ephesius Philosophus, eique magister fuit tum Philosophiæ,tum etiam odij aduersus Christianam religionem.

Hunc deindè. Cum progressus fecisset in arte oratoria Nicomediæ præsidebat Maximus Philosophus non Byzantius ille Euclidæ pater, sed Ephesius,quem postea.vt præstigiatorem Imperator Valentinianus iussit interfici. Sed hoc po- C sterius accidit.

Verba sunt Eunapij hostis nostri, & Apostatæ Iuliani dilaudatoris. Deficiente Constantini progenie, solus relictus fuit Iulianus, ob ætatis teneritudinem, & ingenij mollitiem despectui habitus,quamquam Eunuchi Palatini illum circumstarent, & adhibiti custodes forent, obseruaturi num verè,& constanter Christianus esset. A Cum paulo antè dixisset datum illi magistrũ Aedesium Sophistã, postea Maximum, & Chrysanthium, & cæteros id genus Sophistas, penè magos, dixi,frequentaret.

Ad eos profectum Athenas. Nazan. scribit 2. in Iul.or.vt sacrificos,& impostores de rebus suis consuleret; nam quanti Iamblichum fecerit præ D cæteris Philosophis præstigiis, & magica superstitione præcellentem, vt idem est auctor Eunapius, demonstrat ei scribens hac oratione Græca, Latinè dicam,quòd Græco codice careo. Hanc epistolam vnam Iamblichi malim, quam totum Lydium aurum possidere: & in alia ad eundem Epistola,at ego,inquit,ne me hominem quidem esse dicere ausim, vt est in prouerbio, quamdiu absum à Iamblicho, &c.

Idem per alios, siue Philosophos, siuè Sophistas,&Grammaticos Magos potius,& præstigiatores, conatum fuisse Diabolum est verisimile, quales Sardianus nominat Aedesium, Priscum, Eusebium,&c.

Adolescens cum litteris vacaret tantam suæ indolis opinionem conciuit apud omnes, vt publico rumore circumferretur eum Romano E imperio regendo esse idoneum. ita Socrat. lib.3. cap.1.& ex eo Trip.lib.6.cap.1.

Idemmet Iulianus solitus erat amicis scribere,se impellente numine ad imperium rapi: antequam Liberum capessisset imperium: extant apud Ammianum Marc. libro 15. & 21. & Zosimum.

Sic enim ille 20.lib. nocte, quæ declarationis Augusti præcesserat diem, iunctioribus proximis retulerat Imperator, per quietem aliquem visum,vt formari Genius publicè solet, hæc obiurgando dixisse,olim,Iuliane, vestibulum ædium tuarum obseruo, latenter augere tuam gestiens dignitatem. Et lib.21. cum apud Viennam postea quiesceret Sobrius horrore mediæ noctis imago quædam visa splendidior hos ei versus Heroos modo non vigilanti apertè dixit.BQuos F ex Græco transtulit hic, & Zosimus diuersa tralatione.

Et narrat Socrates, & ex eo Trip. cap. & libro citatis cum nescio quam vrbem fuisset ingressus coronaLaurea portæ ornamentum inter columnas pendens rupto casu fune in eius caput decidit: cum deinde acclamaretur Augustus, & ad coronandum non esset diadema, ex ducibus quidam torquem,quem ferebat, eius capiti circumposuit.

Quid? quod idem Iul. medico, & Sophistæ Oribasio scribens,arborem proceram, inquit, in

quodam tricliniio peramplo, & spatioso sitam putabam, quæ humi se inflecteret, & paruam, teneramque arbusculam, & valdè florentem agnatam radicibus haberet: angebar metu, ne exi-
G gua illa arbor vna cum magna à quopiam euelleretur: tum ignotum hominem sibi dixisse narrat, intuere, & bono esto animo: radice enim humi infixa, & manente, paruula illa arbor diu viuet, hæreditque firmius: quæ sanè omnia superstitionis pleuisima, & ab eo eiusq; studiosis conficta.

Quod autem εἰδωλομανὴς esset Iulianus, hoc est, insano teneretur Deorum amore, & cultu, festiuè à Christianis pro Iuliano Idolianus vulgo nominabatur, auctor S. Nazanzen. or. 1. in eum.

Qui verò finis Constantij vitæ fuerit, vt σχέσις, καὶ ἀνάλυσις illis versibus celebretur, est quærendum. Marcellinus libro 21. citat. ita narrat, cum in Persas duceret exercitum Constan-
H tius, & putaret se aduersus Iulianum benè impetum occidentale muniisse, deindè accepisset nuntium, illum prætergressum Italia, atque Illyrico in Thraciam magno exercitu festinare, mœrore offusum Constantium, deindè nocturnis imaginibus territum, & vmbram vidisse nondum omnino dormientem, quæ pulchrum infantem in eius gremio collocaret, qui excussam longius pilam proiecit: confessum item suis squallidiorem sibi adstitisse Genium suum, tum properantem ad bellum correptum febre grauissima, quæ faciebat, ne tangi eius corpus posset, quæque vsum respuebat remediorum.

Et planè sic obiisse Theologus affirmat in laudatione S. Athan. addens pœnitentiam, ac do-
I lorem trium rerum à se malè commissarum, quod mortem sanguini attulisset suo, quòd Iulianum Imperatorem nominasset Cæsarem creando, describit hoc Marcell. libro 15. tertiò, quod nouandis in Ecclesia Dei rebus studuisset.

Pessimum omnium, & perniciosissimum ei fuit, quod moriturus ab Euzoio Areano, Pseudepiscopo Antiochen. sacro baptismo tinctus fuit, S. Athanasio teste libro de Synodis, & Ecclesiasticis historiis.



Duorum Ducum contra duos Philosophos in re diuersa simile pronunciatum: quid clibanus, & de ratione furni: panis ex faba.

CAPVT IX.



QVOD apud Cicer. 2. lib. de or. Catulus grauiter, & copiosè hac oratione commemorat, nec mihi opus est Græco aliquo doctore, qui mihi peruulgata præcepta decantet, cum ipse numquam forum, numquam vllum iudicium aspexerit, vt Peripateticus ille dicitur Phormio, cum Annibal Carthagine expulsus Ephesum ad Antiochum venisset exul, proque eo, quòd eius nomen erat magna apud omnes gloria, inuitatus esset ab hospitibus suis, vt eum, quem dixi, si vellet, audiret: cumque is se non nolle dixisset: loquutus esse dicitur homo copiosus aliquot horas de Imperatoris officio, & de omni re militari: tum, cum cæteri, qui illum audierant, vehementer essent delectati, quærebant ab Annibale, quidnam ille de illo Philosopho iudicaret: hic Pœnus nō optimè Græcè, sed tamen liberè respondisse fertur, multos se deliros senes sæpè vidisse, sed qui magis, quàm Phormio deliraret, vidisse neminem: cuius responsum probans, neque me hercule iniuria, adiecit: quid enim aut arrogantius, aut loquacius fieri potuit, quàm Annibali, qui tot annos de Imperio cum populo Romano omnium gentium victore certasset, Græcum hominem, qui numquam hostem, numquam castra vidisset, nunquam denique minimam partem vllius publici muneris attigisset, præcepta de re militari dare? A B

Hoc mihi facere omnes isti, qui de arte dicendi præcipiunt, videntur; quod enim ipsi experti non sunt, id docent cæteros: Sed hoc minus fortasse errant, quod non te, vt Annibalem, sed pueros, aut adolescentulos docere conantur; respondetque Antonius se in multos Phormiones incidisse, Rhetoras, ac Sophistas Græcos notans, quorum sibi doctrina videatur esse perridicula. C

Hic ego nunc non dispuro, iure ne, an iniuria isti artis dicendi magistri reprehendantur: sed aio tamen rectissimè complures doctos, & eloquentes viros de iis rebus, & negotiis posse disserere, & iure disseruisse, qui licet ea re ipsa non tractauissent, animo tamen, vt eloquerentur, diu, multumque tractarent, & ea sibi ob mentis oculos proposuerant, quæ in res ipsas incurrunt.

Quomodo enim Plato, qui numquam Reipublicæ gubernaculum tenuit? quo modo Aristoteles, qui semper ociosam vitam peruolutandis veterum libris, & indagandæ veritatis studio D

est

est amplexus, tam grauiter, tam sapienter, tam aptè benè gerendæ Reipublicæ præcepta tradidissent, vt innumerabiles alios taceam, qui iis de rebus argumenta magnificè sunt persecuti, quas numquam vsu cognorant?

Huic narrationi non est illa dissimilis, quam Plut. instituit in apophthegm. & in Lacon. cum audisset Eudamidas, Eudæmonidam legunt alij, quendam Philosophum, qui solum sapientem esse diceret bonum Imperatorem, mirifica verò, inquit, est oratio, sed qui loquitur, tubæ sonum audiuit nunquam, siuè nunquam tubæ sono excitatus est: E in hoc Philosopho (verisimile est stoicum fuisse) idem, quod in alio Annibal, reprehēdens: & apertius altero loco, qui loquitur, fidem non meretur, nunquā enim circumsonantem tubam exaudiuit, hoc est, inexpertus loquitur.

Sed præstat audire verba Plut. priore loco, & posteriore ad finem libri, quæ postrema verba, quibus caussa redditur, cur fide dignus non esset ille Philosophus, omisit magna obliuione, aut negligentia prouerbiorū collector Chil. 4. cent. 3. num. 54. cum tota in eis versetur dicti elegantia: neque adagium rectè accommodarit, vt ante me alius vidit.

In Stob. serm. 52. legitur. ὁ ασαλπιγκτος, hoc F est, numquam circa se classicum strepere audiuit. quo loco aliud persimile Annibalis in Stoicum Philosophum dictum cōmemorat his verbis Annibal audito nescio quo Philosopho Stoico probante solum sapientem idoneum esse ducem belli, risit, cum arbitraretur fieri non posse scientiam earum rerum consequi sine actionum ipsarum experientia.

Clibanum, siue Cribanum distinguunt quidam, vt est in Suida, idem tamen significare, & esse pleraque veterum testimonia ab Athen. lib. Dipn. 3. cap. 15. prolata demonstrant: inuentum eius cuidam Anno tribuit Aegyprio Arrianus, & cum eo Schol. Aristoph. Acharn. aut certè panum in Clibano coctionem, ex quo natum sit prouerbium, Annus furnum, siue Clibanum repetit. Suid. in vocibus ἄρτος & παροιμία.

G Et iste quidem Aristoph. interpres ex Pherecratis testimonio neutro genere ab Atticis efferri τὸ κρίβανον affirmat, quemadmodum κλίβανον Doricè pronunciari, sic etiam Etymologus.

Iam verò dictum volunt quasi κριθῶν βαῦνον, ἐν ᾧ κριθαὶ ὀπτῶνται, hoc est, in quo hordeum coquitur, caminum, sic & Eustath. lib. 1. Illad. & 4. Vlix. non enim dico furnum, quoniam clibanus furnus non est, cum panis clibanaceus, & furnaceus inter se differant, vt apparet ex Athen. citati lib. cap. 18. & Galeno crebro in suis libris; nam Plin. lib. 18. cap. 11. & Colum. furnum, & clibanum separant: & sanè Iul. Pollux lib. 6. cap. 11. panem ἰπνίτην, siue ἰπνίτην, id est, furnaceum, in furno scilicet coctum nō facilè confici, seu coqui, facillimè κλιβανίτην affirmat; & apud eundem inter probatissimos panes tenet primas Cribanites. H

Itaque cum φοῦρνον, κάμινον, βαῦνον Grammatici Græci interpretantur, sanè faciunt impropriè, vt & Latinus Perottus ita definiens, Clibanus mobilis est, & quasi paruus furnus, testaque aliquando tegitur, & ferè è metallo fit: interdum tamen & Lapide constat, non tam pane, quàm aliis dapibus coquendis idoneus.

Sed hæc definitio ex more est nostro, non antiquorum, apud quos vsitata panis sub clibano coquendi ratio.

Cassiod. in Psal. 20. melius, & ad veterum cōsuetudinem aptius, clibanus, inquit, est coquendis panibus ænei vasculi deducta rotunditas, quæ sub vrentibus flammis ardet intrinsecus: I & videtur esse, quem Italicè dicimus il Testo, vt olim Latinè testus Catoni fuit lib. de re rust. cap. 74. 75. 76. licet meus Codex Aldi vetus, testa, legat. Plinio Testum, à testa, qua operiebatur, opinor.

Furnus quid sit, nō est necesse explicare: quid enim sit, quis non nouit? ergo triplex fuit olim panis coquendi ratio: prior Clibani, in quo deinceps cœptū est pisces, & carnes, quæ Xeniorū loco solitā erant amicis mitti, coqui. Antiphanes apud Athen. lib. 4. & Herodotus: hinc Arist. Acharn. proposuit nobis integros ex clibano boues, & quis vidit aliquando boues clibanitas?

Quanquam Posidonius primum cinere calido, & feruenti testa panem manibus subactum, deindè furno coctum voluit, quod Seneca, epist. 90. commemorat: ex quo Aristot. Pluto κριβανωτόν, vel κριβανίτην panem vocat, & Acharn. ludens ait Dicæpolis, τοὺς κριβανίτας ἄρτους panes videlicet in clibano coctos, hi enim πλακοῦντες, vt ait Scholast. ὡς οἱ ἀμῖδες vt vulgo placentas facimus. K

Sanè omni ferè sæculo panes factos rotundos, siue planè, siue penè præter experientiam omnium gentium ipsa potius appellatio Græca, dicam libenter, etiam Latina, indicat: Latina quidem est panis à nomine πᾶν quod vniuersum, siuè mundum significat, mundum autem sciunt etiam illiterati esse rotundum, nam & L propterea orbis nominatur: tametsi nec à vero abest panem à πᾶν dictum, quia vita omnis mortalium in pane est sita potissimum, vixque absque vsu viuitur panis.

Græcum nomen est ἄρτος: quid si & hoc ipsum probat, quod Latinum? Sanè probat: nam ἄρτιος Mathematicis numerus is dicitur, qui perfectus est, ἄρτιον sanè perfectum, id est, τέλειον significat, vt ait Eust. in 17. Vlix. ad illum versum.

Πάντοσε κυκλοτερὲς, κατὰ δ' ὀψιὸν ἦεν ὕδωρ. C

Vbi variè demonstrat cultam à veteribus orbiculatam formam propter orbem scilicet rerum

M omnium, mundum in theatris, foris, thronis, aris, mensis, areis, poculis, addens, & hoc de pane: non vidit hæc magnum etymol. addit Eust. vndè sumsit hoc, in 6. Iliad. dici potuisse, ἀπὸ τοῦ αἴρειν vel ἀείρειν. quod est προσφέρειν, quia panis est, qui quotidie nobis apponitur: sanè prosarmata, trophæ, siuè sitia sunt Hippocrati.

Nam quod addit Etym. quod αἴρει, id est, κουφίζει τὴν δύναμιν alleuat vires, verum quidem est: inde etymon petitum, vide, si verum; prodit enim Ath. lib. 3. cap. 15. aliis omnibus gentibus panem dici, qui Græcis ἄρτος est: & panium quidquid implet corpus, vt pauiam corporis plenitudinem vocari à Messapiis: quo lib. & de generibus panum, in quibus obelias dictus, qui vel obolo veniret, vt Alexandreæ, vel qui in veruculis torreretur, adducens Aristoph. & Pherecratis testimonia: inde obeliophori nominati, qui panes illos humeris gestabant in festis, ac pompis.

N Inuentum porrò fuisse Bacchi; qui mihi potius esse videtur placeatæ species. do verba scriptoris eruditissimi ad finem libri.

Altera fuit coquendi ratio panis in furno, quæ penè sola apud nos modo retinetur: caminites, & Ipnites panis hic dictus. Timoclea apud Athen. lib. 3. κατομαθὼν δὲ κείμενον θερμὴν σκάφην θερμῶν ἰπνιτῶν ἔφαγον. cum scissem calidam scapham propositam calidorum panum, comedi.

Forni autem olim dicti, vt fornaces, à forno, vt notat Non. Marc. id est, calido; inde & forcipes, quòd ferrum candens capiant: alij à furuo,

O id est, obscuro, & nigro dictum volunt propter fuliginem, siuè obscuritatem loci. Varro lib. de vita populi Romani, cocula, quæ coquebat panem, primum sub ciuere, postea in forno.

Tertia erat coquendi panis ratio in Artopta; vas erat, in quo torrebatur panis, vt ostendit Pollux, & versus est Plauti in Aulul. à Plinio citatus lib. 18. cap. 21.

Ego hinc artoptam ex proximo vtendam peto:

Quo quidem indicis Pliniani apparet error accipientis pro genere panis: vbi & Plin. indicat ex Attei Capit. sententia, tostum panem lautiorum fuisse: ita ἀρτοπτίκιον nominat Athen. lib. 3. cap. 16. quem à Clibanaceo, & furnaceo distinguit: apud quem genera panum diuersa in gente præsertim

P Græcorum, inuenies cap. 15. & 16. vt & apud Plin. lib. capite cit. varietatem coquendi panis in furno: quo in argumento nonnulla Brodæus notauit longè antè in Græcis lexicis obseruata, vt à me antè Mercurialem, qui de hoc præclarè cap. 12. lib. 1. var. lect.

Aliam obserua tu clibani notionem ignoratam ab concinnatoribus lexicorum, quæ tamen legitur apud Leonem Imp. lib. 6. de bell. appar. erat enim armaturæ bellicæ genus, quasi thorax pectus muniens: ex quo & Clibanarij equites nominati cataphracti, qui tota specie ferrea ita contegebantur, ferro vndique armati, vt panes

Q in Clibano cocti: Vas enim ferreum Clibanus erat, vt Moschopulus definit, in quo panes coquunt.

Nisi verò suspicere vocem esse Persicam ex his Lampridij verbis in Alex. Seuero, centum millia equitum eorū fundimus cataphractarios, quos illi clibanarios vocant.

Eorundem fit mentio Cod. Theod. lege annon. 9. de annon. ciuir. Marcellino lib. 16. Nazar. in panegyr. Constantini, & Veget. capite 6. libro tertio.

Apud nostrates rustici ferè, & egentiores fabaceo viuunt pane; & fabæ inter legumina maximus honos à Plin. tributus est cap. 1. libro 18. quippe ex qua, vt ait, tentatus fit etiam panis; inte, quòd ex aliis leguminibus minimè panis fiat.

R Gal. lib. de alimento repugnare videtur fabam recensens inter legumina, ex quibus non fiat panis. Legumina vocant illa cerealia semina, ex quibus non fit panis, vt sunt fabæ, pisa, cicerес, lentes, Lupini. D quod item post me adnotauit Hier. Mercur. lib. var. lect. 2. cap. 6.

Nec verò illud obseruatione indignū, quòd Arist. lib. de hist. an. 3. cap. 21. fabæ esu Lac augeri, πολὺ γάλα ποιοῦσι, inquit, fortasse, quod ventosa, atq; humida: quamobrem demittit infra mammas, ποιεῖ καθιέναι τὸ οὖθαρ.

Nec tacebo plebeiorum panem, quo illi plerumque vescebantur. olim secundarium fuisse, & secundum appellatum. Suet. in Aug. cap. 76. scribit eum maximè appetiisse secundarium panem. Hor. epist. 1. lib. 2.

S *—Viuit siliquis, & pane secundo,*
Credimus—

Separat plebeium à Siligineo, vt delicato, Seneca epist. 119. Nos Mutinæ paunegro, &, vt veteres, pan segondo: & olim, vt nunc panis niger, atque albus nominabatur. Alexis libro 3. apud Athen. λευκοὺς μὲν ἰκτοῦ, τῶν δὲ φαιῶν τοὺς ἴσους & Lucianus dial. de mercede conductis. ὡς ὅτε λευκοῦ ποτὲ ἄρτου ἐμφορηθείς dictus, & niger, siuè ater, Cilicius à Comico Plat. apud eundem Athen. & Eustath. in 16. lib. Vlix. qui & magnus dicitur ab eo fuisse & sordidus. deinde venit, vt emeret panes non vulgares, sed magnos & cilicios.



Epodō Horatij liber cur dictus, quorundam sententia confutata.

CAPVT X.

QVi libros carminum quatuor Horatij proximè sequitur, & idcirco quintus odarum à nonnullis appellatur, epodon vulgo cur inscribatur, disquirendum breuibus illis quidem, sed eruditis scholiis suis M. Antonius Muretus se non satis intelligere fatetur ingenuè: nam quæ ad hanc inscriptionem confirmādam adferūtur à Grammaticis leuia esse, & huiusmodi, vt nullo negocio refelli queant: nec Dissimilis est Dion. Lambini dubitatio: certè Diomedes, Heleuius Acro, Porphyrio, Mancinellus ea scribunt, quibus parum omnino à doctis iure debeat credi.

Mihi certum est dici librum ἐπῳδῶν, id est, in casu gignendi, non ἐπῳδὸν in casu accusandi, vel ἐπῳδὸς nominandi, cum scribatur liber epodon: an verò ducendus casus à nominatiuo ἐπῳδὸς, an ab ἐπῳδὴ, potest ambigi.

. Qui ingeniosas scripsit ætate nostra, & eruditas in Hor. diatribas tredecim, putat esse à nominatiuo ἐπῳδὸς: intelligit enim versuum, hoc est, librum, qui habet versus ἐπῳδούς.

Qui ante illum eiusdem nationis homo doctus, & politus commētarios in Horatium composuit, Dion. Lambinus à nominatiuo deducit ἐπῳδὴ, existimans vocari hunc librum ἐπῳδὰς, quasi odas posteriores, id est, post odas, ac si quis posteriores elegias diceret ἐπελεγείας satyras posteriores ἐπισατύρους, posteriores hymnos ἐφύμνους: sic enim & epilogus in oratione dictus videtur, quia quæ in eo dicuntur supra dictis ἐπιλέγονται, cum adiiciatur quasi corona, ac summa totius orationis: tametsi Gul. Budæus nominatum tradit, quòd iam dictorum sit enumeratio.

At licet sit aliquando præpositionis istius ἐπὶ vsus apud Græcos, rarus tamen: in verbalibus non mutatur, cum verbum non mutat significationem; vt enim ab ᾄδω dicitur ᾠδὴ, sic ex ἐπᾴδω ἐπῳδὴ, at ἐπᾴδω non significat post cano, ergo nec ἐπῳδὴ, nec ἐπῳδὸς, vox in ea significatione accipienda, vt liber intelligatur odarum, quasi idē esset ᾠδὸς, & ᾠδὴ, & dici posset: falsum enim est.

I. C. Scaliger putat epodon hic à masculino ἐπῳδὸς ducis, & eius explicatur opinio ex Galeno libro postremo de vsu partium, qui me docuit, quid ἐπῳδὸς esset. Hæc tot ac tanta huius, quod ad finem perduximus, operis commoda, liber iste, velut bonus quidam epodos significat: dico autem nunc epodon, non eum, qui ἐπῳδαῖς, id est, incantationibus vtatur: sed quemadmodum apud poëtas Melicos, quos alij lyricos vocant, in choris est στροφὴ quædam, atque ἀντιστροφὴ, sic & tertius est ἐπῳδὸς, quo stantes ante aras Deorum canebant, vt aiunt, hymnis eos celebrantes: illi igitur librum hunc comparans, nomen ipsi illinc traductum imposui: quibus ex Gal. verbis constat, post communes ad Deorum aras expletas cantiones solitum quempiam accedere, vt certis quibusdam hymnis clauderet sacra.

Et hæ quidem cantiones, vt Scholia docent Aristophanis, & Pindari, tria continebant genera flexionum, siue κομμῶν, quæ tribus illis nominibus afficiebant Musici: nam & in Arist. Vespas ostendunt χορικῶν μελῶν multa fuisse genera, in iis epodica recenseri.

Vt ergo Plato eum librum, quem post libros de legibus collocauit, ἐπινομίδα epinomida voluit appellari, sic Hor. cum 4. odarum libros conscripsisset, quem ipsis librum odarum subiecit, vt clausulam præcedentium, &, vt ita dicam, accentionem, prudenter inscripsit epodon.

Quæ item sententia Adriani Turn. fuit lib. aduers. 28. cap. 38. qui & lib. 21. ca. 6. aliam istius appellationis caussam tradiderat, & veterum testimoniis illustrarat, vt Plutarchi priore loco: ita & Tertull. lib. aduersus Valent. cap. 33. epicitharisma post fabulam nominat.

Opinio vetus, & vulgata est epodon vocari, quòd singulis longioribus versibus singuli breuiores, & quidem eiusdem plerunq: generis, accinantur, vel succinātur potius, quam his verbis tradidit Hephæstion: sunt autem inter poëmata, quæ genere masculino dicuntur epodi, cum magno versui superuacaneum quid subiicitur. A

Quod si dicas, ergo ex versibus breuioribus altera videlicet minus nobili parte nomen erit inditum libro; nihil obest, quod dicitur, elegorum exemplo, qui cum sint breuiores, alteros tamen longiores Hexametros, quibus copulantur, nominant: nam elegias, & elegos scripsisse Tibullum Propertium, Gallum, Ouidium passim dicimus, nec solos tamen pentametros intelligimus, cum propriè hi sint elegi; cur enim nisi soli propriè sunt elegi, dicti sunt ab Horat. exigui ep. ad Pisones, qui iuncti cum hexametris impariter iuncti nominantur?

Versibus impariter iunctis querimonia primam.
Post etiam inclusa est voti sententia compos,
Quis tamen exiguos elegos emiserit auctor,
Grammatici certant, Et Terentianus:
Pentametrum dubitant, quis primus finxerit auctor.

Neq; ἐλεγειοποιὸς, siue elegiacus apud Græcos, vt Periander, Callimachus; apud latinos, vt Tibullus, Propertius, significat eum, qui solos pentametros panxerit, sed & qui hexametros cum illis coniunxit: quamquam non ignoro solos etiam per se pentametros olim fuisse conscriptos, & vidi ego, ac legi nonos.

Ita totum nomen sumit à parte: quod quidem vetus Grammaticus Diomedes sensit: & libenter Glareanus amplectitur, vt κατὰ λεξικὸν epodi à versuum partibus dicantur, quæ legitimis, & integris versibus ἐπᾴδονται, id est, accinuntur: qua etiam cantilenarum ratione, inquit, Barbaræ vtuntur nationes.

Vtram amplectare sententiam, nihil interest mea: vtramq; ego esse arbitror probabilem, inclino tamen ad Scaligeri explicationem: Horatiumq; suspicor imitatorem esse Archilochi voluisse, qui & ipse ἐπῳδῶν librum conscripsit, citatum à Grammaticis Græcis: & sanè Horatius versibus Iambicis ferè Archilochicis vtitur: neque moueat quempiam, odas esse aliquot cum his versibus, aliud enim est aliquot huiusmodi odas ceteris admiscere, aliud totú ex his librum conficere.

Gorgon, & Aspidogorgon natura quid fuerint, quid symbolo: aliquot scriptorum illustrati loci.

CAPVT XI.

A VETARVM Græcorum, & Latinorum lectione poëtarum docemur tres fuisse Gorgonas Ceto, ac Phorcyne procreatas, Scyllam, Medusam, Sthenio; siue Stheno, Medusam, Euryalen, siue Euryaleam: apparent hæc ex Theogon. Hesiodi, Pherecyde apud Apollonij Schol. Apollodori Bibliotheca, Bassi commentario in Aratum, Hygino de Stellis, extremo Pind. πυθ. aliisque plurimis.

Erant his capita draconteis squamis, dentibus maximis suillorum instar, manus, & alæ, quibus per aërem ferebantur, vnus tantum oculus in fronte ipsis, quem sibi vtendum per vices tradebant, ea vi præditæ, vt in saxa inspectantes conuerterent: harum duæ immortales, mortalis tertia, hoc est, Medusa: licet Ouidio duæ tantum sint extremo 4. lib. Met.

In Africæ habitabant insulis, quas Dorcadas quidem, credo mendosè appellant, pro Gorgadas, vt habet Plin. li. 6. c. 31. siue Gorgonas Pomp. Mela li. 3. de situ orbis c. 4. & Strabo lib 7. domus, vt aiunt, aliquando Gorgonum Γοργόνων χωρονίας: ponuntur autem è regione Aethiopiæ occidentalis suffragatur lib. 9. Pharsaliæ Luc. & Silius lib. 3. Inde partem Libyę feracem esse serpentum canens, quòd,

B *Fama docet cæsa rapuit cum Gorgonis ora*
Perseus in Libya dirum fluxisse cruorem.
Inde Medusen terram exufflasse Chelydris.

Hinc Solinus extremo suo Polyhistore, de insulis Gorgonibus. Has, Inquit, incoluerunt Gorgones monstra, & sanè adhuc móstrosa gens habitat, & idem recitat quod de Hannone Plin. ex Lampsaceno Xenophonte. Hes. in Theog. Gorgones, quæ habitat trans Oceanum.

Fabulosas esse lib. de præceptis gerendæ Reip. indicat Plut. vt & Centauros. Diod. aliter, qui lib. 3. genus fuisse tradit mulierum bellicosarum in Africa, quas Perseus expugnauit Medusa earum regina confecta: quales In Scythia fuisse Amazones nemo nó scribit. Suid. ex eis vnam narrat ἀσχεδρεπάνῳ interemtã, id est, falcata hasta adamantina à Vulcano accepta Hyg. lib. 2. poët. astron.

C Notat hæc memoriæ prodita lib. 2. hoc est, in Corint. Pausanias, Medusam Phorci filiam mortuo patre regnum tenuisse eius gentis, quæ ad Tritonidem erat paludem, & solitam magna Afrorum suorum manu & venari, & bellum gerere, & per insidias nocturnas à Perseo occisam: mortuæ pulchritudinem admiratum præcisum ei caput in Greciam, vt esset spectaculo, retulisse: id tandem conditum in quodam tumulo non longè à foro Argiuorum.

Addit ex Proclo Carthaginensi verisimiliorẽ historiam, quòd in Africæ desertis bestię quædam admirabili & inusitata specie, partim viros, partim feminas referentes gignantur: ex his vná viri forma Romam deportatam se vidisse: talem
D fortasse Medusam extitisse, quæ casu à grege aberrans Tritonidis paludis accolas malè acceperit, demum à Perseo interfectam: qui accolæ, quòd sacri Mineruæ forent, adiecit fabula, opem tulisse Perseo Mineruam: ex eo filiam suam Perseus Gogophonem appellauit, quæ prima, mortuo priore marito Periero Aeoli filio, ad secundas nuptias transiit cum Oebalo.

Gorgonibus non dissimiles Grææ Phorci filiæ ab ortu suo anus, vnico oculo tres vicissim, & vnico vtentes dente: quarum hęc nomina, Memphale, Enyo, Cherso, Pephrido, Dino, siue Stheno, Euryale, Medusa, siue Memphedes, Dino: siue Aegle, Heretusa, Hypertusa, legendus lib. 2. biblioth. Apollodorus.

E An confundat cum Gorgonum fabula Græarum fabulam Seruius in 6. lib. Aen. & Boccacius cap. 10. lib 10. Geneal. Deorum te docebit Iacobus Mycillus in earum comm. de quibus idem Bocc. lib. 11. cap. 25. habendæ certè pro diuersis: custodes enim Medusæ erant, quibus cum vnicum abstulisset oculũ Perseus, & in Tritonidem paludem proiecisset, Gogona dormientem, hoc est, Medusam obtruncauit. Hyg. libro 2. Astron. poët. & 1. lib. suarum general.

Porrò Max. Tyrius serm. 34. extremo Gorgonas hominis luxu perditi symbolum facit.

Vnde verò acceperunt nomen? opinati sunt quidam appellatas Gorgonas propter opulentiam, quasi γεωργοὺς: alij melius deducunt ab agilitate, vt Perottus exponit, ἀπὸ τοῦ γοργεύειν: nam cursus pernicitate homines vincebant, quod apud Plin. Hanno commemorat.

F Optimè alij ab horrore, ac ferocia, quòd sequitur Etymologus, à furore τῇ ὀργῇ, siue aspectus ferocitate, τῷ γοργῷ τῶν ὀφθαλμῶν: hinc ex Homer. acribus, iratis, & minacibus oculis intueri ad terrendum γοργὸν βλέπειν dici solitum; sic enim ille de Hectore ira incenso Iliad. 8.

Γοργοῦς ὄμματ' ἔχων, ἠδὲ βροτολοιγοῦ Ἄρηος.
Assimilisq; oculos, & Gorgonis ora Medusæ
Esse videbatur, gaudentis aut sanguine Martis.

Nam propter horrorem, & acumen oculorum intuentes conuertebant in lapides, quæ caussa est, cur in clypeis, aut etiam thoracibus bellato-

rum, imago pingeretur Gorgonis, ad perterrefaciendos videlicet hostes.

G Hinc nota Persei bellatoris eximij fabula virtute sua hostibus terrorem incutientis, ac tantum non obstupefacientis: certè de eo ita Philostratus loquitur fabulam indicans poëtarum in imaginibus τοῦ τὸ δῆμα τὸ γοργὸν Medusæ scilicet, quæ κατ' ἐξοχὴν eo nomine, alioqui ceteris duabus communi, vocabatur. ἔχων ἀπέδειτον, μὴ ἐντυχόντας αὐτῷ λαοὶ λίθοι φύονται. nimirum celabat animi vim, ferociamque sui, ne timore perculleret obuios, perculsosque timore stupor occuparet.

Hæc ratio est, cur Pallas depromto hinc epitheto exornetur, γοργολόφα ab Arist. equitibus, quæ vis sit Epitheti, alio indicat, quo ibidem vtitur scilicet φοβεσιστράτης terrentis exercitum, licet verbo tenus significet habentem in galea, seu potius galeæ cono Gorgonis caput: idem gerit Epithetou Acharn. Lamachus.

H Et cur stellæ quædam à Proclo in Sphæra dicantur Gorgoneæ γοργόνιοι ἀστέρες, in sinistra manu Persei, qua Gorgonis à se occisæ tenet caput. Gorgon, vt ait Fulgentius lib. 3. Mytholog. in pectore Mineruę fixa est: aut enim terrore stulto sapientia nascitur, sicut de sanguine, & de morte Gorgonis Pegasus, quia stultitia semper timida est; aut initium sapientiæ timor Domini, quia, & magistri timore sapientia crescit, & dum quis amans timuerit, sapiens erit.

Μορμολύκεια quoque ad terrendum, laruæ sunt credo quod in ipsis caput appingeretur Gorgonis, etiam γόργια sunt Hesychio, hinc 4. lib. Aethiop. Heliodorus. Illa verò ac si Gorgonis vidisset caput vel formidabilium rerum acriusquidpiam, vehementer vociferata est.

I Hinc Eustath. Vlix. 11. notat Proserpinam ad terrendum Gorgoneum de legare caput, vt Hecate Empusa vtitur, hinc in Iliad. 5. 8. Hom. Eust. Gorgo, inquit, est dæmonium quoddam terrificum vel solo aspectu.

Et Cic. epist. 16. lib. 4. ad Atticum γοργεῖα μορμὼ dixit, ex restitutione Bosij accusatores Gabinij, quòd ij nihil præseferrent, nisi terrorem quendam inanem, quo genere formidabiles sunt laruæ, quas nudas ait, quia nemini noxæ non erant omni simulatione detractâ: talia sunt puerorum terriculamenta, vt quę à latinis dicuntur Lamię, ab Italis bobò, bordò, & id genus alia, ab Hebræis Lilith, Isaiæ 34. cap.

K His addunt fabulatores, cùm, cum sola Medusa Neptunus dormisset, eique grauidæ Perseus abscidisset caput, exiliisse è sanguine Chrysaora, male Chrysoara lib. 33. Philologiæ Raph. Volaterr. & Pegasum equum, qui nomen acceperit ex eo, quòd iuxta fontes Oceani in lucem prodierit.

Obseruandum Medusam Lycophroni in tenebricoso Alexandræ poëmate esse δειροτομηγαλῆν, hoc est, Mustelam, quæ è ceruice, siue iugulo pariat, quasi collipuerperam; ex ea videlicet obtruncata prædicti duo extiterint equi.

Eodem verbo idem alludit ad Mustelam piscem, quæ ore parit, vt auctor est Horus Aegypt. & Tzetzes, siue quadrupedem, quæ ore parit, cum aure conceperit, vt Plutarchus ait libro de Iside, & Osiride, & sensit Anaxagoras, aliique nonnulli Physici, vt & Ibis, quod Aristoteles capite 6. lib. 3. de ortu Anim. meritò reprehendit, vide Matthæolum lib. 2. cap. 24. in Dioscor. Vgo Card. in 11. Leuit. cap. paulò diuersius vulgo hærens, feminam aure concipere, marem ore generare. L

Epigramma legitur non aspernandum Christophori cuiusdam Vesperij in effigiem lapideam Medusæ ad S. Vdalrici Augustanorum tutelaris; extat in conuiualibus de Germania sermonibus Corradi Peutingeri.

Exemtam media de Pallados Ægide dicas
Gorgona, quam paruo claudit in orbe lapis.
Quin & monstrifica præstant miracula vultus,
Vidit & innumero palpitat angue caput.
Iam similis non ipsa sibi est, se forsitan illa
Vidit: & à speculo saxea facta suo est.

Nec ignorandum sanguine; qui è Gorgonis venis effluxerat, quamque Pallas dederat Aesculapio, eum ad salutem vsum mortalium, & perniciem, sinistrarum quidem venarum ad hanc, dextrarum vero ad illam, vt etiam mortuos redderet vitæ: hinc fulmine ictum, ne pro Deo coleretur. M

Ex hac Gorgonum fabula argumentatur Hebræus Philone in legatione sua ad C. Cæsarem, sæuitiam Petronij in affligendis Hebræis persequens, cum & sacrum Ierosolymorum templum contaminaret, & omni cædis genere populum vexaret: nam post narratam fabulam, putas, inquit, Petroni, si, quod absit, aliqui nostrates viderent in templum deduci, statuam non in saxa mutatum iri stupentibus oculis, &c.

Post eum Iamblichus ep. de temperantia Perseo confert sapientem, ac temperantem hominem voluptati, siue perturbationum agmini Medusam, quasi vir sapiens domet, superetque. N

Nec dissimile monstrum aliud Lamia, quod 20. hist. lib. Siculus Diod. egregiè describit.

Porrò Gorgonum feminarũ hirta fuisse corpora, & pernicitate viris præstitisse ex Hannone Plin. & Sol. tradiderunt, & duarum cutes argumenti, & miraculi gratia in Iunonia templo à se positas, spectatas vsq; ad captam Carthaginem.

Serenus, quantum ad mores attinet, mulieres fuisse opinatur formosissimas, ad quarum aspectum iuuenes stuperent, ex quo natam fabulam conuersorum in saxa mortalium. Suidas in voce αἰδὼ καὶ γοργόνες. Fulgentius 1. lib. allegor. Tzetzes in Hesiodum & in hist. chil. num. Palephatus cap. 33. extremò, vnde in suas parœmias transtulit Apostolius. O

Inde

Inde & Physicis occasio data nominandi gemmæ quoddam genus, siue corallij quod gemma fit, in lapidis duritiem mutatum Gorgoniam, quæ quidem, vt notat Plinius capite 10. libro 37. emolliat maria, fulminibus ac Typhoni resistat.

Esse verò in Africa Gorgonas, vt monstra, mirum nihil: ferax enim monstrorum terra: idcirco Iuuen. Sat. 5. scripsit cum de excellentibus loqueretur pomis.

Credere quæ possis surrepta sororibus Afri.

Quod scilicet ea in Hesperidum insulis custodirent: atque hinc fortasse natus illorum error, qui Gorgonum, & Hesperidum insulas confundunt, quę sunt diuersę: vt alij animal hoc monstrosum
P ζῶον γοργῶνα cum alio, de quo Atheu. lib. 5. cap. postremo ex 2. lib. histor. de Iumentis Alexandri Myndij, & Eustath. refert extremo suo comment. in 11. lib. Vlix. nomen ei Catoblebas. Numidæ, inquit, Libyæ populi Gorgona vocant animal Vitulo, siue ouibus agrestibus persimile, quod afflatu suo animantes obuias interimit, & eum, à quo conspicitur, iubæ, siue comæ agitationes quæ ex fronte porrigitur, ad oculos, vita spoliat, virulenti scilicet radij sunt ipsius oculorum.

De quo Sol. & Mela locis allatis, & Plin. lib. 8. cap 21. non esse grandem feram, verum grane, & prægrande caput ægrè sustinere, & ob id in terram plurimum ore conuersam apud Aethiopas
Q gigni, ob vim singularem magis etiam referendum, quòd eum impetu, morsuq; nihil vnquam sæuiat, oculos eius vidisse mortiferum: Catoblepas Græca denominatione vocatur, à deiecto in terram obtutu.

Aelianus item commemorat cap 1. 7. lib. hist. var. & ex eo Volaterr. lib. 25 Philologiæ Catsbleptom appellans, vt lib. 12. Geogr. & lib 5. quod idem esse coniectatur, errore manifesto, atque animal, ex quo Zibethum colligitur.

Quod in hac fera trucidanda C. Marij militibus bello aduersus Ingurtam euenisse refert ex Myndio Athenæus non piget adscribere: res si
R vera est, miror neque à Sallustio, neque à Plutarcho, cum sit admirabilis, & noua, commemorari. audi quę Athenęus & ex eo Eustath. narrant. Alexander Myndius narrat, Gorgona animal vocari à Numidis in Libya, vbi & gignitur, Catoblepam, seu Catoblepum: est verò oui agresti simile, siue, vt aliis placet, vitulo: flatu autem obuia quæcumque corrumpere.

Exponit mox ethicè. Tali animali inte posfit conferri quiuis, qui sub virtutis prætextu inferius in humum declinans, tum ignem spirat ad corrumpendum. Planè idem ex his verbis animal atque Gorgon, & Rodig. lib. 18. ant. lect. cap. 38. cum superioribus affirmat.

Omnia hæc fabulosa esse tradit Plin. lib. 5. cap. 1. qui tamen rebus magis fabulosis habet fidem: non tamen variant loca scriptores horum monstrorum: hinc in illud Aristot. Ranis, Ταρτησσία μύραινα Schol. locum esse Tithrsinm in Libya, vbi versentur Gorgones, notat.

Nec omittam quod in recentibus Hispanorum nauigationibus didici, insulam quandam ambitu duarum leucarum montanam inter Panamam vrbem, quæ aureum castrum est appellata, & Peruanam, Gorgonam dici, in qua semper pluat, semperque tonet quasi perpetuo quodam elementorum inter se dissidio, ac bello: ab horrore fortè, quem strepitus æris facit, ac ventorum: præ ceteris hoc narrat Petrus Leo Cecius prima parte Ind. rerum, siue Peruanarum cap. 3. lege de Gorgonibus Lud. Viuem in cap. 13. lib. 18. S. Augustinum de ciuitate Dei.

Mira quædam de nescio qua Aspidogorgone T
S. Epiphanius refert ex fabulis, in hæresi Menandr. quæ est 22. & Ebionitarum, quæ est 30. veteres, vt ait, fabulam narrant ex multis aspidibus in vase quodam testaceo collectis, seu dolio inclusis singulas mutuo se deuorasse, & vnam reliquis sæuiorem, ac ferociorem alias omnes consumsisse: rum, eum cibus ei deesset, se ipsam præ fame à cauda incœpisse deuorare vsque ad certam reliqui corporis partem: quòd animal deinceps Aspidogorgonis nomen inuenerit, quis dimidium erat serpentis corpus, capite Gorgonis: huius fabulæ ne leue quidem indicium in quoquam scriptore fateor me reperisse.

Eius igitur penes Epiphanium fides esto, qui V
eam rem ab Aegyptiis quibusdam naturalium rerum scriptoribus memoria proditam fuisse testatur: pulchrè autem contra sectas hæreticorum transfert inter se mutuò mordentium, & mutuò sese dissipautium: quod si inuicem mordetis, & comeditis, monet Apostolus ad Gal. 5. videte ne ab inuicem consummamini. Tu verè transfer in dissectas nostri temporis nouatorum sectas in Gallia, Germania, Anglis, qui quauis Gorgone sæuiores in Catholicam Ecclesiam, in se ipsos Aspidogorgonum more dentes acuunt, & calamos virulentissimos.

Æsopi similes aliquot apologi illustrati.

CAPVT XII.



FABELLA est ingeniosissimi, vtilissimique fabulatoris Aesopi lepidissima, duorum adolescentulorum eo: quo partes carnium suffurantium, quorum alter, qui scilicet abstulerat, habere se negabat, alteri enim dederat: alter, qui ab hoe acceperat, se furatum negabat: quibus coquus fraudis sciens, licet, inquit, me lateatis, quem tamen periurio Deum offenditis, non latebitis: Græca non do verba, quia obuia: quam apologum latinis versibus elegantissimis Gabriel Faernus reddidit, qui anno superiore maximo literatorum dolore obiit diem suum. A

Est

Est verò per admudum similis Dorionis O
psophagi, seu Hermionei Lasi iocoso furto, quod
cap.5. lib.8. Athen. narrat. Piscatoribus aliquan-
do surripuerat piscem Lasus, siue Dorio, & cui-
dam, qui aderat, dederat asseruandum: compul-
sus iurare, se piscem neq: habere, nec alium, qui
surripuisset, scire deierauit: ipse videlicet clam
acceperat, alter verò asseruabat: hunc Lasum Pin-
dari fuisse magistrum scriptores tradunt.

B Is etiam, qui Iambo Græco versu multas ex-
plicauit apologos Chabrias refert canem ore
carnes gestantem, cum quendam prætergrede-
retur fluuium, qui vmbram carnium reddebat,
harum desiderio habendarum, etiam quas ore
gestabat, amisisse: quam eandem rem ferè apo-
logo significauit lusciniæ, & accipitris, item pi-
scatoris & scaridis, vt epimythia docent.

In eadem verò apologo narranda B. Epipha-
nius Coruo attribuit, & diu antè Epiphanium L.
Apuleius lib. de Deo Socrat. nam ille lib. contra
hæreses 2. to. 2. in confutanda hęresi 66. Manetis,
quem & Manichæum nominant, profligatissimi
nebulonis, cum is opificem, atque architectum
C mundi totius Deum è medio sustulisset, inuexis-
se affirmat nuuum quendam opificem, qui non
est, eo posthabito, qui verè est, vt ridiculi pro-
uerbij euentus possit in illum verti, hoc est, Cor-
ui in ore cibum habentis, & vmbram in aqua
conspicientis, eamq; prehendere conantis: non
fabulam vocat, sed parœmiam: at verò huius pa-
rœmiæ origo nata ex fabula.

Simile quidpiam accidisse narrat Coruo Ae-
sopus, aliam tamen ob caussam, vt videlicet cro-
citans placeret Vulpi eius vocem dilaudanti: i-
dem tamen S. Epiphanius cani attribuit hæresi
41. quod Coruo dederat, vt S. Irenæus lib. 2. adu.
hær. cap. 12. accommodat Cerdonianis ille.

D Quo modo Nicetas Chon. altero de imperio
Isaacij Comneni lib. assignauit his verbis Dosi-
theo monacho ambitioso, quem Theoduro Bal-
samo, cuius erat magna illis temporibus apud
Græcos auctoritas, decepto, ad Constantinopo-
litanam sedem ex Throno Ierosolymorum tran-
stulerat Isaacius, cum vtraq; tandem pulsus fuis-
set A antiquissimus verò Democritus auaritiæ
hoc esse vitium sapienter explicauit: cum instar
Aesopici canis plus habendi cupiditate amittit
præsentia.

Altera quoque bonis Iambis explicata à Cha-
bria apologus Leonis, Asini, Vulpis ad prædam
exeuntium, cum Asinus æquas diuideret singu-
lis partes idcirco à Leone discerptus: hæc docet
aliorum calamitatibus nos institui: ab vno ex
E 30. Tyrannis Atheniensium, id est, Critia apud
Platonem in Charmide adscribitur Leoni, atque
Hinnulo hac oratione, ne præsente Leone Hin-
nulus cum sis, partem eligas carnium. periculosa
nimirum potentiorum societas: est enim Leoni-
na, qualem dicebat esse Cassius I.C. eorum, quo
rum alter lucrum sentiret, alter damnum.

Tametsi valere nō est dubium, si fiat hæc con-
uentio, qua duo inter se paciscuntur, vt ad vnum
quidē duæ partes & lucri, & damni perueniant,
ad alium tertia: quamquam in hoc aduersus Ser-
uium Q. Mutius sensit immeritò, de ea re nouum
scriptorem eruditum, atque ornatum in libro 3.
institut. imper. tit. 13. differentem adi. Habetur in
Pand. ex Vlp. D. pro Soc. l. si non fuerint §. Arist.

Eiusdem Aesopi fabula est Agni Lupum è sub- F
limi loco deridentis, quam non animaduertit
is, qui doctè ingenti volumine collegit adagia,
in explicando hoc prouerbio, quod est apud
Diogenianum ἀφ' ὑψηλοῦ μῦ καταγελᾷ, de illis enim
exponit, qui ex edito loco dicunt, ad significan-
dam hominis fastu, & superbia tumentis deri-
sionem humilium, atque abiectorum. Debue-
rat ex hac fabella petere sibi explicationem & in
eos transferre, qui vel mortuorum famam lace-
rant, & in absentes maledicta, & contumelias ia-
ctant, cum ne hiscere quidem in viuos, aut præ-
sentes auderent.

Irmensuel quæ apud Saxones effigies, num Armenij: & quis Theutates Germanorum.

CAPVT XIII.

HERCVLEM, quem pęne omnes histo- A
rici, & Poëtę omnium ætatum ingen-
tia fecisse facinora, & corporis robo-
re, & animi fortitudine, atque armis
canunt & scribunt: soli Celtæ, à quibus & Celti-
cus nominatus, ij Galli sunt, vi sermonis, & ora-
tionis gessisse arbitrabantur, idque sibi à maio-
ribus suis quasi per manus traditum, vt verissi-
mum, nouo Herculem fingendi, ac pingendi
modo confirmabant, quem per se quisque apud
eruditum scriptorem, qui in omnium manibus
versatur, Samosatenum potest ediscere Lucia-
num.

Contra verò, quas res gessisse Mercurium o- B
ratione dicendique peritia antiquitas existima-
uit, eas vi armorum, ac fortitudine bellica qui-
dam veteres, & noui Germaniæ populi confe-
cisse re ipsa tradunt, cum hoc eum habitu, & for-
ma sculperent.

Effigies hominis erat toto corpore armati,
cuius in dextra signum erat militare præferens
rosam, flos nimirū est facilis nasci, æquè ac mori,
eiusmodi euentus sunt præliorum: sinistra præ-
tendit libram, naturam indicans incertam pu-
gnarum, in eisq; dominam fortunam, quæ mo-
do huc, modo illuc vagatur: est enim ἀλλοπρόσαλ-
λος Mars Homero: inermi pectore ostentabat
Vrsum, intrepidi videlicet bellatoris, & inuicti
animi symbolum: & sæpè Homerus Vrso Heroas
suos comparat.

Non dissimilis ratio, cur in clypeo belluarum C
imperatoria Leonis cælaretur effigies, nam diffi-

cilia quæque miles strenuè, ac fortiter aggrediatur, necesse est.

Locus statuæ, seu potius imaginis campus erat floribus vndique consitus; quòd nihil forti viro accidere iucundius posit, quàm in acie suæ specimen virtutis præbere.

Nomen erat statuę Irmensuel quasi dicas Mercurij statuam, voce semigræca, & semigallica, nam ἑρμῆς Græcis est Mercurius, ita Tetmarus Mersburgen. Episcopus, cuius incidit vita in annum Domini 1020.

Hunc Theutatem nominatum. T. Liuius lib. 36. prodit, cui litasse Gallos, & Germanos hostias humanas C. Cęsar libro 6. de bell. Gall. tradit, & D Tacitus libello de moribus Germanorum, cui & Mercurius est. Hinc lib. Pharsal. 1. Lucanus.

Et quibus immitis placatur sanguine diro
Theutates, horrensq; feris altaribus Hesus.

Sanè Aegyptij Mercurio dederunt nomen Thoth. T. Liuius lib. 26. Lactant. lib. 1. & Hesus, ac Teutates à Gallis, vt idem ait, humano cruore placabatur.

Sunt qui Theutanem legant, hincque Theutonem populi, ac gentia nomen ortum, & sane χθόνιος olim Mercurius dictus, quod esset inferus in Hom. Vlix. & Il. Eustath. Cic. pro Font. Suet. in Claud. aliique Lucianus, & Claudianus. & Galli, vt ait lib. 6. cit. Cæsar se omnes ab Dite patre prognatos prędicant. Et lib. 2. de bello Gothico Procop. narrat suo tempore Francos id factitasse.

E Mihi mirum in historię veritate, quod est apud Cæsarem lib. cit. Deorum numero eos solos ducere, quos vident, solem, Vulcanum, & Lunam, cum & libro annal. 13. Tacit. referat ab Hermunduris diuersam aciem Marti, ac Mercurio sacratam.

Nec omittenda similitudo nominis Mercurij apud Græcos, & Germanos, si munus, & officium spectes istius Dei: nam apud veteres Longobardos, qui sanè Germani sunt, si latè Germaniæ extendas nomen, Vuondam, seu Vuonstam à lucro, cui præest, appellant: & nunc Mercurij Vuonstdach vulgo dicitur.

Quod de hostiis dixi humania confirmant Mela, & Plin. lib. 30. cap. 1. & Euseb. lib. 4. præpar. Euang. cap. 17. & de Gothia Iornandes, Mattem semper asperrima placauere cultura: nam victimæ eius mortes fuere captorum.

F Chronici verò Germaniæ ab initio orbis ad Henricum vsque Cæsarem & Gregorium VII. Pont. Max. auctor nominat Irminsul, Ermensul Trithem. Abbe d. orig. Franc.

Citati Chron. notator Heruelden sis Monachus, Fanum Saxonum prodit fuisse in Eresburg: Fanum, & Idolum Alb. Crantius cap. 9. lib. 2. suæ Saxon. eum narrat ipsum à Carolo Magno disturbatum.

Quamquam nō omninò est certum, effigiem fuisse Mercurij ex hia Crantij verbis. Progressus autem eum exercitu victore Carolus, venit ad montem Martis, ibiq; Fanum, & Idolum gentis, quod Irminsuel appellauere, subuertit. H

Eresberg. dictus est mons, in quo Mersburgnam & in eodem Irmensuel à Saxonibus celebratur: omnium rationem, & caussam reddere conantur veteres: subtiliora attingemus: arbitrium sit lectoria, quid sequatur. Heresberg. ab Hera Iunone dictum accipiunt, quam & hodie volitare per aëra fabulantur rustici, aut ab honore Deorum nomen traducunt: ibi hera Iuno, ibi Hermes Mercurius, ibi Mars Gradiuus celebrantur.

Irmensuel quasi Mercurij statuam interpretantur, is enim Hermes dictus est: sed obtinuit Martis honor, vt nunc Mersberg vocitetur. Porrerat Idolorum ritus & nomina à memoria Romanorum Saxones tenuisse cum Drusus Nero, post eum filius Germanicus sub Augusto prouinciam gubernarent.

Repertum est diu post in loco Corbeia simulachrum cum inscriptione hac Dux ego genris Saxonum, victoriam certam polliceor venerantibus, sed an vicino quodam loco constiterit, qui de eius vocabulo Martia mons diceretur, an in vrbe Mersborg ad Salam fluuium, parum nobis compertum est, nisi quod Gallici scriptores omnia perturbantes, & Germanicæ linguæ imperiti, confundunt omnia. H

Irmensuel interpretantur nonnulli statuam publicam: coniici permittitur dictam Dermansuel quasi commune perfugium, & asylum omnium, & Martem communem, qui in prælio diu vagatur incertus, diu dubius, quo victoriam ponat.

Ioan. quidem Boëmus 3. de mor. gent. lib. cap. 13. colere Mercurium solitos narrat, cui etiam statia diebus hostiia hominum litabant: Deum maximè Mercurium colunt, vt ait lib. 6. cit. I

Nisi fortè statua sit Hermionis Māni Dei Germanorum filij, vt fabulosus Ioan. Annij Berosus narrat, & Cor. Tac. lib. de mor. Germ. vnde Hermiones gens Germanica, quos Herdeuones Plinius appellat. Germanus quidam Poëta in suo panegyrico ita canit.

Primus honor Marti, Clypeo Mars fulget, & ense,
Germanamq; manu frameam tenet, illius aris
Victima prima cadit, gratis pater ipse vocari
Gaudet—

Ab eo in Germania nomen accepisse vrbes plurimas, vt Hafsię metropolim Martipyrgom, Sueuiæ vrbem Marspurgum, Misniæ Martinopolim Aeneas Siluius prodit cap. 30. suæ Europæ: & legimus in Suet. Vitellio cap. 10. eum pugionem Coloniam Agrippinam misisse Marti consecrandum, quo se Otho confecerat. K

Errare tamen perspicitur VVitichindus Corbeien. Monachus lib. 1. ann. Sax. hęc scribens. Post Irminfridi Turingorum Regis fugam. Manetem facto ad orientalem portam ponunt Saxones Aquilam, aramque victoriæ construentes secundum

cundum errorem paternum sacra sua propria veneratione venerati sunt, nimirum Martem effigie columnari imitantis Herculem, loco solis quem Græci appellant Apollinem.

L Ex hoc apparet æstimationem illorum, vtcumque probabilem, qui Saxones originem duxisse putant de Græcis, qui Hirmin, vel Hermes Græcè Mars dicitur, quo vocabulo ad laudem vel ad vituperationem vsque hodie etiam ignorantes vtimur.

Mihi valdè arridet quod suspicatur Georgius Spalatinus sub finem eius historiæ, quam de egregio illo veterum Germanorum Duce Hermanno, siue vt conuertit Tac.1.& 2.lib.annal. Arminio, conscripsit, eam statuam erectam in huius Ducis honorem Romano more. & Græcorum, dictamque Irmensuel, id est, Arminij statuam, temporis progressu corrupta voce cum præsertim ad ea loca proximè Arminius cum
M Romanis conflixerit: nec leuem mihi facit coniecturam pars illa sermonis Crantij paulò ante producta, de inuento Corbeiæ signo cum inscriptione, Dux ego, &c.

Hic ille Arminius, cuius præclarum extat 2. ann.lib.Tac. extremo elogium. Liberator haud dubiè Germaniæ, & qui non primordia populi Romani, sicut alij Reges, Ducesq;: sed florentissimum imperium lacesserit: prœliis ambiguus, bello non victus: septem, & triginta annos vitæ, duodecim potentiæ expleuit, caniturque adhuc Barbaras apud gentes: Græcorum annalibus ignotus, qui sua tantum mirantur: Romanis haud perinde celebris, dum vetera extollimus, recentium incuriosi.

N Hic ille Arminius iure Germanorum Alexander nuncupandus, quem imitatus Lucianum Vldaricus quidam præponit maximis Græcorum, Carthaginensium, ac Romanorum Ducibus Alexandro, Annibali, Scipioni data à Minoë sententia vel ipsius Tac. Cornelij testimonio. Hanc ille scriptionem suam dialogi more elaboratam, de eius ducis nomine inscripsit Arminium.

Quis Attilas fuerit, quo se ornaret titulo: & eius gladius quis.

CAPVT XIV.

A AB Idolo Germano ad finitimum transeo Italiæ nostræ, & Galliæ vastatorem Vngarum: hic Attila est voce ab Hittila, seu potius Hottle traducta, quam Germani scriptores diminutiuam esse nominis Hetto, vel Hatto, qui amissa aspiratione dicitur Otto, prodiderunt, & significat paterculus, siue paruus pater: ab eo etiam nunc Buda Vngariæ vrbs Regia dicitur Hettelsburg, id est, Attilæ arx.

Hoc ille titulo vtebatur; Attila filius Bendeucum, siue vt alij legunt, Mundifici, nepos magni Himbrod, educatus in Engaddi, Dei gratia Rex Hunnorum, Medorum, Gothorum, atque Danorum, pauor orbis, & flagellum Dei: cuius tituli penes historicum, qui refert, sit veritas; hic Sebastianus est Munsterus diligens concinnator, vt lingua sordidus, ita religione ambiguus.

Ego quidem non intelligo, quo modo se Medorum Regem possit inscribere, qui ne Medos quidem norat de nomine, eamq; gentem nunquam viderat. B

Cum in Engaddi se nutritum affirmat non Iudææ lucum intelligas, cuius sit mentio libro 1. Reg. cap.24. & cant.1. aliisque locis: sed Vennones Rhetorum gentem, apud quos Aenus Athesisque nascuntur; seu quosdam Vennonum vltra Alpes habitantium, qui Engaddini dicuntur, qui & aliquot eorum, quos Grisones dicimus, sodalitates amplectuntur, quemadmodum in Rhetiæ Alpinæ descriptione Aegidius Claronensis obseruat, quorum alij superiores, inferiores alij nuncupantur, & in valle, quæ nomen habet Venustæ, continentur: & si vim Rhetici verbi, ac C Germani spectes, Engaddin est in capite Aeni, yn Germani dicunt, quoniam propè fontes, siue ortum Aeni habitant Engaddini: horum quidam Longobardicè, quidam Germanicè loquuntur.

De istius hominis sanguinarij gladio, cuius aciem in mactandis diuersarum gentium mortalibus credibile est fuisse retusam, in Chronico Herueldensis Monachi, dum repentinam Leopoldi cuiusdam hominis apud Henricum Cæsarem gratiosissimi interitum describit. Accidit, inquit, vt Leopoldus quidam Mersburgen. Regi carissimus, cuius opera, & consiliis familiarissimè vti erat solitus, equo delaberetur, & proprio mucrone confossus expiraret. Addit, notatum D fuisse hunc ipsum gladium fuisse Attilæ, quo celeberrimus toto orbe Rex ille Hunnorum, in Christianorum necem, & Galliarum, atq; Italiæ perniciem hostiliter debacchatus fuerat. Mox; quomodo in manus peruenisset Leopoldi, exponit.

Hunc Regina Vngarorum Salomonis Regis mater Ottoni Baioariorum Duci donarat, quòd auctor is fuisset paterni regni filio suo restituendi: deinde Otto vt amicitiæ pignus Dedi iuniori senioris Dedis Marchionis filio dederat dono: quo interempto ad Henricum Regem peruenerat, ab eo ad hunc Leopoldum iusta sane Dei voluntate, non casu, quòd hic primus & Princeps ad Ottonis cædem Regem inflammasset.

Adiungit fabulosam ex veterum Getarum, siue Gothorum gestis narrationem, hunc fuisse E Gladium Martis belli, & armorum præsidis casu à pastore inuentum; cum humi leuiter conditus pascentis bouis vulnerasset pedem, oblatumque Attilæ; cui data plurimorum eius ætatis diuino-

rum responsa, fatalem eum gladium esse orbi terrarum. Verissima fuerunt; vt tot in Italia, & Gallia vel deformata, vel diruta funditus, & solo æquata opida affirmare nos cogunt, vt vel ab ipsis Barbaria gladius hic vindex iræ Dei, seu flagellum Dei nominaretur.

Dixi fabulosam narrationẽ; eam tamen commemorat Iordanus, qui & Iordanes libro de rebus Get. ex historia Prisci, qui ad eum cum legationis munere à minore Theodosio fuerat missus. Hæc quia mihi visa sunt recondita, efferre placuit, vt scirentur à pluribus.

Ingrati animi vitium quantopere detestandum: optimè expreßisse Virgilium: deq́ eo pulchra quædam adnotata.

CAPVT XV.

A AGNO fuit ingenio, & doctrina, magna, vt illis temporibus, eloquentia Ioan. Ant. Campanus, quem doctissimus Pontifex Maximus Pius II. & magni fecit, & magnis honoribus extulit. Is præter cetera ingenij, & doctrinæ suæ monumenta tres de ingratitudine fugienda libros scripsit ad Pandulfum Balionium, ne veterum quidem libris postponẽdos. ac tertio quidem libro, quàm inuisi omnibus sint ingrati, quàm execrabiles, ostendit præstantissimi poëtæ Virgilij testimonio hunc locum grauiter, & copiosè tractantis: quam partem duxi hoc loco transcribendam, quòd hi libri non admodum cogniti sunt.

Queruntur enim & multi, & sæpè, paucos admodum inueniri homines, qui & cognoscant beneficia, & cognita dignis meritis prosequantur.

B Accedit etiam vehemens animi perturbatio: quippe si ab hostibus, & inimicis, si ab incognitis, & peregrinis opem implorantes minimè impetremus, si etiam irridemur, æquo id animo ferendum putabimus: non culpæ id alienæ, sed nostræ potius fortunæ, & calamitati tribuentes: sin verò despiciemur ab ingratis, quos ornauimus, quorum opes auximus, & dignitatem, dici non potest quanta ira, quanta concitatione animi, & mentis furore torqueamur; execramur nos ipsos, durissimos, atque acerbissimos cruciatus imprecamur: beneficia, quæ contulimus, in nostram redundasse ignominiam existimamus: factumque id non minus temeritate nostra, quam perfidia putamus aliena: immo oculos, si fieri posset, ingratis euelleremus, tam ar-
C denti furoris incendio concitati, vt cœlum; terram, maria prouocemus, Serpentes, ac Tigres excitemus.

Quod & sapientissimus poëta cognouit: locus est libro quarto Aeneid. de Didone Aeneam discedentem, seque deserentem maledictis proscindente.

——& sic auersa profatur:

Erat enim animo vehementer perturbato.

Nec tibi Diua parens, generis nec Dardanus auctor
Perfide——

Putabat tantam nobilitatem non posse cum ingratitudine esse coniunctam.

——Sed duris genuit te cautibus horrens
Caucasus——

Non humana stirpe, sed ex lapidibus natum esse D
putabat.

——Hyrcanæq́ admorunt vbera Tigres.

A crudelissimis etiam animalibus educatum, vt ostenderet tantam inesse huic nefario sceleri atrocitatem, vt quicumque tanto se facinore deuinxerint, non solum omnem prorsus exuisse humanitatem, sed crudelissimam, atque immanissimam feritatem induisse videantur. Quid tum? Vide quibus illum verbis execretur.

Spero equidem mediis, si quid pia numina possunt,
Supplicia hausturum scopulis,

Deos immortales tanti sceleris vltores appellat: & quem hospitio fouerat, cuius classem refecerat, socios disiectos à morte reduxerat, vt inter sæuissimos populos obruatur, exoptat. Quan- E
tum præterea odij? quæ maleuolentia? quæ pertinacia?

Omnibus vmbra locis adero, dabis, &c.

Sua illum conscientia doliturum putat, conceptumque in ingratos odium, ne morte quidem posse deleri. O summam Poëtæ sapientiam. Eumenidum, inquit, demens videt agmina, & geminum solem, furore magno concitata perfertur. quàm apertè declarat solã se accusare ingratitudinem, & æquo animo ferre non posse: quia nec auxilio iuuat ante leuatos, & bene apud memores veteris stat gratia facti: nihil aliud, quam ingratitudinem criminatur, quam necesse est fidei violatio consequatur.

Nusquam tuta fides, eiectum littore, egentem F
Excepi, & regni demens in parte locaui,
Amissam classem, socios à morte reduxi.

Vide quã contumeliosè exprobrat beneficium: quantam rursus reminiscendo concipit iracundiam,

Heu furiis incensa feror——

quàm præterea vlciscendi cupida.

Non potui abreptum diuellere corpus, & vndis
Spargere, non socios, non ipsum absumere ferro
Ascanium——

Parum erat ipsum vlcisci, nĩ socios eius, ac filium ad supplicium detulisset,

——& patriis epulandum apponere mensis:

Nec satis arbitrabatur ferro natum interimere, nisi comedendum parenti apposuisset. Quantis G
verò dignum suppliciis iudicabat.

——faces in transtra tulissem,
Implessemq́ foros flammis, natumq́ patremq́
Cum genere extinxem——

Magna consternatio debacchatæ mentis: itaque vniuersum genus extinguere, A penitusque delere cupiebat. Vide etiam quàm non poterat mitigari.

——O Tyrij (inquit) stirpem, & omne genus futurum
Exercete odiis——

Et:

Exoriare aliquis nostris ex ossibus vltor.

Vltionem etiam ossibus demandabat

Littora literibus contraria, fluctibus vndas,
Imprecor, arma armis, pugnent, ipsiq; nepotes.

H An igitur speramus tantam conceptam iracundiam, tam immoderatum impetum, tam effrænatom furorem, tam vehementem & præcipitem odij coucitatiouem posse deponi?

Semper hic poëta visus mihi sapientissimè, accuratissimeq; locutus omnia: sed hoc immane, atque nefarium scelus quantas odij faces habeat, multò sapieutius, atque accuratius explicasse: itaque illa Deos, illa homines, filuas, montes, feras, littora, non humauis cootenta testimoniis appellabat.

Ita Campauus diligeuter, & ingeniosè poëtæ artificium inuestigans, & enucleans.

Similis est Ariadnæ in Theseum querela apud Cat. iu nupt. Pel. extat præclarum P. eriniti lib. 4. carmen de fugiendis ingratis, quorum peccatum portentum omnium maximum esse habendum concludit.

I Sed præclarè Seneca lib. 1. de beneficiis cap. 10. omnium maximè commune declarat hac oratione, non stant vno loco vitia, sed mobilia, & inter se dissentientia tumultuantur, pellunt inuicem, fugaoturque, ceterum idem semper de nobis pronuntiare debebimus, malos esse oos, malos fuisse, inuitus adiiciam, & futuros. Erunt homicidæ, tyraoni, futes, adulteri, raptores, sacrilegi, proditores: infra ista omnia ingratus est, nisi quòd omnia ista ab ingrato animo sunt, sine qoo vix vllum magnum facinus accreuit, hoc to caue, tanquam maximum crimeo, ne admittas: ignosce tanquam lenissimo, si admissum est. Hæc est eoim iniuriæ summa. Cur autem?

K Initio libri exponit hoc modo. Id euenire ex pluribus caussis video. Prima illa est, quòd nou eligimus dignos, quibus tribuamus: sed uomina facturi, &c.

Adiungit, beneficia fine vllo delectu magis proiicimus, quàm damus. Mox. Adultos experimur iogratos, plures facimos: quia alias graues exprobratores, exactoresque sumus, alias leues, & quos paulò pòst muneris sui pœniteat, alias queruli, & minima momenta calumniantes. Hæc secunda est caussa.

Tertia. quis enim oostrom contentus fuit, aut leuiter rogari, aut semel?

Quarta caussa. Quis nou cum aliqoid à se peti suspicatus est frontem adduxit, vultum auertit, occupationes simulauit, longis sermonibus, & de industria nou inuenientibus exitum, occasioucm petendi abstulit, & variis artibus properantes necessitates elusit? in angusto verò comprehensus, aut distulit, id est, timidè negauit, aut promisit, sed difficulter, sed subductis superciliis, sed malignis, & vix exeuntibus verbis? Nemo autem libenter debet, quod non accepit, sed expressit, &c. Præclarè vetus ille Ausonij versus epigr. 81. ex Græco ductus. L

Gratia, quæ tarda est, ingrata est; gratia namque
Quò fieri properat gratia grata magis.

ἀχάριστα βραδύνουσ᾽ ἄχαρις χάρις. est, & sequens epigr. 82. Aus. euisdem seotentiæ. cetera per te lege sapienter, vtiliterque præcepta.

M Idem ingratos esse omnes mortales libro 5. cap. 17. egregiè demoustrat & publicè, & priuatim: & falsè, ioquit, nemo non aliquem queritur ingratum: atqui non potest fieri, vt omnes querantur, nisi querendum est de omuibus: omnes ergo ingrati sunt, cum libro eodem cap. 13. omnes esse posse ingratos ostendisset, capite 12. nullum esse ingratum probauit, fine bono fiat homini beneficium, siue malo: at hæc Stoicè, magis quàm verè.

Et cum multa coostituisset genera ingratorum initio libri 3. duo tantum lib. 4. cap. 26. Vt Stoicus docet esse; alterum ingratum, quia stultus est: alterum, qui à vulgo dicitur, in hoc vitiom natura propensus; pœnam verò habere maximam, etiamsi impunitate videatur frui, demoustrat cap. 17. lib. 3.

N Indicat cap. 6. ingrati actionem nulla lege dari his verbis. Hoc tam inuisum vitium, an impunitum esse debeat, quæritur: & an hæc lex, quę in scholis exercetur etiam in ciuitate ponenda sit, qua ingrati datur actio, quæ videtur æqua omnibus quid ni? cum vrbes quoque vrbibus, quæ præstitere, exprobrent, & maioribus collata, à posteris exigant. Nostri maiores, maximi illi viri ab hostibus tantum res repetierunt: beneficia maguo animo dabant, magno perdebant: excepta Mednrum gente uon est in vlla data aduersus ingratum actio. O Magnumque hoc argumentum, dandam non fuisse, quia aduersus maleficium omues consensimus, & homicidij, veneficij, paricidij, violatarum religionum alibi, atque alibi diuersa pœna est, sed vbique aliqua. Hoc frequentissimum crimen nusquam punitur, vbique improbatur. Neque absoluimus illud. Sed cum difficilis esset incertæ rei æstimatio, taotum odio damnauimus, & inter ea reliquimus, quæ ad vindices Deos mittimus.

P Prudenter legis huius non latæ reqoirit rationes sequenti capite: nam primum omoium, inquit, pars optima beneficij periit, si actio, sicut certæ pecuniæ, aut ex conducto, aut ex locato datur: hoc enim speciosissimum est, quod dedimus vel perdituri, quod totum permisimus accipientium arbitrio: si appello, si ad iudicem voco, incipit non beneficium esse, sed creditum.

Deinde, cum res honestissima sit referre gratiam, desinit esse honesta, si necessaria est, &c.

Adiice nunc, hæc enim tertia ratio, quòd huic vni legi omnia fora vix sufficerent. quis erit qui non agat? Quis, cum quo non agatur? Omnes sua extollunt: omnes etiam minima, quę in alios contulere, dilatant.

Est quarta ratio obscurissima propter corrupta verba scriptoris.

Q Quintam tu adiunge ex quarto libro cap. 17. his verbis comprehensam. Huic enim rei non posuimus legem, tanquam satis natura cauisset, quo modo nulla lex amare parentes, indulgere liberis iubet: superuacuum est enim, quo natura imus, impelli. Quemadmodum nemo in amorem sui cohortandus est, quem, cum nascitur, trahit. ita ne ad hoc quidem, vt honesta per se petat, &c.

Quod autem Medorum legem in eo commemorat Seneca, Persarum tu intellige, apud quos grauissimæ aduersus ingratos constitutæ leges, quibus nullum magis inuisum crimen ingratitudine, vt auctor libro primo pæd. Cyri Xenophon. Themistius libro de Amicitia, & Stobæus serm. 42.

Neque omnino verum solam hanc fuisse Medorum legem, cum Macedones legamus (Immo R eo Senecæ loco, sunt qui Macedonum legant) atque Athenienses lege aduersus ingratos actionem dedisse, ac si ære alieno, aut graui crimine forent nexi, vt ex Polluce 8. lib. Luc. in abdicato, & Libanij declam. colligitur: peculiariter contra ingratos liberos actionem dabant parentibus Athenienses in iudicio; vt est apud Xenophontem libro 2. Apomnem. Socrat. & aduersus libertos patronis: ea dicebatur δίκη ἀποστασίου. Sic Aristoteles in Republica Athen. & Lysias ad Aristodemum. Consule ad hæc illustranda volumen 18. lib. 5. & volumen 19. lib. 2. Theatri hum. vitæ.

Notanda verò differentia notionis ingrati apud Philosophos, & Iurisconsultos: ab his enim ingratus iudicatur, non qui officium simpliciter suum non facit: vt à Philosophis: sed qui contra officium sic facit, vt etiam maleficium pro beneficio rependat: quò pertinet inofficiosi actio.

S Non ignoro tamen etiam à I. C. obligari πρὸς τὰ ἀντίδωρα eum, cui quid donatum est: sed ea est tantum philosophica, vt ita loquar, obligatio: neque ingratus in iure, aut in foro habetur, qui eam non obseruat: hoc est, nihil rependit, aut vicissim donat.

Libro tamen 2. instit. imp. tit. 7. de donat. donatum repeti ab ingrato certas ob caussas potest: ita enim latinè loquitur Imperator, sciendum tamen est, quod & si plenissimæ sint donationes, si tamen ingrati existant homines, in quos beneficium collatum est, donatoribus per nostram constitutionem licentiam prestauimus certis ex caussis, eas reuocari. ne qui suas res in alias contulerint, ab his quandam patiantur iniuriam, vel iacturam, loquitur de donatione inter viuos, quæ solius fit caussa liberalitatis. Vide l. vlt. C. de reuoc. don. T

Sunt caussæ, atrox iniuria: manus impiè illata, capitis periculum illatum; insigne damnum datum, non seruatæ leges donationi appositæ heredi tamen donatoris nõ competit reuocatio. Sed ne prolixitate orationis ingratus sim, finio, cum præsertim hoc fusius pertractarim.

Vispellio, versipellis voces ex quo ductæ aduersus Plin. Tertull. locus consideratus.

CAPVT XVI.



VERSIPELLEM, & Vispellionem malè quidam pro eodem sumunt, & Bispellionem efferunt: alij bene Vespillonem, & eum intelligunt in quibusdam veterum legibus, qui cadauer effert, vel portat; siue eum, qui sepulturæ tradit: certè antiquum Lexicon Græcolatinum, Vispellionem νεκροθάπτην, id est, funeratorem, Vespillonem νεκροφόρον, eum, qui scilicet cadauera portat, exponit. & Vlp. l. 31. D. de euict. si ita quis stipulanti spondeat, insanum non esse, furem non esse, Vispellionem non esse. Et Marc. l. 72 §. D. de solut. Num ergo & si Vispellionem, aut alias turpem dederit hominem. A

Quibus locis intelligetur ne propriè, qui Vespillo dicitur, funerum elator, & cadauerum; an qui nudator, & spoliator est cadauerum? B

Sanè aliud antiquum Lexicon sepulcrorum interpretatur violatorem, quem Græci dicunt τυμβωρύχον, & de hoc vlciscendo agitur l. 3. §. aduersus. D. de sepulcr. viol. & Bispellio potest legi; quoniam vsitata est & frequens harum duarum litterarum B. & V. commutatio: vt vehementer nouus Iurisconsultus erret interpretans veteratorem, planum, seruum, perfidiosum, fallacem, fraudulentum, ac polytropon, egregium scilicet simulandi, ac dissimulandi artificem, quasi idem sit qui versipellis: manifestum enim, inquit, significare hominem duarum pellium: C natio prior illarum legum verbis maximè videtur conuenire.

In expositione sermonum antiquorum Fab. Fulgent. Vespillones, inquit, dicti sunt baiuli, quamuis Antidamus Heracleopol. Vespillones dixerit cadauerum nudatores, sicut in hist. Alexandri Maced. scripsit, plusquam trecentos cadauerum vespillones rex Perses crucibus affixit Mnaseas tamen in Cecrope scripsit, Apollinem postquam à Ioue victus atq; interfectus est, à vespillonibus ad sepulturam elatum esse.

Vnde autem versutum hominem astutum, & callidum, & dolis struendis habilem, Versipel-

lem

lem dixerint latini, Plinius sibi videtur explicasse libro 8. cap. 12. hac oratione; homines in lupos verti, rursumque restitui sibi, falsum esse confidenrer existimare debemus: aut eredere omnia, quæ fabulosa tot sæculis comperimus: Vnde tamen vulgo infixa sit fama in tantum, vt in maledictis Versipellis habeat, indicabitur.

D Euanthes inter auctores Græciæ non spretus, tradir Arcadas scribere, ex gente Antæi cuiusdam sorte electum ad stagnum quoddam regionis eius duci, vestitnque in quercu suspenso rranare, atque abire in deserta, rransfigurarique in lupum, & cum ceteris einsdem generis congregari per annos nouem; quo in tempore si homine se abstinuerir, effigiem recipere ad pristinum habitum: additoque annorum senio: id quoque Fabius, eandem recipere vestem.

Mirum est, quo procedat Græca crduliras: nullum tam impudens mendacium est, vt teste careat: addir exemplum ab experientia petitum.

E Sed si hæc græca credulitas, sane Græcorum voa non est versipellis: cur igitur credamus à fabula, cui fidem tribuat, Græcia, & quæ apud Græcos circumferatur, latinam vocem ortam? nisi si id contigisse puremus, quòd Arcades Euander, & Carmenta, siue Nicostrata auctores pæne fuerunt linguæ latinæ.

Et hodie ramen sunt qui scribant hanc λυκανθρωπίας fieri plurimorum experientia, ac testimonio mortalium. Lege Ioannem Bodinum libro 2. Dæmonom. capite 6. & Olaum in histor. Gotbor.

Ego cum Alciato lib. 4. de verb. signif. ex Fabula citata versipellem, opinor appellarum, non cui varia pellis, sed qui in aliam pellẽ versus est;

F nisi magis placeat à Chamæleonris, aut Polypi narura, quę quidem animanres quot hęrent corporibus tot in superficie colores reddunt: qualem Iouem prædicat Amphitruone Plautus, & concludit, ita versipellem se facir, quando lubet.

Illostrare hoc potes iis, quæ superioribus libris in voce πολύτροπος disseruimus, & ex auctore prouerbiorum, adagio, Proteo mutabilior, Chamæleonte mutabilior, Chamęleo de suo corio ludit.

Tertullianus Apolog. cap. 39. ita loquitur. Aliia cenaturis ereditor erit necessarius, Herculanarum decimarom polluctarum sumtua stabularij supputabũt. Sermo est de diuitibus qui decimam partem bonorum suorum Herculi pollucebanr epulo votiuo, cuius lauticiam impensarum arguit magnitudo. Hanc exhiber orationem vetus lectio. Sed & polluctorum legitur, & pollinctorum.

G Magni iudicij, & doctrinæ vir Iacobus Pamelius hanc probar, Herculanarum decimarum, & polluctorum sumptua tabularij supputabunt, qnin & Rhenanus, & Latinius ita censuerunt emendandum, vt item est in libro Puteani: intelligunturque Tabularij, qui erant à Tabulis domesticis, & priuatis, & in Dominorum Diaria referebanr sumtua factos ad has decimas, ad expensi rarionem: quales sunt, quos hos dicimus, Fattori, Agenti, ô Spenditori.

Ita apud Cassiodorum Theodoricus Rex Seuetiano scribit lib. Var. 5. epistol. 14. hanc quoque partem non æstimes negligendam, vt si hoc, quod Tabularius à cubiculo nostro suscepit rrationabiliter non docetur expensum, ab iniusto derentore reddatur: de quibus doctè, vt omnia soler, Pamellus.

Et qui fide publica, ea, quæ gesta sunt in tabulas referunt, & instrumenta publica conficiunt, tabularij sunt l. vlt §. hi quoq; D. de mun. & hon. l. 3. §. si tabula D. de tabulis exhib. & tabelliones l. 9 §. & nonnunquam D. de pœn. l. 31. & l. 49. C. de episc. & cler. H

Sic tabularium, in quo instrumenta asseruantur D. de legat. l. si mihi. 92. & communius pro eo, quod Archiuum nominamus, in quo scilicet litteræ & publicæ tabulæ recondebantur, loca sunt in Cicer. pro Arch. poëta Rab. Post. 3. de nat. Deorum & apud alios bonos auctores.

Retinuit tamen Stabularij vocem Franc. Zephyrus norans Herculis decimas locari solitas principibus publicanorum decumanis, & in funerum locatione quam multa pollinctores ingurgitenr, ex supputatione coguosci stabularij, & cauponis: & apud veteres I. C. stabularij dicuntur, quos nunc vocamus hospites, qui pretio viatores recipiunt: vt iisdem stabulum significat ad mansionem hominum constitutum diuersorium. I

Seneca 1. lib. de beneficiis cap. 14. Nemo se stabularij, aut cauponis hospitem iudicat, &c. Et Apuleius lib. 2. Asini aurei, verius ferrei (quid enim aliud in eo opere nisi orationis, & sententiarum quasi rude ferrum, & impolitum?)

Ergo Tertull. per iocum decimarum Herculanarum rationem stabulario subducendam ait, maximè cum polluctarum dicat, id est, lautarum, & quasi instar cenæ opiparæ, epuliq; splendidissimi, quod multò vendar stabularius, siue caupo: & videtur alludere ad locum quendam in Plauti Truculento act. 2. sc. 7. quem in appendice suarum adnotationum doctè Phil. Beroaldus tractauit. K

Nec damno tamen vocem tabularij, siue de priuatis intelligarur, siue de publicis, hi vulgo calculatores & computistæ dicuntur, qui subducendi rationem in tabula rudes docent: siue, qui ciuitatum, ac prouinciarum chartas, & rationes tractanr; siue, qui tabulario præsunt, in quo debitorum obsignatæ reconduntur pecuniæ, & id genus alia, vt & qui tabulas obsignant: quorum munus, & officium egregiè describitur C. de iure fisci lib. 10. l. 2. à Iac. Cuiacio. L

Achilli vnde nomen, Paridi, atque Herculi.

CAPVT XVII.

A PRIMA Herculis, Paridis, atque Achiiiis hæc nō fuiſſe nomina Grammatiei, & fabulatores notant, lib.2. Bibliothec. Apollod. Menectates apud Pherecydem, quem producunt Scholia in Pind. Iſthmia, purgatus aſt à Sicalo Hercules, cuius octo numerat iiberos, neque Heraciidas nominatos, nondum enim patri nomen erat Herculis, ſed Aicæides, quia primum nomen patris Alcides erat: fureus Hercules, ita Schol. Apoll. autem, pythia verò tum primum, cum ſcilicet incendit filios ex Megara ſuſceptos, & à The- B ſtio expiatus fuit, ac Delphicum Oraculum conſuluit, vbi domicilium ſibi eſſet figendum, ipſum nominauit Herculem, cum ante nuncuparetur Alcides.

Oraculi hæc ſunt verba latinè reddita. Herculem te Phœbus cognomine appellauit. Bona enim mortalibus ferens decus immortale conſequeris, A iis enim, qui vim patiebantur, & opem eius implorabant, auxilium ferre creditus eſt.

Non diſsimilis ratio appellationis ex euentu, apud Etymologum, quòd ἐκ τῆς ἥρας κλέος ἔσχηκε: multis enim à Iunone laboribus exercitus illuſtre ſibi nomen comparauit omnibus ſuperior, omnium ſemper victor.

Et Paridi Priami filio ab Ageiao, ſiue Arche- C lao ſeruo, qui eum expoſitum ſeruarat, hoc primum nomen inditum Apollod. narrat lib.3. Biblioth. deinceps ab euentu dictum Alexandrum, quoniam adoleſcentulus ſuis æqualibus corporis forma, & robore præſtabat, & latrones depellebat & gregibus opitulabatur.

Confirmat 12. Iliadis lib. Schol. refellens aliam nominis rationem, non quòd, vt quidam dicunt, nutritus fuerit in pera, ſed quòd mortem euaſerit: deinceps Alexandri nomen accepit, quòd vexatam bello patriam iuuerit. B Egregium verò bellatorem cum Iliad.3. idem adnotaſſet, planiusque explicaſſet quòd expoſitus ſtatim atque natus in Ida, & creuerit, & mortem effugerit.

Sed Iliad.15. immemor horum, cum maximè vellet memor videri, quod confutarat, probat, narrans eum ab Hecuba ſomnio monita expoſitum in monte Ida, & à paſtore clam in pera educatum.

Idem eodem libro Apollod. Achilli nomen D facit Ligyrionis. Agameſtor apud Lycophr. interpretem Pyriſſoi: ita enim ille. defert Peleus puerum Ligyrionem ad Chironem, quem ille viſceribus leonum, & medullis Aprorum, atque Vrſorum pauit, nominauitque Achillem, cum ante Ligyrio diceretur, eò quòd labra mammis non admouiſſet: quę item ratio placuit Scholiaſtæ in 1. lib. Iliad.

Diſsimilis videtur ea ratio his verbis ab Euſtathio expreſſa ibidem, nec tamen diſsimilis, quòd lac non guſtarit, ſed ab infantia medullis animalium nutritus à Chirone fuerit, deinceps carnibus venatu captis: priores hanc reddiderunt cauſſam Euphorio poëta, & Apollodorus, E quam etymologiam probauit maximè Cælius lib. ant. lect.24. cap.6. χιλῷ nomine cereales omnes cibos intelligens ex Euſtath.

Eiuſdem meminit Xenophon cum ex caſtris abiiſſe narrat milites ἐπὶ χιλόν, quaſi diceret frumentatum: locum indicat opinor, qui eſt 6. lib. Pæd. Cyri.

Alterius nominis, vt & Achillis diſsimilis eſt cauſſa, quam reddit Agameſtor Pharſalius in Schol. Alexandrę Lycophronis: ſcribit enim Pyriſſoum vocatum prius, tum verò Achillem, quod cum Mater eum purgaret igne arſerit labrum eius: hinc verſus ad finem libri, Græci, quos hic latinos do.

Pelidem puerum dixere Pyriſſoon, at tu
De labro Æacida nomen Achillis habes. F
Nam Thetis ardenti cum te purgaret in igne,
Vnum de labris arſit ab igne tuis.

Sic erit Achilles dictus quaſi labro læſus altero: nam voluiſſe Thetidem, quod erat in filio ſuo mortale igne purgare, & impeditam à Peleo marito, qui arcanam rem ignorabat, quod & narrat Apollodorus. Sed iuuit Grammaticos in etymo huius vocabuli mirificè ludere.

Ab alio euentu ſumtum nomen etymologus vult παρὰ τὸ ἄχος λύειν, id eſt, à ſoluendo dolore, quia medicus, vel certè Chironis medici alumnus: vel quòd matri attulit mœrorem ἄχος præferens ingloriosæ, quantumuis diuturnæ vitæ, illuſtrem in laboribus tametſi breuem: Scholiaſt. Iliad.1. quoniam dolorem attulit Ilienſibus G ἄχος ἰλιεῦσι, contra eos pugnans ex præſagio videlicet.

Sed hæc ſint nugæ, & quando Imperatori Romanorum vni Tiberio ſcilicet hæc fuit cura ſcire, vt Sueton. cap.70. notat, quod Achilli nomen inter Virgines fuiſſet, age hoc etiam doceamus eum, quod Suetonij interpretes non fecerunt: & vt ille ab Hygino patris ſui adoptiui liberto id poterat didiciſſe, poterant & hi.

Hyginus igitur capite 96. fabularum tradit, cum Achilles quaſi Virgo ſeruaretur apud Lycomedem Regem Pyrrha dicebatur, quod flauis eſſet capillis, hoc enim πυῤῥὸς ſignificat: & eius filius Pyrrhus Neoptolemus eandem ob cauſſam nominatus.



Prudens de Sapientibus, & doctis viris Isocratis in Panathenaico iudicium ab Alexandrino Clemente probatum.

CAPUT XVIII.

A CUm multa prudenter, & eruditè, nó solum Christianè de ea cognitione, quæ verè sapientem decet, & Christiani est hominis propria 5. Strom. lib. Clemens Alexandrinus plurimæ lectionis, & acerrimi iudicij vir disputaret, & in hanc sententiam plurima ab Ethnicis præclarè & dicta, & scripta, cum quid dicerent, non omnino scirent, produxisset; eximium quendam ex Isocratis Panathenaico locum transtulit in suum librum, probaturus, quod antè pluribus tractat, non in sola cognitione laudē sitam esse perfecti Sapientia, & docti viri, sed cum illa actionem etiam coniungendam, cuius præsidio à rebus fluxis reuocetur animus, mens à contagione sensuum, ac totius corporis abstrahatur, &
B purgatus animi affectionibus, cupiditatibusque repressis in Deum pro viribus feratur.

Hanc enim caussam esse, cur à Socrate Philosophia meditatio definiatur mortis: & cur quinquennij silentium sectatoribus suis indixerit Pythagoras? neque alia mente, alioque consilio in ritibus sacrificiorum Mosen iussisse holocaustis faciendis detrahi pellem, membratimque secari, vt dignæ forent hostiæ Deo: & hoc qui non præstent, quique hanc viam non insistunt Sapientiæ, instar esse Cochleæ, quam ex Hesiodo φερέοικον, hoc est, domi portam Ennius appellauit, quòd Osseam domum semper circumferat secum: aut certè Istricis in seipsam globi instar conuolutæ.

Planè vt de Sophistis, & doctis Græciæ hominibus queritur Isocrates, qui omni genere præstantissimarum artium, & doctinarum exculti, alios quidem laudabiliter instituunt, earum verò vsum ad vitam suam benè beateque traducendam, vel non norunt, vel transferre nolunt, imprudentiores, inquit, non suis tantum audi-
C toribus, sed etiam famulis.

Obserua, inquit Clemens, quæ vera sit, ac laudabilis Isocratis opinione παιδεία, siuè institutio. Quatuor enim conditionibus πεπαιδευμένον describit; Quatuor esse vult rebus instructum: primum eum debere præcipit rebus quotidianis, & quæ in vitam hominum solent incurrere, aptè vti, & quæ sæpè vtilia esse solent, coniectari.

Deindè, cum iis, quibus cum vsus intercedit frequens, honestè, iusteque versari, difficilesque, & asperos ferre mores aliorum cum ipsi moderati esse debeant, & comes.

Tertiò, superiores esse voluptatibus & calamitates æquo animo tolerare.

Quartò, quod omnium est maximum, non sinere se rebus cum laude gestis extolli; depta- D narique, & eum semper vitæ modum retinere, qui prudentes homines, & naturæ conuenienter viuentes decet.

Ecce tibi, quem virum πεπαιδευμένον nominet Isocrates, ideoque mox adiungit, hæc mihi visa sunt de hominibus doctis statuenda. περὶ μὲν τῶν πεπαιδευμένων ταῦτα γιγνώσκω τυγχάνω.

Vides, subiicit Clemens, quo modo vitam, quæ ex cognitione agitur, Græci quoque & si nesciunt, quo modo scire oportet, diuinis laudibus celebrent? quænam verò sit cognitio, ne per somnium quidem nouerunt?

Claudit hac oratione Clem. Si nobis cibus est rationalis cognitio, consentimusque in hoc om- E nes. Beati verò sunt ij, qui conuenienter scripturæ esuriunt, & sitiunt iustitiam, ac veritatē, quoniam sempiterno implebūtur alimento. A Quāquam ex tota illa parte orationis Isocratis nonnulla Clemens omittit.

Tu Christianæ proceres Ecclesiæ Doctos, & Sanctos viros hic agnoscis, vt sæpè alibi, Ethnicorum scripta legisse accuratissimè obserua, & ex ipsis ad cognitionem, & mores vtilia collegisse, vt ex diuersis floribus delibare mel solent apes.

Democritus an, & cur se cæcauit Æsopus Martiali illustratus

CAPUT XIX.

ANTIQUORUM non inuenio Cice- A rone auctorem, qui Democritum scripserit Abderitam summum Philosophum, quem propter omnium artium, ac disciplinarum cognitionem Laërtius lib. 9. πένταθλον appellat, se ipsum excæcasse.

Laërtium adducit Pamelius in cap. 6. Apol. Tertull. Qui sanè Cicerone iunior est: & Laërtius tamen ne verbum quidem cæcitatis facit huius Philosophi: olim tamen persuasum fuit.

Itaque Laberius mimus, qui paulo iunior fuit Cicerone, & cum eo partim vixit, post eum 5. lib. Tusc. quæst. affirmat: affirmat & Tertull. cit. cap. Apol. & Laberij versus referens. Agellius cap. 7. B lib. 10. ex Græciæ historiæ monumentis.

Ael. lib. 4. cap. 20. Var. histor. cum ad multam eum senectutem vixisse prodat, se cæcasse non scribit: & fabulam esse manifesta oratione Plut. lib. de curiositate contendit.

Qui tamen affirmant, non eandem reddunt caussam: Cicero enim, vt & Gellius hanc, vt naturæ secreta certius, subtiliusque indagaret: nam, vt eodem loco Plut. obseruat, quasi fenestræ quędam animi sunt oculi, qui animum ipsum commouent extra se, & foras euocando.

Laberius, quem citaui in Mimo, qui Rector inſcribitur, diuitem inducit auarum, qui de filio queritur per luxum deprauato, aliam reddit cauſſam, ne ſuis ciuibus, qui improbi erant, be-
C nè eſſe conſpiceret. Tranſcribo elegantes, & venuſtos eius verſus. Democritus Abderites Phyſicus, Philoſophus Clypeum

Conſtituit contra exortum Hyperionis, oculos
Effodere, vt poſſet ſplendore æreo, ita radiis
Solis aciem effodit luminis, malis benè
Eſſe ne videret ciuibus: ſic ego
Fulgentis ſplendore pecuniæ volo
Elucificare exitum ætatis meæ,
Ne in re bona videam eſſe nequam filium.

Non nihil tamen in excæcationis modo à Plutarcho differt, qui per ſpeculum ignitum ex quo ad oculos reflecteretur lux, corrupiſſe aciem tradit oculorum.

Tertia eſt cauſſa apud Tertull. rem ſuam agentem, quod mulieres ſine concupiſcentia aſpice-
D re non poſſet, & doleret, ſi non eſſet potitus.

Quod Epimythion Ranæ cum Boue contendentis, ac ſe ad illius corporis magnitudinem inflare conantis, tandem diſruptæ in infeliciſſimum eos incurrere ſtatum, qui nimiũ eſſe beati volunt, ſignificat, id lib. 10. Epigr. Epigrammate 77. de Torquato, atque Otacilio eleganter Martialis, & argutè explicauit, illum Boui componens, iſtum Ranæ.

Ad lapidem Torquatus habet prætoria quartum,
Ad quartum breue rus emit Otacilius.
Torquatus nitidas vario de marmore thermas
Extruxit, cucumam fecit Otacilius.
Diſpoſuit Daphnona ſuo Torquatus in agro,
E *Caſtaneas centum fecit Otacilius.*
Conſul Torquatus, vicus fuit ille magiſter,
Nec minor in tanto viſus honore ſibi.
Grandis vt exiguam Bos Ranam ruperat olim,
Sic puto, Torquatus rumpet Otacilium.

Cur? Quoniam ad fortunam, opes, honoreſque Torquati euehi nunquam poterit Otacilius: eandem fabellam in eundem ferè ſenſum expreſsit Horatius 2. ſerm. lib. Sat. 3.

Abſentis Ranæ pullis vituli pede preſsis,
F *Vnus vbi effugit: matri denarret, vt ingens*
Bellua cognatos eliſerit: illa rogare,
Quanta ne? num tandem ſe inflans, ſic magna fuiſſes
Maior dimidio? Nam dixerat antè
An quodcunque facit Mecenas, te quoque verum eſt,
Tanto diſsimilem, & tanto certare minorem?



Camelaſia, & Camelelaſia quid: Turnebi, & Cuiacij emendatio reprehenſa.

CAPVT XX.

PARVM eſt conſiderata notatio, & cor-
A rectio duorum, ſiue trium eruditiſsimorum æui noſtri ſcriptorum, Budæi, & Beroaldi ſeniorum, iunioriſque Turnebi: hic enim lib. aduerſ. 2. cap. 13. & Beroald. in adnot. Bud. quæ in Pand. obſeruarunt, Camelaſiam malè pro Camelariam D. de mun. & hon. legi: notati deinceps ab ipſo Turnebo lib. aduerſ. 20. cap. 28. quem præſtans I.C. Ludouicus Ruſſardus monuerat, qui & Camelaſia legendum conſtituit, vt literatiſsimus in Gallia I.C. Iac. Cuiacius lib. obſer. 9. cap. 9.

His ego nullo modo aſſentior, putoque nec Camelariam legi debere, nec Camelaſiam, ſed Camelelaſiam, & lib. 17. Marcel. Amm. reponendum pro Camelaſium Camelelaſism; factum eſt tunc, inquit, & deindè vnius animi firmitate, vt præter ſolita nemo Gallis quidquam exprimere conaretur Camelaſij nomine inique inuſitato exemplo id petendo.

Certè aliud eſt καμηλασία, & καμηλελασία. Græcæ enim ſunt voces: vt enim ἱππασία aliud eſt, quam
B ἱππηλασία: hæc enim munus, ſiuè actionem ſignificat eius, qui agit, ducit, regitque equos: illa verò equitationem: ita Camelaſia actum ſignificat eius, qui equitat Camelum: at Camelelaſia munus, ſiue officium ducendorum, curandorumue Camelorum, vt βοηλασία Boum.

Erat verò Camelelaſiæ officium potiſsimum in exercitu ad commeatus deuehendos, & impedimenta comportanda: ad vectandas etiam merces, aliaque onera; hos Strabo vocat καμηλεμπόρους, id eſt, vectores mercium per dorſa Camelorum.

Cum hæc obſeruaſſem, occurrit mihi 50. lib. Digeſt. Tit. 4. locus D. de mun. & hon. cap. 18. vbi agitur de munerum ciuilium diuiſione, in quo legitur Camelelaſia.

C Camelelaſia quoque ſimiliter perſonale munus eſt: nam ratione habita & alimentorum, & Camelorum certa pecunia Camelariis dari debet, vt ſolo corporis miniſterio obligentur. Facilè autem fuit errare Librarios mediæ ſyllabæ defectu pro Camelelaſia, ſcribendo Camelaſia.

Quanquam & Ariſtot. aut quiſquis eſt auctor Θαυμ. ἀκουσμ. nu. 2. vſus eſt voce καμηλίτης pro καμηλελάτης ad camelarium ſignificandum tradens, ne compelli quidem Camelos poſſe, vt matrem ineant; & aliquando occiſum à Camelo Camelarium, à quo fraude cum matre congredi neſciens coactus fuiſſet. A Vbi pro eodem hæ ſunt voces καμηλίτης, & ὀνηλάτης, Camelarius videlicet,
D & curator Camelorum.

Nec diſsimiliter Herodianus nõ longe ab ex-

tremo 4. lib. quos postea vocat ἀναβάτας, καὶ ἐποχουμένους ἵπποις ἢ καμήλοις: nam antè nominat ἱππέας, καὶ καμηλίτας. Politianus Camelitas vertit, & Camelorum insessores: sermo est de prælio Artabani Parthorum regis, & Rom. Caracalla occiso.

Excuso tamen emendationem virorum doctissimorum, opinorque Camelasiam posse. & Camelelasiã promiscuè vsurpari, vt Cameliten, & Camelelaten: in eo tamen peccatum est ab ipsis, quod cum in ipso eius tituli de mun. & hon. textu sit Camelelasia, in iis, quos ego vidi, Codicibus non fuerat ea lectio oscitanter prætereunda.

E Est verò ἔλασις, & ἐλασία equitatio apud Xenophon. & alios, & certamen, siuè ludus, ac dies festus εἰσελαστικὸν, cum Athletæ sollemni pompa in patriam quisque suam ingrediebantur.

Hinc illa Plin. lib. 10. epist. ad Traianum est. 125. Athletæ, domine, ea, quæ pro Iselasticis certaminibus constituisti, debere sibi putant, statim ex eo die, quo sunt coronati: contra quos se censere scribit, vbi & εἰσελασία scribitur, opinor, pro εἰσελάσει: respondet Traianus, Iselasticum tunc primum mihi videtur incipere debere, cum quis in ciuitatem suam ipse εἰσελάσῃ.

Virg. versus de Marcello quam multis accommodati: cur homo à Græcis φῶς sit appellatus.

CAPVT XXI.

A MARCELLVM immaturæ mortis exitu peremtum, cum, qui Octauiæ sororis Augusti filius, ab Augusto fuerat adoptatus, deplorans 6. Aen. lib. Virgilius inter cæteros versus, panxit hunc:

Ostendent terris hunc tantum fata, neque vltra
Esse sinent. —

Quem in simili euentu à plerisque ingenio vsurpatum de iis, qui vix accepto imperio cum morte vitam commutarunt.

Primum lego Adrianũ Cæsarem, cum L. Ant. Verum adoptasset, cuius sciebat genituram, de eo sæpè dixisse, vt Aelius Spart. est auctor, ostendunt terris, &c. quos versus, inquit, cũ aliquando in hortulo spatians cantitaret, atque adesset vnus ex litteratis, quorum Adrianus speciosa societate gaudebat, velletque addere, Nimium vobis Rom. &c. Adrianus dixisse fertur, hos versus vita non capit Veri, illud addens, Manibus date Lilia plenis, &c. Cum quidem etiam illud dicitur cum irrisione dixisse, Ego mihi Diuum adoptaui, non filium.

Secundum narrat Iul. Capitolinus Gordianum senem cantasse eosdem versus, cum vidisset Gordianum filium sæpissimè, ostendent terris, &c. Nam paucis post captum imperium diebus pugnans occiditur in Africa à Capelliano.

Tertium scribit Trebell. Pollio Claudium Iuniorem, cum de fratre Quinctilio, quem consortem habere volebat Imperij, quæreret ab Oraculo, responsum tulisse, Ostendent terris, &c. C

Scio etiam, cum Romæ essem puer anno 1555. inter doctos de Marcelli 2. Pontificis sanctissimi morte hos versus frequentatos, quos & de eo viuo iure dici posse in eius vita Onufr. Panuinius affirmat additionibus ad Platinam: non enim integrum mensem tenuit Pontificatum.

Expendens illud Epicuri, λάθε βιώσας, graui libello Plut. & redarguens, propterea docet hominem à veteribus nominatum φῶτα, ἀπὸ τοῦ φανὸν, id est, à luce, in qua scilicet debeat versari tum alios docens, tum ab aliis discens.

Quanquam Theologus ita velit appellatum propter insitam nobis vim rationis, atque orationis: his enim videmus, & agnoscimus quæcunque videmus, & agnoscimus: vt enim Sophocles serm. 3. apud Stobæum dixit, quod est visus in oculo, hoc est mens in animo: siuè ob cognitionis amorem, quo inardescimus, vt cognoscamus, & cognoscamur, sic accepit lib. 16. cap. 19. Cælius Rodiginus. D

A sermone item iure potest ducta vox videri, quoniam φῶ est loquor: quæ est ratio Grammaticorum.

Epicuri dictum num probandum, sic viue, vt lateas; & Salomonis enucleata verba.

CAPVT XXII.

TECTE, &, vt solemus nos Christiani loqui, mysticè, prou. cap. 11. Salomo, qui abscondit, inquit, frumenta, maledicetur in populis: benedictio autem super caput vendentium, quod ad litteram exposuimus alio libro: apertè verò Eccles. 20. Sapientia absconsa, & Thesaurus inuisus, quæ vtilitas in vtrisque? vt & 41. A

Præter caussas reliquas ob hanc etiam diuitias nominant cæcas, & πλοῦτον τυφλὸν fingunt: vt Herodes Atticus pecunias inutiles appellauit mortuas, πλοῦτον νεκρὸν, vt exponit Fl. Philostratus; eodemque modò arcas. & scrinia, & id genus loca ad pecunias quasi in vinculis, & carcere per vim retinendas Δεσμωτήρια πλούτου, cum eorum vsus, & commendatio in distribuendo consistat: quare sapienter Theognis de disciplinis cecinit, quarum in eo est laus, vt prosint. Quos versus ita Latinos fecit Scipio Carteromachus in Encomio literarum Græcarum.

Musarum interpres si quid sapientius vnquam
Nouerit, inuidiæ sint procul inde malæ: B
Nuncque alia inueniat, nunc monstret, plurima condat:
Si solus sapiat, nempe quis vsus erit? Sic & ille nescio quis apud Agell. si modo Agell. est.
Occultæ Musicæ nullus est respectus.

Et

Et apnd Suet. Musicoratos Imperator Nero iactabar tit. 20. & Musarum hoc natura declarat, quæ minimè inuida est, & quarum sunt apertæ semper fores: qnæ & canssa, cur nudæ pingantur Gratiæ: hinc illa Diogeniani ex veteribus, inuidia carent Musarum fores; ἄφθονοι μουσῶν θύραι. Et
C Zenodoti, siuè Zenobij apertæ musarum portæ ἀνεῳγμέναι μουσῶν θύραι. & Hor. epodo 4.

Gratia cum Nymphis, geminisq; sororibus audet
Ducere nuda choros,

Et de eisdem recitat Epigramma primo parergon. iuris lib. cap. 4. Alc. cuius bi sunt primi versus.

Sunt nudæ charites niueo de marmore, & illa
Diua columna suis ædibus intus habet.

Nostra enim nos impertiri libenter docent: quādoqnidem, vt idem elegantisseimè canit Horatius eiusdem lib. Oda. 9.

Parum sepultæ distat inertiæ
Celata virtus.—

Et hnc Phot. Ter. act. 4. sc. 5. fortassis allusit, non sat est tuum te officium fecisse, si id fama non ap-
D probatur: & illnd feminæ doctisseimæ, & μουσικωτάτης Sapphûs in indoctam, & à Musis abhorrentem feminam 3. Symp. lib. 91. Plut. mortua verò iacebis, neque vlla vnquam tui apud posteros erit memoria: neque enim Piericarum es particeps rosarum, sed obscura in Ditis ingrediere domos. B

Indicant & hoc apud Aristidem ἀνάγραπτοι χαρίτων χῶροι. ex bis enim & decerpitnr discendo; seritur, & plantatur docendo.

Tametsi non nego ad gratitudinis item pertinere significationem, nominisque immortalitatem: propterea illud Epicuri, sic viue, vt lateas λάθε βιώσας reprehendit, vt superiore capite obseruauimus, quasi otium commendet, quo nihil
E in rebus humanis perniciosius: præclarè enim Ecl. 10. Bapt. Mant. cecinit.

Otia damnantur, quæ nulla negocia tractant.

Quo modo illnd protulit Plin. lib. 2. epist. 9. Satius est enim, vt Attilius noster erudítissimè simul, & facetissimè dixit, otiosnm esse, quam nihil agere. Epicureus certè Deus, ὅτι αὐτὸς πρᾶγμα ἔχει, ὅτι ἄλλοις παρέχει, neqne ipse negocium habet, neque aliis facessit. Sic in ludo Clandij Seneca.

Hinc idem epist. 55. Vatia Prætorius diues, nulla alia re, quàm otio notus, in sua Villa consennit, & ob hoc vnnm felix babebatnr: nam quidam exclamabant homines, Vatia, solus scis
F viuere: at ille latere sciebat, non viuere: multnm autem interest, vtrum vita tua otiosa sit, an ignaua: nunquam aliter banc Villam Vatia viuo præteribam, quam vt dicerem, Vatia hic situs est, & epist. 82. otium sinè litteris mors est, & hominis viui sepultura.

Quanqnam & hic idem Sen. Epist. 69. dictum videtur probare Epicuri. Consilio tuo, inquit, accedo; absconde te in otio, sed & ipsum otium absconde. Mox. gloriari otio iners ambitio est: optimum itaque est non iactare otium snum: iactandi autem genus est, nimis latere, & à conspectu hominum secedere.

Et cum induxisset obiicientem Lucilinm, otium, inquis, Seneca, mibi commendas? ad Epi- G
cureas voces dilaberis, λάθε βιώσας, vt ego interpretor. Respondet otinm tibi commendo, in qno maiora agas, & pulchriora, quam quæ reliquisti. Et Horatius tamen scripsit.

Nec vixit male, qui natus, moriensq; fefellit,

Alludens ad hoc dictum: de otio lege medit. hist. 15. recentis. I.C.

In hecticæ febris ratione, & nomine reprehensus Galeottus Martius.

CAPVT XXIII.



QVAE febris vulgo hectica nominatur ab ἕξις, id est, habitu, inconside- A
ratè Gal. Martius lib. de promiscua doctrina cap. 69. æthicam nuncupauit, quod nomen ab ardore sortita. αἴθω enim incendium dicitur; maximus autem huius fe- B
bris est ardor, qui propter inueteratam consuetudinem non ita sentitur, sicut in tertiana, vel hemitritæo.

Certè febris hæc & calida, & sicca, docente id Galeno cap. 8. lib. 1. de diff. febr. Oriri enim magna ex parte ex ardentibus febribus, quæ vsque adeò protrahuntur, vt longitudine temporis omnem cordis bauriant humorem, & consumant: quæ, si Medicorum imperitia, ad μαρασμὸν pertingant, difficile esse, immò ἀδύνατον eas curare: fieri enim cor ellychnio persimile lucernæ, cum plurimum fuerit exustum, qnoniam, vt vehementer siccum, dissoluitur, & conteritur: & corpus arboris instar tabescere, quæ quidem aut diuturnitate temporis, aut flammæ vicinitate arefit.

Et cap. 9. facilè ab initio eos hac febri occu- C
pari; qui natura sint sicciore, præsertim si calida eorum fuerit temperatio.

Et lib. 10. meth. med. cap. 3. & 6. exemplo docet iuuenis cuiusdam, quem ipse curandum susceperat diuerso curationis genere, qno alij medici vtebantur, diarias febres in hecticas mutari in his præsertim, quorum calidior est, aridiorque temperatio, vt & ardentes cap. 5. quamobrem cap. 7. nibil balneo illos tradit iuuari, qui hectica laborant, nisi in frigidam aquam demittantur, & cap. 11. nescire neminem febribus hecticis conferre maximè frigidum, & bumidum. Hæc verisseima sunt.

At falsum est tamen ab ardore habere nomen. Primū enim Gal. aliique medici ardentes febres ab hecticis distinguunt, & illas καυσώδεις πυρετοὺς D
appellant, vt possem infinitis Galeni testimoniis demonstrare, sed abundè probant allata.

Deindè

Deindè nunquam inuenies in medicorum libris Græcè scriptis febrim vllam dici æthicam, ne hæc quidem vox est Græca: becticam verò sæpissimè inuenies.

Tertiò, ardens, & hectica febris differunt plurimum, cum hæc vix percipiatur, & minus expertos medicos fallat, & ab ea ægroti se liberos quandoque putant, cum non sint, eodem magistro Gal. libr. 3. de præsag. ex pulsu cap. 3. & 4. & alibi sæpè: ardentes verò maximè sentiuntur: ardentes non occupant ferè solidas corporis partes, cum in his accensis hectica consistat. E

Adde quarto, summam illam differentiam febrium, quam lib. 8. meth. cap. 1. tradit; vna enim est differentia, in qua caussa adhuc præsens febrim creat, vel excitata febri, desiit: altera, qua vel hectica febris est, quæ iam facta est, vel etiam schetica.

Nam quia eos affectus, qui facilè discutiuntur σχέσεις Græci vocant, qui tales non sunt ἕξεις, concedendum est dilucidioris gratia doctrinæ etiam febrium ipsarum: quæ ægrè discutiuntur, hecticas: quæ facilè, schetica nominari.


Schesim esse docet exemplo ligni sole calefacti, quod facilè reuocatur ad frigus: hexin verò eiusdem ligni ita igne calefacti, vt iam accendatur, emittatque fumum; difficilis enim eius frigefactio: ergò quia difficile, aut nunquam sanantur, & corporis occupant habitum, febres dicuntur hecticæ. F

Quare cap. 6. lib. de inæquali temperie hecticam febrim sic definit, quæ iam corporis habitum, id est, ἕξιν occupauit, & qui ea laborat, eam minimè sentit: reliquarū febrium nulla est, quæ à laborante non percipiatur, & cap. 7. multis febribus si traxerint, hectica superuenier; & cap. 3. lib. 3. de præsag. ex puls. si qui essent inter ægroa, qui se febricitate negarent, bis febris occupato ipso corpore cordis planè erit confirmata, &, vt ita dicam, in habitu.

Hinc sapienter Franc. Valeriola cap. 1. append. ad locos Medicinæ communes ita scripsit, cum calefacta est cordis substantia, corpus Galenus appellat, incalescunt autem spiritus, & humores, hectica, & habitudinalis febris gignitur. G

Et Ioan. Fernelius lib. 4. de febr. cap. 16. febris hectica, inquit, est calor præter naturam in cordis substantia primum, ac per se hærens, & infixus.

Iam quo modo duplex hectica sit, eiusque gradus tres, quæ item caussæ, & signa, breuissimè idem eodem lib. & cap. & cap. 2. multorum medicorum prolixam orationem breuitate sua vincens.



Cingari, qua gens, vnde ipsis nomen. CAPVT XXIV.

Plana Cingarica hæc scriptio, hoc est, errabunda, & vaga: quid ni etiam furax? sed absque fraude. Ergò Cingaros præceptor meus in sacris litteris Hieronymus Vielmus Episcopus Argolicensis, postea Ciuitatis nouæ in Dalmatia, grauis imprimis Theologus, & eruditus, cum Genesim Patauij interpretaretur videri sibi esse Marusios dicebat opinionem Cælij antiq. lect. lib. 18. cap. 38. sequutus, quo loci multa de gentis Africanę moribus, & institutis. Eos enim ex Phœnicia oriundos tradit: sed in Iudæam ex Aegypto proficiscentibus duce Mose Hebræis coactos mutare sedes, atque in Aegyptum ingressos se in vltimas Africæ partes fuga recipere. A

Cuius hoc argumentum sit, quòd apud Tingin Opidum Africæ in columnis lapideis inuentæ fuerint hæ voces lingua, & litteris Phœniciis insculptæ: Nos à facie fugimus I a s v prædonis, filij Naue.

Qui postea à Saracenis pulsi, & per omnem Europam longè, lateque dispersi à nobis Cingari appellantur: fortasse pro Tingitani corrupto vocabulo, nam & Hispanicè Gitani dicuntur: sanè præclarè de Origine, & nomine, si illos esse Maurusios probaret: diuinandum mihi tum de re, tum de nomine. B

An suspicandum venisse eos ex illo Hispaniæ tractu, in quo Cinga est fluuius, cuius & Lucanus meminit lib. 4. an mentimur potius, & nobilissimæ genti non meritam notam inurimus? tametsi persuadeat nomen.

An verius affirmabimus gentē esse hanc Tartaticam à Cingi fabro magno eius quondam duce, qui circa annos Domini 1160. latè est dominatus, eiusque successores, Tamerlane præsertim Imperatore, viciniora nobis loca, prouinciasque vexauerunt, partim Indæi, partim Turcæ, partim Semichristiani, partim Idololatræ, ferè vt est gens Tartarorum, superstitionibus diuinandi addicti per Chiromantiam?

Certè Alb. Crantius lib. 2. suæ Saxon. cap. 2. Tartaros vulgo nominari scribit, & eorum vitā describit, quam qui à nobis Cingari dicuntur viuunt, otiosam, exlegem, rapacem, irreligiosam, caninam, ac planè beluinam.

Quod quidem genus hominum primum extitisse in locis Germaniæ maritimis anno Christi 1417. Nigredine deforme, excoctum sole, veste immundum, ac fordidum, & rerum omnium vsu fœdum, quæ in 3. suum lib. Germ. transtulit probans Munst. C

Nec Auentinus lib. 7. ann. Boioariæ valde ab hoc dissidet, & ex eo recens scriptor quidam medic. histor. ca. 17. cum esse docent Colluuiem, & sentinam gentium diuersarum, quæ in Turcarum

rum finib. atque Vngarorum habitent, & anno Christi 1439. rege Zindelone cœperint per Germaniam vagari se Aegyptios mentientes, & domo propterea extorres, quod vindice Deo pœnas dent septem annorum exilio maiorum suorum inhumanitatis aduersus Deiparam, eiusque filium IESVM, quod eos in Aegypto peregrinos, non excepissent hospitio.

Alia pleraque Munsterus narrat: lingua eos vti Venedica prodit Auent. nos Itali experimur vti misto quodam linguarum genere, &, quam appellamus, Turbescæ, vel non dissimili.

Nec mihi repudianda videtur Hier. Lilij sen-
D tentia 2. p. siluæ var. lect. Italicè scripta originem eorum ducentis à Chamo filio Chus, & collocantis inter Aethiopiam, & Aegyptum, siue inter Assyrios, & Cilicas, nam & olim vagi, atque errones habiti Cilices, & celebres fuerunt prædones, ac piratæ Isauri maximè: itaque prouerbio Cilicissare dici consueuit, pro nequiter, & impurè agere, & Cilicium exitium, pro sæuo, & immani.

Melior fortasse opinio Volaterr. lib. 12. comm. vrbis non longe principio, eos affirmantis Vxios esse, quod etiamnum quibusdam locis Vxij nominantur: Florentiæ sic appellari nobilis mihi dixit ciuis Florentinus. Vxia verò Straboni lib. 11. & 15. est regio, ex qua fluuius oritur Choaspes, ex eo item sumit coniecturam, quòd arti diuinandi, & futura prædicendi dent operam instar vicinorum Chaldæorum: & Scilacem producit auctorem historiæ Constantinopolitanæ narrantem horum vaticinio Michaëlem Thraulum. 1. Balbum Imperium fuisse adeptum & horum sectam eiusdem studio per Mœsiam, & totam fer-
E mè Europam dispersam.

Quo magis in hanc sententiam inclino, vt Cingari, siue Cingani deprauato nomine fuerint ab Athinganis hæreticis orti, quorum errores mordicus tuebatur hic Imperator.

Eorum magnus erat, vt Io. Curopal. in eo cõmemorat, in vrbe Phrygiæ Amorio numerus ex variis sectis conflatus, ex quarum commercio inter se dissimilium, vt in Lybia ferarum, peculiaris emersit hæresis istorum qui baptismum Christi vna cum lege Mosis excepta circumcisione obseruabant Athingani nominati, vt docet Etymologus: Ἀθίγγανοι, παρὰ τὸ θίγειν, seu θιγγάνειν. οἱ γὰρ τὴν αἵρεσιν ταύτην ἔχοντες, οὐδὲν παρ' ἄλλου λαμβάνουσι.

Huius sectæ qui sunt nihil ab altero sumunt, aut quasi alienus, & abhorrens à tangendo, aut quod se tangi nollent, vt sanctos, aut ab aliorum tactu abstinerent, ne sancti esse desinerent.

Somniarunt quidam, quorum forte princeps Io. Pier. Valer. lib. extremo 25. Hieroglyph. acce-
F pisse nomen ab auibus, qui Græcis κίγκλοι seu κίγκαλοι sunt, aues inualidæ, & infirmæ, quæ ne sibi quidem parare nidum queant, & cæterarum auium nidis oua sua credant, vt lib. de anim. 12. cap. 9. scribit Ael.

Ex eo natum apud rusticos adagium in mendicos, & errones, quales sunt Cingari, & qualem depingit Catullus Furium cui neque villula fuit, neque domus, neque area.

Sed & fieri potest, vt à perpetua istarum auium caudæ agitatione translatio deriuata sit in vagos, & mendicos, qui stipe corroganda huc illuc vagantur; nam videtur esse, quæ à Latinis Motacilla nuncupatur à continenti motu, Græcis idcirco σεισοπυγίς: aut quia aues sunt tenui corpore, & pene sine carnibus: inde Menandri in Thaide prouerb. πτωχότερος λεβηρίδος καὶ κιγκάλου, & hoc somnium est Erasmi.

Omninò tales sunt, qui à Græcis dicuntur ἀνέστιοι, καὶ ἄοικοι senza fuoco, è senza luoco, quibus nominibus exornat Cynicos Athen. lib. 3. c. 34.

Hæc quidem esse potuit origo nominis, & originis, sed iam nec Tartari sunt, nec Aegyptij, sed G
ex quaque prouincia fæx collecta sceleratorum, loquendi modo se fingens peregrinam, furto viuens, & mendicato; rapinis, & fraudibus implens omnia, non inutilis modo, sed etiam perniciosa. A

Huic similes apud Turcas, qui nominantur Torlaqui, de quibus Nicolaus, & Theuetus in libris suarum peregrinationum.

Hæc ego multis antequam noster Mart. Delrius libros disquis. Mag. ederet annis, obseruaram, cum tamen adi lib. 4. cap. 3. q. 5. vt plura cognoscas non contemnenda.

Poëseos, & eloquentiæ litteras, & reliquarum disciplinarum ad opes, atque imperium impedimento esse falsum demonstratur.

CAPVT XXV.

VT Martialis Poëticam nihil iuuare ad opes, semperque esse inopes Poëtas queritur, ita M. Aur. Antoninus cognomento Philosophus cælitibus agit gratias, quòd in studiis humanitatis, præsertim eloquentiæ, & poëseos non magnos fecisset progressus: hoc enim sibi magno ad res maiores impedimento futurum dicebat, hoc est, ad obtinendum Imperium. prior ita epigr. 44. lib. 1. ad Flaccum. A

Quid petis à Phœbo? numos habet arca Mineruæ
Hæc sapit, hæc omnes fenerat vna Deos.
Quid possunt hederæ Bacchi dare? Palladis arbor
Inclinat varias pondere nigra comas.
Præter aquas Helicon, & serta, lyrasque Dearum
Nil habet, & magnum semper inane sophos.
Quid sibi cum Cyrrha? quid cum Permesidos vndæ?
Romanum propius diuitiusque forum est.
Illic æra sonant, at circum pulpita nostra
Et steriles cathedras basia sola crepant.

Indi-

Indicat eloquentia, quæ tamen versetur in foro, B & agendis causis, ac iuris prudentia facile opes congeri: ideo epigr.152. ad L.Iulium hortantem, vt scriberet, respondet.

Condere victuras tentem per secula curas?
Et nomen flammis eripuisse meum?
In steriles campos nolunt iuga ferre iuuenci
Pingue solum lassat, sed iuuat ipse labor.

Et antea dixerat.

Otia da nobis: sed qualia fecerat olim
Mæcenas, Flacco, Virgilioq; suo.

1. opes. M. verò Aurelius sub finem lib. 1. duodecim illorum, quos de officio suo conscripsit, donum fuit Deorum, inquit, quòd in Rhetoricis, & Poëticis non valdè profecerim: fortasse enim in iis, & reliquis studiis diuturnam operam posuissem, si me feliciter in iis progredi agnouissem. A

Hæc vna ratio, sententiæ potest fauere Antonini, quòd qui animum ad litterarum studia applicant, fere ingenio sunt quieto, ac miti, & ab extrariis occupationibus abhorrente, in quas se coniiciant oportet vel inuiti, qui imperare cæte- C ris cupiunt: quam tamen ipsemet Antoninus celebrato illo Platonis dicto euertit.

Ecce tibi Iulij Capitolini verba de eo, sententia Platonis semper in ore illius fuit, florere ciuitates, si aut Philosophi imperarent, aut Imp. Philosopharetur; & de eo ante scripserat, apud multas Orientales prouincias etiam Philosophiæ vestigia reliquit; & Stoicam præcipue sectam adamasse, & magnis visum esse præceptoribus singularum facultatum, quos nominat, à primis elementis ad Philosophiã vsque cui operam vehementer dederit etiam puer: eosque magistros tanti fecisse, vt imagines eorum aureas in ærario haberet: studuisse & iuri, & declamatorum publicas scholas frequentasse: eius ergò sententiam, & crebra exempla confutant.

Sept. Seuerum valde excultum studiis humaniorib. fuisse tradunt, qui res ab eo gestas litteris consignarunt, & maximus tamen Imperator fuit, & maximis comparatus. Pertinacem Imp. post magistrum suum Apollinarem Sulp. Grammaticen professum tum dicendarum caussarum studio se dedisse. Antoninum Pium singularis D eloquentiæ fuisse, ac nitidæ litteraturæ. Adrianum poëmatum, & litteratum nimium fuisse studiosissimum Aelius Spart. adnotauit.

Idem verbis affirmat, & confirmat Trebell. in duob. Gallienis. & in laudem Taciti Imp. acclamatum, quis melius, quàm litteratus imperat? narrat Vopiscus.

Et Gordianum primum Capitolinus prodit egregium declamatoré fuisse, disertissimis item versibus 30. lib. celebrasse Anton. Pium, & Philosophum, eosque de illorum nominib. Antoniniadem inscripsisse. in Gordiano tertio Misitheũ eloquentiæ tantum caussa dignum scribit patentela sua putauisse illum, & Præfectum fecisse, eiusque consilio sanctè Imperium tenuisse.

Vt omittam de Cæsare, Oct. Augusto, Vespasiano, ac Tito cæterisque plurimis recensere.

Demonstrat idem Ael. lib. 3. cap. 17. var. histor. doctos videlicet, & eloquentes viros idoneos esse Imperio, & vero multa cum laude præfuisse illo tit, quod Philosophia non inepta gubernationi, & qui Philosophi gubernarint: & in his primos nominat legislatores, Zaleucum, Charondam, Architam, Solonem: tum Biantem, Thaletem, Chilonem, Pittacum, Cleobulum, Anaximandrum, Xenophontem, Platonem, E Dionem, & alios, qui aut bello, aut pace, siue vtroque tempore Rempub. egregiè administrarunt.

Narrat in Epit. rerum Germ. Iac. Vinfelius maximo in honore litteratos fuisse apud Sigismundum Imp. & maximis ab eo gradib. dignitatum elatos, nobilibusq; viris prælatos, quod & Deus, & natura prætulissent; & se pudere solitum affirmare, quòd electores Imperij ne Latinè quidem scirent.

Eodem fuit ingenio Iacobus Princeps Carrarius, non valde quidem doctus, sed doctis fauens. dicebat enim, & querebatur hoc vnũ fortunæ, ac felicitati suæ defuisse, quod non esset eruditissimus. tradit hoc Petrus Paulus Vergerius Senior in libro de ingenuis morib. ac liberalibus studiis ad Vbertinum Carrarium.

Frequens erat in ore Iulij II. Pont. Max. dictũ hoc, litterarum scientiam in plebeis argentum esse, in nobilibus aurum, in Principibus verò gemmas.

Nam & Nicetas Chon. in annal. auctor est cum Alexij filius Ioannes Byzantio imperaret, multorum conspiratione Imperium Nicephoro Bryennio eius cognato delatum. Cur? quod disciplinis excultus esset litterarum. B Vna igitur eruditio caussa fuit honoris ei maximi deferendi. cuius vxor Anna Cæsarissa culmen attigerat scientiarum omnium.

In Imperio Caloioannis ferè in principio, & Irene socrus omni cum laudis genere cumula- F uit, quòd & dicendo polleret & agendo, & omnium disciplinarum liberalium cognitione refertum haberet pectus, quibus & mores suos componere, & Imperium moderatè, atque innocenter administrare posset.

Manuelem quoque, & Andronicum eius hostem litterarum vsos præsidio ad Imperium peruenisse.

Et Constantinus Ducas doctissimus frequenter dicere erat solitus, vt Io. Curopal. refert, vtinam ex eruditione potius commendet, quam ex imperio.

Ac ne semper de viris loquar, feminas doctissimas cum laude Imperium gessisse ex monumentis historiarum didicimus: vna, aut altera occurrit nunc memoriæ ex plurimis, Zenobia

Palmyrenorum Regina, Eudoxia, & Eudocia Romauorum: nec tacebo Gothorum Amalasuintam, & Theodoliudam, & illius quidem extat epistola quam dedit ad Senatum V. R. de Theobsldo ad Regnum vocaro lib. 4. Var. epist. 3. Casiod. Princeps vester etiam Ecclesiasticis est litteris eruditua. à quibus semper quidquid est pro honore commonemur iudicare rectè, G bonum sapere, dinina venerari, futura cogitare iudicia, &c.

Atà re bene gerenda nimia quadam mentis commentatione abduci litteratos repetet, qui verba M. Philosophi probat.

Sed non abduait quos nominamimus. non ipsummet Marcum oprimum Imp. non abduxit L. Lucullum doctissimum virum, magnum post Alex. M. belli Ducem, maximi Regia iudicio, scilicet Mithridatis; non C. Lælium, cuius & consilio, & opera tantus euasit Scipio, quantus fuit, Non Perielem, non Themistoclem, non Agesilaum, non Epaminondam, non alios in finitos.

Colligamus vniuersa eleganti illa, breui, & vera oratione Aeliani. Si quis ineptos reb. agendis Philosophos asserit, stoliduahie mihi, & insipiens videtur. Equidem hanc eorum liberam ab agendo vitam, & quieram vebementer amem, & anidè arripiam.

Quod verò scribit Ael. de Philosophia nos ad studia etiam transferamus eloquentiæ, & alia- H rum liberalium facultatum: multò enim minus abstrahent animos, & auocabunt à bene gerenda re illæ artes, quæ minus attentas requirunt, quam Pbilosophia mentes hominum.

Et Agrippinæ tamen sententia fuit, quæ & M. Philosopbi: nam hæc apud Suet. cap. 52. in Nerone, Neronem auertit à Pbilosophia. monens imperaturo contrariam esse, quod in Lamia sua Politianus repetit. Sed femina hæc, ambitione furens, & libidine: & Nero disciplinsa liberales pænè omnes puer attigit.

Non dissimilis Neroni Licinius Imp. Agrippinæ est suffragratus, cum publicam appellabat pestem litteras; & Capitolinus aliud scribit in Imp. quæri quam litteras, sit sanè. non affirmat tamen impedire.

Et Auldius Casins in epist. ad Tenerum data, vt Vulcatius Gsllicanus testatur, de hoc M. Ant. Philosopho aiebat. M. Antonius philosophatur, nec sentit de Repub. sed hoc inimici dictum est. usm Verus in epist. ad Antoninum Pium, Auid. Cassius, inquit, auidus est Imperij. mox. omnia enim nostra displicent, opes non mediocres parat, litteras nostrss ridet, te Philosophicam aniculam, me luxuriosum Morionem vocat.

I Meritò reprehensus multorum linguis Ludouiens XI. Rex Galliæ, qui tanto flagrauit odio litterarum, vt noluerit filium suum Carolũ plus discete Latinæ linguæ, quàm hæc quinque verba: Qui nescit dissimulare nescit regnare.

Plut. eximiè ad ineruditum Principem. Regis Persarũ inquit vnus erat cubicularins, qui eum mane admoneret, surge Rex, & cura. quæ tibi credidit Mesoromasdes: at princeps in intimis præcordiis eruditionem habear oportet, ac doctrinam, quę hoc ei perpetuo edicat, & iubeat.

Nec inficior tamen doctos aliquot viros imperio suisse ineptissimos, nec illud tamen doctrinæ vitium, qualem scimus fuisse Theodahatum Regem Goth. de quo lib. 1. Bel. Goth. Procopius, & alij. Iouian. Pont. lib. de Principe c. 9. & 10. ratione, exemplisque demonstrat necessariam esse magnam & rerum, & litterarum cognitionem vero principi.

Num sacrilegium sit furto rem profanã ex loco sacro auferre Theol. Iuris Per. & Rhet. doctrina explicatum.

CAPVT XXVI.

THEOLOGI, Ethici, Iurisconsulti, ac Rhetores agitant controuersiã, num A qui pecuniam in templo, siue æde sacra depositam furatur, sacrilegus sit cenicudus: & quidem, si vis nominis attendatur, sacrilegium non erit ablatio rei profanæ è loco sacro. nam S. Isid. iunior lib. originum 5. cap. de criminalibus lege constitutis, sacrilegium, inquit, proprie est sacrarum rerum furtum. & lib. 10. cap. 18. sacrilegus dicitur ab eo, quod sacra legit. adde veteres Iurisconsultos Paulum l. sacrilegi ad L. Iul. pecul. sacrilegi sunt, qui publica sacra compilauerint: at qui priuata sacra, minus quã sacrilegi merentur. Martianum l. in tantum de rer. diuis. sacræ res sunt, quæ publicè consecrata sunt, non quæ priuatim: si quis ergo priuatim sibi sacrum constituerit, sacrum non est, sed profanum.

Quod vero sacra, & publica essent, & priuata apud Gentiles, vt boc obiter notem, Alciatus obseruat lib. Psrerg. iur. 5. cap. 25. & declarst: & priuata alia tradit fuisse totius gentis communia, quæ Gentilia possint appellari: alia, quæ sibi psterfamilias constitueret, allata T. Liuij, ac iunioris Plinij, & M. Plauti auctoritate. ea Diis penaribus paterfamil. faciebat. lib. 2. de leg. Cic. sic filii famil. in sacris paternis esse dicuntur. l. 2. c. de bonis quæ lib. l. filiæ. 12. cap. de Collat. & aliis plerisque locis. quare adoptati, qui in alienam B gentem migrsbant, etiam in eius sacra transire dicebantur. Sic Val. Max. l. 7. csp. 7. emancipati verò arbitratu suo sacra constituebant sibi à paternis absoluti. l. quidam 31. c. de fideicom. l. 1. c. de an. except. l. de emanc. 13. c. de leg. her.

Et quidem sacra erant loca, & sunt, quæ publicè sunt dedicsta siue in ciuitate, siue in agro D. de rer. diuis. l. 9. res verò sacræ, quæ publicè consecratæ sunt, non priuatè; ex quo fit, vt si quia

priuatum sibi constituerit quidpiam sacrum, id sacrum non fit, sed profanum. D. eod. l. 6. §. 2. ita res sacras definit Imp. esse §. 6. quæ ritè per Pontificem Deo consecratæ sunt, vt est ædes sacra, & donaria, quæ ritè ad ministerium Dei consecrata sunt.

Inde apud Macrob. lib. 3. Sat. cap. 3. Titbatius sacrum descripsit esse quidquid est, quod Deorum habetur: & Gallus Aelius apud Pomp. festum sacrum esse quod quocunque modo, & instituto ciuitatis consecratum sit, siue ædes, siue ara, siue signum, siue locus, siue pecunia, siue quid aliud quod Diis dedicatum, & consecratum sit.

Euerso quoque, verbi gratia, templo, locus, id est, area sacra manet, Papin. l. 73. D. de contra-ctu emt. & Pomp. religionem amittere tradit si in
C hostium peruenerint manum l. cum loca D. de tollen. sumt. Metianum lib. 5. regul. & refertur rom. 3. Pand. iut. ciu. lib. 48. tit. 13. D. ad l. Iuliam pecul. apud quem constitutio est Seueri, & Antonini Augustorum Cassio Festo rescribentium, res priuatorum, si in ædem sacram depositæ subreptæ fuerint, furti actionem, non sacrilegij esse.

Adde B. Greg. Sabiniano Diacono. 1. q. 4. ca. 3. definientem sacrilegium, si quis, quod venerabilib. locis relinquitur prauæ voluntatis studiis tentauerit suis compendiis retinere: & ibidem Glossam, sacrilegium est, sacræ rei violatio, siue in se, siue in alio. & exponens adiungit, & hoc appellatur sacra res, siue sit res ipsa sacra, siue ipsa persona Ecclesiastica.

At in hac specie proposita, vt more Iurisconsultorum loquar, pecunia reposita in Ecclesia nō erat relicta Ecclesiæ, neque est res sacra, cum priuata sit: Non igitur crimen sacrilegij commisit, qui è loco sacro rem non sacram abstulit.

Adde, quod si locus sacer efficeret, vt quod natura sua est furtum, transiret in sacrilegium, cur non eandem vim deberemus assignare tempori sacro? vt si quis furetur die festo non solo teneri furti crimine intelligatur, sed etiam sacri-
D legij? At hæc nemo prudens dixerit.

Quinctilianus item lib. 4. cap. 2. pecuniam de templo sustulit, sed priuatam, non ideò sacrilegus est. & lib. 7. cap. 4. controuersiam in vtramq; partem explicat paucis verbis.

Nullus tamen, vt opinor, est iuris vtriusque aut Theologiæ scientia, vel leuiter tinctus, qui pro certo nō habeat esse verè sacrilegum priuatæ pecuniæ, siue rei profanæ depositæ, vt magis vniuersè dicam, furem è loco sacro. Theologia hoc docet, docet Iurisprudentia, docet ars ipsa Rhetorum, quin ipsa rerum natura.

Ex eo verò naturæ elucet instinctus, quia nulla vnquam gens fuit tam barbara, quin locorum religionem coluerit, & sacrilegos pœna nō affecerit. Insignis est pœnæ in sacrilegum constitutę ratio apud Platonem lib. 9. de leg.

Deinde locus sacer ipsa pecunia est nobilior: quare par esse videtur, vt loci conditionem sequatur, vt non sit priuata à sacra pecunia separanda; neque alio animo videtur fuisse templum fur ingrediens, quàm vt siue sacra illa foret, siue priuata, eam auferret.

Rhetor vnus, is est Sopater in declamatione quæ inscribitur ἱεροσυλῶν, pæne Christianè totam quæstionem his verbis enodauit. Sententia E est, qui priuato aufert, sacris non est iniuriosus: qui sacra depeculatur, priuatis non nocet: at qui rem sacram è loco priuato surripit, is verò & priuatos offendit. & Deos. præclare.

Ius profecto canonicum, & Ciuile. hoc habetur lib. Digest. tit. c. 9. de pœn. l. 16. aut facta ex Claudio Saturnio lib. sing. de pœnis pagan. vbi monens, quænam res subiiciantur pœnis, scilicet vel facta, vel dicta, vel scripta, vel consilia, docet hæc quatuor genera septem modis esse considerãda, caussa, persona, loco, tempore, qualitate, quantitate, euentu: & singula quæque egregiè declarat. de loco verò ita. Locus facit vt idem vel furtum, vel sacrilegium sit: & cap. item luendum, aut minore supplicio.

Ius Can. extat 17. q. 4. cap. 17. Quisquis. vbi triplex adnotatur committendi sacrilegi modus auferendo sacrum de sacro: non sacrum de sacro: sacrum de non sacro. & quæst. 3. can. sacrilegium.

Tota vero schola Theologorum his tribus modis sacrilegium patrari consentit, per iniuriam, vel sacris personis, vel sacris locis, vel sacris rebus illatam. Consulendus Alexa. Alen. 2. p. q. 189. S. Thom. 22. q 99.

Cui quidem definitioni nihil obsunt allata B. Isid. & Greg. testimonia. quod enim sacrilegus dicatur, qui sacra legit, & sacrilegium rerum sacrarum furtum definitio est sumta à potiore patrandi sacrilegij ratione: in qua tamen hæc etiam nostra continetur, cum è loci sanctitate, sine consecratione, res quantumuis priuata accipiatur, vt & ipsa quadantenus sacra fit, vt si ipsi adferatur iniuria, allata intelligatur, & loco, & ei vnde omnis loci pendet sanctitas, id est, cultui Dei.

Quam ob causam S. Hier. ad illud 2. cap. Rom. qui abominaris Idola sacrilegium facis, angustè, & propriè sacrilegium definiens. ait, illud esse, quod proprie in Deum committitur, quasi sit sacrosancti violatio. & S. August. lib. 4. aduersus Cresc. Gramm. cap. 10. sacrilegium verò tanto est maius peccatum, quanto committi non potest nisi in Deum.

Qui verò sacrilegium quasi sacrilædium putat appellatum Innocentius, rei nomine etiam profanum intellexit, modo in loco esset sacro. Et glossa magis vniuersè, quæ videtur esse Laurentij, sacræ legis læsionem esse dixit, at Commentum est vtrumq;. Definitio autem S. Greg. nō est communis omnibus sacrilegij formis, neq; ipse de sacrilegio hunc sermonē vniuersè instituerat.

Quod vero locus efficiat actionem quampiam facrileginm esse, quæ non esset nisi furtum, non faciat vero tempus, hoc esse puto vel ex institutione Ecclesiæ, quæ Dei fungens anctoritate, condere legem, & ins sancire potest, siue ipsius etiam Dei, aut potius quia locus consecratione fit facer, vt Ecclesia consecrata; vel applicatione ad cnltum Dei, vt Ecclesia item priusquam consecrara fit: qnarè intrinsecè quodam modo facet vocatur locus: tempus verò licet institutum fit ad ptæcipunm queudam hnnorem Deo exbibeudum, uullam tameu intrinsecus recipit consecrationem, & sanctitatem, sed extrinsecus tantum, ac denominatiuè facrum dicitur. & sanctum. Quanquam gloss. ad illum Can. citatum facrileginm committi latius prodit cnm solemnis v olatur dies, cnm legibus, siue Canonibus veneratio non exhibetur.

Posttemo illa Seueri, & Antonini Sanctio non modo iuri canonico repugnat, verum etiam Ciuili, ac naturali. Itaque licet glossa, vt aliquo modo illam tueatur. multa eodem loco tricetur, & intricet, melius altera ad cit. can. glossa vno verbo respondet eam non tenere.

Tantum ptimo hoc tomo nunc per me commentans, nunc ex aliis decerpens, quasi aluearis vnius plures fauos composui, qui si lectoribua mella videbuntur. næ ego me putabo mellis esse medullam, vt Cethegnm olim Suadæ existimanit Ennius.

Hæc, & omnia mea Ecclesiæ Catholica Apostolica Romana censura subiiciuntor.





AVCTORITATES GRAECAE.

Lib. I. Cap. I.

A. Ἱππῆας μὲν πρῶτα σὺν ἵπποισιν καὶ ὄχεσφι.
Πεζοὺς δ' ἐξόπιθεν στῆσεν πολέας τε καὶ ἐσθλὸς
Ἕρκος ἔμεν πολέμοιο· κακοὺς δ' ἐς μέσσον ἔλασσεν,
Ὄφρα καὶ οὐκ ἐθέλων τις ἀναγκαίῃ πολεμίζῃ.

B. Τῶν αὖθ' ἡγεμόνευ' υἱὸς Πετεῶο Μενεσθεύς,
Τῷ δ' οὔπω τις ὁμοῖος ἐπιχθόνιος γένετ' ἀνὴρ
Κοσμῆσαι ἵππους τε, καὶ ἀνέρας ἀσπιδιώτας.

C. Τὸν καὶ Ὅμηρος ὁ ποιητὴς ἄνδρα ἄριστον ἔφησεν ἐς Ἴλιον ἀφικέσθαι τάξαι τε, καὶ διακοσμῆσαι στρατόν.

D. Καὶ τάξαι στρατιὰν, καὶ ὁπλίσαι τε, καὶ κοσμῆσαι δαημονέστατος.

E. Καὶ ταξιάρχας, καὶ στρατάρχας, καὶ ἑκατοντάρχας ἔταξα. Σῖτόν τ' εἰδέναι διώρισα ἄριστα, δεῖπνα, δόρπα θ' αἱρεῖσθαι τρίτα.

F. Κρῖν' ἄνδρας κατὰ φῦλα, κατὰ φρήτρας, Ἀγάμεμνον,
Ὡς φρήτρη φρήτρηφιν ἀρήγῃ, φῦλα δὲ φύλοις.

G. Πρῶτος μὲν, ὧν ἴσμεν, δοκεῖ τὸ τακτικὸν θεωρίας Ὅμηρος ἐπιγνωκέναι· θαυμάζειν δὲ τοὺς ἐπιστήμονας αὐτῆς.

H. Αὐτὰρ ἐπεὶ κόσμηθεν ἅμ' ἡγεμόνεσσιν ἕκαστοι.

I. Εὐταξίᾳ δὲ μάλιστα πόλεμος κατορθοῦται.

K. Εἰ γὰρ, ὡς Ἰφικράτης διῄρει, χερσὶ μὲν ἐοίκασιν οἱ ψιλοί· ποσὶ δὲ τὸ ἱππικόν· αὐτὴ δὲ ἡ φάλαγξ στέρνῳ καὶ θώρακι· κεφαλῇ δὲ ὁ στρατηγὸς, οὐχ αὐτοῦ δέξεται ἄν.

L. Ἄνευ μὲν τῆς συντάξεως ἄχρηστον τὸ ὁπλιτικόν· αἱ δὲ περὶ τῶν τοιούτων ἐμπειρίαι, καὶ τάξεις ἐν τοῖς ἀρχαίοις οὐχ ὑπῆρχον, ὥστ' ἐν τοῖς ἱππεῦσιν εἶναι τὴν ἰσχύν.

M. Τεταγμένη ἡ στρατιὰ, κάλλιστον μὲν ἰδεῖν τοῖς φίλοις, δυσχερέστατον δὲ τοῖς πολεμίοις.

N. Ἔστι δ' οὐδὲν οὕτως οὔτ' εὔχρηστον, οὔτε καλὸν ἀνθρώποις, ὡς ἡ τάξις.

Cap. II.

A. Ἂν ὑπὲρ δύναμιν ἀναλάβῃς τι πρόσωπον, καὶ ἐν τούτῳ ἠσχημόνησας, καὶ ὃ ἐδύνασο ἐκπληρῶσαι παρέλιπες.

B. Σκηνὴ πᾶς ὁ βίος, καὶ παίγνιον· ἢ μάθε παίζειν
Τὴν σπουδὴν μεταθείς, ἢ φέρε τὰς ὀδύνας.

C. Παίγνιόν ἐστι τύχης μερόπων βίος—

D. Πολλή σοι κλυτοεργὲ τύχη χάρις, οὕνεχ' ὁμοίως
Παίζεις ἀεὶ παίζεις.—

E. Πεττείᾳ τινὶ ἔοικεν ὁ βίος: καὶ δεῖ ὥσπερ ψῆφόν τινα τίθεσθαι τὸ συμβαῖνον· οὐ γάρ ἐστιν ἀναθεῖν βαλεῖν, οὐδὲ θέσθαι τὴν ψῆφον.

F. Πάλαισμα θ' ἡμῶν ὁ βίος. εὐτυχοῦσι δὲ οἱ μὲν τάχα, οἱ δ' ἐσαῦθις, οἱ δ' ἤδη βροτῶν. τρυφᾷ δὲ ὁ Δαίμων.

G. Τύχη γὰρ ὀρθοῖ, καὶ τύχη καταρρέπει
Τὸν εὐτυχοῦντα, τόν τε δυστυχοῦντ' ἀεί.

H. Ὥσπερ ἀγαθὸς ὑποκριτὴς δεῖ καὶ τὸν πρόλογον, δεῖ καὶ τὰ μέσα, εὖ καὶ τὴν καταστροφὴν οὕτως καὶ ὁ ἀγαθὸς ἀνὴρ δεῖ καὶ τὰ πρῶτα τοῦ βίου, καὶ τὰ μέσα, καὶ τὴν τελευτήν.

I. Καὶ ἐν τῷ βίῳ, καθάπερ ἐν δράμασι χρὴ τὰ πρῶτα λέγειν οὐ τὸν πλουσιώτατον, ἀλλὰ τὸν φρονιμώτατον.

K. Πολλοῖς αἱ ἐξ ἀρχῆς ἐπιτυχίαι κακῶν ἀμυθήτων γεγόνασι πρόξενοι.

Cap. III.

A. Τὰ μὲν ἄλλα αἰσθητὰ ταῖς ὑπερβολαῖς οὐ διαφθείρει τὸ ζῷον οἷον χρῶμα, καὶ ψόφος, καὶ ὀσμή. ἀλλὰ μόνον τὰ αἰσθητήρια. ἂν μὴ ᾖ κατὰ συμβεβηκός.

B. Τὸ δὲ λευκὸν τοῦ πυρός.

C. Ὁ ἥλιος ὥσπερ μάλιστα εἶναι δοκεῖ θερμὸς, φαίνεται λευκὸς, ἀλλ' οὐ πυρώδης ὤν.

D. Τοῦ γὰρ μελαίνεσθαι αἴτιον τὸ βάθος· τὰ δὲ ἐξ ἐπιπολῆς ὕδατα λευκὰ, καθότι πλέον ταῖς τοῦ ἡλίου ἀκτῖσι καταυγάζεται.

E. Καὶ οὐχ οἱ φιλόσοφοι πρῶτοι τὸ λευκὸν ἀφωρίσαντο τὸ διακριτικὸν ὄψεως, ἀλλὰ πρὸ αὐτῶν,

ὅμηρος μαρμαίρειν λέγων τὸ λάμπειν, ὅ ἐστι μερίζειν, καὶ διαιρεῖν· ἀφ' οὗ τὸ διακρίνειν· ὅθεν τὸ μὴ μερίζον, ἀλλὰ σκοτεινὸν, ἀμαυρόν· καὶ ὅτι παρὰ τὸ μερίζειν, καὶ διακρίνειν, καὶ διαιρεῖν κέκληκε τὸ φωτίζειν· μαρμαίρειν δὲ δηλοῖ τὸ φῶς, δάος καλέσας, δάος μετὰ χερσὶν ἔχουσαι ἀφ' οὗ αἱ δεικνυκαὶ τοῦ φωτὸς δᾷδες, καὶ δαΐδες·

Cap. IV.

A. Τοῦτο τὸ αἴτιον γέγονεν, οὐκ ἀνθρώπινον, ἀλλά τι δαιμόνιον ἐναντίωμα. οὐ σὺ τὴν δίαιταν, καὶ ὕστερον παύσῃ· νῦν δὲ ἐπειδὴ οὐκέτι ἐναντιοῦται, οὕτω προσελήλυθα· εὔελπις δέ εἰμι καὶ τὸ λοιπὸν μὴ ἐναντιώσεσθαι αὐτό.

B. Σιμιχίδᾳ μὲν ἔρωτες ἐπέπταρον· ἦ γὰρ ὁ δειλὸς Τόσσον ἐρῇ Μυρτοῦς ὅσον εἴαρος αἶγες ἔρανται.

C. Σημεῖον οἰωνιστικὸν, καὶ ἱερὸν μόνον τῶν πνευμάτων.

D. Ολβιε γαμβρὲ ἀγαθός τις ἐπέπταρεν ἐρχομένῳ τοι Ες Σπάρταν—

E. Τηλέμαχος δὲ μέγ' ἔπταρεν—γέλασσε δὲ Πηνελόπεια.

F. Πταρμὸς γίνεται ἐκ τῆς κεφαλῆς, διαθερμαινομένου τοῦ ἐγκεφάλου, ἢ διυγραινομένου τοῦ ἐν τῇ κεφαλῇ κενοῦ πληρουμένου. ὑπερχεῖται γὰρ ὁ ἀὴρ ὁ ἐντὸς ἔξω· ψοφεῖ δὲ, ὅτι διὰ στενοῦ ἡ διέξοδος αὐτοῦ ἐστιν.

G. Ιπποῖς γάρ τινες ἐρεθίζοντες τὰς ῥῖνας πτάρνυνται.

H. Καὶ τὰς ἑκατέρωθεν τῆς ῥινὸς πρὸς τοὺς μεγάλους κανθοὺς κειμένας φλέβας ἀποπιέζων τοῖς δακτύλοις, κωλύσεις τὸν πταρμόν.

I. Βασιλικὰ τὰ ὤκιμα συμμέτρως μετέχουσι τῆς θερμότητος, ὠφελοῦσι δὲ ὀσφραινόμενα καρδίαν, καὶ κεφαλήν.

Cap. VI.

A. Επειδή, φησιν εὐχερῶς, καὶ ἑτοίμως ὑπισχνούμεθα. οὐ ποιοῦμεν δὲ, ἀπιστοῦσιν οὕτως ἄπαντες ἡμῖν.

B. Κόμος οὐκ ἐᾶ ἐπὶ πόρνης μοιχὸν λαβεῖν, αἳ ἐπ' ἐργαστηρίου κάθηνται.

Cap. VII.

A. Ὁ δὲ ὠκεανὸς ποταμός ἐστι καθ' ὅμηρον. ὠκεανὸς δὲ ποταμὸς καθ' ὅμηρον περιρρέων κύκλῳ τὴν γῆν ποταμῶν πάντων πατὴρ ὤν.

B. Γῆν πολλὴν, καὶ λίμνην τινὰ μεγάλην περιρρέουσαν.

C. Επειδὴ ἐκ τῆς τῶν ὑγρῶν ἀναθυμιάσεως γίγνεται ἀήρ.

D. Πίνει θάλασσα δ' αὔρας, ὁ δ' ἥλιος θάλασσαν, τὸν δ' ἥλιον Σελήνη.

Cap. VIII.

A. Εἰρεσιώνη σῦκα φέρει. καὶ πίονας ἄρτους,
Καὶ μέλι ἐν κοτύλῃ, καὶ ἔλαιον ἐπιψήσασθαι,
Καὶ κύλικ' εὔζωρον ἵνα μεθύουσα καθεύδῃ. *siue*
—ὡς ἂν μεθύουσα καθεύδῃς. in 2. versu in Arist. sch. Pluto legitur ἀποψήσασθαι.

B. Αναθῶμεν νῦν χ' ἡμεῖς τούτους τὰς δυὸς εἰρεσιώνας. καὶ προσπαιγάλωμεν ἐπελθόντες·

C. Ορῶ ἔχοντ' ἐλαίας θ' ὑψιγήρωτον κλάδον λήνει μεγίστῳ σωφρόνως ἐστεμμένον ἀργῆτι μαλλῷ.

D. Ἔπαφε δή σου θύμαθ' ἡ πρῶσι μοι πάγκαρπ' ἄσαντα τῷ δὲ ἀπαρχάς·

E. Τὸ δὲ ἐπευχόμενον οὐδεν ἴσως ἄτοπον, ἀλλ' οἱ τὸ ἄλλο προστιθέασιν. οἷον τὸ πίνακας τὸν Ασκληπιόδου ἀντιμβάλλειν γὰρ τῇ γῇ παγκαρπίαν μελιτοῦσσαν.

Cap. X.

A. Ζεῦ κύδιστε, μέγιστε, καὶ ἀθάνατοι θεοὶ ἄλλοι,
Ὁππότεροι πρότεροι ὑπὲρ ὅρκια πημήνειαν,
Ὧδέ σφ' ἐγκέφαλος χαμάδις ῥέοι, ὡς ὅδε οἶνος,
Αὐτῶν, καὶ τεκέων, ἄλοχοι δ' ἄλλοισι μιγεῖεν.

Cap. XI.

A. Τὸ δὲ κατὰ τὸ ἔθος τῆς λέξεως, *hoc est*. διὰ κατάλυψιν. οἷον τὸν κεκερασμένον, οἶνον φασὶν εἶναι· ὅθεν πεποίηται, κνημῖδες νεοτεύκτου κασσιτέροιο, καὶ χαλκέας, τοὺς τὸν σίδηρον ἐργαζομένους.

B. Αμφὶ δέ μιν κνημῖδες νεοτεύκτου κασσιτέροιο.

C. Τεῦξε δέ οἱ κνημῖδας ἑανοῦ κασσιτέροιο.

D. Πολλὰ δ' ἐν ἀφνειοῦ πατρὸς κειμήλια κεῖται,
Χαλκός τε, χρυσός, πολυκμήτός τε σίδηρος.

E. Αλλὰ σιδηροφόροι συφελὴν χθόνα γατομέοντες
Ὦνον ἀμειβόμενοι βιοτήσιον—

F. Η τῶν πολλῶν, καὶ ἰδιωτῶν χρῆσις τὸν χαλκὸν ἀργύρεον λέγειν, οἷον οὐκ ἔχει χαλκὸν, καὶ ὀφείλει χαλκόν.

Cap. XIII.

A. Πρὸς τοῦτο πιθαί τις ὑπεκάθητο τοῖς χείλεσι,
Οὕτως ἐκήλει, καὶ μόνος τῶν ῥητόρων
Τὸ κέντρον κατέλιπε τοῖς ἀκροωμένοις·

Cap. XIV.

A. Καὶ παραγαγὼν τὸν Διόνυσον ἐν Σεμέλῃ διασπαλλόμενον πεποίηκε. πρῶτον μὲν ὅτε ἐμοί τι θύουσί τινες, αἷμα, κύστιν, μὴ καρδίαν μηδὲ ἐπίπλαιον.

B. Δεινὸν γὰρ ἂν εἴη, εἰ πρὸς τὰ δῶρα, καὶ πρὸς τὰς θυσίας ἀποβλέπουσιν ἡμῶν οἱ θεοὶ, ἀλλὰ μὴ πρὸς τὴν ψυχήν.

C. Διδασκόμεθα, ὅτι πλέον τῶν θυσιῶν τέρπονται οἱ θεοὶ τοῖς οἰκείοις ἑκάστου ὕμνοις·

D. Θεοῖς μικρὰ θύοντας πλὴν τῶν βαθυτέρων ὄντας εὐσεβεστέρους.

E. Τὰ δὲ λέγει Αμμων, φησὶν ἂν βούλεσθαι αὐτῷ τὴν Λακεδαιμονίων εὐφημίαν εἶναι μᾶλλον, ἢ τὰ σύμπαντα τῶν ἑλλήνων ἱερά.

F. Οὐδεὶς ἄδικος θεὸς κοινωνεῖ· οὐδεὶς γὰρ κακὸς θεοφιλής.

CAP. XV.

A. Τοιούτῳ δὴ ἔοικα, καὶ τῷ τῶν εὐεργετῶν. τὸ γὰρ εὖ πεπονθέναι ἔργον ἐστὶν αὐτῶν.

B. Καὶ οἱ χρηματιζόμενοι περὶ τὰ χρήματα σπουδάζουσιν ὡς ἔργον αὐτῶν.

C. Μὴ οὖν θαύμαζε εἰ τὸ αὐτοῦ ἀποβλάστημα φύσει πᾶς ἐρᾷ.

D. Ηρίστευσε δὲ καὶ Σωκράτης ἐπὶ τῷ δεξιῷ ταχθεὶς πολὺ μᾶλλον, ἢ ὅτε ζῶν ἐπὶ Δηλίῳ ἐμάχετο.

CAP. XIX.

A. Πάντες θεοὶ φύουσιν ἀνθρώποις φρένας,
Πάντων δ' ἐστὶ χρημάτων ὑπέρτατον.

CAP. XX.

A. Αχαιοῖς οἷά τι νεβρὸν Νεοθηλέα γαλαθηνὸν ὃς ἐν ὕλαις κεροέσσης ὑποληφθεὶς ὑπὸ μητρὸς ἐπτοήθη.

B. Εἰ δ' ὡς ἐκ πελάγους ἐρρύσατο Δᾶμιν ἄνασσα,
Κὰκ πενίης θύσει χρυσόκερων κεμάδα.

CAP. XXI.

A. Οἱ μετὰ λόγου βιώσαντες χριστιανοί εἰσι, κἂν ἄθεοι ἐνομίσθησαν· οἷον ἐν Ἕλλησι μὲν Σωκράτης, καὶ Ἡράκλειτος, καὶ οἱ ὅμοιοι αὐτοῖς· καὶ βαρβάροις δὲ Ἀβραάμ, Ανανίας.

CAP. XXII.

A. Εἰ γὰρ δὴ ἕκαστον τραγῳδίας. ἀγωνίζεσθαι πρὸς κλεψύδραν ἀνηγωνίζοντο ὥσπερ ποτὲ καὶ ἄλλοτέ φασιν.

B. Ὃς γὰρ ἀγῶνας καινοὺς ὥσπερ δράματα, καὶ τούτους ἀμαρτύρους πρὸς διαμεμετρημένην ἡμέραν αἱρεῖς διώκων.

LIB. II. CAP. I.

A. Τριχορίαν δὲ Τυρταῖος ἔστησε τρεῖς Λακώνων χοροὺς καθ' ἑκάστην, παῖδας, ἄνδρας, γέροντας.

B. Παῖς. ἔαρ· νεανίσκος, θέρος: νεανίης φθινόπωρον: γέρων, χειμών.

Ὄμματα, καὶ κεφαλὴν ἴκελος Διῒ τερπικεραύνῳ,
Ἄρεϊ δὲ ζώνην, στέρνον δὲ Ποσειδάωνι.

CAP. III.

A. Ἰχθύσι μὲν, καὶ θηρσὶ, καὶ οἰωνοῖς πετεηνοῖς
Ἐσθέμεν ἀλλήλους. *Quid ita?* ἐπεὶ οὐ δίκη ἐστὶν ἐπ' αὐτοῖς.

B. Τῷ μὲν τ' ἐκπάγλως κοτέων βασιλήϊος ὄρνις
Αὐτῆς ἐκ πελάγους ὑπερείξεται ἀντίον ἐχθρὴν
Δῆριν ἀγχινεκύεσσιν, ὅταν βλώσκοντα καθ' ὕλην
Δέρκηται——

C. Αγνοεῖ δ' Ἀράχνη παῖδας ὡς παιδεύεται,
Θρέψασα γὰρ τίθηκε πρὸς τῶν φιλτάτων.

D. Ἐχθὺς δ' ἀλλήλοισιν ἀνάρσιον αἰὲν ἔχουσι
Πᾶν ἔφιον, ἐλάφων τε γένος, πάντῃ δ' ἐρυόντες
Οὔρεος ἐκ βήσσης ἔλαφος θερμοῦ ἑρπηστῆρος.

E. Δελφῖνες τῇ. καὶ τῇ ἐθνίεσιν ἰσχυάοντες
Νηχομένοις ἴκελοι, δεινὸν δ' ἀναφυσιόωντες
Ἀργύρεοι Δελφῖνες ἐθοίνων ἔλλοπας ἰχθῦς
Τῶν δ' ὑπὸ χάλκεοι τρέον ἰχθύες——

F. Ὡς ὑπὸ Δελφῖνος μεγακήτεος ἰχθύες ἄλλοι
Φεύγοντες πιμπλᾶσι μυχοὺς λιμένος εὐόρμου
Δειδιότες. μάλα γάρ τε κατεσθίει, ὅν κε λάβῃσιν.

G. Ὅπλον ἑκάστῳ νεῖμε θεὸς φύσιν ἠρέφοιτον,
Ὄρνισι μὲν πολλὴν ταχυτῆτ' ἀλκὴν δὲ λέουσι,
Ταύροις δ' αὐτοφύτοις κεράεσσι, κέντρα μελίτταις
Ἔμφυτον ἄλκαρ ἔδωκε· λόγος δ' ἔρυμ' ἀνθρώποισιν,
Τῆς δὲ θεοπνεύστου σοφίης λόγος ἐστὶν ἄριστος.

H. Ὄφις εἰ μὴ φάγῃ ὄφιν, δράκων οὐ γενήσεται.

I. Τ' ἀλλότρια δειπνεῖν τὸν καλῶς εὐδαίμονα.

K. Οὕτω τι τἀλλότρια ἐσθίειν ἐστὶ γλυκύ.

L. Ἀνθρώποισι δ' ἔδωκε δίκην, ἣ πολλὸν ἀρίστη
Γίνεται——

M. Εἶδε τὸ ὕδωρ πίνειν, ἴδε καὶ πάμμαθε ἄνθρωποι γε;

CAP. V.

A. Πλεῖαί τοι οἴνου κλισίαι, τὸν νῆες Ἀχαιῶν
Ἠμάτιαι Θρήκηθεν ἐπ' εὐρέα πόντον ἄγουσιν

B. Τρεῖς γὰρ μόνους κρατῆρας ἐγκεραννύω
Τοῖς εὐφρονοῦσι τὸν μὲν ὑγιείας ἕνα,
Ὃν πρῶτον ἐκπίνουσι· τὸν δὲ δεύτερον
Ἔρωτος, ἡδονῆς τε, καὶ τρίτον δ' ὕπνου,
Ὃν ἐκπιόντες οἱ σοφοὶ κεκλημένοι
Οἴκαδε βαδίζουσιν· ὁ δὲ τέταρτος οὐκ ἔτι
Ἡμέτερός ἐστ' ἀλλ' ὕβρεως· πέμπτος δὲ βοῆς.
Ἕκτος δὲ κώμων· ἕβδομος ὑπωπίων·
Ὄγδοος δὲ κλήτορος· ὁ δ' ἔνατος χολῆς·
Δέκατος δὲ μανίας, ὥστε καὶ βάλλειν ποιεῖ,
Πολὺς γὰρ εἰς ἓν μικρὸν ἀγγεῖον χυθεὶς
Ὑποσκελίζει ῥᾷστα τοὺς πεπωκότας.

C. Αἱ νύμφαι τὸν Βάκχον, ὅτ' ἐκ πυρὸς ἥλατο κοῦρος,
Νίψαν ἀπὸ τέφρης ἄρτι κυλιόμενον,
Τοὔνεκα σὺν νύμφαις Βρόμιος φίλος· ἣν δ' ἀνέργης
Μίσγειν, δέξῃ πῦρ ἔτι καιόμενον.

D. Οἴμοι δὲ κύλικος ἴσον ἴσῳ κεκραμένης.

E. Καὶ πέντε πίνε, καὶ τρία, ἢ μὴ τέτταρα.

F. Ἢ γὰρ δύο πρὸς πέντε πίνειν φησὶ δεῖν, ἢ ἕνα πρὸς τρεῖς.

CAP. VIII.

A. Σὺ μὲν νομίζεις αὖ σεαυτὸν ἣ θέλεις, ἔξω βαρείας αἰτίας ἐλεύθερον. (λυπη

B. Ἡδὺ τ' ἀποθνήσκειν, ὅτῳ ζῆν μὴ παρίσταται, ὡς βυ-
Ἐλεύθερον γὰρ τὸ μὴ πρὸς ἄλλον ζῆν.

C. Τίς ἐστι δοῦλος, τοῦ θανεῖν ἄφροντις ὤν;

CAP. XIII.

A. Εἴποτ' Ἀχιλλῆος ποθὴ ἵξεται υἷας Ἀχαιῶν.

B. Ὁ κάμιλλος ηὔξατο τὴν Ἀχιλλέως εὐχὴν ἐπιτυχεῖν, ὁμηρικῶς, κάμιλλον ἐν καιρῷ ἀποκτῆσαι δὲ αὐτοῦ ὕστερον.

C. Μηκέτ' ἔπειτ' Ὀδυσῆϊ κάρη ὤμοισιν ἐπείη
Μηδ' ἔτι Τηλεμάχοιο πατὴρ κεκλημένος εἴην.

D. Αἵ νύ ποθ' Ἡσίοδον καλὴν ἐδίδαξαν ἀοιδὴν
Τόνδε δέ με πρώτιστα θεαὶ πρὸς μῦθον ἔειπον.

E. Ἰδὼν δὲ αὐτὸν ἀπὸ τοῦ Ἑλληνικοῦ ὁ Ξενοφῶν.

F. Καί πού τι καὶ βροτῶν φρένας ὑπὲρ τὸν ἀληθῆ λόγον δεδαιδαλμένοι ψεύδεσι ποικίλοις ἐξαπατῶντι μῦθοι.

G. Χάρις δ', ἅπερ ἅπαντα τεύχει τὰ μείλιχα θνατοῖς, ἐπιφέροισα τιμὰν, καὶ ἄπιστον ἐμήσατο πιστὸν ἔμμεναι τὸ πολλάκις.

H. Τὰ δὲ δαίετο θαύματα ἔργα. θαύματα δὲ τὰ θαυμαστὰ διὰ τὸ μέγεθος, καὶ Πίνδαρος, ἦ θαύματα πολλά.

CAP. XV.

A. Εὕδεις Ἀτρέος υἱὲ δαΐφρονος ἱπποδάμοιο.
Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα.

B. Ἡδύ τι πίνειν, οἶνος Ἀφροδίτης γάλα.

CAP. XVII.

A. Ἡ τῶν τέκνων προσηγορία καὶ ἐπὶ τοὺς ἐκγόνους ἐκτείνεται.

CAP. XVIII.

A. Θαυμάζω πρὸς τούτοις, τοὺς μετ' ἀΐπνου τοῦτο προσφερομένους, ὡς ἀπεψίας μᾶλλόν ἐστιν ἐπιτηδειοτέρα ἐμπιεῖν ἀνάγκασαι ἄνωθεν τὴν τροφήν.

CAP. XXII.

A. Εἴ τιν' ἔχθιστε.
Τὰν αἶγαν φλάσσοι τυ πρὶν ἢ ἐμὲ καλλιερῆσαι
Ταῖς νύμφαις τὰν ἀμνὸν —

LIB. III. CAP. I.

A. Καὶ δὴ καὶ περιφέρεται τὰ ἔπη ταυτί. ταῦτ' ἔχω, &c.

B. Εὖ εἰδὼς, ὅτι θνητὸς ἔφυς, τὸν θυμὸν ἄεξε
Τερπόμενος θαλίῃσι, θανόντι τοι οὔτις ὄνησις·
Καὶ γὰρ ἐγὼ σποδός εἰμι Νίνου μεγάλης βασιλεύσας,
Ταῦτ' ἔχω ὅσσ' ἔφαγον, καὶ ἐφύβρισα, καὶ μετ' ἔρωτος
Τερπν' ἔπαθον· τὰ δὲ πολλὰ, καὶ ὄλβια κεῖνα λέλειπται.
Ἥδε σοφὴ βιότοιο παραίνεσις ἀνθρώποισιν.

C. Τὸ φαγεῖν, τὸ πιεῖν, τὸ τῆς Ἀφροδίτης τυγχάνειν.
τὰ δ' ἄλλα προσθήκας ἅπαντα ἐγὼ καλῶ.

D. Πολλὰ φαγὼν, καὶ πολλὰ πιὼν, καὶ πολλὰ κακ' εἰπὼν,
Ἀνθρώπους, κεῖμαι Τιμοκρέων Ῥόδιος.

E. Βαιὰ φαγὼν, καὶ βαιὰ πιὼν, καὶ πολλὰ νοσήσας,
Ὀψὲ μὲν, ἀλλ' ἔθανον, ἔρρετε πάντες ὁμοῦ.

F. Ταῦτ' ἔχω ὅσσ' ἔμαθον, καὶ ἐφρόντισα, καὶ μετ' εἰπὼν,
Σεμν' ἐδάην ----

CAP. III.

A. Ἥδιστα δὲ ἐς ὕδωρ ψυχρὸν σφᾶς αὐτοὺς ῥίπτεον· καὶ πολλὰ τοῦτο τῶν ἠμελημένων ἀνθρώπων καὶ ἔδρασαν ἐς φρέατα.

B. Καὶ φοβερὰ ὀνομάζειν. καὶ κελεύουσιν ἅλλεσθαι καὶ καταπίπτειν ἐς τὰ φρέατα, καὶ ἄγχεσθαι. ἅτε ἀμείνονά τι ἐόντα· mox remedium docet: ἡ δὲ τῆς ἀπαλλαγῆς θεραπεία, ὁκόταν τι μὴ ἐμποδίζῃ τοῦ αἵματος τὴν ἀπόῤῥυσιν, κελεύω δὲ ἔγωγε τὰς παρθένους, ὁκόταν τὸ τοιοῦτον πάσχωσιν, ὡς τάχιστα συνοικῆσαι ἀνδράσι.

C. Φρενησάσης δὲ τῆς ἀνθρώπου τῇ ἀρτέμιδι αἱ γυναῖκες ἄλλα τε πολλὰ, ἀλλὰ δὴ καὶ τὰ πολυτελέστατα τῶν ἱματίων καθιεροῦσι τῶν γυναικείων κελευόντων τῶν μάντεων ἐξαπατώμεναι.

CAP. IV.

A. Τοῦ κεκορεσμένου δῆριν, καὶ νεῖκε' ὀφέλλεις.

B. Κρύψαντες γὰρ βίον ἀνθρώποις.

C. Πλείη μὲν γὰρ γαῖα κακῶν, πλείη δὲ θάλασσα.

D. ---ἐσθλὰ δ' ἐπὶ πάντα
Τείσειν ἐλέω---

E. Οἱ ῥα φυλάσσουσι τε δίκας, καὶ σχέτλια ἔργα.
Μηκέτ' ἔπειτ' ὤφελλον ἐγὼ πέμπτοισι μετεῖναι.

F. Νῦν γὰρ δὴ γένος ἐστὶ σιδήρεον, οὐδέ ποτ' ἦμαρ
Παύσονται καμάτου, καὶ ὀϊζύος---

G. Παῦροι γάρ τοι παῖδες ὁμοῖοι πατρὶ πέλονται,
Οἱ πλέονες κακίους, παῦροι δέ τε πατρὸς ἀρείους.

H. Οἵην χρύσειοι πατέρες γενεὴν ἐλίποντο
Χειροτέρην, ὑμεῖς δὲ κακώτερα τεξείεσθε.

K. Ἀρχομένη πρώτης γενεῆς μερόπων ἀνθρώπων,
Ἄχρις ἐπ' ἐσχατίῃσι προφητεύσω τὰ ἕκαστα,
Ὁππόσα πρὶν γέγονεν, πόσα θ' ἔστιν, ὁπόσα δὲ μέλλει

L. Μοῦνος δ' ἐν πάντεσσι δικαιότατος, καὶ ἀληθὴς
Ἦν Νῶε, πιστότατος, καλοῖς τ' ἔργοισι μεμηλώς.

CAP. V.

A. Τὸν μὲν ἐγὼ βούλευσα κακὰ μεγαλήτορα θυμὸν
Ἆσσον ἰὼν ξίφος ὀξὺ ἐρυσσάμενος παρὰ μηροῦ,
Οὐτάμεναι πρὸς στῆθος, ὅθι φρένες ἧπαρ ἔχουσι,
Χεῖρ' ἐπιμασσάμενος, (sive ἐπιμαστάμενος) ἕτερος δέ με θυμὸς ἔρυκεν,
Αὐτοῦ γάρ κε καὶ ἄμμες ἀπωλόμεθ' αἰπὺν ὄλεθρον.

CAP. VI.

A. Ὃς πρὸς Τυδείδην Διομήδεα τεύχε' ἄμειβε

Χρύσεα χαλκείων ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων.

B. Τὰ ὑπὸ τῶν μνηστήρων ταῖς μνηστευομέναις διδόμενα, τὰ πρὸ τοῦ γάμου ἀπὸ τοῦ νυμφίου διδόμενα δῶρα τῇ νύμφῃ.

Cap. VII.

A. Τῶν δὲ νεανίσκων, ὅσοι ἂν ἁλίσκωνται πρὸς τοῦτοις γεγνόμενοι διότι κρεμάσιν), καὶ οἱ πατέρες αὐτῶν ἐν αἰτίαις ἔσονται μεγίσταις.

Cap. IX.

A. Διὸ καὶ οἱ πένταθλοι ἄλλον) πλεῖον ἔχοντες τοὺς ἁλτῆρας, ἢ μὴ ἔχοντες· καὶ οἱ θέοντες θᾶττον θέουσι παρασείοντες τὰς χεῖρας.

B. Αλτῆρες κατασκεύασμά τι, ᾧ κέχρην) οἱ σωματασκοῦντες ἐν ταῖς γυμνασίαις, παρὰ τὸ ἄλλομαι· βαστάζοντες γὰρ αὐτὰ, καὶ περιφέροντες ἥλλοντο ἐν τῷ Γυμνασίῳ.

Cap. XIII.

A. Αὖθεν Ιηλυσσόντα καὶ ἀργεννέντα κάμμορον.
Τρέχθαι δὲ ᾤκηθεν κατὰ Φυλαδὸν—

Cap. XIV.

A. Τὰ δὲ παιδία χρὴ τὰ νήπια βρέχειν ἐν τῷ θερμῷ ὕδατι ἐπὶ πολὺ χρόνον, καὶ οἶνον διδόναι ὑδαρέα τὸν οἶνον, καὶ μὴ ψυχρὸν παντάπασι.

B. Θαρσαλέοι Κελτοὶ ποταμῷ ζηλήμονι Ῥήνῳ
Τέκνα ταλαντεύουσι, καὶ οὐ πάρος εἰσὶ τοκῆες,
Πρὶν παῖν ἀθρήσωσι λελυμένον ὕδατι σεμνῷ.

Cap. XV.

A. Τιμή τίς ἐστι παρὰ Ῥωμαίοις τὸ κλῆμα, οὗ τοὺς τυχόντας φασὶν ἑκατοντάρχας γίγνεσθαι τὸ πρῶτον κολάζοντος.

B. Τὸ κλῆμα, ᾧ κολάζουσιν ἑκατοντάρχαι τοὺς πληγῶν δεομένους, ἐπικαλούμενος.

Cap. XVI.

A. Κυβερνήτου μὲν ἔργον ἀγαθοῦ ὡς τὰς τῶν πνευμάτων μεταβολὰς ἁρμόσασθαι· ἀνδρὸς δὲ σοφοῦ πρὸς τὰς τῆς τύχης.

B. Ἀλλ' οὐ δ', ὡς ἑτάρους ἐρρύσατο ἱέμενός περ,
Αὐτῶν γὰρ σφετέρῃσιν ἀτασθαλίῃσιν ὄλοντο.

C. Ω πόποι, οἷον δή νυ θεοὺς βροτοὶ αἰτιόωνται,
Ἐξ ἡμέων γάρ φασι κάκ' ἔμμεναι· οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ
Σφῇσιν ἀτασθαλίῃσιν ὑπὲρ μόρον ἄλγε' ἔχουσιν.

D. Εἰ δὲ πέπονθε τὰ δεινὰ δι' ὑμετέρην κακότητα,
Μή τι θεοῖς τούτων μοῖραν ἐπαμφέρετε.
Αὐτοὶ γὰρ τούτους ηὐξήσατε ῥύσια δόντες,
Καὶ διὰ ταῦτα κακὴν δουλοσύνην ἔχετε.

Cap. XX.

A. Σωφροσύνῃ προφέρων θνητῶν, ἤθει τε δικαίῳ
Ἐνθάδε κεῖται ἀνὴρ θεῖος Ἀριστοκλέης.

Cap. XXII.

A. Ομαλισμένος λόγος, ὃς καὶ ἔξαρμα ἔχει, ἤγουν ὕψος, ὄγκον μέγεθος· καί πως δοῦ διὰ τὸ ὑπερηρμένον, ἐπίχος ὁ τοιοῦτος λόγος εἶναι δοκεῖ· διόπερ ὁ μὴ τοιοῦτος πεζὸς λέγε), διὰ τὸ ταπεινὸν, καὶ τὸ ὡς ἀπὸ ὕψους τινὸς καὶ ὀχήματος καταβῆναι εἰς τοὔδαφος.

Cap. IV. Lib. II.

A. Φίλους δὲ τοὺς μὴ οὐ χαλῶντας ἐν λόγοις
Κέκτησο· τοὺς δὲ πρὸς χάριν σοὶ ἡδονῇ
Τῇ σῇ πονηροὺς, κλεῖθρον εἴργεται στέγης.

B. Ὥσπερ ὁ Ἀκταίων ὑπὸ τῶν τρεφομένων ὑπ' αὐτοῦ κυνῶν ἀπέθανεν, οὕτως οἱ κόλακες τοὺς τρέφοντας καταθοίνωσι.

C. Νυνὶ δὲ ἂν ἴδω μὲν ἄνθρωπον τὸν μὲν χιτωνίσκον ἔχοντα παραλελυμένον ἐκ πλαγίων, ἢ τὴν ἄλλην στολὴν κακῶς περικειμένην, διορθοῦμεν, καὶ ὑπομιμνήσκομεν· ἂν δὲ ἴδωμεν αὐτοῦ τὴν ζωὴν καταλελυμένην οὐδὲ λόγον ποιούμεθα.

Cap. III.

A. Οὐ σιωπήσῃ μεῖζον τῆς μητρὸς ἔχων τὸ φύσημα.

B. Ἀνδρῶν πολιτικῶν πολιτικὸν φύσημα φυσώντων.

E. Καταπέπλασται τῆς γλώσσης ὑλομανοῦσαν τὴν, καὶ φλεγμαίνουσαν ὀνομάτων καινότητι.

F. Πρὸς θέσιν συνεγύμναζε τοὺς μαθητὰς, ἅμα καὶ ῥητορικῶς ἐπασκῶν.

G. Δῶκε δὲ οἱ χρυσέῃ ἐν ληκύθῳ ὑγρὸν ἔλαιον.

Cap. IV.

A. Κέντρον δέ ἐστι τὸ ἐπιτιθέμενον τοῖς ὄνοις, ἐκ πολλῶν, καὶ διαφόρων συρραφὲν σακκίον, καὶ ἐπίσαγμα τῶν ὄνων. ἄλλως. οἱ ἐκ τῶν ἄλλων συνηθροισμένοι ἐπὶ τοιαῦτά τινα τοῖς ὑποζυγίοις ῥιπτόμενα, καλοῦνται κέντρωνες.

B. Κέντρωνες μεταφορικῶς ἔπη τινὰ ἃ καὶ ὁμηρόκεντρα λέγεται· κυρίως δὲ κέντρωνες τὰ ἐκ διαφόρων χρωμάτων συνερραμμένα, ὅτι παρὰ τὸ κέντρων λέγονται.

C. Κέντρων ὁ ἐκ πολλῶν συνερραμμένος· ἐπεὶ τοιαῦτα τοῖς ὑποζυγίοις συρράπτοντες, καλοῦσι κέντρωνας· ὡσαύτως καὶ λόγους ἐκ διαφόρων συνειλεγμένους, καὶ ἵνα σκοπὸν ἀπαρτίζοντας οἷά εἰσι τὰ ὁμηρόκεντρα.

D. Δυσομανὲς, νεκροῦ ὄμματ' ἔχων, κραδίην δ' ἀκύλιον.

Cap. VI.

A. Ἑπτὰ πόλεις διερίζουσι περὶ ῥίζαν Ὁμήρου.
Σμύρνα, Ῥόδος, Κολοφὼν, Σαλαμὶν, Χῖος, Ἄργος, Ἀθῆναι.

B. Χρηστὸς δὲ θεὸς, διὰ τὸ εὐεργετικός τις ἡμῖν, καὶ ἀγαθοδότης· ὅπως δὴ καὶ λέγε) ὑπὸ τοῦ ἰωνικοῦ ποιητοῦ ὡς κ' ὦ πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

C. Πατράσι πολέθει μάχας οὐρανὸς, ἐκ δὲ τοκῆος
Οὐ θνατᾶς, ματρὸς δ' ἔπλεο καλλιόπας.

Εἰ θεός ἐστιν Ὅμηρος, ἐν ἀθανάτοισι σεβέσθω·
Εἰ δ' αὖ μὴ θεός ἐστι, νομιζέσθω θεὸς εἶναι.

CAP. X.

A. —τὴν δ' Ἀφροδίτην
Ἀφρογενέα τε θεὰν, καὶ ἐϋστέφανον Κυθέρειαν,
Κικλήσκουσι θεοί τε, καὶ ἀνέρες, οὕνεκ' ἐν ἀφρῷ
Θρέφθη —

B. Ἀγνώσσεις, ὅτι Κύπρις ἀπὸ σπορᾶς ἐστι θαλάσσης,
Καὶ κραταιοῦ πόντοιο, καὶ ἡμετέρων ὀδυνάων.

C. Τὴν ἀναδυομένην ἀπὸ μητέρος ἄρτι θαλάσσης
Κύπριν ὅλην χρυσῆν ἐχθὲς ἔπλεψε Δίων.

D. —ἀμφὶ δὲ λευκὸς
Ἀφρὸς ἀπ' ἀθανάτου χροὸς ὤρνυτο, τῷ δ' ἔνι κούρη
Ἐθρέφθη —

CAP. XIII.

A. Δεινὸς γὰρ εὑρεῖν κἀξ ἀμηχάνων πόρους.
Ἐκ τῶν ἀπόρων εὐπόρους ἀφορμάς.

B. Τὸ ἐν ἀπόροις εὔπορον, τὸ ἐν ἀμηχάνοις εὐμήχανον.

CAP. XIV.

A. Εὐλόγως δὲ καὶ οἱ μυθογράφοι φασὶν ὅτι ἔγκυος οὖσα ἡ μῆτις τὴν Ἀθηνᾶν κατεπόθη ὑπὸ τοῦ Διός· καὶ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ τῷ ὡρισμένῳ τῆς ἀποκυήσεως χρόνῳ ἐξέθορεν ἡ θεὸς σὺν ὅπλοις.

CAP. XV.

A. Χάρις οὖν πρωτόγονος ἡ τοῦ θήλεος ὕπειξις τῷ ἄρρενι κέκληται πρὸς τῶν παλαιῶν, καὶ τὴν οὔπω γάμου ἔχουσαν ὥραν ἡ Σαπφὼ προσαγορεύουσά φησιν, ὅτι σμικρά μοι παῖς ἔμμεναι φαίνεαι, κἄχαρις.

B. Χαρίζεσθαι γὰρ κυρίως τὸ συνουσιάζειν λέγεται.

C. Ὥσπερ Θεόπομπος ἐν μηδῷ εἰσάγει τὸν Λυκαβηττὸν λέγοντα παρ' ἐμοὶ τὰ λίαν μειράκια χαρίζεται τοῖς ἡλικιώταις· καὶ Ἀριστοφάνης ἐν ἱππεῦσιν ἐκ μεταφορᾶς, πολλῶν γὰρ ἤδη πειράντων αὐτὴν, ὀλίγοις χαρίσασθαι.

CAP. XVI.

A. Τοὺς ἄμφω ζωοὺς κατέχει φυσίζοος αἶα,
Οἳ καὶ νέρθεν γῆς τιμὴν πρὸς Ζηνὸς ἔχοντες,
Ἄλλοτε μὲν ζώουσ' ἑτερήμεροι, ἄλλοτε δ' αὖτε
Τεθνᾶσιν. τιμὴν δὲ λελόγχασιν ἶσα θεοῖσι.

B. Καὶ Κάστορος βίαν. Σέ τ' ἄναξ Πολύδευκες, υἱοὶ θεῶν τὸ μὲν παρ' ἦμαρ ἕδραισι Θεράπνας τὸ δ' οἰκέοντας ἔνδον Ὀλύμπου.

C. Κύματα τ' ἐστόρεσαν λευκῆς ἁλὸς ἐν πελάγεσσι,
Ναύταις σήματα καλὰ πόνου σφίσιν, οἱ δὲ ἰδόντες
Γήθησαν. παύσαντο δ' ὀϊζυροῖο πόνοιο.

D. Ἀλλ' ἔμπης ὑμεῖς τι, καὶ ἐκ βυθοῦ ἕλκετε νῆας
Αὐτοῖσιν ναύτῃσιν ὀϊομένοις θανέεσθαι,
Αἶψα δ' ἀπολήγοντ' ἄνεμοι, λιπαρὰ δὲ γαλήνη
Ἀμπέλαγος. νεφέλαι δὲ διέδραμον ἄλλοδις ἄλλαι.

E. Εὐδίαν ὃς κατὰ χειμέριον ὀμβροντίαν κατεθύνετε μάκαιραν ἑστίαν.

F. Ζηνὸς γὰρ υἱοὺς ζηλῶ νιν ἄφθιτον χρέων,
Κάστορά τε Πολυδεύκη ἐν αἰθέρος πτυχαῖς
Σιωθροῦν ἔσονται ναυτίλοις σωτήριον.

CAP. XVII.

A. Ὅστις ἀγοράζων ὄψον ἐξὸν ἀπολαύειν ἰχθύων ἀληθινῶν, ῥαφανῖδας ἐπιθυμεῖ πρίασθαι. μαίνεται.

B. Ὄψα λέγονται τὰ τοῦ σίτου ἡδύσματα, παρὰ τὸ ὀψὲ καὶ τοῦτο διχῶς· ἢ γὰρ ὅτι ὀψὲ ὥρας εἰς δεῖπνον προσεφέροντο αὐτὰ παυσάμενοι ἤδη τῶν ἔργων· ἢ ὅτι ὀψὲ χρόνου ἐξευρέθησαν κατὰ τὰς ἀναγκαίας ἐξ ἀκροδρύων. πορίμων τροφάς.

C. Τοὺς σωροὺς τῶν λίθων. ἑρμαῖς ἐστὶν ἐν ταῖς ὁδοῖς γινομένους εἰς τιμὴν τοῦ θεοῦ ἐνοδίου.

D. Καὶ πετεινὰ σέβεσθε, καὶ ἑρπετὰ θηρία γαίης,
Κἂν παρ' ὁδοῖσι λίθων συγχώματα ταῦτα σέβεσθε.

CAP. XX.

A. Καὶ κάπης αὐδῇ ἐρίου Τρώων ὑπερηνορεόντων
Τύμβῳ ἐπιθρῴσκων Μενελάου κυδαλίμοιο.

B. —μελέους ὅπηδοῖ
Λωτόμενος νεκύας περινησσόμενοι, οἳ δ' ἐπιθόντο
Αἰδόμενοι κταμένους —
Οὐ γὰρ ἐπιφθιμένοισι πέλει κότος, ἀλλ' ἐλεεινοί,
Ἀΐοι οὐκ ἔτ' ἐόντες. ἐπὴν ἀπὸ θυμὸς ἔληται.

C. — Ἄλλοι δὲ περίδραμον υἷες Ἀχαιῶν,
Οἳ καὶ θηήσαντο φυὴν καὶ εἶδος ἀγητὸν, &c.
Ὡς ἄρα τις εἴπεσκε, καὶ οὐτήσασκε, &c.

D. Βάλλετε νῦν μετὰ τύμβον ἐμὸν δέμας, ὅτι καὶ αὐτοὶ
Νεκροῦ σῶμα λέοντος ἐφυβρίζουσι λαγωοί.

E. Εἶναι γὰρ δὴ τὸ μὲν ζῶντα τὸν τύραννον ἐπισκώπτειν, ἀνδρὸς· τὸ δὲ ἐπεμβαίνειν κειμένῳ, παντός.

LIB. V. CAP. II.

A. τὸ μὲν λογικὸν ἄφθαρτον. καὶ γὰρ τὴν ψυχὴν οὐ θεὸν ἀλλ' ἔργον τοῦ αἰδίου θεοῦ ὑπάρχειν νῦν μὲν προσλαμβάνουσα ψυχὴ αἰεὶ θεὸν. θεὸς οὖσα.

B. Πρὸς τὸ φάος γὰρ χρή σε σπεύδειν πρὸς πατρὸς αὐγάς.
Ἔνθεν ἐπέμφθη σοι ψυχὴ πολὺν ἑσσαμένη νοῦν.

C. Παύσασθαι πολέμοιο δυσηχέος, εἰσόκε δαίμων
Ἄμμε διακρίνη —

D. Ἔρως δ' αὖτε ὁ λυσιμελὴς δονεῖ
Γλυκύπικρον, ἀμάχανον ὄρπετον.

E. Ἐλπίδες ἀνθρώπων ἐλαφραὶ θεαὶ οὐ γὰρ ἂν ὧδε
Λέσβον ὁ λυσιμελὴς ἀμφεκάλυψ' ἀΐδης.

CAP. XI.

A. Οὔτι ἐγὼ τόμματον ἔσομαι κατὰ οἷς ἑτέροισιν
Τοὺς δ' ἄλλους πρόσθεν· τὸ δέ τοι ξεινήϊον ἔσται.

CAP. XII.

A. Ἀμαθεῖ καὶ διὰ τοῦτο παῖδας ἔχει ἵνα διατρίβῃ, καὶ τὴν Ἀρχύτου πλαταγὴν οἴεσθαι γενέσθαι

ἣν διδόασι τοῖς παιδίοις, ὅπως χρώμενοι ταύτῃ μηδὲν καταγνύωσι τῶν κατὰ τὴν οἰκίαν. οὐ γὰρ δύναται τὸ νέον ἡσυχάζειν.

B. Οὐκέτι παιδομανὴς, ὡς πρίν ποτε, νῦν δὲ καλοῦμαι
Θηλυμανὴς, καὶ νῦν δίσκος ἐμοὶ κρόταλον.

C. Δοτέον ὥσπερ παισὶν ἀπτερεῖν μὴ δυναμένοις, οὐ δόρυ, καὶ ξίφος, ἀλλὰ πλαταγὴν, καὶ σφαῖραν.

CAP. XIV.

A. Καὶ τοῦτο δὲ τῶν ζηλουμένων μάλιστα παρ' αὐτοῖς τὸ πάντως τρέφειν τὰ γινόμενα παιδία, καὶ τὸ περιτέμνειν, καὶ τὰ θήλεα ἐκτέμνειν· ὅπερ καὶ τοῖς ἰουδαίοις νόμιμον· καὶ οὗτοι εἰσὶ αἰγύπτιοι τὰ ἀνέκαθεν καθάπερ εἰρήκαμεν ἐν τῷ περὶ ἐκείνων λόγῳ.

B. Ἐστὶ δὲ ὅτε καὶ τὸ ποτήριον ἀποχαρίζεσθαι.

C. Κυρίως σημαίνει τῷ ἑτέρῳ πρὸ αὐτοῦ δοῦναι πιεῖν.

D. Προύπινον δ' ἀλλήλοις, οὐχ ὥσπερ ἡμεῖς (τοῦτο γὰρ προεκπιεῖν ἐστιν) ἀλλὰ μεστὸν τὸν σκύφον.

CAP. XV.

A. Οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι τὸ μυθῶδες, καὶ τὸ ἱστορικὸν διῃρισμένον ἔχουσι· τὰ γὰρ παλαιά, καὶ ψευδῆ, καὶ τερατώδη, μῦθοι καλοῦνται· ἡ δ' ἱστορία βούλεται τἀληθὲς ἄν τε παλαιὸν, ἄν τε νέον, καὶ τὸ τερατῶδες ἢ οὐκ ἔχει ἢ σπάνιον.

CAP. XVI.

A. Τὸ μὲν ἄπυρον φυγάδων τις ἐποίησε.

B. Νεαπολεῖ γῆν, τὴν τραπεῖσαν, ἢ ἐπὶ ἐνιαυτὸν ἀργήσασαν, ἣν οἱ χωρικοὶ νεάσιν καλοῦσι.

C. Φοῖβε ἄναξ, αὐτὸς μὲν ἐπύργωσας πόλιν ἄκρην
Ἀλκαθόῳ Πέλοπος παιδὶ χαριζόμενος.

D. —Ὅς σε πάρος περ
Γαμβρὸς ἐὼν ἔθρεψε δόμοις ἔνι τυτθὸν ἐόντα.

CAP. XVII.

A. Ποίημα λέξις ἔμμετρος, ἢ ἔρρυθμος μετασκευὴ τὸ λογοειδὲς ἐκβεβηκυῖα· ποίησις δὲ σημαντικὸν ποίημα μίμησιν περιέχον θείων καὶ ἀνθρωπίνων.

CAP. XVIII.

A. Περὶ ἕνα ποιοῦσι, καὶ περὶ ἕνα χρόνον, καὶ μίαν πρᾶξιν πολυμερῆ, οἷον ὁ τὰ κυπριακὰ ποιήσας, καὶ τὴν μικρὰν ἰλιάδα.

CAP. XIX.

A. Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα,
Ὧι λαοί τ' ἐπιτετράφαται, καὶ τόσσα μέμηλε.

CAP. XX.

A. Ὦ πάτρας κλεινοὶ πολῖται λεύσσετε,
Οἰδίπους ὅδε, ὃς τὰ κλεινὰ αἰνίγματ' ἔγνω,
Καὶ μέγιστος ἦν ἀνὴρ, καὶ μόνος Σφιγγὸς
Οὐ κατέσχε τῆς μιαιφόνου κράτη.

B. Ἐστὶ δίπους ἐπὶ γῆς, καὶ τέτραπον, οὗ μία μορφή,
Καὶ τρίπον, ἀλλάσσει δὲ φυὴν μόνον ὅσσ' ἐπὶ γαῖαν
Ἑρπετὰ γίγνεται, ἀνά τ' αἰθέρα, καὶ κατὰ πόντον,
Ἀλλ' ὁπόταν πλείστοισιν ἐπειγόμενον ποσὶ βαίνῃ,
Ἔνθα τάχος γυίοισιν ἀφαυρότατον πέλει αὐτοῦ.

C. Σφίγγ' ἄρρεν', οὐ μάγειρον εἰς τὴν οἰκίαν
Εἴληφ'· ἁπλῶς γὰρ οὐδὲν ἂν μὰ τοὺς θεοὺς
Ὅσ' ἂν λέγῃ συνίημι—

D. Οἷον ἃ μὴ εἰδότες, τὸ νέκταρ οἴονται τοὺς θεοὺς οἶνον πίνειν, καὶ οὐκ εἶναι τούτου ἥδιον οὐδέν.

E. —μετὰ δέ σφισι πότνια Ἥβη
Νέκταρ ἐωνοχόει, τοὶ δὲ χρυσέοις δεπάεσσι
Δειδέχατ' ἀλλήλους.

F. Ἀπεισι τοῖς θεοῖς ἡ Ἥβη διακονοῦσα, ἐπειδὴ τὸ θεῖον πᾶν ἀεὶ νεάζει τε, καὶ ἡβᾷ· τοῦτο γὰρ βούλεται αὐτοῖς ἥ τε ἀμβροσία, ἀβροσία τις οὖσα, καὶ τὸ νέκταρ παρὰ τὸ νεάζειν λεχθέν.

CAP. XXI.

A. Ἐστὶ δὲ τοῖς ἁμαρτάνουσι περὶ μυθολογίαν καθαρμὸς ἀρχαῖος, ὃν Ὅμηρος μὲν οὐκ ᾔσθετο, Στησίχορος δέ· τῶν γὰρ ὀμμάτων στερηθεὶς διὰ τὴν Ἑλένης κακηγορίαν οὐκ ἠγνόησεν, ὥσπερ Ὅμηρος· ἀλλ' ἅτε μουσικὸς ὢν ἔγνω τὴν αἰτίαν, καὶ ποιεῖ εὐθύς. οὐκ ἔστ' ἔτυμος ὁ λόγος οὗτος, οὐδ' ἔβας ἐν ναυσὶν εὐσέλμοις, οὐδ' &c. παραχρῆμα ἀνέβλεψεν.

B. Ψυχρὸν παραγκάλισμα καὶ ἐνύπνιον
Κεναῖς ἀφάσσων ὠλέναισι δέμνια.

C. Οὐ νέμεσις τρῶας, καὶ ἐϋκνήμιδας ἀχαιοὺς,
Τοιῇδ' ἀμφὶ γυναικὶ πολὺν χρόνον ἄλγεα πάσχειν.

D. Οὔ τί μοι αἰτίη ἐσσί· θεοί νύ μοι αἴτιοί εἰσιν.

E. Οὗ ἕνεκα πολλὰ πεπόνηται, καὶ ὡς τέλος, τὸ δὲ τέλος ἀγαθὸν, καὶ οὗ πολλοὶ ἐφίενται, καὶ τὸ περιμάχητον φαινόμενον· οὗ γὰρ πάντες ἐφίενται, τοῦτ' ἀγαθὸν ἦν.

F. Οὐδέ κεν Ἀργείη Ἑλένη Διὸς ἐκγεγαυῖα
Ἀνδρὶ παρ' ἀλλοδαπῷ ἐμίγη φιλότητι, καὶ εὐνῇ.

CAP. XXII.

A. Ἡμαι αὐτ' ἀγορῇ νικᾶς γέρον υἷας ἀχαιῶν.
Αἲ γὰρ Ζεῦ τε πάτερ καὶ Ἀθηναίη καὶ Ἄπολλον,
Τοιοῦτοι δέκα μοι συμφράδμονες εἶεν ἀχαιῶν,
Τῷ κε τάχ' ἠμύσειε πόλις πριάμοιο ἄνακτος
Χερσὶν ὑφ' ἡμετέρῃσιν ἁλοῦσά τε περθομένη τε
Ἀλλά μοι αἰγίοχος κρονίδης Ζεὺς ἄλγε' ἔδωκεν.

B. Ἀρετὴ γὰρ ἐπαινουμένη δένδρον ὡς αὔξεται. ἀγαθὸν γὰρ ὂν ἐπαινετόν ἐστι.

LIB. IV. CAP. I.

A. Εἴ τις προσελθών μοι θεῶν λέγοι, Κράτων
Ἐπὰν ἀποθάνῃς, αὖθις ἐξ ἀρχῆς ἔσει.
Ἔσει δ', ὅ, τι ἂν βούλῃ, κύων, πρόβατον, τράγος,
Ἄνθρωπος, ἵππος· δὶς βιῶναι γάρ σε δεῖ.
Εἱμαρμένον τοῦτ' ἐστίν, ὅ, τι βούλει δ' ἑλοῦ,
Ἅπαντα μᾶλλον, εὐθὺς εἰπεῖν ἂν δοκῶ,

Ποίει με, πλὴν ἄνθρωπον ἀδίκως εὐτυχεῖν,
Κακῶς τι πράττει τοῦτο τὸ ζῶον μόνον.
Ὁ κρείττονας ἵππος ἐπιμελεστέραν ἔχει
Ἑτέρου θεραπείαν· ὁ γαθὸς ἂν γένει κύων,
Ἐντιμότερος ἄτου κακοῦ κυνὸς πολύ·
Ἀλεκτρυὼν γενναῖος ἐν ἑτέρᾳ τροφῇ
Ἐστίν, ὁ δ᾽ ἀγεννὴς καὶ δέδιε τὸν κρείττονα.
Ἄνθρωπος ἐὰν ᾖ χρηστός, εὐγενὴς σφόδρα,
Γενναῖος, οὐδὲν ὄφελος ἐν τῷ νῦν γένει.
Πράττει δ᾽ ὁ κόλαξ ἄριστα πάντων, δεύτερα
Ὁ συκοφάντης, ὁ κακοήθης τρίτα λέγει,
Ὄνον γενέσθαι κρεῖττον, ἢ τοὺς χείρονας
Ὁρᾶν ἑαυτοῦ ζῶντας ἐπιφανέστερον.

B. Ἐπισκοπεῖ ζωὰς ἐπιρρόπως νέμων,
Εἰκότως ἄδικα μὲν κακοῖς, ὅσια δ᾽ ἐννόμοις,
Τιτᾶν δ᾽ ἐξ ἴσου ῥεπομένων μετὰ λυγρῆς οὐ δίκαιον ῥέξαι.

CAP. II.

A. Τὸ δὲ ἁρμόττον ἔστιν διαφέρει ἐπὶ τῶν ἐπῶν, θεωρεῖσθαι, ἐντιθεμένων τῶν ὀνομάτων εἰς τὸ μέτρον, καὶ ἐπὶ τῆς γλώττης δέ. καὶ ἐπὶ τῶν μεταφορῶν, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων εἰδῶν μετατιθεὶς ἄν τις τὰ κύρια ὀνόματα, κατίδοι, ὅτι ἀληθῆ λέγομεν· οἷον τὸ αὐτὸ ποιήσαντος ἰαμβεῖον Αἰσχύλου, καὶ Εὐριπίδου· ἓν δὲ μόνον ὄνομα μετατιθέντος, ἀντὶ κυρίου εἰωθότος.

B. Εἰσί τινες Ἕλληνες ἄνθρωποι οὕτως ἥμεροι καὶ φιλάνθρωποι τοὺς τρόπους, ὥστε πολλά, &c. deinde. ἐστί τις μέτριος, καὶ φιλάνθρωπος ἡμῶν, καὶ ἐλεῶν πολλοὺς τοῦτο τοῦτο μόνον, δίκαιον ὑπάρχειν παρὰ πάντων, ἄνευ τι εἰς χεῖρας, καὶ ἀγῶνα ἀφίκηται, &c.

C. Ἀλλὰ μὴν οὐδέν ἐστιν ὄφελος καλῶς, καὶ φιλανθρώπως τοὺς νόμους ὑπὲρ πολλῶν κεῖσθαι, τοῖς ἀπειθοῦσι, καὶ βιαζομένοις αὐτοὺς ἥπερ ὑμῶν ὀργὴ τῶν ἀεὶ κυρίων μὴ γενήσεται, &c.

CAP. III.

A. Γῆ μὲν ἔαρ στέφανος πολυάνθεμον, ἄστρα δ᾽ Ὀλύμπῳ,
Ἑλλάς Εὐρώπῃ ταῦθ᾽ ἕσσεν Ἰπελάς.

B. Οὔνομα μὲν καλή. φρεσὶ δὲ πλέον, ἢ πρόσωπον
Κάτθετο, φεῦ χαρίτων ἐξαπόλλυσιν ἔαρ.

C. Ἀπαγγέλλει δὲ αὐτὰ στοιχεῖα τῇ γλώττῃ, καὶ ὡς καππαδόκαις συνήθεις, ξυγκρούων μὲν τὰ σύμφωνα τῶν στοιχείων. συστέλλων δὲ τὰ μηκυνόμενα. καὶ μηκύνων τὰ βραχέα· ὅθεν ἐκάλουν αὐτὸν οἱ πολλοὶ μάγειρον πολυτελῆ ὄψα πονηρῶς ἀρτύοντα.

D. Καὶ τούτων χαλκαῖ εἰκόνες ἐν Δίῳ ἕστασαν Ἀλεξάνδρου κελεύσαντος Λυσίππῳ ποιῆσαι, ὥσπερ καὶ Ἀλέξανδρον μόνος προσεταχθεὶς ἐποίει.

CAP. IV.

A. Τῶν δὲ συμβουλευτικῶν αὐτοῦ λόγων, οἱ μὲν αὐτὸ τοῦτο ἔχουσιν ἐπίγραμμα, συμβουλευτικοί· οἱ δὲ οὐδὲν μὲν ἧττόν εἰσι συμβουλευτικοὶ Φιλιππικοὶ δὲ. οἱ δὲ ἐπιγράφονται ἐκ τοῦ περὶ τὸ πραγμάτων ἐρρήθη τὴν κλῆσιν λαχόντες, καὶ τῶν Φιλιππικῶν ἕκαστος ἰδίαν τινὰ ἐπιγραφὴν ἔχει κατὰ τὴν πραγμάτων ἑκάστων ἰδιότητα.

CAP. VI.

A. Ἀπόλλων, φασί. μετὰ λύρας κατέδειξε τοῖς ἀνθρώποις νόμους καθ᾽ οὓς ζῶσιν, πραΰνων τι ἅμα τῷ μέλει τὸ κατάρχειν ἐν αὐτοῖς θηριῶδες, καὶ εὐπειθὲς τῇ τοῦ ῥυθμοῦ ἡδύτητι ποιῶν τὸ παραγγελλόμενον· καὶ ἐκλήθησαν νόμοι κιθαρῳδικοί· ἐκεῖθεν δὲ σημειολογικῶς. ὡς καὶ Ἀριστοτέλει δοκεῖ, νόμοι καλοῦνται οἱ μουσικοὶ τρόποι, καθ᾽ οὓς ᾄδομεν.

B. Τὸν νόμον ἐν τοῖς ἤθεσι, καὶ τοῖς ἐπιτηδεύμασι τῶν πολιτῶν ἐγκρίζεσθαι δεῖ· οὗτος γὰρ πολίτας αὐτάρκεις ποιεῖ, καὶ διανέμει τὸ κατ᾽ ἀξίαν ἑκάστῳ, καὶ τὸ ἐπιβάλλον· οὕτω γὰρ καὶ ὁ ἥλιος φερόμενος διὰ τοῦ ζωοφόρου κύκλου διανέμει τοῖς ἐπὶ γῆς πᾶσι, καὶ γένεσιν, &c. καὶ τροφάς, καὶ βιοτᾶς τὰν ποθήκουσαν μοῖραν, οἷον. εὐθυμίαν, τὰν εὐκρασίαν τῶν ὡρᾶν παρασκευαζόμενος· διὸ καὶ νόμιος, καὶ νεμήιος Ζεὺς καλέεται, καὶ νομεὺς ὁ ἐπινέμων τοῖς θρέμματα τὰς τροφάς· καὶ τὰ τῶν κιθαρῳδῶν δὲ ᾄσματα νόμους καλοῦσι· γὰρ ἐπὶ ταῦτα τὰν ψυχὰν ἁρμονίᾳ, καὶ ῥυθμοῖς, καὶ μέτροις ᾀδόμενα.

CAP. VII.

A. Θεμιστοκλῆς δὲ ἐπεὶ ἔφυγεν οἴκοθεν, οὐ παρὰ μὴ φίλους μόνον, ἀλλὰ καὶ παρὰ πολεμίους, καὶ βαρβάρους ἐλθὼν τοὺς Πέρσας τρεῖς ἔλαβε πόλεις δῶρον, Μυοῦντα, καὶ Μαγνησίαν, καὶ Λάμψακον, ὡς ἀπὸ τούτων βιοῦν.

CAP. IX.

A. Ὁ δὲ ἴαμβος εὐτελής, καὶ τῇ τῶν πολλῶν λέξει ὅμοιος· πολλοὶ γοῦν μέτρα ἰαμβικὰ λαλοῦσι.

CAP. XI.

A. Οὐκ ἔστιν οὐδὲν δεινόν, ὡς δ᾽ ἁπαν εἰπεῖν,
Οὐδὲ πάθος, οὐδὲ ξυμφορὰ θεήλατος,
Ἧς οὐκ ἂν ἄραιτ᾽ ἄχθος ἀνθρώπου φύσις.
Εἶφη μὲν οὐδείς, ὅστις οὐ πονεῖ βροτῶν,
Καὶ θάπτει τέκνα, καὶ τὰ περὶ ὧν κλᾶται νέα,
Αὐτός τι θνήσκει. καὶ τὰ δ᾽ ἄχθονται βροτοὶ
Εἰς γῆν φέροντες γῆν δ᾽ ἀναγκαίως ἔχει
Βίον θερίζειν, ὥστε κάρπιμον στάχυν.

CAP. XII.

A. Οὕτως θήλεια μὲν ὅσῳ ἐστὶ φύσις ἐπίβολη,

Βρέφη δ' ἐν αὐτῇ περιφέρει τὰ γράμματα,
Ἄφωνα δ' ὄντα τοῖς πόρρω λαλεῖ,
Οἷς βούλεται, ἕτερος δ' ἂν τύχῃ τις πλησίον
Ἑστὼς ἀναγιγνώσκοντος, οὐκ ἀκούσεται.

B. Διὰ ταύτης τῆς ἐπιστήμης ἀπόντες ὁμιλοῦμεν ἀλλήλοις, καὶ οἱ πολλῶν ἡμερῶν ὁδὸν ἀφεστηκότες, καὶ πολλοὺς σταθμοὺς ἐν μέσῳ διατειχάζοντες ὀχοντες, τετμημένα, ἀλλήλοις διὰ χειρῶν τὰ τῆς ἐννοίας κινήματα· καὶ ἀργεῖ μὲν ἡ τὸ πρῶτον ὄργανον τοῦ λόγου· ὑπουργεῖ δὲ τῷ λόγῳ ἡ δεξιά, καὶ μεταχειριζομένη τὸν κάλαμον ἐγχαράττει τῷ χάρτῃ τὴν πρὸς τὸν φίλον διάλεξιν· καὶ γίνεται ὄχημα τοῦ λόγου, οὐκέτι στόμα, καὶ γλῶττα, ἀλλ' ἡ χεὶρ ἀσκήσασα τῷ χρόνῳ τὴν τέχνην, καὶ τῶν στοιχείων τὴν συνθήκην ἀκριβῶς ἐκμαθοῦσα.

C. Ὤμοσαν, ἀλλὰ λέγουσιν ἀθανάτους ἐν ἔρωτι.
Ὅρκους μὴ δύνειν οὔατ' ἐς ἀθανάτων.

D. Γυναικὸς ὀμνυούσης γελᾷ οὐρανός.

CAP. XIII.

A. Λόγος δὲ φωνὴ συνθετὴ σημαντική, ἧς ἔνια μέρη καθ' αὑτὰ σημαίνει τι· οὐ γὰρ ἅπας λόγος ἐκ ῥημάτων, καὶ ὀνομάτων σύγκειται· οἷον ὁ τοῦ ἀνθρώπου ὁρισμός, ἀλλ' ἐνδέχεται ἄνευ ῥημάτων εἶναι λόγον.

B. Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι ἀφείσθωσαν· ῥητορικῆς γάρ, ἢ ποιητικῆς οἰκειοτέρα ἡ σκέψις· ὁ δὲ ἀποφαντικὸς τῆς νῦν θεωρίας.

C. Ἔστι δὲ λόγος μὲν ἅπας σημαντικός, οὐχ ὥσπερ ὄργανον δέ, ἀλλ' ὥσπερ εἴρηται κατὰ συνθήκην.

D. Ἐὰν μὲν γὰρ ἕνα μῦθον ποιῶσιν, ἀνάγκη ἢ βραχέα δεικνύμενον μύουρον φαίνεσθαι, ἢ ἀκολουθοῦντα τῷ τοῦ μέτρου μήκει, ὑδαρῆ.

E. Τοὺς ἐπὶ τῆς ἐκβολῆς τὴν χολότητα ἔχοντας.

CAP. XV.

A. Αὐτοὶ δὲ καθέντες εἰς γόνυ περιβάλλοντο τοὺς θυρεούς. οὐδὲ ὅποθεν ὑπερέχον αὐτοῦ τὰ ὅπλα, καὶ ἐκείνων ὁμοίως ἕτεροι· τὸ δὲ σχῆμα παραπλήσιον ἐρέψει γενόμενον, ὄψιν τε θεατρικὴν παρεῖχε. καὶ τῶν προβλημάτων στεγανώτατόν ἐστι πρὸς οἰστοὺς ἀπολισθαίνοντας· διὸ τὴν τι χελώνην ἐξαπιναίως συνασπίσαντες ἐποίησαν, καὶ τὰ γόνατα σφῶν ἀριστερὰ πρὸς τὴν γῆν ἤρεισαν.

CAP. XVI.

A. Ἐρᾷ μὲν ἁγνὸς οὐρανὸς τρῶσαι χθόνα,
Ἔρως δὲ γαῖαν λαμβάνει γάμου τυχεῖν,
Ὄμβρος δ' ἀπ' εὐνάεντος οὐρανοῦ πεσὼν
Ἔκυσε γαῖαν, ἡ δὲ τίκτεται βροτοῖς
Μήλων τε βοσκάς, καὶ βίον Δημήτριον.
Δένδρων τε τὰς ὥρας ἐκ νοτίζοντος γάμου
Τέλειός ἐστι· τῶν δ' ἐγὼ παραίτιος.

B. Ἡ γῆ μέλαινα πίνει,
Πίνει δὲ δένδρε' αὐτήν.
Πίνει θάλασσα δ' αὔρας,
Ὁ δ' ἥλιος θάλασσαν,
Τὸν δ' ἥλιον σελήνη.

C. Ῥωμαίων ὕπατος ἀριστολόγων. ἡ δὲ ποιητὴ
Αὐσόνιος πώλῳ ἀπέδοσε φίλους ἰδεῖν.
ἀριστολόγων δὲ ποιητῇ.

CAP. XVII.

A. Ὥστε καιόμενον μὲν ἐκδιδόναι δριμύτατον καπνόν· καταχωσθεῖσαν δὲ τὴν ἐκ τῆς τέφρας κονίαν ῥυπτικωτάτην παρέχειν ὑπὸ δριμύτητος.

B. Γίνεται δὲ καὶ κονία ἀγρίας συκῆς, καὶ ἡμέρου καέντων τῶν κλάδων ἐκ τῆς τέφρας.

C. Καθαίρει. καὶ κολλᾷ, καὶ σαρκοῖ, καὶ συμφύει ἐοικότως τοῖς ἐναίμοις, καὶ ποτίζεται δὲ πρὸς αἵματος ἐκθρόμβωσιν.

D. Λέγεται δ' ἐν Ἀβύδῳ τινὰ παρακόψαντα τῇ διανοίᾳ, καὶ εἰς τὸ θέατρον ἐρχόμενον ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας θεωρεῖν, ὡς ὑποκρινομένων τινῶν, καὶ ἐπισημαίνεσθαι· καὶ ὡς κατέστη τῆς παρακοπῆς ἔφησεν, ἐκεῖνον αὐτῷ τὸν χρόνον ἥδιστα βεβιῶσθαι.

CAP. XVIII.

A. Ὁ Διογένης ἔλεγε τὴν Μήδειαν σοφήν, ἀλλ' οὐ φαρμακίδα γενέσθαι· λαμβάνουσαν γὰρ μαλακοὺς ἀνθρώπους, καὶ τὰ σώματα διεφθαρμένους ὑπὸ τρυφῆς ἐν τοῖς γυμνασίοις, καὶ τοῖς πυριατηρίοις διαπονεῖν, καὶ ἰσχυροὺς ποιεῖν, καὶ σφριγῶντας· ὅθεν περὶ αὐτῆς ῥυῆναι τὴν δόξαν, ὅτι τὰ κρέα ἕψουσα νέους ἐποίει.

CAP. XX.

A. Κρείσσων γὰρ βασιλεύς, ὅτε χώσεται ἀνδρὶ χέρηϊ,
Εἴπερ γάρ τε χόλον γε καὶ αὐτῆμαρ καταπέψῃ,
Ἀλλά γε καὶ μετόπισθεν ἔχει κότον, ὄφρα τελέσσῃ.

B. Τοῦ δὲ βάδην ἀπιόντος ἀκόντισε δουρὶ φαεινῷ
Δηΐφοβος· δὴ γάρ οἱ ἔχεν κότον ἐμμενὲς αἰεί.
——οὐ γὰρ ὀίω.

C. Λήσειν ἐννοσίγαιον, ὅτι κότον ἔνθετο θυμῷ.

D. Ὀλλύσαι Τρῶας τοῖσι κότον αἰνὸν ἔθεσθε.

E. Σύστημα ἐξ οὐρανοῦ, καὶ γῆς, καὶ τῶν ἐν τούτοις περιεχομένων φύσεων.
Τὴν τῶν ὅλων τάξιν τε καὶ διακόσμησιν ὑπὸ θεοῦ τε, καὶ διὰ θεὸν φυλαττομένην.
Τίς γὰρ ἂν εἴη φύσις τοῦ δὲ κρείττων· ἣν δὲ ἂν εἴπῃ τις μέρος αὐτοῦ; ἔστι γὰρ τὸ καλὸν πᾶν ἐπώνυμον, ἐπὶ τούτου, καὶ τὸ τεταγμένον ἀπὸ τοῦ κόσμου λεγόμενον κεκοσμῆσθαι.

F. Τοσοῦτος δὲ ἦν ὁ κόσμος, καὶ μάλιστα τῶν φρυκτωριῶν κατὰ διαδοχὰς πυρσευουσῶν ἄλλη ἄλλοις.

G. Πάντα χ' ἀκοσμηθέντες ἅμ' ἡγεμόνεσσιν ἕποντο.

H. Συμπνέουσα μέν, καὶ συνδεδεμένα φύσις τῶν ἀρι-

σαίνη ἅμα, καὶ ἀναγκάζεσθαι ἀκολουθεῖν ὅπη δεῖ τοῦ παντὸς περιφερομένου πρὸς τὸ τὴν κοινὴν εὐκοσμίαν, καὶ τὴν ἰδίαν ἑκάστῳ διαμονὴν παρὸ καὶ τὸ δὲ, κόσμος προσαγορεύεται, καὶ ἐν τι τῶν ὄντων ζώων πλησίστατον.

Καὶ τόγε πᾶν τοῦτο διὰ τὴν κοσμιότητα τῶν καλλίστων μέτρων κόσμος ἐπικαλεῖται.

Cap. XXII.

A. Τληπόλεμος δ' ἐπεὶ οὖν τράφ' ἐνὶ μεγάρῳ εὐπήκτῳ.

Αὐτίκα πατρὸς ἑοῖο φίλον μήτρωα κατέκτα.
Ἤδη γηράσκοντα Λικύμνιον ὄζον Ἄρηος.
Αἶψα δὲ νῆας ἔπηξε· πολὺν δ' ὅγε λαὸν ἀγείρας.
Βῆ φεύγων ἐπὶ πόντον.

B. Εὖτ' ἐμὲ τυτθὸν ἐόντα Μενοίτιος ἐξ Ὀπόεντος
Ἤγαγεν ὑμέτερον δῶ ἀνδροκτασίης ὕπο λυγρῆς,
Νήπιος οὐκ ἐθέλων ἀμφ' ἀστραγάλοισι χολωθείς.

Lib. VII. Cap. III.

A. Ὅτε γὰρ ξυνειδὼς, καὶ εὔνους ἀκροατὴς τάχ' ἄν τι ἐνδεεστέρως πρὸς ἃ βούλεταί τε, καὶ ἐπίσταται νομίζει δηλοῦσθαι. ὅ,τι ἄπειρός ἐστιν ἃ καὶ πλεονάζεσθαι διὰ φθόνον, εἴ τι ὑπὲρ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν ἀκούοι· μέχρι γὰρ τοῦ δὲ ἀνεκτοὶ οἱ ἔπαινοί εἰσιν περὶ ἑτέρων λεγόμενοι, ἐς ὅσον ἂν καὶ αὐτὸς ἕκαστος οἴηται ἱκανὸς εἶναι δρᾶσαί τι ὧν ἤκουσε· τῷ δὲ ὑπερβάλλοντι, αὐτῶν φθονοῦντες ἤδη καὶ ἀπιστοῦσι.

Cap. V.

A. Ἀμέλει τὸν πώγωνα ὁ κ[illegible] τότε πρῶτον ξυρούμενος αὐτός τι μεγάλως εἰργάσατο, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι δημοτελῆ ἑορτὴν παρέσχε. καὶ ὅμως καὶ ἔπειτα ἐπλεονεῖτο τὸ γένειον, ὥσπερ οἱ ἄλλοι.

B. Εἰ τὸ τρέφειν πώγωνα, δοκεῖ σοφίαν περιποιεῖν,
Καὶ τράγος εὐπώγων εὐσταλής ἐστι Πλάτων.

Cap. VI.

A. Ὁ ἱδρὼς τῶν γυμναζομένων μιχθεὶς τῷ πάτῳ, συμπλεῖ πρὸς διαφόρησιν ὄγκων τῶν παρὰ φύσιν, κονίσαλον δ' ὀνομάζουσιν αὐτὸν ἔνιοι τῶν παρέργως ἀττικιζόντων.

Cap. VII.

A. Ἦδε ὡς ποικίλον τι δρᾶμα. καὶ πολυμερὲς ἀγωνισαμένη μέχρι στεφάνου διαδόντες, ὡς ἐπειδὴ τὴν πόλιν ἐλευθέρωσαν, εὐθὺς εἰς τὴν γυναικωνῖτιν ἐνεδύετο, καὶ τοῦ πολυπραγμονεῖν.

Cap. VIII.

A. Τὸ δὲ αἰγυπτιακὸν ἐκ φύσεως, καὶ διαφερόντως ἐστὶν ὑπέρψυχον. ὅτι τι μικρά τις αὐτὸ μόνον καθίσταται ἐπ' ἀνέραι εὐπραγίας. ὡς χλιδὴν, καὶ πλοῦτον γέλωτα ἡγεῖσθαι τὰς τῶν δημοτικωτέρων ἀνθρώπων περὶ βίον σπουδάς τε, καὶ φιλοτιμίας·

B. Βάσκανον γὰρ φύσει τὸ αἰγυπτιακὸν, καὶ τὰς ἑτέρων εὐτυχίας ὑπολαμβάνον εἶναι κακοπραγίας,

C. Ἐν οἷς, scilicet, qui natura sunt iritabiles. τὸ αἰγυπτιακὸν τὰ πρωτεῖα φέρεται. διὰ βραχυτάτου σπινθῆρος ῥᾳδίως ἐκφυσᾶν, &c.

D. Τὸ λεγόμενον, μαζιζάνιον θερμόν ἐστι. καὶ ξηρὸν, κατὰ τὴν βάπτισιν· ἀπογεννᾷ γὰρ χυμὸν μελαγχολικὸν συνεχῶς δὲ χρώμενον, ὡς χρείασιν ἐμποιεῖ. καὶ πάθη μελαγχολικά· μετὰ γὰρ ὄξους προσφερόμενον, ἀποφρακτικὸν γίνεται· δεῖ δὲ τοῦτο προεψῆσαι· διὰ γὰρ τὸ πολὺ τῆς ἑψήσεως, τὸ πολὺ τῆς ἐν αὐτῷ κακοχυμίας ἀποβάλλει.

Cap. XII.

A. Κολοβὸν δὲ λέγομαι τῶν ποσῶν οὐ τὸ τυχὸν, ἀλλὰ μεριστόν τε αὐτὸ δεῖ εἶναι. καὶ ὅλον· τὰ τε γὰρ δύο, οὐ κολοβὰ θατέρου ἀφαιρουμένου ἑνός. mox, καὶ γὰρ τὴν οὐσίαν δεῖ μένειν· εἰ κύλιξ κολοβὸς, ἔτι δεῖ εἶναι κύλικα.

Cap. XIII.

A. Ἀγάπη δὲ οὐκ ἐν φιλήματι, ἀλλ' ἐν εὐνοίᾳ κρίνεται· οἱ δὲ οὐδὲν, ἀλλ' ἢ φιλήματι καταψοφοῦσι τὰς ἐκκλησίας, τὸ φιλοῦν ἔνδον οὐκ ἔχοντες αὐτό· καὶ γὰρ δὴ καὶ τοῦτο ἐμπέπληκεν ὑπονοίας αἰσχρᾶς, καὶ βλασφημίας, τὸ ἀναιδῶς χρῆσθαι τῷ φιλήματι, ὅπερ ἐχρῆν εἶναι μυστικόν·

B. Οὐχ ἕρμαιον ἀλλείπουσας, ὅτι με πρὶν οὐκ ἐφίλασε
Τῶν αὐτῶν καθελοῖσ' ὅλα οἱ τὰν φάσσαν ἔδωκα.

Cap. XV.

A. Ἡ καὶ τὴν Ὁμήρου φιλομάθειαν περὶ τὸ ἀρκαδικὸν ζήτημα, καὶ τὴν Ἀριστοτέλους φιλοσοφίαν, καὶ προεδρίαν ἐπὶ ταῖς τοῦ Εὐρίπου μεταβολαῖς, ὑφ' ὧν τεθνήκασι.

B. Οὐδὲ τὴν τοῦ Εὐρίπου φύσιν τοῦ ὄντος ἐν Χαλκίδι γνῶναι δυνηθεὶς διὰ πολλὴν ἀδοξίαν, καὶ αἰσχύνην λυπηθεὶς μετέστη τοῦ βίου.

Ἐνταῦθα δὴ πάλιν ἀνόσιλον ἐτελεύτησεν, ὡς φησὶν Εὔμηλος ἐν τῇ πέμπτῃ τῶν ἱστοριῶν βιοὺς ἔτη ἔτη ἑβδομήκοντα.

Cap. XVI.

A. Ποταμοὺς ἀπεργάζονται δύο ἄγχιστά πη ἀλλήλων ὄντας, οὕσπερ νενομίκασι κλεψύδρας καλεῖν,

B. Τὰ γὰρ τέμπη κλεψύδρας εἶναι. mox. εἰς φυλακὴν τῶν περὶ τὸν ζυγὸν διακειμένων κλεψυδρῶν ἐκπέπομφε.

Cap. XVII.

A. Ἐπειδὴ δὲ ἡ τοῦ ἤθους ἀρετὴ περὶ πάθη· τῶν δὲ παθῶν ἡδονὴ, καὶ λύπη ὑπέρτατα.

B. Φανερὸν, ὅτι οὐκ ἐν τῷ ὑπεξελέσθαι τὰ πάθεα τῆς ψυχῆς ἀδονάν. καὶ λύπαν, ἁ ἀρετὰ πέποικεν. ἀλλ' ἐν τῷ ταῦτα συναρμόζεσθαι.

C. Οὐδὲ γὰρ ὑγίεια, ἰσοκρασία τις οὖσα τῶν τοῦ σώματος δυνάμεων ἐν τῷ ὑπεξελέσθαι τὸ ψυχρὸν, καὶ τὸ θερμὸν, καὶ τὸ ὑγρὸν, καὶ τὸ ξηρὸν πέπλωκεν· ἀλλ' ἐν τῷ ταῦτα συγκερασθῆναι· ἔστι γὰρ οἷον συμμετρία τις τούτων.

D. Οὐδ' ἐν τῇ μουσικᾷ, ἐν τῷ ὑπεξελέσθαι τὸ ὀξὺ καὶ τὸ βαρὺ τὸ σύμφωνον πέπλωκεν, ἀλλ' ἐν ταῦτα ποτὶ συναρμόζεσθαι συναρμοσθέντων τῷ ὀξέος, καὶ τῷ βαρέος, τὸ μὲν σύμφωνον ἐναπολαμβάνεται, τὸ δὲ διάφωνον ἐκκρίνεται.

E. Συναρμοσμένων καὶ τῶ θερμῶ, καὶ τῶ ψυχρῶ, καὶ τῶ ὑγρῶ καὶ τῶ ξηρῶ ἁ μὲν ὑγίεια γίνεται ἁ δὲ νόσος ἀπόλλυται· συναρμοσμένων δὲ καὶ τῶ θυμῶ, καὶ τᾶς ἐπιθυμίας· αἱ μὲν γὰρ κακίαι, καὶ τὰ πάθεα ἐξαιρέονται, ταὶ δ' ἀρεταὶ, καὶ τὰ ἤθεα ἐγγίνονται.

F. Ιδιαίτατον δὲ, *ut integra habeas verba Theagis*, τᾶς τῶ ἤθεος ἀρετᾶς ἁ προαίρεσις ἁ ἐν τοῖς καλοῖς. λόγῳ γὰρ, καὶ δυνάμει συγχρῆσθαι δυνατόν. καὶ ἄνευ ἀρετᾶς. καὶ κακίας προαιρέσει δὲ οὐ δυνατόν· τὸ γὰρ ἀξίωμα τῶ ἤθεος ἁ προαίρεσις σημαίνει· διὸ καὶ μετὰ τᾶς βίας μὲν ἐπικρατέων ὁ λογισμὸς θυμῶ, καὶ ἐπιθυμίας ἐγκράτειαν, καὶ καρτερίαν ἐμποιεῖ· μετὰ βίας δὲ πάλιν ἐκβαθεὶς αὐτοῖς ὑπὸ τῶν ἀλόγων, ἀκρασίαν, καὶ μαλακίαν· αἱ δὲ τοιαῦται διαθέσιες τᾶς ψυχᾶς ἡμιτελέες μὲν ἀρεταὶ, ἡμιτελέες δὲ κακίαι τυγχάνοντι· ὁ μὲν γὰρ λογισμὸς ὑγιαίνει· τὰ δ' ἄλογα μέρεα τᾶς ψυχᾶς νοσεῖ.

CAP. XVIII.

A. Τῆς καρδίας νόσον. ἢ σίνος τὸ ἐναντίον τῷ ζῆν δυνάμεως, καὶ λύσιν τῶν δεσμῶν τῆς εἰς ζωὴν δυνάμεως, πρὸς αὐτίξουσι τῇ συστάσει τοῦ ἀνθρώπου ἰόν.

B. Κατὰ συμπάθειαν δὲ πάσχουσα καρδία ἐπί τε ἐγκεφάλῳ, καὶ ἥπατι, καὶ στόματι γαστρὸς, λύπῃ τε, καὶ φόβῳ, καὶ ἑτέροις πλείοσι. τὴν κατειρημένην ἐποίει συγκοπὴν, ἀθρόαν οὖσαν, τῆς δυνάμεως καταπτωσιν ἔκλυσίν τε, καὶ λειποθυμίαις, καὶ μικροψυχίαις, ἄκρων τε περιψύξεσι, καὶ περιδρώσεσι δηλουμένην.

C. Αψυχίαι δὲ, ὅταν προσίστηται πρὸς τὴν καρδίαν φλέγμα. ἢ χολή· προσίστασθαι δὲ ἀνάγκη, κεκινημένων, καὶ ὑγρασμένων, &c.

CAP. XIX.

A. Αλλὰ τούτῳ διαφέρει τῷ. τὸν μὲν τὰ γενόμενα λέγειν· τὸν δὲ οἷα ἂν γένοιτο. διὸ καὶ φιλοσοφώτερον, καὶ σπουδαιότερον ποίησις ἱστορίας ἐστί.

B. Ο δ' Ὅμηρος, ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα διαφέρει, καὶ τοῦτ' ἔοικε καλῶς ἰδεῖν ἤτοι διὰ τέχνην, ἢ φύσιν· Ὀδύσσειαν γὰρ ποιῶν, οὐκ ἐποίησεν ἅπαντα, &c. *mox*; ὁμοίως δὲ καὶ τὴν Ἰλιάδα.

C. Μῆνιν ἄειδε θεὰ πηληϊάδεω Ἀχιλῆος, &c.

CAP. XX.

A. Πᾶσα διδασκαλία, καὶ πᾶσα μάθησις διανοητική.

B. Ἔστι δ' ὅπερ ἐν διανοίᾳ κατάφασις, καὶ ἀπόφασις. ὃ ἐν ὀρέξει δίωξις, καὶ φυγή· *mox.* θεωρητικῆς διανοίας *esse* τὸ ἀληθὲς, καὶ τὸ ψεῦδος· τοῦτο γάρ ἐστι παντὸς διανοητικοῦ ἔργον. &c.

C. Οὐ γὰρ, πρὸς τὸν ἔξω λόγον ἡ ἀπόδειξις, ἀλλὰ πρὸς τὸν ἐν τῇ ψυχῇ, ἐπεὶ οὐδὲ συλλογισμὸς ἀεὶ γὰρ ἔστιν ἐνστῆναι πρὸς τὸν ἔξω λόγον, ἀλλὰ πρὸς τὸν ἔσω οὐκ ἀεί.

D. Ἐπεὶ δὲ πᾶσα πρότασίς ἐστιν ἢ τοῦ ὑπάρχειν ἢ τοῦ ἐξ ἀνάγκης ὑπάρχειν. ἢ τοῦ ἐνδέχεσθαι ὑπάρχειν.

E. Ὥστε μηδὲν τῶν ἐνόντων ἐν τοῖς πράγμασι παραλιπεῖν.

F. Μεταπλάσσειν διανοήματος ἐκ τοῦ κατὰ φύσιν πλάττεσθαι πρὸς τὸ χρησιμώτερον τὴν ἀναγκαίαν διάνοιαν.

G. Εἰ μὴ ἦν διανόημα τὸ μὲν κατὰ φύσιν, τὸ δὲ ἐσχηματισμένον. οὐκ ἂν τῶν ἰδιωτῶν, οἱ ῥήτορες, διέφερον, οὔτ' ἀλλήλων· ταῦτα οἱ ἁπλούστερον, καὶ ἄνευ κόσμου τινὸς μετὰ λόγου λέγοντες· οἱ δὲ ἐναργέστερον. καὶ οὐ μετ' ἀκοσμίας· δῆλον γὰρ ὅτι τοῦ ἰδιώτου ὁ ῥήτωρ τῷ διαφέρει. ὅτε μὲν ἐπ' ὀλίγον. καὶ ἀκαιρότερον· ὅτε δὲ πλεῖον, καὶ κατὰ καιρὸν τοῖς σχήμασι χρῆσθαι.

H. Ἔννοιαι τοίνυν εἰσὶ σεμναὶ μάλιστα μὲν αἱ περὶ θεῶν λεγόμεναι.

I. Ἔστι τοίνυν πᾶσα λέξις, ἡ σημαίνουσα τὰς νοήσεις, ἡ μὲν ἔμμετρος, ἡ δὲ ἄμετρος· ὧν ἑκατέρα καλῆς μὲν ἁρμονίας τυχοῦσα καλὸν οἷά τε ἐστὶ ποιεῖν τὸ μέτρον. καὶ τὸν λόγον· ἀνεπιστάτης δὲ. καὶ ὡς ἔτυχεν ῥιπτομένη προσαπόλλυσι, καὶ τὸ ἐν τῇ διανοίᾳ χρήσιμον.

K. Ὥσπερ γὰρ οὐδὲν ὄφελος διανοίας ἐστὶ χρηστῆς, εἰ μή τις αὐτῇ κόσμον ἀποδοίη καλῆς ὀνομασίας.

L. Ἅπας τοίνυν λόγος ἔννοιαν τ' ἔχει πάντως τινὰ, ἢ ἐννοίας. καὶ μέθοδον περὶ τὴν ἔννοιαν.

M. Τὸ δ' αὔξειν, καὶ μειοῦν ἐστὶν ἐνθυμήματα πρὸς τὸ δεῖξαι. ὅτι μέγα, ἢ μικρόν.

N. Ἐστὶ δὲ κατὰ τὴν διάνοιαν ταῦτα· ὅσα ὑπὸ τοῦ λόγου δεῖ παρασκευασθῆναι.

CAP. XXI.

A. Καὶ γὰρ οὗτοι, *scilicet*, ὀρχησταί. διὰ τῶν σχηματι-

ζομένου ῥυθμῶν μιμοῦνται καὶ ἤθη, καὶ πάθη, καὶ πράξεις.

B. Οἱ τῶν σατυρικῶν ὑποκριταὶ χοροὶ τὴν Σιληνικὴν εἰδοφοροῦντες σίκιννιν σκευὰς δὲ αὐτοῖς ἦσαν τοῖς μὲν εἰς Σιληνοὺς εἰκασθεῖσι μαλλωτοὶ χιτῶνες, οὓς ἔνιοι χορταίους καλοῦσι, καὶ περιβόλαια ἐκ παντὸς ἄνθους· τοῖς δὲ εἰς Σατύρους περιζώματα, καὶ δοραὶ τράγων, καὶ ὀρθότριχες ἐπὶ τῆς κεφαλῆς φῶκαι.

CAP. XXII.

A. Ἀλλ' ὥσπερ καλάμῃ καὶ οἰονεὶ σπαργάνοις ἀσπαίροντα. Γιγνώσκειν.——

B. Τὰ δὲ ὁμιλοῦντα ἑαυτοῖς ὁμιλεῖ τὰ μὲν κατὰ κρᾶσιν ὡς αἱ ποιότητες τῶν στοιχείων παντελῶς ἐχόντων τὰς πρώτας ποιότητας ἀφανιζομένας καὶ ἑτέρας γιγνομένας, δυναμένας δὲ πάλιν ὑπὸ φύσεως χωρισθῆναι, καὶ σωθῆναι.

C. Πάνυ γὰρ περὶ τοῦτ' οὐχ ὁρᾷς γέγονε, τὰ τῶν ἐλλήνων πράγματα, εἰ τουτὶ τὸ ῥῆμα. ἀλλά μοι τουτὶ διελέχθην ἐγώ, ἢ δεῖ ἐμὴν χεῖρα. ἀλλὰ μὴ δεῖ ἐμὲ πεπλεύσεται.

D. Ὁ δὲ ἐκκλησιαστὴς, καὶ δικαστὴς ἤδη ἐπὶ παρόντων, καὶ ἀφαιρουμένων κρίνῃ τι, πρὸς οὓς καὶ τὸ φιλεῖν ἤδη, καὶ τὸ μισεῖν, καὶ τὸ ἴδιον συμφέρον συνήρτηται πολλάκις ὥστε μηκέτι δύνασθαι θεωρεῖν ἱκανῶς τὸ ἀληθὲς, ἀλλ' ἐπισκοπεῖν τῇ κρίσει τὸ ἴδιον ἡδὺ, καὶ λυπηρόν.

F. Ἐλθὼν μέντοι τοὺς λέγοντας ἅπαντας ἐν ὑμῖν μήτε πρὸς ἔχθραν λόγον μηδένα, μήτε πρὸς χάριν.

F. Νομίζω δὲ δύο τὰ ἐναντιώτατα εὐβουλίᾳ εἶναι, τάχος τε, καὶ ὀργήν· ὧν τὸ μὲν μετ' ἀνοίας φιλεῖ γίνεσθαι· τὸ δὲ μετὰ ἀπαιδευσίας, καὶ βραχύτητος γνώμης.

G. Οὐχὶ ταὐτὰ παρίσταταί μοι γιγνώσκειν, ὦ ἄνδρ. Ἀθην. ὅταν τε εἰς τὰ πράγματα ἀποβλέψω, καὶ ὅταν εἰς τοὺς λόγους, οὓς ἀκούω.

H. Ἔργον εὑρεῖν συγγενῆ.

Πένης τίς ἐστιν, οὐδὲ εἷς γὰρ ὁμολογεῖ.
Αὐτῷ προσήκειν τὸν βοηθείας τινός.
Δεόμενος αἰτεῖσθαι γὰρ ἅμα τι προσδοκᾷ.

I. Τοῖς μὲν οὖν ἄλλοις πρὸς σωτηρίαν τῶν ὀδόντων ἡ τῶν χειλῶν φύσις ἐστὶ, καὶ πρὸς φυλακῆς τὸ ἕνεκα τῶν ὀδόντων, ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα, καὶ μᾶλλον ἔτι διὰ τὸ εὖ· πρὸς γὰρ τῷ χρῆσθαι, τῷ λόγῳ καὶ ταῦτα,

LIB. VIII. CAP. I.

A. Ἐνεργεῖ δὲ καὶ τῷ πόματι ἀναπτηκυμένος ὅλος ἐπὶ πολὺν χρόνον βραχέως ἰσχυρῶς ἐπικινήσεως ἐν αὐτῷ περὶ τὴν καρδίαν οὔσης.

B. Εἰ δὲ κυπρίᾳ ἡ χαλκίτης λίθος καίεται ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας ἐμβαλλόντων ἐν ταῦθα γίνεται θηρία ἐν τῷ πυρὶ τῶν μεγάλων μυιῶν μικρὸν τι μείζονα ὑπόπτερα, ἃ κατὰ τοῦ πυρὸς βαδίζει, καὶ πηδᾷ· ἀποθνήσκουσι δὲ καὶ αὗται χωριζόμενα τὰ μὲν τοῦ πυρὸς, αἱ δὲ τῆς χιόνος.

C. Τοῦτο δὲ ἴσως καὶ πρὸς Πλάτωνα αἰνιττόμενος λέγει· ἔλεγε γὰρ ὁ Πλάτων, ὅτι εἰσὶ καὶ πύρινα ζῷα, καὶ ἀέρια, ὥσπερ αἱ νύμφαι αἱ λεγόμεναι μακραίωνες.

D. Ὅτι πῦρ οὐδὲν γεννᾷ ζῷον· οὐδὲ φαίνεται συνιστάμενον πυρουμένοις.

E. Καὶ ὁ πυρίμαχος λίθος οὐ καυστὸς, ἐπειδὴ οὐ διαλύεται εἰς τὸ φέρειν· τοιαυτίον γὰρ πέπονθε τὸ ἀποστάζον.

F. Καὶ πρὸς αὐτὸν δημοκρατικὸς ὁ πινδαρὴς, ἐκεῖνος, ὥσπερ ἐν ἄρθρῳ ἄσθματι πολὺν θερμότατος μόνους ἡμέρας τρεῖς ἐξέτεινε τρίφων τὸν ἀθλητής.

CAP. II.

A. Εὐρύθμως ἐπιβοᾶν· ἐστί τι εἰωθὸς ἐν τοῖς θεάτροις ἐπὶ τῇ τοῦ κωμῳδοῦ θεραπείᾳ εὐρύθμως πως ἐπιβοᾶν, ταῦτα εἶτι μεθαρμοσάμενοι εἰς γελοιωδέστερον ἐξῆλθον.

CAP. III.

A. Βήματος δὲ οὐκ ὄντος οὐδὲ τοῦ στρατιωτικοῦ γενέσθαι φθάσαντος ὁ ποιοῦσιν αὐτοὶ, τῆς γῆς ἐκτομὰς βαθείας λαμβάνοντες.

B. Συνήγαγε δὲ τὸ στράτευμα ἀμφὶ δώδεκα μυριάδας, ὃν καὶ ἀνέβη ἐπὶ τὸ βῆμα ἐκ γῆς ἐλάσιος εἰς τὸν ῥωμαϊκὸν τρόπον πεποιημένον.

C. Προσεπέταξε πᾶσι βουλευταῖς μὴ ἐκδημεῖν ἔξω τῆς Ἰταλίας, ἂν μὴ αὐτός ποτε κελεύσῃ. ἢ ἐπιτρέψῃ, καὶ τοῦτο καὶ δεῦρο εἰς φυλάσσεσθαι.

D. Νόμος προσέθηκε μὴ δύνασθαι βουλευτὴν ὑπὲρ ἑπτὰ σημεῖα τῆς πόλεως ὁδεύειν, χωρὶς τῆς τοῦ βασιλέως κελεύσεως.

CAP. IV.

A. Οὐκοῦν καὶ περὶ τὸ ἄρχειν μὲν τὸν ἄρρενα, ἄρχεσθαι δὲ τὴν θήλειαν, ὁμογνωμονήσουσι· τὸ δὲ σχῆμα τῆς ἀρχῆς ἐστι, οὐχ οἷον τὸ δεσποτικὸν, θεραπεῦον τὸ τοῦ κρείττονος συμφέρον· οὐδ' οἷον τὸ τῶν τεχνῶν, μόνου τοῦ ἥττονος ἐπιμελούμενον· ἀλλ' οἷον τὸ πολιτικὸν κηδόμενον ἐξ ἴσου τοῦ κοινοῦ συμφέροντος.

B. Μεγάλη τυραννὶς ἀνδρὶ τέκνα, καὶ γυνή.

Πᾶσα γὰρ δούλη πέφυκεν ἀνδρὸς ἡ σώφρων γυνή.

Σωφρονοῦσα μὲν γὰρ, καὶ πάντα τῷ γεγαμηκότι πειθομένη γυνὴ κυρία τοῦ οἴκου τὸν αὐτὸν τρόπον ἐστὶ, ὅνπερ καὶ τελευτήσαντος τοῦ ἀνδρὸς κληρονό-

λμος ἐγένετο τῶν χρημάτων, ὡς θυγάτηρ πατρός· ἃ μὲν ἄπαις τι, καὶ περὶ μηδενὸς διαθέμενος ἀποθάνοι, πάντας εἶναι κυρία τῶν ἀπολειφθέντων· ἃ δὲ γυναῖκ' ἔχοι, τοῖς πᾶσιν ἰσόμοιρος γενομένη,

C. Ωνια γὰρ ταῦτα τὰ ῥήματα, αὐτὰρ ἔγωγε.
Οὐκ ἐθέλω δόμεναι, οὐ γὰρ ἔχω δόμεναι.

CAP. V.

A. Ἁμαρτάνουσι δὲ καὶ, δικαστὴν τῶν ἀδικημένων λαμβάνοντες. καὶ τοῦ μεγέθους τῆς τιμωρίας κύριον ταῦτα δὲ οἱ συγγενεῖς, μετὰ τοῦ ἀνδρὸς ἐδίκαζον ἐν οἷς ἦν φθορὰ τοῦ σώματος. καὶ ὅπερ τῶν ἐλαχίστων ἁμαρτημάτων ἔλλησι δόξειεν ἂν ὑπάρχειν, ἄν τις οἶνον εὑρεθείη πίνουσα γυνή· ἀμφότερα γὰρ ταῦτα ζημιοῦν ἐκέλευσεν ὁ Ῥωμύλος, ὡς ἁμαρτημάτων γυναικείων ἔσχατα, φθορὰν μὲν ἀπονοίας ἀρχὴν νομίσας, μέθην δὲ φθορᾶς. καὶ μέχρι πολλοῦ διέμεινε χρόνου ταῦτ' ἀμφότερα παρὰ Ῥωμαίοις, ἀπαραίτητον τυγχάνοντα ὀργῆς.

B. Κορίνθιαι γυναῖκες, ἐξῆλθετε δόμων.
Μή μοί μέμψησθε· σὺν μὲν ὀμμάτων ἄπο
Αθιδα γὰρ πολλοὺς βροτῶν σεμνοὺς γεγῶτας.

CAP. VII.

A. Οὐ γὰρ ἐξ ἀρχῆς ὁ ποιητὴς, τοὺς μὲν δουλείαν, τοὺς δὲ δεσποτείαν ἀπένειμεν. μοχ. εἰς κιβητὸν οὐδεὶς δοῦλος εἰσελήλυθε.

B. Τοῖς δὲ παρὰ φύσιν δοκεῖ τὸ δεσπόζειν· νόμῳ γὰρ τὸν μὲν δοῦλον εἶναι, τὸν δ' ἐλεύθερον· φύσει δὲ οὐδὲν διαφέρειν· διόπερ οὐδὲ δίκαιον· βίαιον γάρ.

C. Αὕτη δὲ ἐστὶν ἡ περὶ τὴν ἀρετὴν δουλεία νενόμισται γὰρ δὴ ἡμῖν, ἐάν τις τινὰ θέλῃ θεραπεύειν ἡγούμενος δι' ἐκεῖνον ἀμείνων ἔσεσθαι, ἢ κατὰ σοφίαν, ἢ κατ' ἄλλο, ὅτι οὖν μέρος ἀρετῆς· αὕτη αὖ ἡ ἐθελοδουλεία, οὐκ αἰσχρὰ εἶναι, οὐδὲ κολακεία.

D. Οὕτω δὲ πᾶσιν ἡμῖν ἄγχα τειχᾶς· ὁ μὲν γὰρ τὶς δοῦλος κατὰ νόμους γίγνεται· ὁ δὲ κατὰ τὸν τρόπον τὰς ψυχὰς ὁ κρατούμενος ὑπὸ τῶν ἰδίων παθημάτων τὰς ψυχάς· κατὰ φύσιν δὲ δοῦλος, ὁ δυνάμενος αὐτάρκως τὰς διὰ τοῦ σώματος ὑπηρεσίας παρέχεσθαι τοῖς δεσπόταις·

E. Ὦ παγκάκιστοι καὶ τὸ δοῦλον οὐ λόγῳ.
Ἔχοντες, ἀλλὰ τῇ τύχῃ κεκλημένοι.

CAP. VIII.

A. Ἦν δὲ αὐτῷ τὸ σημεῖον ἀετὸς χρυσοῦς ἐπὶ δόρατος μακροῦ ἀνατεταμένος, καὶ νῦν δὲ ἔτι τοῦτο τὸ σημεῖον τῷ Περσῶν βασιλεῖ διαμένει.

B. Ὥστε δὲ ἐσέπιπτεν εἰς τὸ στρατόπεδον ὡς τι τὸ ἰὼν ἐκπῶθαι σημεῖα, καὶ τὰ ἀγάλματα τοῦ στρατοπέδου προσκυνῶνται.

C. Τιμιώτατα γὰρ Ῥωμαίοις ταῦτα ἐπὶ στρατιαῖς, καὶ ὥσπερ ἱδρύματα, θεῖα ἱερὰ νομίζονται.

CAP. IX.

A. Παρίσθμια δ' εἴρηται ἀπὸ τοῦ ἐν στενῷ πόρῳ καθῆσθαι· οἱ γὰρ ἀρχαῖοι τὰ στενὰ ἰσθμοὺς ἐκάλουν· ἀντιάδες δὲ ἀπὸ τοῦ κατὰ τὴν διάνοιξιν τοῦ στόματος ἀλλήλαις ἐναντίας φαίνεσθαι, καὶ μάλιστα ὅταν φλεγμαίνωσι.

B. Ἀντιάδες δὲ, καὶ ὑπολωπίδες καὶ οὖλα, καὶ γλῶσσα, καὶ ὅσα τοιαῦτα ταύτῃ πεφυκότα, ταῦτα πάντα νοσεῖ ἀπὸ τοῦ φλέγματος.

CAP. X.

A. Καὶ τὴν ξυλίνην γέφυραν, ἣν ἄνευ χαλκοῦ, καὶ σιδήρου. θέμις ὑπ' αὐτῶν διακρατεῖσθαι τῶν ξύλων. ἐκεῖνος ἐπιθεῖναι τῷ Τιβέριδι λέγεται, ἣν ἄχρι τοῦ παρόντος διαφυλάττουσιν ἱερὰν εἶναι νομίζοντες· ἃ δὲ πονήσαιεν αὐτῆς μέρος, οἱ ἱεροφάνται θεραπεύουσι. θυσίας τινὰς ἐπιτελοῦντες ἅμα τῇ κατασκευῇ πατρίους.

CAP. XX.

A. Ὁ ἐπιστητὲ ἤδη καὶ τοῖς μάντεσι, ὥς ἔφη Ἐπιμενίδης ὁ Κρής· ἐκεῖνος γὰρ περὶ τῶν ἐσομένων οὐκ ἐμαντεύετο· ἀλλὰ περὶ τῶν γεγονότων μὲν ἀδήλων δέ.

CAP. XXI.

A. Φανερὸν δὲ ἐκ τῶν εἰρημένων, ὅτι οὐ τὸ τὰ γενόμενα λέγειν, τοῦτο ποιητοῦ ἔργον ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ οἷα ἂν γένοιτο, καὶ τὰ δυνατὰ κατὰ τὸ εἰκὸς, ἢ τὸ ἀναγκαῖον.

B. Ὁ μὲν οὐδὲ μύθοις, οὐδὲ συμβολικοῖς αἰνίγμασιν, ὥς τῶν περὶ αὐτὸν τινες, Ἀριστοτέλης ἐχρήσατο, ἀλλ' ἀντὶ παντὸς ἄλλου περιπετάσματος τὴν ἀσάφειαν προετίμησεν.

CAP. XXII.

A. Τίς δὲ βίος, τί δὲ τερπνὸν ἄτερ χρυσῆς Ἀφροδίτης.
Τεθναίην, ὅτε μοι μηκέτι ταῦτα μέλοι.

B. Τὸν Τυρταῖον ὁ Λεωνίδας ἐρωτηθεὶς ποῖόν τινα νομίζοι ἀγαθὸν ποιητὴν, ἔφη, νέων ψυχὰς καλλιώειν, ὡς τοῖς νέοις διὰ τῶν ἐπῶν ὁρμὴν ἐμποιοῦντα μετὰ θυμοῦ, καὶ φιλοτιμίας ἐν ταῖς μάχαις ἀφειδοῦντας αὐτῶν.
Εὐδαίμονες χαρίται, καὶ μελάνιππος ἔφυν.
Θάας ἀγητῆρες ἐφημερίης φιλότητος.

LIB. IX. CAP. I.

A. Γυναικὶ χρὴ ἀδένας τὸν μαζὸν ἐκ τοῦ προσεῖναι αὐτῇ μέζων, καὶ θὶ γὰρ τὸ ἔμβυος ὁμοίως δὲ, καὶ τοὺς ὀφθαλμούς· ἔσται γὰρ μέζων καὶ λαμπρότερος τὸ τῶν ἔσω τοῦ βλεφάρου ὁκότερος ἢ ὁ μαζὸς μέζων.

Cap. IV.

A. Τῆς δὲ λέξεως ἁπάσης τάδ' ἐστὶ τὰ μέρη, στοιχεῖον, συλλαβή, σύνδεσμος, ὄνομα, ῥῆμα, ἄρθρον, πτῶσις, λόγος.

B. Ὑπῆρξε καὶ ἡ φωνὴ πάντων μιμητικώτατη τῶν μορίων ἡμῖν, διὸ καὶ αἱ τέχναι συνέστησαν, καὶ ἡ ῥαψῳδία, καὶ ἡ ὑπόκρισις, καὶ ἄλλαι γε.

C. Ἔστι δὲ λέξις γραφικὴ μὲν ἡ ἀκριβεστάτη, ἀγωνιστικὴ δὲ ἡ ὑποκριτικωτάτη· ταύτης δὲ δύο εἴδη· ἡ μὲν γὰρ ἠθική, ἡ δὲ παθητική· διὸ καὶ οἱ ὑποκριταὶ τὰ τοιαῦτα τῶν δραμάτων διώκουσι, καὶ οἱ ποιηταὶ τοὺς τοιούτους.

D. Πῶς δεῖ φωνῇ χρῆσθαι πρὸς ἕκαστον πάθος, ὡς ποτὲ μεγάλῃ, ὡς μικρᾷ καί ποτε μέσῃ.

E. Διὸ καὶ τὰ ὑποκριτικὰ ἀφῃρημένης τῆς ὑποκρίσεως οὐ ποιοῦντα τὸ αὑτῶν ἔργον φαίνεται εὐήθη.

F. Διὸ δεῖ λανθάνειν ποιοῦντας, καὶ μὴ δοκεῖν λέγειν πεπλασμένως, ἀλλὰ πεφυκότως· τοῦτο γὰρ πιθανόν.

G. Ἐκεῖνο δὲ τοὐναντίον· ὡς γὰρ πρὸς ἐπιβουλεύοντα διαβάλλονται, καθάπερ πρὸς τοὺς οἴνους τοὺς μεμιγμένους.

H. Καὶ οἷον ἡ Θεοδώρου φωνὴ πέπονθε πρὸς τὴν τῶν ἄλλων ὑποκριτῶν· ἡ μὲν γὰρ τοῦ λέγοντος ἔοικεν εἶναι, αἱ δὲ ἀλλότριαι.

Cap. VI.

A. Ἀριστοτέλης δὲ χαίρειν φησὶ τὰς ἐγχέλεις καθαρωτάτῳ ὕδατι· ὅθεν τοὺς ἐγχελυοτρόφους καθαρὸν αὐταῖς ἐπιχεῖν· πνίγεσθαι γὰρ ἐν τῷ θολερῷ. Τῶν δὲ ἐγχέλεων τρέφονται μὲν ὀλίγαι τινὲς, καὶ ἐνιαχοῦ, καὶ ἰλύι καὶ σιτίοις ἄν τις παραβάλλῃ· αἱ μὲν τοι πλεῖσται τῷ ποτίμῳ ὕδατι, καὶ τοῦτο τηροῦσιν οἱ ἐγχελυοτρόφοι, ὅπως ὅτι μάλιστα καθαρὸν ᾖ τὸ ὕδωρ, ἢ ἀπορρέον ἀεὶ, καὶ ἐπιρρέον ἐπὶ πλαταμώνων.

Cap. VII.

A. Ὄσσον ἐμῇ κεφαλῇ περιδείδια, μή τι πάθῃσι,
καὶ σῇ——

B. Ἀνὰ νῦν εἰς κεφαλὴν ὑμᾶς αὐτοὺς δεῖ τρέψαι.
Εἰς κεφαλὴν τρέποιτ' ἐμοί.

C. Εἶπον ἄντην εἰς κεφαλήν.——
Τὸν ἐγὼ περὶ πάντων τῖον ἑταίρων ἶσον ἐμῇ κεφαλῇ
Τὸν μὲν ἐγὼ ἴσκοι ἶσον φαίοσιν ἐμοῖσιν.

Cap. VIII.

A. Ἔστι μὲν τοῦτο τὸ δέ.
Χαλκῆ παρθένος εἰμί,
Μίδα δ' ἐπὶ σήματι κεῖμαι.
Ἐπεὶ τὸ καλὸν, καὶ ζῷον, καὶ ἅπαν πρᾶγμα, ὃ συνέστηκεν ἔκ τινων, οὐ μόνον ταῦτα τεταγμένα δεῖ ἔχειν.

B. Ἡρακλείδης ἱστορεῖ, ὅτι κατὰ τὴν Σπάρτην θαυμάζονται μάλιστα ὁ κάλλιστος, καὶ ἡ γυνὴ καλλίστη· διό φασι περὶ Ἀρχιδάμου τοῦ βασιλέως γυναικὸς αὐτῷ καλῆς φαινομένης, ἑτέρας δὲ αἰσχρᾶς, καὶ πλουσίας, ὡς ἀπέκλινεν ἐπὶ τὴν πλουσίαν, ζημιῶσαι τοὺς ἐφόρους αὐτὸν, ἐπιλέγοντας, ὅτι βασιλίσκους αὐτῷ βασιλέων τῆς Σπάρτης γυναῖκα προαιρεῖται. Εὐριπίδης τε ἔφη· πρῶτον μὲν εἶδος ἄξιον τυραννίδος.

Cap. IX.

A. Ἐστ' ἄκουσμα ἥδιον, ἢ ῥηθεὶς λόγος.
Πατρὸς πρὸς υἱὸν περιέχων ἐγκώμιον.

Cap. X.

A. Οὐκοῦν ἀκρατιούμεθα, ἐν ἰσθμῷ γὰρ ἀριστῶμεν.

B. Τὸ παρ' ἡμῶν νῦν ἄριστον λεγόμενον, τὸ πρωινὸν ἔμβρωμα, μεθ' ὃ δεῖ πονεῖν, ὅ ἐστιν ἐργάζεσθαι.
Νῦν δ' ἔρχεσθ' ἐπὶ δεῖπνον, ἵνα ξυνάγωμεν ἄρηα.

C. Ἄριστον ἐν ὅσῳ ὁ μάγειρος ποιεῖ, συνακρατίσασθαι πῶς ἔχεις μετ' ἐμοῦ.
——Φίλοι δ' ἀμφ' αὐτὸν ἑταῖροι.
Ἐσσυμένως ἐπένοντο, καὶ ἐντύνοντο ἄριστον.

D. Ἄριστον δὲ λέγει νῦν τὸ πρωινὸν, ὃ ἡμεῖς λέγομεν ἀκράτισμα ὥσπερ αὖ πάλιν τὸ παρ' ἡμῖν ἄριστον ὁ ποιητὴς φησὶ δεῖπνον, μεθ' ὃ δεῖ πονεῖν.

E. Τοῖσι δὲ τετμημένοισι μέλας ἐπὶ ἕσπερος ἦλθε.

F. Ἦμος δὲ δρυτόμος ἀνὴρ ὡπλίσσατο δόρπον.
Οὔρεος ἐν βήσσῃσιν, ἐπεί τ' ἐκορέσσατο χεῖρας.
Τάμνων δένδρεα μακρὰ ἄδος τέ μιν ἵκετο θυμόν.
Σίτου τε γλυκεροῖο περὶ φρένας ἵμερος αἱρεῖ.

Cap. XI.

A. Προσπερπάζων ὥσπερ ἰκτῖνος τὰ ὄψα, καὶ τὸν πλησίον περιαγκωνιζόμενος καρύκης τὸ γένειον ἀνάπλεως. κυνηδὸν ἐμφερόμενος ἐπικεκυφώς.

Cap. XIII.

A. Πὰρ δὲ Βοηθοΐδης κρέα δαίετο, καὶ νέμε μοίρας.

B. Ἐν δὲ τοῖς δείπνοις ἐκεκλήρωτο περὶ τῶν μερίδων· εἰ δὲ ἀπολάχῃ πρῶτον αἱρεῖν τῶν φίλων καλούντων, ἔλεγεν μὴ καλῶς ἔχειν ἀκούσης τῆς Ἀφροδίτης.

C. Τὸν ἴσην ἑκάστῳ μοῖραν δαιόμενον, sive, τὸν τὰ κρέα μερίζοντα τοῖς δαιτυμόνεσι.

D. ——Ἐνθάδε δαιτρὸς ἐφίζεσκεν κρέα πολλά

Δασσάμε-

Δαιόμενος μνηστῆρσι δίδομεν κατὰ δαιτυμόνεσσι.

E. Διὰ τὸ μηδέποτε συμπεπλέχθαι ταῖς ἄλλαις εὐωχίαις.

F. Ἔρανοι δέ εἰσιν αἱ ἀπὸ τῶν συμβαλλομένων συναγωγαὶ ἀπὸ τοῦ συνερᾶν, καὶ συμφέρειν ἕκαστον.

G. Εὐωχία πολυτελής, ἐν ᾗ κατὰ ἄλας, ἢ ὁμοῦ ἀλώμενοι πολλοὶ ἔπινον.

Τὰς θυσίας, καὶ τὰς λαμπροτέρας παρασκευὰς ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ εἰλαπίνας, καὶ τοὺς τούτων μετέχοντας, εἰλαπιναστάς.

H. Τὸ παλαιὸν οὐκ εἶναι ἔθος οὔτ᾽ οἶνον ἐπὶ πλεῖον, οὔτ᾽ ἄλλην ἡδυπάθειαν προσφέρεσθαι μὴ θεῶν ἕνεκα τοῦτο δρῶντας.

I. Καὶ τὴν ἥβην δέ τινες ἀνέπλασαν οἰνοχοοῦσαν αὐτοῖς ἴσως διὰ τὸ ἡβητήρια καλεῖσθαι τὰ συμπόσια.

K. Δοκεῖ γὰρ ἔχειν πρὸς φιλίαν τι ὁ οἶνος ἑλκυστικὸν παραθερμαίνων τὴν ψυχὴν καὶ διαχέων.

L. Καλέσας, τὸ ὄνομα τοῦ ἀρίστου βρυμαλιὴμ, ὅ ἐστι φαγεῖν ἐκ τῶν ἀλλοτρίων τραπεζῶν.

CAP. XIV.

A. Τρικύνου ἐν Πέρθαις ὄντι, καὶ τῆς θαλάσσης ἀπέχοντι ἡμερῶν πολλῶν ὁδὸν, ἀπίκετο ὁ ὀψοφάγος ὄστρεα παρὰ διεπέμψατο ὑπὸ σοφίας τεθησαυρισμένα.

B. Ἃ νομίζουσι ῥωμαϊκῶς πόθημα, καὶ προστίθενται τοῖς νέκυσι.

C. Καὶ μετὰ τοῦτο πάνθ᾽ ὅσα περ ἐν τοῖς ἐναγίσμασι καθαγίζεται, καὶ ἐκείνοις μέλανα ἐν σκεύεσιν ὁμοίως προσηνέχθη.

CAP. XV.

A. Πρῶτον μὲν μονοσιτεῖν χρὴ διάγειν, ἢν μὴ πάνυ ξηρά τις τὴν κοιλίην ἔχῃ· εἰ δὲ μὴ, μικρὸν ἀριστῆν.

B. Οἱ μὲν γὰρ ἢν ἀριστήσωσι μὴ ξυμφέροντος αὐτοῖσιν, εὐθὺς βαρέες, καὶ νωθροὶ τὸ σῶμα. καὶ ἢν δὲ ἐπιδειπνήσωσι, καὶ φῦσα, καὶ στρόφος, καὶ ἡ κοιλίη καταρρήγνυται.

C. Μονοσιτεῖν ἰσχναίνει καὶ ξηραίνει, καὶ τὴν κοιλίαν ἵστησι. Ἄριστον δὲ τὸ ἀπόλυτα διαπρήσσεσθαι τῇ μονοσιτίῃ.

D. Ἐλθόντα δέ με, ὁ ταύτῃ λεγόμενος αὖ βίος εὐδαίμων, Ἰταλιωτικῶν τε, καὶ Συρακουσίων τραπεζῶν πλήρης οὐδαμῇ, οὐδαμῶς ἤρεσε· δίς τε τῆς ἡμέρας ἐμπιπλάμενον ζῆν, &c.

CAP. XVI.

A. Ἵνα δὲ αὐτοῖς, ἐλάττω τὰ ἄπεπτα τῶν πεπεμμένων.

B. Ὁ δὲ ἀνὴρ ἀθαίρετος, ψυχρῷ λελουμένος, καὶ συνήθης τῇ ξυμφορᾷ.

CAP. XVII.

A. Αὐτόμαται πύλαι μύκον οὐρανοῦ, ἃς ἔχον ὧραι,
Τῆς ἐπιτέτραπται μέγας οὐρανὸς, Οὔλυμπός τε.

B. Ἐσιόντι δὲ (in cœlum) πρῶτον μὲν εἰκοῦσιν αἱ ὧραι, πυλωροῦσι γάρ· ἔπειτα δὲ Ἶρις. καὶ ὁ Ἑρμῆς οὗτος ὑπηρέτης καὶ ἀγγελιαφόρος τοῦ Διός.

C. Τίς δὲ γίγνοιτ᾽ ἂν ἀψευδεστέρα ποία δὲ, ἣν τινα φυλάττουσιν αἱ καλαὶ, καὶ γνώριμοι τῶν ὅλων αἱ ὧραι, θέρη τε, καὶ χειμῶνες, ἐπάγουσαι πεπηγμένως ἡμέρας τε, καὶ νύκτας εἰς μίαν ὁδὸς ἀποτέλεσμα, καὶ ἐνιαυτοῦ.

D. Αἱ τ᾽ ἔργ᾽ ὠράζουσι καταθνητοῖσι.
Ἠμὲν ἀνακλῖναι πυκινὸν νέφος, ἠδ᾽ ἐπιθεῖναι.

E. Κατά τε τὰς δύσεις, καὶ τὰς ἀνατολὰς ἐν τοῖς πελάγεσι, διὰ τὸ τὰς ἀναθυμιάσεις πλείους ἐκ τῶν ὑγρῶν ἀναφέρεσθαι διὰ δὲ τούτων, ὡς δι᾽ αὐλῶν κλωμένην τὴν ὄψιν μεγαλυτέρας δέχεσθαι τὰς φαντασίας, καθάπερ καὶ διαφανῆς ξηροῦ καὶ λεπτοῦ βλέπομεν, δυόμενον, ἢ ἀνατέλλοντα τὸν ἥλιον, καὶ τὴν Σελήνην, ἡνίκα καὶ ἐρυθροὺς φαίνεσθαι τὸ ἄστρον.

F. Ἥλιος, καὶ σελήνη. καὶ οἱ πλανῆται περὶ τὴν ἀνατολὴν, ἢ δυτικὸν ὁρίζοντα τυγχάνοντες μείζονες νομίζονται τῷ σώματι τῷ τῶν ὑπὲρ αὐτοὺς ἀέρα πιεῖσθαι.

CAP. XX.

A. Νίκανδρος δὲ ὁ Κολοφώνιος ἐν δευτέρῳ γλωσσῶν, βρένθιν λέγεσθαί φησι παρὰ Κυπρίοις θρίδακα, ἐν ᾗ ὁ Ἄδωνις καταφυγὼν ὑπὸ τοῦ κάπρου διεφθάρη· mox, καὶ Καλλίμαχος δέ φησιν, ὅτι ἡ Ἀφροδίτη τὸν Ἄδωνιν ἐν θριδακίνῃ κρύψειν· ἀλληγορούντων τῶν ποιητῶν, ὅτι ἀσθενεῖς εἰσὶ πρὸς ἀφροδίσια οἱ συνεχῶς χρώμενοι θρίδαξι.

B. Ἐγὼ γὰρ αὐτῆς, ἄλλον ἐξ ἐμῆς χερὸς, ὃς ἂν μάλιστα φίλτατος κυρεῖ βροτῶν τόξοις ἀφύκτοις τοῖσδε τιμωρήσομαι·

C. Ἄδωνις ὅτε παῖς ὢν Ἀρτέμιδος χόλῳ πληγεὶς ἐν θήραις ὑπὸ συὸς ἀπέθανε.

D. Νικάνορα διαβαλὼν τῷ ἐφίππῳ ὠφέλησε.

E. — Εἰ γάρ τις κ᾽ ἐθέλῃ τὰ δίκαι᾽ ἀγορεῦσαι
Γιγνώσκων· τῷ μέν τ᾽ ὄλβον διδοῖ εὐρύοπα Ζεύς.

F. Οἷος ἦν Λακύδης ὁ Ἀργεῖος· οὗτος γὰρ θέλων ἀνελεῖν πρόμηθιά τινα Θετταλὸν φῦμα ἔχοντα, πλήσσας τῷ ξίφει παρὰ τὸ φῦμα ἰάσατο.

CAP. XXI.

A. Τὴν ὑμνουμένην χρυσῆν πλάτανον οὐχ ἱκανὴν εἶναι τέττιγι σκιὰν παρέχειν.

B. Ταύτην ἰὼν ὁ Ξέρξης τῇ ὁδῷ, εὗρε πλατάνιστον, τὴν κάλλεος εἵνεκα δωρησάμενος κόσμῳ χρυσέῳ καὶ μελεδωνῷ ἀθανάτῳ ἀνδρὶ ἐπιτρέψας, δευτέρῃ ἡμέρῃ ἀπίκετο ἐς τῶν Λυδῶν τὸ ἄστυ.

ὅμηρος μαρμαίρειν λέγων τὸ λάμπειν. ὅ ἐστι μαρμαίρειν, καὶ διαιρεῖν· ἀφ' οὗ τὸ διακρίνειν· ὅθεν τὸ μὴ μαρμαῖρον, ἀλλὰ σκοτεινὸν, ἀμαυρὸν· καὶ ὅτι παρὰ τὸ μαρμαίρειν, καὶ διακρίνειν, καὶ διαιρεῖν κέκληκε τὸ φωτίζειν· μαρμαίρειν δὲ δηλοῖ τὸ φῶς, δάος καλέουσι, δάος μετὰ χερσὶν ἔχουσι· ἀφ' οὗ αἱ δειλινοὶ τοῦ φωτὸς δᾶδες, καὶ δαΐδες·

CAP. IV.

A. Τοῦτο τὸ αἴτιον γέγονεν, οὐκ ἀνθρώπινον, ἀλλά τι δαιμόνιον ἐναντίωμα, ὃ σὺ τὴν δύναμιν, καὶ ὕστερον παύσῃ· νῦν δ' ἐπειδὴ οὐκ ἔτι ἐναντιοῦται, οὕτω προσελήλυθα· εὔελπις δέ εἰμι καὶ τὸ λοιπὸν μὴ ἐναντιώσεσθαι αὐτό.

B. Σιμιχίδα μὲν ἔρωτες ἐπέπταρον· ἦ γὰρ ὁ δεῖλος Τόσσον ἐρῇ Μυρτοῦς ὅσον εἴαρος αἶγες ἐρῶνται.

C. Σημεῖον οἰωνιστικὸν, καὶ ἱερὸν μόνον τῶν πνευμάτων.

D. Ολβιε γαμβρ' ἀγαθός τις ἐπέπταρεν ἐρχομένῳ τοι Ες Σπάρταν---

E. Τηλέμαχος δὲ μέγ' ἔπταρεν--γέλασε δὲ πηνελόπεια.

F. Πταρμὸς γίνεται ἐκ τῆς κεφαλῆς, διαθερμαινομένου τοῦ ἐγκεφάλου, ἢ διυγραινομένου τοῦ ἐν τῇ κεφαλῇ κενοῦ πεπληρωμένου. ὑπερχεῖται οὖν ὁ ἀὴρ ὁ ἐκεῖ ὢν ἔξω· ψοφεῖ δὲ, ὅτι διὰ στενοῦ ἡ διέξοδος αὐτοῦ ἐστιν.

G. Παπρεῖς γάρ τινες ἐρεθίζοντες τὰς ῥῖνας πτάρνυνται.

H. Καὶ τὰς ἑκατέρωθεν τῆς ῥινὸς πρὸς τὸν μεγάλους κανθοὺς καμούσας φλέβας ἀποπιέζων τοῖς δακτύλοις, κωλύσεις τὸν πταρμόν.

I. Βασιλικὰ τὰ ὤκιμα συμμέτρως μετέχουσι τῆς θερμότητος, ὠφελοῦσι δὲ ὀσφραινόμενα καρδίαν, καὶ κεφαλήν.

CAP. VI.

A. Επειδή, φησιν εὐχερῶς, καὶ ἑτοίμως ὑπισχνούμεθα. οὐ ποιοῦμεν δὲ, ἀπιστοῦσιν εἰκότως ἅπαντες ἡμῖν.

B. Κόμος οὐκ ἐᾷ ἐπὶ τραπέζης μοιχὸν λαβεῖν, αἱ ἐπ' ἐργαστηρίου καθῆνται.

CAP. VII.

A. Ὁ δὲ ὠκεανὸς ποταμός ἐστι καθ' ὅμηρον. ὠκεανὸς δὲ ποταμὸς καθ' ὅμηρον περιῤῥέων κύκλῳ τὴν γῆν ποταμῶν πάντων πατὴρ ὤν.

B. Γῆν πολλὴν, καὶ λίμνην τινὰ μεγάλην περιῤῥέουσι.

C. Επειδὴ ἐκ τῆς τῶν ὑγρῶν ἀναθυμιάσεως γίνεται ἀήρ·

D. Πίνει θάλασσα δ' αὔρας, ὁ δ' ἥλιος θάλασσαν, τὸν δ' ἥλιον Σελήνη.

CAP. VIII.

A. Εἰρεσιώνη σῦκα φέρει καὶ πίονας ἄρτους,
Καὶ μέλι ἐν κοτύλῃ, καὶ ἔλαιον ἐπικρήσασθαι,
Καὶ κύλικ' εὔζωρον ἵνα μεθύουσα καθεύδῃ, *siue*
--ὡς ἂν μεθύουσα καθεύδῃς. in 2. versu in Arist. sch. Pluto legitur ὑποψήσασθαι.

B. Αναθῶμεν νῦν καὶ ἡμεῖς τούτοις τὰς ἑτέρας εἰρεσιώνας, καὶ προσπαιγάλωμεν ἐπελθόντες·

C. Ορῶ ἔχοντ' ἐλαίας θ' ὑψιγεννήτου κλάδον λήνει μεγίστῳ σωφρόνως ἐστεμμένον ἀργῆτι μαλλῷ.

D. Ἔπεφε δή σοι θύμαθ' ἢ παρῶσί μοι πάγκαρπ' ἄνακτι τῷ δ' ἀπαρχαῖς·

E. Τὸ δ' ἐπιλεγόμενον οὐδὲν ἴσως ἄτοπον, ἀλλ' ἅ τι ἄλλο προστιθέασιν. οἷον τὸ πίνακες τοῦ Ασκληπιάδου· αὐτὴ μὲν συμβάλλειν γὰρ τῇ γῇ παγκαρπίαν μελιττοῦσιν.

CAP. X.

A. Ζεῦ κύδιστε, μέγιστε, καὶ ἀθάνατοι θεοὶ ἄλλοι,
Οππότεροι πρότεροι ὑπὲρ ὅρκια πημήνειαν,
Ωδέ σφ' ἐγκέφαλος χαμάδις ῥέοι, ὡς ὅδε οἶνος,
Αὐτῶν, καὶ τεκέων, ἄλοχοι δ' ἄλλοισι μιγεῖεν.

CAP. XI.

A. Τὸ δὲ κατὰ τὸ ἔθος τῆς λέξεως, *hoc est*, διὰ καταλύσιν. οἷον τὸν κεκερασμένον, οἶνον φασὶν εἶναι· ὅθεν πεποίηται, κνημῖδες νεοτεύκτου κασσιτέροιο, καὶ χαλκέας, τοὺς τὸν σίδηρον ἐργαζομένους.

B. Αμφὶ δέ μιν κνημὶς νεοτεύκτου κασσιτέροιο.

C. Τεῦξε δὲ οἱ κνημῖδας ἑανοῦ κασσιτέροιο.

D. Πολλὰ δ' ἐν ἀφνειοῦ πατρὸς κειμήλια κεῖται,
Χαλκός τε, χρυσὸς, πολυκμητός τε σίδηρος.

E. Αλλὰ σιδηροφόρον συφελὴν χθόνα γατεμέοντες
Ωνον ἀμειβόμενοι βιοτήσιον--

F. Η τῶν πολλῶν, καὶ ἰδιωτῶν χρῆσις τὸν χαλκὸν ἀργύρεον λέγει, οἷον οὐκ ἔχει χαλκὸν, καὶ ὀφείλει χαλκόν.

CAP. XIII.

A. Πρὸς τοῦτο πειθώ τις ἐπεκάθητο τοῖς χείλεσι.
Οὕτως ἐκήλει, καὶ μόνος τῶν ῥητόρων
Τὸ κέντρον κατέλειπε τοῖς ἀκροωμένοις·

CAP. XIV.

A. Καὶ παραγαγὼν τὸν Διόνυσον ἐν Σεμέλῃ διαστελλόμενον πεποίηκε. πρῶτον μὲν ὅσοι ἐμοὶ τί θύουσί τινες, αἷμα, κύστιν, μὴ καρδίαν μηδὲ ἐπίπλαιον.

B. Δεινὸν γὰρ εἴη, εἰ πρὸς τὰ δῶρα, καὶ πρὸς τὰς θυσίας ἀποβλέπουσιν ἡμῶν οἱ θεοὶ, ἀλλὰ μὴ πρὸς τὴν ψυχήν.

C. Διδασκόμεθα, ὅτι πλέον τῶν θυσιῶν τέρπονται οἱ θεοὶ τοῖς οἰκείοις ἑκάστου ὕμνοις·

D. Θεοῖς μικρὰ θύοντας τέλη τῶν βουθυτούντων ὄντας εὐσεβεστέρους.

E. Τὰ δὲ λέγει Αμμων, φησὶν, οὐ βούλεσθαι αὐτῷ τὴν Λακεδαιμονίων εὐφημίαν εἶναι μᾶλλον, ἢ τὰ σύμπαντα τῶν ἑλλήνων ἱερά.

F. Οὐδενὸς ἀδίκου θεὸς κοινωνεῖ· οὐδεὶς γὰρ κακὸς θεοφιλής.

CAP. XV.

A. Τούτῳ δή ἔοικε, καὶ τὸ τῶν εὐεργετῶν. τὸ γὰρ εὐ ποιεῖν θεοῖς ἔργον ἐστὶν αὐτῶν.

B. Καὶ οἱ χρηματιζόμενοι περὶ τὰ χρήματα σπουδάζουσιν ὡς ἔργον αὐτῶν.

C. Μὴ οὖν θαύμαζε εἰ τὸ αὐτὸ ἀποβλάστημα φύσει τῆς ἵππου.

D. Ηρίστευσε δὲ καὶ Σωκράτης ἐπὶ τῷ δεξιῷ ταχθεὶς πολὺ μᾶλλον, ἢ ὅτε ζῶν ἐπὶ Δηλίῳ ἐμάχετο.

CAP. XIX.

A. Πάντες θεοὶ φύουσιν ἀνθρώποις φρένας,
Παντων ὅ ἐστὶ χρημάτων ὑπέρτατον.

CAP. XX.

A. Αχαιοῖς οἷά τι νεβρὸν Νεοθηλέα γαλαθηνὸν ὃς ἐν ὕλαις κεροέσσης ἀπολειφθεὶς ἀπὸ μητρὸς ἐπτοήθη.

B. Εἰ δ' ὡς ἐκ πελάγους ἐρρύσατο Δάμιν ἄνασσα,
Κάκ πενίης θύσει χρυσόκερων κεμάδα,

CAP. XXI.

A. Οἱ μετὰ λόγου βιώσαντες χριστιανοί εἰσι, κἂν ἄθεοι ἐνομίσθησαν· οἷον ἐν Ἕλλησι μὲν Σωκράτης, καὶ Ἡράκλειτος, καὶ οἱ ὅμοιοι αὐτοῖς· ἐν βαρβάροις δὲ Ἀβραάμ, Ἀνανίας.

CAP. XXII.

A. Εἰ γὰρ δεῖ ἑκάστην τραγῳδίας, ἀγωνίζεσθαι πρὸς κλεψύδραν ἠγωνίζοντο ὥσπερ ποτὲ καὶ ἄλλοτέ φασιν.

B. Ὅς γὰρ ἀγῶνας καινοὺς ὥσπερ δράματα, καὶ τούτους ἀμαρτύρους πρὸς διαμεμετρημένην ἡμέραν αἱρεῖς διώκων.

LIB. II. CAP. I.

A. Τριχορίαν δὲ συστησάμενος ἔστησε τρεῖς λακώνων χορὸς καθ' ἡλικίαν, παῖδας, ἄνδρας, γέροντας.

B. Παῖς, ἔαρ: νεανίσκος, θέρος: νεανίης φθινόπωρον: γέρων, χειμών.
Ομματα, καὶ κεφαλὴν ἴκελος Διὶ τερπικεραύνῳ,
Αρεϊ δὲ ζώνην, στέρνον δὲ Ποσειδάωνι.

CAP. III.

A. Ἰχθύσι μὲν, καὶ θηρσὶ, καὶ οἰωνοῖς πετεηνοῖς
Εσθειν ἀλλήλους. *Quid ita?* ἐπεὶ οὐ δίκη ἐστὶν ἐπ' αὐτοῖς.

B. Τῷ μὲν τ' ἐκπάγλον κοτέων βασιλήϊος ὄρνις
Αετὸς ἐκ παλάμης ἐπαΐξεται ἀντίον ἐχθρὴν
Δῆριν ἀγειρόμενος, ὅταν βλώσκοντα καθ' ὕλην
Δέρκηται ——

C. Αγνοεῖ δ' Ἀράχνη παῖδας ὡς παιδεύεται,
Θρέψασα γὰρ τίθησι πρὸς τῶν φιλτάτων.

D. Εχθος δ' ἀλλήλοισιν ἀνάρσιον αἰὲν ἔχουσι
Πάν ὀφίων, ἐλάφων τε γένος, πάντη δ' ἐρεείνει
Ούρεος ἐν βήσσησιν ἔλαφος θερμὸν ἑρπηστῆρα.

E. Δελφῖνες τῇ, καὶ τῇ ἐθείρεσιν ἐχυδάοντες
Νηχομένοις ἴκελοι, δειλὰ δ' ἀναφυσιόωντες
Αργύρεοι Δελφῖνες ἐθείνοντ' ἔλλοπας ἰχθῦς
Τῶν δ' ἄπο χάλκειοι τρέον ἰχθύες ——

F. Ὡς ὑπὸ Δελφῖνος μεγακήτεος ἰχθύες ἄλλοι
Φεύγοντες πιμπλᾶσι μυχοὺς λιμένος εὐόρμου
Δειδιότες, μάλα γάρ τε κατεσθίει, ὅν κε λάβῃσιν.

G. Ὅπλον ἑκάστῳ νεῖμε θεὸς φύσιν ἠερόφοιτον,
Ορτυσι μὲν πολλὴν ταχυτῆτ' ἀλκὴν δὲ λέουσι,
Ταύροις δ' αὐτοχύτοις κεράεσσι, κέντρα μελίτταις
Εμφυτον ἄλκαρ ἔδωκε· λόγος δ' ἔρυμ' ἀνθρώποισιν,
Τῆς δὲ θεοπνεύστου σοφίης λόγος ἐστὶν ἄριστος.

H. Οφις εἰ μὴ φάγῃ ὄφιν, δράκων οὐ γενήσεται.

I. Τ' ἀλλότρια δειπνεῖν τὸν καλῶς εὐδαίμονα.

K. Οὔτοι τι τἀλλότρια ἐσθίειν ἐστὶ γλυκύ.

L. Ανθρώποισι δ' ἔδωκε δίκην, ἣ πολλὸν ἀρίστη
Γίνεται ——

M. Εἰδὼς τὸ ὕδωρ πίνειν, ἵν' ἡ πειρώμεθα ἄνθρωποι γε;

CAP. V.

A. Πλεῖαί τοι οἴνου κλισίαι, τὸν νῆες Αχαιῶν
Ημάτιαι Θρήκηθεν ἐπ' εὐρέα πόντον ἄγουσι

B. Τρεῖς γὰρ μόνους κρατῆρας ἐγκεραννύω
Τοῖς εὐφρονοῦσι τὸν μὲν ὑγιείας ἕνα,
Ον πρῶτον ἐκπίνουσι· τὸν δὲ δεύτερον
Ερωτος, ἡδονῆς τε, καὶ τρίτον δ' ὕπνου,
Ον πιόντες οἱ σοφοὶ κεκλημένοι
Οἴκαδε βαδίζουσιν· ὁ δὲ τέταρτος οὐκέτι
Ημέτερός ἐστ' ἀλλ' ὕβρεως· πέμπτος βοῆς,
Εκτος δὲ κώμων· ἕβδομος ὑπωπίων·
Ογδοος δὲ κλήτηρος· ὁ δ' ἔνατος χολῆς·
Δέκατος δὲ μανίας, ὥστε καὶ βάλλειν ποιεῖ,
Πολὺς γὰρ εἰς ἓν μικρὸν ἀγγεῖον χυθεὶς
Ὑποσκελίζει ῥᾷστα τοὺς πεπωκότας.

C. Αἱ νύμφαι τὸν Βάκχον, ὅτ' ἐκ πυρὸς ἥλατ' ὁ κοῦρος,
Νίψαν ὑπὸ τέφρης ἄρτι κυλιόμενον,
Τοὔνεκα σὺν νύμφαις Βρόμιος φίλος· ἢν δ' ἑνὶ εἴργῃς
Μίσγεσθαι, δέξῃ πῦρ ἔτι καιόμενον.

D. Οἴμοι δὲ κύλικος ἴσον ἴσῳ κεκραμένης.

E. Καὶ πέντε πίνε, καὶ τρία, ἢ μὴ τέτταρα.

F. Ἢ γὰρ δύο πρὸς πέντε πίνειν φησὶ δεῖν, ἢ ἕνα πρὸς τρεῖς.

CAP. VIII.

A. Σὺ μὲν νομίζεις αὖ σεαυτὸν ἢ θέλεις, ἔξω βαρείας αἰτίας ἐλεύθερον. (λεται

B. Ηδύ τ' ἀποθνήσκειν, ὅταν ζῆν μὴ παρέσχῃ, ὡς βούλεται
Ελεύθερον γὰρ τὸ μὴ πρὸς ἄλλον ζῆν.

C. Τίς ἐστὶ δοῦλος, τοῦ θανεῖν ἄφροντις ὤν;

CAP. XIII.

A. Εἴποτ᾽ Ἀχιλλῆος ποθὴ ἵξεται υἷας Ἀχαιῶν.

B. Ὁ κάμιλλος εὔξατο τὴν Ἀχίλλειον εὐχὴν ἐπιτυχεῖν, ἐρωμένους κάμιλλον ἐν καιρῷ ἀποκτῆσαι δι᾽ αὐτοῦ οὐ πολὺ ὕστερον.

C. Μηκέτ᾽ ἔπειτ᾽ Ὀδυσῆϊ κάρη ὤμοισιν ἐπείη
Μηδ᾽ ἔτι Τηλεμάχοιο πατὴρ κεκλημένος εἴην.

D. Αἵ νύ ποθ᾽ Ἡσίοδον καλὴν ἐδίδαξαν ἀοιδὴν
Τόνδε δέ με πρώτιστα θεαὶ πρὸς μῦθον ἔειπον.

E. Ἰδὼν δὲ αὐτὸν ἀπὸ τοῦ Ἑλληνικοῦ ὁ Ξενοφῶν.

F. Καί πού τι καὶ βροτῶν φρένας ὑπὲρ τὸν ἀληθῆ λόγον δεδαιδαλμένοι ψεύδεσι ποικίλοις ἐξαπατῶντι μῦθοι.

G. Χάρις δ᾽ ἅπερ ἅπαντα τεύχει τὰ μείλιχα θνατοῖς, ἐπιφέροισα τιμὰν, καὶ ἄπιστον ἐμήσατο πιστὸν ἔμμεναι τὸ πολλάκις.

H. Τά δὲ δαίετο θαύματα ἔργα. θαύματα δὲ τὰ θαυμαστὰ διὰ τὸ μέγεθος, καὶ Πίνδαρος, ἦ θαύματα πολλά.

CAP. XV.

A. Εὕδεις Ἀτρέος υἱὲ δαΐφρονος ἱπποδάμοιο.
Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα.

B. Ἡδύ τι πίνειν. οἶνος Ἀφροδίτης γάλα.

CAP. XVII.

A. Ἡ τῶν πίνων προσηγορία καὶ ἐπὶ τοὺς ἐκγόνους ἐκτείνεται.

CAP. XVIII.

A. θαυμάζειν πρὸς τούτοις, τοὺς μὲν δεῖπνον ποιοῦντας προσφερομένους, ὡς ἀπεψίας μᾶλλόν ἐστιν ἐπιτηδειοτέρα ἐμποιεῖν ἀνάγουσα ἄνωθεν τὴν τροφήν.

CAP. XXII.

A. Εἴ τοι ἐχθροῖς.
Τὰν αἶγαν φλάσσω τὺ πρὶν ἢ ἐμὲ καλλιερῆσαι
Ταῖς νύμφαις τὸν ἀμνὸν----

LIB. III. CAP. I.

A. Καὶ δὴ καὶ περιφέρεται τὰ ἔπη ταυτί. ταῦτ᾽ ἔχω, &c.

B. Εὖ εἰδὼς, ὅτι θνητὸς ἔφυς. τὸν θυμὸν ἄεξε
Τερπόμενος θαλίῃσι, θανόντι τοι οὔτις ὄνησις·
Καὶ γὰρ ἐγὼ σποδός εἰμι Νίνου μεγάλης βασιλεύσας,
Ταῦτ᾽ ἔχω ὅσσ᾽ ἔφαγον, καὶ ἐφύβρισα, καὶ μετ᾽ ἔρωτος
Τερπν᾽ ἔπαθον· τὰ δὲ πολλὰ, καὶ ὄλβια κεῖνα λέλειπται.
Ἥδε σοφὴ βιότοιο παραίνεσις ἀνθρώποισιν.

C. Τὸ φαγεῖν, τὸ πιεῖν, τὸ τῆς Ἀφροδίτης τυγχάνειν, τὰ δ᾽ ἄλλα προσθήκας ἅπαντα ἐγὼ καλῶ.

D. Πολλὰ φαγὼν, καὶ πολλὰ πιὼν, καὶ πολλὰ κακ᾽ εἰπὼν,
Ἀνθρώπους, κεῖμαι Τιμοκρέων Ῥόδιος.

E. Βαιὰ φαγὼν, καὶ βαιὰ πιὼν, καὶ πολλὰ νοσήσας,
Ὀψὲ μὲν, ἀλλ᾽ ἔθανον, ἔρρετε πάντες ὁμοῦ.

F. Ταῦτ᾽ ἔχω ὅσσ᾽ ἔμαθον, καὶ ἐφρόντισα, καὶ μετ᾽ εἰπὼν,
Σεμν᾽ ἐδάην----

CAP. III.

A. Ἥδιστα δὲ ἐς ὕδωρ ψυχρὸν σφέας αὐτοὺς ῥίπτεον· καὶ πολλὰ τοῦτο τῶν ἠμελημένων ἀνθρώπων καὶ ἔδρασαν ἐς φρέατα.

B. Καὶ φοβερὰ ὀνομάζειν καὶ κελεύουσιν ἅλλεσθαι, καὶ καταπίπτειν ἐς τὰ φρέατα, καὶ ἄγχεσθαι. ἅτε ἀμείνονά τε ἐόντα· *mox remedium docet*: ἡ δὲ τῆς ἀπαλλαγῆς θεραπεία, ὁκόταν τι μὴ ἐμποδίζῃ τοῦ αἵματος τὴν ἀπόρρυσιν, κελεύω δὲ ἔγωγε τὰς παρθένους, ὁκόταν τὸ τοιοῦτον πάσχωσιν, ὡς τάχιστα συνοικῆσαι ἀνδράσι.

C. Φρενησάσης δὲ τῆς ἀνθρώπου τῇ Ἀρτέμιδι αἱ γυναῖκες ἄλλα τε πολλά, ἀλλὰ δὴ καὶ τὰ πολυτελέστατα τῶν ἱματίων καθιεροῦσι τῶν γυναικείων κελευόντων τῶν μάντεων ἐξαπατώμεναι.

CAP. IV.

A. Τοῦ κεκορεσμένου δῆριν, καὶ νεῖκε᾽ ὀφέλλεις.

B. Κρύψαντες γὰρ βίον ἀνθρώποις.

C. Πλείη μὲν γὰρ γαῖα κακῶν, πλείη δὲ θάλασσα.

D. ---ἐσθλὰ δὲ τὰ πάντα
Τοῖσιν ἔην---

E. Οἵ ῥα φυλάσσουσί τε δίκας, καὶ σχέτλια ἔργα.
Μηκέτ᾽ ἔπειτ᾽ ὤφελλον ἐγὼ πεμπτοῖσι μετεῖναι.

F. Νῦν γὰρ δὴ γένος ἐστὶ σιδήρεον, οὐδέ ποτ᾽ ἦμαρ
Παύσονται καμάτου, καὶ οἰζύος---

G. Παῦροι γάρ τοι παῖδες ὁμοῖοι πατρὶ πέλονται,
Οἱ πλέονες κακίους, παῦροι δέ τε πατρὸς ἀρείους.

H. Οἵην χρύσειοι πατέρες γενεὴν ἐλίποντο
Χειροτέρην, ὑμεῖς δὲ κακώτερα τεξείεσθαι.

K. Ἀρχομένη πρώτης γενεῆς μερόπων ἀνθρώπων,
Ἄχρις ἐπ᾽ ἐσχατίην προφητεῦσαι τὰ ἕκαστα,
Ὁππόσα πρὶν γέγονεν, πόσα θ᾽ ἔστιν θ᾽ ὁπόσα δὲ μέλλει

L. Μοῦνος δ᾽ ἐν πάντεσσι δικαιότατος, καὶ ἀληθὴς
Ἦν Νῶε πιστότατος, καλοῖς τ᾽ ἔργοισι μεμηλώς.

CAP. V.

A. Τὸν μὲν ἐγὼ βούλευσα κατὰ μεγαλήτορα θυμὸν
Ἆσσον ἰὼν ξίφος ὀξὺ ἐρυσσάμενος παρὰ μηροῦ,
Οὐτάμεναι πρὸς στῆθος. ὅθι φρένες ἧπαρ ἔχουσι,
Χείρ᾽ ἐπιμασσάμενος, (*sive* ἐπιμασσάμενος) ἕτερος δέ με θυμὸς ἔρυκεν,
Αὐτοῦ γάρ κε καὶ ἄμμες ἀπωλόμεθ᾽ αἰπὺν ὄλεθρον.

CAP. VI.

A. Ὃς πρὸς Τυδείδην Διομήδεα τεύχε᾽ ἄμειβε

Χρύσεα χαλκείων, ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων.

B. Τὰ ὑπὸ τῶν μνηστήρων ταῖς μνηστευομέναις διδόμενα, τὰ περὶ τοῦ γάμου ἀπὸ τοῦ νυμφίου διδόμενα δῶρα τῇ νύμφῃ.

Cap. VII.

A. Τῶν δὲ νεανίσκων, ὅσοι ἂν ἁλίσκωνται περὶ τοῦτο τοῖς γιγνόμενοι διότι κρεμάσονται, καὶ οἱ πατέρες αὐτῶν ἐν αἰτίαις ἔσονται μεγίσταις.

Cap. IX.

A. Διὸ καὶ οἱ πένταθλοι ἅλλονται πλεῖον ἔχοντες τοὺς ἁλτῆρας, ἢ μὴ ἔχοντες· καὶ οἱ θέοντες θᾶττον θέουσι παρασείοντες τὰς χεῖρας.

B. Αλτῆρες κατασκεύασμά τι, ᾧ κέχρηνται οἱ σωματασκοῦντες ἐν τοῖς γυμνασίοις, παρὰ τὸ ἅλλομαι· βαστάζοντες γὰρ αὐτὸ, καὶ περιφέροντες ἥλλοντο ἐν τῷ Γυμνασίῳ.

Cap. XIII.

A. Λύδοι Ιηλυοστέντι καὶ ἀργενέεντι κάμειρον.
Τρηχεῖα δὲ ᾤκηθεν κατὰ Φυλαδὸν—

Cap. XIV.

A. Τὰ δὲ παιδία χρὴ τὰ νήπια βρέχειν ἐν τῷ θερμῷ ὕδατι ἐπὶ πολὺ χρόνον. καὶ πίνειν διδόναι ὑδαρέα τὸν οἶνον, καὶ μὴ ψυχρὸν παντάπασι.

B. Θαρσαλέοι Κελτοὶ ποταμῷ ζηλήμονι Ῥήνῳ
Τέκνα ταλαντεύουσι, καὶ οὐ πάρος εἰσὶ τοκῆες,
Πρὶν παῖδ' ἀθρήσωσι λελυμένον ὕδατι σεμνῷ.

Cap. XV.

A. Τιμητής ἐστι παρὰ ῥωμαίοις τὸ κλῆμα, οὗ τοὺς τυχόντας φασὶν ἑκατοντάρχους γίγνεσθαι τύπτουσ κολάζοντος.

B. Τὸ κλῆμα, ᾧ κολάζουσιν ἑκατοντάρχαι τοὺς πληγῶν δεομένους, ἐπικράμενος.

Cap. XVI.

A. Κυβερνήτου μὲν ἔργον ἀγαθοῦ εἰς τὰς τῶν πνευμάτων μεταβολὰς ἁρμόσασθαι· ἀνδρὸς δὲ σοφοῦ πρὸς τὰς τῆς τύχης.

B. Ἀλλ' οὐδ' ὣς ἑτάρους ἐρρύσατο ἱέμενός περ,
Αὐτῶν γὰρ σφετέρῃσιν ἀτασθαλίῃσιν ὄλοντο.

C. Ω πόποι, οἷον δή νυ θεοὺς βροτοὶ αἰτιόωνται,
Ἐξ ἡμέων γάρ φασι κάκ' ἔμμεναι· οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ
Σφῇσιν ἀτασθαλίῃσιν ὑπὲρ μόρον ἄλγε' ἔχουσιν.

D. Εἰ δέ τι πεπόνθατε δεινὰ δι' ὑμετέρην κακότητα
Μὴ τι θεοῖς τούτων μοῖραν ἐπαμφέρετε,
Αὐτοὶ γὰρ τούτους ηὐξήσατε ῥύσια δόντες,
Καὶ διὰ ταῦτα κακὴν δούλην ἔχετε.

Cap. XX.

A. Σωφροσύνῃ προφέρων θνητῶν, ἤθει τε δικαίῳ
Ἐνθάδε κεῖται ἀνὴρ θεῖος Ἀριστοκλέης.

Cap. XXII.

A. Ομμεμελισμένος λόγος, ὃς καὶ ἔξαρμα ἔχει, ἤγουν ὕψος, ὄγκον μέγεθος· καὶ πως δεῖ διὰ τὸ ὑπερῃρημένον. ἔπαχος ὁ τοιοῦτος λόγος εἶναι δοκεῖ· διότι ὁ μὴ τοιοῦτος πεζὸς λέγεται, διὰ τὸ ταπεινόν. καὶ τὸ ὡς ἀπὸ ὕψους τινὸς καὶ ὀχήματος καταβεβηκέναι εἰς τοὔδαφος.

Cap. IV. Lib. II.

A. Φίλους δὲ τοὺς μὴ οὐ χαλῶντας ἐν λόγοις
Κέκτησο· τοὺς δὲ πρὸς χάριν σοῦ ἡδονῇ
Τῇ σῇ πονηροὺς, κλεῖθρον εἴργεται στέγης.

B. Ωσπερ ὁ Ακταίων ὑπὸ τῶν τρεφομένων ὑπ' αὐτοῦ κυνῶν ἀπέθανεν, οὕτως οἱ κόλακες τοὺς τρέφοντας καταεσθίουσι.

C. Νυνὶ δὲ ἂν ἴδω μὲν ἄνθρωπον τὸν μὲν χιτωνίσκον ἔχοντα παραλελυμένον ἐκ πλαγίων, ἢ τὴν ἄλλην στολὴν κακῶς περικειμένην, διορθοῦμεν. καὶ ὑπομιμνήσκομεν· ἂν δὲ ἴδωμεν αὐτοῦ τὴν ζώνην καταλελυμένην οὐδὲ λόγον ποιούμεθα.

Cap. III.

A. Οὐ σιωπήσῃ μεῖζον τῆς μητρὸς ἔχων τὸ φύσημα;

B. Ανδρῶν πολιτικῶν πολιτικὸν φύσημα φυσώντων.

E. Κατασκευὴν τῆς γλώσσης ὑλεμανοῦσαν τι, καὶ φλεγμαίνουσαν ἐνεμάτων κενότητι.

F. Πρὸς θέσιν συνεγύμναζε τοὺς μαθητὰς, ἅμα καὶ ῥητορικῶς ἐπισκοπῶν.

G. Δῶκε δὲ οἱ χρυσέῃ ἐν ληκύθῳ ὑγρὸν ἔλαιον.

Cap. IV.

A. Κέντρων δέ ἐστι τὸ ἐπιτιθέμενον τοῖς ὄνοις, ἐκ πολλῶν, καὶ διαφόρων συῤῥαφὲν σακκίον, καὶ ἐπίστρωμα τῶν ὄνων. ἄλλως. οἱ ἐκ τῶν ἄλλων συνηθροισμένοι ἐπὶ τοιαῦτά τινα τοῖς ὑποζυγίοις ῥιπτόμενα, καλοῦνται κέντρωνες.

B. Κέντρωνες μεταφορικῶς ἔπη τινὰ ἃ καὶ ὁμηρόκεντρα λέγεται· κυρίως δὲ κέντρωνες τὰ ἐκ διαφόρων χρωμάτων συνεῤῥαμένα, ὅτι παρὰ τὸ κέντρων λέγονται.

C. Κέντρων ὁ ἐκ πολλῶν συνεῤῥαμένος· ἐπεὶ τοιαῦτα τοῖς ὑποζυγίοις συῤῥάπτοντες, καλοῦσι κέντρωνας· ὡσαύτως καὶ λόγους ἐκ διαφόρων συνειλεγμένους, καὶ ἕνα σκοπὸν ἀπαρτίζοντας· οἷά εἰσι τὰ ὁμηρόκεντρα.

D. Δξιομανὲς, νεκροῦ ὄμματ' ἔχων, κραδίην δ' ἀκύλιστον.

Cap. VI.

A. Επτὰ πόλεις διερίζουσι περὶ ῥίζαν ὁμήρου,
Σμύρνα, ῥόδος, κολοφὼν, Σαλαμὶν χῖος, Αργος, Αθῆναι,

B. Χρηστὸς δὲ θεὸς, διὰ τὸ εὐεργετικός τι ἡμῖν, καὶ ἀγαθοδότης· ὅπως δὴ καὶ λέγεται ὑπὸ τοῦ ἰωνικοῦ ποιητοῦ ὡς κ' εἴη πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

C. Πατρὰ σοι πέλεν μέγας οὐρανὸς, ἐκ δὲ τεκούσης
Οὐ θνατᾶς, ματρὸς δ' ἔπλεο καλλιόπης.

Εἰ θεός ἐστιν ὅμηρος, ἐν ἀθανάτοισι σεβέσθω.
Εἰ δ' αὖ μὴ θεός ἐστι, νομιζέσθω θεὸς εἶναι.

Cap. X.

A. ——τὴν δ' Ἀφροδίτην
Ἀφρογενέα τε θεὰν, καὶ ἐυστέφανον κυθέρειαν,
Κικλήσκουσι θεοί τε, καὶ ἀνέρες, οὕνεκ' ἐν ἀφρῷ.
Θρέφθη——

B. Αγνώσσεις, ὅτι κύπρις ἀπόσπορός ἐστι θαλάσσης.
Καὶ κρατέει πόντοιο, καὶ ἡμετέρων ὀδυνάων.

C. Τὴν ἀναδυομένην ἀπὸ μητέρος ἄρτι θαλάσσης
Κύπριν ὅλην χρυσῆν ἐχθὲς ἐνλευψε Δίων.

D. ——ἀμφὶ δὲ λευκὸς
Ἀφρὸς ἀπ' ἀθανάτου χροὸς ὤρνυτο, τῷ δ' ἔνι κούρη
Ἐθρέφθη——

Cap. XIII.

A. Δεινὸς γὰρ εὑρεῖν κἀξ ἀμηχάνων πόρους.
Ἐκ τῶν ἀπόρων εὐπόρους ἀφορμάς.

B. Τὸ ἐν ἀπόροις εὔπορον, τὸ ἐν ἀμηχάνοις εὐμήχανον.

Cap. XIV.

A. Εὐλόγως δὲ καὶ οἱ μυθογράφοι φασὶν ὅτι ἔγκυος οὖσα ἡ μῆτις τὴν Ἀθηνᾶν καταποθῆ ὑπὸ τοῦ Διός· καὶ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ τῷ ὡρισμένῳ τῆς ἀποκυήσεως χρόνῳ ἐξέθορεν ἡ θεὸς σὺν ὅπλοις.

Cap. XV.

A. Χάριτας αἱ πρωτόγονοι ἡ τοῦ θήλεος ὑπέξις τῷ ἄρρενι κέκληται πρὸς τῶν παλαιῶν, καὶ τὴν οὔπω γάμου ἔχουσαν ὥραν ἡ Σαπφὼ προσαγορεύουσά φησιν, ὅτι σμικρά μοι παῖς ἔμμεναι φαίνεαι, κἄχαρις.

B Χαρίζεσθαι γὰρ κυρίως τὸ συνουσιάζειν λέγεται.

C. Ὥσπερ Θεόπομπος ἐν μηδῷ αἰσχρὰ τὴν λυκαβηττὸν λέγοντα παρ' ἐμοὶ τὰ λίαν μειράκια χαρίζεται τοῖς ἡλικιώταις· καὶ Ἀριστοφάνης ἐν ἱππεῦσιν ἐκ μεταφορᾶς, πολλῶν γὰρ ἤδη πειράντων αὐτὴν, ὀλίγοις χαρίσασθαι.

Cap. XVI.

A. Τοὺς ἄμφω ζωοὺς κατέχει φυσίζοος αἶα.
Οἳ καὶ νέρθεν γῆς τιμὴν πρὸς Ζηνὸς ἔχοντες,
Ἄλλοτε μὲν ζώουσ' ἑτερήμεροι, ἄλλοτε δ' αὖτε
Τεθνᾶσιν, τιμὴν δὲ λελόγχασιν ἶσα θεοῖσι.

B. Καὶ κάστορος βίαν. Σέ τ' ἄναξ πολύδευκες, υἱοὶ θεῶν τὸ μὲν παρ' ἦμαρ ἕδραισι θεράπναις τὸ δ' οἰκέοντας ἔνδον ὀλύμπου.

C. Κύματα τ' ἐστόρεσαν λευκῆς ἁλὸς ἐν πελάγεσσι,
Ναύταις σήματα καλὰ πόνου σφίσιν, οἱ δὲ ἰδόντες
Γήθησαν. παύσαντο δ' ὀϊζυροῖο πόνοιο

D· Ἀλλ' ἔμπης ὑμεῖς τε, καὶ ἐκ βυθοῦ ἕλκετε νῆας
Αὐτοῖσιν ναύτῃσιν ὀϊομένοις θανέεσθαι,
Αἶψα δ' ἀπολήγοντ' ἄνεμοι λιπαρὴ δ' γαλήνη
Ἀμ πέλαγος. νεφέλαι δὲ διέδραμον ἄλλοδις ἄλλαι.

E. Εὐδίαν ὃς ἐκ χειμέριον ὀμβροτέαν καταθύουσι μάκαιραν ἑστίαν.

F. Ζηνὸς γὰρ υἱοὶ ζῆν σὺν ἀφθίτῳ χρεὼν,
Κάστορί τε πολυδεύκει ἐν αἰθέρος πτυχαῖς
Σωτῆρες ἔσται ναυτίλοις σωτήριος.

Cap: XVII.

A. Ὅστις ἀγοράζων ὄψον ἐξὸν ἀπολαύειν ἰχθύων ἀληθινῶν. ῥαφανίδας ἐπιθυμεῖ πρίασθαι. μαίνεται.

B. Ὄψα λέγονται τὰ τοῦ σίτου ἡδύσματα, περὶ τὸ ὀψὲ καὶ τοῦτο διχῶς ἢ γὰρ ὅτι ὀψὲ ὥραις εἰς δεῖπνον προσεφέροντο αὐτὰ παυσάμενοι ἤδη τῶν ἔργων· ἢ ὅτι ὀψὲ χρόνου ἐξευρέθησαν κατὰ τὰς ἀναγκαίας ἐξ ἀκροδρύων. ποριμων τροφάς.

C. Τοὺς σωροὺς τῶν λίθων. ἑρμαῖς σὺν ἐν ταῖς ὁδοῖς γινομένους εἰς τιμὴν τοῦ θεοῦ ἐνοδίου.

D. Καὶ πετεινὰ σέβεσθε, καὶ ἑρπετὰ θηρία γαίης,
Κὰν περ ὁδοῖσι λίθων συγχώμασι ταῦτα σέβεσθε.

Cap. XX.

A. Καὶ κέπφοι δ' ἱερὰς τρισσῶν ὑπὲρ ἠνορεόντων
Τύμβῳ ἐπιθρώσκουσι μενελάου κυδαλίμοιο.

B. ——μένεος ὅπηδει
Λιασθέμενος νεκύας πεπτηότες, οἱ δ' ἐπὶ θεῖον
Αἰδόμενοι κταμένους——
Οὐ γὰρ ἐπιφθιμένοισι πέλει κότος, ἀλλ' ἐλεεινοὶ,
Δήϊοι ἐκ ἔτ' ἐόντες. ἐπὴν ἀπὸ θυμὸς ὄληται.

C. ——Ἄλλοι δὲ περίδραμον υἷες Ἀχαιῶν,
Οἳ καὶ θηήσαντο φυὴν καὶ εἶδος ἀγητὸν, &c.
Ὡς ἄρα τις εἴπεσκε, καὶ οὐτήσασκε, &c.

D. Βάλλετε νῦν μετὰ πότμον ἐμὸν δέμας, ὅττι καὶ αὐτοὶ
Νεκροῦ σῶμα λέοντος ἐφυβρίζουσι λαγωοί.

E. Εἶναι γὰρ δὴ τὸ μὲν ζῶντα τὸν τύραννον ἐπισκώπτειν, ἀνδρός· τὸ δὲ ἐπεμβαίνειν κειμένῳ, παντός.

Lib. V. Cap. II.

A. τὸ μὲν λογικὸν ἄφθαρτον. καὶ γὰρ τὴν ψυχὴν οὐ θεὸν ἀλλ' ἔργον τοῦ αἰδίου θεοῦ ὑπάρχειν νῦν μὲν προσλαμβάνουσα ψυχὴ αἰεὶ θεόν. θεὸς οὖσα.

B. Πρὸς τὸ φάος γὰρ χρὴ σὲ σπεύδειν πρὸς πατρὸς αὐγάς.
Ἔνθεν ἐπέμφθη σοι ψυχὴ πολλὴν ἑσσαμένη νοῦν.

C. Παύσασθαι πολέμοιο δυσηχέος αὐτίκα δ' αἵμων
Ἄμμε διακρίνῃ——

D. Ἔρως δ' αὖτε ὁ λυσιμελὴς δονεῖ
Γλυκύπικρον, ἀμάχανον ὄρπετον.

E. Ἐλπίδες ἀνθρώπων ἐλαφραὶ θεαί· οὐ γὰρ ἂν ὧδε
Αἴσβον ὁ λυσιμελὴς ἀμφεκάλυψ' ἀΐδης.

Cap. XI.

A. Οὔτι ἐγὼ πόμαρον ἔδομαι μετ' οἷς ἑτάροισιν
Τοὺς δ' ἄλλους πρόσθεν· τὸ δέ τοι ξεινήϊον ἔσται.

Cap. XII.

A. Ἀμαθεῖ καὶ διὰ τοῦ παῖδας ἔχειν ἵνα διατριβὴν, καὶ τὴν Ἀρχύτου πλαταγὴν οἴεσθαι γενέσθαι

καλῶς

ἐν διδόασι τοῖς παιδίοις, ὅπως χρώμενοι ταύτῃ, μηδὲν καταγνύωσι τῶν κατὰ τὴν οἰκίαν. οὐ γὰρ δύναται τὸ νέον ἡσυχάζειν.

B. Οὐκέτι παιδομανής, ὡς πρίν ποτε, νῦν δὲ καλοῦμαι Θηλυμανής, καὶ νῦν δίσκος ἐμοὶ κρόταλον.

C. Δοτέον ὥσπερ παισὶν ἀτρεμεῖν μὴ δυναμένοις, οὐ δόρυ, οὐ ξίφος, ἀλλὰ πλαταγὴν, καὶ σφαῖραν.

Cap. XIV.

A. Καὶ τοῦτο δὲ τῶν ζηλουμένων μάλιστα παρ' αὐτοῖς τὸ πάντως τρέφειν τὰ γινόμενα παιδία, καὶ τὸ περιτέμνειν, καὶ τὰ θήλεα ἐκτέμνειν· ὅπερ καὶ τοῖς ἰουδαίοις νόμιμον· καὶ οὗτοί εἰσιν αἰγύπτιοι τὰ ἀνέκαθεν καθάπερ εἰρήκαμεν ἐν τῷ περὶ ἐκείνων λόγῳ.

B. Ἔστι δὲ ὅτι καὶ τὸ ποτήριον ἀποχαρίζεσθαι.

C. Κυρίως σημαίνει τῷ ἑτέρῳ περὶ αὐτοῦ δύναμαι πιεῖν.

D. Προύπινον δ' ἀλλήλοις, οὐχ ὥσπερ ἡμεῖς (τοῦτο γὰρ προσεκπιεῖν ἐστι) ἀλλὰ μεστὸν τὸν σκύφον.

Cap. XV.

A. Οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι τὸ μυθῶδες, καὶ τὸ ἱστορικὸν διωρισμένον ἔχουσι· τὰ γὰρ παλαιὰ, καὶ ψευδῆ, καὶ τερατώδη, μῦθοι καλοῦνται· ἡ δὲ ἱστορία βούλεται τἀληθὲς ἄν τι παλαιὸν, ἄν τι νέον, καὶ τὸ τερατῶδες ἢ οὐκ ἔχει ἢ σπάνιον.

Cap. XVI.

A. Τὸ μὲν ἄτυρον φυγάδων τις ἐοίκοι.

B. Νεατὴν γῆν, τὴν τραφθεῖσαν, ἢ ἐπὶ ἐνιαυτὸν ἀργήσασαν, ἣν οἱ χωρικοὶ νεάσιν καλοῦσι.

C. Φοῖβε ἄναξ, αὐτὸς μὲν ἐπύργωσας πόλιν ἄκρην Ἀλκαθόῳ Πέλοπος παιδὶ χαριζόμενος.

D. —Ὅς σε πατρὸς πρὸ Γαμβρὸς ἐὼν ἔθρεψε δόμοις ἐνὶ τυτθὸν ἐόντα.

Cap. XVII.

A. Ποίημα λέξις ἔμμετρος, ἢ ἔρρυθμος μετὰ σκευῆς τὸ λογοειδὲς ἐκβεβηκυῖα· ποίησις δὲ σημαντικὸν ποίημα μίμησιν περιέχον θείων καὶ ἀνθρωπίνων.

Cap. XVIII.

A. Περὶ ἕνα ποιοῦσι, καὶ περὶ ἕνα χρόνον, καὶ μίαν πρᾶξιν πολυμερῆ, οἷον ὁ τὰ κύπρια ποιήσας, καὶ τὴν μικρὰν ἰλιάδα.

Cap. XIX.

A. Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα, Ὧι λαοί τ' ἐπιτετράφαται, καὶ τόσσα μέμηλε.

Cap. XX.

A. Ὦ πάτρας κλεινοὶ πολῖται λεύσσετε, Οἰδίπους ὅδε, ὃς τὰ κλεινὰ αἰνίγματ' ἔγνω, Καὶ μέγιστος ἦν ἀνὴρ, καὶ μόνος Σφιγγὸς Οὐκ ἀπέσχετο τῆς μιαιφόνου κεράτης.

B. Ἔστι δίπουν ἐπὶ γῆς, καὶ τετράπον, οὗ μία μορφή, Καὶ τρίπον, ἀλλάσσει δὲ φυὴν μόνον ὅσσ' ἐπὶ γαῖαν Ἑρπετὰ γίγνεται, ἀνά τ' αἰθέρα, καὶ κατὰ πόντον,

Ἀλλ' ὁπόταν πλείστοισιν ἐρειδόμενον ποσὶ βαίνῃ, Ἔνθα τάχος γυίοισιν ἀφαυρότατον πέλει αὐτοῦ.

C. Σφιγγ' ἄρρεν', οὐ μάγειρον εἰς τὴν οἰκίαν Εἴληφ' ἁπλῶς γὰρ οὐδὲν οὐ μὰ τοὺς θεοὺς, Ὅσ' ἂν λέγῃ συνίημι—

D. Οἷον ὦ μὴ εἰδότες, τὸ νέκταρ οἴονται τοὺς θεοὺς οἶνον πίνειν, καὶ οὐκ εἶναι τοῦτο ἥδιον οὐδέν.

E. —μετὰ δέ σφισι πότνια Ἥβη Νέκταρ ἐωνοχόει, τοὶ δὲ χρυσέοις δεπάεσσι Δειδέχατ' ἀλλήλους.

F. Ἀπονέμουσι τοῖς θεοῖς ἡ Ἥβη διακονεῖ, ἐπειδὴ τὸ θεῖον παρὰ ἀεὶ νεάζει τι, καὶ ἡβᾷ· τοῦτο γὰρ βούλεται αὐτοῖς ἥ τε ἀμβροσία, ἀβροσία τις οὖσα, καὶ τὸ νέκταρ παρὰ τὸ νεάζειν λεχθέν.

Cap. XXI.

A. Ἔστι δὲ τοῖς ἁμαρτάνουσι περὶ μυθολογίαν καθαρμὸς ἀρχαῖος, ὃν Ὅμηρος μὲν οὐκ ᾔσθετο. Στησίχορος δὲ τῶν γὰρ ὀμμάτων στερηθεὶς διὰ τὴν Ἑλένης κακηγορίαν οὐκ ἠγνόησεν, ὥσπερ Ὅμηρος· ἀλλ' ἅτε μουσικὸς ὢν ἔγνω τὴν αἰτίαν, καὶ ποιεῖ εὐθύς. οὐκ ἔστ' ἔτυμος ὁ λόγος οὗτος, οὐδ' ἔβας ἐν νηυσὶν εὐσέλμοις, οὐδ' &c. παραχρῆμα ἀνέβλεψεν.

B. Ψυχρὸν παραγκάλισμα καὶ ἐνύπνιον Κεναῖς ἀφάσσων ὠλέναισι δέμνια.

C. Οὐ νέμεσις τρῶας, καὶ ἐυκνήμιδας ἀχαιοὺς, Τοιῇδ' ἀμφὶ γυναικὶ πολὺν χρόνον ἄλγεα πάσχειν.

D. Οὔ τί μοι αἰτίη ἐσσί, θεοί νύ μοι αἴτιοί εἰσιν.

E. Οὗ ἕνεκα πολλὰ πεπόνηται, καὶ ὡς τέλος, τὸ δὲ τέλος ἀγαθὸν, καὶ οὗ πολλοὶ ἐφίενται, καὶ τὸ περιμάχητον φαινόμενον· οὗ γὰρ πάντες ἐφίενται, τοῦτ' ἀγαθὸν ἦν.

F. Οὐδέ κεν Ἀργείη Ἑλένη Διὸς ἐκγεγαυῖα, Ἀνδρὶ παρ' ἀλλοδαπῷ ἐμίγη φιλότητι, καὶ εὐνῇ.

Cap. XXII.

A. Ἤματι αὐτ' ἀγορῇ νικᾷς γέρον υἷας ἀχαιῶν. Αἲ γὰρ Ζεῦ τε πάτερ καὶ Ἀθηναίη καὶ Ἄπολλον, Τοιοῦτοι δέκα μοι συμφράδμονες εἶεν ἀχαιῶν, Τῷ κε τάχ' ἠμύσειε πόλις πριάμοιο ἄνακτος Χερσὶν ὑφ' ἡμετέρῃσιν ἁλοῦσά τε περθομένη τε Ἀλλά μοι αἰγίοχος κρονίδης Ζεὺς ἄλγε' ἔδωκεν.

B. Ἀρετὴ γὰρ ἐπαινουμένη δένδρον ὡς αὔξεται. ἀγαθὸν γὰρ ὂν ἐπαινετόν ἐστι.

Lib. IV. Cap. I.

A. Εἴ τις προσελθών μοι θεῶν λέγοι κρατῶν Ἐπὰν ἀποθάνῃς, αὖθις ἐξ ἀρχῆς ἔσῃ, Ἔσῃ δ' ὅ, τι ἂν βούλῃ, κύων, πρόβατον, τράγος, Ἄνθρωπος, ἵππος· διαβιῶναι γάρ σε δεῖ, Εἱμαρμένον τοῦτ' ἐστὶν, ὅ, τι βούλει δ' ἑλοῦ, Ἅπαντα μᾶλλον, εὐθὺς εἰπεῖν ἂν δοκῶ,

Βρέφη δ' ἐν αὐτῇ περιφέρει τὰ γράμματα,
Ἄφωνα δ' ὄντα τοῖς πόῤῥω λαλεῖ,
Οἷς βούλεται, ἕτερος δ' ἂν τύχῃ τις πλησίον
Ἑστὼς ἀναγιγνώσκοντος, οὐκ ἀκούσεται.

B. Διὰ ταύτης τῆς ἐπιστήμης ἀπόντες ὁμιλοῦμεν ἀλλήλοις, καὶ οἱ πολλῶν ἡμερῶν ὁδὸν ἀφεστηκότες, καὶ πολλοὺς σταθμοὺς ἐν μέσῳ διατειχίζοντας ἔχοντες, πεμπόμενα ἀλλήλοις διὰ χειρῶν τὰ τῆς ἐννοίας κυήματα· καὶ ἀργεῖ μὲν ἡ τὸ πρῶτον ὄργανον τοῦ λόγου· ὑπουργεῖ δὲ τῷ λόγῳ ἡ δεξιά, καὶ μεταχειριζομένη τὸν κάλαμον ἐγχαράττει τῷ χάρτῃ τὴν πρὸς τὸν φίλον διάλεξιν· καὶ γίνεται ὄχημα τοῦ λόγου, οὐκέτι στόμα, καὶ γλῶττα, ἀλλὰ χεὶρ ἀσκήσασα τῷ χρόνῳ τὴν τέχνην, καὶ τῶν στοιχείων τὴν συνήθειαν ἀκριβῶς ἐκμαθοῦσα.

C. Ὤμοσεν, ἀλλὰ λέγουσιν ἀθανάτους ἐν ἔρωτι
Ὅρκους μὴ δύνειν οὔατ' ἐς ἀθανάτων.

D. Γυναικὸς ὀμνυούσης γελᾷ οὐρανός.

Cap. XIII.

A. Λόγος δὲ φωνὴ συνθετὴ σημαντική, ἧς ἔνια μέρη καθ' αὐτὰ σημαίνει τι· οὐ γὰρ ἅπας λόγος ἐκ ῥημάτων, καὶ ὀνομάτων σύγκειται· οἷον ὁ τοῦ ἀνθρώπου ὁρισμός, ἀλλ' ἐνδέχεται ἄνευ ῥημάτων εἶναι λόγον.

B. Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι ἀφείσθωσαν· ῥητορικῆς γὰρ, ἢ ποιητικῆς οἰκειοτέρα ἡ σκέψις· ὁ δὲ ἀποφαντικὸς τῆς νῦν θεωρίας.

C. Ἔστι δὲ λόγος μὲν ἅπας σημαντικός, οὐχ ὥσπερ ὄργανον δέ, ἀλλ' ὥσπερ εἴρηται, κατὰ συνθήκην.

D. Ἐὰν μὲν γὰρ ἕνα μῦθον ποιῶσιν, ἀνάγκη ἢ βραχέα δεικνύμενον μύουρον φαίνεσθαι, ἢ ἀκολουθοῦντα τῷ τοῦ μέτρου μήκει, ὑδαρῆ.

E. Τοὺς ἐπὶ τῆς ἐκβολῆς τὴν χελώνην ἔχοντας.

Cap. XV.

A. Αὐτοὶ δὲ καθιέντες εἰς γόνυ περιβάλλονται σὺν θυρεούς. οὐδὲ ὁπόθεν ὑπερέχει αὐτῶν τὰ ὅπλα, κἀκεῖνοι ὁμοίως ἕτεροι· τὸ δὲ σχῆμα παραπλήσιον ἐρείψει γενόμενον, ὄψιν τε θεατρικὴν παρέχει. καὶ τῶν προβλημάτων στεγανώτατόν ἐστι πρὸς οἰστοὺς ἀπολισθάνοντας· διὸ καὶ τὸ χελώνην ἐξαπιναίως συνασπίσαντες ἐποίησαν, καὶ τὰ γόνατα σφῶν ἀριστερὰ πρὸς τὴν γῆν ἤρεισαν.

Cap. XVI.

A. Ἐρᾷ μὲν ἁγνὸς οὐρανὸς τρῶσαι χθόνα,
Ἔρως δὲ γαῖαν λαμβάνει γάμου τυχεῖν,
Ὄμβρος δ' ἀπ' εὐνάεντος οὐρανοῦ πεσὼν
Ἔκυσε γαῖαν, ἡ δὲ τίκτεται βροτοῖς
Μήλων τε βοσκὰς, καὶ βίον Δημήτριον.
Δένδρων τε τὶς ὥρα ἐκ νοτίζοντος γάμου
Τέλειός ἐστι· τῶν δ' ἐγὼ παραίτιος.

B. Ἡ γῆ μέλαινα πίνει,
Πίνει δὲ δένδρε' αὐτήν.
Πίνει θάλασσα δ' αὔρας,
Ὁ δ' ἥλιος θάλασσαν,
Τὸν δ' ἥλιον σελήνη.

C. Ῥωμαίων ὕπατος ἀρεταλόγῳ ἠδὲ ποιητῇ
Αὐσόνιος Παύλῳ σπεῦδε φίλους ἰδέειν.
ἀρηταλόγων δὲ ποιητῇ.

Cap. XVII.

A. Ὥστε καιόμενον μὲν ἐκδιδόναι δριμύτατον καπνόν· κατὰ καυθεῖσαν δὲ τὴν ἐκ τῆς τέφρας κονίαν ῥυπτικωτάτην περιέχειν ὑπὸ δριμύτητος.

B. Γίνεται δὲ καὶ κονία ἀγρίας συκῆς, καὶ ἡμέρου καιέντων τῶν κλάδων ἐκ τῆς τέφρας.

C. Καθαίρει, καὶ κολλᾷ, καὶ σαρκοῖ, καὶ συμφύει ἐοικότως τοῖς συναίμοις, καὶ ποτίζεται δὲ πρὸς αἵματος ἐκθρόμβωσιν.

D. Λέγεται δ' ἐναβύθῳ τινὰ παρακοῦσαι τῇ διανοίᾳ, καὶ ὡς τὸ θέατρον ἐρχόμενον ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας θεωρεῖν, ὡς ὑποκρινομένων τινῶν, καὶ ἐπισημαίνεσθαι· καὶ ὡς κατέστη τῆς παρακοπῆς, ἔφησεν, ἐκεῖνον αὐτῷ τὸν χρόνον ἥδιστα βεβιῶσθαι.

Cap. XVIII.

A. Ὁ Διογένης ἔλεγε τὴν Μήδειαν σοφὴν, ἀλλ' οὐ φαρμακίδα γενέσθαι· λαμβάνουσαν γὰρ μαλακοὺς ἀνθρώπους, καὶ τὰ σώματα διεφθαρμένους ὑπὸ τρυφῆς ἐν τοῖς γυμνασίοις, καὶ τοῖς πυριατηρίοις διαπονεῖν, καὶ ἰσχυροὺς ποιεῖν, καὶ σφριγῶντας· ὅθεν περὶ αὐτῆς ῥυῆναι τὴν δόξαν, ὅτι τὰ κρέα ἑψοῦσα νέους ἐποίει.

Cap. XX.

A. Κρείσσων γὰρ βασιλεὺς, ὅτε χώσεται ἀνδρὶ χέρηϊ,
Εἴπερ γὰρ χόλον γε καὶ αὐτῆμαρ καταπέψῃ,
Ἀλλά γε καὶ μετόπισθεν ἔχει κότον, ὄφρα τελέσσῃ.

B. Τοῦ δὲ βάδην ἀπιόντος ἀκόντισε δουρὶ φαεινῷ
Δηΐφοβος· δὴ γὰρ οἱ ἔχεν κότον ἐμμενὲς αἰεί.
------οὐ γὰρ οἶον.

C. Δῆσεν ἐνοσίγαιον, ὅτι κότον ἔνθετο θυμῷ.

D. Ὀλλύσαι ἥρωας τοῖσι κότον αἰνὸν ἔθεντο.

E. Σύστημα ἐξ οὐρανοῦ, καὶ γῆς, καὶ τῶν ἐν τούτοις περιεχομένων φύσεων.
Τὴν τῶν ὅλων τάξιν τε, καὶ διακόσμησιν ὑπὸ θεοῦ τε, καὶ διὰ θεὸν φυλαττομένην.
Τίς γὰρ ἂν εἴη φύσις τοῦ δὲ κρείττων· ἣν δὲ ἂν εἴποι τις μέρος αὐτοῦ; ἐκεῖ γε τὸ καλὸν πᾶν ἐπώνυμον, ἐπὶ τούτου, καὶ τὸ τεταγμένον ἀπὸ τοῦ κόσμου λεγόμενον κεκοσμῆσθαι.

F. Τοσοῦτος δὲ ἦν ὁ κόσμος, καὶ μάλιστα τῶν φρυκτωριῶν κατὰ διαδοχὰς πυρσευουσῶν ἄλλη ἄλλως.

G. Πένταχα κοσμηθέντες ἅμ' ἡγεμόνεσσιν ἕποντο.

H. Συμπνέουσα μὲν, καὶ συνδεδεμένα φύσις τὰν ἀρ-

σιόντι ἅμα, καὶ ἀναγκαίαν ἀκολουθίαν ὅπη δεῖ τοῦ παντὸς περιγινομένου ποτὶ τὰν κοινὰν εὐκοσμίαν, καὶ πᾶσαν ἴδιον ἑκάστῳ διαμονὰν παρὸ καὶ τὸ δὲ κόσμος προσαγορεύεται, καὶ ἐν τῷ τῶν ὄντων ζώων πληθύτατον.

Καὶ τὸ γε πᾶν τοῦτο διὰ τὴν κοσμιότητα τῶν καλλίστων μέτρων κόσμος ἐπικαλεῖται.

CAP. XXII.

A. Τληπόλεμος δ' ἐπεὶ οὖν τράφ' ἐνὶ μεγάρῳ εὐπήκτῳ.

Αὐτίκα πατρὸς ἑοῖο φίλον μήτρωα κατέκτα.

Ἤδη γηράσκοντα Λικύμνιον ὄζον Ἄρηος.

Αἶψα δὲ νῆας ἔπηξε, πολὺν δ' ὅγε λαὸν ἀγείρας.

Βῆ φεύγων ἐπὶ πόντον.

B. Εὖτ' ἐμὲ τυτθὸν ἐόντα Μενοίτιος ἐξ Ὀπόεντος

Ἤγαγεν ὑμέτερον δῶ ἀνδροκτασίης ὕπο λυγρῆς,

Νήπιος οὐκ ἐθέλων ἀμφ' ἀστραγάλοισι χολωθείς.

LIB. VII. CAP. III.

A. Ὅτι γὰρ ξυνῳδὰς, καὶ εὔνους ἀκροατὴς τάχα ἄν τι ἐνδεεστέρως πρὸς ἃ βούλεταί τε, καὶ ἐπίσταται νομίζει δηλοῦσθαι. ὅ, τι ἄπειρός ἐστιν ἃ καὶ πλεονάζεσθαι διὰ φθόνον, εἴ τι ὑπὲρ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν ἀκούοι· μέχρι γὰρ τοῦδε ἀνεκτοὶ οἱ ἔπαινοί εἰσι περὶ ἑτέρων λεγόμενοι, ἐς ὅσον ἂν καὶ αὐτὸς ἕκαστος οἴηται ἱκανὸς εἶναι δρᾶσαί τι ὧν ἤκουσε· τῷ δὲ ὑπερβάλλοντι, αὐτῶν φθονοῦντες ἤδη καὶ ἀπιστοῦσι.

CAP. V.

A. Ἀμέλει τὸν πώγωνα ὁ καῖσαρ τότε πρῶτον ξυράμενος αὐτός τε μεγάλως ἑώρτασε, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι δημοτελῆ ἑορτὴν παρέσχε. καὶ ὅμως καὶ ἔπειτα ἐτήρει τὸ γένειον, ὥσπερ οἱ ἄλλοι.

B. Εἰ τὸ τρέφειν πώγωνα, δοκεῖ σοφίαν περιποιεῖν,

Καὶ τράγος εὐπώγων εὐσταλής ἐστι Πλάτων.

CAP. VI.

A. Ὁ ἱδρὼς τῶν γυμναζομένων μιχθεὶς τῷ πάτῳ, συντελεῖ πρὸς διαφόρησιν ὄγκων τῶν παρὰ φύσιν, κονίσαλον δ' ὀνομάζουσιν αὐτὸ ἔνιοι τῶν περίεργως ἀττικιζόντων.

CAP. VII.

A. Ἦδε ὡς ποικίλον τι δρᾶμα. καὶ πολυμερὲς ἀγωνιζομένη μέχρι στεφάνου διαδέσεως, ὡς ἐπειδὴ τὴν πόλιν ἐλεύθερον, εὐθὺς ὡς τὴν γυναικωνίτιν ἐνεδύετο, καὶ τῶν πολυπραγμονῶν.

CAP. VIII.

A. Τὸ δὲ αἰγυπτιακὸν ἐκ φύσεως, καὶ διαφερόντως ἐστὶν ὑπέρψυχον. ὅτι τι μικρά τις αὐτὸ μόνον καθάπτοιτο ἀνευ εὐπραγίας. ὡς χλεύην, καὶ πλατὺν γέλωτα ἡγεῖσθαι τὰς τῶν δημοτικωτέρων ἀνθρώπων περὶ βίον σπουδάς τι, καὶ φιλοτιμίας·

B. Βάσκανοι γὰρ φύσει τὸ αἰγυπτιακὸν, καὶ τὰς ἑτέρων εὐτυχίας ὑπολαμβάνουσιν εἶναι κακοπραγίας.

C. Ενοῖς, *scilicet, qui natura sunt irritabiles.* τὸ αἰγυπτιακὸν τὰ πρῶτα φέρεται. διὰ βραχυτάτου σπινθῆρος εὐαφὲς ἐκφυσᾶν, *&c.*

D. Τὸ λεγόμενον, μαζιζάνιον θερμόν ἐστι, καὶ ξηρὸν, κατὰ τὴν βαπτιστικὴν· ἀπογεννᾷ δὲ χυμὸν μελαγχολικὸν συνεχῶς δὲ χρώμενον, ἐργάζεσθαι ἐμποιεῖ. καὶ πάθη μελαγχολικά· μετὰ δὲ ὄξους προσφερόμενον, ἀποφρακτικὸν γίνεται. δεῖ δὲ τοῦτο προεψῆσαι· διὰ γὰρ τὸ πολὺ τῆς ἑψήσεως, τὸ πολὺ τῆς ἐν αὐτῷ κακοχυμίας ἀποβάλλει.

CAP. XII.

A. Κολοβὸν δὲ λέγεται τῶν ποσῶν οὐ τὸ τυχὸν, ἀλλὰ μεριστόν τι αὐτὸ δεῖ εἶναι. καὶ ὅλον· τὰ τὰ γὰρ δύο, οὐ κολοβὰ θατέρου, ἀφαιρουμένου ἑνός. *mox,* καὶ γὰρ τὴν οὐσίαν δεῖ μένειν εἰ κύλιξ κολοβὸς, ἔτι δεῖ εἶναι κύλικα.

CAP. XIII.

A. Ἀγάπη δὲ οὐκ ἐν φιλήματι, ἀλλ' ἐν εὐνοίᾳ κρίνεται· οἱ δὲ οὐδὲν, ἀλλ' ἢ φιλήματι καταψοφοῦσι τὰς ἐκκλησίας. τὸ φιλοῦν ἔνδον οὐκ ἔχοντες αὐτό· καὶ γὰρ δὴ καὶ τοῦτο ἐκπέπληκεν ὑπονοίας αἰσχρᾶς, καὶ βλασφημίας, τὸ ἀναιδῶς χρῆσθαι τῷ φιλήματι, ὅπερ ἐχρῆν εἶναι μυστικόν·

B. Οὐκ ἔρραψα ἀλλήποτας, ὅτι μὲ πρὶν οὐκ ἐφίλασε Τῶν αὐτῶν καθελοῖσ' ὅλα οἱ τὰν φάοσαν ἔδωκα.

CAP. XV.

A. Ἡ καὶ τὴν Ὁμήρου φιλομάθειαν περὶ τὸ ἀρκαδικὸν ζήτημα, καὶ τὴν Ἀριστοτέλους φιλοσοφίαν, καὶ προεδρίαν ἐπὶ τῆς τοῦ Εὐρίπου μεταβολαῖς, ὑφ' ὧν τεθνήκασι.

B. Οὐδὲ τὴν τοῦ Εὐρίπου φύσιν τοῦ ὄντος ἐν Χαλκίδι γνῶναι δυνηθεὶς διὰ πολλὴν ἀδοξίαν, καὶ αἰσχύνην λυπηθεὶς, μετέστη τοῦ βίου.

Ενταῦθα δὴ πιὼν ἀκόνιτον ἐτελεύτησεν, ὡς φησὶν Εὔμηλος ἐν τῇ πέμπτῃ τῶν ἱστοριῶν βιοὺς ἔτη ἔτη ἑβδομήκοντα.

CAP. XVI.

A. Ποταμοὺς ἀπεργάζονται δύο ἄγχιστά πῃ ἀλλήλων ὄντες, ὥσπερ νενομίκασι κλεψύδρας καλῶν.

B. Τὰ γὰρ τρήματα κλεψύδρας εἶναι. *mox.* εἰς φυλακὴν τῶν περὶ τὸν ζυγὸν διακειμένων κλεψυδρῶν ἐκπέπομφε.

CAP. XVII.

A. Ἐπειδὴ δ' ἡ τοῦ ἤθους ἀρετὴ περὶ πάθη· τῶν δὲ παθῶν ἡδονὴ, καὶ λύπη ὑπέρτατα.

Φανερὸν,

B. Φανερὸν, ὅτι οὐκ ἐν τῷ ὑπεξελέσθαι τὰ πάθη τῆς ψυχῆς ἡδονὰς καὶ λύπας, αἱ ἀρεταὶ πεφύκασιν, ἀλλ' ἐν τῷ ταῦτα συναρμόζεσθαι.

C. Οὐδὲ γὰρ ὑγίεια, εὐκρασία τις οὖσα τῶν τοῦ σώματος δυνάμεων ἐν τῷ ὑπεξελέσθαι τὸ ψυχρὸν, καὶ τὸ θερμὸν, καὶ τὸ ὑγρὸν, καὶ τὸ ξηρὸν πέφυκεν· ἀλλ' ἐν τῷ ταῦτα συγκεκρᾶσθαι· ἔστι γὰρ οἷον συμμετρία τις τούτων.

D. Οὐδ' ἐν τῇ μουσικῇ, ἐν τῷ ὑπεξελέσθαι τὸ ὀξὺ καὶ τὸ βαρὺ τὸ σύμφωνον πέφυκεν, ἀλλ' ἐν τῷ ταῦτά πως συναρμόζεσθαι· συναρμοζομένου τοῦ ὀξέος, καὶ τοῦ βαρέος, τὸ μὲν σύμφωνον ἐναπολαμβάνεται, τὸ δὲ διάφωνον ἐκκρίνεται.

E. Συναρμοσμένων καὶ τοῦ θερμοῦ, καὶ τοῦ ψυχροῦ, καὶ τοῦ ὑγροῦ, καὶ τοῦ ξηροῦ αἱ μὲν ὑγίειαι γίνονται, αἱ δὲ νόσοι ἀπόλλυνται· συναρμοσμένων δὲ καὶ τοῦ θυμοῦ, καὶ τῆς ἐπιθυμίας· αἱ μὲν γὰρ κακίαι, καὶ τὰ πάθεα ἐξαιρέονται, ταὶ δ' ἀρεταὶ, καὶ τὰ ἤθεα ἐγγίνονται.

F. Ἰδιαίτατον δὲ, *vt integra habeas verba Theagis*, τᾶς τοῦ ἤθεος ἀρετᾶς ἁ προαίρεσις ἃ ἐν τοῖς καλοῖς· λόγῳ γὰρ, καὶ δυνάμει συγχρέεσθαι δύναται, καὶ ἄνευ ἀρετᾶς, καὶ κακίας· προαιρέσει δὲ οὐ δύναται· τὸ γὰρ ἀξίωμα τοῦ ἤθεος ἁ προαίρεσις σημαίνει· διὸ καὶ μετὰ τᾶς βίας μὲν ἐπικρατέων ὁ λογισμὸς θυμῶ, καὶ ἐπιθυμίας ἐγκράτειαν, καὶ καρτερίαν ἐμποιεῖ· μετὰ βίας δὲ πάλιν ἐκβαθεὶς αὐτοῖς ὑπὸ τῶν ἀλόγων, ἀκρασίαν, καὶ μαλακίαν· αἱ δὲ τοιαῦται διαθέσιες τᾶς ψυχᾶς ἡμιτελέες μὲν ἀρεταὶ, ἡμιτελέες δὲ κακίαι τυγχάνοντι· ὁ μὲν γὰρ λογισμὸς ὑγιαίνει· τὰ δ' ἄλογα μέρεα τᾶς ψυχᾶς νοσεῖ.

Cap. XVIII.

A. Τῆς καρδίης νοῦσον, ἡ σύνοδος τῆς ἐναντίης τοῦ ζῆν δυνάμιος, καὶ λύσιν τῶν δεσμῶν τῆς εἰς ζωὴν δυνάμιος, πάθος ἀντίξοον τῇ συστάσει τοῦ ἀνθρώπου ἐόν.

B. Κατὰ συμπάθειαν δὲ πάσχουσι καρδία ἐπὶ τῷ ἐγκεφάλῳ, καὶ ἥπατι, καὶ στόματι γαστρὸς, λύπῃ τε, καὶ φόβῳ, καὶ ἑτέροις πλείοσι. τὴν καλουμένην ἐποίει συγκοπὴν, ἀθρόαν οὖσαν, τῆς δυνάμεως καταπτωσιν ἐκλύσεσί τε, καὶ λειποθυμίαις, καὶ μικροσφυξίαις, ἀκρωτηρίων περιψύξεσι, καὶ περιδρώσεσι δηλουμένην.

C. Ἀψυχίαι δὲ, ὅταν προσίστηται πρὸς τὴν καρδίαν φλέγμα, ἢ χολὴ· προσίστασθαι δὲ ἀνάγκη, κεκινημένων, καὶ ὑγρασμένων, &c.

Cap. XIX.

A. Ἀλλὰ τούτῳ διαφέρει τῷ, τὸν μὲν τὰ γενόμενα λέγειν· τὸν δὲ οἷα ἂν γένοιτο. διὸ καὶ φιλοσοφώτερον, καὶ σπουδαιότερον ποίησις ἱστορίας ἐστί.

B. Ὁ δ' Ὅμηρος, ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα διαφέρει, καὶ τοῦτ' ἔοικε καλῶς ἰδεῖν ἤτοι διὰ τέχνην, ἢ φύσιν· Ὀδύσσειαν γὰρ ποιῶν, οὐκ ἐποίησεν ἅπαντα, &c. *mox*: ὁμοίως δὲ καὶ τὴν Ἰλιάδα.

C. Μῆνιν ἄειδε θεὰ Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος, &c.

Cap. XX.

A. Πᾶσα διδασκαλία, καὶ πᾶσα μάθησις διανοητική.

B. Ἔστι δ' ὅπερ ἐν διανοίᾳ κατάφασις, καὶ ἀπόφασις, ὃ ἐν ὀρέξει δίωξις, καὶ φυγή· *mox*. θεωρητικῆς διανοίας *esse* τὸ ἀληθὲς, καὶ τὸ ψεῦδος· τοῦτο γάρ ἐστι παντὸς διανοητικοῦ ἔργον. &c.

C. Οὐ γὰρ, πρὸς τὸν ἔξω λόγον ἡ ἀπόδειξις, ἀλλὰ πρὸς τὸν ἐν τῇ ψυχῇ, ἐπεὶ οὐδὲ συλλογισμὸς· ἀεὶ γὰρ ἔστιν ἐνστῆναι πρὸς τὸν ἔξω λόγον, ἀλλὰ πρὸς τὸν ἔσω οὐκ ἀεί.

D. Ἐπεὶ δὲ πᾶσα πρότασίς ἐστιν ἢ τοῦ ὑπάρχειν ἢ τοῦ ἐξ ἀνάγκης ὑπάρχειν, ἢ τοῦ ἐνδέχεσθαι ὑπάρχειν.

E. Ὥστε μηδὲν τῶν ἐνόντων ἐν τοῖς πράγμασι παραλιπεῖν.

F. Μεταπλάσσων διανοήματος ἐκ τοῦ κατὰ φύσιν πλάττειν πρὸς τὸ χρησιμώτερον τὴν ἀναγκαίαν διάνοιαν.

G. Εἰ μὴ ἦν διανόημα τὸ μὲν κατὰ φύσιν, τὸ δὲ ἐσχηματισμένον, οὐκ ἂν τῶν ἰδιωτῶν, οἱ ῥήτορες, διέφερον, οὔτ' ἀλλήλων· τοῦτο οἱ ἁπλούστερον, καὶ ἄνευ κόσμου τινὸς μετὰ λόγου λέγοντες· οἱ δὲ ἀναργέστερον, καὶ οὐ μετ' ἀκοσμίας· δῆλον γὰρ ὅτι τοῦ ἰδιώτου ὁ ῥήτωρ τῷ διαφέρει. τοῦτο μὲν ἐπ' ὀλίγον, καὶ ἀκυρότερον· τοῦτο δὲ πλεῖον, καὶ κατὰ καιρὸν τοῖς σχήμασι χρῆσθαι.

H. Ἔννοιαι τοίνυν εἰσὶ σεμναί. μάλιστα μὲν αἱ περὶ θεῶν λεγόμεναι.

I. Ἔστι τοίνυν πᾶσα λέξις, ᾗ σημαίνομεν τὰς νοήσεις, ἡ μὲν ἔμμετρος, ἡ δὲ ἄμετρος· ὧν ἑκατέρα καλῆς μὲν ἁρμονίας τυχοῦσα καλὸν οἷά τέ ἐστι ποιεῖν τὸ μέτρον, καὶ τὸν λόγον· ἀνεπιστάτως δὲ, καὶ ὡς ἔτυχε ῥιπτουμένη προσαπόλλυσι, καὶ τὸ ἐν τῇ διανοίᾳ χρήσιμον.

K. Ὥσπερ γὰρ οὐδὲν ὄφελος διανοίας ἐστὶ χρηστῆς, εἰ μή τις αὐτῇ κόσμον ἀποδώσει καλῆς ὀνομασίας.

L. Ἅπας τοίνυν λόγος ἔννοιαν τ' ἔχει πάντως τινὰ, ἢ ἐννοίας, καὶ μέθοδον περὶ τὴν ἔννοιαν.

M. Τὸ δ' αὔξειν, καὶ μειοῦν ἐστὶν ἐνθυμήματα πρὸς τὸ δεῖξαι, ὅτι μέγα, ἢ μικρόν.

N. Ἔστι δὲ κατὰ τὴν διάνοιαν ταῦτα· ὅσα ὑπὸ τοῦ λόγου δεῖ παρασκευασθῆναι.

Cap. XXI.

A. Καὶ γὰρ οὗτοι, *scilicet*, ὀρχησταὶ, διὰ τῶν σχηματι-

ζομένων ῥυθμῶν μιμοῦνται καὶ ἤθη, καὶ πάθη, καὶ πράξεις.

B. Οἱ τῶν σατυρικῶν ἐπολίτευον χοροὶ τὴν ἐλλεωνικὴν εἰδοφορεσιῶτις σίκιννιν σκευὴν δὲ αὐτοῖς ἦσαν τοῖς μὲν εἰς Σιληνοὺς οἱ καθιστᾶσι μαλλωτοὶ χιτῶνες, οὓς ἔνιοι χορταίους καλοῦσι, καὶ περιβόλαια ἐκ παντὸς ἄνθους· τοῖς δὲ εἰς Σατύρους περιζώματα, καὶ δοραὶ τράγων, καὶ ὀρθοτρίχες ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς φῶκαι.

Cap. XXII.

A. Ἀλλ' ἔμπης καλάμην γε σ' ὀΐομαι εἰσορόωντα Γιγνώσκειν.——

B. Τὰ δὲ ὑπόλοιπα ἑαυτοῖς ὁμιλεῖ τὰ μὲν κατὰ κρᾶσιν ὡς αἱ ποιότητες τῶν στοιχείων παντελῶς ἐχόντων τὰς πρώτας ποιότητας ἀφανιζομένας καὶ ἑτέρας γιγνομένας, δυναμένας δὲ πάλιν ὑπὸ φύσεως χωρισθῆναι, καὶ σωθῆναι.

C. Πάνυ γὰρ περὶ τοῦτ' οὐχ ὁρᾷς γέγονε, τὰ τῶν ἑλλήνων πράγματα, εἰ τουτὶ τὸ ῥῆμα. ἀλλά μοι τουτὶ διελέχθην ἐγώ, ἢ δι' ἐρετὴν χεῖρα. ἀλλὰ μὴ δὲ δὴ παρεώνηκα.

D. Ὁ δ' ἐκκλησιαστὴς, καὶ δικαστὴς ἤδη ἐπὶ παρόντων, καὶ ἀφῃρημένων κρίνηται, πρὸς οὓς καὶ τὸ φιλεῖν ἤδη, καὶ τὸ μισεῖν, καὶ τὸ ἴδιον συμφέρον συνήρτηται πολλάκις ὥστε μηκέτι δύνασθαι θεωρεῖν ἱκανῶς τὸ ἀληθές, ἀλλ' ἐπισκοτεῖν τῇ κρίσει τὸ ἴδιον ἡδὺ, καὶ λυπηρόν.

F. Ἔδει μέντοι τοὺς λέγοντας ἅπαντας ἐν ὑμῖν μήτε πρὸς ἔχθραν λόγον μηδένα, μήτε πρὸς χάριν.

F. Νομίζω δὲ δύο τὰ ἐναντιώτατα εὐβουλίᾳ εἶναι, τάχος τε, καὶ ὀργήν· ὧν τὸ μὲν μετ' ἀνοίας φιλεῖ γίγνεσθαι· τὸ δὲ μετὰ ἀπαιδευσίας, καὶ βραχύτητος γνώμης.

G. Οὐχὶ ταὐτὰ παρίσταταί μοι γιγνώσκειν, ὦ ἄνδρ. Ἀθην. ὅταν τε εἰς τὰ πράγματα ἀποβλέψω, καὶ ὅταν εἰς τοὺς λόγους, οὓς ἀκούω.

H. Ἔργον εὑρεῖν συγγενῆ.
Πένητός ἐστιν, οὐδεὶς γὰρ ὁμολογεῖ.
Αὐτῷ προσήκειν τὸν βοηθείας τινός.
Δεόμενον αἰτεῖσθαι γὰρ ἅμα τι προσδοκᾷ.

I. Τοῖς μὲν οὖν ἄλλοις πρὸς συντήρησιν τῶν ὀδόντων ἡ τῶν χειλῶν φύσις ἐστί, καὶ πρὸς φυλακῆς τι ἕνεκα τῶν ὀδόντων, ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα, καὶ μᾶλλον ἔτι διὰ τὸ εὖ· πρὸς γὰρ τῷ χρῆσθαι, τῷ λόγῳ καὶ ταῦτα,

Lib. VIII. Cap. I.

A. Ἐνεργεῖ δὲ καὶ τῷ πνεύματι ἀναπεπταμένος ὅλος ἐπὶ πολὺν χρόνον βραχείας ἰσχυρῶς ἐπικινήσεως ἐν αὐτῷ περὶ τὴν καρδίαν οὔσης.

B. Εἰ δὲ κύπτει ἡ χαλκῖτις λίθος καίεται ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας ἐμβαλλόντων· ἐν ταύτῃ γίνεται θηρία ἐν τῷ πυρὶ τῶν μεγάλων μυιῶν μικρόν τι μείζονα ὑπόπτερα, ἃ κατὰ τοῦ πυρὸς βαδίζει, καὶ πηδᾷ· ἀποθνήσκουσι δὲ καὶ αὗται, καὶ ταῦτα χωριζόμενα τὰ μὲν τοῦ πυρὸς, οἱ δὲ τῆς χιόνος.

C. Τοῦτο δὲ ἴσως καὶ πρὸς Πλάτωνα αἰνιττόμενος λέγει· ἔλεγε γὰρ ὁ Πλάτων, ὅτι εἰσὶ καὶ πύρινα ζῷα, καὶ ἀέρια, ὥσπερ αἱ νύμφαι αἱ λεγόμεναι μακραίωνες.

D. Ὅτι πῦρ οὐδὲν γεννᾷ ζῷον· οὐδὲ φαίνεται συνιστάμενον πυρουμένοις.

E. Καὶ ὅτι πυρίμαχος λίθος οὐ καυστὸς, ἐπειδὴ οὐ διαλύεται εἰς τέφραν· τινὰ μὲν οὖν πήγνυται τὸ ἀποστάζον.

F. Καὶ πρὸς αὐτὸν Δημόκριτος ὁ πινδαρής. ἐκεῖνος, ὥσπερ ἐν ἄρτων ἄσθμασι πλέον θερμοῦ ταῖς μόναις ἡμέραις τρεῖς ἐξένισε τρέφων τὸν Ἀδλω τύπις.

Cap. II.

A. Εὐρύθμως ἐπιβοᾶν· ἐστί τι εἰωθὸς ἐν τοῖς θεάτροις ἐπὶ τῇ τοῦ κωμῳδοῦ θεραπείᾳ εὐρύθμως πως ἐπιβοᾶν, ταῦτα ὅτι μεθαρμονίζοντες εἰς γελοιότατον ἐξῇδον.

Cap. III.

A. Βήματος δὲ οὐκ ὄντος οὐδὲ τοῦ στρατιωτικοῦ γινόμενον φθάνοντος ὃ ποιοῦσιν αὐτοί, τῆς γῆς ἐκτομὰς βαθείας λαμβάνοντες.

B. Συνήγαγε δὲ τὸ στράτευμα ἀμφὶ δώδεκα μυριάδας, ὃ καὶ ἀνέβη ἐπὶ τὸ βῆμα ἐκ γῆς ἐλαύνεις ἐς τὸν ῥωμαϊκὸν τρόπον πεποιημένον.

C. Προσεπεῖπε πᾶσι βουλευταῖς μὴ ἐκδημεῖν ἔξω τῆς Ἰταλίας, ἂν μὴ αὐτὸς ἕνεκα κελεύσῃ, ἢ ἐπιτρέπῃ, καὶ τοῦτο, καὶ δεῦρο εἰς φυλάσσεται.

D. Νόμον προὔθηκε μὴ δύνασθαι βουλευτὴν ὑπὲρ ἑπτὰ σημεῖα τῆς πόλεως ὁδεύειν, χωρὶς τῆς τοῦ βασιλέως κελεύσεως.

Cap. IV.

A. Οὐκοῦν καὶ περὶ τὸ ἄρχειν μὲν τὸν ἄρρενα, ἄρχεσθαι δὲ τὴν θήλειαν, ὁμογνωμονήσουσι; τὸ δὲ σχήματος ἀρχῆς ἔχει. οὐχ οἷον τὸ δεσποτικὸν, θεραπεῦον τὸ τοῦ κρείττονος συμφέρον· οὐδ' οἷον τὸ τῶν τεχνῶν, μόνου τοῦ ἥττονος ἐπιμελούμενον· ἀλλ' οἷον τὸ πολιτικὸν κηδόμενον ἐξ ἴσου τοῦ κοινοῦ συμφέροντος.

B. Μεγάλη τυραννὶς ἀνδρὶ τέκνα, καὶ γυνή.
Πᾶσα γὰρ δούλη πέφυκεν ἀνδρὸς ἡ σώφρων γυνή.
Σωφρονοῦσα μὲν γὰρ, καὶ πάντα τῷ γεγαμηκότι πειθομένη γυνὴ κυρία τοῦ οἴκου τὸν αὐτὸν τρόπον ἐστὶν, ὅνπερ καὶ πλουτήσαντος τοῦ ἀνδρὸς κληρονό-

λος ἐγένετο τῶν χρημάτων, ὡς θυγάτηρ πατρὸς· εἰ μὲν ἄπαις τι, καὶ περὶ μηδενὸς διαθέμενος ἀποθάνοι, πάντων ὅσα κυρία τῶν ἀπολειφθέντων· εἰ δὲ γυναῖκ' ἔχοι, τοῖς παισὶν ἰσόμοιρος γενομένη,

C. Ωνια γὰρ ταῦτα τὰ ῥήματα, αὐτὰρ ἔγωγε.
Οὐκ ἐθέλω δόμεναι, οὐ γὰρ ἔχω δόμεναι.

CAP. V.

A. Αμαρτάνουσαν δὲ καὶ, δικαστὴν τῶν ἀδικουμένων ἐλάμβανε, καὶ τοῦ μεγέθους τῆς τιμωρίας κύριον. ταῦτα δὲ οἱ συγγενεῖς μετὰ τοῦ ἀνδρὸς ἐδίκαζον· ἐν οἷς ἦν φθορὰ τοῦ σώματος. καὶ ὅπερ τῶν ἐλαχίστων ἁμαρτημάτων Ἕλλησι δόξειεν ἂν ὑπάρχειν, εἴ τις οἶνον εὑρεθείη πίνουσα γυνή· ἀμφότερα γὰρ ταῦτα ζημιοῦν ἐκέλευσεν ὁ Ῥωμύλος, ὡς ἁμαρτημάτων γυναικείων ἔσχατα, φθορὰν μὲν ἀπονοίας ἀρχὴν νομίσας, μέθην δὲ φθορᾶς. καὶ μέχρι πολλοῦ διέμεινε χρόνου ταῦτ' ἀμφότερα παρὰ Ῥωμαίοις, ἀπαραιτήτου τυγχάνοντα ὀργῆς.

B. Κορίνθιαι γυναῖκες, ἐξῆλθον δόμων.
Μή μοι μέμψησθε· σὺ μὲν ὀμμάτων ἄπο
Αἴθιδα γὰρ πολλοὺς βροτῶν σεμνοὺς γεγῶτας.

CAP. VII.

A. Οὐ γὰρ ἐξ ἀρχῆς ὁ ποιητής. τοὺς μὲν δουλείαν, τοὺς δὲ δεσποτείαν ἀπένειμεν. μεχ. ὡς κισύνην οὐδεὶς δοῦλος εἰσελήλυθε.

B. Τοῖς δὲ παρὰ φύσιν δοκεῖ τὸ δεσπόζειν· νόμῳ γὰρ τὸν μὲν δοῦλον εἶναι, τὸν δ' ἐλεύθερον· φύσει δὲ οὐδὲν διαφέρειν· διό περ οὐδὲ δίκαιον· βίαιον γάρ.

C. Αὕτη δέ ἐστιν ἡ περὶ τὴν ἀρετὴν δουλεία νενόμισται γὰρ δὴ ἡμῖν, ἐάν τις τινὰ θέλῃ θεραπεύειν ἡγούμενος δι' ἐκεῖνον ἀμείνων ἔσεσθαι, ἢ κατὰ σοφίαν, ἢ κατ' ἄλλο, ὅτι οὖν μέρος ἀρετῆς· αὕτη αὖ ἡ ἐθελοδουλεία, οὐκ αἰσχρά ἐστιν, οὐδὲ κολακεία.

D. Οὕτω δὲ πᾶσιν ἡμῖν ἀχρεῖα τριχῶς· ὁ μὲν γάρ τις δοῦλος κατὰ νόμον γίγνεται· ὁ δὲ κατὰ τὸν τρόπον τῆς ψυχῆς ὁ κρατούμενος ὑπὸ τῶν ἰδίων παθημάτων τὰς ψυχάς· κατὰ φύσιν δὲ δοῦλος, ὁ δυνάμενος αὐτάρκως τὰς διὰ τοῦ σώματος ὑπηρεσίας παρέχεσθαι τοῖς δεσπόταις·

E. Ω παγκάκιστοι καὶ τὸ δοῦλον οὐ λόγῳ.
Εχοντες, ἀλλὰ τῇ τύχῃ κεκτημένοι.

CAP. VIII.

A. Ην δὲ αὐτῷ τὸ σημεῖον ἀετὸς χρυσοῦς ἐπὶ δόρατος μακροῦ ἀνατεταμένος, καὶ νῦν δὲ ἔτι τοῦτο τὸ σημεῖον τῷ Περσῶν βασιλεῖ διαμένει.

B. Ωστε δὲ ἐνέπιπτον εἰς τὸ στρατόπεδον εἴς τι τὸ ἱερὸν ἐν τούτῳ σημαῖα, καὶ τὰ ἀγάλματα τοῦ στρατοπέδου προσκυνεῖται.

C. Τιμιώτατα γὰρ Ῥωμαίοις ταῦτα ἐπὶ στρατείας, καὶ ὥσπερ ἱδρύματα. θεῶν ἱερὰ νομίζονται.

CAP. IX.

A. Παρίσθμια δ' ἄρηται ἀπὸ τοῦ ἐν στενῷ πέρι κεῖσθαι· οἱ γὰρ ἀρχαῖοι τὰ στενὰ ἰσθμοὺς ἐκάλουν· ἀντιάδες δὲ ἀπὸ τοῦ κατὰ τὴν διάνοιξιν τοῦ στόματος ἀλλήλαις ἐναντίας φαίνεσθαι, καὶ μάλιστα ὅταν φλεγμαίνωσι.

B. Αντιάδες δὲ, καὶ ὑπολωπίδες, καὶ οὖλα, καὶ γλῶσσα, καὶ ὅσα τοιαῦτα ταύτῃ πεφυκότα, ταῦτα πάντα νοσεῖ ἀπὸ τοῦ φλέγματος.

CAP. X.

A. Καὶ τὴν ξυλίνην γέφυραν, ἣν ἄνευ χαλκοῦ, καὶ σιδήρου, θέμις ὑπ' αὐτῶν διακρατεῖσθαι τὸ ξύλον, ἐκεῖνος ἐπιθεῖναι τῷ Τιβέρει λέγεται, ἣν ἄχρι τοῦ παρόντος διαφυλάττουσιν ἱερὰν εἶναι νομίζοντες· εἰ δὲ πονήσειεν αὐτῆς μέρος, οἱ ἱεροφάνται θεραπεύουσι, θυσίας τινὰς ἐπιτελοῦντες ἅμα τῇ κατασκευῇ πατρίους.

CAP. XX.

A. Ο' ἐπιστητὸν ἤδη καὶ τοὺς μάντεσιν, ὡς ἔφη Ἐπιμενίδης ὁ Κρής· ἐκεῖνος γὰρ περὶ τῶν ἐσομένων οὐκ ἐμαντεύετο· ἀλλὰ περὶ τῶν γεγονότων μὲν ἀδήλων δέ.

CAP. XXI.

A. Φανερὸν δὲ ἐκ τῶν εἰρημένων, ὅτι οὐ τὸ τὰ γενόμενα λέγειν, τοῦτο ποιητοῦ ἔργον ἐστιν, ἀλλὰ καὶ οἷα ἂν γένοιτο, καὶ τὰ δυνατὰ κατὰ τὸ, εἰκὸς, ἢ τὸ ἀναγκαῖον.

B. Ο' μὲν οὐδὲ μύθοις, οὐδὲ συμβολικοῖς αἰνίγμασιν, ὥς τῶν πρὸ αὐτοῦ τινες, Αριστοτέλης ἐχρήσατο, ἀλλ' ἀντὶ παντὸς ἄλλου περιπτάσματος τὴν σαφήνειαν προετίμησεν.

CAP. XXII.

A. Τὶς δὲ βίος, τί δὲ τερπνὸν ἄτερ χρυσῆς ἀφροδίτας.
Τεθναίην, ὅτε μοι μηκέτι ταῦτα μέλοι.

B. Τὸν Τυρταῖον ὁ Λεωνίδας ἐρωτηθεὶς ποῖόν τινα νομίζοι ἀγαθὸν ποιητήν, ἔφη, νέων ψυχὰς καλλιώνειν, ὡς τῆς νέοις διὰ τῶν ἐπῶν ὁρμὴν ἐμποιοῦντα μετὰ θυμοῦ, καὶ φιλοτιμίας ἐν ταῖς μάχαις ἀφειδοῦσιν αὐτῶν.
Εὐδαίμων χαρίτων, καὶ μελάνιππος ἔφυ.
Θείας ἀγητῆρες ἐφημερίης φιλότητος.

LIB. IX. CAP. I.

A. Γυναικὶ χρὴ εἰδέναι τὸν μαζὸν ὁκότερός ἐστιν αὐτῇ μέζων, κεῖθι γὰρ τὸ ἔμβρυον ὁμοίως δέ. καὶ τὸν ὀφθαλμόν· ἔσται γὰρ μέζων καὶ λαμπρότερος τὸ πᾶν εἴσω τοῦ βλεφάρου ὁκότερος ὁ μαζὸς μέζων.

Cap. IV.

A. Τῆς δὲ λέξεως ἁπάσης τὰ δ' ἐστὶ τὰ μέρη, στοιχεῖον, συλλαβή, σύνδεσμος, ὄνομα, ῥῆμα, ἄρθρον, πτῶσις, λόγος.

B. Ὑπῆρξε καὶ ἡ φωνὴ πάντων μιμητικώτατη τῶν μορίων ἡμῖν. διὸ καὶ αἱ τέχναι συνέστησαν, καὶ ἡ ῥαψῳδία. καὶ ἡ ὑποκριτική, καὶ ἄλλαι γε.

C. Ἔστι δὲ λέξις γραφικὴ μὲν ἡ ἀκριβεστάτη. ἀγωνιστικὴ δὲ ἡ ὑποκριτικωτάτη· ταύτης δὲ δύο εἴδη· ἡ μὲν γὰρ ἠθική. ἡ δὲ παθητική· διὸ καὶ οἱ ὑποκριταὶ τὰ τοιαῦτα τῶν δραμάτων διώκουσι, καὶ οἱ ποιηταὶ τοὺς τοιούτους.

D. Πῶς δεῖ φωνῇ χρῆσθαι πρὸς ἕκαστον πάθος, καὶ ποτὲ μεγάλῃ. καὶ μικρᾷ καὶ ποτὲ μέσῃ.

E. Διὸ καὶ τὰ ὑποκριτικὰ ἀφῃρημένης τῆς ὑποκρίσεως οὐ ποιοῦντα τὸ αὑτῶν ἔργον φαίνεται εὐήθη.

F. Διὸ δεῖ λανθάνειν ποιοῦντας, καὶ μὴ δοκεῖν λέγειν πεπλασμένως, ἀλλὰ πεφυκότως· τοῦτο γὰρ πιθανόν.

G. Ἐκεῖνο δὲ τοὐναντίον· ὡς γὰρ πρὸς ἐπιβουλεύοντα διαβάλλονται, καθάπερ πρὸς τοὺς οἴνους τοὺς μεμιγμένους.

H. Καὶ οἷον ἡ Θεοδώρου φωνὴ πέπονθε πρὸς τὴν τῶν ἄλλων ὑποκριτῶν· ἡ μὲν γὰρ τοῦ λέγοντος ἔοικεν εἶναι, αἱ δὲ ἀλλότριαι.

Cap. VI.

A. Ἀριστοτέλης δὲ χαίρειν φησὶ τὰς ἐγχέλεις καθαρωτάτῳ ὕδατι· ὅθεν τοὺς ἐγχελυοτρόφους καθαρὸν αὐταῖς ἐπιχεῖν· πνίγονται γὰρ ἐν τῷ θολερῷ. Τῶν δὲ ἐγχέλεων τρέφονται μὲν ὀλίγαι τινές, καὶ ἐνιαχοῦ. καὶ ἰλύϊ καὶ σιτίοις ἄν τις παραβάλλῃ· αἱ μὲν τοι πλεῖσται τῷ ποτίμῳ ὕδατι. καὶ τοῦτο τηροῦσιν οἱ ἐγχελυοτρόφοι, ὅπως ὅτι μάλιστα καθαρὸν ἡ τὸ ὕδωρ. ἢ ἀπορρέον ἀεί, καὶ ἐπιρρέον ἐπὶ πλαταμώνων.

Cap. VII.

A. Ὅσσον ἐμῇ κεφαλῇ περιδείδια, μή τι πάθῃσι,
καὶ σή------

B. Ἀνθ' ὧν εἰς κεφαλὴν ὑμᾶς αὐτοῦ δεῖ τρέψαι.
Εἰς κεφαλὴν τρέποιτ' ἐμοί.

C. Εἶπον ἄνευ οἷς κεφαλήν.---
Τὸν ἐγὼ περὶ πάντων τῖον ἑταίρων ἶσον ἐμῇ κεφαλῇ
Τὸν μὲν ἐγὼ λεύσσω ἶσον φάεσσιν ἐμοῖσιν.

Cap. VIII.

A. Ἐστὶ μὲν τοῦτο τὸ δέ.
Χαλκῆ παρθένος εἰμί,
Μίδα δ' ἐπὶ σήματι κεῖμαι.
Ἐπεὶ τὸ καλόν, καὶ ζῷον, καὶ ἅπαν πρᾶγμα, ὃ συνέστηκεν ἐκ τινῶν, οὐ μόνον ταῦτα τεταγμένα δεῖ ἔχειν.

B. Ἡρακλείδης ἱστορεῖ, ὅτι κατὰ τὴν Σπάρτην θαυμάζεται μάλιστα ὁ κάλλιστος, καὶ ἡ γυνὴ καλλίστη· διὸ φασὶ περὶ Ἀρχιδάμου τοῦ βασιλέως γυναικὸς αὐτῷ καλῆς φαινομένης, ἑτέρας δὲ αἰσχρᾶς, καὶ πλουσίας, ὡς ἀπέκλινεν ἐπὶ τὴν πλουσίαν, ζημιῶσαι τοὺς ἐφόρους αὐτὸν. ἐπιλέγοντας· ὅτι βασιλίσκους αὐτῷ βασιλέων τῆς Σπάρτης γυναικῶν προαιρεῖται· εὐριπίδης τι ἔφη· πρῶτον μὲν εἶδος ἄξιον τυραννίδος.

Cap. IX.

A. Ἔστ' ἄκουσμα ἥδιον, ἢ ῥηθεὶς λόγος.
Πατρὸς πρὸς υἱὸν περιέχων ἐγκώμιον.

Cap. X.

A. Οὐκοῦν ἀκρατιούμεθα, ἐν ἰσθμῷ γὰρ ἀριστήσομεν.

B. Τὸ παρ' ἡμῖν νῦν ἄριστον λεγόμενον, τὸ πρωϊνὸν ἔμβρωμα, μεθ' ὃ δεῖ πονεῖν, ὅ ἐστιν ἐργάζεσθαι.
Νῦν δ' ἔρχεσθ' ἐπὶ δεῖπνον, ἵνα ξυνάγωμεν Ἄρηα.

C. Ἄριστον ἐν ὅσῳ ὁ μάγειρος ποιεῖ, συνακρατίσασθαί πως ἔχεις μετ' ἐμοῦ.
-----Φίλοι δ' ἀμφ' αὐτὸν ἑταῖροι.
Ἐσσυμένως ἐπένοντο, καὶ ἐντύνοντο ἄριστον.

D. Ἄριστον δὲ λέγει νῦν τὸ πρωϊνόν, ὃ ἡμεῖς λέγομεν ἀκράτισμα ὥσπερ αὖ πάλιν τὸ παρ' ἡμῖν ἄριστον ὁ ποιητὴς φησὶ δεῖπνον, μεθ' ὃ δεῖ πονεῖν.

E. Τοῖσι δὲ πεπτομένοισι μάλας ἐπὶ ἕσπερος ἦλθε.

F. Ἦμος δὲ δρυτόμος ἀνὴρ ὡπλίσσατο δεῖπνον.
Οὔρεος ἐν βήσσῃσιν, ἐπεί τ' ἐκορέσσατο χεῖρας.
Τάμνων δένδρεα μακρά, ἄδος τέ μιν ἵκετο θυμόν.
Σίτου τε γλυκεροῖο περὶ φρένας ἵμερος αἱρεῖ.

Cap. XI.

A. Προσαρπάζων ὥσπερ ἰκτῖνος τὰ ὄψα, καὶ τὸν πλησίον παραγκωνιζόμενος καρύκης τὸ γένειον ἀνάπλεως. κυνηδὸν ἐμφορούμενος ἐπικεκυφώς.

Cap. XIII.

A. Παρ' δὲ Βοηθοίδης κρέα δαίετο, καὶ νέμε μοίρας.

B. Εἰ δὲ τοῖς δείπνοις ἐκεκλήρωτο περὶ τῶν μερίδων· εἰ δὲ ἀπολάχῃ πρῶτον αἱρεῖν τῶν φίλων κελευόντων, ἔλεγε μὴ καλῶς ἔχειν ἀκούσης τῆς Ἀφροδίτης.

C. Τὸν ἴσην ἑκάστῳ μοῖραν δαιόμενον, sive, τὸν τὰ κρέα μερίζοντα τοῖς δαινυμένοις.

D. ---Ἔνθάδε δαιτρὸς ἐφίζοσκεν κρέα πολλά.

Δαινύμενος μνηστῆρσι δόμοις κατὰ δαινυμένοισι.

E. Διὰ τὸ μηδέ ποτε συμπεριενεχθῆναι ταῖς ἄλλαις εὐωχίαις.

F. Ἔρανοι δὲ εἰσὶν αἱ ἀπὸ τῶν συμβαλλομένων εἰσαγωγαὶ ἀπὸ τοῦ συνέρειν, καὶ συμφέρειν ἕκαστον.

G. Εὐωχία πολυτελὴς, ἐν ᾗ κατ' ἴλας, ἢ ὁμοῦ εἰλούμενοι πολλοὶ ἔπινον.

Τὰς θυσίας, καὶ τὰς λαμπροτέρας παρασκευὰς ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ εἰλαπίνας, καὶ τοὺς τούτων μετέχοντας, εἰλαπιναστάς.

H. Τὸ παλαιὸν οὐκ εἶναι ἔθος οὔτ' οἶνον ἐπὶ πλεῖον, οὔτ' ἄλλην ἡδυπάθειαν προσφέρεσθαι μὴ θεῶν ἕνεκα τοῦτο δρῶντας.

I. Καὶ τὴν ἥβην δέ τινες ἀνέπλασαν οἰνοχοοῦσαν αὐτοῖς ἴσως διὰ τὸ ἡβητήρια καλεῖσθαι τὰ συμπόσια

K. Δοκεῖ γὰρ ἔχειν πρὸς φιλίαν τι ὁ οἶνος ἑλκυστικὸν παραθερμαίνων τὴν ψυχὴν καὶ διαχέων.

L. Καλέσεις, τὸ ὄνομα τοῦ δείπνου Βρυμαλιὼμ, ὅ ἐστι ῥωμαϊστὶ ἐκ τῶν ἀλλοτρίων τραφῆναι·

Cap. XIV.

A. Τραϊανῷ ἐν Πάρθοις ὄντι, καὶ τῆς θαλάσσης ἀπέχοντι ἡμερῶν πολλῶν ὁδὸν, Ἀπίκιος ὁ ὀψοφάγος ὄστρεα νεαρὰ διεπέμψατο ὑπὸ σοφίας τεθησαυρισμένα.

B. Ἀπομάζουσι ῥωμαῖοί τι πένθημα, καὶ προστίθενται τοῖς νέκυσι.

C. Καὶ μετὰ τοῦτο πάνθ' ὅσα περ ἐν τοῖς ἐναγίσμασι καθαγίζεται, καὶ ἐκείνοις μέλανα ἐν σκεύεσιν ὁμοίως προσηνέχθη

Cap. XV.

A. Πρῶτον μὲν μονοσιτεῖν χρὴ διάγειν, ἢν μὴ πάνυ ξηρόν τις τὴν κοιλίην ἔχῃ· εἰ δὲ μὴ, μικρὸν ἀριστᾶν

B. Οἱ μὲν γὰρ ἢν ἀριστήσωσι μὴ ξυμφέροντος αὐτοῖσιν, εὐθὺς βαρέες, καὶ νωθροὶ τὸ σῶμα, καὶ ἢν δὲ ἐπιδειπνήσωσι, καὶ φῦσαι, καὶ στρόφος, καὶ ἡ κοιλίη καταρρήγνυται

C. Μονοσιτίη ἰσχναίνει καὶ ξηραίνει, καὶ τὴν κοιλίαν ἵστησι. Ἄριστον δὲ τἀναντία διαπρήσσεσθαι τῇ μονοσιτίῃ.

D. Ἐλθόντα δ' ἡμᾶς, ὁ πάντη λεγόμενος οὐ βίος εὐδαίμων, Ἰταλιωτικῶν τε καὶ Συρακουσίων τραπεζῶν πλήρης οὐδαμῇ, οὐδαμῶς ἤρεσε· δίς τε τῆς ἡμέρας ἐμπιπλάμενον ζῆν, &c.

Cap. XVI.

A Ἵνα δὲ αὐταῖς, ἐλάττω τὰ ἄπεπτα τῶν πεπεμμένων.

B. Ὁ δὲ ἀνὴρ ἀθώρηκτος, ψυχρῷ λελουμένος, καὶ σιτηθεὶς τὰ ξύμφορα.

Cap. XVII.

A. Αὐτόμαται πύλαι μύκον οὐρανοῦ, ἃς ἔχον ὧραι,
Τῇς ἐπιτέτραπται μέγας οὐρανὸς, Οὔλυμπός τε.

B. Ἐσιόντι δὲ (in cœlum) πρῶτον μὲν οἰκοῦσιν αἱ ὧραι, πυλωροῦσι γάρ· ἔπειτα δὲ Ἶρις, καὶ ὁ ἑρμῆς ὄντες ὑπηρέται καὶ ἀγγελιαφόροι τοῦ Διός.

C. Τίς δὲ γίγνοιτ' ἂν ἀψευδεστέρα πιστὴ δὲ, ἣν τινα φυλάττουσιν αἱ καλαὶ, καὶ γνώρισμοι τοῦ ὅλου αἱ ὧραι, θέρη τε, καὶ χειμῶνες, ἐπάγουσαι πεπηγμένως ἡμέρας τε, καὶ νύκτας εἰς μίαν δὲ ἀποτέλεσμα, καὶ ἐνιαυτοῦ.

D. Αἵ τ' ἔργ' ὡρεύουσι καταθνητοῖσι.

Ἡ μὲν ἀνακλῖναι πυκινὸν νέφος, ἠδ' ἐπιθεῖναι.

E. Κατά τε τὰς δύσεις, καὶ τὰς ἀνατολὰς ἐν τοῖς πελάγεσι, διὰ τὸ τὰς ἀναθυμιάσεις πλείους ἐκ τῶν ὑγρῶν ἀναφέρεσθαι διὰ δὲ τούτων, ὡς δι' ὑάλων κλωμένην τὴν ὄψιν πλατυτέρας δέχεσθαι τὰς φαντασίας, καθάπερ καὶ διὰ νέφους ξηροῦ, καὶ λεπτοῦ βλέπουσι, δυόμενον, ἢ ἀνατέλλοντα τὸν ἥλιον, καὶ τὴν σελήνην, ἡνίκα καὶ ἐνερευθὲς φαίνεσθαι τὸ ἄστρον.

F. Ἥλιος, καὶ σελήνη, καὶ οἱ πλανῆται περὶ τὸν ἀνατολικὸν, ἢ δυτικὸν ὁρίζοντα τυγχάνοντες μείζονες νομίζονται τῷ σώματι τῷ τὸν ὑπὲρ αὐτοὺς ἀέρα ποιεῖσθαι.

Cap. XX.

A. Νίκανδρος δὲ ὁ κολοφώνιος ἐν δευτέρῳ γλωσσῶν, βρένθιν λέγεσθαί φησι παρὰ κυπρίοις θρίδακα, ὑφ' ἧς ὁ Ἄδωνις καταφυγὼν ὑπὸ τοῦ κάπρου διεφθάρη· mox, καὶ Καλλίμαχος δέ φησιν, ὅτι ἡ ἀφροδίτη τὸν Ἄδωνιν ἐν θριδακίνῃ κρύψειεν· ἀλληγορούντων τῶν ποιητῶν, ὅτι ἀσθενῶς ὦσι πρὸς ἀφροδίσια οἱ συνεχῶς χρώμενοι θρίδαξι.

B. Ἐγὼ γὰρ αὐτῆς, ἄλλον ἐξ ἐμῆς χερὸς, ὃς ἂν μάλιστα φίλτατος κυρῇ βροτῶν τόξοις ἀφύκτοις τοῖσδε τιμωρήσομαι·

C. Ἄδωνις ὅτε παῖς ὢν ἀρτέμιδος χόλῳ πληγεὶς ἐν θήραις ὑπὸ συὸς ἀπέθανε.

D. Νικάνορα διαβαλὼν τῷ ἐφίππῳ ὠφέλησε.

E. —Εἰ γάρ τις κ' ἐθέλῃ τὰ δίκαι' ἀγορεύειν.
Γιγνώσκων· τῷ μέν τ' ὄλβον διδοῖ εὐρύοπα Ζεύς.

F. Οἷος ἦν Λακύδης ὁ Ἀργεῖος· οὗτος γὰρ θέλων ἀνελεῖν πολέμιόν τινα Θετταλὸν φῦμα ἔχοντα, παίσας τῷ ξίφει παρὰ τὸ φῦμα ἰάσατο.

Cap. XXI.

A Τὴν ὑμνουμένην χρυσῆν πλάτανον οὐχ ἱκανὴν εἶναι τέττιγι σκιὰν παρέχειν.

B. Ταύτην ἰδὼν ὁ Ξέρξης τὸ εἶδος, ὑπερεπλάγη, τὴν κάλλους ἕνεκα δωρησάμενος κόσμῳ χρυσῷ καὶ μελεδωνῷ ἀθανάτῳ ἀνδρὶ ἐπιτρέψας, δεύτερον ἡμέρᾳ ἀπῆλθεν εἰς τὴν Λυδῶν τὸ ἄστυ.

C. Βασιλεῦ, οὗτός ἐστι, ὅς σοι τὴν πατέρα Δαρεῖον ἐδωρήσατο τῇ πλατανίστῳ τῇ χρυσῇ, καὶ τῇ ἀμπέλῳ.

D. Ην δὲ ἐν τῷ κοιτῶνι, καὶ λιθοκόλλητος ἄμπελος χρυσῆ ὑπὲρ τῆς κλίνης, ἣν δὴ ἄμπελον ταύτην ἀμύντας φησὶν ἐν τοῖς σταθμοῖς, καὶ βότρυας ἔχειν ἐκ τῶν πολυτελεστάτων ψήφων συντεθειμένους.

E. Τοῖς πλαζένοις ἐπείκαζεν αὐτὸν αὐτοὺς ὑποτρέχουσι χειμαζόμενοι, γινομένης δὲ εὐδίας τίλλουσι περιερχόμενοι, καὶ λοιδοροῦσι.

F. Αἱ δὲ νυκτερίδες ὅταν αὐτοῖς γειτνιάσωσι ναρκῶσι, καὶ γίνονται λυπεῖν ἀδυνάτοι.

G. Λευκὸν ὕδωρ νυσταῖον ἐπὶ πλαταμῶνα κυλίνδων.

H. Υφαλον πέτραν λείαν ταπεινὴν περὶ ἣν πλατύνεται τὰ κύματα.

CAP. XXII.

A. Βοΐδιον εἰμὶ Μύρωνος, ἐπὶ στήλην δ᾽ ἀνάκειμαι.
Βουκόλε, κεντήσας εἰς ἀγέλην μ᾽ ἄπαγε.

B. Βουκόλε τὰν ἀγέλαν πόρρω νέμε. μὴ τὸ Μύρωνος
Βοΐδιον ὡς ἔμπνουν βουσὶ συνεξελάσῃς.

C. Ην μ᾽ ἐσίδῃ μόσχος, μυκήσεται. ἢν δὲ γε ταῦρος,
Βήσεται. ἢν δὲ νομεύς, εἰς ἀγέλην ἐλάσει.

D. Εμπνοος ἐνίπτης οὐκ ἐλέαιρε λίθος.

E. Παῖς τις μὲν Σάτυροι φιλοκέρτομοι, εἰπὲ δὲ σὺ
Τί πρὸς ἕκαστον ὁρῶν τὸ δὲ γέλωτα χέεις·
Θάμβος ἔχων γελόω. πῶς ἐκ λιθὸς ἄλλοθεν ἄλλης
Συμφερτὸς, γινόμενον ἐξαπίνης Σάτυρος.

F. Τὶς αὐδὲ βάκχα, τίς δέ μιν ξέσε;
Σκόπας; τίς δ᾽ ἐξέμηνε; Βάκχος, ἢ Σκόπας·
Σκόπας.

G. Η θεὸς ἦλθ᾽ ἐπὶ γῆν ἐξ οὐρανοῦ εἰκόνα δείξων
Φειδία, ἢ σύ γ᾽ ἔβης τὸν θεὸν ὀψόμενος.

CAP. XXIII.

A. Χρῶνται δὲ οἱ Μαζακηνοὶ τοῖς Χαρώνδα νόμοις, αἱρούμενοι καὶ νομῳδὸν, ὅς ἐστιν αὐτοῖς ἐξηγητὴς τῶν νόμων, καθάπερ οἱ παρὰ Ῥωμαίοις νομικοί.

LIB. X. CAP. I.

A. Τὸ θεός ὄνομα καθολικῶς, καὶ ἀορίστως λεγόμενον πέντε σημαίνει. Σοφοὺς, βασιλεῖς, τὰ στοιχεῖα. τὰς ψυχικὰς δυνάμεις, καὶ τὰ πάθη. καὶ τὴν εἱμαρμένην, ἣν ἕτεροι πρόνοιαν ἐκάλουν· οὕτω μὲν οὖν τὸ θεός ἀδιωνύμως πενταχῶς λέγεται· ἕκαστον δὲ τῶν θεῶν ὄνομα τριχῶς, ψυχικῶς, στοιχειακῶς, καὶ πραγματικῶς.

B. Τὴν θεοῦ προσηγορίαν εὑρῆσθαι ἐν τῇ γραφῇ διττὴν, φύσει, καὶ χάριτι· φύσει μὲν τὴν ποιητὴν· χάριτι δὲ καὶ τοὺς δικαίους λέγεσθαι θεούς·

C. Ο μὲν ἀληθείᾳ θεός εἷς ἐστιν· οἱ δ᾽ ἐν καταχρήσει γινόμενοι πλείους· διὸ καὶ ὁ ἱερὸς λόγος ἐν τῷ παρόντι τὸν μὲν ἀληθείᾳ διὰ τοῦ ἄρθρου μεμήνυκεν εἰπών, ἐγώ εἰμι ὁ θεός· τὸν δὲ καταχρήσει χωρὶς ἄρθρου φάσκων, ὁ ὀφθείς σοι ἐν τόπῳ οὐ τοῦ θεοῦ, ἀλλ᾽ αὐτὸ μόνον, θεοῦ.

C. Λέγεται δὲ ἐν ἱεραῖς βίβλοις, Δίδωμί σε θεὸν Φαραὼ· τοῦ διδομένου πάσχοντος, οὐ δρῶντος· δραστήριον δὲ τὸ, ὄντως ὂν οὐ πάσχον ἀναγκαίως εἶναί τι· οὐ δὴ τοῦτον συνάγεται. ἐὰν ὁ σοφὸς μὲν λέγεται θεός τοῦ ἄφρονος, πρὸς ἀλήθειαν δὲ οὐκ ἔστι θεὸς, ὥσπερ οὐδὲ τὸ ἀδόκιμον τετράδραχμον· ἀλλ᾽ ὅταν μὲν τῷ ὄντι παραβάλληται, ἄνθρωπος εὑρεθήσεται θεοῦ, ὅταν δὲ ἄφρονι, θεός πρὸς φαντασίαν, καὶ δόκησιν, οὐ πρὸς ἀλήθειαν, καὶ τὸ εἶναι νοούμενος.

D. Οἱ γὰρ Ἕλληνες τὰ οὐράνια σώματα θεοὺς ἔλεγον, ὅτι θέουσιν ἀεὶ, ἀφ᾽ ὧν ἡμεῖς εἰλήφαμεν τὰ ὀνόματα.

E. Τὸ δ᾽ ἐμὸν δέος, ὦ Πρώταρχε, ἀεὶ πρὸς τὰ τῶν θεῶν ὀνόματα οὐκ ἔστι κατὰ τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ πέρα τοῦ μεγίστου φόβου.

CAP. II.

A. Τῆς δὲ Δεσποίνας πρὸς τὸ τικεῖν ἐλθούσης, φοινικόμηθη μὲν ἡ τερφύρα, καὶ ηὐτρεπίσθη πρὸς τὴν ὑποδοχὴν τῆς γεννήσεως· ὡς δὲ κατεῖχεν αἱ ὠδῖναι, καὶ ἐντὸς τῆς τερφύρας ἡ δέσποινα ἦν, &c.

B. Θεούπολις ἡ μεγίστη τῆς ἕω πόλις, ἥ τις ἐξ Ἀντιοχείας μετὰ τὸν σεισμὸν ἀνεμάσθη ἀπὸ Ιουστινιανοῦ.

C. Τετράπολις· πόλεις γὰ εἰσι, μέγισται δὲ τέσσαρες.
Ἀντιόχεια ἡ ἐπὶ Δάφνῃ.
Μέγας ὁ καὶ συστρεφὲς ἄλσος διαρρεομένου πηγαίοις ὕδασι.

D. Ἀντιόχεια, ἡ ἐπὶ Δάφνῃ· καὶ ἡ Σελεύκεια, ἡ ἐν Πιερίᾳ. καὶ Ἀπάμεια δὲ, καὶ Λαοδίκεια· αἵπερ καὶ ἐλέγοντο ἀλλήλων ἀδελφαὶ διὰ τὴν ὁμόνοιαν Σελεύκου τοῦ Νικάτορος.

E. Η τίς παρὰ τῶν ἐπιχωρίων Ἀντιόχη καλεῖται· ὅθεν Ἀπολλοφάνης ὁ Στωϊκὸς φιλόσοφος Ἀντιοχηνὸς, καὶ Φαρνοῦχος περσικὰς ἱστορίας συγγραφεὺς, ἥ τις Νισίβη λέγεται, καὶ Νίσιβις.

CAP. III.

A. Εἰ θέμις χρὴ τὸ ψεῦδος λέγεσθαι, λεγέσθω.

B. Ει γὰρ δὴ μ᾽ ἀπατήσει. καὶ ἤλιτεν.

C. Βαρσίνην γὰρ τὴν Ἀρταβάζου πρώτην ἐν Ἀσίᾳ γνοὺς ὁ Ἀλέξανδρος ἐξ ἧς υἱὸν ἔσχεν Ἡρακλέα.

D. Οὐ τούτων ἔθιγεν. scilic. τῶν γυναικῶν. οὔτε ἄλλην ἔγνω γυναῖκα πρὸ γάμου πλὴν Βαρσίνης.

E. Οὐδὲ τῶν Μιθριδάτου παλλακίδων ἀνήχθη ποιε οὐδεμίαν ἔγνω, πάσας δὲ τοῖς γονεῦσι, καὶ οἰκείοις ἀνέπεμψε.

CAP. V.

A. Οὕτω δὲ καὶ ὁ οἶκος σύστημα κοινωνίας συγγενικῆς

ὑπάρχων,

ὑπάρχων, ἔκ τινων ἀνομοίων συνέστακε τῶν ἰδίων μερέων, καὶ ποτὶ ἕν τι ἄριστον καὶ τέτακται τῷ οἰκοδεσπότᾳ, καὶ ποτὶ τὸ κοινὸν συμφέρον συμφέρεται τὰν ὁμοφροσύναν.

B. Ὡς δ᾽ ἁπλῶς εἰπεῖν, πᾶς ὁ οἶκος καθάπερ ψαλτήριον τριῶν τούτων χρῄζει τυχεῖν, ἐξαρτύσιος, συναρμογᾶς, ἀφᾶς τινος καὶ χρήσιος μωσικᾶς.

C. Ἐξάρτυσις μὲν ὦν ἐντὶ ἀνάθεσις τῶν αὐταύτω μερέων ἁπάντων ἐξ ὧν συμπληροῦται τὸ ὅλον, καὶ τὸ πᾶν σύστημα τᾶς συγγενικᾶς κοινωνίας. τῶν δὲ μερέων αὐτᾶς δύο πρᾶτα, καὶ μέγιστα ἄνθρωπος, καὶ κτῆσις τὸ κυβερνώμενον, καὶ τὰν χρᾶσιν ἐμπαρεχόμενον·

D. Ὥσπερ δὲ καὶ ζώω τὰ πρᾶτα μέρεα, καὶ μέγιστα, ψυχὰ καὶ σῶμα· καὶ ψυχὰ μὲν ἐντὶ τὸ κυβερνῶν, καὶ χρεώμενον· σῶμα δὲ τὸ κυβερνώμενον, καὶ τὰν χρᾶσιν ἐμπαρεχόμενον. καὶ ὁ μὲν βίος ὄργανον ἐπίκτατον ζωᾶς τᾶς ἀνθρωπίνας· τὸ δὲ σῶμα, ὄργανον σύμφυτον, καὶ συγγενὲς τᾶς ψυχᾶς.

E. Τῶν δὲ συμπληρούντων τὸν οἶκον ἀνθρώπων, τοὶ μὲν συγγενέες, τοὶ δ᾽ οἰκεῖοι· καὶ συγγενέες μὲν, ἀπὸ τῶ αὐτῶ αἵματος γινόμενοι, ἢ τὰν αὐτὰν ἔχοντες ἀρχὰν ἐκ τῶν καταστραφέντων πράτων τὸ γένος· οἰκεῖοι δὲ ἐπίκτατοι συγγενέες, ἀπὸ τᾶς τῶ γάμω κοινωνίας λαμβάνοντες τὰν καταρχὰν ἤτοι δὴ τυγχάνοντι ἤτοι πατέρες ἢ ἀδελφεοὶ, ἢ ματροπάτορες, ἢ προπάτορες, ἤ ἔνγε τι τούτων ἔχοντες τῶν εἰς τὸν γάμον συνελθόντων·

F. Τᾶς δὲ κτάσιος ἃ μὲν ἐντὶ ἀναγκαία, ἃ δὲ ἐλευθέριος· ἀναγκαία μὲν ἁ ποτὶ τὰς ἐξυπηρετήσιας τὰς τῶ βίω χρήιας· ἐλευθέριος δὲ ἁ ποτὶ κόσμον, καὶ διαγωγὰν ἄγοισα τὸν ἄνθρωπον, ὥστε μὴ ἑτέρων δεῖσθαι· αἱ δ᾽ ὑπερβάλλοισαι κόσμον ἐλευθέριον, καὶ διαγωγὰν, καταρχὰ ὕβριος, καὶ ὀλέθρω ῥιζοῦται τοῖς ἀνθρώποις.

G. Τῶ δὲ συγγενικῶ, καὶ οἰκειακῶ μέρεος τῶ ἀνθρώπω τριττὸν εἶδος. τὸ μὲν γὰρ ἐντὶ ἄρχον, τὸ δὲ ἀρχόμενον, τὸ δ᾽ ἐπίκουρον τῷ οἴκω, καὶ τᾶς συγγενέας· καὶ ἄρχον μὲν ὁ ἀνήρ· ἀρχόμενον δὲ ἁ γυνά· ἐπίκουρον δὲ τὰ γενόμενα ἐκ τούτων·

CAP. VI.

A. Ὅμηρος φύσεως λαχὼν θεαζούσης ἐπέων κόσμον ἐτεκτήνατο παντοίων· ὡς οὐκ ἐὸν ἄνευ θείας καὶ δαιμονίας φύσεως οὕτω καλὰ, καὶ σοφὰ ἔπη ἐργάσασθαι.

B. ---Οὔτις ἄρα σφίας--- Οἴμας μοῦσ᾽ ἐδίδαξε, φίλησε δὲ φῦλον ἀοιδῶν.

C. Φθέγγονταί τε γὰρ τὰ τοιαῦτα ἐνθουσιάζοντες, ὥστε καὶ ἀποδέχονται δηλονότι ὁμοίως ἔχοντες· διὸ καὶ τῇ ποιήσει ἥρμοσεν· ἔνθεον γὰρ ἡ ποίησις·

D. Οἱ δὲ ποιηταὶ ταῦτα ποιοῦσι πλάττοντες αὐτοὶ πράγματα, καὶ μυθολογοῦντες.

E. Τίς γὰρ ἢ τῶν ποιεῖν δυναμένων, ἢ τῶν λέγειν ἐπισταμένων·

F. Ἐοίκασι δὲ γεννῆσαι μὲν ὅλως τὴν ποιητικὴν αἰτίαι δύο τινὲς, καὶ αὗται φυσικαί· τό τε γὰρ μιμεῖσθαι σύμφυτον τοῖς ἀνθρώποις ἐκ παίδων, post pauca. κατὰ φύσιν δὲ ὄντος ἡμῖν τοῦ μιμεῖσθαι, καὶ τῆς ἁρμονίας, καὶ τοῦ ῥυθμοῦ. & mox. ἐξ ἀρχῆς οἱ πεφυκότες πρὸς αὐτὰ μάλιστα, κατὰ μικρὸν προάγοντες ἐγέννησαν τὴν ποίησιν ἐκ τῶν αὐτοσχεδιασμάτων.

G. Ὁ δὲ Ὅμηρος ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα διαφέρει, καὶ τοῦτ᾽ ἔοικε καλῶς ἰδεῖν, ἤτοι διὰ τέχνην.

H. Ἐξίσταται δὲ τὰ μὲν εὐφυᾶ γένη εἰς μανικώτερα ἤθη.

I. Πιθανώτατοι γὰρ ἀπὸ τῆς αὐτῆς φύσεως οἱ ἐν τοῖς πάθεσίν εἰσι, διὸ καὶ χειμαίνει ὁ χειμαζόμενος, καὶ χαλεπαίνει ὁ ὀργιζόμενος ἀληθινώτατα· διὸ εὐφυοῦς ποιητική ἐστιν, ἢ μανικοῦ· τούτων γὰρ οἱ μὲν εὔπλαστοι, οἱ δὲ ἐξεταστικοί εἰσι.

L. Καὶ γὰρ εὔπλαστοι, καὶ εὐάγωγοι τυγχάνοντι προσυπόμφυτοι, καὶ ποτὶ τὸ μαθεῖν εὐφυῶς ἔχοντι, καὶ ποτὶ τὸ φοβηθῆμεν, καὶ ἀγαπάξαι τὸν αὐτῶν ἄνδρα.

N. Σοφὸς ὁ πολλὰ εἰδὼς φυᾷ· μαθόντες δὲ λάβροι παγγλωσσίᾳ κόρακες ὣς ἄκραντα γαρύετον Διὸς πρὸς ὄρνιχα θεῖον.

Τῇ ψυχῇ, ὡς ἀληθῶς λέγοντος, οὐκ ἐπὶ τοιούτοις οὕτως ἔχουσιν· ὡς οἴονται, εἰ καὶ μὴ οὕτως ἔχει, ὡς ὁ λέγων, τὰ πράγματα οὕτως ἔχειν, καὶ συνομοιοπαθεῖ ὁ ἀκούων αὐτῷ λέγοντι παθητικῶς, κἂν μηθὲν λέγῃ· διὸ πολλοὶ καταπλήττουσι τοὺς ἀκροατὰς θορυβοῦντες.

CAP. VII.

A. Δῆλον, ὅτι τοὺς ἐπιεικεῖς ἄνδρας δεῖ μεταβάλλοντας φαίνεσθαι ἐξ εὐτυχίας εἰς δυστυχίαν· οὐ γὰρ φοβερὸν, οὐδὲ ἐλεεινὸν τοῦτο· ἀλλὰ μιαρόν ἐστιν· οὔτε τοὺς μοχθηροὺς ἐξ ἀτυχίας ἐν εὐτυχίαν· ἀτραγῳδότατον γὰρ τοῦτ᾽ ἐστὶ πάντων.

B. Ὁ μήτε ἀρετῇ διαφέρων, καὶ δικαιοσύνῃ μήτε διὰ κακίαν, καὶ μοχθηρίαν μεταβάλλων εἰς τὴν δυστυχίαν, ἀλλὰ δι᾽ ἁμαρτίαν τινά.

CAP. IX.

A. Ὡς ὅταν βασιλεὺς ἀναγορευόμενος τὰς δημοσίας ἱλαρίας παρεῖχε· καὶ οὔτι πένθημα ἐν τούταις φορεῖν ἐξῆν, ἀλλὰ καὶ θέαι, καὶ θυσίαι καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν διετελοῦντο δημοσίαι· καὶ οἱ πενθοῦντες ἐπαύοντο, καὶ ἐθεώρουν, καὶ ἐν εὐτυχίαις ἀπαύστοις διῆγον τὰς εἰρημένας ἡμέρας τῆς τοιαύτης ἱλαρίας.

CAP. X.

A. Οὔκουν ὅπως τὰ ἤθη μιμήσωνται πράττουσιν, ἀλλὰ τὰ ἤθη συμπεριλαμβάνουσι διὰ τὰς πράξεις· ὥστε τὰ πράγματα, καὶ ὁ μῦθος τέλος τῆς τραγῳδίας.

B. Τελείας, καὶ ὅλης πράξεως μίμησιν ἐχούσης τι μέγεθος· ὅλον δ᾽ ἐστὶ τὸ ἔχον ἀρχὴν, καὶ μέσον, καὶ τελευτήν. ἀρχὴ δ᾽ ἐστιν, ὃ αὐτὸ μὲν ἐξ ἀνάγκης μὴ μετ᾽ ἄλλό ἐστι, τελευτὴ δὲ τοὐναντίον, ὃ αὐτὸ μετ᾽ ἄλλο πέφυκεν εἶναι, ἢ ἐξ ἀνάγκης, ἢ ὡς τὸ πολὺ, μετὰ δὲ τοῦτο ἄλλο οὐδέν.

C. Τό τε γὰρ μιμεῖσθαι σύμφυτον τοῖς ἀνθρώποις ἐκ παίδων ἐστι. -- mox. καὶ τὰς μαθήσεις ποιεῖται διὰ μιμήσεως τὰς πρώτας, καὶ τὸ χαίρειν τοῖς μιμήμασι πάντας.

Cap. XI.

A. Διατεμὼν δὲ ὁ Βασιλεὺς τοῦ προειρημένου τὸ στῆθος, εὗρεν αὐτοῦ τὴν καρδίαν τριχῶν γέμουσαν. Διὰ τί ποτε τοῖς χιμέτλοις καὶ τὸ ψυχρὸν ὕδωρ συμφέρει καὶ τὸ θερμὸν, ἢ οὐ πᾶσι· &c.

B. Χίμετλα δ᾽ ὑπερβολὴν γίνεται ψύχους· τὸ μὲν οὖν ψυχρὸν συνίστησι, καὶ τραχύνει τὸ ψυχρόν· τὸ δὲ θερμὸν ἐκπνευματοῖ, καὶ ἔξοδον ποιεῖ τῷ πνεύματι ἀραιοῦν τὴν σάρκα.

C. Διά τι τὸ ψυχρὸν καὶ ποιεῖ, καὶ παύει τὰ χίμετλα, καὶ τὸ θερμὸν τὰ πυρίκαυστα· ἢ διὰ τὸ αὐτὸ ποιεῖ μὲν συντήκοντα, παύει δὲ ξηραίνοντα.

D. Πίνουσι δὲ τὰ γάλα δύο, καὶ ἕνα, ἢ τρία, καὶ ἕνα πρὸς ὕδωρ κεράσαντες.

Cap. XIII.

A. Κατόχους γὰρ αὐτοὺς, καὶ κατεχομένους ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ, κατοχὴν δὲ, καὶ κατάληψιν οἱ νεώτεροι τὸ πάθος ὀνομάζουσι.

B. Κάτοχός ἐστιν ἀναισθησία ψυχῆς μετὰ πήξεως τοῦ παντὸς σώματος.

Ἀποπληξίαν, κατοχὴν διανοίας μετ᾽ ἀναισθησίας, καὶ παρέσεως, τοῦ σώματος.

C. Καρῶσαι γὰρ χρὴ, καὶ ναρκῶσαι τὸ ἡγεμονικὸν ἐμψύχοντα δηλονότι τὸν ὑπερτεθερμασμένον ἐγκέφαλον.

D. Καταφορὰς βαρείας ἐργάζεται, ἃς ὀνομάζομεν ἀποπληξίας, καὶ κάρους, καὶ κατοχάς.

Cap. XIV.

A. Ἔφερε δὲ τὴν ψῆφον οὐχ ἅμα πᾶς ὁ δῆμος, ἀλλὰ κατὰ τὰς φράτρας συγκαλούμενος· ὅ, τι δὲ ταῖς πλείοσι δόξειε φράτραις, τοῦτ᾽ ἐπὶ τὴν βουλὴν ἀνεφέρετο· ἐφ᾽ ἡμῶν δὲ μετάκειται τὸ ἔθος· οὐ γὰρ ἡ βουλὴ διαγινώσκει τὰ ψηφισθέντα ὑπὸ τοῦ δήμου, τῶν δ᾽ ὑπὸ τῆς βουλῆς γνωσθέντων ὁ δῆμός ἐστι κύριος.

B. Ἴστε δήπου νόμον ἡμῖν ὑπάρχοντα, ἐξ οὗ τὴν δ᾽ οἰκοῦμεν τὴν πόλιν, πάντων εἶναι κυρίαν τὴν βουλὴν, πλὴν ἀρχὰς ἀποδεῖξαι, καὶ νόμους ψηφίσαι, καὶ πόλεμον ἐξενεγκεῖν, ἢ τὸν συνεστῶτα καταλύσασθαι. τούτων δὲ τῶν τριῶν τὸν δῆμον ἔχειν τὴν ἐξουσίαν ψῆφον ἐπιφέροντα.

Εἰ δὲ ἄν ποτε ἐκ συντυχίας τινὸς μὴ συλλεχθεῖεν ὅσους ἂν ἡ χρεία ἑκάστοτε ἐκάλει, ἐβουλεύοντο μὲν, καὶ ἡ γιγνώμη συνεγράφετο· οὐ μέντοι καὶ τέλος τὸ κεκυρωμένον ἐλάμβανεν· ἀλλ᾽ αὐκτώριτας ἐγίγνετο, οἷ πῶς φανερὸν τὸ βούλημα ἦ· τοιοῦτον γάρ τι ἡ δύναμις τοῦ ὀνόματος δηλοῖ· ἑλληνίσαι γὰρ αὐτὸ καθάπαξ ἀδύνατόν ἐστι· τὸ δ᾽ αὐτὸ τοῦτο, καὶ ὁπότε ἐν τόπῳ τινὶ μὴ νενομισμένῳ, ἢ ἡμέρᾳ μὴ καθηκούσῃ.

Cap. XV.

A. Γεννᾷ δ᾽ ἄνθρωπος τὸ ἔσχατον μέχρις ἑβδομήκοντα ἐτῶν ὁ ἄρρην, γυνὴ δὲ μέχρι πεντήκοντα, ἀλλὰ τοῦτο μὲν σπάνιον γίνεται.

B. Οἱ δ᾽ ἄνδρες οἱ μὲν πλεῖστοι γεννῶσι μέχρις ἑξήκοντα ἐτῶν, ὅταν δ᾽ ὑπερβάλλῃ ταῦτα, μέχρις ἑβδομήκοντα· καὶ ἤδη τινὲς γεγεννήκασιν ἑβδομήκοντα ἐτῶν ὄντες· συμβαίνει δὲ πολλοῖς, καὶ πολλαῖς γυναιξὶ, καὶ ἀνδράσι μετ᾽ ἀλλήλων μὲν, &c.

Cap. XVI.

A. Περὶ δὲ Σαυνιτῶν καὶ τοιοῦτός τις λόγος ἐκφέρεται: ὡς οἱ πολεμοῦντες Σαβῖνοι πολὺν χρόνον πρὸς τοὺς Ὀμβρικοὺς εὔξαιντο καθάπερ τῶν Ἑλλήνων τινὲς τὰ γενόμενα τῷ ἔτει τούτῳ καθιερῶσαι· νικήσαντες δὲ τῶν γενομένων, τὰ μὲν κατέθυσαν· τὰ δὲ καθιέρωσαν· ἀφορίας δὲ γενηθείσης εἶπέ τις, ὡς ἐχρῆν καθιερῶσαι, καὶ τὰ τέκνα· οἱ δ᾽ ἐποίησαν τοῦτο, καὶ τοὺς γενομένους τότε παῖδας ἄρεως, κατεφήμισαν· ἀνδρωθέντας δ᾽ ἔστειλαν εἰς ἀποικίαν.

Cap. XVII.

A. Εἰ γὰρ ἡ τῆς αὐτεξουσιότητος πρᾶξις πάλαι μὲν ὑπὸ τὰς καλουμένας, *legis actiones*, γενομένη καὶ μεθ᾽ ὕβρεων, καὶ ῥαπισμάτων ἀπήλλαττεν αὐτοὺς τῆς τοιαύτης δὲ· &c.

B Ῥωμαῖοι οὓς ἂν εἰς ἐλευθερίαν ἀφαιρῶνται, κάρφος αὐτῶν λεπτὸν ἐπιβάλλουσι τοῖς σώμασι.

C. Καὶ τὸν μηνύσαντα τὴν συνωμοσίαν δοῦλον ἐλευθερίας τε καὶ πολιτείας μεταδοῦσιν ἐτίμησαν καὶ πολλοῖς χρήμασι.

Cap. XVIII.

A. Γυναιξὶ Ῥωμαίων νόμος ἐστιν ἐπὶ τοῖς ἰδίοις, καὶ ἀναγκαίοις πενθεῖν κήδεσι ἀποθεμέναις χρυσὸν, καὶ τὸν ἄλλον κόσμον μέλασιν ἀμφιασμοῖς χρωμέναις τὸν ἐνιαύσιον ἐπιτηδεῦσαι χρόνον.

B. Καὶ αἱ γυναῖκες ἀποθέμεναι χρυσὸν, καὶ τὸν ἄλλον κόσμον, καὶ μέλασιν ἀμφιασμοῖς χρησάμεναι, καὶ πενθήσουσαι ἐνιαύσιον χρόνον·

C. Αἱ γυναῖκες λιτὰς ἐσθῆτας λευκὰς ἀμφιεννύμεναι σχῆμα παρέχουσι λυπουμένων.

CAP. XIX.

A. —Ῥέε δ' ἄμβροτον αἷμα θεοῖο.
Ἰχώρ, οἷός πέρ τε ῥέει μακάρεσσι θεοῖσι.
Τοὔνεκ' ἀναίμονές εἰσι, καὶ ἀθάνατοι καλέονται.

B. Ἰχὼρ δ' ἐστὶν ἄπεπτον αἷμα, ἢ τῷ μήπω πεπέφθαι, ἢ τῷ διερρυῆσθαι.

C. Ἰχὼρ δ' ἐστὶ τὸ ὑδατῶδες τοῦ αἵματος διὰ τὸ μήπω πεπέφθαι, ἢ διεφθάρθαι. ὥστε ὁ μὲν ἐξ ἀνάγκης ἰχὼρ, ὁ δ' αἵματος χεῖρόν ἐστιν.

D. Πᾶν δὲ γάλα ἔχει ἰχῶρα ὑδατώδη, ὃ καλεῖται ὀρρός.

E. Οὐδὲ τῶν χλωρῶν φύλλων ἰχὼρ κεομένων ἁρμόζει πρὸς λευχείμονας καταχρώμενος.

CAP. XX.

A. Τὶς ὧδε πικρὸς ζῆν ἄβυλον ὥδεν.

CAP. XXI.

A. Τελείαν ἡμῖν ἁπάντων τῶν ἀγαθῶν παρὰ τοῦ μεγάλου θεοῦ διδομένων οἰήθημεν χρῆναι καὶ αὐτοὶ τὰς τῶν οἰκετῶν ἐλευθερίας, &c.

B. Ὥσπερ γὰρ Ἀντωνῖνος ὁ τῆς εὐσεβείας ἐπώνυμος, ἐξ ὅπερ καὶ εἰς ἡμᾶς τὰ τῆς προσηγορίας ταύτης κατῆλθε, τὸ τῆς ῥωμαϊκῆς πολιτείας πρότερον παρ' ἑκάστου τῶν ὑπηκόων αἰτούμενον, καὶ οὕτως ἐκ τῶν καλουμένων περεγρίνων εἰς ῥωμαϊκὴν εὐγένειαν ἄγων ἐκεῖνος ἅπασιν ἐν κοινῷ τοῖς ὑπηκόοις δεδώρηται· καὶ ὁ γε θεοδόσιος ὁ νέος μετὰ κωνσταντῖνον τὸν μέγαν.

C. Καὶ παραπληθεὶς μὲν ἐπὶ τὴν γερουσίαν, μηδὲν διακρίνων, μήτ' ὅλως στρατιώτης, μήτ' ὅλως ἀπελευθέρου παῖς ἦν ἀνιχνεύων.

B. Ἀπελευθερωθεῖς γὰρ ἀπελευθέρους μόνους δεῖν δεδόσθαι. & ante ἀπελευθερωθεῖς ὀρφανοῖς εὐγενεῖς οὐ δύνανται οἱ ἄρχοντες ἐπιτρέπειν.

CAP. XXII.

A. Διάλεκτος δ' ἐστὶν ἡ τῆς φωνῆς ἐστὶ τῇ γλώττῃ διάρθρωσις.

B. Τὴν ἐν τοῖς ἄρθροις φωνὴν αὖ τις ὥσπερ διάλεκτον εἴποιεν.

C. Ἔστι μὲν οὖν τὰ ἐν τῇ φωνῇ, τῶν ἐν τῇ ψυχῇ παθημάτων σύμβολα, καὶ τὰ γραφόμενα τῶν ἐν τῇ φωνῇ.

D. Διὰ γὰρ τὴν ἀλλήλων τῶν εἰδῶν συμπλοκὴν ὁ λόγος γέγονεν ἡμῖν.

E. Τὸ τὴν αὑτοῦ διάνοιαν ἐμφανῆ ποιεῖν διὰ φωνῆς μετὰ ῥημάτων τε, καὶ ὀνομάτων, ὥσπερ εἰς κάτοπτρον, ἢ ὕδωρ τὴν δόξαν ἐκτυπούμενον ὡς τὴν διὰ τοῦ στόματος ῥοήν.

F. Ἔστι γάρ ἡμῖν τούτων τῇ φωνῇ περὶ τὴν οὐσίαν δηλωμάτων διττὸν γένος, τὸ μὲν ὀνόματα, τὸ δὲ ῥήματα κληθέν· τὸ μὲν ἐπὶ ταῖς πράξεσιν ὂν δήλωμα, ῥήματα λέγομεν· τὸ δὲ γ' ἐπ' αὐτοῖς ἐκεῖνα πράττουσι σημεῖον τῆς φωνῆς ἐπιτεθὲν, ὄνομα.

G. Ἐπεί τοι φωνὴν, καὶ ὀνόματα ταχὺ διηρθρώσατο τῇ τέχνῃ.

H. Φωνῆς τε δὴ, καὶ ἀκοῆς πέρι πάλιν ὁ αὐτὸς λόγος, ἐπὶ ταὐτὰ τῶν αὐτῶν ἕνεκα παρὰ θεῶν δεδωρῆσθαι· λόγος τε γὰρ ἐπ' αὐτὰ ταῦτα τέτακται μεγίστην ξυμβαλλόμενος εἰς αὐτὰ μοῖραν, ὅσον τ' αὖ μουσικῆς φωνῆς χρήσιμον.

I. Τὸ γὰρ οἰκεῖον ἑκάστῳ τῇ φύσει κράτιστον, καὶ ἥδιστόν ἐσθ' ἑκάστῳ· καὶ τῷ ἀνθρώπῳ δὴ ὁ κατὰ τὸν νοῦν βίος· εἴπερ μάλιστα τοῦτο ἄνθρωπος, οὗτος ἄρα καὶ εὐδαιμονέστατος.

K. Πρῶτον οὖν τοῦτο θεωρητέον, ὅτι τὰ τοιαῦτα πέφυκεν ὑπὸ ἐνδείας, καὶ ὑπερβολῆς φθείρεσθαι, ὥσπερ ἐπὶ τῆς ἰσχύος, καὶ τῆς ὑγιείας ὁρῶμεν τά τε γὰρ ὑπερβάλλοντα γυμνάσια, καὶ τὰ ἐλλείποντα φθείρει τὴν ἰσχύν· ὁμοίως δὲ καὶ τὰ ποτὰ, καὶ τὰ σιτία πλείω, καὶ ἐλάττονα γινόμενα φθείρει τὴν ὑγίειαν· τὰ δὲ σύμμετρα καὶ ποιεῖ, καὶ αὔξει, καὶ σώζει.

CAP. XXIII.

A. Οὐκοῦν Ἀριστοτέλης διηρεῖτο περὶ τοῦ πλήθους τῶν ἐν τῇ καρδίᾳ κοιλιῶν εἰς μέγεθος, καὶ μικρότητα τοῦ σώματος ἀνάγων αὐτῶν τὸν ἀριθμόν· οὔτε γὰρ τοῖς μεγίστοις ζώοις ἅπασι τρεῖς, οὔτε τοῖς ἐλαχίστοις ἐστὶ μία· τὴν αὐτὴν γὰρ ἀκριβῶς ἔχει κατασκευὴν καρδίας ἵππος ὁ μέγιστος ἐλαχίστῳ στρουθῷ κατὰ ὁμοιῶν ἀνατέμνεις, ἢ βοῦν, κατὰ οἱ τῶν ἄλλων ζώων, κατὰ ἔτι μικρότερον εἴ τι μυὸς, ἢ μεῖζον βοὸς. ἅπασιν αὐτοῖς, ὅ τ' ἀριθμὸς ἴσος ὁ τῶν κοιλιῶν, ἥ τ' ἄλλη κατασκευὴ τῆς καρδίας ἡ αὐτή.

B. Κοιλίας δ' ἔχουσιν αἱ μὲν μεγάλων ζώων τρεῖς· αἱ δὲ τῶν ἐλαττόνων δύο· μίαν δὲ πᾶσαι· δι' ἣν δ' αἰτίαν εἴρηται.

C. Ἡ δὲ καρδία ἔχει μὲν τρεῖς κοιλίας.

D. Ἔχει δὲ κοιλίας τρεῖς, ὥσπερ εἴρηται μεγίστην μὲν τὴν ἐν τοῖς δεξιοῖς· ἐλαχίστην δὲ τὴν ἐν τοῖς ἀριστεροῖς· μέσην δὲ μεγέθει, τὴν ἐν τοῖς ἀνὰ μέσον. καὶ εἰσὶν εἰς τὸ πρόσθια τετρημέναι πᾶσαι· ἀμφοτέρας δ' ἔχει τὰς δύο μικρὰς, καὶ εἰς τὸ πρόσθια τετρημένας ἁπάσας.

E. Ἡ καρδία μῦς ἐστι καρτερὸς ἰσχυρός. οὐ τῷ νεύρῳ ἀλλὰ τῷ πλήμματι στερεός· καὶ δύο γαστέρας ἔχει διακεκριμένας ἐν ἑνὶ περιβόλῳ· τὴν μὲν ὧδε, τὴν δ' ὧδε· οὐδὲν δ' ἐοίκασιν ἀλλήλησιν· ἡ μὲν γὰρ ἐν τοῖσι δεξιοῖσιν ἐπὶ στόμα κέεται ὁμιλέουσα τῇ ἑτέρῃ φλεβὶ, ἡ δὲ δεξιὴ, φημὶ, τῶν ἐν λαιοῖς, &c. mox. ἡ δὲ ἑτέρη κέεται ὑπένερθεν μὲν μάλιστα, καὶ καθ' ἰθυωρίην μάλιστα μὲν μαζῷ ἀριστερῷ, ὅπη καὶ διασημαίνει τὸ ἅλμα·

περίβολον

περίβολον δὲ ἔχει παχὺν, καὶ βέθρον ἐμβεβό-
θρευται τὸ ὕδος εὔκολον ἔλμοι.

LIB. XI. CAP. I.

A. Αἰχάρμης πίμενές πλαβεῖν, ἐπὶρ ὁ ὑχὶ πισεῖται.
Ζητοῦσαι ψυχὴν εὗρον ἀριστοφάγους.

B. Τίς δ' αὖ Αρισήας Λυκίων πότε, τίς κομόωντας
Πελαμίδας. ἢ θῆλυν ἀπὸ χρωὸς κύκνοι ἔγημας;
Εἰ μὴ Φυλοπίδας σεμνότερον ὑμνήσαι ἀοιδαί;
Οὐδ' ἐδυσεβὲς ἐκαλέσατε καὶ ὄκαλι μελῶας ἀληθῶς.

C. Ιλατ' ἀριστήων μακάρων γένος· αἱ δὲ δ' ἀοιδαὶ
Εἰς ἔτος ἐξ ἔτος γλυκερώτεραι εἶεν ἀοίδ᾽
Ανθρώποις.

D. —ὁ δ' ὄλβιος ὅν τινα μοῦσαι.
Φιλεῦνται. γλυκερὴ οἱ ἀπὸ στόματος ῥέει αὐδή.

E. Ρῆμα δ' ἐργμάτων χρονιώτερον βιοτεύει, ὅτι κε
σὺν χαρίτων τύχα γλῶσσα φρενὸς ἐξέλοι
βαθείας.

F. —Εκμαισεῖν ἀγαθὸν κλέος ἀνθρώποισιν.

CAP. II.

A. Μηκέθ' ἁλίου σκόπει. Αλλο θαλπνότερον
Εν ἁμέρᾳ φαεινὸν ἄστρον. Ερήμας δι' αἰθέρος.

B. Αναξαγόρας τὸν περικείμενον αἰθέρα, πυρινὸν μὲν
εἶναι κατὰ τὴν οὐσίαν, τῇ δὲ εὐτονίᾳ τῆς περιδινήσεως
ἁρπάζοντα πέτρους ἐκ τῆς γῆς, καὶ καταφλέξαν-
τα τούτους ἠστερηκέναι.

C. Η μὲν γῆ ἐν τῷ ὕδατι, τοῦτο δ' ἐν τῷ ἀέρι, οὗτος
δὲ ἐν τῷ αἰθέρι, ὁ δὲ αἰθὴρ ἐν τῷ οὐρανῷ, ὁ δ'
οὐρανὸς οὐκέτι ἐν ἄλλῳ.

D. Αἰθέρα προσωνόμασαν τὸν ἀνωτάτω τόπον, ἀπὸ τοῦ
θεῖν ἀεὶ τὸν ἀΐδιον χρόνον, θέμενοι τὴν ἐπωνυμί-
αν αὐτῷ; Αναξαγόρας δὲ καταχρῆται τῷ ὀνό-
ματι τούτῳ, οὐ καλῶς· ὀνομάζει γὰρ αἰθέρα ἀντὶ
πυρός.

E. Εοικε δὲ λέγειν τὸν ἥλιον, ἐπεὶ καὶ οἱ τραγικοὶ αἰσθητὸν
ὀφθαλμὸν ὀνομάζειν αὐτόν· τοιαύτη δόξα ἐστὶ
παρὰ φιλοσόφοις, ὄμμα αἰθέρος καλεῖν τὸν
ἥλιον.

F. Hο δ' ἀπολείψας σῶμ' ἐς αἰθέρ' ἐλεύθερον ἔλθῃς.

G. Ω δῖος αἰθὴρ, καὶ ταχύπτεροι πνοαί.

H. Δοκέω δέ μοι ὁ καλέομεν θερμὸν ἀθάνατόν τε εἶ-
ναι. καὶ νοέειν πάντα, καὶ ὁρῆν, καὶ ἀκούειν, καὶ εἰδέναι
πάντα, &c.

Καὶ μεγαλώνυμον ἡμέτερον πατέρ' αἰθέρα σεμνό-
τατον βιοθρέμμονα πάντων.

I. Ω δέσποτ' ἄναξ, ἀμέτρητ' ἀήρ, ὃς ἔχεις τὴν με-
τέωρον, λαμπρός τ' αἰθὴρ, σεμναί τε θεαὶ νεφέ-
λαι.

K. Αἰεὶ διὰ λαμπροτάτου βαίνοντες ἁβρῶς αἰθέ-
ρος.

CAP. III.

A. Οφειλάχιστα ἀπ' ἐκ κακότητος φύγωμεν.

—οὐδ' ἐὰν οἱ ἄλλοι

B. Εἰσὶ, εἰκέν κατὰ δῆμον ἀλάλησιν κακότητι,

C. Μὴ δὲ γέροντα κακοῦ κεκακωμένον.
Αἶψα γὰρ ἐν κακότητι βροτοὶ καταγηράσκουσι.

CAP. IV.

A. Τρέφονται δὲ ἄρα ταῖς παρ' ἡμῖν χοαῖς, καὶ τοῖς καθα-
γιζομένοις ἐπὶ τὸν τάφον· ὡς εἰ τῷ μὴ εἴη καταλε-
λειμμένος ὑπὲρ γῆς φίλος, ἢ συγγενὴς,
ἄσιτος οὗτος νεκρὸς, καὶ λιμώττων ἐν αὐτοῖς πο-
λιτεύεται.

B. Οὐ δὲ ἐπανάκλησιν ψυχῶν ἐδόξαζόν τινες. οὐ μό-
νον αἱ νεκυομαντικαὶ δηλοῦσι ψυχαγωγίαι,
ἀλλὰ καὶ λοιπὴ ἱστορία· Φασὶ γοῦν καὶ τὸν Ζα-
μόλξιδος διδάξαντος, ὃς δοκεῖ πρότερον Πυ-
θαγόρας γνώσθαι, ἔθυον οἱ γέται, καὶ εὐωχοῦντο
ἐπὶ τοῖς τεθνεῶσιν, ὡς αὖθις ἥξοντος τοῦ ἀπο-
θανόντος, καὶ οὗτοι μὲν τὰ κατὰ τὴν ῥηθεῖσαν
νεκρικὴν ἀνάκλησιν.

CAP. V.

A. Καὶ τό τε τῶν ὑποκριτῶν πλῆθος ἐξ ἑνὸς εἰς δύο
πρῶτος Αἰσχύλος ἤγαγε, καὶ τὰ τοῦ χοροῦ ἠλάτ-
τωσε· καὶ τὸν λόγον, πρωταγωνιστὴν παρεσκεύα-
σε· τρεῖς δὲ, καὶ σκηνογραφίαν Σοφοκλῆς.

B. Οἱ ποιηταὶ ἐλάμβανον τρεῖς ὑποκριτὰς κλήρῳ
νεμηθέντας ὑποκρινομένους τὰ δράματα· ὧν
ὁ νικήσας εἰς τουπιὸν ἄκριτος παραλαμβά-
νεται.

CAP. VI.

A. Καθάπερ φυτὸν, ψυχόμενον ὑπὸ τοῦ ἀέρος, καὶ
στομούμενον, τὸ πνεῦμα μεταβάλλειν, καὶ γίνεσθαι
ζῷον· ὅθεν οὐκ ἀπὸ τρόπου τὴν ψυχὴν ὠνομά-
σθαι παρὰ τὴν ψῦξιν.

B. Πᾶσα ζωὴ ψυχικὴ καλεῖται θυμός.

C. Εστί τις σὰρξ ἀδένι ἐοικυῖα, ἣ καλεῖται θυμὸς πρὸς
τῇ κεφαλῇ τῆς καρδίας ὄπισθεν κατὰ τὸν ἕβδομον
σπόνδυλον.

D. Εξαψίς τις, καὶ ἀναθυμίασις ἐξεῖα τοῦ πάθους

E. Ζέσις τοῦ περὶ καρδίαν αἵματος.

F. Οργὴ. *scilicet* ἐπιθυμία τιμωρίας τοῦ δοκοῦντος
ἠδικηκέναι οὐ προσηκόντως.

G. Οκόσοισι δὲ ἀπὸ τοῦ ἥπατος ὕδρωπες γίνονται, βῆ-
χές τε. καὶ θυμὸς τούτοισιν ἐγγίνεται·

H. Βῆξαι τὸ θυμὸς ἐγγίνεται αὐτοῖσι, καὶ ἀποπτύουσι οὐδὲν
ἄξιον.

CAP. VII.

A. Ακρας νυκτὸς ἠνίχ' ἕσπεροι λαμπτῆρες οὐκέτ'
ἦθον.

B. Καὶ διά τι ποτὲ τοῦτο γίγνεται κατὰ τὸν οὐρανὸν, ὅταν
ἐπινέφελον ᾖ μόνον, ἀλλ' οὐχὶ συνεχῶς οὕτως
αἰθρίας δὲ οὔσης οὐ γίγνεται·

C. Εξ αἰθρίας ἀστραπὰς, καὶ βροντὰς λέγουσιν αἰσίας
αὐτῷ φανῆναι.

Cap. VIII.

CAP. VIII.

A. Ἡ δίκαιος ἄλλως, οἷον ἀπὸ φύσεως, ἵνα δείξῃ, ὅτι ἀπὸ διδαχῆς οὐκ ἐστὶ παρὰ Μακεδόσι φιλίαξ σώφρονα· τρία δὲ σημαίνει παρὰ τοῖς παλαιοῖς τὸ ἄλλως· οἷον τὸ καὶ ἄλλον τρόπον, ἢ τὸ κατὰ φύσιν, ὡς ἐν τούτῳ· ἢ τὸ μάτην· πλατωνικῇ δὲ κέχρηται λέξει· φησὶ γὰρ ἐκεῖνος ἐπειδὰν ταῖς ἀρεταῖς ἀλλήλαις.

B. Ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ' ἀρετή 'στι.

CAP. IX.

A. --Τρώεσσιν ἀρῆξαι.
Τοὺς δὲ κατὰ πρύμνας τε, καὶ ἀμφ' ἅλα εἶλσαι Ἀχαιοὺς
Κτεινομένους ἵνα πάντες ἐπαύρωνται βασιλῆος.

B. Πολλάκι καὶ ξύμπασα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἐπαυρεῖ,
Ὅστις ἀλιτραίνει, καὶ ἀτάσθαλα μηχανάαται.

C. Κοινὰς γὰρ ὁ θεὸς τὰς τύχας, ἡγούμενος
Τοῖς τοῦ νοσοῦντος σώμασιν διώλεσεν,
Τὸν οὐ νοσοῦντα, κοὐδὲν ἠδικηκότα.

D. Ἑνὸς δὲ λώβης αὐτὶ μυρίων τίκνων
Ἑλλὰς στενάζει πᾶσα σὺν κενοῖς τάφοις.

E. Ἀνθ' ἑνὸς Ἀργείοισιν ἐχώσατο πᾶσιν Ἀθηνῆ.

F. Αὐτίκα πὰρ Διὶ πατρὶ καθεζομένη Κρονίωνι
Γηρύετ' ἀνθρώπων ἄδικον νόον, ὄφρ' ἀποτίσῃ
Δῆμος ἀτασθαλίας βασιλήων, οἱ λυγρὰ νοεῦντες
Ἄλλῃ παρκλίνωσι δίκας σκολιῶς ἐνέποντες.

CAP. X.

A. Ζηλωτὴς ὁ Μίνως ἀρχαίου τινὸς Ῥαδαμάνθυος δικαιοτάτου ἀνδρὸς ὁμωνύμου τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, ὃς πρῶτος τὴν νῆσον ἐξημερῶσαι δοκεῖ νομίμοις, καὶ συνοικισμοῖς πόλεων, καὶ πολιτείας· σκηψάμενος παρὰ Διὸς φέρειν ἕκαστα τῶν τιθεμένων δογμάτων εἰς μέσον· τοῦτον δὲ μιμούμενος καὶ ὁ Μίνως δι' ἐννέα ἐτῶν, ὡς ἔοικεν, ἀναβαίνων ἐπὶ τὸ Διὸς ἄντρον, καὶ διατρίβων ἐνθένδε.

B. Πρὸς δὲ τὴν ὀλιγοσιτίαν, ὡς ὠφέλιμον, πολλὰ πεφιλοσόφηκεν ὁ νομοθέτης, id est, Minos, καὶ πρὸς τὴν διάζευξιν τῶν γυναικῶν ἵνα μὴ πολυτεκνῶσι πρὸς τὴν τῶν ἀρρένων ποιήσας ὁμιλίαν.

C. Ἴδιον δὲ καὶ τοῦτο· ἀσκεῖν γὰρ αὐτοὺς μὴ παχεῖς εἶναι, μηδὲ προγάστορας, καὶ ὑπερβαλόμενον τῶν νέων τὸ τῆς ζώνης μέτρον ζημιοῦσθαι.

D. Τῶν δὲ γυναικῶν ἀποκρίνας, ὅσαι τὸ εἶδος καλαί, καὶ βαθύζωνοι.

E. Ἐξηχμαλώτισε δὲ τῶν γυναικῶν, ὅσαι καλλιστεῖ τε, καὶ βαθύκολποι.

F. Ἃ δὲ φοινικόκροκον ζώναν καλλιτηκαμένα, κάλπιδα τ' ἀργυρέαν λόχμας ὑπὸ κυανέας τίκτε θεόφρονα κοῦρον.

G. Λύουσι τὰς ζώνας αἱ πρῶτως τίκτουσαι καὶ ἀνατιθέασιν Ἀρτέμιδι.

H. --Οὐδ' αὐτίκα λύσατο μίτρην.
Καὶ θεσμῶν ἀπέβησαν ἀριστονόου κιθαρείας.

I. Αὐτὰρ ἐπεὶ ῥ' ἐτέλεσσε θεὸς φιλοτήσια ἔργα.

K. Ὦ ἐπὶ μόνῳ μίτρην πρώτην ἔλυσα, καὶ ὕστατον.

L. Μίτρας ἐξώννυντο, ὅταν ἔμελλον διαπαρθενεύεσθαι.

CAP. XI.

A. Ἐστὶ δ' ἔπαινος λόγος ἐμφανίζων μέγεθος ἀρετῆς.

B. Τὸ μὲν γὰρ ἐγκώμιον λέγοιτ' ἂν καθ' ἕκαστον ἔργον, τὸν δ' ἔπαινον τοιοῦτον εἶναι καθόλου·
Τοὺς ἐπαίνους τῆς ἀρετῆς esse διὰ τὰ ἔργα· καὶ τὰ ἐγκώμια τῶν ἔργων. Ὁ μὲν γὰρ ἔπαινος τῆς ἀρετῆς· πρακτικὸν γὰρ τῶν καλῶν ἀπὸ ταύτης· τὰ δὲ ἐγκώμια τῶν ἔργων, ὁμοίως καὶ τῶν σωματικῶν, καὶ τῶν ψυχικῶν.

C. Δίχα οὖν χαρίτων ἐκάλει τὸν δὲ κῶμον χρονιάζοντα φάος.

D. Ἐγκώμιον, ἐπαίνου διαφέρει· ἔπαινος μὲν γάρ ἐστι λόγος ἐπαινετικὸς μίαν πρᾶξιν ἐπαινῶν· ἐγκώμιον δὲ λόγος ἐγκωμιαστικὸς πολλὰς ἐν ἑαυτῷ πράξεις περιλαμβάνων· καὶ ἐπιστολή, ἡ μίαν πρᾶξιν ἐπαινοῦσά τινος, ἐπαινετικὴ καλεῖται· ἡ δὲ πολλάς, ἐγκωμιαστική.

E. Ἐψηφίσαντο μετὰ θάνατον ἐπὶ ταῖς γυναιξὶ λέγεσθαι τὸν ἄξιον ἔπαινον.

F. Ἐγκώμιον παρὰ τὸ ἐν κώμαις ᾄδεσθαι· κῶμαι γὰρ ἐλέγοντο αἱ παλαιαὶ αἱ τῶν στενωπῶν, καὶ τὰ ἄμφοδα· ἤρχοντο γὰρ τῇ νυκτί οἱ τινὲς περὶ λυρῶν μεγιστάνων ἐβλάβησαν, καὶ εἰς τὰς ἀμφόδους ἱστάμενοι ἐνεκωμολόγουν, καὶ ὕβριζον τὸν ἀδικοῦντα.

CAP. XII.

A. Ἐστὶ δὲ τοῦτο, ἀπορεῖ ἐστία πῦρ ἀνάψαι καὶ τὴν νηδύν.

B. Κοιλίας λέγει τὴν ὑποδέχεσθαι, καὶ πᾶσαν κοιλότητα ἐν βάθει κειμένην οἷον ἐγκεφάλου, καρδίας, ἥπατος, καὶ τῶν ἄλλων.

C. Ὧν ὁ θεὸς ἡ κοιλία.

D. Αὗται μὲν χλωραὶ λαμβανόμενα, εὐκοίλια τυγχάνει· ξηρὰ δὲ ἵστησι κοιλίαν.

E. Τὸ μὲν λευκὸν εὐκοίλιον, τὸ δὲ μέλαν σταλτικώτερον.
Εὐκοιλιώτερον δὲ τὸ λευκόν, τὸ δὲ μέλαν ἐρητικώτερον.

F. Μακρὸν τοῦτον παρασίτων ὄνομα.

G. Κόλακος δὲ βίος μικρὸν χρόνον αὐθεῖ, οὐδεὶς γὰρ χαίρει πολιοκροτάφῳ παρασίτῳ.

H. Ὁ δὲ ὑπερβάλλων ἐν τῷ ἡδὺς τῷ ἐν τῷ βίῳ, εἰ μὲν οὐδενὸς ἕνεκα ἄρεσκος, εἰ δὲ ὠφελείας τῆς αὐτοῦ κόλαξ.

I. Τοῦ δὲ συνήδοντος ὁ μὲν τοῦ ἡδὺς εἶναι στοχαζόμενος, μὴ διά τι ἄλλο ἄρεσκος· ὁ δ' ὅπως ὠφε-

λείας τις αὐτοῦ γίγνηται), εἰς χρήματα, καὶ ὅσα διὰ χρημάτων, κόλαξ.

K. Τὰς ἐν κύπρῳ κολακίδας, ἐπειδὴ διέβησαν εἰς Συρίαν, κλιμακίδας προσαγορευθείσας. ὅτι ταῖς γυναιξὶ τῶν βασιλέων ἀναβαίνειν ἐπὶ τὰς ἁμάξας δι' αὐτῶν ὑποκατακλινόμεναι παρεῖχον.

L. Ἀπὸ τοιαύτης πράξεως· ταῖς, μεταπεμπομέναις ἀρεσκευόμεναι κλίμακα κατεσκεύαζον ἐξ ἑαυτῶν οὕτως, ὥστε ἐπὶ τοῖς νώτοις αὐτῶν τὴν ἀνάβασιν γίνεται. καὶ τὴν κατάβασιν ταῖς ἐπὶ τῶν ἁμαξῶν ἐχομέναις.

CAP. XIII.

A. Οὔτε γυνὴ χωρὶς ἀνδρός, οὔτε ἐλπὶς ἀγαθὴ χωρὶς πόνου γεννᾷ τι χρήσιμον

B. Θαρσεῖτ' οὔπω ζεῦγος αὐχένα λοξὸν ἔχει.

C. Ἀνὴρ ἀτυχῶν σώζεται ταῖς ἐλπίσι.

D. Ἀλλ' οἱ γὰρ ἀθυμοῦντες ἄνδρες οὔποτε τρόπαιον ἔστησαν.

E. Ἀλλὰ γὰρ ἀθυμοῦντες ἄνδρες οὔπω τρόπαιον ἔστησαν.

F. Ἐλπιζε πάντα μέχρι γήρως θνητὸς ὤν.

G. Οὔπω μῆνας ἄγειν ἱκανὸς οὐρανός, οὐδ' ἐνιαυτῶν.

Πολλοὶ κινήσουσιν ἔτι τροχὸν ἅρματος ἵπποι.

H. --Τάχ' αὔριον ἔσσετ' ἄμεινον·

I. Ἐλπίδες ἐν ζωοῖσιν, ἀνέλπιστοι δὲ θανόντες.

K. Ὦ Βλεψίδημ' ἄμεινον, ἢ χθὲς πράττομεν.

L. Ἐλπεσθαι χρὴ πάντα, ἐπεὶ οὐκ ἔστ' οὐδὲν ἄελπτον ῥάδια πάντα θεῷ τελέσαι, καὶ ἀνήνυτον οὐδέν.

M. Νῦν δ' ἐλπὶς μὲν ἐν θεῷ γε καὶ τέλος.

N. Ὅς ἂν δικαίως καὶ ὁσίως τὸν βίον διάγοι γλυκεῖα ἡ καρδίαν ἀτάλλοισα, γηροτρόφος συναορεῖ ἐλπίς.

O. Τὰ δὲ πολλὰ πρὸς τὰς ἐπιχειρήσεις ἡ ἐλπὶς μεγίστην, καὶ τὴν προθυμίαν παρέχεται).

P. Καλὴ δ' ἐλπὶς τυχεῖν ἁπάντων

Q. Αἱ δ' ἐλπίδες βόσκουσι φυγάδας, ὡς λόγος.

Οἱ δ' ἐγὼ φυγόντας αἰέρας ἐλπίδας σιτουμένας.

R. Ἀλλ' ἔστι τις καὶ ἐμοῦ θεῶν ὑπερέχεται χείρ.

CAP. XIV.

A. Ὡς χρὴ τὸν ὅρκον θεὸν εἰρήνης φύλακα, καὶ δικαιοσύνης μάρτυρα ὄντα φόνου καθαρὸν εἶναι.

B. Ἡ ἀχρὰς παμφόρος, τὸν μὲν περιβαλλόμενον φράγμον, τὸ λογικόν· τὸν δὲ καρπόν, τὸ ἠθικόν· τὴν δὲ γῆν, ἢ τὰ δένδρα, τὸ φυσικόν.

C. Ὥσπερ θέλγειν τοῖς μαθήμασι τὴν διαλεκτικὴν ἐπαινῶ καλῶς.

CAP. XV.

A. Ἔστι δὲ ἡ Σικελία τρίγωνος τῷ σχήματι, καὶ διὰ τοῦτο τρινακρία μὲν πρότερον, τρίνακις, αἰῶ θρίνακις legunt, δ' ὕστερον προσηγορεύθη.

B. Μετωνομάσθαι εὐφωνότερον· τὸ δὲ σχῆμα διορίζουσι τρεῖς ἄκραι· πελωριὰς μέν, &c. item τῶν δὲ πλευρῶν εἰς αἱ ἀμφοτερίζουσιν αἱ τρεῖς ἄκραι δύο μὲν εἰσὶ κοῖλαι, τρίτη δὲ κυρτή.

Ὅτι τρεῖς ἄκρας ἔχει & quod θρίνακος. seu θρῖναξ τις ἤρχε τῆς Σικελίας.

C. Ὀρτυγίη τις κεῖται ἐν ἠεροειδεῖ πόντῳ.

Τρινακίης καθύπερθεν, ἵν' Ἀλφειοῦ στόμα βλύζει.

Μισγόμενον πηγαῖς εὐρυπόροις Ἀρεθούσης.

D. --Ἀλὸς δὲ Κίτνη. Ἀλὸς δὲ τρινακίη--

--Διὸς στονόεντι κεραυνῷ

E. Ἐγκέλαδος δέδμητο κατ' ἀκαμάτοιο θαλάσσης.

Τρινακίης ὑπένερθε.--

F. Παραμειψάμενοι δὲ τρινακίαν νῆσον, ἡλίου βοῦς.

G. Οἱ δὲ περὶ μαντινεῖαν τῆς Ἀρκαδίας κτίσαι καπύας ἀπὸ κάπυος θέμενοι τὸ ὄνομα τῷ πολίσματι.

H. Διὰ τὴν ἀρετὴν περιμάχητον γενέσθαι τὸ πεδίον, & in eo Etruscos δώδεκα πόλεις ἐγκατοικήσαντας, τὴν οἷον κεφαλὴν ὀνομάσαι καπύην.

CAP. XVI.

A. Ἡ μὲν οὖν ἐποποιΐα τῇ τραγῳδίᾳ μέχρι μόνου μέτρου μετὰ λόγου μίμησις εἶναι σπουδαίων ἠκολούθησεν.

B. Τῷ δὲ τὸ μέτρον ἁπλοῦν ἔχειν, καὶ ἀπαγγελίαν εἶναι, ταύτῃ διαφέρουσιν. ἔτι τῷ μήκει, ἡ μέν, ὅτι μάλιστα πειρᾶται ὑπὸ μίαν περίοδον ἡλίου, εἶναι, ἢ μικρὸν ἐξαλλάττειν· ἡ δὲ ἐποποιΐα ἀόριστος τῷ χρόνῳ.

C Καί τοι τὸ πρῶτον ὁμοίως ἐν ταῖς τραγῳδίαις τοῦτο ἐποίουν, καὶ ἐν τοῖς ἔπεσιν.

CAP. XVII.

A. Οἱ δὲ τὸ κάππα στοιχεῖον κάππα γλῶσσαν ἐλέγετο, δηλοῦσιν οἱ τὸν κοππατίαν ἵππον ἀπόντες. οὕτω λέγεσθαι διὰ τὸ ἔχειν κάππα ἐντετυπωμένον. ὥσπερ σαμφόραν, ὡς ἐγκέκοπται, ἢ ἐγκέκαυται). ὅπερ οἱ Δωριεῖς ἔλεγον σάν.

B. Εὖ ἰσχίοις μὲν ἵπποι. Πυρὸς χάραγμ' ἔχουσι.

C. Ἐξεπλάγην γὰρ ἰδὼν στίλβοντα τὰ λάμβδα.

CAP. XIX.

A. Κόμης δὲ λευκὸν μυελὸν ἐκραίνει μέσου κρατὸς διαπαρέντος.

B. Ἐνθεν. ἐκ γέλα ἐστέως ῥαγεῖσαν φόνος, ἵν' αἰσχρὰ μή.

C. Ὅταν ἀφίλωσι τὸ ἄνω, ἐν ᾧ περ ὁ ἐγκέφαλος.

D. Τὸ ἀκρότατον, καὶ κορυφαῖον μέρος τοῦ δένδρου.

E. Κάθηται δὲ ἐστεφανωμένος ἐπί τινος προσκεφαλαίου, καὶ δίφρου.

F. Ἰσ δ' ἐπὶ μελίνου οὐδοῦ ἔνδοθι θυρέων

Κλιμά-

Κλινάμενος σταθμῷ κυπαρισσίνῳ.--
G. Καὶ τότε δὴ κίνησε κλῖναι δ' ἀμάσαντες ἀχαιούς.
H. Τρῶας δ' ἔκλιναν Δαναοί.--
I. —Ἐπεὶ ῥ' ἔκλινε μάχην κλυτὸς ἐννοσίγαιος.
K. Οἱ δ' ἔκλιναν. Ὡς δ' ἐνέκλιναν οἱ πολέμιοι.
Ἐγκλίνουσιν οἱ πολέμιοι.
L. Ἤδη κλινομένων αὐτῶν, καὶ τὰ νῶτα μεταβαλλόντων.
M. Ἐπὶ χεῖρον ἔκλινε. Ἔκλιναν τὰ πράγματα.
N. Ἤρξατο ἡμέρα κλίνεσθαι. Κέκλικεν ἡ ἡμέρα.
O. Καυλίον γανωθὲν κεκλιμένα, ὡς ἐπὶ γῆν.
P. Οὐκ ἐπὶ τὸ ῥαθυμεῖν ἀπέκλινεν. Ἀποκλίνει εἰς εἰρήνην.
Q. Τὴν τύχην ἐγκεκλικότες τοῦ ἀνδρός.
R. —Πύνες ἄμμι μάλιστα.
Τρώων, καὶ Λυκίων ἐγκέκλιται.--
S. Εὐλάβεια εὔλογος scil. ἔκκλισις.

CAP. XXII.

A. Κομμὸς δέ. θρῆνος κοινὸς χοροῦ, καὶ ἀπὸ σκηνῆς.
B. Εἶδεν νιν αὐλή, κατεβᾶσα τ' ὄχων, ἐκρυψα πέπλοις κἀπεκόψατο νεκρόν
C. Βυθῶσι τὸ ἱερεῖον, καὶ κόπτονται περιστάντες ἤδη πεφονευμένον
D. Ἀμυχαὶ τῶν κοπτομένων, καὶ τὸ θρηνεῖν πεποιημένα, καὶ τὸ κωκύειν ἄλλον ἐν ταφαῖς ἑτέρων ἀφελεῖν.
E. Ταῦτα ἀκούσας ὁ κῦρος ἐπαίσατο τὸν μηρόν.
F. —Κεφαλὴν δ' ὅγε κόψατο χερσίν.
Ὑψόσ' ἀνασχόμενος, μέγα δ' οἰμώξας ἐγεγώνει.
Κόψε δὲ παπλήσαντα παρηῶν, κόπτεσθε παθητικῶς ἐπὶ θρήνου.
G. Τοῦτο δέ ἐστι μέλαν ἱκανῶς, ὥσπερ ἀποκάθαρμα αὐτῆς τοῦ κηροῦ, καὶ τὴν ὀσμὴν δριμύ.
H. Καυθῆναι, ποτοκοπῆναι, καὶ κύκλῳ περιενεγκεῖν, καὶ ποτοκόνιτον μόρον λέγουσιν, ὅταν πίωσι καταχρισθέντες τινὲς ὑπὸ πυρὸς ἀποθάνωσιν.

CAP. XXIII.

A. Χῖον, ὁ κακὸς ἀστράγαλος, ὅς ἐξ. ὁ δὲ χῖος ἐδυνάτο ἕν.
B. Δηλοῖ δὲ ὁ κύων βόλος αὐτὰ ἀναίρεσιν ἵνα ψήφων ἐν χώραις γάρ τισι διαγεγραμμέναις πεττευτικῶς πολλῶν κειμένων ψήφων. ἃς ἐχρῆν αὐτὰς ναιρεῖν, αἱ μὲν χῶραι πόλεις ἐλέγοντο νόμῳ κυβευτικῷ ταῖς δὲ ἀλλήλαις ἀντεπιβουλεύουσαι ψῆφοι.
C. Μίδας ὁ ἐν κύβοισιν εὐβολώτατος.
D. Τὰ δεσποτῶν γὰρ εὖ πεσόντα θήσομαι, τρὶς ἓξ βαλούσης τῆς ἐμῆς φρυκτωρίας.
E. Ἀργυρήλατα μοῦ τὶς ἐς ἐλαπίνην μὴ καλέσας,
Ἐκλαυσε πηναλέας τοὺς πίνακας προφέρων.
Ὀχθήσας δ' ἄρ' ἔφη ἐν ἀργυροφεγγέϊ λιμῷ,
Πῶ μοι χορτασίη ὀστρακίνων πινάκων·
Ἐζήτουν πινάκων πόθεν οὔνομα τοῦτο καλέουσι,
Καὶ παρὰ σοὶ κληθεὶς εὗρον, ὅθεν λέγεται.
Πείνης γὰρ μεγάλης μεγάλους πίνακας παρέθηκας.
Ὀργανα τοῦ λιμοῦ πειναλέους πίνακας.

CAP. XXIV.

A. Καὶ γὰρ ὅσον τις ἐν τῷ σκελετῷ στάξ.
B. Ζῶον ἁπλοῦς ἐξ ἁπλῶν συγκείμενος μελῶν, καὶ ἐξ ἀλλοτρίων σωμάτων, καὶ πολλὴν τὸ σκελετὸς συνεστός.
C. Ἡλικίαν ἐξ ἡλικίας, καὶ εἰδέαν ἐξ εἰδέας, καὶ ταῦτα ὅπου ἂν ἐν τῷ σκελετῷ.
D. Κτηνῶν μὲν εὐσθένεια, ἡ τοῦ σκελετοῦ εὐσθένεια
E. Ἀριστοφυέστατον μὲν ἄνθρωπος, θεάτρου δὲ ὁ βασιλεύς, ἐν τῇ κοινῇ φύσει πλεονεκτῶν τῷ κρείσσονι, τὸ μὲν σκαιὸς τοῖς λοιποῖς ὅμοιος.
F. Τινάς ποτε χρὴ κρίνειν εὐδαίμονας, ἢ νὴ Δία τοὺς σκελετὸς καλὸν καὶ ἔχοντας διάρημα φύσεως.
G. Σκελετὸς δὲ ἀγεν χρὴ πρὸς μέτρα φύσεως.
H. Σκελετὸς γὰρ ἐθέλει μὴ ῥιζάσθαι, μὴ δὲ γυμνὸν εἶναι χάριν εὐπρεπείας·

* * *

LIB XII. CAP. I.

A. Ὥστε διὰ τὸ πλεονάζειν τῷ βάρει τῶν προσώπων κωμωδεῖται παρὰ Ἀριστοφάνους· ἐν μὲν γὰρ τῇ Νιόβῃ ἕως τρίτης ἡμέρας ἐπικαθημένη τῷ τάφῳ τῶν παίδων οὐδὲν φθέγγεται ἐγκεκαλυμμένη· ἐν δὲ δὴ τοῖς Ἕκτορος λύτροις ἀχιλλεὺς ὁμοίως ἐγκεκαλυμμένος οὐ φθέγγεται πλὴν ἐν ἀρχαῖς ὀλίγα πρὸς ἑρμῆν ἀμοιβαῖα.
B. Ταῦτα δὲ διὰ λύπην ἐξίστησιν, ὥστε καὶ τὰ ὅπλα ῥίπτειν, καὶ τὰ ἄλλα ἀσχημονεῖν· διὸ καὶ δοκεῖ βίαια εἶναι.

CAP. II.

A. Ἀπηγόρευσε δὲ, καὶ τοῖς ἱππεῦσι μονομαχεῖν, ἢ ἐν ὀρχήστρᾳ θέαν τινὰ παρέχειν, καὶ διὰ ταῦτα ἐπηνεῖτο·

CAP. III.

B. Οἱ δὲ ἁλισκόμενοι τῶν φίλων, ἀπέθνησκον ἀκρίτοι· καὶ τι πάτριον ἐστιν ἡμῖν εἴ τις ἔχων δίκην θανατικὴν μὴ ὑπακούῃ, τούτου πρὸς τὰς θύρας ἕωθεν ἐλθόντα σαλπιγκτὴν ἀνακαλεῖσθαι τῇ σάλπιγγι, καὶ μὴ πρότερον ἐπιφέρειν ψῆφον αὐτῷ τοὺς δικαστὰς· οὕτως εὐλαβεῖς, καὶ πεφυλαγμένοι περὶ τὰς κρίσεις ἦσαν.
C. Οὗτοι μὲν τοὶ φυλασσόμενοί τι ἀφανῶς, καὶ τῆς κυρίας ἡμέρας ἐπελθούσης εἰς τὴν δίκην ἀνακαλούμενοι, τετράκις δὲ ἐχρῆν κηρυττομένους ἐν ὡρισμένοις ὡρῶν διαστήμασιν ἁλῶναι.

A. Δάφνην φαγὼν φείβαζεν ἐκ λαιμῶν ὄπα.

CAP. IV.

A. Τὰ δὲ δὴ αὐγουστάλια ἃ καὶ νῦν ἄγεται, τότε πρῶτον ἐκ δόγματος ἐπλέσθη.

B. Καῖσαρ δὲ ἐν τούτῳ τά τε ἄλλα ἐχρημάτιζε, καὶ τὸν μῆνα τὸν πρώμην, καὶ τοῦ πατρὸς τῷ κωτίονι, ἤγουν αὐτὸν ἰούλιον ὀνομάσας, ἐν τῷ ἐφέσῳ, καὶ ἐν νικαίᾳ γενέσθαι ἐφῆκεν. & mox. τοῖς δὲ δὴ ξένοις ἕλληνας σφᾶς ἐπικαλέσας, ἑαυτῷ τινὰ, τοῖς μὲν ἀσιανοῖς ἐν περγάμῳ, τοῖς δὲ βιθυνοῖς ἐν νικομηδείᾳ τεμενίσαι ἐπέτρεψε.

CAP. V.

A. Χωρὶς δὲ τούτων καὶ ἡ λιχεία ἰδίαν δή τινα αὐτῷ πανήγυριν ἐπὶ τῆς ἡμέρας ἐν τῷ παλατίῳ ἐποίησεν. ἡ καὶ δεῦρο ἀεὶ ὑπὸ αὐτῶν τῶν ἀεὶ αὐτοκρατόρων πλεῖτο.

B. Οὐκ αὐγουστῖνον ἐκλήθη. διό τι τῇ κ τοῦ ὀκτωβρίου αἱ ῥηγῶν ἀρχαὶ, καὶ σεβαστοφόροι ἐχόρευον ἐν τῷ αὐγουστείῳ, εἶτα ἐν τῷ ὀψοπωλίῳ εἰς τιμὴν τιβερίου. τὸν δὲ τοιοῦτον τόπον οὕτως ἐκάλεσαν ἀπὸ τοῦ αὐγούστου· ἔστησε δὲ καὶ ὁ μέγας κωνσταντῖνος εἰς τὸ ἀσκεπὲς τῆς δάφνης στήλην τῆς ἑαυτοῦ μητρός· ἐξ ἧς ὠνόμασε τὸν τόπον αὐγουσταῖον.

CAP. VII.

A. Δεῖ δὲ τὸν εὐλογοῦντα, δεικνύειν τοῖς λόγοις, ὡς τούτῳ τῷ ἀνθρώπῳ, ἢ τοῖς πράγμασιν ὑπάρχει τι τούτων ὑπ᾽ αὐτοῦ κατεργασθέν, ἢ δι᾽ αὐτοῦ περιγενόμενον, ἢ ἐκ τούτου ἐπισυμβαῖνον, ἢ ἕνεκεν τούτου γινόμενον, ἢ οὐκ ἄνευ τούτου ἐπιμελούμενον· ὁμοιοτρόπως δὲ καὶ τῷ ψέγοντι, τὰ ἐναντία τῶν δεικτέον.

CAP. VIII.

A. Κάτων δὲ πόρκιος τὸ μὲν ὄνομα τῶν Σαβίνων ἔθνος τεθῆναι φησὶν ἐπὶ Σαβίνου τοῦ Σάμου, διότι Σάβου, δαιμονίου ἐπιχωρίου· τοῦτον δὲ τὸν Σάβον ὑπό τινων πίστιον καλεῖσθαι Δία.

B. Τούτων ἐστὶ τῶν ὁρκίων μνημεῖον ἐν ῥώμῃ κείμενον ἐν ἱερῷ διὸς πιστίου, ὃν ῥωμαῖοι Σάγκτον καλοῦσι.

C. Λαβόντες δὲ ἐκεῖνοι καὶ πάντα τρόπον αἰκισάμενοι, καὶ καθυβρίσαντες ἔρριψαν ἐπὶ τῶν ἀπὸ τῆς κατὰ πέτραν κολαζομένους θανατοῦσι· ὅθεν ὁ τόπος Σπείρον καλεῖται.

CAP. IX.

A. Εἰν ἀρίμοις, ὅθι φασὶ τυφώεος ἔμμεναι εὐνάς.

B. Ἡ δ᾽ ἔρυτ᾽ εἰν ἀρίμοισιν ὑπὸ χθόνα λυγρὴ ἔχιδνα.

C. Εἰν ἀρίμοις ὅθι φασὶ τυφῶνα· οἱ μὲν ἐν κιλικίᾳ· οἱ δὲ ἐν Συρίᾳ· οἱ δὲ ἐν πιθηκούσαις περὶ τυῤῥηνούς.

CAP. X.

A. Ἡ δὲ καλουμένη πορκία βασιλικὴ, τιμητικὸν ἦν ἀνάθημα τοῦ παλαιοῦ κάτωνος· εἰώθεισαν οὖν ἐκεῖ χρηματίζειν οἱ δήμαρχοι, καὶ κίονος τοῖς δίφροις ἐμποδὼν εἶναι δοκοῦντος.

B. Καὶ τὴν στοὰν τὴν παύλου καλουμένην αἰμύλιος παῦλος ἰδίοις τέλεσιν ἐξῳκοδόμησε, καὶ τῇ ὑπατείᾳ καθιέρωσεν.

C. Ἡ τε ἡ στοὰ ἡ παύλου ἐκαύθη, καὶ τὸ πῦρ ἀπ᾽ αὐτῆς πρὸς τὸ ἑστιαῖον ἀφίκετο. & mox. ἡ μὲν οὖν στοὰ μετὰ τοῦτο ὀνόματι μὲν ὑπὸ αἰμυλίου τοῦ ποιήσαντός ποτε αὐτὴν γένος ἐλήλυθε, τῷ δὲ ἔργῳ ὑπ᾽ αὐγούστου, καὶ ὑπὸ τῶν τοῦ παύλου φίλων ᾠκοδομήθη.

CAP. XI.

A. Παλμὸν ἀθρόως, καὶ σφοδρῶς ἐν αὐτῷ γινόμενον.

B. Μετὰ ναυτίας, καὶ ὀδύνης ἀνιᾶσθαι τὸν στόμαχον.

C. Ὅταν ὑπὸ δριμέος χυμοῦ δακνομένη, καὶ αὕτη συνανταλαύουσα ποιεῖ καρδιωγμὸν πρὸς ἀποδιωξιν τοῦ λυποῦντος.

D. Καὶ τὸ θερμὸν πλεῖστον ἐν τῇσι φλεψὶν, καὶ τῇ καρδίῃ· καὶ διὰ τοῦτο πνεῦμα ἡ καρδίη ἔχει θερμὴν ἐοῦσα μάλιστα τῶν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ.

E. Ἡ καρδίη, καὶ αἱ κοῖλαι φλέβες κινέονται αἰεί.

F. Ἡ δὲ κεφαλὴ, καὶ ἡ καρδίη, καὶ ὁ πλεύμων μετέχουσι τῆς ἰκμάδος πάσης.

- Διὰ τοῦτο ἐν αὐτῷ οὐδεμία νοῦσος γίνεται ἄλλη, ἢ ἥν τινα καρδιωγμὸν οἱ ἄνθρωποι καλέουσιν.

CAP. XII.

A. Ψυχῶν σοφῶν τοῦτ᾽ ἐστὶ φροντιστήριον
Ενταῦθ᾽ ἐνοικοῦσ᾽ ἄνδρες, οἳ τὸν οὐρανὸν
Λέγοντες ἀναπείθουσιν, ὡς ἐστὶ πνιγεὺς.
Κἄστι περὶ ἡμᾶς οὗτος, ἡμεῖς δ᾽ ἄνθρακες.

B. Φρέαρ ὀρύττειν, σκοθηρεῖν· οἱ γὰρ ἀπὸ τῶν μαθημάτων εἰώθασι τὰς μεσουρανήσεις λαμβάνειν, καὶ σκοθηρεῖν ἐκ τῶν φρεάτων.

CAP. XIII.

A. Κάλλιστον τὸ δικαιότατον, λῷστον δ᾽ ὑγιαίνειν.
Ἥδιστον δὲ τυχεῖν, ὧν τὶς ἕκαστος ἐρᾷ.

B. Ὑγιαίνειν μὲν ἄριστον ἀνδρὶ θνατῷ, Δεύτερον δὲ φυὰν καλὸν γενέσθαι, τρίτον δὲ πλουτεῖν ἀδόλως, καὶ τὸ τέταρτον, ἡβᾶν μετὰ τῶν φίλων.

C. Τῶν ἀγαθῶν γένη εἰσὶ τρία· τὰ μὲν γάρ ἐστιν ἑκτά· τὰ δὲ μεθεκτά· τὰ δὲ ὑπαρκτά· τὰ μὲν οὖν ἑκτά ἐστιν ὅσα ἐνδέχεται ἔχειν, οἷον ἡ δικαιοσύνη, καὶ ἡ ὑγίεια. μεθεκτὰ δὲ, ὅσα ἔχειν μὲν μὴ ἐνδέχεται με-

τι μετέχειν δὲ αὐτῶν ἐνδέχεται· οἷον αὐτὸ τὸ ἀγαθὸν ἔχειν μὲν οὐκ ἐνδέχεται, μετέχειν δὲ αὐτοῦ ἐνδέχεται. ὑπάρχειν δὲ, ὅσα μήτε μετέχειν, μήτε ἔχειν ἐνδέχεται, ὑπάρχειν δὲ δεῖ· οἷον τὸ σπουδαῖον εἶναι καὶ δίκαιον εἶναι.

CAP. XIV.

A. Πρῶτον μὲν οὖν περὶ δυνατῶν, καὶ ἀδυνάτων λέγωμεν· ἂν δή τι ἐναντίον ᾖ δυνατὸν, ἢ εἶναι, ἢ γενέσθαι, καὶ τὸ ἐναντίον ἂν δόξειεν εἶναι δυνατόν· οἷον εἰ δυνατὸν ὑγιασθῆναι ἄνθρωπον, καὶ νοσῆσαι.

B. Η γὰρ αὐτὴ δύναμις τῶν ἐναντίων, ᾗ ἐναντία.

CAP. XV.

A. Τούτων τῶν ποιημάτων περὶ διαφορᾶς δικαίων τε καὶ ἀδίκων· propterea enim καὶ αἱ μάχαι γε, καὶ οἱ θάνατοι διὰ ταύτην τὴν διαφορὰν τοῖς τε Ἀχαιοῖς, καὶ τοῖς ἄλλοις τρωσὶν ἐγένετο, καὶ τοῖς μνηστῆρσι τοῖς τῆς Πηνελόπης, καὶ τῷ Ὀδυσσεῖ.

B. Καὶ γὰρ οὖν σοῦ πατρὸς Ἀπημάντου ἤκουον, ὅτι ἡ Ἰλιὰς κάλλιον εἴη ποίημα τῷ Ὁμήρῳ ἢ ἡ Ὀδύσσεια. τοσούτῳ δὲ κάλλιον, ὅσῳ ἀμείνων Ἀχιλλεὺς Ὀδυσσέως εἴη· ἑκάτερον γὰρ τοῖν ποιημάτοιν, τὸ μὲν εἰς Ὀδυσσέα ἔφη πεποιῆσθαι· τὸ δ' εἰς Ἀχιλλέα.

C. Ἁπλοῦν, καὶ παθητικὸν· Vlixeam πεπλεγμένον· ἀναγνώρισις γὰρ διόλου, καὶ ἠθική.

D. Διὰ μὲν τῆς Ἰλιάδος ἀνδρείαν σώματος, διὰ δὲ τῆς Ὀδυσσείας ψυχῆς γενναιότητα.

E. Τῶν καλῶν ἁπάντων τούτων τῶν τραγικῶν πρῶτον διδάσκαλόν τε καὶ ἡγεμόνα γενέσθαι.

F. Ὧνπέρ εἰσι μάλιστα ἄξιοι, καὶ ἄλλα τοιαῦτα ψυχρὰ εἰς πέμματα, quos ἐνδελεχίζουσιν αἱ τραγῳδίαι πολλὰ τοῦτ' ἔχουσι πράγματα.

G. Δείκνυσι δ' ὅμως διὰ τῆς Ὀδυσσείας, ὅτι μεγάλης φύσεως ἀποφερομένης ἤδη, ἴδιόν ἐστιν ἐν γήρᾳ τὸ φιλόμυθον.

Ὁ γὰρ Μαργίτης ἀνάλογον ἔχει, ὥσπερ Ἰλιὰς, καὶ Ὀδύσσεια πρὸς τὰς τραγῳδίας, οὕτω καὶ, οὗτος πρὸς τὰς κωμῳδίας.

CAP. XVI.

A. Κατὰ δὲ τὴν ἑβδόμην ἐπὶ τοῖς τριάκοντα, καὶ ἑκατὸν ὀλυμπιάσιν, ὑπατευόντων Μάρκου Πομπωνίου καὶ Γαΐου Παπειρίου, πρῶτος ἀπολῦσαι λέγεται τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα Σπούριος Καρβίλιος ἀνὴρ οὐκ ἀφανής.

B. Δυσχερῆ γενόμενος ἐν τῇ Συρακουσῶν πολιορκίᾳ ὑπὸ Ἀρχιμήδους κατασκευασμάτων ἔφη· ταῖς μὲν ναυσὶν αὐτοῦ κυαθίζειν ἐκ θαλάττης Ἀρχιμήδη, τὰς δὲ σαμβύκας ῥαπιζομένας ἐκ πότου μετ' αἰσχύνης ἐκπεπτωκέναι.

CAP. XVII.

A. Τὸ μὲν οὖν προοίμιόν ἐστιν ἀρχὴ λόγου, ὅπερ ἐν ποιήσει πρόλογος, καὶ ἐν αὐλήσει προαύλιον· πάντα γὰρ ἀρχαὶ ταῦτ' εἰσὶ, καὶ οἷον ὁδοποίησις τῷ ἐπιόντι.

B. Καὶ οἱ τραγικοὶ δηλοῦσι περὶ τὸ δρᾶμα, κἂν μὴ εὐθὺς, ὥσπερ Εὐριπίδης, ἀλλ' ἐν τῷ προλόγῳ γέ που δηλοῖ, καὶ ἡ κωμῳδία ὡσαύτως. Τὸ μὲν ἀναγκαιότατον ἔργον τοῦ προοιμίου καὶ ἴδιον, τοῦτο δηλῶσαι τί ἐστι τὸ τέλος, οὗ ἕνεκα ὁ λόγος.

C. Ἔστι δὲ πρόλογος μὲν μέρος ὅλον τραγῳδίας τὸ πρὸ χοροῦ παρόδου.

Ὠδὸς ἀδυεπὴς, τίς ποτε τᾶς πολυχρύσου Πυθῶνος Ἀγλαὰς ἔβας Θήβας.

CAP. XVIII.

A. Ἔδωκα γράμματα πρὸς Οὖρσον τὸν διασημότατον καθολικὸν τῆς Ἀφρικῆς, καὶ ἐδήλωσα αὐτῷ ὅπως τρισχιλίας φόλεις τῇ σῇ στερρότητι ἀπαριθμῆσαι φροντίσῃ.

CAP. XIX.

A. Καὶ αὐτοὶ τὸ παραχρῆμα περιχαρεῖς, καὶ ἐς τὸν ἔπειτα χρόνον ἐλπίδος τι εἶχον κούφης.

B. Οὐ φαῦλαι δὲ, οὐδὲ κοῦφαι καλοῦσιν ἐλπίδες.

C. Ταῦτα δὲ αὐτοῦ διατυποῦντος, καὶ κούφαις, καὶ ἀδήλοις ἐπαιρομένου ἐλπίσι.

D. Η Κομμαγηνὴ μικρά τις ἐστιν· ἔχει δὲ ἐρυμνὴν πόλιν Σαμόσατα, ἐν ᾗ τὸ βασίλειον ὑπῆρχε· νῦν δὲ ἐπαρχία γέγονε.

CAP. XXI.

A. Τὸ δὲ σχῆμα τῆς λέξεως δεῖ μήτε ἔμμετρον εἶναι, μήτε ἄρρυθμον· τὸ μὲν γὰρ, ἀπίθανον, πεπλάσθαι γὰρ δοκεῖ, καὶ ἅμα καὶ ἐξίστησι. mox. τὸ δ' ἄρρυθμον, ἀπέραντον· δεῖ δὲ πεπεράνθαι μὲν, μὴ μέτρῳ δέ· ἀηδὲς γὰρ καὶ ἄγνωστον τὸ ἄπειρον· περαίνεται δὲ ἀριθμῷ πάντα· ὁ δὲ τοῦ σχήματος τῆς λέξεως ἀριθμὸς ῥυθμός ἐστιν, οὗ καὶ τὰ μέτρα τμητά· διὸ ῥυθμὸν δεῖ ἔχειν τὸν λόγον, μέτρον δὲ μή· ποίημα γὰρ ἔσται· ῥυθμὸν δὲ, μὴ ἀκριβῶς· τοῦτο δὲ ἔσται, ἐὰν μέχρι του ᾖ.

B. Ἐκάλει δὲ τοὺς μὲν αὐτοῦ λόγους ὁμοίους τοῖς στρατιώταις διὰ τὴν πολεμικὴν δύναμιν· τοὺς δ' Ἰσοκράτους τοῖς ἀθληταῖς· τέρψιν γὰρ παρέχειν θεατρικήν.

C. Φίλιππος δὲ πρὸς τοὺς ἀναφέροντας αὐτῷ τὰς κατ' αὐτοῦ δημηγορίας, εἰπεῖν, ὅτι καὶ αὐτὸς ἂν ἀκούων λέγοντος Δημοσθένους, ἐχειροτόνησα τὸν ἄνδρα πρὸς κατ' ἐμοῦ πόλεμον. mox. ἐκάλει δὲ τοὺς μὲν αὐτοῦ, &c.

D. Πῶς ἂν οὐκ ἔμελλεν ἄνθρωπος ψόφον ὅπλων φοβεῖσθαι, καὶ σύῤῥηγμα φάλαγγος, ὁ φοβούμενος φωνῆεν φωνήεντι συγκροῦσαι, καὶ συλλαβὴν τὸ ἰσόκωλον ἐνδεῖς ἐξενεγκεῖν.

E. Περὶ δὲ συγκρούσεως φωνηέντων ὑπέλαβον ἄλλοι ἄλλως· Ἰσοκράτης μὲν γὰρ ἐφυλάττετο συμπλήσσειν αὐτά, καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ· ἄλλοι δέ τινες, ὡς ἔτυχε, συνέκρουσαν, καὶ παντάπασι.

CAP. XXII.

A. Γήρᾳ, καὶ πενίῃ τειρόμενος, οὐδ' ἐρέοντος.
Οὐδενὸς ἀνθρώπου δυστυχίης ἔρανον.

B. Ἐὰν δὲ δῆμος, ἢ φράτορες, ἢ ἱερῶν ὀργεῶνες, ἢ ναῦται, ἢ σύσσιτοι, ἢ ὁμόταφοι, ἢ θιασῶται, ἢ ἐπὶ λείαν οἰχόμενοι, ἢ εἰς ἐμπορίαν, ὅ τι ἂν τούτων διαθῶνται πρὸς ἀλλήλους κύριον εἶναι, ἐὰν μὴ ἀπαγορεύσῃ δημόσια γράμματα.

CAP. XXIII.

A. Καθάπερ γὰρ ἤν τις εἰς πόλιν πέσῃ ξένος.
Κἂν τοῖς λόγοισιν ἀστὸς ᾖ, τό γε στόμα
Δοῦλον πέπαυται, κοὐκ ἔχει παῤῥησίαν.

B. Οὕτως ἄπιστον δουλείαν κἂν ᾖ δικαιοτάτη, ψυχῆς γλωττόκομον, καὶ κοινὸν δή τις ἀπεφήνατο δεσμωτήριον.

C. Εἰ μὲν μέγιστον, οὐκ ἔχει παῤῥησίαν,
Δούλου τόδ' εἶπας, μὴ λέγειν ἅ τις φρονεῖ.

LIB XIII. CAP. I.

A. Ἔγραψε περὶ στιγμῆς τῆς παρ' Ὁμήρῳ, καὶ τῆς ἐξ αὐτῶν διαφορᾶς ἐν τῇ διανοίᾳ· περὶ στιγμῆς τῆς καθόλου, βιβλία ἕξ· ἐπιτομὴν τούτων, βιβλίον ἕν· περὶ στιγμῆς τῆς παρὰ Καλλιμάχῳ, κωμῳδούμενα, περὶ ναυστάθμου. περὶ τοῦ ὦναξ. περὶ στιγμῆς. καὶ ἄλλα· ἐφ' ᾗ πραγματείᾳ σκωπτόμενος πρός τινων στιγματίας ἐκαλεῖτο· οὐ γὰρ δήπου, ὡς δοῦλος οὕτως ἐσκώπτετο.

CAP. V.

A. Νυνὶ δὲ τῆς μὲν ὕλης τῆς περὶ τὸ Ἄορνον κοπείσης ὑπ' Ἀγρίππου, τῶν δὲ χωρίων κατοικοδομηθέντων, ὑπὸ δὲ τοῦ Ἀόρνου διώρυγος ὑπονόμου τμηθείσης μέχρι Κύμης, ἅπαντα ἐκεῖνα ἐφάνη μῦθος· ὁ Κοκκήιος ὁ ποιήσας τὴν διώρυγα ἐκείνην δέ, &c. mox. ὁ δὲ Λοκρῖνος κόλπος πλατύνεται μέχρι Βαιῶν χώματι εἰργόμενος ἀπὸ τῆς ἔξω θαλάσσης ὀκτασταδίῳ τὸ μῆκος· πλάτος δὲ ἁμαξιτοῦ πλατείας, ὅ φησιν Ἡρακλέα διαχῶσαι τὰς βοῦς.

CAP. VI.

A. Ὅσα τῶν ὀνομάτων ἐν μὲν τοῖς πάλαι χρόνοις ἦν συνήθη, νυνὶ δὲ οὐκ ἔτι ἐστί· τὰ μὲν τοιαῦτα γλώσσας καλοῦσι.

B. Ἀλλὰ καὶ τὰς ποιητικὰς φωνάς, γλώττας ἐκάλουν.

C. Ἅπαν δὲ ὄνομά ἐστιν, ἢ κύριον, ἢ γλῶττα·

D. Λέγω δὲ κύριον μὲν ᾧ χρῶνται ἕκαστοι· γλῶτταν δέ, ᾧ ἕτεροι· ὥστε φανερόν, ὅτι καὶ γλῶτταν, καὶ κύριον εἶναι δυνατὸν τὸ αὐτό, μὴ τοῖς αὐτοῖς δέ.

D. Μία δὲ τὸ χρῆσθαι γλώτταις.
Οἷον Λυκόφρων, Ξέρξην πέλωρον ἄνδρα, & Σκίρων σίνις ἀνήρ.

E. Λαβεὼν δὲ ἐπὶ σοφίᾳ γνώριμος ὁ πατὴρ Λαβεῶνος τοῦ κατ' ἐμπειρίαν νόμων ἐν τοῖς πάνυ περιωνύμου. βόθρον ἐν τῇ σκηνῇ τὸ μέγεθος αὐταρκῆ σώματι ὀρυξάμενος, καὶ τὰ λοιπὰ τοῖς θεράπουσιν ἐντειλάμενος, ἐπέσκηψε τῇ γυναικί, καὶ τοῖς παισὶ περὶ ὧν ἐβούλετο, καὶ τὰ γράμματα φέρειν ἔδωκε τοῖς οἰκέταις· τοῦ δὲ πιστοτάτου τῆς δεξιᾶς λαβόμενος, καὶ περιστρέψας αὐτόν, ὡς ἔθος ἐστὶ Ῥωμαίοις ἐλευθεροῦν, ἐπιστρεφομένῳ ξίφος ἔδωκε καὶ τὴν σφαγὴν ὑπέσχε· καὶ τῷ δὲ μὲν ἡ σκηνὴ τάφος ἐγένετο.

CAP. VII.

A. Τούτων δὲ τὸ μὲν γινώσκοντα μελλῆσαι, καὶ μὴ πρᾶξαι χείριστον· τό τε γὰρ μιαρὸν ἔχει, καὶ οὐ τραγικόν· ἀπαθὲς γάρ· διόπερ οὐδεὶς ποιεῖ ὁμοίως, εἰ μὴ ὀλιγάκις, οἷον ἐν Ἀντιγόνῃ τὸν Κρέοντα ὁ Αἵμων.

CAP. VIII.

A. Οἵ τ' ἀμφ' ἱμερτὸν Τιταρήσιον ἔργ' ἐνέμοντο.

B. Ποταμὸς Θεσσαλίας, ὃς ἀπὸ Στυγὸς ῥεῖν λέγεται, ἢ Ἠπείρου·

C. Ὅρκου γὰρ δεινοῦ Στυγὸς ὕδατός ἐστιν ἀποῤῥώξ,
Ὅς ῥ' ἐς Πηνειὸν προΐει καλλίῤῥοον ὕδωρ,

D. Οὐδ' ὅγε Πηνειῷ συμμίσγεται ἀργυροδίνῃ,
Ἀλλά τε μιν καθύπερθεν ἐπιῤῥέει ἠΰτ' ἔλαιον.

E. Οὐ πολὺ ἄπωθεν τοῦ Εὐρώτα ποταμοῦ, ὃν ὁ ποιητὴς Τιταρήσιον καλεῖ.

F. Ἢ καθά τινες εἶπον, ἁπλοϊκῶς ἐῤῥέθη. διό τι ὑμνοῦσιν εἰς αὐτὸν οἱ ἐγχώριοι. ὥσπερ κατὰ τὴν ἱστορίαν τοῦ Ἀῤῥιανοῦ, καὶ Βιθυνίας ποταμὸς Ὅρκος ὄνομα· ὃς φαρμακωδέστατος ὅρκον τοῖς ἐκεῖ ἐνομίζετο, πρὸς βίαν εἰς τὰς δίνας ἕλκων τὸν ἐπίορκον· εἰ μὴ δρόμῳ ἐξεπήδησεν.

G. Τὸ μὲν οὖν τοῦ Πηνειοῦ καθαρόν ἐστιν ὕδωρ· τὸ δὲ τοῦ Τιταρησίου λιπαρὸν ἔκ τινος ὕλης. ὡς οὐ συμμίσγεται, ἀλλά τε μιν καθύπερθεν ἐπιτρέχει ἠΰτ' ἔλαιον.

H. Ἐξ ὄρους Τιταρίου συμφυοῦς τῷ Ὀλύμπῳ ῥέων εἰς τὰ πλησίον τῶν Τεμπῶν χωρία τῆς Περραιβίας.

I. Μόψον τ' Ἀμπυκίδην Τιταρήσιον ὄζον Ἄρηος.

CAP. IX.

A. Σωτάδης κρῆς. Μαρωνίτης, δαιμονιωδῶς ἰαμβοχάρφος ἔγραψε φλύακας, ἤτοι κιναίδους.

CAP. X.

A. Κάτθανε καὶ Πάτροκλος, ὅσπερ σέο πολλὸν ἀμείνων.

B. Ἴθι δή μοι ἀπόκριναι οὕτως, καὶ περὶ τῆς ῥητορικῆς, περί τι τῶν ὄντων ἐστὶν ἐπιστήμη. Γ. περὶ λόγους. Σ. ποίους τούτους; ὦ Γοργία· ἆρα οἳ δηλοῦσι τοὺς κάμνοντας, ὡς ἂν διαιτώμενοι; Γ. οὔ. Σ. οὐκ ἄρα περὶ πάντας γε τοὺς λόγους ἡ ῥητορική ἐστιν. Γ. οὐ δῆτα. Σ. ἀλλὰ μὴν λέγειν γε ποιεῖ δυνατούς. Γ. καί. Σ. οὐκοῦν περὶ ὧνπερ λέγειν, καὶ φρονεῖν. Γ. πῶς γὰρ οὔ; Σ. ἆρ' οὖν καὶ ἣν νῦν δὴ λέγομεν ἰατρικὴν περὶ τῶν καμνόντων ποιεῖ δυνατοὺς εἶναι φρονεῖν, καὶ λέγειν; Γ. ἀνάγκη. Σ. καὶ ἡ ἰατρικὴ ἄρα, ὡς ἔοικε, περὶ λόγους ἐστί.

CAP. XI.

A. Ακρον ἱππεῶν Ἀκρων Ἀκραγαντῖνον πατρὸς ἄκρου
Κρύπτει κρημνὸς ἄκρος πατρίδος ἀκροτάτης
Ἀκροτάτης κορυφῆς τύμβος ἄκρος κατέχει.

CAP. XIII.

A. Δημαρχῶν μὲν γάρ, ὅτι καὶ ἐς τοὺς εὐπατρίδας πάντως πλουσίους, οὐχ ὅσον νομίζουσιν εἶναι· τὴν δὲ δὴ δύναμιν τὴν τῶν δημάρχων πᾶσαν, ὅτι περ τὰ μάλιστα ἐγλίχοντο προσέθεντο, καὶ δι' αὐτῆς γε καὶ ἡ ἐξαρίθμησις τῶν ἐτῶν τῆς ἀρχῆς αὐτῶν, ὡς καὶ κατ' ἔτος αὐτὴν μετὰ τῶν ἀεὶ δημαρχούντων λαμβανόντων προβαίνει.

B. Τίτος θεᾶται κατὰ τὴν πορείαν ποταμοῦ φύσιν ἀξίαν ἱστορηθῆναι· ῥεῖ μὲν γὰρ μέσος Ἀρκαίας τῆς Ἀγρίππα βασιλείας, καὶ Ῥαφανίας, ἔχει δὲ θαυμαστὴν ἰδιότητα· πολὺς γὰρ ὢν ὅτι ῥεῖ, καὶ κατὰ τὴν φορὰν οὐ σχολαίως. ἔπειτα δὲ πᾶς ἐκ τῶν πηγῶν ἐπιλείπων, ἐξ ἡμερῶν ἀριθμὸν, ξηρὸν παραδίδωσιν ὁρᾶν τὸν τόπον, ὥσπερ οὐδεμίας γινομένης μεταβολῆς. ὅμοιος κατὰ τὴν ἑβδόμην ἐκδίδωσι καὶ ταύτην αἰεὶ τὴν τάξιν ἀκριβῶς τετήρηται διαφυλάττων· ὅθεν δὴ καὶ Σαββατικὸν αὐτὸν κεκλήκασιν ἀπὸ τῆς ἱερᾶς τῶν Ἰουδαίων ἑβδόμης. οὕτως ὀνομάσαντες.

CAP. XV.

A. Περιγράφαι δὲ καὶ τὸν μανδραγόραν ἐς τρεῖς ξίφει· τέμνειν δὲ πρὸς ἑσπέραν βλέποντα, τὸν δὲ ἕτερον κύκλῳ περιορχήσασθαι, καὶ λέγειν ὡς πλεῖστα περὶ τῶν ἀφροδισίων· τοῦτο δὲ ὅμοιον ἔοικε τῷ περὶ τοῦ κυμίνου λεγομένῳ κατὰ τὴν βλασφημίαν, ὅταν σπείρωσιν.

Ἐν οἷς καὶ παροιμιαζόμενός ἐστι διὰ πυρετηταὶ κόρχορος ἔχων τὸ φύλλον ὠκιμῶδες.

CAP. XVI.

A. Φλεβῶν διασφύξιες, καὶ ἀναπνοὴ πνεύματος καθ' ἡλικίαν, καὶ ξύμφωνα, καὶ διάφωνα.

C. Καὶ ἱδρὼς πολύς, σφυγμοὶ πρὸς χεῖρα ψαύροντες· ἐὰν αἱ φλέβες σφίζωσι.

D. Καὶ αἱ ἐν τῇσιν χερσί, καὶ ἐν τοῖσι κροτάφοισι, καὶ ἐπὶ τῇσιν ὀφρύσιν ἡσυχίην ἔχωσι πρότερον μὴ ἡσυχάζουσαι.

E. Ἐν πυρετοῖσι κατὰ φλέβα τὴν ἐν τῷ τραχήλῳ σφυγμὸς, καὶ πόνος, ἐς δυσεντερίην ἀποκλεῦται.

B. Ἀλλὰ τὰ μὲν ἀπὸ σφυγμῶν ἢ ὡς οὐ γινώσκων εἶπεν Ἱπποκράτης, ἢ ὡς οὐκ ἀξιόλογα νομίζων οὐκ ἐξείργάσατο.

CAP. XVIII.

A. Τὸ πάσχα τοῦτο τὸ μέγιστον, καὶ σεβάσμιον φάσχα τοῖς Ἑβραίοις προσαγορεύεται κατὰ τὴν ἐκείνων φωνὴν, δηλοῖ δὲ ἡ φωνὴ, τὴν διάβασιν. & mox, εἶτα ἐξελληνίζοντες τὴν φωνὴν· κατὰ τὴν τοῦ φ πρὸς τὸ π, καὶ τοῦ κ πρὸς τὸ χ μετάπτωσιν πάσχα τὴν ἡμέραν προσηγορεύκασι.

Καὶ γὰρ Ἰουδαῖοι ὄντες τὸ αὐτὸ πάσχα, ὅπερ ἐδήλου τὴν διάβασιν τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης πάσχα γὰρ διάβασις ἑρμηνεύεται).

CAP. XIX.

A. Ο' γοῦν ἡφαιστος ἐν αἰσθόμενος φθεγγομένης γυναικὸς ἀκαθάρτου, ἤλγει παραχρῆμα τὴν κεφαλήν· καὶ τοῦτο σημεῖον ἐποιεῖτο τῆς ἀφεδρείας.

CAP. XX.

A ---Τήρει δ' ἔμας οἷον ἐπέχθη.
Μὴ δ' ἐθέλας δοκέαν ἀνθ' ἱέρας ἱέρα.
---Τί μαίνεαι; οὔτι φύκος.
Καὶ ψίμυθος τὰ δ' ἔξει τὴν ἰκάβαν ἑλέναν.

CAP. XXI.

A. Φθονερώτερόν τι, καὶ μεμψιμοιρότερον, καὶ φιλολοίδορον μᾶλλον, καὶ πληκτικώτερον, καὶ ἀναιδέστερον, καὶ ψευδέστερον.

Δοκεῖ δ' ἐμοὶ καὶ κακουργότερα γίνεσθαι τὰ θήλεα τῶν ἀρρένων.

B. Λέγουσι δ' ὅτι καὶ τὴν τοῦ ὀποβαλσάμου ῥίζαν, ἣν ἔτι νῦν ἡμῶν ἡ χώρα φέρει, δώρου ταύτης τῆς γυναικὸς ἔχομεν.

C. φέρει δὲ ἡ χώρα Ἱεριχουντίας. τὸ βάλσαμον, ὃ τιμιώτατον τῶν ἐκεῖ. καὶ παρὰ μόνοις φύεται, τὸν δὲ φοίνικα πολὺν καὶ καλόν.

D. Ἐσθίει τὸ τῆς ἰχθύος πόταμον, φοίνικά τι πάμπολυν καὶ βάλσαμον τρέφει· τοῦ τε λίβεις ἐξ ἧς ἐπιτέμνοντες τὰ πρέμνα συλλέγουσι κατὰ τὰς τομὰς ἐκδακρύον.

Cap. XXIII.

A. Δοῦλος Ἐπίκτητος γενόμην, ἐν σώματι πηρός. Καὶ πενίην Ἶρος, καὶ φίλος ἀθανάτοις.

B. Διὰ τὸ ἡγεμονικόν. quod in eo λογιστικόν, id. sedes mentis, δεξιὰς δέ. διὰ τὸ πρακτικόν· γονάτων δέ. διὰ τὸ κινητικόν, καὶ βαδιστικὸν καὶ ἥττω λοιπόν. Συμβολικῶς οὖν ἱκετευομένους παρακαλεῖν διὰ μὲν τῆς κεφαλῆς εἰς τὸ συνθέσθαι, καὶ κατανεῦσαι· διὰ δὲ τῆς δεξιᾶς, εἰς τὸ πρᾶξαι· διὰ δὲ γονάτων, εἰς τὸ κινηθῆναι πρὸς ἃ ζητοῦνται, ἢ καὶ ἐπικλασθῆναι τὴν ψυχήν, καὶ καμφθῆναι εἰς ἱκετεύοντα· καὶ γὰρ ἐν τοῖς γόνασι μάλιστα κλᾶται τὸ σῶμα καὶ ἥττω ταῦτα σύμβολά τινα, ἐν οἷς εἰσὶ μέρει τῆς ἱκετείας τελείας· σκαιὰς μέντοι, ἤτοι ἀριστερὰς χεῖρας, προσῆπτον διὰ τὸ δυσοιώνιστον· οὐ γὰρ προσεῖχον τοῖς ἀριστεροῖς· ὅπου γε καὶ τὰ μὴ αἴσια, σκαιὰ καὶ ἐπαριστερὰ ἔλεγον, ὥσπερ τὰ ἀγαθὰ δεξιὰ. τύχην, λέγοντες δεξιὸν καὶ νόημα δεξιόν, καὶ δεξιοῦσθαι τὸ φιλοφρονεῖσθαι. & in 1. Vlix. ad illud χεῖρ' ἕλε δεξιτερήν, ὅπερ, inquit, καὶ νῦν πολλοῖς τῶν ἐθνῶν ἐπιχωριάζει. hoc enim δεῖγμα φιλοφροσύνης ἦν ἀσφαλέστατον. mox. ὡς μεγάλου κακοῦ γινομένου ἐὰν αἱ δεξιαὶ παρορῶνται· λαιὰ μέν τι χεὶρ. οὐκ ἐξῆν ἅπτεσθαι ἀλλήλων οὖν φιλουμένους· διό τι ἐν κακῇ μοίρᾳ οἱ παλαιοὶ ἐτίθεντο τὰ μὴ δεξιά· ὅθεν καὶ τὰ φαῦλα συμπτώματα λαιά, καὶ ἐπαριστερὰ ἔλεγον, καὶ ἀμφαρίστερον τὸ ἀμφοτέρωθεν οὐκ αἴσιον, ἀπεναντίας τῷ ἀμφιδεξίῳ· ἄλλως δὲ ὅμως εὐφημότεροι κατακιρνῶντες τὴν φαυλότητα τοῦ πράγματος χρηστότητι κινήσεως ἀριστερά τε ἐκάλουν τὰ λαιὰ ἐκ τοῦ ἀρίστου παρονομάζοντες αὐτὰ οὕτως καὶ εὐώνυμα διὰ τὸ ἀγαθοῦ τυχεῖν ὀνόματος. nam & 6. Iliad. cum de commutatione agitur inter se armorum Glauci & Diomedis ad illum versum Χεῖράς τ' ἀλλήλων λαβέτην καὶ πιστώσαντο, ἤγουν πίστιν ἀλλήλοις ἐποίησαν διὰ τῆς συνήθους δεξιώσεως, πιστώσεως γὰρ δηλωτικὸς τῶν δεξιῶν χειρῶν ἡ συμβολή. in quo item obseruandus mos olim prahendendi manum non thenare id. vola, sed carpo, siue s. manus, quo brachio iungitur, ob Homer. traditus libro Iliad. postremo pane extremo: fingit enim sic prahensam ob Achille Priami manum.

— Ἐπὶ καρπῷ χεῖρα γέροντος
Ἔλλαβε δεξιτερήν, μή πως δείσῃ ἐνὶ θυμῷ. ubi Eust. μέγα οὖν εἰς πίστωσιν, τὸ δεξιοῦσθαι, ὅ ἐστι τῶν δεξιῶν χειρῶν ἅπτεσθαι· ὅρα δὲ καὶ ὡς οὐ θέναρος οἱ δεξιούμενοι, ἀλλὰ καρποῦ ἥπτοντο.

Lib. XIV. Cap. I.

A. Πᾶσαι μὲν οὖν ἀρεταὶ τελεῦνται, καθάπερ ἐν ἀρχᾷ διώρισται ἐν λόγῳ, ἐκ προαιρέσιος, καὶ δυνάμιος· τούτων δὲ καθ' ἑαυτὸ ἕκαστον, οὐκ ἀρετᾶς μέρος ἐντί, ἀλλ' αἴτιον ἀρετᾶς. Theages. ἀρχαὶ τᾶς συμπάσας ἀρετᾶς τρεῖς, γνῶσις, καὶ δύναμις, καὶ προαίρεσις· καὶ ἐστὶν ἁ μὲν γνῶσις, ᾇ θεωροῦμεν, καὶ κρίνομεν τὰ πράγματα· ἁ δὲ δύναμις, οἷον ἀλκά τις τῶ σκάνεος ᾇ ὑφιστάμεθα, καὶ ἐμμένομεν τοῖς πράγμασιν· ἁ δὲ προαίρεσις, οἷον χεῖρες ψυχᾶς τινες, αἷς ὁρμῶμεν, καὶ ἀντιλαζύμεθα τῶν πραγμάτων· ἔχει δὲ καὶ ὁ τᾶς ψυχᾶς διάκοσμος οὕτως· τὸ μὲν γάρ τι αὐτᾶς ἐστι λογισμός, τὸ δὲ θυμοειδές, τὸ δὲ ἐπιθυμία· λογισμὸς μὲν οὖν ὁ κρατέων τᾶς γνώσιος, θυμὸς δὲ ὁ κρατέων τῶ μένεος, ἐπιθυμία δὲ ἁ κρατοῦσα τῶ ἐπιθυμητικῶ ἀδέως· ὅκα οὖν ἐς τὸ ἓν τὰ τρία ταῦτα μολῇ, μίαν ἐπιδειξάμενα συναρμογάν, τόκα δὲ γίνεται ἀρετά, καὶ ὁμολογία ἐν τᾷ ψυχᾷ· ὅκα δὲ στασιάζοντι, καὶ ἀπ' ἀλλήλων ἀποσπᾶσθαι, τόκα δὲ γίνεται κακία, καὶ ἀναρμοστία ἐν τᾷ ψυχᾷ· καὶ ὅκα μὲν ὁ λογισμὸς ἐπικρατῇ τῶν ἀλόγων μερέων τᾶς ψυχᾶς, τόκα δὲ γίνεται καρτερία, καὶ ἐγκράτεια· καρτερία μὲν ἐν τᾷ κατοχᾷ τῶν πόνων, ἐγκράτεια δὲ ἐν τᾷ κατοχᾷ τῶν ἡδέων· ὅκα δὲ τὰ ἄλογα μέρεα τᾶς ψυχᾶς ἐπικρατέει τῶ λογισμῶ, τόκα δὲ γίνεται μαλακία, καὶ ἀκρατία, &c. μαλακία μὲν ἐν τῷ φεύγειν τὼς πόνως. ἀκρατία δὲ ἐν τῷ νικᾶσθαι ὑπὸ τῶν ἡδέων· ὅκα δὲ τὸ μὲν κρέσσον ἄρχῃ τᾶς ψυχᾶς, τὸ δὲ χέρηον ἄρχηται, καὶ τὸ μὲν ἡγῆται, τὸ δὲ ἕπηται, ἀμφότερα δὲ συνευδοκέῃ, καὶ συνομολογῇ ἀλλάλοις, τόκα δὲ γίνεται ἀρετά, καὶ ποτάγαθα περὶ ὅλαν τὰν ψυχάν· ἐν ὅκα μὲν τὸ ἐπιθυμητικὸν ἕπηται μέρος τᾶς ψυχᾶς τῷ λογιστικῷ, γίνεται σωφροσύνα· οὐκ δὲ τὸ θυμοειδές, ἀνδρεότης, &c. sic de ceteris. mox ὅκα μὲν οὖν ἐν τῷ θεωρεῖν, καὶ κρίνειν γίνηται ἁ ἀρετά, καλέεται φρόνασις· ὅκα δὲ ἐν τῷ ὑφίστασθαι τὰ ἡδέα, σωφροσύνη· ὅκα δὲ ἐν τῷ κέρδεος ἀπέχεσθαι, καὶ βλάβας τὰς εἰς τὸν πλάσιον, δικαιότας· ἁ δὲ κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον αὐτᾶς σύνταξις, καὶ παρὰ τὸν ὀρθὸν λόγον, παραβάσις, τῷ δέοντος ἐν τι στοχασμός, καὶ τὸ μὴ δέοντος ἐπιτήδευσις· ἐστὶ δὲ τὸ μὲν δέον, ὃ δεῖ ἡμεν τοῦτο οὐκ ἀφαιρέσιος, οὔτε ποτθέσιος

δέεται

δέονται· αὐτὸ γάρ ἐστιν, ὃ δεῖ ἦμεν· τῶ δὲ μὴ δέοντος εἴδεα δύο· τὸ μὲν ὑπερβολά, τὸ δὲ ἔλλειψις· καὶ ἃ μὲν ὑπερβολά, τὸ πλέον τῶ δέοντός ἐστιν· ἃ δὲ ἔλλειψις, τὸ ἔλαττον· ἃ δὲ ἀρετά, ἕξις τις ἔντι τῶ δέοντος· διόπερ καὶ ἀκρότας, καὶ μεσότας ἐντί· οὕτω γὰρ καὶ μεσότατος τυγχάνοντι καὶ ἀκρότατος· μεσότατος μέν, ὅτι ἐκτὸς τᾶς ὑπερβολᾶς, καὶ τᾶς ἐλλείψιος πίπτοντι· ἀκρότατος δέ, ὅτι οὔτε προσθέσιος, οὔτ᾽ ἀφαιρέσιος δέονται· αὐτὸ γὰρ ἔντι τοῦτο, ὃ δεῖ αὐτὰ ἦμεν.

B. Ἀρετὰ ἔντι ἀνθρώπω τελειότας φύσιος ἀνθρώπω· ἕκαστον γὰρ τῶν ἐόντων τέλειον, καὶ ἄκρον γίνεται κατὰ τὰν οἰκείαν τᾶς ἀρετᾶς φύσιν· ἀνάγκη δ᾽ ἀρετὰν πᾶσαν τρία ταῦτ᾽ ἔχειν, λόγον, καὶ δύναμιν, καὶ προαίρεσιν· λόγον μέν, ᾧ κρίνει καὶ θεωρεῖ· δύναμιν δέ, ᾧ ἀντέχει, καὶ κρατεῖ· προαίρεσιν δέ, ᾧ στέργει, καὶ ἀγαπᾷ τὸ λογικόν. τὸ ἄλογον· λογιστικῷ κρίνομες, καὶ θεωρέομες· ἀλόγῳ ὁρμᾶμες, καὶ ἐλεγόμεθα· ταῦτα δὲ ἀλλήλοις συμφωρεῦντι, ἢ διαφωνεῦντι· ἃ δὲ μάχα, καὶ διαφωνία γίνεται αὐτοῖς δι᾽ ὑπερβολάν, ἢ ἔλλειψιν· τὸ δὲ πλῆθος τῶν ἀρετᾶν ἁπασᾶν ἐκ τῶν μερέων τᾶς ψυχᾶς κατίδοι κά τις, ὡσαύτως δὲ καὶ τὰν γένεσιν, καὶ τὰν σύστασιν τᾶς ἀρετᾶς.

CAP. II.

A. Ἔφη δὲ Νικόλαος, ὁμοίαν εἶναι τὴν ὅλην παιδείαν ἀποδημίᾳ· ὡς γὰρ ἐν ταύτῃ συμβαίνει τοῖς ἀποδημοῦσι, καὶ μακρὰν ὁδὸν διεξιοῦσιν, ὅπου μὲν ἐγκαταχθῆναί τι, καὶ ἐναυλισθῆναι μόνον, ὅπου δὲ [illegible]· ὅπου δὲ πλείους ἐνδημεῖν ἡμέρας, ἐνίους δὲ τόπους ἐκ παρόδου θεωρεῖν, ἐπανελθόντας μέντοι τῆς ἑαυτῶν ἐνοικεῖν ἑστίας· οὕτω καὶ διὰ τῆς ὅλης παιδείας διερχομένους, δεῖν ἐν οἷς μὲν ἐπιτηδεύμασιν ἐπὶ πλεῖον ἐνδιατρίβειν, ἐν οἷς δ᾽ ἐπ᾽ ἔλαττον· καὶ μὲν ὅλα, τὰ δὲ ἐκ μέρους, τὰ δὲ ἄχρι στοιχειώσεως παραλαμβάνειν, καὶ τὸ ἐκείνων χρήσιμον καταλαβόντας ἐπὶ τὴν ὡς ἀληθῶς πατρῴαν ἑστίαν ἀνελθόντας φιλοσοφεῖν.

CAP. V.

A. Τοῦ μὲν γὰρ ἑκουσίου καὶ παῖδες, καὶ τἄλλα ζῷα κοινωνεῖ· προαιρέσεως δὲ οὔ· καὶ τὰ ἐξαίφνης ἑκούσια μὲν λέγομεν, κατὰ προαίρεσιν δ᾽ οὔ. ἥκιστα γὰρ τὰ διὰ θυμὸν κατὰ προαίρεσιν εἶναι δοκεῖ.

Οὐκ ἔστι δὲ προαιρετὸν οὐδὲν γεγονός· οἷον οὐδεὶς προαιρεῖται Ἴλιον πεπορθηκέναι, οὐδὲ γὰρ βουλεύεται περὶ τοῦ γεγονότος, ἀλλὰ περὶ τοῦ ἐσομένου.

B. Ζητεῖται δὲ πότερον κυριώτερον τῆς ἀρετῆς ἡ προαίρεσις, ἢ αἱ πράξεις.

C. Πράξεως μὲν οὖν ἀρχή, προαίρεσις, ὅθεν ἡ κίνησις· ἀλλ᾽ οὐχ οὗ ἕνεκα· προαιρέσεως δὲ ὄρεξις, καὶ λόγος ὁ ἕνεκά τινος.

Ἔστι δὲ ἡ μὲν βούλησις, μετὰ λόγου ὄρεξις ἀγαθοῦ· οὐδεὶς γὰρ βούλεται, ἀλλ᾽ ἢ ὅ,τι ἂν οἰηθείη εἶναι ἀγαθόν.

CAP. VI.

A. Θεῖναι δέ φασι καὶ νόμους τὴν Ἶσιν, καθ᾽ οὓς ἀλλήλοις διδόναι τοὺς ἀνθρώπους τὸ δίκαιον, καὶ τῆς ἀθέσμου βίας, καὶ ὕβρεως παύσασθαι διὰ τὸν ἀπὸ τῆς τιμωρίας φόβον· διὸ καὶ τοὺς παλαιοὺς Ἕλληνας τὴν Δήμητραν θεσμοφόρον ὀνομάζειν, ὡς τῶν νόμων πρῶτον ὑπ᾽ αὐτῆς τεθειμένων. mox. Τιμᾶσθαι δ᾽ ὑπ᾽ αὐτοῦ μάλιστα πάντων τὸν Ἑρμῆν, διαφόρῳ φύσει κεχορηγημένον πρὸς ἐπίνοιαν τῶν δυναμένων ὠφελῆσαι τὸν κοινὸν βίον.

B. Ἐγὼ Ἶσίς εἰμι ἡ βασίλισσα πάσης χώρας, ἡ παιδευθεῖσα ὑπὸ Ἑρμοῦ· καὶ ὅσα ἐγὼ ἔδησα, οὐδεὶς δύναται λῦσαι· ἐγώ εἰμι ἡ τοῦ νεωτάτου Κρόνου θεοῦ θυγάτηρ πρεσβυτάτη· ἐγώ εἰμι γυνὴ καὶ ἀδελφὴ Ὀσίριδος βασιλέως· ἐγώ εἰμι ἡ πρώτη καρπὸν ἀνθρώποις εὑροῦσα· ἐγώ εἰμι μήτηρ Ὥρου τοῦ βασιλέως· ἐγώ εἰμι ἡ ἐν τῷ ἄστρῳ τῷ κυνὶ ἐπιτέλλουσα· ἐμοὶ Βούβαστος ἡ πόλις ᾠκοδομήθη. χαῖρε, χαῖρε Αἴγυπτε ἡ θρέψασά με.

C. Ἀντίγονος πρός τινα μακαρίζουσαν αὐτὸν γραῦν, εἰ ᾔδεις, ἔφη, ὦ μῆτερ, ὅσων κακῶν μεστόν ἐστι τουτὶ τὸ ῥάκος, δείξας τὸ διάδημα, οὐκ ἂν ἐπὶ κοπρίας κείμενον αὐτὸ ἐβάστασας.

CAP. VII.

A. Ποῖά τε, καὶ πῶς, καὶ διὰ τίν᾽ αἰτίαν γίγνεται. Ἀνακλωμένη μὲν οὖν ἡ ὄψις ἀπὸ πάντων φαίνεται τῶν λείων· τούτων δ᾽ ἐστὶ καὶ ἀήρ, καὶ ὕδωρ· γίγνεται δ᾽ ἀπὸ μὲν ἀέρος, ὅταν τύχῃ συνιστάμενος· διὰ δὲ τὴν τῆς ὄψεως ἀσθένειαν πολλάκις καὶ ἄνευ συστάσεως ποιεῖ ἀνάκλασιν· οἷον ποτὲ συνέβαινέ τινι πάθος ἠρέμα, καὶ οὐκ ὀξὺ βλέποντι· ἀεὶ γὰρ εἴδωλον ἐδόκει προηγεῖσθαι βαδίζοντι αὐτῷ ἐξ ἐναντίας βλέπον πρὸς αὐτόν. τοῦτο δὲ ἔπασχε διὰ τὸ τὴν ὄψιν ἀνακλᾶσθαι πρὸς αὐτόν· οὕτω γὰρ ἀσθενὴς ἦν, καὶ λεπτὴ πάμπαν ὑπὸ τῆς ἀρρωστίας, ὥστε ἔνοπτρον ἐγίνετο καὶ ὁ πλησίον ἀήρ, καὶ οὐκ ἠδύνατο ἀπωθεῖν, ὡς ὁ πόρρω, καὶ πυκνός. Γίνεται δὲ καὶ τοὐναντίον ἐνίοτε, οἷον συνέβη Ἀντιφέροντι τῷ Ὠρείτῃ, καὶ ἄλλοις ἐξισταμένοις· τὰ γὰρ φαντάσματα ἔλεγον ὡς γινόμενα, καὶ ὡς μνημονεύοντες. τοῦτο δὲ γίγνεται, ὅταν τις τὴν μὴ εἰκόνα, ὡς εἰκόνα θεωρῇ· αἱ δὲ μελέται τὴν μνήμην σώζουσι, τῷ ἐπαναμιμνήσκειν· τοῦτο δ᾽ ἐστὶν οὐδὲν ἕτερον, ἢ τὸ θεωρεῖν πολλάκις, ὡς εἰκόνα, καὶ μὴ ὡς καθ᾽ αὑτό.

Τοῦ δὲ

C. Τοῦ δὲ τοὺς πόῤῥωθεν ὁρᾶν, καὶ τὴν ἀπὸ τῶν πόῤῥωθεν ὁρατῶν ἀφικνεῖσθαι κίνησιν, ἡ θέσις αἰτία τῶν ὀφθαλμῶν· τὰ μὲν γὰρ ἐξόφθαλμα, οὐχ ὁρῶντα πόῤῥωθεν· τὰ δ᾽ ἐντὸς ἔχοντα τὰ ὄμματα ἐν κοίλῳ κείμενα ὁρατικὰ τῶν πόῤῥωθεν διὰ τὸ τὴν κίνησιν μὴ σκεδάννυσθαι εἰς ἀχανές. ἀλλ᾽ εὐθυπορεῖν· οὐδὲν γὰρ διαφέρει τὸ λέγειν ὁρᾶν, ὥσπερ τινές φασι, τῷ τὴν ὄψιν ἐξιέναι.

D. Αὐ γὰρ μή ἐστι πρὸ τῶν ὀμμάτων, διασκεδαννυμένην ἐλάττω ἀνάγκη προσπίπτειν τοῖς ὁρωμένοις, καὶ ἧττον τὰ πόῤῥωθεν ὁρᾶν.

E. Τοῦ μὲν γὰρ οὕτω ὀξὺ ὁρᾶν, ὥστε διαισθάνεσθαι τὰς διαφοράς, ἐν αὐτῷ τῷ ὄμματι ἐστιν ἡ αἰτία· ὥσπερ γὰρ ἐν ἱματίῳ καθαρῷ, καὶ αἱ μικραὶ κηλῖδες ἐπίδηλοι γίνονται, οὕτω καὶ ἐν τῇ καθαρᾷ ὄψει, καὶ αἱ μικραὶ κινήσεις δῆλαι, καὶ ποιοῦσιν αἴσθησιν.

Cap. IX.

A. Αμειβαδὸν περιέδραμεν οἰκουμένην· οὐδένας ἀνθρώπων εἶμαι ἀπειράτους τοῦ νοσήματος καταλελοιπώς. ἀλλά τινας μὲν τὸ πρῶτον χειμῶνος ἀρχομένου κατεῖχεν· ἑτέρους δὲ ἦρος διαπλέοντος, ἄλλους θερίζοντος, ἐν χῷ δὲ καὶ μετοπώρου προϊόντος.

B. Λοιμοῦ δὲ τὴν Ἑλλάδα κατέχοντος, ποιήσασθαι τὴν θυσίαν ὑπὲρ ἁπάντων τῶν Ἑλλήνων· γενομένης δὲ τῆς θυσίας κατὰ τὴν τοῦ σειρίου ἄστρου ἐπιτολὴν καθ᾽ ἣν συνέβαινε πνεῖν τοὺς ἐτησίας, λῆξαι τὰς λοιμικὰς νόσους.

Cap. X.

A. Ἕξις δὲ ἡ ἐναντία τῶν ἐναντίων οὔ, οἷον ἀπὸ τῆς ὑγιείας οὐ πράττεται τὰ ἐναντία, ἀλλὰ τὰ ὑγιεινὰ μόνον.

B. Δυνάμεις μὲν γάρ, καὶ ἐπιστήμη δοκεῖ τῶν ἐναντίων ἡ αὐτὴ εἶναι.

C. Πᾶσαι γὰρ τέχναι, καὶ ποιητικαί, καὶ αἱ ἐπιστῆμαι δυνάμεις εἰσίν.

Cap. XI.

A. Καὶ ἵππον, ὃν εἰλήφει παλαιότερον. δίδωσι τῷ κωμάρχῃ ἀναθρέψαντι καταθῦσαι. ὅτι ἤκουεν αὐτὸν ἱερὸν εἶναι τοῦ ἡλίου, δεδιὼς μὴ ἀποθάνῃ.

C. Παρ᾽ οἷς ποτε περσεὺς ἐδαίσατο λαγέτας θύματ᾽ ἐσθλὰ θεῶν κλειτὰς ὄνων ἑκατόμβας.

B. Θεὸν δὲ ἥλιον μόνον ἡγοῦνται, τούτῳ δὲ ἵππους θύουσι.

D. Προσήκει δὲ καὶ ἀνίσχοντι τῷ ἡλίῳ εὔχεσθαι, πῶλον αὐτῷ καταθύσοντας λευκὸν δὲ, καὶ ἄντων.

Cap. XII.

A. Ἐπειδὰ καὶ δέκα ἔτη ἦγε, ὅτ᾽ ἦρξεν, ἐστὶ τὸ στρατόπεδον ἐπῆλθε, καὶ ἀναγνοὺς ὅσα ὁ Σεβίκας ἐγγεγράφει, ὑπέσχετο αὐτοῖς ὅσα ὁ Κλαύδιος ἐδεδώκει· πεμπόντων δὲ καὶ πρὸς τὴν βουλὴν πρὸς τοῦ Σενάκου καὶ αὐτοὺς γραφέντα ἀνέγνω, ὥστε καὶ ἐς ἀγορὰν στήλην ἐγγραφῆναι, καὶ ἐν ταῖς νέαις τῶν ἀεὶ ὑπάτων ἀρχαῖς ἀναγιγνώσκεσθαι ψηφισθῆναι.

B. Καὶ περὶ τι τῶν τοῦ Αὐγούστου πράξεων σὺν τὸ ἄλλους ὤρκησε, καὶ αὐτὸς ἐπισεύθη. & mox. τότε δὲ λόγους τινὰς ἐν τῇ γερουσίᾳ τοῦ τε Αὐγούστου, καὶ τοῦ Τιβερίου καλὰ δόγματα ἀναγιγνωσκομένους, ὥστε καὶ μέχρι τῆς ἑσπέρας σὺν βουλευτὰς παρατεῖναι, ἔπαυσεν, ἀρκοῦν εἶναι φήσας, ἐν ταῖς στήλαις αὐτοὺς ἐγγεγράφθαι.

Cap. XIII.

A. Ἐπέτρεψε δὲ καὶ ταῖς εἰκάσταις κατηγορίαις πεισθῆναι τῶν δεσποτῶν. ἐφ᾽ οἷς τισιν ἐθελήσειαν ἐγκλήμασι· δεινὰ γὰρ πάντα ἦν ὅσα μυλλεῖσθαι διὰ τὸ χάριτι, καὶ ὑπαγορεύσει τῇ ἐκείνου τὰ πολλὰ γίνεσθαι, ὥστε ἤδη καὶ κλαυδίου τόλμημα ποιήσασθαι πολυειδοῦς ὁ δοῦλος κατηγορίας.

B. Τῶν δὲ δὴ τοῦ καίσαρος φονέων συχνοὶ μὲν ἐς τὴν τοῦ παιδὸς αὐτοῦ χάριν συχνοὶ δὲ καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων προσποιούμενοι κατηγόρουν· χρήματά τι ἐκ τῆς τοῦ ἁλόντος οὐσίας. ἢ τὴν τιμὴν ἢ τὴν ἀρχὴν τὴν ἐκείνου εἴ τινα ἄρα εἶχεν ἦν, τό, τε μηκέτι μετ᾽ αὐτόν, τούς τε υἱεῖς, τούς τε ἐγγόνους αὐτοῦ στρατεύεσθαι, ἐλάμβανον, τῶν γε μὲν δικασάντων σφίσιν. οἱ, &c.

Cap. XIV.

A. Τόφρα δ᾽ ἄρ᾽ Ἀρήτη ξείνῳ περικαλλέα χηλὸν
Ἐξέφερεν θαλάμοιο, ἐνὶ δ᾽ ἐτίθει κάλλιμα δῶρα,
Ἐσθῆτα, χρυσόν τε, τά οἱ Φαίηκες ἔδωκαν,
Ἐν δ᾽ αὐτὴ φᾶρος θῆκε, καλόν τε χιτῶνα καὶ μῦθον φωνήσασα.
Αὐτὸς νῦν ἴδε πῶμα, θοῶς δ᾽ ἐπὶ δεσμὸν ἴηλον.
Μή τίς τοι καθ᾽ ὁδὸν δηλήσεται.

Παλαιὸν δέ φασιν ἔθος ἦν κατασφαλίζεσθαι δεσμοῖς· ἡ γὰρ κλεὶς, νεωτέρων, καὶ λακώνων εὕρημα, καὶ ἐστὶν ἀσφαλέστερον δεσμοῦ ποικίλου, τὸ κλείδιον, καὶ μάλιστα τὸ κανοπεὶς, ὃ μισοῦσιν αἱ παρὰ τῷ κωμικῷ δειπνολόχοι γυναῖκες.

Ἀσφαλὴς δὲ ὡς εἰκὸς ἦν ὁ ποιὸς δεσμὸς· καὶ δύναται καὶ ὡς παροιμίαν κεῖσθαι ὁ τοῦ ὀδυσσείως δεσμός, ἐπὶ τῶν σφραγιζομένων ἀσφαλῶς.

B. Οὗ εἰ ἀννίβας ὁ καρχηδονίων στρατηγὸς μαρκέλλου τοῦ ὑπάτου ἀποθανόντος ἐπιστὰς τῷ σώματι αὐτοῦ, ὡς εἶδε τὰ ἐν τραύματα πάντα ἐπίστερνα ἐπῄνεσε μὲν ὡς στρατιώτην· ἐπέσκωψε δὲ ὡς στρατηγόν. καὶ τὸν αὐτοῦ δακτύλιον περιελὼν ἐτύπωσεν ἐπιστολαῖς.

C. Ἀλλὰ καὶ τὸν δακτύλιον οὐκ ἐπ' ἄρθρῳ φορητέον τοῖς ἀνδράσι. γυναικεῖον γὰρ τοῦτο, εἰς δὲ τὸν μικρὸν δάκτυλον· καὶ τοῦτο ὡς τάχιστα καθιέναι· ἔσται γὰρ οὕτως ἐνεργὴς ἡ χείρ, ἐν οἷς αὐτῆς δεόμεθα, καὶ οὐ ῥᾷστα ὁ σημαντὴρ ἀποπεσεῖται τῇ μείζονι τοῦ ἄρθρου κονδύλῳ φυλαττόμενος.

D. Αἱ δὲ σφραγῖδες ἡμῖν ἔστων πελειάς, ἢ ἰχθύς, ἢ ναῦς οὐριοδρομοῦσα, ἢ λύρα μουσική, ᾗ κέχρηται Πολυκράτης, ἢ ἄγκυρα ναυτική, ἣν Σέλευκος ἐνεχαράττετο τῇ γλυφῇ· κἂν ἁλιεύων τις ᾖ, ἀποστόλου μεμνήσεται, καὶ τῶν ἐξ ὕδατος ἀνασπωμένων παιδίων· οὐ γὰρ εἰδώλων πρόσωπα ἐναποτυπωτέον, οἷς καὶ τὸ προσέχειν ἀπείρηται· οὐδὲ μὴν ξίφος, ἢ τόξον τοῖς εἰρήνην διώκουσιν· ἢ κύπελλα, τοῖς σωφρονοῦσι. πολλοὶ δὲ τῶν ἀκολάστων γεγυμνωμένους ἔχουσι τοὺς ἐρωμένους, ἢ τὰς ἑταίρας ὡς, μηδὲ ἐθελήσασιν αὐτοῖς λήθην ποτὲ ἐγγενέσθαι δυνηθῆναι τῶν ἐρωτικῶν παθημάτων, διὰ τὴν ἐνδελεχῆ τῆς ἀκολασίας ὑπόμνησιν.

E. Δίδωσιν οὖν αὐταῖς δακτύλιον ἐκ χρυσίου, οὐδὲ τοῦτον εἰς κόσμον, ἀλλ' εἰς τὸ ἀποσημαίνεσθαι τὰ οἰκοφυλακῆς ἄξια διὰ τὴν ἐπιμέλειαν τῆς οἰκουρίας. εἰ γὰρ οἱ πάντες ἦσαν πεπαιδαγωγημένοι, οὐδὲν τῶν σφραγίδων ἔδει, ἐπίσης ὄντων δικαίων, καὶ οἰκετῶν, καὶ δεσποτῶν· ἐπεὶ δὲ ἡ ἀπαιδευσία πολλὴν ἐνδίδωσι ῥοπὴν εἰς ἀδικίαν, σφραγίδων ἐδεήθημεν.

F. Εἰ δὲ ἄρα δέοι καὶ ἡμᾶς ἐμπολιτευομένους, καὶ ἄλλας τινὰς τῶν κατ' ἀγρὸν διοικουμένους πράξεις, πολλάκις δὲ, καὶ τῶν γυναικῶν γινομένους ὑπὲρ ἀσφαλείας ἀποσφραγίζεσθαί τινα. δίδωσιν καὶ ἡμῖν εἰς τοῦτο σημαντῆρα, τοὺς δὲ ἄλλους ἀπορριπτέον δακτυλίους.

Cap. XVI.

A. Ὅλως δὲ τὰ ζῶα διαφέρει κατὰ τοὺς τόπους· ὥσπερ γὰρ ἔν τισιν ἔνια οὐ γίνεται παντελῶς, οὕτως ἐν ἐνίοις τόποις γίνεται μέν, ἐλάττω δὲ καὶ ὀλιγοχρονιώτερα, καὶ οὐκ εὐημερεῖ. καὶ ἐνίοτε ἐν τοῖς πάρεγγυς τόποις ἡ διαφορὰ γίνεται τῶν τοιούτων mox. ἐν Ἰθάκῃ δὲ οἱ δασύποδες ἐάν τις ἀφῇ κομίσας, οὐ δύνανται ζῆν, ἀλλὰ φαίνονται τεθνεῶτες πρὸς τῇ θαλάττῃ ἐστραμμένοι, ᾗ περ ἂν εἰσαχθῶσι.

B. Οὐδὲ γὰρ τοὺς λαγωδοῦς ἐπιχωρίους εἶναί φασιν, ἀλλὰ κομισθέντων ἐκ τῆς περαίας, ὑπό τινος ἄρρενος, καὶ θηλείας φύεσθαι τὴν ἐπιγονήν, ἣ τοσαύτη κατ' ἀρχὰς ὑπῆρχεν, ὥστε καὶ οἴκους ἀνατρέπειν ἐκ τῆς ὑπονομῆς, καὶ δένδρα, καὶ ἐπὶ τοὺς ῥωμαίους ὥσπερ εἶπον, libro videlicet secundo, ἀναγκασθῆναι καταφυγεῖν τοὺς ἀνθρώπους.

Cap. XIX.

D. Οὗτος ὁ Γερτύνιος ὕδωρ ψυχρότατον παρέχεται ποταμῶν.

A. Περὶ δὲ τοῦ κύδνου, καὶ τῆς ἱερᾶς τοῦ Ἀπόλλωνος ἐν Περσῶν μαχαίρας, ὦ φίλε Δημήτριε, σοῦ λέγοντος ἠκούσαμεν, ὡς ὁ κύδνος μᾶλλον ἐκκαθαίροι σίδηρον ἐκεῖνον, οὔ τι ὕδωρ ἄλλο τὴν μάχαιραν, ἢ ἐκεῖνο.

B. Κύδνῳ τι σκολιοῖο μέσην διὰ ταρσὸν ἰόντος.
Ταρσὸν ἐϋκτιμένην, ἔνθα δή ποτε πήγασος ἵππος
Ταρσὸν ἀφεὶς, χώρῳ λίπεν οὔνομα, τῆμος ἀφ' ἵππου

C. Ἐς Διὸς ἱέμενος πέσεν ἥρως Βελλεροφόντης.

E. Εἶτα Ἀλέξανδρος μὲν ἐπιθύμησεν ἐν τῷ κύδνῳ λούσασθαι, καλόν τε καὶ διαυγῆ τὸν ποταμὸν ἰδών, καὶ ἀσφαλῶς βαθύν, καὶ προσηνῶς ἔξω, καὶ νήξασθαι ἡδύν, καὶ θέρους ὥρᾳ ψυχρόν. ὥστε καὶ ὅτι προσδήλῳ τῇ νόσῳ, ἣν ἐνόσησεν ἀπ' αὐτοῦ, δοκεῖ μοι οὐκ ἂν τοῦ λουτροῦ ἀποσχέσθαι.

Cap. XX.

A. Γείνατο δ' αὖ κύκλωπας, ὑπέρβιον ἦτορ ἔχοντας, Βρόντην τε, Στερόπην τε, καὶ Ἄργην ὀβριμόθυμον· οἳ Ζηνὶ βροντήν τ' ἔδοσαν, τεῦξαί τε κεραυνόν· οἱ δή τοι τὰ μὲν ἄλλα θεοῖς ἐναλίγκιοι ἦσαν, μοῦνος δ' ὀφθαλμὸς μέσσῳ ἐνέκειτο μετώπῳ. κύκλωπες δ' ὄνομ' ἦσαν ἐπώνυμον, οὕνεκ' ἄρα σφέων κυκλοτερὴς ὀφθαλμὸς ἕεις ἐνέκειτο μετώπῳ, ἰσχύς τ', ἠδὲ βίη, καὶ μηχαναὶ ἦσαν ἐπ' ἔργοις.

Cap. XXIII.

A. Διὰ τί ἡ γαστὴρ μόνον λεπτύνεται τῶν γυμναζομένων; ἢ ὅτι πλείστη ἡ πιμελὴ περὶ τὴν γαστέρα; rursus. διά τι τὸ πῖον τετριμμένον γίγνεται τοῖς πονοῦσιν; ἢ διότι τὸ πῖον τήκεται μὴ θερμαινόμενον; ἡ δὲ κίνησις θερμαίνει, ἡ δὲ σὰρξ τήκεται.

B. Ταῖς μὲν γὰρ πιοτέραις γινομέναις, τοῖς δ' εὐεκτικωτέροις τὸ σῶμα, καταναλίσκεται τὸ περίττωμα τὸ σπερματικόν· καὶ ταῖς μὲν οὐ γίγνεται τὰ καταμήνια, τοῖς δὲ ἡ γονή.

C. Διὸ τῶν μεγαλοκοιλίων οὐδέν, οὐδὲ τῶν μεγαλοφλεβίων πῖον ἐστὶ κατὰ σάρκα· ἀλλὰ τὰ πάντα, ἢ τὰ πλεῖστα τούτων ἀδηλόφλεβα καὶ μικροκοίλια φαίνεται. Τά τε γὰρ πῖονα, ἧττόν ἐστι σπερματικὰ τῶν ἀπιμελῶν.

Cap. XXIV.

A. Ὄφρ' ἀρετὴν παρέχωσι θεοί, καὶ γούνατ' ὀρώρῃ.

B. Παρακαλῶν περὶ τοῦ τὸν γυμνασίαρχον, τῶν ἰσχίων αὐτοῦ ἥψατο. ἀγανακτοῦντος δέ, ἔφη. Τί γάρ; οὐχὶ καὶ ταῦτά σά ἐστι; καθάπερ καὶ τὰ γόνατα.

Ὅτι

C. Ὅτι ἐπὶ πραγμάτων ἀποβάσεως ἀδήλου, οἰκεῖον εἰπεῖν τὸ, ταῦτα μὲν θεοῦ ἐν γούνασι κεῖται, ἀντὶ τοῦ ἐν δυνάμει, ἢ ἱκεσίᾳ θεοῦ.

D. Καὶ σημείωσαι, ὅτι ὅμηρος μὲν τὸ γόνυ κάμψειν, ἐπὶ τοῦ καθεσθῆναι λέγει, πρὸς διαφορὰν τοῦ ἵστασθαι οἱ δὲ μεθ' ὅμηρον, ἐπὶ ἱκεσίας. καὶ προσκυνήσεως λέγονται. *& in 7. addit*, ὅτι οὐ μόνον λέγονται ἐπὶ ἀναπαύσεως, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ ὑποταγῆς. καὶ ἐπὶ ἱκετείας.

Lib. XV. Cap. IV.

A. Ὑπογεγράφθαι δὲ καὶ τὸ πλῆθος, συγκεφαλαιούμενον εἰς ἀργυρίου λόγον, εἶναι μυριάδων τριακοσίων, καὶ διακοσίας μυριάδας ἐξῆς δ' ὑπάρχειν τὴν ἱερὰν βιβλιοθήκην. ἐφ' ἧς ἐπιγεγράφθαι ψυχῆς ἰατρεῖον.

Cap. VI.

A. Ἐς μὴ βασκαίνοιτε δὲ τρεῖς εἰς ἐμὸν ἔκλυσε κόλπον,
Ταῦτα γὰρ ἀρχαίαι μεῖζον παρθένος ἐξεδίδαξεν,
Τοιάδε μυθίζουσα. τρεῖς εἰς ἐὸν ἔκλυσε κόλπον,

B. Καί μ' ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ποτὶ τῷ ποδὶ σύγχυο ὕδαν,
Τρεῖς δ' ἀπομαξάμενοι θεοὶ δίδοσαν ἀμμένον,

C. Τρεῖς μὲν ὑπὲρ τάφρου μεγάλ' ἴαχε δῖος Ἀχιλλεύς
Τρεῖς δὲ κυκήθησαν Τρῶες, κλειτοί τ' ἐπίκουροι

D. Τρεῖς εἶναι μοίρας κατὰ τοὺς χρόνους μεμερισμένας· νῆμα δὲ ἀτράκτου. τὸ μὲν ἐξειργασμένον· τὸ δὲ μέλλον· τὸ δὲ περιστρεφόμενον.
Λάχεσιν *futuris destinatam*: κατὰ δὲ τὸ ἐνεστὸς *esse Clotho* συμπεραίνουσαν τά, καὶ κλώθουσαν ἑκάστῳ τὰ οἰκεῖα.

Cap. VIII.

A. Ἡ δὲ τροφὴ πᾶσιν ἐξ ὑγροῦ, καὶ ξηροῦ. *& lib. 1. de plantis cap. 1.*

B. Ὅτι ὁ ἅλς ὑγρὸν ἔχει οὐ πολύ, ὃ ὑπὸ τοῦ θερμοῦ ἐκπυρωματούμενον, καὶ βίᾳ ἐκπιπτόμενον σχίζει τὸν ἅλα, τὸ δὲ σχιζόμενον ἀποτελεῖ ψόφον.

C. Ἡ δὲ τροφὴ, καὶ τὸ αἷμα μικτὸν ἐξ ἀμφοῖν, *scilicet*, γῆς. καὶ ὕδατος.

D. Φασὶ δέ τινες, καὶ διισχυρίζονται. ὅτι αἱ ἀλαλεκτρυόνες ἄνδρα χρείας γίνονται ἐγκύους.

F. Εἰ δὲ τῆς ψάμμου ἐκεῖ, ὡς προέφημεν, ἡ ἁλμυρότης, *& mox vim tantam in sole non inesse*, ἵνα ἐν αὐτῆς ἀπαρτίσῃ, καὶ βεβαιώσῃ συνέχειαν οὐσίας, τοῦ τε καὶ φυτὰ ἐν αὐτῆς, ὡς τὰ πολλὰ οὐ γίνονται.
Αἴτιον δ' ὅτι ἄτροφον, καὶ ὥσπερ ἀζύμωτον τὸ ἁλμυρόν.

E. Διὸ τὴν τε θάλασσαν οἱ ἱερεῖς ἀφοσιοῦνται, καὶ τὸν ἅλα, τυφῶνος ἀφρὸν καλοῦσιν· καὶ τῶν ἀπαγορευομένων ἓν ἐστιν αὐτοῖς ἐπὶ τραπέζης ἅλα μὴ προτίθεσθαι· *qui paulò aliter in Symp. lib. 5. q. 10. Aegyptiorum sacerdotes cum sint castissimi, tradens abstinere à sale, adeo vt pane etiam sine sale vescantur: ac fortasse abstinere à sale professos castitatem, quòd ob calorem, impellat ad venerem, &c.* τοὺς αἰγυπτίους ἱερέας ἁγνοὺς ὄντας ἀπέχεσθαι τὸ παράπαν ἁλῶν· ὥστε καὶ τὸν ἄρτον ἄναλον προσφέρεσθαι. *paulò post.* τοὺς δὲ ἅλας τάχα μὲν ὡς ἐπὶ συνουσίαν ἄγοντας ὑπὸ θερμότητος, ὡς ἔνιοι λέγουσι, φυλάττονται καθαρεύοντες.

G. Τὸ δ' ἐναρμόσιον ἐν ταῖς κοινωνίαις, ταῖς περὶ. *&c.*

H. Ἁλῶν κατὰ λόγον νόμους θεοφιλὲς σῶμα ἐγένετο.

I. Ἀλλ' ἔγωγε ἤδη τινι ἐνέτυχον βιβλίῳ ἀνδρὸς σοφοῦ, ἐν ᾧ ἐνῆσαν ἅλες ἔπειτα θαυμάσιον ἔχοντες, πρὸς ὠφέλειαν.

Cap. IX.

A. Τοῦτο γὰρ ἀρχὴ, καὶ σῶμα τῶν ζώων ἐστί· δῆλον δὲ καὶ κατὰ τὸν λόγον, τὸ γὰρ ζῷον ὁριζόμεθα τῷ ἔχειν αἴσθησιν, πρῶτον δὲ τὴν πρώτην, αὕτη δὲ ἐστὶν ἁφή.

B. Ταύτης δέ ἐστι τὸ τοιοῦτον μόριον αἰσθητήριον. ἤτοι τὸ πρῶτον. *mox.* πάντα ἄλλα τούτου χάριν ὄντα. λέγω δ' οἷον ὀστᾶ, καὶ νεῦρα, καὶ δέρμα, καὶ φλέβες.

C. Τὴν δὲ σάρκα προβολὴν μὲν καυμάτων, πρόβλημα δὲ χειμώνων, ἔτι δὲ πτωμάτων, οἷον τὰ πιλητὰ ἔσεσθαι πλήματα σώμασι μαλακῶς, καὶ πράως ὑπείκουσαν.

D. Τὰ ὀστέα τῷ σώματι στάσιν. καὶ ὀρθότητα, καὶ εἶδος παρέχεται. τὰ δὲ νεῦρα κάμψιν, καὶ ζεύγνυσιν καὶ ἐκτείνουσιν αἱ δὲ σάρκες, καὶ τὸ δέρμα πάντων ξυνδέουσιν, καὶ ξυνέχουσιν.

E. Διαιρεῖται μὲν γὰρ εἰς ὁμοιομερῆ, καθάπερ τῶν ἄλλων σπλάγχνων ἕκαστον· διὰ δὲ τὴν τοῦ σχήματος μορφὴν, ἀνομοιομερής ἐστι.
Ἔχει δὲ καὶ νεύρων πλῆθος ἡ καρδία.

Cap. X.

A. Τὸν πυρίεντα χαλκὸν διάπυρον, καὶ θερμὸν ὄντα ὑπὸ ὕδατος τούτου βάπτεσθαι, *& ωσωσμένων* κατασκευασμάτων *meminit.*

B. Ὦ πορφυρεῶν ὄρνεον ἄγαν ὑπάρχει σῶφρον.
Ὡς εἰ μόνην ἔχειτο πόρνην, εὐθέως θνήσκειν,
Ἀριστοτέλης. σὺν αὐτῷ Αἰλιανὸς, καὶ ἄλλοι
Τὰ περὶ πορφυρεῶνος γράφουσιν ὀρνέου.

Cap. XIII.

A. Χρυσὸν ἀνὴρ εὑρὼν, ἔλιπε βρόχον. αὐτὰρ ὁ χρυσὸν
Ὃν λίπεν οὐχ εὑρὼν, ἧψεν ὃν εὗρε βρόχον.

B. Νοῦς ὁρᾷ. καὶ νοῦς ἀκούει· πῶς ἐνέδωκε τὰν σοφίαν πολλὰς ἐσπηκυίας ἀνέρες. ὧν τὸ κέαρ πάλαι σέσηπται, καὶ συνεσκίατο τρυγί.

C. Καθάπερ δὲ τὸ τοῦ ἡλίου φῶς οὐκ ἔστι θεάσασθαι ἀσθενεῖ, καὶ ἀδυνάτῳ τῇ ὄψει οὕτω καὶ ἔτι μᾶλλον τὴν ἀλήθειαν οὐκ ἔστιν ἰδεῖν ἀσθενεῖ, καὶ ἀδυνάτῳ τῇ διανοίᾳ.

CAP. XIV.

A. —Παρὰ δὲ γλαυκῶπις Ἀθήνη
Εἰδομένη κήρυκι σιωπᾶν λαὸν ἀνώγει & ſæpè.

B. Κήρυκες δ' ἄρα λαὸν ἐρήτυον.
Στῆ δὲ μέσῃ ἀγορῇ, σκῆπτρον δέ οἱ ἔμβαλε χειρὶ.

C. Κῆρυξ. mox. Σκῆπτρα δὲ κηρύκων ἐν χέρσ' ἔχον ἠεροφώνων,
Παύσασθαι πολέμοιο δυσηχέος, εἵνεκα νεκρὼς.
Κείομαι.—
Κῆρυξ. πέμπε δέ σε προίεσαν μνηστῆρες ἀγαυοὶ,
Η εἰπέμεναι δμωῇσιν Ὀδυσσῆος θείοιο.
—Κῆρυξ δὲ μετῴχετο θεῖον ἀοιδὸν.

D. Αὐτὰρ κήρυκα προίεσαν δόμον εἰς Ὀδυσῆος.
Δὴ τότ' ἐγὼν ἑτάρους προίειν πεύθεσθαι ἰόντας
Οἵ τινες ἀνέρες εἶεν ἐπὶ χθονὶ σῖτον ἔδοντες
Ἄνδρε δύο κρίνας, τρίτατον κήρυχ' ἅμ' ὀπάσσας.
— Ὡς κ' ἰθύνοι.
Η μιόνους, καὶ ἄμαξαν εὔτροχον: deinde ἠδὲ καὶ αὐτὸς

E. Νεκρὸν ἄγοι προτὶ ἄστυ—
Κήρυκες δ' ἀνὰ ἄστυ θεῶν ἱερὴν ἑκατόμβην.
Ηγον—
Κήρυκες δ' ἀνὰ ἄστυ θεῶν φέρον ὅρκια πιστὰ,
Ἄρνε δύω, καὶ οἶνον εὔφρονα καρπὸν ἀρούρης.
Ἀσκῷ ἐν αἰγείῳ, φέρε δὲ κρητῆρα φαεινὸν
Κῆρυξ Ἰδαῖος, ἠδὲ χρύσεια κύπελλα,
—αὐτὰρ κήρυκες ἀγαυοὶ
Ὅρκια πιστὰ θεῶν σύναγον, κρητῆρα δὲ οἶνον
Μίσγον' ἀτὰρ βασιλεῦσιν ὕδωρ ἐπὶ χεῖρας ἔχευαν.
Αὐτὰρ ἔπειτα κήρυκες Τρώων, καὶ Ἀχαιῶν εἷμα ἑκάστῳ.

F. Δρᾶν, id eſt, θύειν. βουθυτοῦντες, καὶ σφάζοντες, καὶ μιστύλλοντες, καὶ οἰνοχοοῦντες.
Κήρυκας, ἐν πάσῃς θυσίαις διακονοῦντας ἐμποιεῖ τοῦτον.
—ὁ δ' ἄρα κῆρυξ.
Μοῖραν ἑλὼν ἐπέθηκεν ἀείρας ἐκ σίτου ἀείρας.

G. Κήρυκες δ' ἀπάνευθεν ὑπὸ δρυῒ δαῖτα πένοντο.
Βοῦν δ' ἱερεύσαντες μέγαν ἀμφέπον—

H. Κηρύκειον ξύλον ἔχει ἑκατέρωθεν δύο ὄφεις περιπεπλεγμένους, καὶ ἀντιπροσώπους ἀλλήλοις κειμένους· ὅπερ εἰώθασι φέρειν οἱ κήρυκες μετ' αὐτῶν· καὶ οὐκ ἔξω αὐτοὺς ἀδικεῖν περὶ ὧν ἀπέρχονται σύμβολον δέ ἐστι τὸ μὲν ὀρθὸν ξύλον τοῦ ὀρθοῦ λόγου· τὸ δὲ παρ' ἑκάτερον εἶδος τῶν ὄφεων, τὰ ἀντιπροσώπως στρατόπεδα· ὁ γὰρ ὀρθὸς λόγος, δι' ἀμφοτέρων χωρεῖ

CAP. XV.

A. Θερμότερον γὰρ τὸ αἷμα ἔχει ἡ γυνὴ, καὶ διὰ τοῦτο θερμοτέρη ἐστὶ τοῦ ἀνδρός.

B. Τὰ θήλεα, πρὸς ὕδατος μᾶλλον, ἀπὸ τῶν ψυχρῶν, καὶ ὑγρῶν, καὶ μαλθακῶν αὔξεται, καὶ σίτων, καὶ ποτῶν, καὶ ἐπιτηδευμάτων· τὰ δὲ ἄρσενα, πρὸς πυρὸς μᾶλλον ἀπὸ τῶν ξηρῶν δηλαδὴ, καὶ θερμῶν σίτων τε, καὶ λοιπῆς διαίτης.

C. Ἢν οὖν θῆλυ τεκεῖν βούληται, τῇ πρὸς ὕδατος διαιτήσει χρηστέον· ἢν δὲ ἄρσενα, τῇ πρὸς πυρὸς ἐπιτηδεύσει διαιτητέον.

CAP. XVII.

A. Φασὶν Ἕλληνες, ὅσοι τὸν κόσμον γενητὸν εἶναι λέγουσιν, ὅτι, μετὰ τὸ διαρραγῆναι τὸ Ἔρεβος, καὶ τὸν ἀέρα συστῆναι, καὶ ὑποστῆναι τὴν γῆν πηλώδη, καὶ παντελῶς ἁπαλὴν ἐπιδονώδους, καὶ πομφολυγώδεις ὑμένας ἐκ ταύτης ἀναδοθῆναι, ὡς ὑπὸ τοῦ ἡλίου θερμαινομένων ἡμέρας, νυκτὸς δὲ τρεφομένων τῆς Σεληναίας ὑγρότητι, καὶ μετὰ τὴν αὔξησιν ἐκραγέντων ἀνθρώπους συνέβη γενέσθαι, καὶ παντοίων ζώων ἰδέας πρὸς τὴν συγγένειαν ἐπικρατήσαντος τὴν ὑδατώδη φημι, καὶ γεώδη, καὶ πυρώδη, καὶ ἀερώδη κατεξηραμανθείσης δὲ τῆς γῆς ὑφ' ἡλίου, καὶ μηκέτι γεννᾶν δυναμένης, ἐξ ἀλληλογονίας φασὶ τὴν γένεσιν γενέσθαι· ὅτι δὲ ζῷα γεννᾶν οἶδεν ἡ γῆ δείκνυται πολλαχόθεν, καὶ ἐκ τῶν ἐν Θηβαΐδι τῇ Αἰγυπτίᾳ γεννωμένων μυιῶν μετὰ τὴν τῆς ἀναβάσεως τοῦ Νείλου ὑποχώρησιν.

B. Τοὺς πρώτους ἀνθρώπους ἐκ τῆς Ἀττικῆς ἀναφυῆναι, καθάπερ τὰ λάχανα.
Γεννᾶσθαι δέ φησι τὰ ζῷα ἀπὸ τῆς ἰλύος, ἐκ θέρμης τῆς γῆς, καὶ ἰλὺν παραπλησίαν γάλακτι, οἷον τροφὴν ἀνιείσης οὕτω γε καὶ τοὺς ἀνθρώπους ποιῆσαι.

C. Ζητοῦσι δ' ὅλως οὐ τὸ πάτριον, ἀλλὰ τἀγαθὸν πάντες. εἰκὸς τε τοὺς πρώτους, εἴτε γηγενεῖς ἦσαν, εἴτ' ἐκ φθορᾶς τινος ἐσώθησαν, ὁμοίους εἶναι καὶ τοὺς τυχόντας, καὶ τοὺς ἀνοήτους, ὥσπερ καὶ λέγεται κατὰ τῶν γηγενῶν.

CAP. XVIII.

A. Ὁμοίως δ' ἔχει, καὶ περὶ τὰς ἁρμονίας, ὥς φασί τινες· καὶ γὰρ ἐκεῖ τίθενται εἴδη δύο, τὴν δωριστὶ, τὴν δὲ φρυγιστί.

B. Πρῶτοι περὶ κρητῆρας.

Ἐλλιμένων ἐν αὐλοῖς
Συνοδοὶ Πέλοπος ματρὸς ὀρείας
Φρύγιον ἄεισαν ὕμνον.
Τοὶ δ' ὀξυφώνοις πηκτίδων ψαλμοῖς
Κρέκον Λύδιον νόμον
Νόμον κιθαρῳδικὸν, τρόπον τῆς μελῳδίας ἁρμονίαν ἔχοντα τακτὴν, καὶ ῥυθμὸν ὡρισμένον.

CAP. XIX.

A. Ὅστις γὰρ ἐν κακοῖσι θυμωθεὶς βροτῶν.
Μεῖζον προσάπτει τῆς νόσου τὸ φάρμακον.
Ἰατρὸς ἐστιν οὐκ ἐπιστήμων κακῶν.

CAP. XXI.

A. Τὸ Νικάνορος πάθος, ὅ εἴ τι ἐς τοῦτον ὥρμητο. Φόβος τῆς αὐλητρίδος ὅτι ἀρχομένης αὐλεῖν, ἀκούσειεν αὐτοῦ συμποσίῳ, ὑπὸ δειμάτων ὄχλοι, μόγις ὑπομένειν, ἔφη, ὅτι νὺξ εἴη· ἡμέρης δὲ ἀκούων, οὐδὲν διετρέπετο, καὶ ταῦτα παρέμεινε χρόνον συχνόν.

CAP. XXII.

A. Ὥσπερ μὲν καλεῖται βράγχος, ἐν ᾧ μάλιστα τὰ περὶ τὰς σιαγόνας, καὶ τὰ βράγχια φλεγμαίνει· γίνεται δὲ καὶ ὅπη ἂν τύχῃ τοῦ σώματος· πολλάκις γὰρ καὶ τοὺς πόδας λαμβάνεται, ὅτι δὲ καὶ ἐν τῷ, &c.

B. Τρία δέ εἰσι πάθη. Βράγχη, κραδεα, διάῤῥοια· ἡ μὲν οὖν βράγχη μέρος τι τοῦ σώματος, ἥδε κραδεα, πυρετὸς τῆς κεφαλῆς πόνῳ σημαίνεται δὲ τοῦτο, τὸ καταβεβλῆσθαι τὰ ὦτα, καὶ κατηφῆ εἶναι τὰ ὄμματα· ἡ μὲν οὖν διάῤῥοια ἐστὶν ἀθεράπευτος· τὴν δὲ κραδεαν οἱ νομεῖς ἐγχυματίζουσι. τῆς δὲ βράγχης περιτέμνουσι τὰ στόματα τῶν σπερμιδίων.

CAP. XXIII.

A. Πολλαὶ μὲν ὀργαὶ κυμάτων θαλασσίων,
Πολλαὶ δὲ ποταμῶν καὶ πυρὸς θερμοῦ πνοαί,
Δεινὸν δὲ πενία, δεινὰ δ' ἄλλα μυρία,
Πλὴν οὐδὲν οὕτω δεινὸν, ὡς γυνὴ κακή.

B. Πᾶσα γυνὴ χόλος ἐστίν· ἔχει δ' ἀγαθὰς δύο ὥρας.
Τὴν μίαν ἐν θαλάμῳ, τὴν μίαν ἐν θανάτῳ.

LIB. XVI. CAP. I.

A. Δάφνης, ἢ μυρσίνης κλάδος, ὃν κατέχοντες ὕμνουν τοὺς θεούς.

CAP. II.

A. Δῆλον δὲ τὸ δὲ ὅτι ἐπίμερος ὁ αἰών, εἴ τις ἐθέλοι, ἑπτὰ φαγεῖν, καὶ ποιεῖν μηδὲν· οἱ μὲν πολλοὶ ἀποθνήσκουσιν ἐν αὐταῖς· εἰσὶ δέ τινες οἱ ὑπερβάλλουσιν, ἀποθνήσκουσι δ' ὅμως.

CAP. IV.

A. Λέγουσι τὴν ὑδράργυρον πάντες ἱερῶν χρυσίον,
Τοῦ ποταμοῦ δ' οἱ θέλοντες ποτὲ τὸ ῥεῖθρον κλέψαι.
Βόθρους ὀρύττουσι πολλοὺς τοῦ ποταμοῦ μακρόθεν.
Εἶτα ἱππέα τάχιστον χρυσοῦ βαλόντες δέρος,
Λέγουσι πλησιάσαι μὲν τοῦ ποταμοῦ τῇ κοίτῃ
Εὐθὺς ὁ φεύγει, ὡς πτεροὶ πάλιν εἰς ὀπισθίαν.
Εἰς βόθρους δ' ἡ ὑδράργυρος διώκουσα ἐμπίπτει,
Ἐξ οὗ ἐλθόντες ἄχρουν συλλέγουσιν ἐκείνην.

B. Ὑδράργυρος οὐκ ἐστὶ τῶν αὐτοφυῶν φαρμάκων, ἀλλὰ τῶν σκευαζομένων, ὥσπερ ψιμμύθιόν τε, καὶ ὁ ἰὸς, καὶ ψωρικὸν, καὶ λιθάργυρος· ἔχω δὲ αὐτῆς οὐδεμίαν πεῖραν, οὐθ' ὡς ἀναφυείσης, εἰ καταποθείη, οὔτ' ἔξωθεν ἐπιτιθεμένης.

CAP. V.

A. Παρθένος οὐ σὺ λέληθεν ἀπ' Ἀρκαδίας Ἀταλάντη.
Ἢ ποτε Μαιναλίοιο ἐρασσαμένη φύγεν εὐνήν.

B. Ἠνήσας δὲ τὸ πάγχυ ποδορρώην Ἀταλάντην
Κούρην Ἰασίοιο συνεκλείειν Ἀρκασίδαο
Καὶ ἑ κυνηλασίην τε, καὶ εὐστοχίην ἐδίδαξας,
Οὐ μιν ἐπίκλητοι Καλυδωνίου ἀγρευτῆρες
Μέμφονται κάπροιο· τὰ γὰρ σημήια νίκης
Ἀρκαδίην εἰσῆλθεν, ἔχει δ' ἔτι θηρὸς ὀδόντας
Οὐδὲ μὲν Ὑλαῖόν τε, καὶ ἄφρονα Ῥοῖκον ἔολπα
Οὐδέ περ ἐχθαίροντας ἐν ἀΐδι μωμήσασθαι
Τοξότιν· οὐ γὰρ (σφιν λαγόνες συνεπιψεύσονται).

C. Ἑορτή τις ἐστὶ Σικελική, ἐν ᾗ περί τινας κλάδους ἐξάπτοντες πέμματα, καὶ ἀκρόδρυα ἐπιτρέπουσιν ἁρπάζειν.

CAP. VI.

A. Ἡ Νέμεσις παραλέγει τῷ πήχει, τῷ τε χαλινῷ.
Μήτ' ἄμετρόν τι ποιεῖν, μήτ' ἀχάλινα λέγειν.

B. Ἡ Νέμεσις πῆχυν κατέχω, τίνος οὕνεκα; λέξεις.
Πᾶσιν ἀπαγγέλλω, μηδὲν ὑπὲρ τὸ μέτρον.

C. Τοὺς δὲ μετὰ τριτάτην Ἑλένην τίκε θαῦμα βροτοῖσι.
Τὴν ποτε καλλίκομος Νέμεσις φιλότητι μιγεῖσα
Ζηνὶ θεῶν βασιλῆι τίκε κρατερῆς ὑπ' ἀνάγκης.

D Ἀναπόδραστον αἰτίαν οὖσαν κατὰ φύσιν, καὶ αὐτὴν ἀεὶ οὖσαν.
Ὅτι αὐτὴν οὐκ ἄν τις ἀποδράσειε.

E. Θεσμός τε Ἀδραστείας ὅδε· ἥτις ἂν ψυχὴ θεῷ συνοπαδὸς γενομένη κατίδοι τι τῶν ἀληθῶν.

F. Ἐστὶ δέ τις Νέμεσις μεγάλη Διὸς, ἣ τὰ δὲ πάντα
Πρὸς μακάρων ἔλαχε, βωμὸν δέ οἱ εἵσατο πρῶτος.

Ἀδρήστας ποταμοῖο παρὰ ῥόον Αἰσήποιο,
Ἔνθα τε Νεμεσίη τε, καὶ Ἀδρήστεια καλεῖται.

CAP. VII.

A. Ὀψώνιον δὲ ὀχέται κρέας κοινὸς μάζων.

B. Κλίβανα, καὶ ὄρνιθα, καὶ λαγῷα ἑφθὰ.

C. Ἀκραγαντῖνοι τρυφῶσι μὲν, ὡς αὔριον ἀποθανούμενοι· οἰκίας δὲ κατασκευάζονται, ὡς πάντα τὸν χρόνον βιωσόμενοι.

D. Τὸ πιεῖν, τὸ φαγεῖν, τὸ τῆς ἀφροδίτης τυγχάνειν
Τὰ δ' ἄλλα προσθήκας ἅπαντα χρὴ καλεῖν.

CAP. IX.

A. Αὐτὰρ ἀλιζώνων ὁ Δῖος, καὶ Ἐπίστροφος ἦρχον
Ἐλθόντες ἐξ Ἀλόπης, ὅθ' ἀμαζονίδων γένος ἐστί.

B. —Οἵ ῥα τότ' ἦλθον ἀμαζόνες ἀντιάνειραι·
Καὶ γὰρ ἐγὼν ἐπίκουρος ἐὼν μετὰ τοῖσιν ἐλέχθην.

C. Μυθολογοῦσι δέ τινες, ὅτι αἱ ἀμαζονίδες τὸ ἄρσεν γένος τὸ ἑωυτῶν αὐτίκα νήπιον ἐὸν ἐξαρθρέουσι, αἱ μὲν κατὰ γούνατα, αἱ δὲ κατὰ ἰσχία, ὡς δῆθεν χωλὰ γίνοιτο, καὶ μὴ ἐπιβουλεύοιτο ἄρρεν γένος τῷ θήλει· χρέωνται ἄρα τούτοισι χρέονται, ὁκόσα ἢ σκυτίνης ἔργα, ἢ χαλκείης, ἢ ἄλλό τι ἑδραῖον ἔργον.

CAP. X.

A. Οὐ γὰρ ἀμαζονίδες μάλ' ἐπητέες, οὐδὲ θέμιστας,
Τίεσκον πεδίον Δοιάντιον ἀμφινέμοντο,
Ἀλλ' ὕβρις στόεσσα, καὶ ἄφρος ἔργα μέμηλε.

B. ——ἐκ γὰρ ἐκείνης.
Ἰφθίμης φιλότητος, ἀμαζονίδων ἐγένοντο.
Τὴν ποτὲ Σαυρομάτῃσιν ἐπ' ἀνθρώποισι μίγησαν.

C. Σὺ δ' ἐκείνῳ ἡ ποτ' ἀμαζονίδων αἰθέρος ψυχρᾶς ἀπὸ κόλπων ἐρήμους τοξότην βάλλων, γυναικεῖον στρατόν.

D. Σκύθαι δὲ κατ' ἀμαζόνων τῶν ἄρεως θυγατέρων.
Δὴ γὰρ καὶ γένεσιν ἔσσεο Ἄρεος, ἁρμονίης τε

E. Νύμφης, ἥτ' ἄφνη φιλοπτολέμους τίκε κούρας

F. Ἄλσεος ἀκμονίοιο κατὰ πτυχὰς εὐνηθεῖσα.
Ἐσθλὸν ἐνυαλίου γένος ἄρεος——

CAP. XIII.

A. Οὐδὲ νοεῖ ὁ νοῦς τὰ ἐκτὸς, μὴ μετὰ αἰσθήσεως ὄντα.

B. Πᾶσα διδασκαλία, καὶ πᾶσα μάθησις διανοητικὴ ἐκ προϋπαρχούσης γίνεται γνώσεως.

C. Ὅταν τε θεωρῇ, ἀνάγκη ἅμα φαντάσματι θεωρεῖν.

D. Ὁ γὰρ λογισμὸς μνήμη τίς ἐστι ξυνθετικὴ τῶν μετ' αἰσθήσεως ληφθέντων· φαντασιώθη γὰρ ἐναργέως ἡ τε αἴσθησις προπαθὴς, καὶ ἀναπομπὸς ἐοῦσα εἰς διάνοιαν τῶν ὑποκειμένων· ἡ δὲ παραδεξαμένη πολλάκις. εἰς ὅ τι, ὁκοίως ταῦτα τηρήσασα. καὶ εἰς ἑαυτὴν καταθεμένη, ἐμνημόνευσε.

CAP. XIV.

A. Ὅτι κατ' ἄλλην ὅμοιος τῷ Δράκοντι, ἀνθρώπῳ δέ γε τὴν φρόνησιν.

B. Νόμους πολλοὺς ἐφεῦρε τοῖς ἀνθρώποις, καὶ ἀπὸ ἀγριότητος εἰς ἡμερότητα ἤγαγε.

C. Διφυεῖς γὰρ ἦσαν, ἔχοντες ἑκάτερος δύο κεφαλὰς, τέσσαρας δὲ χεῖρας, πόδας σὺν ἴσους, ἓν δὲ σῶμα.

D. Πιθανὸν δ' αὖ ἂν ἄνδρα θεοῖς ἀνακείμενον, καὶ καθαρωτέρᾳ διαίτῃ χρώμενον τῆς γερουσίας ἐπιμήκιστον βιῶναι.

CAP. XVI.

A. Τὴν ῥητορικὴν πειθοῦς δημιουργὸν εἶναι, καὶ τοῦτο κεφάλαιον αὐτῆς εἰς τοῦτο τελευτᾶν.

CAP. XVII.

A. Ὅσα μὲν οὖν ἐστιν ὕδατος, ἐπήγνυται ὑπὸ πυρὸς· λύεται γὰρ ὑπὸ πυρός· τὸ δ' αὐτὸ τῷ αὐτῷ κατὰ ταὐτὸ οὐκ ἐστὶν αἴτιον τοῦ ἐναντίου.
Ἐξατμιζομένου γὰρ τοῦ ὑγροῦ, παχύνεται τὸ ξηρὸν, καὶ ξυνίσταται.

B. Ὅσα μὲν οὖν μὴ παχύνεται ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ, ἀλλὰ πήγνυται. ὕδατός ἐστι μᾶλλον, οἷον οἶνος, καὶ οὖρον, καὶ ὄξος, καὶ κονία, καὶ ὀρρός.

CAP. XVIII.

A. Ἔστι δὲ θερμοῦ μὲν πέψις, ψυχρότητος δὲ ἀπεψία.

B. Μέτρῳ ὕδωρ πίνοντες, ἀμέτρως μάζαν ἔδοντες.

CAP. XIX.

A. Δοκέει δέ μοι, ὃ καλέομεν θερμὸν, ἀθάνατόν τι εἶναι, καὶ νοεῖν, πάντα, καὶ ὁρῆν, καὶ ἀκούειν, καὶ εἰδέναι πάντα, καὶ τὰ ὄντα, καὶ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι. τοῦτο. καὶ ὀνομῆναι μοι αὐτὸ δοκέουσιν οἱ παλαιοὶ αἰθέρα.

CAP. XX.

A. Ἡρακλείδης δὲ ἐν τῷ περὶ νόσων φησὶ, καὶ πανσοφίᾳ ὑφηγήσασθαι αὐτὸν τὰ περὶ τὴν ἄπνουν· ἦν δὲ ὁ πανσοφίας, ὥς φησιν Ἀρίστιππος, καὶ Σάτυρος, ἐρώμενος αὐτοῦ, ᾧ δὴ καὶ τὰ περὶ φύσεως προσπεφώνηκεν οὕτως.

B. Παυσανίην ἰητρὸν ἐπώνυμον ἀγχίτου υἱὸν
Φῶτ' ἀσκληπιάδην πατρὶς ἔθρεψε Γέλα.
Ὃς πολλοὺς μογεροῖσι μαραινομένους καμάτοισι
Φῶτας ἀπέστρεψεν Φερσεφόνης ἀδύτων.

C. Ἢ ὅτι ἐν μὲν τῆς οἰκίας φυλάξαι ὁπωσοῦν ἐστὶ καὶ γὰρ ὁ τοῖχος ἰσχυρὸς, καὶ κλεὶς ἐστὶ, καὶ

οἰκέταις τοῖς ἐν τῇ οἰκίᾳ πᾶσιν ἐπιμελές ἐστιν, ὅπως σώζηται τὰ ἐνόντα· ἐν δὲ τῷ βαλανείῳ, καὶ ἐν τοῖς οὕτω κοινοῖς οὖσιν, ὥσπερ τὸ βαλανεῖον, ῥᾴδιον.

D. Διότι τῶν Ἀθήνησι βαλανείων τὰ πλεῖστα κυκλοειδῆ ὄντα τὰς ἐξαγωγὰς ἔχει κατὰ μέσον, ὅθι χαλκοῦς ὀμφαλὸς ἔπεστι.

Cap. XXI.

A. Ὥσπερ ὁ ὀφθαλμὸς, ἡ κόρη, καὶ ἡ ὄψις, κἀκεῖ ἡ ψυχὴ καὶ τὸ σῶμα, τὸ ζῶον.

B. Οὐ σῶμά ἐστιν ἐντελέχεια ψυχῆς, ἀλλ᾽ αὐτὴ σώματός τινος.

C. Ἔστι δὲ ἡ ψυχὴ τοῦ ζῶντος σώματος αἰτία, καὶ ἀρχή.

D. Διωρίσθαι τὸ ἔμψυχον τοῦ ἀψύχου τῷ ζῆν.

E. Ζῆν λέγομεν αὐτὸ, οἷον νοῦς, αἴσθησις, κίνησις, καὶ στάσις ἡ κατὰ τόπον.

F. Διὸ ψυχή ἐστιν ἐντελέχεια ἡ πρώτη σώματος φυσικοῦ ζωὴν ἔχοντος δυνάμει.

Cap. XXII.

A. Τὴν δεκάδα, δεχάδα ἔλεγον οἱ παλαιοὶ, ὡς δεχομένην πάντα ἀριθμὸν ἐφ᾽ ἑαυτῇ.

B. Κόσμον, οὐρανὸν, πᾶν, εἱμαρμένην, αἰῶνα, κράτος, θεὸν, ἥλιον. παντέλειαν.

C. Ὄφρα θεῷ δεκάτην, ἀκροθίνιά τι κρεμάσαιμεν.
Σταθμῶν ἐκ ζαθέων, καὶ κίονος ὑψηλοῖο.

D. Ὅτι λέγει ἐσχίασεν αὐτὸν ἐν τῷ παντὶ, παρὰ Μουσίας λαβὼν ὁμοίως εἶπεν.

E. Δεκὰς εἴρηται ἀπὸ τοῦ τῶν δύο ἑκὰς εἶναι, δύο ἑκάς τις οὖσα· μονὰς γάρ ἐστι δευτέρα συμπλύουσα τὰ σκεδάννυσθαι μέλλοντα, καὶ διχοτομεῖσθαι.

F. Ἃ μὲν συνῆκα γενναῖα· οἶμαι δὲ, καὶ ἃ μὴ συνῆκα· πλὴν Δηλίου γε δεῖται κολυμβητοῦ.

G. Εἰ μὴ Χρύσιππος ἀσαφῶς ἐγεγράφει, οὐδὲν ἂν εἶχεν οὗτος, ἐφ᾽ ᾧ σεμνύνεται.

Cap. XXIII.

A. Αἱ δὲ μυῖαι ἐκ τῶν σκωλήκων τῶν ἐν τῇ γῇ χωριζομένων κατὰ μέρος.

B. Τὰ δὲ συνδυάζονται μὲν καὶ γεννῶσιν, οὐχ ὁμογενῆ δὲ αὐτοῖς ἀλλὰ σκώληκας μόνον· οὐδὲ γίνονται ἐκ ζώων, ἀλλ᾽ ἐκ σηπομένων ὑγρῶν.

C. Σεμφρὸν δὲ τὴν φύσιν, καὶ φιλεταιρόν θ᾽ ἅμα τύτῳ καὶ γενναῖον, καὶ τὴν τροφὴν ἀναστᾶν.

D. Ὀδόντας δὲ τὰ μὲν ἔχει τέτταρας, ἀλλοιοτέρους δὲ, καθάπερ τὸ τῶν μυιῶν, καὶ τὸ τῶν μελιττῶν γένος.

E. Εἶναι δὲ καὶ μυιῶν γένος ἐφιπτάμενον, ὅταν δάκῃ ἀποθνήσκειν ποιεῖ.

F. Μυῖαι θνήσκουσι περιῤῥαινόμεναι ἐλαίῳ.

G. Μυίας δάκρυον, διὰ τὴν Θηβαίων παροιμίαν, εἰς τὸ ἐν Λεβαδείᾳ μαντεῖον· ἀφ᾽ οὗ εἴρηται καὶ τὸ, παρὰ Βοιωτοῖς μαντεύομαι· ἠσέβησαν, γὰρ καὶ οὗτοι εἰς τὴν ἱέρειαν ἐμβαλόντες αὐτὴν εἰς τὸν ἐν Λεβαδείᾳ λέβητα, ἐρωτικῶς διατεθεῖσαν εἰς ἕνα τῶν θεαρῶν.

Πολλὰ δ᾽ ἔτι ἔχων εἰπεῖν, κατὰ πάντα τὸν λόγον, μὴ καὶ δόξω, κατὰ τὴν παροιμίαν, ἐλέφαντα ἐκ μυίας ποιεῖν.

Lib. XVII. Cap. I.

A. Καὶ ὁ τῆς πατρίδος αὐτῷ καπνὸς λαμπρότερος ὀφθήσεται τοῦ παρ᾽ ἄλλοις πυρός.

B. Πατρίδος δὲ οὔσης τῆς χώρας, θεραπεύειν αὐτὴν δεῖ μᾶλλον, ἢ μητέρα παῖδας, τῷ καὶ δέσποιναν θεὸν αὐτὴν οὖσαν θνητῶν ὄντων γεγονέναι.

C. Πολίτης δ᾽ αὖ τίς ποτε τί ποιῶν ὁρῶν ἀναφανῇ περὶ θεοὺς, ἢ περὶ γονέας, ἢ περὶ πόλιν ἠδικηκὼς τῶν μεγάλων τινὰ, καὶ ἀπορρήτων ἀδικιῶν, ὡς ἀνίατον ἤδη τοῦτον ἴστω ὁ δικαστής.

D. Ἀνδρὶ σοφῷ πᾶσα γῆ βατή· ψυχῆς γὰρ ἀγαθῆς πατρὶς ὁ ξύμπας κόσμος.

E. Ἅπας μὲν ἀὴρ ἀετῷ περάσιμος·
Ἅπασα δὲ χθὼν ἀνδρὶ γενναίῳ πατρίς.

F. Καὶ τῷ φυτῷ μέν ἐστί τις χώρα μᾶλλον ἑτέρας ἑτέρα πρόσφορος, ἐν ᾗ τρέφεται, καὶ βλαστάνει βέλτιον· ἀνθρώπου δὲ οὐδεὶς ἀφαιρεῖται τόπος εὐδαιμονίαν, ὥσπερ οὐδὲ ἀρετὴν, οὐδὲ φρόνησιν.

Cap. II.

A. Οὐκ ἐκ τοῦ τόπου δόξαν λαβεῖν βουλόμενος, ἀλλὰ τόπῳ δόξαν περιθεῖναι προαιρούμενος.
Εὐδοξότερον τὸν τόπον ἠθέλησας ποιῆσαι.

B. Μὴ δεῖν ζητεῖν τοὺς ἀνθρώπους εἴ τινες ἐκ μεγάλων πόλεών εἰσιν, ἀλλ᾽ εἰ μεγάλης πόλεως ἄξιοι.
Οὐ γὰρ τὰ δὲ τοὺς ἄνδρας, ἀλλ᾽ οἱ ἄνδρες ταῦτα κλῶνται.

Cap. III.

A. Ὤχετο μὲν πίστις μεγάλη θεὸς, ᾤχετο δ᾽ ἀνδρῶν
Σωφροσύνη. χάριτές τ᾽ ὦ φίλε γῆν ἔλιπον.

B. Ἔλαφος φιλίας, καὶ πῶλός σου χαρίτων ὁμιλεῖ τι σοί.

C. Τὸν φιλέοντα φιλεῖν, καὶ τῷ προσιόντι προσεῖναι.
Καὶ δόμεν ὅς κεν δῷ, καὶ μὴ δόμεν ὅς κεν μὴ δῷ.
Δώτῃ μέν τις ἔδωκεν ἀδώτῃ δ᾽ οὔτις ἔδωκεν.

Cap. V.

CAP. V.

A. Ἐν δὲ πίθοι οἴνοιο παλαιοῦ ἡδυπότοιο

Ἕστασαν, ἄκρητον, θεῖον ποτὸν ἐντὸς ἔχοντες.

B. Αἴνει δὲ παλαιὸν μὲν οἶνον, ἄνθεα δ' ὕμνων νεωτέρων.

C. Ἔτι δὲ ἡ προσδαπάνη χρόνου, καὶ συνηθείας· κατὰ τὴν παροιμίαν γάρ, οὐκ ἔστιν εἰδῆσαι ἀλλήλους πρὶν λεγομένους ἅλας συναναλῶσαι.

D. Χρόνος δίκαιον ἄνδρα δείκνυσι μόνος, κακὸν δὲ κἂν ἐν ἡμέρᾳ γνοίης μόνον.

E. Οὐ γὰρ ἂν εἰδείης ἀνδρὸς νόον οὐδὲ γυναικός,

Πρὶν πειρηθείης ὥσπερ ὑποζυγίου.

F. Καλεῖται δὲ τὸ μὲν εἰς αὐτὸ ἀφιὸν, θῆλυ· τὸ δὲ εἰς τοῦτο ἄρρεν.

Ἄρρεν μὲν γὰρ λέγομεν τὸ εἰς ἄλλο γεννῶν ζῶον· θῆλυ, δὲ, τὸ εἰς αὐτό· διὸ καὶ ἐν τῷ ὅλῳ τὴν γῆς φύσιν, ὡς θῆλυ, καὶ μητέρα νομίζουσιν· οὐρανὸν δὲ, καὶ ἥλιον, &c. ὡς γεννῶντας, καὶ πατέρας. &c.

CAP. VI.

A. Πεφυλαγμένος ἄνδρα ἕκαστον, ὄφρα μὴ κρυπτὸν ἔγχος ἔχων κραδίῃ, φαιδρῷ προσεννέπῃ προσώπῳ.

Γλῶσσα δέ οἱ διχόμυθος ἐκ μελαίνας φρενὸς γεγώνῃ.

B. Μισῶ τὸν ἄνδρα τὸν διπλοῦν πεφυκότα.

Χρηστὸν λόγοισι, πολέμιον δὲ τοῖς τρόποις.

C. Ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς Ἀΐδαο πύλῃσι

Γίνεται, ὃς πενίῃ εἴκων ἀπατήλια βάζει.

D. Ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθει ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ βάζει.

Πολλοὶ τοὶ κίβδηλον ἐπίκλοπον ἦτορ ἔχοντες

Κρύπτουσ' ἐνθέμενοι θυμὸν ἐφημέριον·

E. Τὴν μὲν διάλεκτον, καὶ τὸ πρόσωπον ἀμείνον'

Ἔχειν δοκεῖς, τὰ δ' ἔνδον οὐδὲν διαφέρει δράκοντος.

Ἀμφιπρόσωπος ἑρμῆς δίγλυφος ἵνα πρόσθεν τὸ μὲν ἄλλο δ' ὄπισθεν.

CAP. VIII.

A. Ὅταν γὰρ ἐγγένηται, καὶ γυναῖ γένηται ἀχώριστοι, ὥσπερ ἐν τοῖς φυτοῖς, καὶ βούλεται ἡ φύσις αὐτῶν ἓν γίνεσθαι.

B. Ἐν δὲ τοῖς ἐραιοσπέρμοις οὐκ ἔστι, ἀλλ' ὥσπερ ἐν φυτοῖς τὰ μὲν ἔνφορά ἐστι, τὰ δ' ἄφορα.

C. Ὁ μὲν γὰρ δοῦλος ὅλως οὐκ ἔχει τὸ βουλευτικόν· τὸ δὲ θῆλυ ἔχει μέν, ἀλλ' ἄκυρον· ὁ δὲ παῖς ἔχει μέν, ἀλλ' ἀτελές.

Ἀσθενέστεραι πῶς εἰσιν αἱ γνῶμαι τῶν γυναικῶν.

CAP. X.

A. Καὶ πρῶτον μὲν ἀπηγόρευσε τῶν Γαλιλαίων τοὺς παῖδας, οὕτω γὰρ τοὺς Σωτῆρος ἡμῶν τοὺς θιασώτας ὠνόμαζον, ποιητικῶν, καὶ ῥητορικῶν, καὶ φιλοσόφων μεταλαγχάνειν λόγων· τοῖς οἰκείοις γάρ, φησί, πτεροῖς, κατὰ τὴν παροιμίαν βαλλόμεθα· ἐκ γὰρ τῶν ἡμῶν συγγραμμάτων καθοπλιζόμενοι τὸν καθ' ἡμῶν ἀναδέχονται πόλεμον.

B. Οὐ μὴν οὐδὲ τοὺς αὐτοῦ παῖδας ξυνεχώρει ἐκδιδάσκεσθαι τοὺς παρ' Ἕλλησι ποιητὰς, καὶ συγγραφέας, οὐδὲ τοὺς τούτων διδασκάλους φοιτᾶν· ἐλύπει γὰρ αὐτὸν ὁ μετρίως Ἀπολλινάριος ὁ Σύρος πρὸς παντοδαπὴν εἴδησιν, καὶ λέγω εἰδέναι περιεσκευασμένος, Βασίλειός τε, καὶ Γρηγόριος.

CAP. XI.

A. Βῆ δ' ἴμεν εἰς ἀγορὴν, παλάμῃ δ' ἔχε χάλκεον ἔγχος.

Οὐχ οἶος, ἅμα τῷ δὲ δύο κύνες ἀργοὶ ἕποντο.

CAP. XV.

A. Μεταφορὰ δέ ἐστιν, ὀνόματος ἀλλοτρίου ἐπιφορὰ ἢ ἀπὸ γένους ἐπὶ εἶδος, ἢ ἀπὸ εἴδους ἐπὶ γένος, ἢ ἀπὸ εἴδους ἐπὶ εἶδος, ἢ κατὰ τὸ ἀνάλογον.

B. Κατάχρησις. ἡ παρ' ἀπὸ τοῦ κυρίως δηλουμένου μεταφέρει τὴν χρῆσιν, καὶ ἐφ' ἕτερον οὐκ ἔχον ὄνομα κύριον· ἡ μὲν προκεφαλαία κέκληται κυρίως παρ' αὐτοῦ, εἶτα ἐκ δέρματος κοινὸς γίνεσθαι ἔθος ἦν.

C. Συνεκδοχὴ λεγομένη ἀπὸ τοῦ κυρίως σημαινομένου ἕτερον τι τῶν ὑπὸ τὸ αὐτὸ γένος ὄντων παριστῶσα· ἢ παρὰ τοῦ ὅλου τὸ μέρος, ἢ ἀπὸ μέρους τὸ ὅλον, ἢ ἀπὸ ἑνὸς τὰ πολλὰ, ἢ ἀπὸ πολλῶν τὸ ἕν, ἢ ἀπὸ εἴδους γένος, ἢ ἀπὸ γένους εἶδος.

CAP. XVI.

A. Ἢ διὰ τὴν γλισχρότητα προσέρχεται τοῖς ὅλοις, & διὰ τὸ μαλακὰ εἶναι, καὶ σῆψιν ποιεῖ ταχέως. ἢ διὰ τὴν σκληρότητα τῶν κεχραμίδων.

B. Ἡγήσασθαι μὲν τὸν διδάξαντά με τὴν τέχνην ταύτην, ἴσα γενέτῃσιν ἐμοῖσιν, καὶ βίου κοινώσασθαι, καὶ χρεῶν χρηίζοντι μετάδοσιν ποιήσασθαι, καὶ γένος τὸ ἐξ ἑωυτέου ἀδελφοῖς ἴσον ἐπικρινέειν ἄρρεσι, καὶ διδάξειν τὴν τέχνην ταύτην, ἢν χρηίζωσι μανθάνειν ἄνευ μισθοῦ, καὶ ξυγγραφῆς.

Cap. XIX.

A. Ναὸς δέ ἐστιν ὁ μὲν μέγας, ὡς ἡ ἐκκλησία· ὁ δὲ μικρὸς, ὡς ὁ ἄνθρωπος, ὁ τὸ σπέρμα σώζων τὸ Ἀβραάμ· οὐκ ὥρα ἐπιθυμήσει τινὲς ἱερὸν ἔχειν ἀναπαυόμενον τὸν θεόν.

B. Εἰ ταῦθα γὰρ ὁ ναὸς τοῦ θεοῦ τρισὶν ἱδρυσμένος θεμελίοις, πίστει ἐλπίδι, ἀγάπῃ φαίνεται.

Εἰκότως οὖν καὶ Πλάτων ναὸν τοῦ θεοῦ τὸν κόσμον εἰδὼς τοῖς πολίταις ἐξαπέδειξεν χωρίον τῆς πόλεως, ἵνα ἔμελλεν ἀνακεῖσθαι αὐτοῖς τὰ εἴδωλα.

Cap. XXII.

A. Ἀρτεμισία μὲν ἦν ἁλικαρνασσία.

Η τοῦ μαυσώλου τοῦ καρὸς σύνευνος ἀδελφή τε,
Τῷ ξέρξῃ συνεμάχει δὲ, τῇ κατὰ στόλον μάχῃ.
Κλιθεῖσης δὲ τοῦ περσικοῦ διωκομένη τότε,
Φοινισσαν ναῦν ἐβύθισεν αὐτομολοῦσαν τῇ περσικῇ·
Ὡς οἱ διώκοντες αὐτὴν ἰδόντες Ἀθηναῖοι,
Σύμμαχον εἶναι δόξαντες, ἀπέσχοντο διώκειν.
Ὁ ξέρξης πολεμίαν δὲ τὴν ναῦν δοκήσας εἶναι.
Τὴν δὲ βυθίσασαν εὐθὺς ὡς ἂν ἀρτεμισίαν,
Μεγάλως ἀνεβόησεν ἐξ αἰγιαλίου ὄρους,
Οἱ ἄνδρες μοι, ἐγένοντο γυναῖκες τῇ νῦν μάχῃ,
Αἱ δὲ γυναῖκες ἔμπαλιν ἐξ ἔργων λαμπρῶν ἄνδρες.
Μίαν ἀρτεμισίαν μὲν ἔχεις τὴν τοῦ μαυσώλου·
Ἄλλην ἀρτεμισίαν δὲ τὴν ἑκατόμνου ἔχεις,
Ἀμφω καὶ στρατηγίτιδας, γυναῖκας ἀμφοτέρας.

Lib. XVIII. Cap. I.

A. Δάφναι δ' ἡ δὲ κρανεια, ἰδ' εὐμήκης πλατάνιστος,
Ἐνδὲ πόαι ῥίζῃσι κατηρεφέες χθαμαλῇσιν.
Ἀσφόδελος, κλύμενός τε, καὶ εὐώδης ἀδίαντος,
Καὶ θεῖον, ἠδὲ κύπειρον, ἀριστερεών τ' ἀμενηνὰ,
Ὁρμινόν τε. καὶ ἐρύσιμον, κύκλαμίς τε θεώδης,
Στοιχὰς. πευκεδάνη τε καὶ πρηών τε πολύκνημον,
Μανδραγόρης, πελιόν τε ἐπὶ δὲ ψαφαρὴν δίκταμον,
Εὔοδμος καὶ κρόκος τε, ἴδε κάρδαμον, ἐν δ' ἀρκτήμος
Σμίλαξ, ἡ δὲ χαμαίμηλον, μύκων τε μάλαγρα,
Ἀλκυων, καὶ πάνακες, καὶ κάπαρον, ἠδ' ἀκόνιτον.

B. Δέρμα τὸ φυλαττόμενον ἐν κόλχοι οὐκ ἦν χρυσοῦν ἀληθῶς· τοῦτο γὰρ ποιητευόμενόν ἐστιν, ἀλλὰ βιβλίον ἐνδέρμασι γεγραμμένον περιέχον, ὅπως δεῖ γίνεσθαι διὰ χυμείας χρυσόν.

Cap. V.

A. Ἑρμογένην τὸν ἰατρὸν ἰδὼν Διόφαντος ἐν ὕπνοις, Οὐκ ἔτ' ἀνηγέρθη, καὶ περίαμμα φέρων.

Cap. VIII.

A. Γίνεται δὲ ἐκ τοῦ ᾠοῦ τὸ ὄρνεον, τροφὴν δὲ καὶ αὔξησιν ἔχει τὸ λευκὸν. τὸ ἐν τῷ ᾠῷ· τὸ ἤδη πᾶσιν ἐμφανὲς ἐγένετο, ὁπόσοι προσέσχον τὸν νοῦν.

B. Διό περ ὄντος διχροῦ ἐστι τῶν ᾠῶν, τὴν μὲν ἀρχὴν τὸ ζῷον λαμβάνει ἐκ τοῦ λευκοῦ τῆς γενέσεως, ἐν δὲ τῷ θερμῷ ἡ ψυχικὴ ἀρχὴ, τὴν δὲ τροφὴν ἐκ τοῦ ὠχροῦ.

C. Η μὲν οὖν γονὴ πάντων τῶν ὀρνίθων, λευκή· ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων ζῴων.

Cap. X.

A. Τὰς πρώτας λέγεται τοῖς κέρασι τῶν βοῶν πίνειν δῆλον δ' ἐκ τοῦ καὶ μέχρι νῦν λέγεσθαι, ὅταν συμμίσγωσι τῷ οἴνῳ τὸ διακεράσαι φάσκοντες.

B. Τὸν βασιλέα προπίνειν κέρατι τοῖς οἷς ἐφιλοφρονεῖτο· τῶν ποιητῶν δὲ πολλοὶ παράγουσι πίνοντας τοῖς ἀρχαίους κέρασι.

C. Τῶν βοῶν τῶν παρ' αὐτοῖς γενομένων μεγάλοις κέρατα φυόντων, ὡς χωρεῖν τρεῖς, καὶ τέτταρας χόας, ἐκπώματα ποιεῖν ἐξ αὐτῶν τὰ χείλη περιαργυροῦντας, καὶ χρυσοῦντας.

D. Ὅτι καὶ φιλόσοφοι ἀποδίδονται τὰ μαθήματα, ὥσπερ οἱ κάπηλοι κεράσαντές γε οἱ πολλοὶ, καὶ δολώσαντες, καὶ κακομετροῦντες.

Cap. XIII.

A. Ἰδέαι δὲ τῆς ξυνουλκῆς, nam à ξυνουλκεῖν, quod est contrahere deducit, εἰσὶ τρεῖς ἐς εὐθὺ. ἐς τὸ κατόπιν, ἐς τοὔμπροσθεν, ἐς εὐθὺ μὲν ὁ τέτανος, dicitur à verbo τείνειν, quod est tendere, ἔνθα ἀστραβὴς ἄνθρωπος, καὶ ἀκαμπὴς ἐντείνεται· αἱ δὲ ἐς τοὐπίσω, ἢ ἐς τοὔμπροσθεν ξυνολκαὶ, ξὺν τῇ τάσει, καὶ τῷ χωρίῳ ἴσχουσι τὴν ἐπίκλησιν· τὴν μὲν γὰρ κατόπιν τοῦ νοσέοντος ἀνάκλισιν, ὀπισθότονον καλέομεν τῶν ὀπισθίων νεύρων· ἐμπροσθότονον δὲ, ἣν ἐς τοὔμπροσθεν καμπύληται ὁ ἄνθρωπος ἐπὶ τοῖσι πρόσθεν νεύροισι· τόνος γὰρ νεῦρον, καὶ ἐντάσιος ὄνομα.

B. Τὴν τῶν σιαγονιτῶν μυῶν παράλυσιν, eòque affectu παραγίνεσθαι εἰς τὰ πλάγια τό τε τὸ στόμα, καὶ τὴν ῥῖνα, καὶ τὸν ὀφθαλμὸν, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, τὸ ἥμισυ μέρος τοῦ προσώπου.

C. Σπασμοὶ οἱ τέτανοι, κάρτα μὲν ἐπίπονοι, ὀξύτατοι δὲ κτεῖναι· ἄτερ δὲ ὕδατος, ῥήϊδιοι λυθῆναι· πάθος μυῶν τῶν ἐν γνάθοισι, καὶ τενόντων· ξυνδιδόναι δὲ ἐς τὸ πᾶν.

D. Σπασμοῦ λυγκὸν πυρετὸς ἐπιγενόμενος ὀξύς, πρότερον γεγονὼς. mox. τῶν δὲ ἐξαπίνης σπασμῶν λυγκὸν, πυρετὸς, κοιλίης ῥύσις.

E. Ὅταν ἵνα τῶν ὑγιαινόντων ἐξαίφνης συμβῇ σπασθῆναι, τὸ τοιοῦτο σπασμὸν ἀναγκαῖον ἐπὶ πληρώσει γεγονέναι.

CAP. XVIII.

A. Οἱ τραυλοὶ ταχύγλωσσοι μελαγχολικοὶ, κατακορέες·

B. Προπετὴς ἡ ὁρμὴ τοῦ λόγου τῆς δυνάμεως αὐτῆς, ὡς θᾶττον ἀκολουθούσης τῆς ψυχῆς τῷ φανέντι.

C. Προπετέως ταχυγλωσσότεροι θωρήξαντες.

D. Βατταρίζειν μόγις λαλεῖν ἀπὸ Βάττου θηραίου ἰσχνοφώνου. αὐτὸς βατταρισμὸς, φλυαρία.

E. Ἡ πολυλογία ἀπὸ Βάττου τινὸς μακροὺς, καὶ πολυστίχους ὕμνους ποιήσαντος ταυτολογίας ἔχοντας.

CAP. XIX.

A. Ὅσοι πλείους ἔχουσι, μακροβιώτεροι, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ εἰσίν· οἱ δὲ ἐλάττους, καὶ ἀσθενεῖς ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ βραχυβιώτεροι·

B. Ἡ ὅτι σημεῖον τοῦ ἐστὶν πυκνὸν εἶναι, ὡς ὁ ἐγκέφαλος ἀσθενὴς οὐκ εὔπνοος, ὥστε ὑγρὸς ἐπ' οὖν τὴν φύσιν, ταχὺ σήπεται· καὶ γὰρ τὰ ἄλλα μὴ κινούμενα, καὶ ἀποπνιγόμενα· διὸ καὶ ἄνθρωπος τὴν κεφαλὴν δασύτατος, καὶ τὸ ἄρρεν τοῦ θήλεος μακροβιώτερον, διὰ τὰς ῥαφάς· δεῖ δὲ ἰδεῖν καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων.

C. Εἰ δὲ τῷ σωματί ἄλλα τὰ ἴσα, καὶ οἱ ὀδόντες; ἔνιοι δὲ Κραντῆρες τέσσαρες, κυνόδοντας δὲ τοὺς ἐφεξῆς ἕνα, ἑκατέρωθεν· σωφρονιστῆρας δὲ, τοὺς ἐσχάτους, καὶ ἐσχάτους, ἡνίκα αὖ σωφρονεῖν ἄρχονται, φυομένους ἕνα ἑκατέρωθεν.

D. Τῶν ἀνθρώπων δὲ καλεῖται τὸ μεταξὺ τῆς κεφαλῆς, καὶ τοῦ αὐχένος, πρόσωπον, ἀπὸ τῆς πράξεως αὐτῆς ὀνομασθὲν, ὡς ἔοικε· διὰ γὰρ τὸ μόνον ὀρθὸν εἶναι τῶν ζῴων, μόνον πρόσωθεν ὄπωπε, καὶ τὴν φωνὴν τὸ πρόσω διαπέμπει.

E. Τὸ δ' ὑπὸ τὸ κρανίον, ὀνομάζεται πρόσωπον ἐπὶ μόνου τῶν ἄλλων ζῴων ἀνθρώπου. προσώπου δὲ τὸ μὲν ὑπὸ τὸ βρέγμα μεταξὺ τῶν ὀμμάτων, μέτωπον.

CAP. XXI.

A. Τὸ γὰρ φάρμακον ὁκόταν ἐσέλθῃ ἐς τὸ σῶμα, πρῶτον μὲν ἄγει ὃ ἂν αὐτῷ κατὰ φύσιν μάλιστα ᾖ τῶν ἐν τῷ σώματι ἐνεόντων· ἔπειτα δὲ καὶ τὰ ἄλλα ἕλκει, καὶ καθαίρει· ὥσπερ τὰ φυόμενά τε, καὶ σπειρόμενα. ὁκόταν ἐς τὴν γῆν ἔλθῃ, ἕλκει ἕκαστον τὸ κατὰ φύσιν ἑωυτῷ ἐνεὸν ἐν τῇ γῇ· ἔνι δὲ καὶ ὀξὺ καὶ πικρὸν, καὶ γλυκὺ, καὶ ἁλμυρὸν, καὶ παντοῖον.

LIB. XIX. CAP. I.

A. Ἅμα δὲ ἡμέρα διαναστὰς, τοὺς φίλους ἐξεγείρας τὸ ἀπόρρητον καλύπτραν χρυσοῦ, καὶ λίθων πολυτελῶν δημιουργοὺς συγκαλέσας, μέσος αὐτὸς καθιζάνει, καὶ τοῦ σημείου τὴν εἰκόνα φράζει· ἀπομιμεῖσθαι τὸ αὐτὴν χρυσῷ, καὶ πολυτελέσι λίθοις διεκελεύετο, ὃ δὴ καὶ ἡμᾶς ὀφθαλμοῖς ποτε παραλαβεῖν, ἦν δὲ τοιῷδε σχήματι κατεσκευασμένον. ὑψηλὸν δόρυ χρυσῷ καταμφιεσμένον, κέρας εἶχεν ἐγκάρσιον σταυροῦ σχήματι πεποιημένον· ἄνω δὲ πρὸς ἄκρῳ τοῦ παντὸς, στέφανος ἐκ λίθων πολυτελῶν, καὶ χρυσοῦ συμπεπλεγμένος κατεστήρικτο, καθ' οὗ τῆς σωτηρίου ἐπηγορίας τὸ σύμβολον, δύο στοιχεῖα τὸ Χριστοῦ παραδηλοῦντα ὄνομα διὰ τῶν πρώτων ὑπεσήμαινον χαρακτήρων, χιαζομένου τοῦ ρ κατὰ τὸ μεσαίτατον· ἃ δὴ καὶ κατὰ τοῦ κράνους φέρειν εἴωθε κἀν τοῖς μετὰ ταῦτα χρόνοις ὁ βασιλεύς. τοῦ δὲ πλαγίου κέρως, τοῦ κατὰ τὸ δόρυ πεπαρμένου, ὀθόνη τις ἐκκρεμὴς ἀπῃώρητο, βασιλικὸν ὕφασμα ποικιλίᾳ συνημμένων πολυτελῶν λίθων φωτὸς αὐγαῖς ἐξαστραπτόντων, καλυπτόμενον, σὺν πολλῷ τε καθυφασμένον χρυσῷ ἀδιήγητόν τι χρῆμα τοῖς ὁρῶσι παρέχον τοῦ κάλλους, τοῦτο μὲν οὖν τὸ φάρος τοῦ κέρως ἐξημμένον, σύμμετρον μήκους τε, καὶ πλάτους περιγραφὴν ἀπελάμβανε· τὸ δ' ὄρθιον δόρυ τῆς κάτω ἀρχῆς ἐπὶ πολὺ μηκυνόμενον, ἄνω μετέωρον ὑπὸ τῷ τοῦ σταυροῦ τροπαίῳ πρὸς αὐτοῖς ἄκροις τοῦ διαγραφέντος ὑφάσματος, τὴν τοῦ θεοφιλοῦς βασιλέως εἰκόνα χρυσῆν μέχρι στέρνων, τῶν τ' αὐτοῦ παίδων ὁμοίως ἔφερε.

CAP. II.

A. Νικόστρατος Μακεδόνων ῥήτωρ· ἐτάχθη δὲ ἐν τοῖς κριθεῖσιν ἐπὶ δευτέροις δέκα ῥήτορσι, συγχρονος Ἀριστείδου, καὶ Δίωνος τοῦ χρυσοστόμου· ἦν γὰρ ἐπὶ Μάρκου Ἀντωνίνου τοῦ βασιλέως.

CAP. IV.

A. Φαιδροί τε οἱ πολλοὶ οὐ πάνυ ἐφαίνοντο. ἐκυκλοῦντό τε, τὰ μεστὰ ἦν πάντα ἀλλήλους ἐρωτώντων, καὶ διαλεγομένων.

B. Ἀφίκοντο δὲ καὶ μυστηριοὶ, καὶ ὑποκριταὶ οἱ μὲν κωμῳδίας, οἱ δὲ τραγῳδίας παμπολλοι· ἦσαν δὲ καὶ ἐκ τῆς Ἰνδικῆς θαυματοποιοὶ διαπρεπεῖς, καὶ ἔδοξαν δὲ αὐτοὶ κρατεῖν τῶν ἄλλων τῶν ἀλλαχόθεν.

CAP. V.

A. Εἰκότως μάλιστα τοῖς τραγικοῖς ἐκείνοις ὑποκριταῖς. ὧν ἢν ἀφέλῃς τὰ προσωπεῖα, καὶ τὴν χρυσόπαστον ἐκείνην στολὴν, τὸ καταλειπόμενον ἐστὶ γελοῖον ἀνθρώπιον, ἑπτὰ δραχμῶν εἰς τὸν ἀγῶνα μεμισθωμένον.

B. Ἐξέβαλλέ τε αὐτὸν, καὶ ἐξεσυρίττετο ἐκ τοῦ θεάτρου, καὶ μόνον οὐ κατελεύετο οὕτως, ὥστε πλεῖστα τῶν τριταγωνιστῶν ἀποστῆναι.

C. Οἵ φησιν Ἀριστείας ἐν τῷ περὶ κιθαρῳδῶν, ἐν Ἀθήναις κατοικοῦντα, καὶ πλησίον τοῦ θεάτρου οἰκοῦντα, ὅτι ἐξελθοὶ ᾀσόμενος τάλαντον Ἀττικὸν τῆς ἡμέρας λαμβάνει.

CAP. VI.

A. Παρὰ τοῦ τροφέως, τὸ μὴ τὸ πρασιαιὸς, μὴ τὸ βουπαιός. μὴ τὸ παρμυλάριος, *siue* παλμυλάριος, ἢ σκυταρίος, *melius forte*, ἢ σκυλοέριος ζήσεας.

CAP. VIII.

A. Ἰχνία γὰρ μετόπισθε ποδῶν, ἡ δὲ κνημάων
Ἰεῖ ἔγνων ἀπιόντος, ἀρίγνωτοι δὲ θεοί περ.

B. Παῖς Φιλοποίμην κραίστιδος ἦν, βασιλεὺς ἑλλάδος.
Ἄμορφον δ' εἶχε τὴν μορφὴν· παρακλητὸς κληθεὶς δὲ
Ἀπῆλθεν ὡς πρὸς ἄριστον πρὸ χρόνου τοῦ ἀρίστου·
Ἀπόντος δὲ τοῦ τοῦτον μὲν τῷ πρὶν κεκληκότος,
Ἰδοῦσα τοῦτον ἡ γυνὴ τὸν λίαν τὸν ἄμορφον,
Οἰκέτην τινὰ νομίσασα, σχίζειν κελεύει ξύλα·
Ὁ δ' ὢν ἐπιεικέστατος, τὸ κελευσθὲν ἐποίει.
Ὡς δ' ὁ καλέσας εἰσῆλθεν, ἰδὼν τὸ πεπραγμένον,
Τί τοῦτο· ἀνεβόησεν ὁ Φιλοποίμην λέγει.
Τί δ' ἄλλο, ἢ τιμώρημα τῆς δυσειδοῦς μορφῆς μου.

CAP. XI.

A. Ὥσπερ ἅμιλλα δρῶσιν οἱ μηχανικοὶ περὶ διὰ μιᾶς ὀργάνου χειρουργίας, πολλὰς, καὶ ποικίλας ἐνεργείας ἀποτελοῦντες· ὁμοίως δὲ καὶ οἱ νευροσπάσται. μίαν μήρινθον ἐπισπασάμενοι, ποιοῦσι καὶ αὐχένα κινεῖσθαι, καὶ χεῖρα τοῦ ζώου. καὶ ὦμον, καὶ ὀφθαλμόν· ἔστι δὲ ὅτε πάντα τὰ μέρη μετά τινος εὐρυθμίας· οὕτως οὖν καὶ ἡ θεία φύσις ἀπό τινος ἁπλῆς κινήσεως τοῦ πρώτου τὴν δύναμιν εἰς τὰ ξυνεχῆ δίδωσι.

CAP. XV.

A. Σημείωσαι δὲ, ὅτι πολλαὶ λέξεις παλαί ποτε μέσως λεγόμεναι, ὕστερον ἐπὶ τὸ οὐκ ἀγαθὸν ἐδέχθησαν· ὥσπερ καὶ μιαρὸς παρὰ τοῖς μεθ' Ὅμηρον, ὁ λυμάτων ἄξιος, ὅ ἐστι ῥυπαρὸς, λυμεών, ἀκάθαρτος· οὕτω καὶ ἄγιος παρὰ τοῖς παλαιοῖς οὐ μόνον ὁ καθαρὸς, ἀλλὰ καὶ ὁ μιαρός, διὰ τὸ τοῦ ἄγους διπλοῦσθαι, ἐξ οὗ καὶ ὁ ἐναγὴς, καὶ ὁ εὐαγὴς καὶ αὐτὸν ὁ ἐξάγιστος. καὶ τὰ τούτῳ ἐναντία, ἡ ἁγιστεία, καὶ τὸ καθαγιάζειν· οὕτω καὶ φαῦλον οὐ μόνον τὸ κακόηθες. ὡς παρὰ Δημοσθένει δηλοῖ, τὸ, οὐ γὰρ εἰ φαύλοις ὑμεῖς συμμάχοις χρῆσθε, ἀλλὰ καὶ τὸ ἀγαθὸν, ὡς Εὐριπίδης. φαῦλον, κοῦφον. εὐχερὲς; οὐδὲ μόνον ἐπὶ μεγέθους, ὡς τὸ, φαῦλον στόμα, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ σμικρότητος, ὅθεν καὶ φαυλὴ ἐλαία, ἡ μικρόκαρπος, ἡ καὶ φαυλία, γενομένη φασὶν ἐκ κοτίνου κοπίλος, καὶ μεταφυτευθέντος· λέγεται δὲ φασὶ φαῦλον, καὶ τὸ ἁπλοῦν, καὶ μέτριον· καὶ φαύλως, τὸ ἁπλῶς, καὶ ἡσυχῆ. Ἀριστοφάνης. φαύλως φέρειν νῦν τὸ κακὸν καθ' ὅμοιον τρόπον καὶ πανοῦργος, ἦν μὲν ὅτε πανοῦργος, νῦν δὲ θατέρα ἡ λέξις ἐπίκειται· καὶ καθωσιωμένος τὸ ἀρχαῖον, ὁ ὅσιος, καὶ οὐχ ὡς ὕστερον ἐπὶ ψόγου. μυρία δὲ καὶ ἄλλα ὅμοια· ἐν οἷς καὶ ἡ συνωμοσία, χρόνῳ μὲν ποτὲ λαγχάνουσα ἔπαινον, ὡς ἐπὶ καλῷ οὖσα· νῦν δὲ ἀποκληρωθεῖσα τοῖς φαύλοις εἰς ἔργον συνιοῦσι, καὶ ἐπιτριβοῦσα τὸν οὕτω συνωμότας.

CAP. XX.

A. Τεχνικώτατος δέ ἐστι κριτὴς ἐνυπνίων, ὅστις δύναται τὰς ὁμοιότητας θεωρεῖν· τὰς γὰρ εὐθυονειρίας κρίνειν παντός ἐστι· λέγω δὲ τὰς ὁμοιότητας ὅτι παραπλήσια συμβαίνει φαντάσματα τοῖς ἐν τοῖς ὕδασιν, εἰδώλοις.

B. Τό, τι γὰρ θεοῦ εἶναι τὸ πέμποντα, πρὸς τῇ ἄλλῃ ἀλογίᾳ καὶ τὸ μὴ τοῖς βελτίστοις, καὶ φρονιμωτάτοις, ἀλλὰ τοῖς τυχοῦσι πέμπειν, ἄτοπον.

C. Ὅλως δ' ἐπεὶ καὶ τῶν ἄλλων ζώων ὀνειρώττει ἔνια. θεόπεμπτα μὲν οὐκ ἂν εἴη τὰ ἐνύπνια, οὐδὲ γέγονε τούτου χάριν· δαιμόνια μέντοι· ἡ γὰρ φύσις, δαιμονία, ἀλλ' οὐ θεία. σημεῖον δέ. πάνυ γὰρ εὐτελεῖς ἄνθρωποι, προορατικοί εἰσι καὶ εὐθυόνειροι, ὡς οὐ θεοῦ πέμποντος, ἀλλ' ὅσων ὥσπερ ἂν ἡ φύσις λάλος, ἐστὶ καὶ μελαγχολική. παντοδαπὰς ὄψεις ὁρῶσι· διὰ δὲ τὸ πολλὰ, καὶ παντοδαπὰ κινεῖσθαι, ἐπιτυγχάνουσιν. ὥσπερ ἔνιοι ἄρτια ἀμφερίζοντες ἀρτιάζουσιν ὥσπερ γὰρ λέγεται, ἂν πολλὰ βάλῃς. ἄλλοτ' ἀλλοῖον βαλεῖς.

D. Θεὸς δὲ ἀνθρώπῳ οὐ μίγνυται· ἀλλὰ διὰ τούτου (δαίμονες) πᾶσά ἐστιν ἡ ὁμιλία, καὶ ἡ διάλεκτος θεοῖς πρὸς ἀνθρώπους. καὶ ἐγρηγορόσι. καὶ καθεύδουσι, καὶ ὁ μὲν περὶ τὰ τοιαῦτα σοφὸς δαιμόνιος ἀνήρ

E. Ὅστις οὖν ἐπίσταται κρίνειν ταῦτα ὀρθῶς. μέγα μέρος ἐπίσταται σοφίης· ἑκόντα μὲν οὖν τῶν ἐνυπνίων θεῖά ἐστι, &c.

Τὸ μὲν γὰρ ἰδεῖν φρόνημα δῆλόν ἐστιν εἶναι ἐν τῷ σώματι, ἐν γε τῇ πρώτῃ ἡμέρῃ. *ortu scilic. infantis, &c.* καὶ τὴν φρόνησιν τὴν διὰ τοῦ σώματος.

CAP. XXI.

A. Εἴρηται δὲ κίττα ἀπὸ τοῦ ὀρνέου τοῦ ἀεὶ βαλλῆς καταθέοντος, ἢ ὅτι ποικίλον ἐστὶ τῷ χρώματι, καὶ ἀλλόκοτον. ὥσπερ ἡ τούτων ἐπιθυμία.

B. Ποικίλων, καὶ ἀλλοκότων ὀρέγονται, οἷον ἀνθράκων ἐσβεσμένων, καὶ κιμωλίας, καὶ ἑτέρων πλειόνων· τούτου γὰρ ἕνεκα καὶ τὴν ὀνομασίαν ταύτην τὸ πάθος ἐκλήθη διὰ τὸ ποικίλον τοῦ ζώου τῆς κίττης· ἢ ὅτι κἀκεῖνο τῷ πάθει τούτῳ πολλάκις ἁλίσκεται.

C. Τὴν κίτταν εἶναι ὄρνεον ἀδηφάγον, καὶ παμφάγον, περίεργον δὲ εἰς ἐπιθυμίαν, καὶ ἐπιθυμίας ἔχειν τῶν ἀκροδρύων, καὶ ταχέως δυσαρεστεῖσθαι· ἐξ ὧν δ' αὖ ἐσθίει, τούτων εὐθὺς κορεσθὲν, πάλιν ἑτέρων ἐπιθυμεῖ, καὶ μεταβάσεις ποιεῖται εἰς ἕκαστον τῶν δένδρων.

D. Παιδίον μὲν γὰρ οὐδεμία ποτὲ γυνὴ λέγεται ποιῆσαι δίχα κοινωνίας ἀνδρός· τὰ δὲ ἄμορφα κυήματα, καὶ σαρκοειδῆ, καὶ σύστασιν ἐν ἑαυτοῖς ἐκ διαφθορᾶς λαμβάνοντα μύλας καλοῦσι.

Cap. XXII.

A. Οἱ δὲ στρατιῶται τοὺς στρατιώτας πάτρωνας ἠσπάζοντο· τοῦτο δ' ἐστὶ τῆς ἀπελευθερίας προσφώνημα πρὸς τοὺς ἀπελευθερωθέντας.

B. Ἀπελεύθερος δὲ ὁ ἀργυρώνητος, μὲν πρῶτον, εἶτα ἐλευθερωθείς· ὁ δὲ ἐλευθερώσας αὐτὸν, πάτρων.

C. Προστασίας δὲ ἀδίκους, ἃς μανθάνομεν ἐν ταῖς ἡμετέραις ἐπαρχίαις γίνεσθαι, πᾶσι μὲν παλαιοῖς τρόποις, οὐ συγχωροῦμεν οὐδενὶ τῶν ἑτέρων, οὐκ ἐξελαβεῖν, οὐκ οἰκειοῦν ἑαυτοῖς τὰ χωρία τὰ μηδαμόθεν αὐτοῖς προσήκοντα· οὐκ εἰς τὴν ἑτέρων βλάβην ἐπαγγέλλεσθαι προστασίαν, οὐχ ὅπως ἀποστεροῖεν τὸ δημόσιον, τὴν ἐξ αὐτῶν ἰσχὺν αὐξάνειν· μὴ δὲ ἔσται φροντὶς, ὁποίας αὖ εἶεν οἱ ταῦτα πράττοντες διαπολείας.

Cap. XXIII.

A. Ὡς λίαν μὲν ὑπερβάλλοντα πίθηκον ὁ Μυνίσκος τὸν Καλλιππίδην ἐκάλει. & mox. εἶτα οὐδὲ κίνησις ἅπασα ἀποδοκιμαστέα, εἴπερ μηδ' ὄρχησις, ἀλλ' ἡ φαύλων, ὅπερ καὶ Καλλιππίδῃ ἐπετιμᾶτο.

B. Ὁποῖός τις εἶναι τὴν μνήμην ὑποκριτὴς, οὐδὲν ἀγγέλλει τὰ ἄλλα τραγικοῦ διαφέρων, ὥστε καὶ ἐν δευτέροντι δοκῶ λέγειν, ἐκεῖνο μὲν ἔσω προχέειν, ὡς ἄμετρον ἦν, καὶ ἄλλως ὑποκριτὴς ἴσως διεξῄει.

Lib. XX. Cap. I.

A. Γίνεσθαι γὰρ φημὶ ἐν τῷ παιδίῳ ἐν τῇσι μήτρῃσιν ἐόντι, mox ἐπὴν γένηται πύρ καυσώδης ἀπὸ τοῦ γάλακτος, καὶ τοῦ αἵματος συσσηπομένου καὶ πλεονάζοντος, ἀπὸ γλυκέος ἐόντος· deinde καὶ αἱ μὲν στρογγύλαι τίκτουσιν, αἱ δὲ πλατεῖαι, οὐκ ἔτι.

B. Καὶ τούτων σκωλήκων, τὰ μὲν ἐκ κεχωρισμένων, τὰ δ' ἐκ τῶν ἐν τοῖς ζώοις, οἷον αἱ καλούμεναι ἕλμινθες· ἔστι δ' αὐτῶν γένη τρία· αἵ τε ὀνομαζόμεναι πλατεῖαι, καὶ στρογγύλαι, καὶ αἱ τρίται καλοῦνται ἀσκαρίδες. ἐκ μὲν οὖν τούτων ἕτερον οὐδὲν γίνεται· ἡ δὲ πλατεῖα προσπέφυκε μέτρῳ τῷ ἐντέρῳ, καὶ ἀποτίκτει τὸ οἷον σικύου σπέρμα, ᾧ γινώσκουσι σημείῳ οἱ ἰατροὶ τοὺς ἔχοντας αὐτήν.

Cap. II.

A. Ἀπὸ πλησμονῆς ὁκόσα αὖ νοσήματα γίνεται, κένωσις ἰῆται· καὶ ὁκόσα ἀπὸ κενώσιος, πλησμονὴ, καὶ τῶν ἄλλων ἡ ὑπεναντίωσις.

Cap. III.

A. Ὅταν ἡ τοῦ μυελοῦ φύσις, ἀπ' ἐνδείας, ἢ τινὸς ὑπερβολῆς νοσήσῃ, τὰ μέγιστα, καὶ κυριώτατα πρὸς θάνατον τῶν νοσημάτων ἀποτελεῖ.

B. Ἀλλὰ τοῖς πλείστοις, καὶ ὡς ἐπιτοπολὺ εἰπεῖν, συμβαίνει ἐκ τῶν ἀφροδισιασμῶν ἔκλυσις, καὶ ἀδυναμία, μᾶλλον διὰ τὴν εἰρημένην αἰτίαν.

C. Καὶ ἀφ' ὅλου δὲ τοῦ σώματος αὐτό φασι καταφέρεσθαι σπέρμα οἱ περὶ τὸν Σφαῖρον.

D. Χρησίμου ἄρα περίττωμα, καὶ μέρος τι ἐστὶ τὸ σπέρμα· χρησιμώτατον δὲ τὸ ἔσχατον, ἐξ οὗ ἤδη γίνεται ἕκαστον τῶν μορίων.

Cap. IV.

A. Αἱ δὲ πολιαὶ διὰ τοῦτο γίνονται, ὅτι ἐν πολλῷ χρόνῳ διϊκνούμενον οὐ ὑγρὸν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ ἀποκρίνεται τὸ λευκότατον, καὶ πίπτει πρὸς τὴν ἐπιδερμίδα, καὶ ἡ θρὶξ λευκοτέρην ἰκμάδα ἕλκουσα, ἤδη τοῦ πρὶν χρόνου λευκοτέρη γίνεται. καὶ ἡ ἐπιδερμὶς, καὶ μᾶλλον ὅκου αἱ πολιαί εἰσι, λευκοτέρη τῆς ἄλλης γίνεται.

B. Μελανοτέρας δὲ γίνεσθαι γηρασκούσας λέγουσι τὰς γεράνους· αἴτιον δ' αὖ εἴη τοῦ πάθους, τὸ φύσει λευκοτέραν αὐτῶν εἶναι τὴν τῶν πτερῶν φύσιν, πλεῖόν τι γηρασκόντων εἶναι τὸ ὑγρὸν ἐν τοῖς πτεροῖς, ἢ ὥστε εὐσηπτότερα εἶναι.

Cap. VI.

A. Πανήγυρις ἐγένετο ἐν τῇ Ῥώμῃ κατὰ τὸν Μάϊον μῆνα, τὴν παράλιον καταλαμβανόντες πόλιν τὴν λεγομένην ὀστίαν. οἱ τὰ πρῶτα τῆς πόλεως τελοῦντες ἡδυπαθεῖς ἠνείχοντο ἐν τοῖς θαλαττίοις ὕδασιν ἀλλήλους ἐμβαλόντες· ὅθεν καὶ Μαϊούμας ὁ τῆς ταύτης ἑορτῆς καιρὸς ὠνομάζετο.

B. Ὑμεῖς δὲ ἕκαστος ἴδια μὲν εἰς τὰ δεῖπνα, καὶ τὰς ἑορτὰς τοῦ Μαϊουμᾶ χρήματα ἀποτελοῦντες· ὑπὲρ δὲ ὑμῶν αὐτῶν, καὶ τῆς σωτηρίας τῆς πόλεως οὐδεὶς θύει.

Cap. VIII.

A. Καὶ ψιλωθέντος τοῦ γένους, Ἰουλιανὸς περιλειφθεὶς μόνος δι' ἡλικίαν περιφρονηθεὶς, καὶ πραότητι.

ἐνέχει

ἐντύχοι δ' ὅμως αὐτὸν ἀμφιπόλων βασιλικοί, καὶ παραφυλακές τινες ἦσαν, ὅπως εἴη χερσαῖος βίβαιος.

B. Ζεὺς ὅτε εἰς παλαιὸν τέρμα μόλη κλυτοῦ ὑδροχόοιο.
Παρθενικῆς δὲ κρόνος μοίρη βαίνη ἐπὶ πύλη
Εἰκοστῇ. Βασιλεὺς κωνστάντιος Ἀσίδος αἴης
Τέρμα φίλον βιότου συγερὸν, καὶ ἐπώδυνον ἕξει.

CAP IX.

A. Ἀκούσας σοφοῦ διαλεχθέντος, ὅτι μόνος στρατηγὸς ἀγαθὸς ὁ σοφός ἐστιν· ὁ μὲν λόγος, ἔφη, θαυμαστὸς, ὁ δὲ λέγων οὐ πεπείλωπιστοι.

Ο μὲν λόγος θαυμαστὸς, ὁ δὲ λέγων ἄπιστος· οὐ γὰρ πολεμικώτατος.

B, Αννίβας ἀκούσας στωϊκοῦ τινος ἐπιχειροῦντος, ὅτι ὁ σοφὸς μόνος στρατηγικός ἐστιν, ἐγέλασε, νομίζων ἀδύνατον εἶναι ἐκτὸς τῆς ἐν ἔργοις ἐμπειρίας τὴν ἐν τούτοις ἐπιστήμην ἔχειν.

C. Καὶ τὸν ἄρτον δέ φασιν οὕτως ἐκάλεσαν, διὰ τὸ καὶ αὐτὸν στρογγύλον· ἐπειδὴ τῶν σχημάτων ὁ κύκλος ἀπήρτισται, καὶ ἐστὶ τέλειος· οὐ περὶ ἴσως ἐμφαντικὸν τὸ ὅλον ἄρτον εἶπεν, ὅπερ ἐστὶν ὅλον ἤγουν τέλειον.

D. Ὀσπρια καλοῦσιν ἐκεῖνα τῶν Δημητρίων σπερμάτων, ἐξ ὧν ἄρτος οὐ γίνεται, κυάμους, πισοὺς, ἐρεβίνθους, φακοὺς, θέρμους.

CAP. X.

A. Εἰσὶ ἐν τοῖς ποιήμασι καὶ οἱ ἀρσενικῶς οὕτω καλούμενοι ἔπω δοὶ, ὅταν μεγάλῳ στίχῳ βραχύτερόν τι ἐπιφέρεται.

CAP. XI.

A. Πέμπει δ' ἡ περσεφόνη πρὸς ἐκφόβησιν γοργείας κεφαλὰς, καθὰ καὶ ἔμπουσαν ἡ ἑκάτη· ἔμπουσα γάρ φασι, φάσμα δαιμονιῶδες, ὑπὸ ἑκάτης πεμπόμενον, ὅ τινες μὲν ὀνοκώλαν λέγουσιν οἱ δὲ ὀνόσκελιν.

B. Τοιγαροῦν περσεὺς ἐπ' αὐτὸ τὸ ἀκρότατον ἐλαύνων τῆς σωφροσύνης ἀγαθὸν, ἡγουμένης τῆς Ἀθηνᾶς ἀπέκοψε τὴν Γοργόνα τὴν εἰς τὴν ὕλην οἴμοι καθέλκουσαν, καὶ ἀπολιθοῦσαν τοὺς ἀνθρώπους ἀνοήτῳ τῶν παθημάτων πλησμονῇ.

CAP. XII.

A. Τοῦ πλείονος ἐπιθυμίᾳ τὸ παρὸν ἀπώλεσε, *siue* ἀπόλυσι, τῇ αἰσωπείῳ κυνὶ ὅμοιος γινομένη.

Πάλιν τοῦ θρόνου ἀποδοτομπαῦται Δοσίθεος, καὶ πέπονθεν. ἀτυχῶς τὸ τῆς αἰσωπείας κυνὸς, ἧς τὸ δ' εἶχεν ἀποπεσὼν ἱερᾶς ἀρχῆς· ἕτερος γὰρ ἱεροσολύμων κεχειροτόνητο, καὶ τοῦ μείζονος θρόνου καθῃρεθείς.

CAP. XVII.

A. Ἡρακλῆν δὲ σὲ φοῖβος ἐπώνυμον ἐξονομάζει,
Ἥρα γὰρ ἀνθρώποισι φέρων κλέος ἄφθιτον ἕξεις.

B. Ἐκλήθη οὖν πέλλας, οὐχ ὅτι, ὥς τινές φασιν, ἐν πέλλῃ ἐτράφη· ἀλλ' ὅτι τὸν μόρον παρῆλθεν· ὕστερον δὲ Ἀλέξανδρος, ὅτι τῇ πατρίδι ἠλέξησεν, ὅ ἐστιν ἐβοήθησε πολέμου ἐπελθόντος.

C, Παρὰ τὸ ἐκλεηθῆναι αὐτὸν ἔτι ἤδη εὐθὺς τεχθέντα, αὐξηθῆναι, καὶ περιελθεῖν τὸν μόρον.

D. Παιδὶ δ' ὄνομ' ἔθηκα πυρίεσσιν, ἀλλ' ἀχιλῆα
Πηλεὺς κίκλησκεν χείλεος εἵνεκα μιν·
Κείμενον εἰνὶ κόνει σποδιῇ ἐνὶ πῦρ ἀπομαρψε
Χείλεος αἰθομένου ἀπροφάτως ἱερῶν.

CAP. XVIII.

A. Πρῶτον μὲν τοὺς καλῶς χρωμένους τοῖς πράγμασι κατὰ τὴν ἡμέραν ἑκάστην προσπίπτουσι· καὶ τὴν δόξαν ἐπιτυχῆ τῶν καιρῶν ἔχοντας, καὶ δυνάμενον ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ στοχάζεσθαι τοῦ συμφέροντος· ἔπειτα τοὺς πρεπόντως, καὶ δικαίως ὁμιλοῦντας τοῖς ἀεὶ πλησιάζουσι, καὶ τὰς μὲν τῶν ἄλλων ἀηδίας, καὶ βαρύτητας εὐκόλως, καὶ ῥᾳδίως φέροντας, σφᾶς δὲ αὐτοὺς, ὡς δυνατὸν, ἐλαφροτέρους, καὶ μετριωτάτους τοῖς συνοῦσι παρέχοντας· ἔτι δὲ τοὺς μὲν τῶν ἡδονῶν ἀεὶ κρατοῦντας, τῶν δὲ συμφορῶν μὴ λίαν ἡττωμένους. ἀλλ' ἀνδρωδῶς ἐν αὐταῖς διακειμένους. καὶ τῆς φύσεως ἀξίως, ἧς μετέχοντες τυγχάνομεν. τέταρτον, ὅπερ μέγιστον, τοὺς μὴ διαφθειρομένους ὑπὸ τῶν εὐπραγιῶν, μηδ' ἐξισταμένους αὑτῶν, μηδὲ ὑπερηφάνους γιγνομένους, ἀλλ' ἐμμένοντας τῇ τάξει τῶν εὖ φρονούντων, καὶ μὴ μᾶλλον χαίροντας τοῖς διὰ τύχην ὑπάρξασιν ἀγαθοῖς, ἢ τοῖς διὰ τὴν αὑτῶν φύσιν, καὶ φρόνησιν ἐξ ἀρχῆς γιγνομένοις· τοὺς δὲ μὴ μόνον πρὸς ἓν τούτων, ἀλλὰ πρὸς ἅπαντα ταῦτα τὴν ἕξιν τῆς ψυχῆς εὐάρμοστον ἔχοντας, τούτους φημὶ, καὶ φρονίμους εἶναι, καὶ τελείους ἄνδρας, καὶ πάσας ἔχειν τὰς ἀρετάς. ὁρᾷς πῶς τὸν γνωστικὸν βίον καὶ ἕλληνες, καίτοι μὴ εἰδότες, ὡς ἐπίστασθαι χρὴ, ἐνθειάζουσι; τίς δ' ἐστὶν ἡ γνῶσις, οὐδὲ ὄναρ ἴσασιν· εἰ τοίνυν λογικὸν ἡμῖν βρῶμα ἡ γνῶσις εἶναι συμπέφανται, μακάριοι τῷ ὄντι κατὰ τὴν γραφὴν οἱ πεινῶντες, καὶ διψῶντες τὴν ἀλήθειαν, ὅτι πλησθήσονται τροφῆς ἀϊδίου·

CAP. XX.

A. Καὶ γάρ ποτε λέγεται, ἐπεὶ οὐχ ἧττον ὀχεῖον, τὸν ἐπιμελητὴν καλύψαντα ἐφεῖναι τὸν πῶλον· ὡς δ' ὀχεύων ἐπέβη, τοῦτο μὲν συνετέλεσε, μικρῷ δὲ ὕστερον δακὼν τὸν καμηλίτην ἀπέκτεινε.

CAP. XXI.

A. Χρὴ μουσῶν θεράποντα καὶ ἄγγελον, εἴ τι περισσὸν
Εἰδείη σοφίης, μὴ φθονερὸν τελέθειν,
Ἀλλὰ τὰ μὲν μῶσθαι, τὰ δ' ἐπιδεικνύειν, ἄλλα δὲ ποιεῖν,
Τί σφιν χρήσηται μοῦνος ἐπιστάμενος·

B. Κατθανοῖσα δὲ κείσεαι, οὐδέποτε μναμοσύνα σέθεν ἔσσετ' οὐδὲ πόκ' ὕστερον· οὐ γὰρ μετέχεις ῥόδων τῶν ἐκ Πιερίας· ἀλλ' ἀφανὴς κἠν Ἀΐδα δόμοις φοιτάσεις.

CAP. XXIII.

A. Οὗτοι αἰσχρόποδες, χαμαιευνάδες ἀεργάμονες κατὰ τὸν κωμικὸν Εὔβουλον, αἴσιοι λάρυγγες, ἀλλοτρίων κρεάτων παραδειπνίδες· οὐχ ὁ προπάτωρ ἡμῶν Διογένης πλακοῦντα ποτὲ ἐσθίων ἐν δείπνῳ λάβρως, πρὸς τὸν πυνθανόμενον ἔλεγεν, ἄρτον ἐσθίειν καλῶς πεποιημένον· ὑμεῖς δὲ οἱ λεπαδάχναι κατὰ τὸν αὐτὸν ποιητὴν Εὔβουλον λάλων ἀπογαστριδίων ἕτεροι οὐ παραχωροῦντες φθέγγεσθαι, τὰς ἡσυχίας οὐκ ἄγετε, ἕως ἄν τις ὑμῖν ὡς κυνιδίοις ἄρτον, ἢ ἰσίον προσρίψῃ.

CAP. XXIV.

A. Τὸ μὲν ἐπὶ πλέον μὴ προκόψαι ἐν ῥητορικῇ, καὶ ποιητικῇ, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπιτηδεύμασι, παρὰ τῶν θεῶν ἔλαβεν, ἐν οἷς ἴσως ἂν κατεσχέθην, εἰ ᾐσθόμην ἐμαυτὸν εὐόδως προϊόντα.

B. Παυθεὶς αὐτὸν ἐπαγόμενος κατέστρεφεν, ἅ τι εἰπεῖν ἱκανώτατον, καὶ οὐκ ἐλάττονα διαπράξασθαι, καὶ μαθημάτων ἐλευθερίων μεταλαχόντα ῥυθμίζειν τὸ ἦθος εἰδότων, καὶ πρὸς βασιλείαν ἀδιαλώβητον οὐ βραχέα συναιρομένων τοῖς ἄρχειν μέλλουσι.

CAP. XXV.

A. Τῶν ἄλλων κλεπτῶν, καὶ ἱεροσύλων χαλεπώτερος· οἱ μὲν γὰρ τοὺς ἰδιώτας μόνους ἀδικήσαντες τὴν τῶν ἱερῶν οὐκ ἐλυμήναντο φυλακήν· οἱ δὲ τὰ ἀναθήματα λαβόντες τοῖς τῶν ἰδιωτῶν οὐκ ἐλυμήναντο χρήμασι· οὗτος δὲ καὶ τοὺς ἰδιώτας, καὶ τοὺς θεοὺς ἀδικεῖ· τοὺς μὲν ἀφαιρούμενος τῆς οὐσίας, τοὺς δὲ εἰς ἀπιστίαν καταφρονεῖσθαι ποιῶν.





INDEX RERVM ET VERBORVM.

A

Aures

C.

D.

De

G.

H.

Hordestra

I.

N.

O.

P.

P.

Q.

R.

Siluri

T.

Talpa

finis

V.

Finis Indicis.



